GVLIELMI MAYNERII

DOCTORIS IN VTROQVE IVRE ERVDITISSIMI, CONSILIARIIQVE REGII,

COMMENTARIA

IN TITVLVM PANDECTARVM,

De REGVLIS IVRIS, Legum candidatis nedum utilia, uerùm nodis sententiarum in specie contrariarũ, quæ minus exercitis offendiculo esse solent; dissoluendis, propemodum necessaria, atque uniuersam penè Iurisprudentiam complectentia.

Cum Indice rerum ac uerborum locupletißimo.

LVGDVNI,
APVD ANTONIVM VINCENTIVM,
M. D. XLV.
Cum priuilegio Regio.

FRancois par la grace de Dieu Roy de France, A noz amez & feaulx conseillers lẽs gẽs tenãs nostre Cour de Parlemẽt de Paris, Tholose, Bordeaulx, Rouen, Diion, Prouence, & Grenoble, Seneschaulx de Lyon, Tholose, Prouẽce, noz lieutenãs et gouuerneurs desdicts pais, Baillifz, preuostz, iusticiers, & officiers quelconques de nostre Royaume, ou a leurs lieutenans, & a chascun deulx respectiuement salut & dilection. Receue auõs lhumble supplication de nostre cher & biẽ ame Antoine Vincent, marchant libraire, demeurãt en nostre ville de Lyon, contenãt, que a grãd soing, estude, labeur & diligẽce, fraiz, mises & despẽs, il a recouuert de maistre Iehan Maynier nostre conseiller en nostre Cour de Parlement de Prouence, les oeuures & lectures de feu maistre Guillaume Maynier son ayeul, sur le tiltre, de Regulis Iuris, & de verborum significatione. Auec vne repetition faicte & composee par ledict maistre Iehan Maynier, sur la loy, Veluti. de iustitia & iure. Lesquelz liures il vouldroit faire imprimer & mettre en euidence & lumiere en nostre Royaume, pais, terres, & seigneuries, a la decoration de la chose publicque, profit & commodite de iustice, & de ceulx, qui sapplicquẽt & adõnẽt aux lettres & sciẽce: mais apres quil aura faict sadicte impressiõ, il doubte que autres voulsissent imprimer, vendre & distribuer lesdicts liures, & que par ce il fut frustre du merite de ses labeurs, fraiz, & mises, si par nous ne luy estoit sur ce pourueu de nostre grace, humblement requerant icelle. Pour ce est il, que nous ces choses considerees, desirans de tout nostre pouuoir faire florir les bonnes lettres en nostre Royaume, pais, terres & seigneuries, Attendu mesmement, que cest pour le bien, profit & vtilite de la chose publicque, Aussi ledict suppliãt recouurer le merite & loyer de ses labeurs, fraiz & mises. Pour ces causes & autres a ce nous mouuans audict Antoine Vincent auons permis, & permettons, voulons & nous plait, quil puisse faire imprimer & vendre, & faire vẽdre lesdicts liures, par telles personnes & toutes fois & quãtes q̃ bon luy semblera, en faisant inhibitiõs & defenses de par nous a tous autres qui nont & qui naurõt charge dudict exposant, quilz nayẽt a imprimer ne faire imprimer en nostre Royaume, vẽdre ne distribuer lesdicts liures, ne den apporter & vẽdre en nostredict Royaume, de quelque lieu que ce soit dautres par autres et ailleurs imprimez dautre impressiõ, q̃ ceulx, que ledict Antoine Vincent aura faict imprimer. Et ce iusques a troys ans prochainement venans, a cõpter du iour & date, que lesdicts liures serõ tacheuez dimprimer, sur peine damẽde arbitraire, & de confiscation des liures quilz auront imprimez & vẽdus, & faict imprimer & vẽdre, & des dommaiges dudict Antoine Vincent suppliant. Si vous mandons, cõmandons, & expressemẽt enioignõs, & a chascun de vous sur ce requis, & si cõme a luy appartiendra, que de noz presens grace, permission, conge & liberalite, & de tout le contenu en cesdictes presentes, vous faictes, souffrez & laissez ledict suppliant & ceulx qui aurõt charge de luy, ioyr, & vser plainement & paisiblemẽt, sans luy faire mettre, ou dõner, ne souffrir estre faict mis ou dõne aucũ destourbier, ne empeschement au contraire, lequel si faict, mis ou donne luy auoit este, ou estoit, reparez & remettez, ou faictes reparer & mettre incõtinãt & sans delay au premier estat & deu, & a ce faire souffrir & obeir contraignez, ou faictes cõtraindre tous ceulx quil appartiendra, & qui pour ce seront a contraindre reaulment & de faict, per toutes voyes deues & raisonnables, & en cas dopposition ou debat lesdictes cõtrainctes, inhibitions & defenses tenans, car ainsi nous plait il estre faict, nonobstãs oppositiõs ou appellatiõs quelcõques, & sans preiudice dicelles, & lettres subreptices ou obreptices impetrees a ce cõtraire. Mandõs & cõmandons a tous noz iusticiers, officiers, & subiectz, que a vous & a vng chascun de vous voz commis & deputez en ce faisant obeissent & entendent diligemment. Donne a Argentem Le huytiesme Iour de Iuin, Lan de grace mil cinq cens quarante cinq. Et de nostre regne le trenteuniesme.

Par le Roy. *Maistre Lazare de Bayf, maistre des requestes ordinaire de lhostel present.* *Ainsi signe* *Coẽfier.*

ANTONII FABRI STEPHANICI,

IN PROVINCIAE SENATV PROCVRATORIS, DE ORIGINE ET GENEALOGIA MAYNERIORVM AD LECTOREM EPODION ELEGIACVM.

Vnde ſuum proles Mayneria protulit ortum,
  Cerne, quod vrbs iſti Parthenopeia dedit.
Fructifer ille locus multos (dixere vetuſti)
  Altiloquos genuit cum pietate viros.
Quos tandem bellum deiecit protinus vrbe,
  In varias partes ſparſit, vbiq; furens.
Inter quos claram ſobolem demiſit ad acres
  Gallos: Mayneriam regia celſa capit.
Regia Biturigum genuit pòſt iure diſertum
  Guillelmum. calamus nunc reticebit auos.
Ædibus in ſacris mons quorũ lemmata clarus
  Bituris æuigeræ nobilitatis habent.
Is licet ex claro duxiſſet ſtemmate nomen:
  Muſæ Sicilides & peperere decus.
Francorũ pietas regum iam protinus vrbes
  Huic tribuit, regeret quas bene marte ſuo.
Et patres quoniam ſimiles producere natos
  Moribus & facie, candida fata ſinunt:
Occurrens legum tenebris Accurſius exit
  Ex illo: puerum docta Minerua fouet.
Fertile pectus habẽs, forma ſpectandus vbiq;:
  Pegaſides docto ſerta dedere viro.
Hungarus & Venetus cernũt hũc ore diſertũ,
  Gallus legatum rex vocat arte ſuum.
Huicq; reuertẽti, qua ſuſtinet Adria Tethym,
  Munera traduntur non referenda manu.
Iudiciũ rexit maius (cernit Prouincia) longo
  Tempore. & hoc vixit ſanctius orbe nihil.
Cuius fit tandem præſes, pariterq; Tholoſæ
  Quum moritur, natum rite ſenatus habet.
Inter opes varias, cupidè viſendo Ioannes
  Repperit hoc, gaudẽs, grãde parentis opus.
Eſt quia virtutis locuples, & iuris amator,
  Hoc legit, & proprio collocat vſq; ſinu.
Pallade cum docta Phœbus donauerat artes
  Huic quia, conſeruat ſemina docta patrum.
Tabida ne valeat extinguere pulchra vetuſtas,
  Hæc nitidis voluit ſcripta ferenda typis.
Cuncta ſub hoc paruo claudũtur iura libello:
  Ergo vigil relegas lector, & inde vale.

Index Legum, & Paragraphorum tituli de regulis Iuris, in hoc volumine enodatorum.

GVLIELMI MAYNERII IV.RIS VTRIVSQVE DOCTORIS CLARISSIMI, CONSILIARII

Regij, in Titulum de Regulis Iuris, (totius ciuilis prudentiæ ſummam) Tractatus, ſeu Repetitiones feliciter incipiunt: quos qui exactè relegerit, ipſius Iuris Ciuilis nodos plures ſolutos perſpiciet, antea à nullo Iureconſultorum, præ difficultate, tentatos.



Summæ Rubricæ.

De Regulis Iuris.

CV'M Iam publicè legẽdi muneri faciẽs ſatis, per annos aliquot diuerſas iuris ciuilis latebras peruoluiſſem, vltimam eius partẽ, quæ velut meta finalis ſummã iuris obtinet, attingere operæpretium fore exiſtimaui: ne ſi fortè nouiſsima huiuſmodi, quibus prioribus ſæpe detractum iri videmus. l. pacta. C. de pactis. & c. j. de reſcrip. negligerẽtur, meliora neglexiſſe videremur.

1 Vltimò † nempe traditis eſſe inhærendum docet Bal. in l. quidam. verſi. tertio caſu. C. de iure delib. & in ſuo conſilio ſchiſmatis. col. penul. cui aſtipulatur Inno. in c. ne innitaris. de cõſti. gl. in c. prædicator. xvj. q. j. & in c. ſi ſentẽ. xj. q. iij. Hæc fuit ſen-

tentia Accursij in l.qui filiũ.§.Sabinus.ff.ad Treb.
& tex.in §.item pretium. Instit.de emp.& vendi.
& l.nulla.§.j.ō.de alimen.legat. Ioan.Andr.cap.j.
de pœnis.lib.vj.nouel.postremo enim hęc,posita
eius sunt virtutis,vt in principio,medio & in fine
esse dicantur,secundũ Bald.in l.j.C.de libe.præte.
versic.item quando post omnes. Quamobrem so-
lertiori cura attingi debent,cum ad doctrinam &
memoriam prosint,quæ posteriore loco colligun
tur,secundum Specul. de dispu.Non abs re igitur
iuris hæc pars potissima regulas & totius ciuilis
prudentiæ summam recludens, in fine seu vltima
parte Digestorum collocatur.Cuius rubricæ con
2 tinuatio† non videbatur necessaria,secundũ Bal.
in l.Gallus.in prin.ō.de libe.& posthu.sed opera-
tur ad bene esse,scilicet vt post prima quæcunque
proximo copulata procedant,vt l.ij.ō.de stat.ho.
& l.cũm de lanionis.§.asinam molendinariã.ō.de
fundo instructo & instru.legat. Ideo de bene esse,
glos.hic cõtinuat eam,vt in ea potest videri,quæ
secundum Doctores potest declarari. Quia nõ est
3 †nouum,vt quibusdam specialiter enumeratis &
declaratis ponatur clausula generalis omnia com
prehendens,vt l.si seruus seruũ. §.inquit lex. ff.ad
legem Aquiliã.& l.generali.C.de sacrosanct.eccl.
& cap.quoniam contra falsam. extra de probat.
Ideo Iurisconsultus,quia supra per specialitatẽ di-
uersos titulos de iure ciuili & prætorio tractauit,
nunc id facit & subdit per diffinitiones & genera-
les traditiones illorum iurium.Et hanc continua-
tionem sumpserũt,& Dy.& Bonifacius de Ama-
natis ex ista glos. super eod.tit. extra libro sexto.
4 Ex quo ibi infert dictus de Amanatis†quòd iste
titulus nõ est iuris statutiuus,sed iuris ante statuti
indicatiuus siue cõprehensiuus,vt l.j.huius tituli.
Clausula generalis an præcedere debeat
5 Ex quo infertur secundũ eum quòd†clausula ge-
neralis non debet præcedere,sed subsequi specifi-
cata,vt l.doli clausula. ō.de verb.oblig.& l.sed &
si quis. §.quæsitum. ō.si quis cau. cum similibus.
¶Et si opponatur,quòd iste titulus poni debuerit
in initio horũ Digestorum, sicut videri potest in
multis illorũ titulis,illorumq́ discursu,vbi prin-
cipalis generalisq́ titulus præponitur , & subse-
quuntur speciales,vt in tit.de probationibus,qui
generalis est, & præcedit titulos de testi.& de fide
Instru.Item in tit.de seruitutibus.quem sequuntur
tituli de seruit.vrba.prædi. & de ser.rusti.prædi.
& etiam rubrica de bonorũ posses.generalis præ-
cedit titulos de bono.posses.contra tab.& de bon.
posses.secundum tabul.& de actio.& oblig.quem
titulum sequitur titulus de verbor.oblig. & idem
Insti.eisdem titulis hoc demonstratur,& in alijs si-
milibus titulis in iure sparsim positis, quos labo-
riosum magis quàm subtile inducere foret.Sed ad
hoc potest respõderi per not. gl.positæ extra eod.
titu.lib.vj. hoc ideo ita factum fuisse,vt istæ iuris
regulæ melius memoriæ commendarentur. Quo-
6 niam †vltimo loco posita solent melius memoriæ
commendari,vt in cap.liquido. de conse.distin.ij.
& in clemen. si dominum. de reliquijs & venera.
7 sanct.quod†enim nouissimè fit,ilico procedit,vt
l.si quis antea conduxit.ō.de acquiren.posses. hæc
tamen solutio non approbatur per gl.in dicto c.j.
extra cod.lib.vj.nec placet ibi domino Bonifa.de
Amanatis,quia cum omnia sint in scriptura reda
cta,ita fuissent istæ regulæ in memoriam studen-
tium collocatæ in principio sicut in fine, argu.l.
hac consultissima.§.at cum humana. C.qui testa.
face.possunt. Ideo secundò,ibi soluit glossa dicta,
8 quòd † cum regula non faciat ius, sed ex iure iam
constituto eliciatur:ideo necessariò debuit in fine
poni.Si enim in principio positæ fuissent regulæ,
potuisset à nonnullis credi, quòd sequentia iura,
sicut riuus à fonte,elicerentur ex regulis antè po-
sitis,quòd tamen est falsum, quia regulæ sequun-
tur ius iam constitutum,vt clarè colligitur in l.j.
huius titul.ad quod facit l.j.in princ.ff.de iusti.&
iure. Quamuis tamen hæc solutio sit, vel esse vi-
deatur in se vera:non tamen plenè satisfacit con-
trario. Ideo dicendum videtur secundum dictum
9 Bonifa.de Amanatis,quòd quædam est†clausula
generalis instructiua,quæ fit ad doctrinam conti-
nens principia communia,secundum quæ species
reguntur.Et ideo illa vt principium debet præce-
10 dere,ne ignoratis † principijs,ignorentur & reli-
qua,vt l.j.ff.de origine iuris.vbi videri potest per
Bal. quid dicatur esse principium in rebus factis
& iudicijs.& facit l.j.allegata.in prin.ff.de iustitia
& iure.vbi dicit Bald.quòd qui vult scire princi-
11 piata,debet nosse principia.Quia principia†sunt
tanquam fores,in quibus nemo debet errare:quo-
niam modicus error in principio,fit maximus in
12 fine.Et ita loquuntur cõtraria. Quædam†est clau
sula generalis ampliatiua, & hæc præcedere non
debet,sed subsequi enumerationem specierum. Et
13 est ratio,quia pro † cautela & securitate apponi-
tur,vt includat & prouideat erga casus nõ speci-
ficatos,vt dicta l.doli clausula.& dicto §.quæsitũ.
vbi videte Bal.elegantissimè loquentem. Et facit
l.sanctio legum. ō.de pœnis. & l.fin. §.cui dulcia.
ff.de vino,tritico & oleo legatis.Ex quo videtur,
quòd si clausula huiusmodi ampliatiua præcede-
14 ret,esset maioris potẽtiæ.Vbi†enim sequitur spe-
cificata, ad illa non extenditur, sed solum ad alia
non expressa, expressis tamẽ similia,vt dicta l.do
li clausula.Sed vbi præcedit,tunc etiam compre-
hendit post specificata,vt l.qui Titia.§.qui Mar-
co. ff.de annuis legatis. Et hæc faciunt ad vnã no-
tabilem quæstionem antiquam, Si testator leget Quæstio.
priori fratrum prædicatorum suam Bibliam, &
cuilibet ex fratribus decem floren. pro vestiario,
an cõsequetur prior vltra Bibliam decem floren.
pro vestiario. In qua quæstione varij varia dixe-
runt,vt potest videri per Dyn.in cap.generi per
speciem.extra cod.tit.lib.vj. & Bonifac.de Ama-
natis.vbi suprà.& l.cũm quæstio.in fi. C.de lega-
tis.& Sali.in l.filia.& Bal.in l.cũm quæstio.eo.tit.
& ipsum Bal.in l.quoties. C.famil.ercis.& in l.le-
gatorũ.§.qui plures.ō.de leg.ij.& per Io.de imola
in alleg.l.doli clausula.& per eundẽ in l.cohęredi.
§.qui patrem. ff.de vulg.& pupil.substit. ad quos
sufficiat remissio pro dictæ quæstionis decisione,
15 & earum distinctione.Quædam†est clausula gene
ralis collectiua,quæ potest præcedere & sequi spe
cierum enumerationem. Nam cum solum appo-
natur, vt in vnum particularia colligat, non est
differ

differentia ſi præcedat vel ſequatur: ſi tamē ſequa-
tur ſpecies ſpecificè propoſitas, tunc propriè col-
ligit: vt l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff. ad legem
Aquil. ſi autem præcedit, tunc non colligit, ſed in-
cludit, & ſic ſequens ſpecificatio ſolū venit ad de-
clarationem & exemplificationem clauſulæ gene-
ralis antecedentis, vt in cap. quóniam contra fal-
ſam. extra de proba. Et probatur in l. certi condi-
ctio. in priu. & §. j. & §. ſeq. ff. ſi cert. peta. Clauſula
16 † autem alia dici poteſt narratiua, quæ ſolum ha-
bet narrationem ſpecierum, vt eſt videre in omni
regula iuris, quæ cum colligatur, vel conſtituatur
ex iure ſparſim diffuſeq́ꝫ cōſtituto in caſibus par-
ticularibus, vt illud ius breuiter effectualiterq́ꝫ nar
ret: vt dicta l. j. huius tit. abſurdè & incongruè po
neretur ante ipſum ius narratum, falſaq́ꝫ tunc fo-
ret ipſa narratio, arg. l. in teſtamento. j. ff. de condi.
& demonſt. ſequi ergo debet neceſſariò ipſum ius
antè cōſtitutum, ex quo iure ipſa elicitur. Ideo ta-
lis clauſula narratiua vocatur iuris Regula: quia
ſcilicet narrat breuiter prædictam cōſtitutionem
17 iuris. † Dicit etiam Bal. in cap. cūm veniſſet. extra
de iudi. quòd regula dicitur verbū abbreuiatum,
licet indigeat ſolenni & ſana interpretatione: ſed
non verbum ſpecificè demōſtratum, vt plenè no-
tatur in l. voluntatis. C. de fideicōmiſſis. per eun-
dem Bald.

Clauſula narratiua q.

Summarium.

1 ☞ Regulæ textus expoſitionem nō caſus poſitio-
nem deſiderant.
2 Regula eſt multorum ſimiliū collectio, ſecundum
grammaticos. & nume. 3. & 4.
5 Regula eſt nomen æquiuocum.
6 Lex eſt regula iuſtorum & iniuſtorum.
7 Peccatum ſcientis præponi peccato ignorantis.
8 Regula aliquando eſt ius, & eſt diſpoſitiua.
9 Regula iuris quid.
10 Regula vnde dicatur. & nume. 11.
12 Regularis appellatione venit tā religioſus, quàm
clericus ſecularis.
13 Regula ſumitur duobus modis. & nume. 14.
15 Legatum an valeat, vbi cōſtat de donatione nar-
rata.
16 Regulæ poteſtas. & nume. 17. & 18.
19 Regula Catoniana facit ius.
20 Regulæ iuris quæ ius ſtatuant. & nu. 21. 22. 23. & 24.
25 Regula non refertur ad terminum particularem.
26 Terminus particularis quando non operatur re-
ſtrictionem.
27 Regula eſt quaſi cauſæ coniunctio. & nu. 28.
29 Regula an cōprehendat omnes exceptiones. & nu
mero 33. & 34.
30 Exceptio debet eſſe de regula. & nu. 31.
32 Exceptio in aliquibus impedit regulā, & in alijs
eam confirmat.
33 Regulam licet offendere ſuadente æquitate.

Regula eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter narrat, non vt ex regula ius ſumatur: ſed ex iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, &, vt ait Sabinus, quaſi cauſæ cōiunctio eſt, quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit ſuum officium.

HIC textus regularū iuris primus eſt in hoc titulo: in quo præmitto, qꝫ in eo non eſt ponēdus caſus in terminis, vt in ſingulis legibus totius iuris poni cōſueuit pro illius declaratione: quoniam, vt dicit Bal. in cap. man-
1 data. extra de procuratoribus. quoties † traditur
regula, non eſt neceſſe quęſtionem formare, & per
conſequens nec caſum in terminis ponere. Eſt ta-
men textus exponēdus, ideo pro huius textus ex-
poſitione, gloſ. hic, vt videri poteſt, diuidit hanc
legem in quatuor partes, vt poteſt in ea videri.
Primo enim ponit diffinitionē regulæ, quam, vt
videri poteſt in ea, facit Iuriſconſultus, & in prin-
cipio ponit diffinitionem regulæ factam ab ipſo
Iuriſconſulto Paulo, quam dicit eſſe quæ rem, quæ
eſt, breuiter narrat. Grammatici autē dicunt, quòd
2 ipſa regula † eſt multorum ſimilium collectio. in
effectu tamen quod dicunt grammatici prædicti,
idem videri diciq́ꝫ poteſt cum diffinitione dicti
Pauli Iuriſcōſulti. Quoniam per hoc quòd diſpo-
ſitionem anteriorē prout eſt, in caſibus pluribus
particularibus conſtituta narrat, illa eſt plurium
multorumq́ꝫ ſimilium caſuū collectio, ſed per hoc
quod narrat breui cōpendio patet, quòd eſt colle-
ctio cōpendioſa ſimilium non ſpecifica, ſed com-
3 prehenſiua: & ſic diffinitio † grāmaticorum velut
imperfecta ſuppletur à legislatore. ideo dicit hic
4 gloſ. declarando, quòd regula † eſt plurium rerum
compendioſa narratione facta traditio. Et eſt hic
5 notādum, quòd verbum † regula per ſe ſumptum,
ſecundum Archi. iij. diſt. cap. regula. eſt æquiuocū.
Quādoq́ꝫ enim ſumitur pro ſpirituali norma vi-
uendi. Regula, id eſt virga etiam aurea, vt j. quæſt.
iiij. c. eccleſia. §. j. qui incipit, item peccato ciuium.
& hoc eſt etiam ſecundum legis ſacrę inſtituta, vt
in cap. bene nouit. lxj. di. Item ſumitur regula pro
iure communi, vt lviij. diſt. cap. j. item pro regula
eccleſiaſtica. xlvij. diſt. cap. quóniam. j. quæſt. iij. c.
ſaluator. verſic. alioquin. vt eſt regula quæ dat or-
dinem religioſis, qui ex hoc appellātur regulares,
vt eſt regula ſanctorum Benedicti, Dominici &
Franciſci, vt dicto c. quoniā. Ad quod facit quod
habetur in authent. quomodo oportet epiſcopos.
§. ſancimus. collat. j. ibi, vult textus ſacras regulas
eſſe pro lege obſeruandas, vt ibi etiā notatur per
Angel. facit quod habetur in authē. de monachis.
§. ſi vero relinquens. & §. fi. ead. coll. j. Item dicitur
regula diffinitio cōpendioſa rerum vniuerſitatem
cōplectens. xj. q. j. quæro. vt recitatur per Archid.
in dicto cap. regula. iij. diſtin. Aliquando ſumitur
regula pro regula ſcriptorum, ſecatorum & men-
ſorum, quæ dat modum rectè ſcribendi, ſecandi &
menſurandi, vt hic notatur per Bartolum & Ioan.
Andr. in gloſ. ſuper rubrica, extra eod. tit. lib. vj.
quandoq́ꝫ ſumitur pro regimine ſanitatis aut do-

Regula viuēdi norma.
Regul. virga.
Regul. ius cōmune.
Regul. eccleſiaſtica.
Regul. definitio cōpēdioſa.
Regul. ſcribētiū, ſecantiū & dimēſorum.
Regul. ſanitatis, aut don.⁹ regimen.

mus, ſecundum domi.Bonifac.de Amanatis, qui
plenius poteſt videri ſuper rubrica, extra eod.tit.

Regul. verbũ abbreuiatũ.

lib.vj. ſed etiam aliquãdo dicitur regula verbum
abbreuiatum, quod tamen indiget ſolenni, & ſana
interpretatione, ſed nõ verbum ſpecificè demon-
ſtratum, vt notatur per Bal.in l.voluntatis. C.de
fideicom.& per eundem Bal.in cap.cùm veniſſet.

Regul. ius cõmune ſeu doctrina cõmunis.

extra de iudic. Quandoq; ſumitur regula pro iure
communi ſiue pro doctrina cõmuni compendio-
ſa, vt in dicto cap.regula. iij.diſtin.& l.iij.ff.de le-
6 gibus.vbi dicitur, quòd lex † eſt regula iuſtorũ &
iniuſtorum. facit quod habetur vj.quæſtio.j.cap.
7 quæro.vbi regula iuris ſtatuit peccata† ſcientium
peccatis ignorantis præponi. Et ſic aliquando re-
8 gula † eſt ius, & tunc eſt diſpoſitiua, vt dictis iuri-
bus. Sed quãdo regula eſt iuris, tunc eſt narratiua,
9 vt hic. Ita † quòd poſſumus dicere regulam iuris
eſſe quandam iuris concluſionem : quando plures
caſus ſparſim iure deciſi ſunt propter identitatem
rationis, & breui compendio reſumuntur, non au
tem per ſpecialem illorum caſuũ expreſsionem,
ſed per expreſsionem rationis eiuſdem generalius
factam, de quo videte exẽplum per Dyn.ſuper ru-
brica, extra eod.libr.vj. & hic per gloſ. vltra me-
10 dium. Dicitur † aũt regula à rectitudine, quia rectè
11 ducit: † vel à regimine, quia regit & regulat, præ-
betq; normam viuẽdi, vt dicto cap.regula.iij.diſt.
Indeq; dicitur regularis, quod verbum, ſecundum
Ioan.Andr. in nouella, eſt commune religioſis, &
12 clericis ſecularibus: omnes † enim ſunt ſub regula,
& canonicis regulis aſtricti. xij.diſtin.cap.ſi.& in
authen.de ſanct.epiſ.poſt prin.§.domus.collat.ix.
ſed licet Ioã.Andr.in ſua gloſ.ſuper rubrica, extra
eod.tit.lib.vj.ſic deriuauerit regulam, dominus ta
men Bonifacius de Amanatis, ibi dicit illam de-
riuationem non eſſe congruam, quia illa eſt deri-
uatio regulæ per ſe ſumptæ, non autem regulę iu-
ris, & ſic illatio non ſequitur ex præmiſsis contra
13 l.non hoc.C.vnde legi. Ideo dicit quòd † regula ſu
mitur duobus modis : vno modo, vt dicatur ius:
hoc eſt, ſic cõſtituta ab eo, qui ius condere poteſt:
vt Papa vel Imperator, & tũc deriuatio bona eſt,
14 quia † regula regit, regulat, & rectè ducit ſubditos:
vt l.j.C.de ſumma Trin.cum ſimilibus. Alio mo-
do vt dicatur iuris, hoc eſt, quòd elicita ſit ex iure
iam cõſtituto, ſicut materiatũ ex materia, & tunc
nõ regit, nec regulat, ſed antè regulatũ nunc enar-
rat. Nec obſtat q; iſta narratio eſt principaliter
ꝑpter ſe prolata, & ſic diſponit, & per cõſequens
regit & regulat, vt l.ex hac ſcriptura. ff.de donat.
quia illud poſſet habere locum, quando non appa
reret ipſum quod narratur: ſecus autem ſi appare-
ret : tunc enim non diſponit, vt hic. Ex quo infe-
runt Doctores ad caſum dictæ l.ex hac ſcriptura.
15 quòd † ſi conſtaret de donatione narrata, non va-
leret legatum, quod aliàs induceretur ex ipſis ver-
bis enuntiatiuis propter ſe prolatis. & tex.l.ſi cre-
ditor.§.fin.ff.de legat.j.quæ videtur velle legatum
huiuſmodi valere non obſtante obligatione ante-
cedente, propter vtilitates, quæ obueniunt ex le-
gato, & non ex cõtractu, vt ibi notatur, debet in-
telligi quando legatũ eſt factum per verba diſpo-
ſitiua, ſecus ſi per narratiua, vt dicta l.ex hac ſcri-
ptura. pro quibus videte Bald.poſt Bar.in l.Mæ-
uius.in prin.ff.de legat.ij. Vlterius pro declaratio-
ne præmiſſorum, & gloſ.hic, in verſic.ſuper ſecun
16 do.vſq; ad verſic.ſuper tertio.dici poſſe, quòd † po
teſtas regulæ eſt, vt nõ faciat ius, ſed ius ſtatutum
recitet. Et licet iſta gloſ.& Dy.aliter dicentes vi-
deantur diſtinguere, non eſt tamen à verbis legis
recedendum, ſecundum Ioan.Andr.& Bonifac.de
Amanatis ſuper rubrica, extra eod.tit.libr.vj. qui
17 dicunt, vt dictum eſt, quòd † per regulam non ſta-
tuitur ius, ſed ex iure ſumitur regula, aliàs nõ poſ-
ſet dici, nec rubricari de regulis iuris, ſed de iure
regularum. Nec obſtat quod dicit hic gloſ.& Dy.
18 quòd † regula facit ius in caſibus non exceptis &
à iure non deciſis: quia licet caſus non deciſi ſimi-
les deciſis decidantur identitate rationis, hoc non
eſt quòd regula ſic ſtatuat, ſed quia lex antè ſic ſta-
tuerat, vt l.non poſſunt. ff.de legi.& cap.inter cæ-
teras.extra de reſcript.& ſic iſta gloſ.non eſt vera,
19 nec verum dixit Dynus. Nec † etiam obſtat, quòd
regula Catoniana facit ius, & de nouo ſtatuit, q;
legata inutilia, ſi teſtator ſtatim facto teſtamento
deceſsiſſet, non cõfirmentur, ſi poſt multo tempo-
re ſuperuixit, & interim ceſſauerit impedimentũ,
vt l.j.ff.de regul.Catonia. quia illa regula non eſt
propriè regula, nec inter regulas connumeratur,
quamuis quidam mordeãt iſta, per l.cum legato.
in prin.ff.quando dies legat.cedat.vbi regula Ca-
toniana vocatur regula iuris.ſed dicendũ eſt, quòd
impropriè, aliàs contrariaretur iſti legi, & ſic di-
citur regula Catoniana regula iuris, ex eo quia eſt
à iure approbata, ſicut Codex Iuſtiniani dicitur
per approbationem, nõ quòd illum fecerit, vt l.j.
§.& omnes. C.de veteri iure enucle.& vocata fuit
regula Catoniana, hoc eſt, traditio ſeu breuis diffi
nitio Catonis. Cum autem fuit pro lege à iure cõ-
muni ſeruata, non perdidit nomen regulæ, ſed ad-
ditum fuit iuris, quia à iure communi ſeruatur.
Bar.verò hic exponit tranſitiuè regula iuris, hoc
eſt, illud ius quod eſt regula. Sed de hoc non curat
Bonifac.de Amanatis, vbi ſ.qui latiſsimè hunc
articulum proſequitur. Vel dicite ſecundum eum,
20 & vltra gloſ. quòd † regulæ quæ ſunt ſituatæ ſub
hoc titulo nõ inducunt ius de nouo, ſed ſolùm re-
21 citant ſub cõpendio ius iam cõſtitutum. † Regulæ
autem quæ vocantur iuris ſparſim per corpus iu-
ris poſitæ, quandoq; ſtatuunt ius de nouo, & illæ
vocantur regulæ iuris, hoc eſt, iuridicæ, vel à iure
approbatæ, vt l.ſi quæramus. ff.de teſtamentis.
Quandoq; verò recitant ea, quæ antè fuerant ſta-
tuta, & tunc propriè vocantur regulę iuris, quan-
quàm non ſint ſub hac rubrica poſitæ. Vnde col-
22 ligi poteſt pro cõcluſione, quòd † intentio autoris
condentis regulam eſt non ſtatuere per regulã ius
de nouo, ſed ius antè ſtatutum recitare, poſtquam
23 tamen ab autore iuris ſunt conditæ, & in corpore
iuris clauſæ, faciunt probationem euidentem, li-
cet ſint narratiuæ, argu.l.fin.& quod ibi notatur.
C.de re iudic.& cap.cùm P.tabellio. extra de fide
24 inſtrumẽ. Et tenete menti, quòd † regula facit me-
liorem cauſam eius pro quo facit, quoniã ſecun-
dum illam obtinebit, vt vult Bal.in l.j.iij.col.cir-
ca medium. C.de alien.iudi.mutan.cau.facta. niſi

aduersarius ostendat regulam nō habere locum in casu particulari de quo litigat, arg. l. asse toto. ff. de hæredi. insti. & est glo. Io. An. super rubri. extra eo. tit. lib. vj. prope finem. dicite etiā super glos. huius l.
25 ibi, sed qualiter fit regula. φ † non est dare regulam quę referatur ad terminum particularem, sed bene quandoq; legem, vt l. nepos Proculo. ff. ti. proximo. & interdicta proferuntur quasi inter duos dicta. verum tamen putat dictus Bonifacius de Amanatis in legibus illis haberi in effectu perinde ac si in lege fuisset terminus communis, quia terminus singularis siue particularis fuit adiectus causa demon-
26 strationis, vel quia sic de facto contigerat. Ideo † nō operatur restrictionem. Ad quod allegat l. j. §. quoties. ff. de vi & vi armata. deinde in glos. hic posita in versu, tu dic tertio. in suo contextu diuersas ponit opiniones inter Io. & Placen. & ipsum Placentinū sequitur Dynus super rubri. eo. ti. li. vj. cum quo hic transit Bartolus, quia officium regulæ non stat in extensiōe, vt fuit superius dictum, sed solum stat in narratione ante assignati vel statuti. Ideo Placen.
27 melius dixisse videtur, φ † regula est quasi causæ coniunctio, hoc est, plurium decisionum ad eundem effectum tendentium, vt in exemplo glossę. Sed hoc non placet d. Bonifacio de Amanatis vbi supra, quia impropriè poneretur in singulari causæ, sed debuisset poni in numero plurali causarum. Item quodlibet illorum statutorum fundatur super eadē ratiōe specie & numero, l. quia in nullius bonis sunt. Item istud, quasi, secundum eos poneretur vt nota ꝓprietatis, vt l. j. ff. de trāsact. & l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. & l. & puto. ff. fa. er. Ideo
28 putat, φ hic sit nota improprietatis. nam † regula non coniungit casum casui, nec statutum statuto, aut rationem rationi. sed quia ratiō statuendi breui compendio narratur in regula, & generalius in regula traditur quàm antea fuerit constitutum in lege statuente, vt l. si mihi & tibi. §. regula iuris. ff. de lega. j. videtur quodammodo rationem rationi coniungere, vel statutum statuto, sed verè non facit, & ideo dicitur quasi coniunctio. in eadem glos. ibi, super vltimo, Dyn⁹ verò super rubrica extra e. ti. li. vj. & Bart. & Bald. in l. in his. ff. de legi. concordant has opiniones Ioā. & Placen. dicuntq; vtranque esse
29 veram. nam † regula iuris siue fuerit affirmatiuè siue negatiuè concepta, siue vniuersaliter siue indefinite, comprehēdit ex vi & potestate verborum o-
30 mnes exceptiōes quas patit in se. Exceptio † enim debet esse de prędicato regulę. l. nam quod liquide. §. si cui. ff. de penu lega. & l. fi. §. cui dulcia. de vino, tritico, & oleo legato. & sic exceptio debet esse de regula, hoc est vt circunscripta ratione casus exceptati, ipse casus exceptatus fuisset inclusus sub ipsa regula, vt probatur in l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. lega. Exemplū, si dicatur omnis homo currit excepto Titio: certè circūscripta hac exceptiōe Titius vtiq; includebatur sub illa propositione, omnis homo currit. Si autē diceret omnis homo currit, excepto asino: esset illa impertinens exceptio, quoniā illa circunscripta non includebatur a sini cursus. &
31 ita intelligi debet opinio Placen. Exceptio † autem non est de regula quātum ad decisionem iuris, quia si præcederet regula in actione personali non rectè sequeretur exceptio in reali, nec econtra: quia exceptiones non disponuntur secundum regulam iuris. nam quātum ad eas regula perdit officium suū, vt in ista l. in fi. quoniā aliqua ratio suadet officium regulæ vitandum, vt patet in regula quæ dicit, id quod in nullius bonis est occupanti conceditur quod tamen fallit in libero homine, in re sacra, cum simi-
32 libus. quamuis † enim exceptiones impediant regulam cōtingere casus exceptos, ostendunt tamē eam firmam in casibus non exceptis, vt in authen. de nō alienan. §. vt autem. colla. ij. ver. necessarium existimamus. Quia vbi sunt plura capitula, quorum effectus est distinctus, detractio in quibusdam videtur cętera confirmare. l. tribunus. §. fin. ff. de testa. milit. quæ inducūtur ad pulchras quęstiōes, de quibus ibi per Baldum. Super quib⁹ dicit de Amanatis φ licet fatendum sit exceptionem esse à regula vt sit bo-
33 na, non tamen sequitur φ † propterea regula iuris includat ipsam exceptionem, etiā quo ad potestatē verborū, ar. l. j. & quod ibi notatur. C. de sa. sanc. eccle. quia cum regula sit narratiua multorum similium casuum, non tamen potest dici φ vi verborum includantur casus excepti, quia pro illis nō est facta huiusmodi compendiosa narratio: quoniam ante hanc compendiosam narrationem iam erant
34 prædicti casus excepti. Ex † quo videtur, φ regula iuris nunquā fallit, quia semper vera est in eo quod narratur. Ergo propter casus exceptos nō fallit regula: sed in illis non habet locum, quia de eis contraria ratiōe aliter fuit dispositum. pro quo facit l. quamuis. C. de impuberum, & alijs substi. & l. j. cum sua glo. ff. de regu. Catoniana. sed cogitari potest, φ iste textus facit in fi. cōtra opinionem Bo. de Amanatis, dum dicit regulā non fallere, aut non vitiari propter casus exceptos. Ideo à communi opinione
35 non videtur discedendum. Notate † tamen finaliter quòd licitū est offendere regulam suadente æquitate, vt notatur per glos. in auf. vt sine prohib. ma. credi. & debitr. §. j. super verbo, existimauim⁹. coll. vij. facit l. si quis seruo. C. de fur. sicut propter casus exorbitantes licet leges transgredi, vt dicit Inno. in c. j. extra de constitu.

Summarium.

1 ☞ Vir dignior est quàm fœmina.
2 Auus præfertur auiæ in tutela.
3 Masculi potius quàm fœminæ succedunt in regno,
4 Filia regis non succedit in regno Galliæ.
5 Causato non maior infunditur virtus quàm procedat à causa.
6 Consuetudo sola in regalium dignitatum successione seruanda.
7 Fœminæ in quibus casibus sint meliotis conditionis quàm viri.
8 Abbatissa potest habere iurisdictionē contentiosam, sed non pœnitentialem.
9 Mulier non est perfectum membrum ecclesiæ.
10 Mulier fuit causa materialis nostræ salutis & nu. 11.
12 Maria fuit excellentior omnibus apostolis.
13 Petro soli non fuit data ligandi, & soluēdi potestas
14 Nobilitas generis non denominatur à matre, sed à patre.

35 Filius quando denominetur à matre.
36 Naturalis filius sequitur matris conditionem.
37 Fœmina potest succedere in dignitatibus habentibus iurisdictionem.
38 Mulier quæ munera subire possit. & nume. 19. 21. 23. 24. 25. & 28.
20 Consuetudo iurisdictionem tribuit.
22 Executor est procurator quidam.
26 Monasterio mulierũ plus fauetur quàm virorum.
27 Metus minor excusat mulierem quàm virum.
29 Meretricem ducere vxorem est meritorium.
30 Meretrix turpiter meretricatur, sed non turpiter accipit mercedem. & nu. 36.
31 Turpitudo antecedentis non infert turpitudinem consequentis.
32 Meretrix non ligatur laqueis legum.
33 Turpitudo præsumitur ex qualitate personarum.
34 Meretrici dans dicitur dilapidare.
35 Eleemosyna an fieri possit de male acquisitis.

Fœminæ ab omnibus ciuilibus officijs publicis remotę sunt, & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere possunt.

SEXTUS iste primò sexu fœminino suam regulã ponit: secundò declarat
illam per exempla ibi, &
ideo, &c. Et ex hac lege
colligi potest argumẽtum
1 qđ † dignior est vir quàm
fœmina. cui concordat l. j.
ff. de senatoribus, & extra
de verbo. signifi. c. forus. §. testes. & l. fi. ff. de fide instru. hinc est q̃ dicitur factus homo ad imaginẽ dei,
sed non mulier, vt legitur xxxiij. q. v. c. hæc imago.
& facit ea. causa & q. c. mulierem. & xxiij. di. c. mulier. in glossa. Et hoc inducit Bald. post glos. in di-
2 cta l. j. ff. de senato. in argumentum q̃ † auus præferatur auię in tutela, de quo tamen dici debet vt notatur in authẽ. matri & auię. C. quando mulier tute.
offi. fungi possit. Et etiam secundum eundem Bal.
3 in dicta l. j. ff. de senato. inducit q̃ † masculi potius
quàm fœminę succedũt in regno: subiungens q̃ vbi
nõ succedit fœmina, nec eius filius, extra de re iudi.
4 c. ad apostolicę. lib. vj. in nouella. Ideo † secundum
eum filia serenissimi regis Frãcorum non successit in regno ex rationabili consuetudine Francorũ,
filius eius scilicet rex Anglię in regno Francorum
5 nullum ius prætendere potuit. Quia † in causato nõ
potest esse plus virtutis quàm procedat ab impotentia potẽtię causę, vt est expressum in feudis, tit. qui
feudum dare possunt. c. j. §. hoc autem notandum.
6 Et corroboratur hoc: quia † in regalibus dignitatibus quantum ad successionẽ seruanda est consuetudo, secundum eundẽ Bald. in c. ij. de feu. march. ducatus, & comitatus. per tex. de alie. feudi. c. vnico.
§. in feudo. & facit textus in l. liberos. in fi. ff. de senatoribus. In alijs autem casibus, quàm in successione
regnorum, quid iuris sit, videte notata Baldi in l. j.
7 ff. de condi. inser. Et † quamuis supra dictum fuerit digniorem esse virum, quàm fœminã, sciendum est
maxime ipsam fœminã deterioris conditionis esse
quàm virũ: tamen in xxxviij. casibus melior est conditio fœminarum, quàm virorũ: quos ponit Speculator in ti. de procura. §. j. in prin. quorum aliqui ponuntur per glo. & doc. in l. in multis. ff. de sta. ho. sed
glo. in c. noua quædam. extra de pœniten. & remissionib. enumerat multos casus, in quibus mulieres
sunt deterioris conditionis, quàm viri. & ibi Panor.
8 notat q̃ † licet abbatissa possit habere iuridictionẽ
fori cõtentiosi, vt in c. dilecta. extra de excessi. prælatorum. & idem in alia muliere de iure speciali, vt
in c. dilecti. extra de arbi. cũ ibi notatis, & xij. q. ij.
c. cum deuotissimam. tamen non potest habere iurisdictionem fori pœnitentialis, & reddit rationem
diuersitatis: quia iurisdictio fori pœnitentialis procedit ex potestate clauium & ordinum, quorũ mulier totaliter est incapax, adeo q̃ si mulier de facto
ordinetur, nõ recipit characterem secđm cõmunem
opinionẽ. Quod etiam tenet glo. in c. diaconissam.
xxvij. q. ij. & recitat ibi Archidi. hoc ideo esse, quia
ordo est perfectorum membrorum ecclesię, cum de-
9 tur ad collationem gratię in altero. mulier † autem
non est perfectum membrum ecclesiæ, sed vir. Præterea mulier fuit causa, quia fuit principium priuationis, & pręuaricationis, & Adam per ipsam deceptus est. xxxiij. q. v. c. Adã. & c. sequenti. ideo non
potuit esse effectiua salutis, cum ordines sint effe-
10 ctus gratiæ in altero, & sic salutis: sed † causa materialis saluris potuit esse mulier, imò materialiter
cum de viro sumpta fuerit, quia de costa Adę fuit
facta mulier. xxxiij. q. v. nec illud debuit esse virgo
11 Maria salutis. & hoc est verum q̃ † sexus muliebris
fuit causa materialis nostræ salutis, scilicet beata
virgo Maria, de qua materialiter Christus salus no-
12 stra ꝓcessit. Ideo † ipsa beata virgo Maria fuit dignior & excellẽtior omnibus apostolis, vt dicit Pa-
13 nor. in dicto c. noua. Vbi subiungit q̃ † beato Petro
soli non fuit attributa potestas ligandi & absoluendi, sed omnibus apostolis, vt xxj. di. c. in nouo. & legitur in Eũgelio dixisse Christũ Apostolis, Accipite spiritum sanctũ: quorum remiseritis peccata,
&c. Solus ergo Petrus habuit principatum, sed in
potestate omnes fuerũt ęquales, secundum eundem
Panormi. vbi ẽ. Circa præmissa tamen notari po-
14 test, q̃ † nobilitas generis non denominatur à matre, sed à patre, vt est textus in l. liberos. ff. de senato.
quod ibi inducit Bald. contra aliquos qui se dicunt
habuisse nobilem matrem. Contrarium tamen seruant aliqui de consuetudine propter fastum superbiæ, vt not. in c. Raynutius. in princ. extra de testa.
per Hostien. & Ioã. An. qui textus videtur contrariari prędictis. sed ibi soluit Io. An. per consuetudinem allegatam, vel quia mater ibi viuebat patre
mortuo, ideo denomĩatio fit à matre. vbi videri possunt notata per modernos doc. Anto. de Butr. &
15 Io. de Imola post dictũ Io. Andre. dicentem q̃ † filius quãdoq; denominatur à matre, & non à patre.
& hoc secundum eum fortè ideo, quia mater erat
nobilior patre, vel quia fortè pater mortuus est filio
existente in pueritia, & alitus seu nutritus per matrem absque patre. Nam tunc interdum ex vsu loci

denomin

denominatur à matre, per id, quod habetur in c.ij. extra de conuersio.infide.& in l.cum legitime.ff.de statu homin.& hoc, quando filius est legitimus, sed
16 †spurius vel naturalis tantũ, non patris, sed matris sequitur conditionem, vt notatur in dict.l. cum legitimè.& facit quod habetur in l.j.ff.ad municipa.
17 Sciendum est præterea, quòd† fœmina potest succedere ex testamento vel ab intestato, in dignitatibus habẽtibus iurisdictionem, & in terris & castris, quæ non sonant aliquam dignitatem, secundum Innoc. & Hosti.in c.dilecti.extra de arbi.sed si res est feudalis, nõ succedit masculis stantibus, vt in tit. de natu.succesion.feudi. colla.x. Si autem res non est feudalis, sed tamẽ est dignitas regni, comitatus, vel similis ex consuetudine iure approbata, solus primogenitus masculus succedit, & eo deficiente secundo genitus: in c.licet.extra de voto, vbi notat Panor.ꝙ in regnis & dignitatibus secularibus succedatur p filios ordine geniture: cõtra quod facere videtur ꝙ imò per electionẽ succedendũ esset, vt in c.Moyses.viij.q.j. vbi textus dicit, reges præficiẽdos per electionem, quemadmodum obseruatur in imperio, vt in c.venerabilem.de electio. sed consuetudine hoc inoleuit, vt filij regum succedant, & cesset electio. & pro hoc allegat bonam glos.vij. quæst.j. c.deniq;. Cessante autem consuetudine, succedunt pariter masculus & fœmina, vt not.Panor.in alleg. c.dilecti. Sed quia in glo.huius legis multa dicuntur super personis masculis & fœminis, circa munera illis impẽsa à iure & impendẽda de facto, secundũ
18 Bar.sciendũ† est, quòd quædam sunt munera merè realia, & ista subit mulier, vt l.j.in fi.hic allegata in gloss. C.de mulie.& in quo loco munera, &c.libr.x. quædam verò imponuntur personæ, etiã pro rebus, & ista etiam fœmina subit, vt l.rescripto. §.fi.ff.de mune.& hono.& notatur in dicta l.j. Quædam sunt dignitates & officia mere personalia, quorũ quod-
19 dam† est officium publicum autoritate & vtilitate sine administratione, & illud potest mulier subire, vt l. Imperialis. §.similes. C.de nuptijs, vel etiam per alium digne fiunt, vt ibi notatur. Quoddam est officium publicum autoritate & vtilitate cum administratione, vt consulatus, prætura, & iudicatura, & similia: & ista nõ potest mulier subire, quia moribus improbatur. l.cum prætor. circa fi.ff.de iudic. & alijs iuribus hic allegatis in gl. & facit c.mulierẽ. xxxiij.q.v. Fallit tamen, vbi princeps scienter causam fœminæ delegaret, vel vbi ex præscripta consuetudine iurisdictionem haberẽt fœminæ, vt not. per glos.xv.q.iij.in principio.per iura quæ allegat.
20 & est ratio, quia† consuetudo iurisdictionẽ tribuit, vt notatur in l.j.C.de emancipa.liber. vel etiam, vt dicit hic glos.quam sequuntur Doct.& etiam glos. in dicta l.Imperialis.§.similes. Si Imperator illam mulieri concederet autoritatem dicendo, non obstante tali lege in contrariũ constituta, vel nisi haberet iurisdictionem iure proprietatis, vt quia esset Comitissa vel Baronissa, imò Regina, vbi tales de consuetudine succedunt in regnis, vt recitat Ang. de Perus.in dicta l.cum prætor. §.cum autem. ff.de iudi.& notatur in l.fin.& ibi per Bald. C. de arbitr.
21 Quoddam† est officium publicum autoritate, sed vtilitate priuatum, vt tutela: & istud regulariter mulier non potest subire, vt l.fin.ff.de tutelis. Fallit in titu.C.quando mulier tutel.offic. fungi potest.& authenticis ibi positis. Aduerti tamen debet, quòd licet istud officium primariò sit vtilitate priuatũ, secundariò tamen etiam est vtilitate publicum, vt notatur per glos. in l.athletæ. §.tutela. ff. de excus. tutorum. Idem dicendum est in postulatione, vt l.j. §. sexum. ff. de postulando.quod fallit in dicta l.j. §.fin.& casibus ibi notatis. Quoddam est officium priuatum autoritate & vtilitate, vt procuratorem
22 esse, & exequutorem testamenti, quia †exequutor est quidam procurator constitutus post mortem, vt est text.ff.mandati.l.si verò non remunerandi.§.fi.
23 & †hoc non subit mulier regulariter, si sit in iudicio explicandũ, vt l.alienam.C.de procurat. videte ibi
24 Cy. fallit in l.fœminas.ff.de procura. vbi† admittitur mulier in subsidium pro parentibus, & alijs casibus, quos ponit gl.in l.quia absente.C.de procura.
25 Vbi †verò negotium est extra iudicium explicandum, potest mulier esse procuratrix ad negotia.l. iij.§.j.ff.de nego.gest.& l.sed & si quis.§. j.ff.de institoria. Item potest esse exequutrix testamẽti quo ad actus extraiudiciales exercendos, vt notat hic Bartol. & Bald. in dicto §.sexum. pro quibus facit quod notatur in l.tutela.ff. de tutel. videte plenius Bartol. super hoc articulo exequutorum, in l.à filio. in principio.ff.de alimen.& ciba.lega. Item ex hac lege & similibus colligit Bald. in dicta l.in multis.ff.
26 de statu homin.in fi.quod † cæteris paribus, fauetur magis monasterio mulierum, quàm virorum: quia monasteriũ monialiũ reputatur à iure locus magis pius & pauperior, vt notanit Cyn. in l.cum multæ. vltima quæstione.C. de donatio. ante nupt. licet vt notat Archidiac.xxxviij.distinctio.c.j. in omnibus fœminæ non excusentur ignorantia iuris, sed in quibusdam, vt notatur in l.regula.in princip.ff. de iuris & facti ignor.& l.fin.C.eod.titu. Vnum tamen
27 notandũ videtur, †quòd minor metus excusat mulierem, quàm virum, eò quòd fœmina est fragilior, secundum gloss.& Doctores in c.cum locum.extra de sponsalibus.facit cap.indignatur. xxxij. q.vj.& Hostien, in summa de matrimo. §.qualiter impediatur.versi.septimo. vbi dicit hoc intelligendũ de metu, qui cadit in constantem virũ, vt not. per eum extra quod metus causa. §. qualiter distinguatur. vers.& secundo.& in c.veniens.ij. in fine. & cap.de muliere.eod.tit.& c.sicut dignum.extra de homici. Vtrum autem cum per istam regulam in hoc text. dicatur, fœminã esse omni iure remotam à publicis officijs, nec posse esse procuratricẽ, an saltẽ possit esse testis in iudicio, & pro tali produci. pet glos.& Docto, ista quæstio in vtroq; iure mouetur. & vt in ista quæstione videatur plenius quid sit dicendum, legi possunt textus, glossæ, & dicta Doctorum, in c. mulierem. xxxiij.q.v.& xxxij.q.vij.c. proposuisti. & extra de verbo.signific.c.forus.§.fi.& in cap.tam literis.c.de cætero.c.quoniam aliqua. & c.ex parte Adæ. de testibus. & ibi per Canonistas, & per Legistas in l.qui testamento, §.mulier. ff.de testamen. & ibi per Docto. & maximè Ioan. de Imol.& l.hac consultissima.§.ex imperfecto. & authẽ. ibi posita per glos. C.de testamen. & per eundem de Imol. & Specul.tit.de teste.§.j.vers.item quòd est mulier. &

ibi per Ioan. And.& in tit. de procuratore.§.j.verſ.
regulariter.vbi etiam ponit caſus, in quibus mulier
eſt deterioris conditionis, quàm vir. ſuper qua quę-
ſtione Panor. vbi ſuprà allegatus dicit, ꝙ cõmunis
28 concluſio in hoc eſt, quòd † de iure ciuili admittatur
mulier ad ferẽdum teſtimonium, niſi vbi reperitur
prohibita, De iure verò canonico regulariter non
admittitur, cum agitur criminaliter, vt in iuribus
allegatis in dicto c.quoniam.per Docto.ſecus ſi de
crimine agatur ciuiliter. Panorm. verò vbi ſ. recitat
Iacob. de Ra. tenuiſſe, quòd etiam de iure ciuili nõ
debet admitti mulier in criminali, vbi etiam agitur
ciuiliter cauſa criminalis, quoniam repellitur etiã
mulier in teſtamentis, vt dicta l.qui teſtamento.§.
mulier. fortius igitur, vbi agitur de vita hominis.
Sed Io. And. vbi ſuprà dicit, quòd ſic practicatur in
foro ciuiliter intentato pro crimine, vt mulier pro-
curatrix admittatur, & habet hoc veritatem, vbi
maximè per maſculos ipſa veritas haberi non poſ-
ſet. quod ſatis probat l.ex eo, ff.de teſtib. canoni-
zata xv.q.iij.c.ex eo, vbi notat Archid. ꝙ nuſquam
ſecundũ Canones in cauſa criminali mulier admit-
titur, niſi omnes indifferẽter admittantur, & infa-
mes. & allegat notata in dicto c.quoniam aliqua,
videte ad iſta id, quod habetur per Albe, & Docto,
in l.fœminas, ff.de procura.& in l.alienam.C.eo.tit.
29 & l.ait prætor.§.j.ff.de nego. geſtis. Mulier † autem
quãdoq; meretrix efficitur, quod eſt turpiſsimum,
ipſam tamen extrahere de lupanari & ducere in
vxorẽ, eſt meritoriũ, & opus charitatis, vt eſt text.
in c.inter opera, extra de ſponſalib, Ad quod facit
quod habetur in cap.non eſt culpandus.xxxij.q.ij.
30 † Meretrix tamẽ licet meretricãdo turpiter faciat,
recipiendo tamen pecuniam propter hoc, non tur-
31 piter accipit, ex quo eſt meretrix, & † ſic turpitudo
antecedentis non infert turpitudinẽ conſequentis,
vt explanat Baldus in l.quoties, in primo. ff. de con-
dictio, ob turpem cauſam, quod dicit eſſe ſpeciale
32 in meretrice, cum † legum laqueis non ſupponatur,
nec ſit digna ſupponi legibus, vt l.quæ adulteriũ.C.
ad legẽ Iul. de adul.& ſtupro, Subiungit tamẽ Bal.
in alleg. l.quoties. ꝙ ſi ſcholaris promiſerit tunicam
dare meretrici, ipſa meretrix illam non poterit ab
inuito petere; quoniã inſpecta veritate tam maris
quàm fœminæ coniuncta dicitur illa turpitudo. Et
ſi meretrix aliquid mari det, ab eo nõ poterit inui-
to repetere: ſi tamẽ promiſit & non dedit, nõ poteſt
conueniri. Allegat ad hoc l.ſi. ff.de action. & oblig.
33 vbi dicit probari ex † qualitate perſonarum turpi-
tudinis cauſam eſſe præſumendã, & in l.j.C.ſi quis
34 Imperato. maledixer. Dans † tamen meretricibus
dicitur dilapidator. Ad quod allegat l.fina. C.de
35 ſentent. paſ. Quærit tamen circa hoc idem Baldus
in fine principij allegatę l.quoties, an de talibus per
recipientem illa, marem vel fœminam poſsit fieri
eleemoſyna. & remittit ad notata per Archidiac.
in c.qui venatoribus.xxxvj.diſtinct. vbi ſuper gloſ.
meretrix, ibi poſita dicit, quòd qui dat meretrici, &
eam allicit ad ſe ſibi ſupponendum, & ſic eã pretio
ad hoc allicit, quæ aliàs fortè nõ acquieſceret. pec-
catũ eſt, ſed ipſa ſpõte fortè ſe ſubijceret, poſteaq;
ei daret intuitu ſui officij remunerandi, illud datũ
36 recipere non eſſet peccatũ, nec dare. turpiter † enim
facit in eo quòd eſt meretrix, ſed non turpiter acci-
pit, cum ſit meretrix. Facit ad hoc l.idem. & l.ſi ob
ſtuprum. §. quoties. ff. de condict. ob turpem cauſ.
& ſic debent intelligi illa iura, & quod notatur per
Innoc. in c.quia pleriq;.extra de immuni. eccleſiar.
& in cap. ex tranſmiſſa. de decimis.

Summarium.

1 ☞ Impuberes ab omnibus ciuilibus officijs debent
abſtinere.
2 Periurij delictum non cadit in impuberem.
3 Pupillus doli capax poteſt eſſe periurij reus.
4 Baronum filij impuberes poſſunt militare.
5 Pupillus poteſt eſſe caput collegij & vniuerſitatis,
non tamen adminiſtrare. & nu. 9 & 10.
6 Pupillus non habet vocem in capitulo, nec in ele-
ctione. & nu. 7.
8 Impuberes iure hæreditario habere poſſunt officia
ciuilia.
11 Minores vocantur ad decurionatum in defectum
aliorum.
12 Minores, modò non ſint infantes, poſſunt eſſe ca-
nonici.

Item impuberes ab omnibus ciuilibus officijs debent abſtinere.

GLOSSA hic poſita
ſup hoc textu, nimis bre-
uis videtur, pro declara-
tiõe huius regulæ: ideo eſt
amplianda illius materia.
Vult autem iſta regula, ꝙ
1 † à ciuilibus omnibus offi-
cijs impuberes debent ab-
ſtinere, nec ad illa admit-
tuntur. Poteſt tamẽ impubes eſſe miles, vt probatur
in l.fin.C. de teſta. milit. quamuis, vt ibi dicit Bald.
videretur cõtrarium eſſe dicendũ, quia miles debet
iurare, vt l.qui iuraſſe. in princip. ff. de iureiur. Vbi
tamen notat Bald. ꝙ tenet iuramentũ pupilli pro
2 ſe, non enim poteſt eſſe periurus, ergo † delictum
periurij nõ cadit in impuberem. quod dicit eſſe no-
tabile. ſed ibi, vt dicit Alberi. ex illo textu arguitur
quòd vbi non cadit periurium & religio iuramẽti,
non cadit iuramentum: ſed periurium non cadit in
pupillo, ergo nec iuramentum. ſed ideo ibi in dicta
l.qui iuraſſe. in principio. ſtatur iuramento, quia
ſibi imputandum eſt, qui illud detulit pupillo. tamẽ
ipſe Alber. ibi intelligit illam literã in pupillo doli
3 nõ capacem: nam † ſi eſſet doli capax, caderet in eum
periurium, ſicut & alia delicta, præter delictũ car-
nis, vt ff. ad legem Corneliam de falſis. l.impuberẽ.
per illam legem, cum ſuis concordã. Si autẽ defera-
tur infanti iuramentum, vidẽtur aliqui tenuiſſe ꝙ
valeret, per dictã legẽ, qui iuraſſe. in princi. ſed alij,
vt recitat idem Alberic. tenent contrarium, quia in
iuramento verba ſunt neceſſaria, vt in authenti. de
mandatis principum. §. ſed neque. Sed infans non
habet verba, vt l.ſi infanti. C. de iure deliberandi. &
l.j. in principio. ff. de verbotum obligation. Et licet
in dicta l.finali. C. de teſtamento milit. impuberes
quandoq; militent, hoc eſt ex beneficio principis,
non

nō de iure communi, vt quia nati forte fuerunt de
maioribus dominis, vt Bal. ibi exemplificat in fi-
4 lijs †baronum propter honorem parētum suorum
& eorum dignitatem, quam tamen dignitatem cū
administratione habere non possunt propriè, vt
in ista l. & in l.ij.§.impuberes. ff. de iure immu-
nitatis. sed militiam sine administratione possunt
habere, vt dicta l.fi.& l.sed & milites.§. iā autem.
ff. de excus. tut. quod etiam sequuti fuerunt Odofr.
& Nicolaus de Mathereilis, allegati ad hoc per
5 Bald. vbi s. qui ex hoc dicit, † quòd licet pupillus
possit esse caput collegij & vniuersitatis, suum ta-
men officium actu exercere non potest, vt in c.ij.
extra de ætate & qualita. ordi. & in cap. ex eo. extra
6 de electione. libro vj. vbi licet pupillus† sit de col-
legio, tamen non habet vocem in capitulo. sic etiā
7 dicit Alber. in dicta l.fi.C. de testa. mili. quòd† ca-
nonicus impubes non habet vocem in electione,
vt notatur in c. ex ratione. extra de ætate & quali.
ordi. & cap. si eo tempore. extra de elect. libro vj.
eodem modo inquit Bald. vbi suprà, quòd ciuita-
tes Lōbardiæ sæpe eligunt sibi in dominos filios
etiā impuberes, & infantes magistrorū militū, &
dominorum veterū, de quo videri potest id quod
notauit Bart. in l. quidā consulebāt. s. de re iudic.
Est etiam attendendum ad textum huius l. seu §. cū
dicit in genere, quod impuberes non possunt officijs
ciuilibus vti, nec illa habere. quod debet intelligi
8 verum, nisi † haberēt illa vel illorum iurisdictionē
iure proprietatis ex iure paterno, vel suis parenti-
bus in dignitate & iurisdictione succederēt. Quia
ad eos dignitas illa ex genere suo perueniens, &
per tutores illorum administraretur, vt in c. gran-
di. extra de supplen. negligē. prælatorum. libro vj.
& facit l. qui furere. ff. de sta. homi. & notatur per
Bald. in dicta l.fi. C. de testa. milit. & Angel. in l.
cum prętor. §. non autem. ff. de iudicijs. & vij. q. j. c.
quā periculosum. dū dicit tex. ibi, sicut rei suæ do-
9 miniū retinet. † Potest etiam pupillus esse canoni-
cus, imo caput collegij & vniuersitatis, non potest
tamen exercere actu officiū suum, vt extra de æta.
10 & quali. c. ij. & c. ex eo. de electi. libro vj. vbi † pu
pillus licet sit de collegio, tamē non habet vocem
in capitulo. & ibi videri possunt Docto. maxime
Domi. de sancto Geminiano, Ioan. And. & in cle.
vt ij qui. de ætate & quali. iuncta clemen. sequenti,
& in c. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. Dicit etiam
Alber. in dicta l.fi. C. de testa. milit. quòd etiam de
iure isto ciuili puberes si sint minores xxv. annis,
non habeāt vocem in electionibus, nec similibus,
vt l. spurij. §. minores. ff. de decurionibus. Sed illud
ideo est secundum eundem Alberic. quia minores
11 † de necessitate in defectum vocantur ad decurio-
natū, vt l. ad rem publicam. ff. de mun. & honori.
& in l. ij. §. impuberes. Ideo eorum suffragium refu
12 gitur, sed † minores, dum tamē non sint infantes,
possunt esse canonici iure communi, vt dicto c. ex
13 tenore. Ex quo infertur, quòd † dignitas non sup-
plet numerum annorum. vnde secundum Bal. in
14 dicto §. iam autem. licet† minor xxv. annis sit le-
gum Doctor, tamē indiget curatore in iudicijs &
contractib. non tamen restituitur aduersus læsio-
nem per imperitiam iuris contingētem, vt notat
glo. in l. professio. C. de mune. patrimo. Idem Cy.
in l. j. C. qui & aduersus quos. & refert Angel. in
consilijs consilio mihi lxxxv. Et nota quod dicuntur
15 impuberes † masculi vsque ad xiiij. annum, & fœmi-
næ ad xij. vt Instit. quib. mod. tut. fin. in princ. & l.
qua ætate. s. de testa. vbi vide. Infans autem dici-
tur vsque ad vij. annum. vt not. in l. si infanti. C. de
iure delibe. sed secundum Etymologiam vocabu-
li dicitur ille, qui fari non potest. & hæc est in hoīe
prima ætas, de quibus Cy. in dicta l. si infanti. &
Ioā. And. in prœmio sexti libri. Iuuenis verò di-
citur, qui nō cōnumeratur inter seniores. l. nō ali-
ter. in fi. ff. de leg. iij. & vide per Innoc. in cap. quo-
niam frequenter. extra, vt lite non contesta.

Summarium.

1 ☞ Volūtas efficax esse nequit, vbi deest potestas.
& nume. 4.
2 Repudiare non potest, qui non potest adire.
3 Adeundi potentia, & posse adire, differunt.
5 Mandatum quando reuocari possit etiam re non
integra. & nume. 6.
7 Locumtenentes à rege creati, non possunt ob offi
ciarijs reuocari.
8 Sententia interlocutoria vel diffinitiua quando re
uocari possit.
9 Nolendi & volendi ius non coincidunt in eo, qui
alieno nomine agit.

Eius est nolle, qui potest & velle.

EX hac regula, & ex §. j.
1 gloss. collige quòd † vbi
deficit potestas, non po-
test adesse voluntas: quia
qui potest adire hęredita
tem, potest & repudiare:
sed qui non potest adire,
non potest repudiare, vt
in exemplis ponitur in l.
is qui hęres. ff. de acqui. hæredit. Circa quod est ad-
2 uertendum, quòd regula negatiua, s. quòd† qui nō
potest adire, non potest repudiare. semper proce-
dit: sed affirmatiua non semper, quia pluribus mo
dis dicitur quis posse adire, & tamen non omnis
potentia adeundi facit, vt repudiare possit. quod
prosequuntur pulchrè & subtiliter Bart. in l. is
potest. s. de acqui. hæredita. & ibi Paul. de Castr. &
3 ibi colligitur per eum, quòd † aliud est potentia
adeundi, aliud posse adire: quia posse adire dicitur
quando ad actum potest deduci. sed potētia adeun
di, quando ad actum non potest deduci, quia est
impedita, vtpote nondum delata hæreditate. &
ibi capitur potentia pro possibilitate, & dicitur
potest, id est, possibile est. Itē potest colligi ex ista
4 regula, quòd† voluntas est inanis & vacua, vbi nō
est potentia. facit quod notatur in l. j. C. de pact.
& C. de capti. l. nec nos vt à patre. l. iiij. ff. de acqui.
5 hæredita. & ibi Bald. in gloss. ibi, in† mandatis,
& iussis quę reuocari possent re integra, nō autem
re non integra, vt nota. in l. mandatū. C. mandati.
& l. dedi. & l. si pecuniam. ff. de cōdict. ob causam.
6 cū concordan. quod est verū † præterquam in manda-
to iurisdictionis, quod etiā re nō integra, puta post
litem cōtestatam, potest per mandatū reuocari, vt

l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic.& ibi nota.Sciendũ
eſt tamen ſecundum Angel.ibi,quòd licet manda-
tum iuriſdictionis reuocetur ad beneplacitum cõ
cedentis,tamen ſecus eſt in conceſsione cuiuſdam
ſimplicis facultatis, quę trahatur ad donationem.
exemplũ,ſi capitulũ cõceſsit facultatem aliquibus
eligendi prælatum,non reuocabitur hæc facultas,
etiam re integra : quia tales cẽſentur donatarĳ,qui
bus hęc facultas collata eſt,& donata.Ideo non re-
uocatur.arg.l.ſi donationẽ.C.de do.ita tenet Inno.
in c.in cauſis.gloſ.ſi vero.cũ reli.extra de elect.Si-
militer ſi deputetur præſidi Paduano vicarius per
dominum Paduanum,nõ reuocabit præſes illum
vicarium:quia non eſt conſtitutus ab eo,in cap.j.
extra de offi.vica.& ibi per Inno. quod tene mẽti,
7 propter † locũtenentes Seneſcallorum , & Balli-
uorum,qui deputati ſunt à Rege in regno Frãciæ,
quòd non poſſunt reuocari per Balliuos , vel Se-
neſcallos . Secus eſſet ſi eſſent ab eis deputati. per
dictam l. iudicium ſoluitur.& not.Innocẽ.in cap.
ſuper quæſtionum.in verbo,totam. extra de offic.
deleg.faciunt nota.in l.j.§.à præfectis.ff. de leg.iĳ.
& ibi,an vnus locuntenens poſsit alium facere.
quod dicit ibi Bald.fieri non poſſe,per l.à iudice.
8 C.de iudi.in eadem glo.ibi,ſentẽtia vero reuocari
non poteſt.gl .verũ dicit de diffinitiua,†quia illã
non reuocat iudex,vt l.poſt ſententiam.C. de ſen-
ten.& interlo.omniũ iudi. & per totum tit.C.ſen.
reſcindi non poſſe. & l.Paulus. ſ.de re iudic.& eſt
notandum,quòd etiam de conſenſu partium diffi
nitiua reuocari nõ poteſt , ſecundum Bal.in l.j.C.
ſen.reſcindi non poſſe.Quia non habet in ſe ordi-
nem iudicis.pro quo alleg.nota.in l.ſi.C.de tranſ-
acti.interlocutoria autẽ poteſt reuocari.vt l.quod
iuſsit.allegata in gloſ.& ibi per Bart.quod intelli-
ge niſi eſſet talis interlocutoria , quæ perimeret
litem,ſeu articulũ,ſuper quo fertur,vt ſi oppone-
retur contra teſtẽ,quòd non eſſet admittẽdus,quia
ſeruus vel infamis , & iudex ſuper hoc pronun-
tiat admittendum,vel non admittendum:hęc in-
terlocutoria diffinit hunc articulum , & reuocari
non poteſt.ita tenet Sali. poſt gloſ.in dicta l.poſt
ſententiam.quem Sali.ibi latius vide. Idem dicit
Bald.ſi perimeret iuriſdictionẽ, vt extra de offic.
delegat.c.ſignificãtibus. Tandẽ nota cũ hac gloſ.
in fin.q† hæc regula Eius eſt nolle,cuius & velle.
locũ habet ſi quis ſuo iure vtatur:ſecus ſi alieno.vt
l.tutor.hic alleg.facit l.ait prętor.ff.de iu.deliberã.

Nõ reuocatur poteſtas eligendi conceſſa, etiã re ĩtegra.

Nõ reuocatur locuntenẽs,datus à principe.

Summarium.

1 ☞ Filius & ſeruus tenentur parere patri vel domi
no in leuibus delictis.
2 Atrocia & leuia crimina quæ dicantur.
3 Iniuria quælibet perſonalis eſt graue delictum.
4 Mandatum ſuperioris licet non in totum excuſet
à delicto, mitigat tamen pœnam.
5 Iudici iniuſtè præcipienti quãdo non parendum.
& numero 6.
7 Metus non eſt,vbi iudex quid cogit.
8 Confeſsio in tormentis quãdo dicitur ſpõtanea.
9 Torturam præcedere debent indicia.
10 Mandato alterius in alieno quid faciens bona fi-
de,non tenetur,ſed mandans.

Velle nõ creditur,qui obſequitur im-
perio patris vel domini.

EXemplificat glo. pro di
cto cuius faciũt notata i
l.ſeruus.ff.de acti.& obli
ga.& in l.ſeruos.C. ad l.
Iul.de vi pu.& l.liber ho
1 mo.ff.ad l.Aquil.in † le
uibus enim delictis tenẽ
tur filius & ſeruus parere
patri & domino, vt di-
cta l.liber homo.& ibi gloſ.ſecus in atrocioribus,
2 vt ibi.quę † autẽ dicantur leuia vel atrocia,dicitur
in l.ad ea.ſ.eodem.& not. Bart.in l.nõ ſolum.§.ſi
mãdato.ſ.de iniu.& in l.leuia.ſ.de accu. & per gl.
in ver.auxilium.ſ.de mino.Eſt tamen aduertendũ
ſecundum Bartol.dicto §.ſi mandato.ff.de iniur.q
3 †quælibet iniuria perſonalis dicitur delictum gra
ue,& ſic nõ excuſatur filius,ſi mãdato patris per-
cutit etiam manu vacua,quoniã quælibet iniuria
perſonalis etiam leuis dicitur grauior qualibet pe
cuniaria.l.in ſeruorum.ff.de pœn.& ſic filius & ſer
uus iſto caſu tenerentur, quando mandato patris
vel domini aliquam iniuriam in perſonam intu-
lerunt.quod eſt notandum. Dicunt tamen Bald.
4 & Salic.in l.ſeruos.ad l.Iul.de vi pub. quòd † licet
mandatum patris vel ſuperiorum in totum non
excuſet,tamen mitigari facit pœnam, per dictam
l.ſeruos. vide ſ.l.non videtur. §.qui iuſſu. facit l.
5 Gracchus.C.ad l.Iul.de adult.Et idem †dicendum
eſt in executore ſiue apparitore , qui paret iudici
pro executione ſententiæ,vel præcepti iudicis,li-
cet faciat iniuſtitiam,propter mandatum excuſa-
tur, vt not.Dy.in c. quod quis mandato.extra eo.
tit.lib.vj.& facit text.& gloſ.in c.miles.xxiĳ.q.v.
videte in l.nõ videtur.§.qui iuſſu.ſ.& refert Ange.
Aret.in ſua inquiſitione ſuper verbo, Semproniũ
mandatorem &c.iiĳ.q.Quod intelligi debet verũ
niſi iudex aperte aliquid iuberet contra legem:
6 quia † tunc exequutor poteſt,imò debet pertinaci
ter reſiſtere.l. quoniam iudices.C. de appellat.&
ibi Bal.& Salic.& in l.omnes.cum concordan.C.
7 de decu.lib. x.Nota tamen quòd quando † coactio
fit licitè à iudice in caſu permiſſo à iure,non dici-
tur actus factus per metum,nec vitiatur,vt nota.
in l.qui in aliena.§.falſus.& ibi Paul.de Caſt.C.de
8 acqui.hæred.Ideo ibi dicit Ang. quòd † confeſsio
extorta in tormentis, ſi præceſſerint legitima in-
dicia,& in ea perſeueretur,dicitur ſpontanea,in l.
j.§.ſi quis vltro.ff.de quæſt.vide Bal.in l.ĳ.ſ.de his
quæ vi met.vc ca.ſi.Secus ſi indicia non præceſſe-
9 rint,quia tunc legitime extorta non eſt:cum † ſine
eis nõ debeat ad torturam perueniri.vnde etiam
ſi in ea perſeueret,non nocet. quod etiam videtur
tenere Bart.in l.ſi.ff.de quæſti.& Paul. de Caſt.in
dicto §.Celſus.Et facit iſta regula in arg. pro illis
quę notãtur in l.in rem.§.tignum.ſ.de rei vendic.
10 quia ſi † conduco artificem ad incidendũ ligna in
fundo,qui bona fide ſcidit credens meum fundum
licet ſit alicuius,excuſatur propter mãdatum , nec
ipſe laborator poteſt accuſari de dãno dato,ſed cõ
ducens tantũ. & idem de fabris vel alĳs artifici-
bus

Debet reſiſti pertinaciter iudici iniuſtũ pręcipienti.

Cõfeſſio in tormẽtis dicitur ſpõtanea p̃cedẽtibus indicĳs.

bus seu agricultoribus colentibus terras aliorum
mandato, vel ædificãtibus in ædificijs asserentiũ
se dominos vel possessores, vt non possint accusari
de turbata possessione per alium. Ita tenẽt Bar.
Bal. Ang. & Paul. de Cast. in dicto §. tignũ. quod
tamen intelligit verum Ang. nisi possessor fuerit
eis protestatus, vt non colerẽt vel fabricarẽt, quia
tũc subsequuta post protestationem inducunt pręsumptionem
doli & etiam violentiam. ff. de vi &
vi ar. l. iij. iuncta l. si fundum. C. de rei vendica.

Summarium.

1 ☞Furiosus, vbi consensus expressus vel tacitus requiritur,
nil gerere potest. & nume. 5.
2 Dotis actio datur patri pro filia furiosa iustã causam
contradicendi non habente. & num. 3.
4 Furor nunquam præsumitur, nisi probetur.
6 Pupillus & furiosus differunt in negotijs contrahendis.
& nume. 7.
8 Furiosi gesta dicuntur facta per casum fortuitum.

In negotijs contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, quamuis a[c]tum rei nõ intelligant. Nam furiosu[s] nullum negotium cõtrahere potest, Pupillus omnia negotia tutore autore gerere potest.

GLOSSA exemplum
ponit in hac l. quam glo.
1 notate. resoluit q̃ † in ijs
in quibus expressus requiritur
consensus vel sufficit
tacitus, furiosus consentire
nõ intelligitur, vt
iuribus hic alleg. in glos.
& maximè in l. qui ad certum.
ff. locati. Fallit tamen in casu l. ij. §. volũtate.
ff. solut. mat. & est ibi speciale propter exercitium
actionis de dote, quod lex dat patri, quod exerci-
2 tiũ † sibi non aufertur nisi, duobus cõcurrentibus,
scilicet, quòd filia expresse contradicat, & habeat
iustam causam contradicendi, per l. dotem. eod.
tit. Ideo eleganter dicit glos. in dicto §. voluntate.
super verbo, creder. in fin. quam ibi declarat & se-
3 quitur Paul. de Cast. q̃ † si probaretur quòd pater
esset turpis persona, vel talis, quòd si filia esset sanæ
mentis, haberet iustam causam contradicendi,
tunc filia furiosa non haberetur pro consentiente.
& probatur dictum illius glos. per text. in dicta l.
qui ad certum. ff. loca. secundum Paul. de Cast. vbi
furiosus non habetur pro consentiente, in casu in
quo si esset sanæ mentis posset contradicere. & ita
est in casu isto. Notate tamen circa præmissa quòd
4 † furor nunq̃ præsumitur nisi probetur, vt l. con-
gruit. §. fi. & ibi Bal. cum l. seq. ff. de offi. præsid. facit
l. nec codicillos. C. de codicillis. Probatur autẽ,
quando proijcit lapides, vel malum facit secum
stantibus. ita dicit glos. in l. si cum dotem. §. si maritus.
super verbo, ferendus est. ff. solu. mat. & dicit
ibi Bal. hoc probari, per text. l. ij. C. de Iudæis. ibi,
saxis aut alio furoris genere &c. Alia signa ponũ-
tur in l. ob quæ vitia. ff. de ędili. edicto. vbi vide. In
5 † ijs autem in quibus nec tacitus, nec expressus cõ-
sensus requiritur, sed sufficit si cesset prohibitio, ha-
betur furiosus loco consentiẽtis. l. iij. §. & furiosi. ff.
de neg. gest. Non est tamẽ verus cõsensus, vt dicit
ibi Bal. q̃ hoc casu oritur obligatio naturalis, non
ex vero consensu, sed potius ex prouidẽtia legis, q̃
6 hominis facto. Pupillus † autem cum autoritate tu-
torum omne negotium rectè gerit, dummodo sit
maior infante, vt iuribus hic alleg. in glo. & sic ve-
7 rificatur hęc regula, quòd † differunt pupillus & fu-
riosus in negotijs cõtrahendis. Et meritò per præ-
8 dicta: tum etiam quia † quæ gerit furiosus, dicũtur
facta per casum fortuitum, vt l. fi. in fi. ff. de admi.
tuto. vt est casus. & l. vbi non voce. in fi. ∫. eod. tit.
xcvij. di. quæ cõsuetudo debeat seruari in condẽdo
testamento, an loci domicilij, an vbi fit testamẽtũ.

tius ∫. ea. l. furiosi.

Obligatio naturalis quãdoq̃ oritur sine vero consensu ex prudentia legis.

Qualiter probetur furor, vide las-

Summarium.

1 ☞Actus agentium non operantur vltra eorum
intentionem.
2 Aditio hęreditatis requirit factũ & animũ. & nu. 3.

Non vult hęres esse, qui ad aliũ transferre voluit hæreditatem.

RATIO huius regulæ
1 est, quia † actus agentium
non operantur vltra eorum
intentionẽ, vt l. non
omnis. ff. si cert. peta. & l.
obligationum substãtia.
ff. de acti. & obli. & in dependẽribus
ab animo, principaliter
inspicitur animus,
& intentio, vt in aditione hæreditatis: quia
2 † aditio hæreditatis non consistit in facto abstra-
cto ab animo, sed debet factũ esse cõiunctũ volũta-
ti adeundi, secundum Bald. in l. pro hęrede. in prin
cip. ff. de acquiren. hæredit. & per Pau. de Cast. ibi.
Ideo secundum eos licet quis aliquem actum gerat
circa res hæreditarias, si tamen non vt hæres, non
3 inducitur † aditio, quia non debemus inspicere nu-
dum factum, sed quo animo fiat: qui siquidem ani-
mus quomodo declaretur, videte in dicta l. pro hę-
rede. per prædictos post Bart. quem vide latius in
l. gerit. eod. titu. & ibi Paul. de Cast. post eum, qui
melius loquitur quàm glos. l. pro hærede. & l. mu-
tum. eod tit. &c. videte etiam Bal. in l. potuit. C. de
iure delib. & ibi Salic. cętera possunt dici vt in gl.
quam videte, ∫. eod. l. in totum omnia.

Summarium.

1 ☞Testatus pro parte & intestatus, quando quis
decedat. & nume. 2. & 3.
4 Bona mutãt conditionẽ suã in mutatiõe personæ.
5 Institut⁹ à milite ĩ re certa nõ habet ius accrescẽdi.
6 Paganus non potest decedere pro parte testatus,
vt miles.
7 Testamentum potest in parte rumpi per querelã,
secus per præteritionem. & nu. 8. 9. 10. 11. & 12.
13 Causa intestati quando trahat ad se causam testa-
ti. & nume. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.
16 Hæredes habere nostra interest.

23 Testator an prohibere possit ius accrescendi. nu. 24.25.26.27. & 28.
29 Ius accrescendi vt prohibitione impediatur, quid requiritur.
30 Voluntas testatoris, coniectura dicitur etiam manifestissima.
31 Filius an hæreditatem patris vsq; ad legitimã acceptare possit, reliquum repudiando.
32 Ius accrescendi habet locum in hereditatibus, non in legatis, & quare.
33 Nubere non est delictum.
34 Intestatus quis propriè dicatur. & nu. 35.
36 Vsus facti est, & per dicentem debet probari.

Ius nostrum non patitur eundem in Paganis testatum & intestatum decessisse, earumq; rerum naturaliter inter se pugna est, vt testatus & intestatus quis sit.

HAEC regula fallit in l.
si is qui. ff. de vulga. & pu-
1 pilla. vbi quando †per pa-
trem instituitur pupillus
naturalis & legitimus fi-
lius, & substituitur ei natu
ralis tantum, qui solidum
de bonis testatoris capere
non potest, moriente pu-
pillo instituto, substitutus scilicet naturalis tantũ,
ex substitutione non capit tamen bona quæ à te-
statore prouenerunt ad pupillum, sed aliunde, quę
verò à testatore proueniunt non capiet, sed ca-
pient veniẽtes ab intestato, & sic decedit pupillus
2 †pro parte testatus, & pro parte intestatus. & ibi
casus singularis secundum Paul. de Cast. Ratio au-
tem specialitatis ibi redditur per Bal. propter qua
litatem personæ. quidam autem dixerunt bona il-
la quæ à patre testatore prouenerunt & auferũtur
à substituto hoc casu fisco applicari. Sed hoc non
placet Paul. de Cast. imo habebũt ea venientes ab
intestato, quia non auferũtur à substituto propter
eius delictum, iuxta notata in l. hæreditas C. de ijs
3 quibus vt indi. Quid †autẽ iuris sit de filio spurio
pupillariter substituto filio naturali & legitimo,
vtrum illa l. habeat locum. glos. quæ singularis re-
putatur in authen. quib. mod. natural. effic. legit. di
cit quòd sic. sed dicit Bal. in dicta l. si is qui. esse no-
tabiliter aduertendum, quòd aut iste spurius venit
ex testamento fratris, id est, ex pupillari substitu-
tione, & tunc venit ad bona fraterna, nõ paterna,
vt dicta l. aut venit ex testamento fratris, quod si-
bi facit frater mortuo patre, & tunc spurius effe-
ctualiter capit omnia bona fraterna & paterna,
quia non venit ex iudicio patris, sed fratris. nam
4 †ista bona cum mutatione personæ suam condi-
tionem mutauerunt, vt ff. de acquir. hære. l. Paulus.
quæ nota & tene menti. & vide ibi latius Bal. Fal-
lit etiam hæc regula secundum glos. in testamento
militis militari iure facto, vt iuribus hic allegatis
in gloss. quod declaratur, vt nota. in l. j. C. de testa.
milit. licet hæc propriè non sit fallentia, cum tex.
iste satis se restringat ad paganos, dum dicit, in pa
5 ganis: hinc est q; †institutus à milite in re certa, nõ
habet ius accrescendi in reliquo patrimonio: secus
est in pagano, vt nota. in l. j. §. si ex fundo. ff. de hæ-
6 red. inst. & ratio colligitur ex ista regula, quia †pa-
ganus nõ potest decedere pro parte testatus & pro
parte intestatus, sicut miles. Ita dicit Bal. in l. si mi
les. ff. de testa. milit. Institutus in re certa est vni-
uersalis hęres, si non detur cohæres vniuersalis: sed
quãdo datur, habetur loco legatarij. l. quoties. C.
de hæredib. instit. nisi talis institutio cohæredis ex
post facto irritaretur, vel quia repudiaret, vel quia
decederet hæreditate non adita: quia tunc habere-
tur pro non dato, & sic totum accresceret institu-
to in re certa, ac si cohæredem non habuisset, se-
cundũ communem opinionẽ, dicto §. si duo. & te-
net Bart. & Cy. in authen. nouissima. C. de inoffic.
testa. & ita fuit disputatum, vt refert Ioan. Andr.
in addit. titu. de testa. §. in primis. etiam si testator
iussit. Fallit etiam hæc regula secundum glo. inter
paganos ex post facto, vt l. circa. ff. de inoffi. testa.
Circa quod notabiliter attende, q; illa l. locum ha
bet quando testamentum rumpitur per querelam:
7 quia †tunc non est inconueniens q; testamentum
pro parte rumpatur, & offendatur hæc regula. Se-
8 cus esset si ex causa †præteritionis rũperetur testa-
mentum: quia tunc necesse est, q; in totum rumpa-
tur, vt l. si ego. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. & ibi
9 ratio diuersitatis redditur per docto. quia †ruptu-
ra, quæ fit per querelam, non trahitur retrò: quia
non contingit propter defectum solennitatis, sed
pietatis. Querela enim inofficiosi respicit pietatẽ:
10 & †quis potest esse plus in vno, & nõ in alio. Ru-
11 ptura† autem quæ fit ratione præteritionis trahi
tur retrò, quia contingit propter defectum solen-
nitatis. præteritio enim consistit circa solennitatẽ
testamenti, vt l. j. ff. de iniust. rup. & irri. testamen-
to. l. j. & hæc solennitas non respicit partem testa-
12 menti, sed totum. †vnde sicut à principio nõ po-
tuit pro parte valere & pro parte non valere, quo
niam est quid indiuiduum, vt l. si is qui. ff. de te-
sta. ita ex post facto non potest rumpi pro parte.
& hoc vult dicta l. si ego. quã sic declarauit Bal. &
Paul. de Cast. Et ex illa l. determinatur quæstio q;
13 †causa intestati trahit ad se causam testati: de quo
ibi per Barto. & alios. Circa quod dic resoluendo
quòd quando causa testati & intestati est ex quota
& procedit quælibet ex suo & diuerso fonte, puta
causa testati ex voluntate defuncti, & causa intesta
ti ex dispositione iuris: causa testati non trahit ad
se causam intestati, nec econuerso, nec vna est po-
tentior altera, vt dicta l. circa. sed vbi vtraq; cau-
sa procedit ex eodẽ fonte, puta à voluntate defun-
cti, dicit Bart. indistinctè causam intestati ad se tra
here causam testati, per dictam l. si ego. vbi est ca-
14 sus singularis. Ideo †si aliquis instituitur nõ ex vni
uerso, & adijcitur q; de bonis plus petere non pos-
sit, quia prohibitum est ius accrescẽdi, quod testa-
tor prohibere potest in hæreditate, sicut & legatis.
& videtur tex. in l. quoties. §. si duo. ver. si modo. C.
de hęre. insti. vt dicit Bar. ibi. decedet testator in to
15 tum intestatus, quia † causa intestati tanquam po-
tentior, trahet ad se causam testati. Cuius opinio
placet

Quando causa testati trahat ad se causam intestati, aut econtra.

placet Angelo, in dicta l. circa. & Paul. de Cast. in
dicta l. si ego. quando causa intestati est ex quota, &
causa testati est quanta, vt dicta l. si ego. sed si causa
testati esset ex quota, & causa intestati esset quanta,
tunc opinio Bar. esset falsa. Exemplũ, si instituitur
hæres in omnibus bonis excepto fundo, & sic pro
hibetur ius accrescendi in eo: nam hæres nihilomi
nus habebit fundum, & testator decedet testatus in
totũ. ꝓ hoc allegatur casus in l. si ita quis hæres in-
stitutus fuerit excepto fundo. ff. de hæred. insti. & l.
si miles excepto fundo. de testa. milit. per locum à
speciali, quia ibi speciale est in milite: ergo in con-
trarium est ius commune. l. Ius singulare. ff. de legi-
bus. & l. j. in fi. ad municip. Attendite tamen, quòd
hæc verba Angeli vidẽtur ibi imperfecta. Ideo la-
tius dicit l. quoties. §. si duo. ō. de hæred. insti. quòd
potest euenire casus ꝙ institutio seu causa testati
facta est de parte quota, & exceptio seu ꝓhibitio
vel causa intestati de alia quota, vt si dicat testa-
tor, instituo te in dimidia, & ꝙ amplius petere nõ
possis: & in altera dimidia nullum instituo. & tũc
etiam opinio Bar. nõ sit vera: quia cum institutio
& prohibitio sint pares, prævalere debet institutio,
quæ nobilior est & fauorabilior. & sic causa testati
16 trahat ad se causam intestati, & † habere hæredes
nostra interest. l. Iul. ff. de hæredi. instit. & §. igitur.
Insti. de pup. substi. & idem secũdum eum, si sit in-
stitutio facta in minori quota, puta in quarta. Suf-
17 ficit † enim ꝙ sit quota, vt sit vniuersalis institu-
tio. Contra illud tamen videtur casus in dicta l. si
ego. vbi institutio cohæredis quæ erat in quota ir-
ritatur, quia alia quota sui cohæredis non potuit
sibi accrescere propter tacitam prohibitionem te-
statoris, quæ resultat ex eo, quòd illi cohæredi dedit
substitutum vulgarem. & hoc videtur verius secũ-
dum Paul. de Castr. in dicta l. quòties. §. si duo.
18 quicquid dicat Angel. & † sic solum in vno casu
causa testati trahit ad se causam intestati, scilicet
Ratio. quando institutio fit de vniuerso, & sic est de quo-
ta, & causa intestati scilicet prohibitio est quanta
seu de re certa, per iura superius allegata, secundũ
Paul. Et redditur ratio prædictorum per Bart. &
19 Pau. de Cast. quare † causa intestati trahit ad se cau
sam testati ratione perplexitatis, quæ resultat in-
ter dispositionẽ iuris & volũtatem defuncti: quia
ius vult, ꝙ quis non decedat pro parte testatus &
pro parte intestatus. & ideo institutionem factam
in re certa vel quota tanquam fauorabilem extẽ-
dit ad vniuersum, testator autem vult ꝙ nõ exten-
datur. Et ista voluntas prævalet dispositioni iu-
20 ris. sed ne sequatur inconueniens, quod † ius abhor
ret, potius dicamus causam intestati ad se trahere
causam testati, & sic non valere in aliquo. & circa
hoc vide Bart. Bal. Ang. & Paul. in dicto §. si duo.
& l. si alterius. ff. de hæred. insti. Ratio etiam huius
regulæ redditur per Bald. in l. j. ō. de acquir. hæred.
21 quia successio † est repræsentatio vnius subiectæ
personæ defuncti, quæ non potest scindi existente
vnico subiecto tam repræsentante quàm repræsen
22 tato. impossibile † enim est ꝙ pro parte fiat repræ
Quæstio. sentatio, pro parte nõ, secundũ subtilitatem iuris.
Et si quæratur circa præmissa & pro declaratiõe
23 eorũ, vtrum † testator possit prohibere ius accrescẽ Quæstio.
di in institutione sicut legator, puta instituẽdo in
re certa aliquem & prohibẽdo ne amplius aliquid
possit petere de bonis suis. videtur expressum ꝙ
sic in dicto §. si duo. ibi, si modo voluntas &c. & di
cta l. si ego. & in l. dominus. §. j. ff. de vsuf. Bar. dicit
24 ꝙ † si ista prohibitio fiat in fauorem venientium
ab intestato, valet prohibitio, vt dictis iuribus. si
autem fiat fauore alicuius vniuersaliter instituti,
non cessat ius accrescendi vniuersali hærede repu
diante, quia cum in eius fauorem fuerit apposita,
non debet operari in eo quod non esset illi fa-
uor, vt l. Paulo Callimacho. §. j. ff. de leg. ij. & l. pe
to. in princip. de leg. ij. & ita tenet Bald. in dicto §.
si duo. post Bar. dicit tamen Ang. post Bal. in dicta
l. dominus. §. j. ꝙ in institutione directa & propria
prohiberi nõ potest ius accrescendi propter istam
25 regulam, & quia † ius habendi hæredem est indiui-
sibile. vt l. j. & ij. & l. seruus communis ab extraneo
ō. de acqui. hæredi. & hoc etiam vult Bal. in l. quo-
ties. C. de hæred. institu. vbi autem institutio non
est vera & propria, puta quia est institutio ex re
26 certa, habet † locum distinctio prædicta vtrum fiat
prohibitio fauore veniẽtis ab intestato, vel fauore
hæredis vniuersaliter instituti. Ex qua distinctio
27 ne consuluerunt Bal. & Angel. ꝙ † filia instituta ex
re certa, & filio vniuersaliter instituto, licet filia
sit prohibita nihil plus petere, tamẽ filio repudiã
te vniuersam hæreditatem, filia admittetur ad eã,
& repellentur fratres testatoris vel alij veniẽtes ab
intestato. & est ratio, quia non sumus in causa in-
28 testati, secũdum prædicta. Et adde ꝙ † filio institu
to in aliqua parte vel re pro sua legitima non po-
test prohiberi ius accrescendi vel supplendi in re-
siduo, si illa non sufficit, vt in authẽ. vt cum de ap.
cogno. §. cæterum. colla. viij. secundum Bald. in l. si
quando. C. de inoff. testa. quem sequitur Paul. in di
cto §. si duo. sed vltra legitimam idem esset in filio
quod in extraneo, vt quantũ ad prohibitionẽ iu-
ris accrescendi causa intestati trahat ad se causam
testati, & irritetur testamentum, secundum dictũ
Paul. post Bal. qui ita consuluit in quodam consi-
lio, quod incipit, Matheolus &c. Est etiã sciẽdum
29 circa præmissa quòd † vt impediatur propter pro-
hibitionem ius accrescendi, requiritur quòd prohi
bitio sit expressa, vt dicto §. si duo. secundũ Ange.
in dicta l. dominus. Fallit autẽ secundũ eum quan
do testamentum rumpitur ex causa præteritionis
ad hoc ordinatæ, vt causa testati deducatur ad cau
sam intestati, vt est casus singularis i dicta l. si ego.
Potest tamen dici secundum Paul. de Cast. in dicto
§. si duo. quòd licet ibi tex. dicat de manifestissima
voluntate testatoris debere constare, nõ propterea
30 tollit quin sufficiat etiam coniecturata, † quia etiã
illa potest dici manifestissima, vt l. licet Impera-
tor. ff. de leg. j. & ibi Bal. dicit per illũ tex. ꝙ euidẽs
dicitur voluntas testatoris, quæ apparet ex conie- Quæstio.
31 cturis. videte ibi per docto. Sed quæritur vtrũ † fi-
lius, cui de iure debetur legitima, quæ sine causa au
ferri non potest, hæres institutus à patre possit ac-
ceptare hãc paternam hæreditatem vsque ad legiti-
mã, & reliquũ repudiare. Respondetur ꝙ si non ha

beat substitutũ hoc facere non potest per istam re-
gulam,& quia institutio nõ potest diuidi.l.ij.ff.de
acqui.hæred.in l.verbis ciuilibus.§.responso. ff.de
vulg.sed si habeat substitutũ,& sic non facit testa-
torẽ pro parte decedere testatũ & pro parte intesta
tum,hoc posset facere vno casu, puta si pater in
fraudem apposuisset multa onera,quia tunc posset
filius acceptare vsq; ad legitimam,iuxta notata
in l.si libertus patrono.ff.de bon.libe.Ita determi-
nat Bartol. in l.gerit.ff.de acquirend.hæredita.&
l.j.de vulga.& Bald.in l.quandiu.de acquirẽ.hære.
& Paulus de Castro in l.j.eodem titul.subiungens
quòd si repudiaret primò hæreditatem simplici-
ter,& postea vellet habere legitimam,non posset,
quoniam illã habere non potest nisi tanquam hæ-
res.vnde cum abdicauerit à se hæreditatem per re
pudiationem,nec legitimam habere potest.Ita di-
cit Paul.in dicta l.j.de acquirend.hæred.& Cyn.in
l.hæres instituta.C. de impuberũ & alijs substitut.
32 Item not.quòd propter rationem huius l.inter† cõ
iunctos coniunctione legali duntaxat, habet lo-
cum ius accrescenddi in hæreditatibus, non in le-
gatis,vt l.& Proculo.ff.de lega.ij.& rationem di-
uersitatis vide per docto. in dicta l.seruus commu
nis ab extraneo.ff.de acquiren.hæredit. imò etiam
inter omnino disiunctos propter istam regulam
habet locum ius accrescendi, vt l.j.§.his ita disti-
nitis. C.de caducis tollendis. vbi per Doctores.
In glos.ibi,vt indignus. non tamen applicabitur
fisco, sed habebunt venientes ab intestato, vt est
casus in dicta l.j. de secund. nupt. & ibi ratio red-
ditur per Bald.quia ille,à quo aufertur,non est in-
33 dignus propter delictum,†quia nubere non est de-
lictum. faciunt notata in l.hæreditas. C.de ijs qui-
bus,vt indignis.hic non sunt alia. Et notate circa
34 hanc l.quòd† propriè & strictè illum dicimus in-
testatum,qui facere potuit testamentum & non fe
cit,aut aliqua de causa ruptum vel irritum factum
est aut iniustum:non autem verificatur istud adie-
ctiuum Intestatus,de proprio significato in inha-
bili ad testandum, vt l.j.ff. de suis & legiti. hæred.
in principio, cum concordant.hinc est quòd dicit
ibi Bart.quòd statutũ ciuitatis, quo cauetur quòd
mater non succedat filijs intestatis, non habet lo-
35 cum in pupillo decedente,quoniam † ille non dici-
tur proprie intestatus, & cum verba statuti sint
stricte & proprie accipienda,l.non aliter.ff.de leg.
iij.matrem non excludet,nisi in casu in quo expres
se & stricto significato verborũ excluderet.l.quic-
quid astringendę.ff.de verb.obliga.& sic statutum
in eo non loquitur,qui potestatem testandi nõ ha
buit: saluo, nisi in illa ciuitate de vulgari vsu lo-
quendi appellaretur ille intestatus,qui fuit inhabi
lis ad testandum,quia tunc non esset recedendum
à tali vsu.l. Labeo.§. Tubero.ff.de supellect. lega.
& l.anniculus.eo.tit. proximo. quia tunc iste vsus
36 † est facti,& in facto consistit,probari debet per il
lum qui hoc dicit,vt l.j. C. quæ sit longa consuet.
Ita Angelus in consilijs suis cũsilio vicesimosepti-
mo.& ita dicit se & fratrem suum Baldum pluries
consuluisse.quod est notandum.

Summarium.

1 ☞ Ius naturale pacto tolli non potest.
2 Legitima an possit statuto tolli vel minui.
3 Successio liberorum in bonis parentum est de iure ciuili.
4 Dominia rerum sunt iure gentium distincta.
5 Præteritus non dicit testamentum nullum,nisi sit in patris potestate tempore mortis.
6 Testamenti rumpendi nulla erat via ante iura ciuilia.
7 Legitima qualiter dicatur esse de iure naturæ.
8 Iura sanguinis quomodo tolli possint iure ciuili.
9 Gabellæ & vectigalia sunt quid odiosum.
10 Fratris appellatione quando contineatur naturalis.
11 Bastardus cognatorum nomine continetur.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

1 IVS naturale † quod est
primæuum,tolli non po
test per pactum, nec quo
ad effectum, nec quo ad
essentiã.& est ratio,quia
non est per hominis or-
dinationem. & hoc dicit
Baldus in lege, ius agna-
tionis. ff. de pact. Immu-
tabilia enim sunt iura naturę,vt Institutio.de iure
naturali.§.sed naturalia.vbi videte Ioã.Fab.cum si
milibus.Et ista ratione dixerunt quidam Docto-
2 res quòd† legitima filij per statutum prohiberi nõ
potest vel diminui,quia iure sanguinis debetur &
naturæ, vt in Authen.de hæred.& Fal.§.primum
itaq;.collatione j.& ff.vnde liberi. l.scripto.in fin.
& de bonis damnato.l.cum ratio.& de hoc dispu-
tat Dyn.in cap. indultum. eodem titul. libro vj.
concludit tandem in effectu,quòd de rigore iuris
possit prohiberi & minui: secus de æquitate.hoc
tenet Angel. in Authent. de hæredib.& Falci.§.j.
coll.j.Sed quia rigor in specie sic statuens scriptus
est,præfertur illi æquitati non scriptæ. l.placuit.
C.de iudi.& l.prospexit. ff.qui & à quib.ma.libe.
non fiant.vide decisiones nouas Rotæ, decisione
xviij. in additionibus suis,& ibi multas concor-
dantias pro ista opinione,& etiam argumenta cõ-
tra.vide Ioãnem Fabrum in l.si quando.ff.de inof
ficio.testament.& Salic.in authentica,nouissima.
eodem titu.Iste autem rigor reperitur singulariter
scriptus in cap.Raynutius.circa finem.extra de te-
stamentis.in ver.ita quòd deductio fiat secundum
consuetudinem Tuscanæ ciuitatis &c.quem text.
allegat ad hoc Baldus,in l.filium quem habentem.
C.famil.ercisc.& Ioann.Andr.post Dyn.in dicto
cap.indultum.Et facit pro hoc,quia per l.xij.tab.
3 & sic per† ius ciuile prospectum fuit humano ge-
neri in successionibus liberorum erga bona parẽ-
tũ,vt l.lege xij.tabularum.C.de legit.hæred. ita ꝙ
hoc iure naturę nõ est inuentũ.Ideo §.primũ itaq;.
allegatũ in authen.de hæred.& Fal.dicit ꝙ lex ci-
uilis

uilis imponit necessitatem parentibus relinquendi certam partem hæreditatis proprijs liberis. Nam ius naturale,quo omnia erant communia, & nihil proprium, viij.distinct. in princip. non astringebat patrem quicquam relinquere filijs. So
4 lum † enim primò iure gentium dominia rerum fuerunt distincta.l.ex hoc iure. ff.de iustitia & iur. Item ius testandi, seu per testamentum disponendi,fuit inuentum de iure ciuili.l.testamenti factio. ff.de testamen. non autem reperitur iure naturæ etiam inter liberos.vnde non reperitur iure naturæ, quòd testamentum patris filium prætereuntis, vel etiam
5 exhæredantis vitium incurrat, cum † ius dicendi nullum ratione præteritionis detur solum existenti in potestate,vt ff.de liberis & posthumis. l.si filius qui in potestate. & de iniusto,rupto & irrito testamento. l.posthumi per virilem. §.ex his. patria autem potestas de iure ciuili est,vt Institut.de patria potestate.§.primo.apparet ergo quòd ante
6 † ius ciuile nulla erat via rumpendi testamentum. Et hæc ratio fuit Oldradi,quæstion.xxviij.& hoc sequitur Bal. in l.prima. §.ius naturale.ff.de iusti. & iure. Nec obstat cum dicitur, quòd legitima
7 debetur iure naturæ, quia † debet exponi de iure naturæ,hoc est, de iure ciuili, iure naturæ seu naturali coniunctione persuadente sic disponi : sicut in simili notatur in l.pronũciatio.§.familiæ.ij. ff.de verborum signification. in glos. quæ exponit natura, id est, naturali coniunctione interue-
8 niente.Vnde † licet iura sanguinis nõ possint tolli per l.ciuilem,vt hic,tollitur tamen id quod per ius ciuile fuerat statutũ ratione vel occasione sanguinis,argumen.notatorum per Hostien. in cap. cum ex officij. extra de præscript. & idem est dicendum in iure agnationis,quod per pactum tolli non potest. Sed licet non tollatur ius agnationis, tollitur tamen id quod à iure ciuili fuerat dispositum ratione agnationis,vt est videre in emãcipatione,& similibus.l.iubemus.ff.de emancipationi.liber. videte de hac quæstione, & opiniones circa eam,per Cyn.in l.sancimus.C.de nuptijs.& Bonifacius de Amanatis,in dicto cap.indultum. Et per istius regulæ materiam determinauit Angelus consilio clxvj. quòd si statuto ciuitatis exuatur, quòd de gestis inter fratres gabella nõ soluatur, appellatione fratris continetur naturalis
9 tantum : quia † gabellæ & vectigalia odiosa sunt, ideo restringi debent salua ratione recti sermonis. ff.de publica.l.licitatio.§.eorum.sed ante ius gentium de primæuo iure naturali non discernebantur legitimi ab illegitimis, sed illegitimitas fuit introducta iure ciuili, in authenti. quibus modis natural.efficiun.legiti. §.si quis verò.& in authen. quibus modis natura.efficiuntur sui. §.si quis ergo. collat.vij. Attento ergo iure naturali, quod solum in proposito intueri debemus, ex quo per verba naturalia, & naturæ cohærentia loquitur
10 statutum, dicendum est † appellatione fratris naturalem tantũ contineri.Secundum naturam enim conuenit ei hoc nomen sicut legitimo. l. tutelas. in fine. §.responso.ff.de capitis diminutione. Et licet naturales iura agnationis non habeant, quoniam agnatio iure ciuili inuenta est, & ius ciuile eos exclusit,tamen habent iura cognationis,quod quidem naturale est alterum ius ciuile .l.Iurisconsultus.§.inter agnatos. ff.de gradibus cognationũ. Si ergo cognatio nomen naturale est, eius appel-
11 latione bastardus † continetur, cum immutabile sit tale nomen, vt hac l.& l.ius agnationis. ff.de pactis.& §.penult. Institut.de iure naturali. idem esset de sorore,licet statutum loqueretur de fratre. ff.ad Trebellianum. l.Lucius. §.Meuiam. & l.frater a fratre. de pactis.

Summarium.

1 ☞ Minimum in ambiguis, quando & quare sequendum.
2 Regula,quod minimum est,sequẽdum esse,locum habet in contractibus.
3 Quantitas, vel aliud loco quantitatis, si in contractu ponatur, regula, quod minimum, locum sortitur.
4 Dos promissa simpliciter,non remanet sub obscuritate,eò quòd pro modo facultatum,& qualitate personarum constituatur.
5 Grex quot capitibus communiter constitui soleat.
6 Animal in genere promittens,in nullo tenetur.
7 Genus promittens quando teneatur ad mediocre.
8 Minimum habere plus expedit, quàm non habere.
9 Genus generalissimum quandoque in legatis deducitur.
10 Legatarij electio est, cum species incerta de certis sine nominis vel signi expressione legatur, quam velit rem vt dare possit.
11 Voluntas dubia testatoris, hæredis declarationi reseruatur,vbi nomen in legato expressum est cæteris vniforme,sed de quo sensum sit ignoratur.
12 Hæres censetur melius scire volũtatem testatoris, quàm legatarius.
13 Voluntatem testatoris esse dubiã circa rem legatam,vel circa personam legatarij,an referat.
14 Præiudicium nõ alteri faciendum ob alterius fauorem.
15 Quilibet de suo largiri potest,vbi vult.
16 Gratificatio est duplex.
17 Incertitudo personæ,vel rei legatæ,per quem declarari debet.
18 Legatum inutile reputatur,vbi rei legatæ & personæ legatarij incertitudo reperitur.
19 Legatum incertũ quando valeat,& quomodo certificandum.
20 Denarius suos fines à natura constitutos non habet,sicut nec domus,sed facto hominis.
21 Delictum incertum quomodo puniendum.
22 Homicida notus interfecto homine ignoto non excusatur.
23 Delicto existente certo,& delicti qualitate incerta, attenditur id quod minimum est.
24 Venenum emens,vt alicui propinet,punitur ac si necasset.
25 Debilem ad mortem vulnerans tenetur de homi-

cidio, licet alius de eo vulnere non fuisset mor-
tuus.
26 Vulnerans non tenetur de occiso, si ex culpa mo-
riatur.
27 Minimum non debetur, vbi delictum certum est,
& certa delicti qualitas in legato ponitur.
28 Occidens eum qui ducitur ad furcas, an teneatur
de homicidio.
29 Iudex an teneatur de homicidio, si moriatur quis
in tormentis.
30 Minimum in sententia an sequendum. & nume-
ro 32.
31 Sententia incerta non valet.

Semper in obscuris, quod minimum est sequimur.

RATIO huius regulæ
est, secundum Ioan. Andr.
in cap. in obscuris. eodem
titul. lib. sexto. quod sum-
ptũ fuit ab hac lege, quia
non est dubiũ de minimo
1 quem sensisse: quia † si sen
sit etiã de maximo, ergo
de minimo, quia plus in-
cludit in se minus, vt l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo-
rum oblig. & l. in eo semper quod plus. ſ. eod. tit.
& cap. plus semper. eodem titul. libr. vj. Et videte
circa hanc regulam nota. per Dyn. in dicto cap. in
obscuris. & cap. inspicimus. eodem titul. Et est no-
tandum, secundum Dyn. & dominum Bonifac. de
2 Amanatis, quòd † regula ista habet locum in con-
tractibus, vt l. si stipulatus fuero decem. de verbo-
rum oblig. cum similibus, & in vltimis voluntati-
bus, vt l. qui concubinam. §. cum ita. & l. nummis.
de legar. iij. & in delictis, vt l. si præses. & l. penult.
ff. de pœnis. etiam in sententijs, vt l. diem proferre.
§. si plures. ff. de arbitr. Ad euitandum tamen con-
traria, quæ circa singula membra fieri possunt,
resoluendo primo circa contractus dicendum est,
3 quòd † interdum deducitur in cõtractu quantitas,
vel aliud quod pro quantitate habetur, vt est vni-
uersitas, & tunc habet locum regula, vt inspicia-
tur quod est minimum. l. fideiussorem. ff. manda. &
l. semper in stipulationibus. ſ. eod. & l. si quid ven-
ditor. §. fin. in fin. ff. de ædil. edict. vbi vendens ser-
uum, quem dicit esse peculiatum, non tenetur em-
ptori, dum tamen habeat minimum peculium: &
est ratio, quia peculiũ habetur loco cuiusdam vni-
uersitatis. nam crescit & decrescit, nascitur, & mo-
ritur. l. peculium nascitur. ff. de peculio. non tamen
sic esset in dote, licet dos sit nomen vniuersitatis,
vt not. Bartol. in l. j. ff. soluto matri. & Bald. in l. j.
ff. de edendo. & dicit esse glos. in l. quod dicitur. de
impensis in rebus dotalibus factis. & hoc propter
aptitudinem augmenti & diminutionis, quia non
potest dici quòd dos promissa simpliciter, rema-
4 neat sub obscuritate, quia † pro modo facultatum
& dignitate personarum constituenda est. l. cum
post. §. gener. ij. col. in gl. at in vniuersitate corpo-
5 rum seu quæ facti est, vt † grex, armentum, equi-
tium, & similia, vt l. j. §. final. ff. de rei vendi. idem
putat domi. Bonifa. de Amanatis esse quod in pe-
culio, & sic tria saltẽ capita vel quatuor, excepto
grege ouium, qui solum ex decem constituitur. l.
oues. ff. de abigeis. & notatur in l. ij. de rei vendi.
Interdum deducitur in contractu species, vel aliud
quod speciebus æquipollet, vt artificium, & tunc
non habet locũ regula, vt inspiciatur quod est mi-
nimum, sed inspicitur quod est mediocre. pro quo
dicta l. si quid venditor. §. fin. vbi vendens seruum,
quem dicit esse coquum, satisfacere videtur, si eum
præstet mediocrem in coquorum artificio. Idemq;
est in cæteris artificiorum generibus, vt ibi nota.
Interdũ verò deducitur in contractu genus, & tunc
distinguitur, quia aut deducitur genus generalissi-
mum, puta promittitur animal in genere, & hoc
6 casu promissor † in nullo tenetur, quoniam libera-
retur dando muscam, formicã, aut pulicem, quod
esset absurdum & derisorium, argum. l. si domus.
ij. responso. ff. de legat. j. Et eadem ratione non te-
netur promissor fundi in genere: quia liberaretur
dando vnum pedem terræ, vt l. ita stipulatus. de
verborum obligat. & l. cum post. §. gener. de iure
dotium. iuncta l. quod in rerum. §. penul. de legat. j.
igitur hoc casu non habet locum regula ista, quia
non debetur minimum, cum si deberetur, illusoria
7 esset hæc obligatio. Aut deducitur genus † subal-
ternum, & tunc quandoq; tale genus est de se inu-
tile in sua specie, vt musca, formica, vel pulex, &
idem, quia ab initio talis promissio fuit inefficax
propter eius inutilitatem, & nõ habet locum hæc
regula. Quandoq; est de se vtile, vt homo, bos, asi-
nus, vel aliud animal vtile in suo genere, & tunc
non habet locum hæc regula, quia debetur me-
diocre, vt l. si quis argentum. §. si vero redditum.
& §. similiq; modo. C. de donat. & l. legato gene-
raliter. de legar. j. vbi per Bartol. Et est ratio, quæ
ibi notatur, quoniam si inspiceretur minimum,
esset vtilius creditori nihil recipere, quàm illud
recipere, cum magis expediret sibi non habere,
quàm habere: quæ ratio cessat in quantitate pro-
8 missa vel æquipollenti, cum † omne minimum ex-
pediat plus habere, quàm non habere, vt dicta l.
fideiussorem. ita nota. ibidem per glos. & Dyn. in
dicto cap. in obscuris. licet non sic clarè. Et per
hoc respondetur ad l. si quis ex pluribus. ff. de ver-
borum obligar. vbi si in obligatione deducatur
fundus incertus de certis, debetur minimus, si pla-
cet promissori: quia plus semper expedit habere
fundum, licet vilissimum, quàm non habere. Cir-
ca vltimas voluntates distingue, quòd interdum
9 deducitur in legato genus generalissimũ, & † non
habet locum hæc regula, per dictam l. ita stipula-
tus. iuncta l. seruũ filij. §. eum qui chirographum.
ff. de legat. j. Interdum deducitur genus subalter-
num, & tale quod in sua specie non affert vtilita-
tem, vel tale quod species eius habet fines secun-
dum nudam dispositionem hominis: & idem, vt
dicto §. gener. & l. si domus. in prin. de legar. j. iun-
cta l. quod in rerum. §. si quis post. eo. tit. Interdum
deducitur genus subalternũ tale, quod in sua spe-
cie

cie affert vtilitatem, & fines habet à natura, vt est
homo, equus, bos, & asinus, & similia, & tũc debe-
tur mediocre, vt dicta l. legato. & sic nõ habet lo-
cum hæc regula. Interdũ deducitur in legato quan
titas, hoc est, aliquid cõsistens in numero, pondere
vel mensura, vel vniuersitas iuris aut corporum,
& tunc habet locũ hæc regula, quia in obscuris in-
spicitur quod est minimũ. l. si ita scriptum. in fi. de
leg. j. l. qui concubinam. §. cum ita. & l. nummis. de
leg. iij. l. si ita relictum. in prin. & tit. de leg. ij. Inter-
dum deducitur species certa vel certum corpus, &
non habet locum hæc regula, quia debetur ipsum
legatum, magnum vel modicũ sit, & ad ipsam spe
ciem soluendã potest hæres præcisè cõpelli. l. si do
mus. §. cum alicui. de leg. j. nisi subesset causa iustis-
sima, cur hæres vellet soluere æstimationem, vt §.
qui confitetur. ead. l. si domus. Interdum deducitur
species incerta de certis, sed sine expressione nomi
nis vel signi, quod fungatur vice nominis pro-
10 prij, & non habet locũ regula ista: quoniam † ele-
ctio est legatarij. l. qui duos. de leg. j. Interdũ dedu-
citur species incerta de certis cum expressione no
minis, tamẽ remanet obscuritas, quia sunt duę vel
plures species eiusdem nominis, & habet locũ re-
gula nostra, quia debetur minor. l. apud Iulianum.
§. Sticho. de legat. j. & dicta l. si quis ex pluribus. de
verb. obli. & est ratio differentiæ, quia vbi non est
expressum nomen, tunc legans nõ sensit de aliquo
certo, ideo fauore vltimæ voluntatis legatarij est
electio, vt dict. l. qui duos. cum in cõtractibus me-
diocris deberetur. l. si quis argentũ. §. similiq; mo-
do. C. de donat. At vbi nomen expressit quod est
vniforme cæteris, tunc legans de certo sensit, sed
11 ignoratur de quo: ideo † in dubio reseruat̃ hæredi
declaratio huius dubię voluntatis, vt in l. si qs à fi-
lio. §. si quis plures. vbi Bal. de leg. j. sicut videmus
in l. si quis seruũ. §. si inter duos. de leg. ij. Hoc ergo
casu non debet legatarius habere declarationẽ hu-
12 ius voluntatis dubię legantis, quia † non ita cense-
tur scire mentẽ legantis, sicut hæres, arg. in authen.
de iureiur. à mo. præsti. §. j. colla. v. & not. in l. cum
hæres. ff. de libe. leg. Ex quibus patet, secũdum do.
13 Bonifa. de Amanatis, ꝙ † non est differẽtia vtrum
voluntas testatoris sit dubia circa rem legatã, vel
circa personã legatarij, licet Dy. in c. in obscuris.
dixerit esse differentiã. Quoniam aut est expressum
nomen legatarij vel rei legatæ, sed voluntas est du
bia, de quo vel de qua sensit, & est declaratio hære
dis, vt dictum est. Et sic hęres potest dicere testato-
rem sensisse de maiori sicut de minori, vt in dicto
§. scio. & §. si inter. Aut nõ est expressum nomẽ rei
legatæ vel legatarij, & tunc est differẽtia, quia vbi
non expressit nomẽ rei legatę, est electio legatarij,
vt dicta l. qui duos. vbi autẽ non expressit nomen
legatarij, tunc nihil agitur. l. si fuerit. ff. de reb. dub.
& l. cũ ex pluribus. de ma. testa. Nec obstat dictus
§. si inter. quia hæres potest sponte soluere si vult,
non autem potest cogi, vt ibi not. per glos. & Bar.
& est ratio differentiæ, quia in rebus non est dare
pręiudiciũ inter eas, si vna potius soluatur q̃ alia,
vt dicta l. qui duos. & l. si quis à filio. §. si quis plu-
14 res. de legat. j. sed in legatarijs secus est, quia † vni
non est afferendum præiudiciũ propter alterius fa
uorem, vt l. soluendo. de neg. gest. & ideo mutuò se
impediunt, nisi aliquis probet de se testatorem sen
sisse, etiam altero tacẽte vel renuntiante legato, se-
cundum Bart. in dicto §. si inter. quia alter petens
legatum propter taciturnitatẽ alterius vel renun-
tiationem non probat de se testatorẽ sensisse, & sic
nõ fundat opinionẽ suam, vt l. duo sunt Titij. ff. de
testa. tut. & l. qui plures. de vsufr. leg. & dicta l. si fue
rit. de reb. dub. Hæres tamẽ sponte potest cui vult
legatũ assignare & tradere, vt dicto §. si inter. Nec
videtur dictus §. frustra esse positus, propter hoc ꝙ
15 non est dubiũ quin quilibet † possit de suo largiri,
vbi vult. l. in re mãdata. C. manda. quia secundum
Bart. legatum ibi non est omnino nullum in veri-
tate propter incertitudinem circa personas: solum
enim deficit probatio, non ius, vt dicta l. duo sunt
Titij. & ideo si hæres soluit, possidebit legatarius
titulo pro legato, nõ pro donato, & istud legatum
veniet in cõtributionem imponendã ratione legis
Falcidię, sicut cætera legata. ideo positus est ille §.
vt dicit Bar. Attende tamen circa istũ articulum,
16 secundũ Bal. in dict. §. si inter. ꝙ duplex † est grati-
ficatio: quędã voluntaria, quæ est nemine probãte
testatorẽ de se sensisse. Alia necessaria, puta vtroq;
probãte de se sensum. Vnde necesse habet hęres al-
terum eligere, & alteri gratificari, quia cõuictus est
hæres per probationes. Simile ff. ad Silley. l. si quis
in graui. §. si cum omnes. Sed Cy. dicit ꝙ gratifica
tio in dicto §. nunq̃ est necessaria: imò potest hæ-
res sibi retinere, si vult, propter incertitudinẽ per-
sonæ: sed si nõ vult, potest gratificari Nec obstat,
ꝙ cõuictus sit ab vtroq; per probationes, quia ra-
tione tacitę cõtrarietatis illę probationes inuicem
se elidunt. Pro opinione Bal. tamen facit l. penult.
ff. de peti. hære. & l. is à quo. de rei vend. pro eo etiã
facit, quia declaratio debet pertinere ad hæredem,
qui habet de necessitate declarare. l. si qs à filio. §. si
qs plures. de leg. j. & quod ibi not. Pro Bal. etiã fa-
cit litera dicti §. si inter. quæ dicit, debet: & nõ, po
test. Sed pro gl. & Cy. facit tex. l. si fuerit. de reb. du.
Dyn. verò vbi supra ponit tres casus principales.
Interdum est incertitudo rei legatę, sed nõ personæ
legatarij, & tunc legatũ valet, & talis incertitudo
vel arbitrio legatarij declarat̃, vt dicta l. qui duos.
aut arbitrio hæredis, vt dicto §. scio. Interdum est
17 incertitudo † personę & nõ rei legatę, & tunc decla
ratio potest fieri per hæredẽ sponte, tamen ad eam
non potest arctari, vt dicto §. si inter. Interdum est
18 incertitudo † rei legatæ & personæ legatarij, & le-
gatum est prorsus inutile, vt dicta l. cum ex pluri-
bus. & l. si quis ex pluribus. de reb. dub. & est ratio
secundum eum, quia primo casu subest persona le-
gatarij certa, cui obligatio quæritur, secũdo verò
& tertio non. Sed certe salua reuerẽtia sua, vt dicit
do. Bonifac. de Amanatis, in dicta l. cum ex pluri-
bus. res legata erat certa. Dic ergo, vt suprà dictum
est. ¶ Et sit circa hanc materiam hæc prima con-
19 clusio, vbi † in legato deducitur aliquid incertum
de incertis, quod fines habet non à natura, sed ab
hominis destinatione, vt est fundus, iuxta l. Caius.
§. Titius. de legat. ij. legatum est indistinctè deriso-
rium, siue legãs haberet fundos in patrimonio, si-
ue non, vt l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. cum

Prima conclusio.

Destinatio hominis.

Secunda. similibus.¶Secunda conclusio,vbi in legato dedu
citur incertum de incertis,quod fines habet non à
Factũ hominis. natura,sed facto hominis,vt est domus,quæ con-
struitur ex fundamẽto,parietibus & tecto,vt not.
in l.quod in rerum.§.si post.de legat.j.si legans ha
bebat in patrimonio domos,hæres tenetur vnam
de illis præstare ad voluntatem suam, & liberatur
etiam præstando minimam, sicq; tunc habet lo-
cum regula ista, & l.si domus.j.respon.de legat.ij.
pro quo dicto l.si quis ex pluribus.Si autem nõ ha
bebat domos,legatum est derisorium, dicta l.si do
mus.ij.respon.& ista est cõmunis sententia glos.&
Doct.licet Petr.& Iaco.de Rauen.æquiparauerint
legatum domus & fundi.de quo plenè per Bart.in
dicta l.ita stipulatus.circa princ.de verb.oblig.Ex
quo infert correlariè do.Bonifa.de Amanat.quòd
si testator legat vnum denarium, & sic incertũ de
incertis,si habebat in suo patrimonio denarios,&
debetur vnus ad voluntatem hæredis. l. nummis.
de legatis iij. aliàs legatum esset derisorium, per
20 dictam l.si domus. ij.responso. quia † denarius
sicut domus non habet suos fines à natura , sed ex
facto hominis, vt l.j.ff.de contrahend.emptio.
Tertia ¶Tertia conclusio, vbi in legato deducitur incer-
tum de incertis,quod habet suos fines à natura,sed
est tale quod certificatum in nullo est vtile, nec cõ
modum affert, tunc legatum est derisorium, & sic
non habet locũ regula, arg.dicti §.generi.& l.si do
mus.ij.respon.vt musca,pulex,formica,& similia.
Quarta. ¶Quarta cõclusio, vbi in legato deducitur incer-
tum de incertis,habens fines à natura,quod speci-
ficatum afferre potest cõmodũ capienti,& est cor-
pus per se,non cõsistens pondere,numero vel men
sura,vt bos, asinus, homo,& simile, nõ habet lo-
cum regula ista,quia debetur mediocre,vt dicta l.
Quinta. legato generaliter.¶Quinta cõclusio,vbi in lega-
to deducitur incertũ de incertis consistens ponde-
re, numero vel mẽsura,non facta expresione pon
deris,numeri vel mẽsuræ,legatum est derisorium,
& sic non habet locũ regula,arg.dictæ l.si domus.
ij.respon.Si autem sit expressum certũ pondus vel
mẽsura vel numerus,habet locũ hęc regula,& hę-
res liberatur præstando vilissimũ,etiam si aliunde
acquireret,& in hæreditate esset vnde præstare po
tuisset,vt est tex.in l.iij. j.respon.& l.iiij.ff.de vino
Sexta. tritico & oleo lega.secundũ de Amanatis. ¶Sexta
cõclusio,vbi in legato deducitur incertum de cer-
tis,consistentibus numero, pondere vel mensura,
electio est hæredis, & liberatur dando minimum.
Sed in hoc sua eligendi restringitur facultas,quia
non poterit eligere, nisi de illis certis expresis in
legato,arg.l.si quis ad declinandam.§.penul.C.de
epis.& cler.l.in conditionibus.in prin.ff.de condi.
Septima. & demonst.cum simi. ¶Septima conclusio,vbi in
legato deducitur incertum de incertis consistenti-
bus extra pondus,numerũ vel mensuram,sine ex-
presione nominis,& sic legans nõ sensit de certo,
tunc electio est legatarij,& sic non habet locũ hæc
Octaua. regula,dicta l.qui duos.de leg.j.¶Octaua cõclusio,
vbi legàs sensit de certo de incertis,sed ignoratur
de quo sensit, hæredis est electio, & habet locũ re-
gula,vt l.apud Iul. §.scio.& l.si quis à filio. §.pen.
Nona. de leg.j. ¶Nona cõclusio,vbi obscuritas versatur
circa artificia, debetur mediocris, & est electio le-
gatarij,dicta l.si quid venditor.§.fi. de ædil.edict.
¶Decima conclusio, vbi in legato deducitur vni- Decima.
uersitas iuris vel corporis,perinde iudicatur quod
de legato quãtitatis,hoc est eius quod cõsistit pon
dere,numero vel mensura,dicta l.si quid venditor.
§.fi.in fi. ¶Vndecima cõclusio,vbi in legato non Vndecima.
est obscuritas rei legatæ, sed solùm personæ lega-
tarij,hæres nunq; cogitur declarare : si autem velit
potest in rebus retractabilibus.l.si quis seruũ. §.si
inter.de leg.ij. non autẽ potest in rebus irretracta-
bilibus.l.cum ex pluribus.de ma.testa. & dicta l.si
quis ex pluribus.de reb.dub.¶Circa tertiũ videli-
21 cet circa delicta dici potest,quòd † vbi delictum est
incertum,puta reperitur homo mortuus sine vul-
nere,& in rei veritate fuit occisus,illa tamen veri-
tas nobis est ignota,habet locum regula. nam in-
spicitur quod est minimum.nam nullus cõdemna-
tur, sed quilibet inculpatus absolueretur,vt l.ab-
sentem.ff.de pœnis.facit l.denunciasse. §.sequũtur.
de adult.& quod not. Bald.in l.item Mela.§.sed si
plures.ff.ad l.Aquil. Et idem dicẽdum est,vbi de-
lictum certum est, sed delinquẽs est ignotus,vt ne-
mo damnetur ex suspicione, sed absoluatur, dicta
22 l.absentem.Notate tamen circa hoc,quòd † nõ ex-
cusatur homicida notus,qui occidit hominẽ igno
tum.sufficit enim quòd cõstet de homicidio, licet
nesciamus de homine,secundũ Bald. hoc notabili-
ter dicentẽ in l.quoties.§.si quis nomen.& in §.hæ
res. ff.de hære.instit.& ibi Paul.de Castr.& dicunt
Bal.esse glos.ordinariam.ij.q.viij.libellorum. quæ
non est alibi, secundum eum. & ideo licet in accu-
satione vel inquisitione debeat exprimi persona,
in quam delictũ est cõmissum,vt l.libellorum.ff.de
accusat. si peregrinus vel Romipeta cuius nomen
ignoratur,dicatur occisus, sufficit dũmodo cõstet
de corpore occisi, & sic de maleficio. quod est no-
23 tandũ.Interdum delictũ † est certũ, sed qualitas de-
licti est incerta,puta quia constat quem fuisse spo-
liatum per violentiam,sed est incertũ,an cum ar-
mis vel sine armis,& habet locũ hæc regula : quia
tunc inspicimus quod est minimũ,videlicet vt si-
ne armis.l.si præses.ff.de pœnis.secundum Dy. Fa
cit ad prædicta l.hæ enim causæ.in prin. ij.respõ.
cum sua glos.ff.de suspect.tut.vbi tutor remotus à
tutela simpliciter censetur remotus,non propter
dolum vel fraudem,sed propter culpã,aut causam
non lædentem famã.facit etiã cap.si confirmatio-
nem.extra de elect.lib.vj.Interdum delictũ est cer-
tum,& certa delicti qualitas,& delinquens certus,
ignoratur autem animus delinquentis,tunc nõ ha
bet locum regula,quoniam ex qualitate delicti iu-
dicatur de animo delinquentis,vt l.j.§.diuus.ff.de
sica.vbi per Bar.& l.j.C.de sica.& l.is qui cũ telo.
eo.tit.& l.si non cõuicij.C.de iniur.Circa quod est
sciendum,quòd etiam aliquãdo secuto homicidio
inspicitur quod minimum est,hoc est,abfuisse ani
mum occidendi, videlicet quãdo vulnus fuit illa-
tum in tali parte corporis,vnde præsumi poterat
euidenter talem fuisse animum:sicut ecõtra etiam
non sequuto homicidio inspicitur quod est maxi-
mum,videlicet vt teneatur de occiso, quia conie-
cturatur verisimiliter ex ictu, & genere armorum
animum

animum affuiſſe occidẽdi, vt collige exempla per
Bart.in dicto §.diuus. & in cap.ſignificaſti.in fin.
extra de homicid.ſed vt vides iſtis caſibus obſcu-
ritas declaratur ex coniecturis,& ſic ceſſat regula.
Vnum tamen ſingulare notate in hac materia,ꝙ
24 †ſi quis emerit venenum,vt daret alteri,licet non
dederit, punitur ac ſi dediſſet,vt eſt caſus ſingula-
ris,& ibi Bar.in l.j.in fin. ff. ad legem Pompeiam
de parricid.quod tamẽ intellige,vt not.Sali.in l.j.
C.de malefic.& mathema.Flor.in l.item ſi obſte-
trix.ff.ad legem Aquil.Aduertatur etiam notabi-
25 liter pro præmiſsis,quòd † ſi quis percuſſerit vnũ
debilem,& intulit vulnus regulariter in ſano cor-
pore nõ letale,tamen ille debilis vel infirmus mo-
ritur,tenetur percutiens de occiſo,vt l.qua actio-
ne.§.ſed ſi quis ſeruum ægrotum. & l.ita vulnera-
tus.in princip. ff.ad legem Aquil. quod bene not.
ſecundum Angelum Aretinum in ſua inquiſitio-
ne,ſuper verbo, Ex interuallo dictus Titius,&c.
quia dicit ſe vidiſſe aliquos errare,volentes defen-
dere homicidã articulando, quòd vulneratus erat
debilis,&c. quia articulatur contra ſe,vt patet di-
26 ctis iuribus. Itẽ † ſis cautus cum defendis amicum
accuſatum de homicidio,vt inquiras,an vulnera-
tus ſit mortuus nõ ex vulnere,ſed ex culpa vel ne-
gligentia ſua,vel imperitia medicorum:quia tunc
non tenetur de occiſo percutiẽs,ſed de vulnerato,
vt not. Bald.in l.ſi ab hoſtibus.§.j. ff.ſoluto matr.
quem vide in tit.quibus modis feud.amit.in prin.
verſ.ſexto.quæritur vtrum dominus prąſumatur.
& ipſum in l.qui occidit.in fin.ff.ad legem Aquil.
& Bartol.in l.ſi in rixa. ff.de ſicar.& Ioan.Andr.
in cap.ij. extra de clerico percuſſore. & facit cap.
ad audientiam. extra de homicidio.& not. plenè
Ioan.And.in cap.tua nos.de homicid.& facit cap.
27 ſignificaſti.ij.eodem titul. Aliquando † delictum
eſt certũ,& certa delicti qualitas,ſed propter plu-
ralitatem rixantiũ ignoratur quis ex eis an omnes
vulnerauerint.& hoc intellige quãdo omnes erant
in actu delinquendi, ſecus autem ſi vnus tantum,
ſed non apparet quis propter multitudinem:quia
omnes abſoluuntur,argumen.l.abſentem.in prin.
ff.de pœnis.ita not. alleg.in dicta l.item Mela. §.
ſed ſi plures.& ibi gloſ.j.& Flor.& Archid. xxiij.
quæſtio.vltima. §.final. Dyn.eodem titul. cap.in
obſcuris.vnde non habet locum regula. non enim
inſpicitur minimum , vt ſic omnes abſoluantur,
quia tunc remaneret maleficium inultum, contra
l.ita vulneratus. alleg. ſed omnes æquè puniun-
tur de vulnerato vel de occiſo,ſi mors ſequuta eſt,
vt l.item Mela.§ ſed ſi plures. ff.ad legem Aquil.
qui §.loquitur in actione legis Aquiliæ ciuili. verũ
autem habeat locum in criminali,vide Bartol.in
l.ſi in rixa. ff.de ſicar.& Innocen. in cap. ſicut di-
gnum.extra de homicid.& Cy.in l.quoniã multa.
C.ad legem Iuli. de vi publica. & vide Bartol.in
l.damni.§.Sabini. de damno infecto. Et not.circa
hoc,quòd ſi quis intulit vulnus mortale,& eſt cer-
tum, licet alius poſtea interficiat , non excuſatur
ab homicidio primus vulnerans, vt in dicta l.ita
vulneratus.vbi dicit elegantiſsimè Bal.quòd non
profuit cautela cuiuſdã iniqui aduocati,qui dum
quidam eſſet mortiferè vulneratus, & captus per-

Vide Flo. in l. itẽ ſi obſte- trix. ff. ad leg. Aqui. vbi plenè tangit & diſtinguit. vide tex. Inſtit. de publi. iudi. §. alia deinde. & ibi Io. Fab. & de Anania, ſup rubrica, extra de his qui fil. occid.

cuſſor, conſuluit conſanguineis percuſſoris,vt il-
lum vulneratum maturius occiderent , vt percuſ-
ſor euaderet caput,per l.item Mela. §.Celſus.ad le
gem Aquili. Conſilium enim illud non prodeſt,
quando eſt certum primum vulnus eſſe mortale.
Secus ſi eſſet dubiũ. Tamen pro tali conſilio præ-
mium,quod deberetur aduocato eſſet, ſecundum
eundem Bald. quia deberet ſuſpendi laqueo,quod
28 not. Vtrum †autem occidens illum,qui ducitur ad Quæſtio.
furcas,teneatur de homicidio,vide Bartol.in l.in
laqueum. ff.de acquirendo rerum domi.& Salicet.
in l.fin. C.de malefic.& mathema.& Bald.in l.fi-
deicommiſſa. §.ſi quis illicite. ff.de legat.iij. vbi
concluditur,quòd ſic.facit l.ſi.§.penul.ff.de cuſto.
reorum.vbi occidens incarceratum punitur illa l.
& illud quod nota.per Bartol.in l.j.ff.de cadaue.
29 punito. Quid †autem de moriẽte in tormentis,an
iudex teneatur in Syndicatu? Bartol. videtur di- Quæſtio.
cere quòd ſic,in l.lege Cornelia.ff.ad legem Corn.
de ſicar.ſed ipſe Bartol.in l.quæſtionis.ff.de quæ-
ſtionibus.Cyn.Bal.& Salicet.in l.Gracchus.C.de
adulter.tenent contra,quod tamen intelligunt ve-
rum, dummodo indicia præcedant,& in actis ap-
pareat de indicijs, tunc cum iudex fecerit ex per-
miſſu legis,ad torturã licite deuenit, licet ille mo-
riatur non debet teneri.l.ſed an vltro. in princip.
ff.de negotijs geſtis. Et etiam hoc intelligunt ve-
rum, dummodo iudex non fuerit egreſſus termi-
nos torturæ,de quo per Bald.in dicta l.Gracchus.
& Cyn.in l.iij.de adult.in dubio autem non præ-
ſumitur, quòd fuerit egreſſus,imò quòd tempera-
tẽ ſuum officiũ geſſerit. l.Herennius. §.Gaia. ff.de
euict. vnde allegãti quòd iniuſtè torſit, incumbit
onus probãdi, ſecundũ Ang. Aret.in ſua inquiſi-
tione,ſuper verbo, quòd fama publica in materia
torturæ.j.q.vij. facit tex.in l.ij.verſ.quod non ar-
bitramur.C.de offi.iud. Dictum autẽ Bar.in l.lege
Cornelia.intelligitur quãdo iudex cõtra iuſtitiam
torſit. ¶ Circa quartũ videlicet ſententias, cõclude Diſtinctio circa ſententias.
30 quòd † vbi ſententia eſt clara, & certa,non habet
locum hæc regula , quoniam etiam ſi ſit iniuſta,
tranſit in rem iudicatam, ſi non appelletur ab ea,
vt l.ab eo. C.quomodo & quando iudex. & vide
tamen Bal.in l.ſi ingenuum. ff.de ſtatu hominum.
31 Vbi † autem ſententia de ſe eſt incerta nec certifi-
cari poteſt per relationẽ ad aliquam partem acto-
rum,non habet locum regula : quia non tenet ſen-
tentia,vt l.iij.C.de ſenten.quæ ſine certa quantita.
proferun. ſed vbi poteſt certificari per relationem
ad aliquam partem actorum, tunc etiam non ha-
bet locum regula, quia ſtatur tali certificationi,vt
l.ij. C.de ſentent.quæ ſine certa quantitate profe-
run.in l.iij.eodem titul. & ibi gloſ. Bal.& Salicet.
32 Sed † vbi ſententia de ſe incerta eſt, nec poteſt cer-
tificari certa certificatione per relationẽ ad acta,
ſed remanet obſcura propter probationum diuer-
ſitatem , quoniam aliquæ ſummæ ſunt de maiori
ſumma,aliquæ de mediocri,aliæ de minori : tunc
in dubio inſpicitur minor. ratio eſt, quia omnes
probationes concordant in illa. l.diem proferre.
§.ſi plures. ff.de arbitr. vnde ſi petantur centum
ex mutuo, & aliqui teſtes deponant de centum,
alij de quinquaginta,alij de triginta,& ſunt æquæ

probationes, & iudex condemnet reum in quan-
titate probata, tunc quia est obscurũ, de qua sen-
sit, cum quęlibet fuerit probata, debet inspici mi-
nima: quia illa per omnes est probata. facit l.j.§.si
stipulanti. ff. de verborum oblig.

Summarium.

1 ☞Commodum sentire debet, qui sentit incõmo-
dum, vbi est par ratio.
2 Emolumento sublato submouetur onus.
3 Dote non soluta an teneatur maritus alere vxorẽ.
& nume. 4. 5. 6. & 7.
8 Maritus lucratur fructus pignoris dati pro dote
non soluta.
9 Dotem repetens propter moram non petit inter-
esse.
10 Mulier missa in tenutam bonorum mariti ob non
restitutam dotem, non lucratur fructus.

Secundum naturam est, cõmoda cu-
iusque rei eum sequi, quem sequuntur
incommoda.

VIDETE pro declara-
tione huius regulę, & eius
glos. Dyn. in cap. qui sen-
tit onus. extra eodem tit.
lib. vj. & dicite secundum
eum, & Bar. hic, quòd ob-
tinet ista regula, quando
1 †circa commodum & in-
cõmodum est per omnia
par ratio, & personæ suscipientis commodum &
incommodum habilitas, vt in exemplis huius gl.
sed vbi non est per omnia par ratio, secus est, vt
l. si quis aliena negotia exercens. ff. de nego. gest. &
ibi not. & de procur. l. qui proprio. §. procurator.
& aliis iuribus hic alleg. in gl. Item fallit, quando
non est eadem personæ conditio vel habilitas cir-
ca vtrunque suscipiendum: vt si mulier proximior
est agnato, licet succedat in hęreditate, non tamen
in onere tutelæ, quod subire non tenetur, Instit.
de legi. agn. tut. §. fin. & ff. de legi. tut. l. j. §. interdũ.
2 Notate tamen ex hac l. à contrario sensu, quod † sub-
lato emolumento submouetur onus annexũ. pro
quo facit tex. in l. Pamphilo. §. duas. ff. de legat. iij.
Hinc est quòd ista ratione dicunt glos. & Docto-
3 res, quòd si † non soluitur dos viro, non tenetur
alere vxorem, nec eam maritali affectione tracta-
re, vt not. in authẽ. de nõ eligen. secundò nubẽtes.
§. fi. vbi est gl. ordinaria, quam allegat & sequitur
Bal. in l. fin. C. ad Velleia. & ipse idem in l. de diui-
sione. ff. soluto matri. & in l. in insulam. §. vsuras.
eod. tit. & ibi Paul. de Castr. & Alber. in l. quòd si
nulla. ff. de relig. & sumptib. fune. & Cy. in l. quod
in vxorem. C. de negot. gest. facit l. plenè. ff. de iure
dotium. quia ex quo se sciuit soluere non posse, in
dolo est. & pro hoc est bonus tex. in l. si donaturus.
§. j. vers maritus ff. de condict. ob causam. Dicit ta-
4 men ibi Bal. quòd † raro homines propter non so-
lutionem dotis mulieres à se eiiciunt, nisi miseri.
Et præmissa sunt vera, vbi dos est promissa vel con
5 stituta. Vbi † verò nulla esset constituta, maritus
alere tenetur, quia mulier personam suam pro do-
te dedit, vt not. per Innocen. in c. per vestras. extra
de donat. inter virum & vxo. glos. fin. & hoc senti-
re videtur gl. in l. si cum dotem. §. si autem in fæ-
uissimo. super verbo, quantitatem. ff. soluto matr.
& ibi Paul. de Castr. qui allegat dictam l. quòd si
nulla. & ibi Bal. & idem tenet ipse Paul. de Castr.
6 in dicto §. vsuras. quia † sibi imputare debet mari-
tus quare eam indotatã receperit. pro hoc allegat
casum in l. fin. C. de diuort. & in authent. de nupt.
§. si quis eam. collat. iiij. Attendite autẽ circa præ-
7 missa, quòd † licet maritus vxori dotẽ promissam
non soluenti, alimenta præstare nõ teneatur, vt di-
ctis iuribus, tamen ex quo non alit, & sic non sen-
tit onus, non potest petere vsuras vel reditus do-
tis promissæ. Vbi autem maritus sustinuit onera
matrimonij, tunc de iure ciuili potest petere vsu-
ras dotis, vt est casus dicti §. vsuras. Et idem vide-
tur de iure canonico, per cap. salubriter. extra de
vsur. Circa quod aduertẽdum est, secundum Paul.
8 de Castr. quòd † si dos cõsistebat in pecunia, & pro
ea fuerunt data pignora, tunc vir lucratur fructus
pignorum, nec tenetur in sortem cõputare, vt ibi,
licet sit regulariter secus in creditore, qui non su-
stinet onera. l. j. & ij. C. de pig. actio. aliàs esset vsu-
ra, si ageretur quòd non cõputarentur in sortem:
nec valeret pactũ, vt in cap. illo vos. extra de pig.
Sed si non fuerunt data pignora, aut quærimus,
an possit maritus petere vsuras promissas, puta
tantum pro centenario, & dicẽdum est quòd non;
quia peteret vt vsuras. Si autẽ quęrimus, an possit
petere quantum vir impendit in vxorẽ, & dicen-
dum est quod sic, quia petit, vt interesse damni emer-
gentis, non lucri cessantis, per ea quæ not. in l. so-
cium qui in eo. ff. pro soc. & istud potest transcen-
dere vsuras, & etiam esse minus quàm vsuræ con
suetæ: & imputet sibi pater, qui dotem nõ soluit:
nam præsumptio est contra moram dotantis pro
marito, quòd si dotem habuisset, tantum ex ea li-
cite lucratus fuisset, quod sufficeret ad sustinẽdum
onera matrimonij. & sic secundum dictũ Paulum
reducuntur ad concordiã multa dicta canonista-
rum in hac materia, de quibus in dict. c. salubriter.
9 Econtra † verò dicunt Doct. quòd si soluto matri-
monio mulier passa est morã, vel eius hæredes ab
hæredibus viri vel ipso viro super repetitione do-
tis, non possunt propterea aliquid petere nomine
vsurarum, quia nõ subest hic eadem ratio, vt not.
10 canonistæ in dicto cap. salubriter. & ideo si † mu-
lier missa est in tenutam bonorum mariti, non lu-
craretur fructus. & hoc vt dicit Paulus cõmuniter
solent Doct. tenere. Bal. tamen tenuit contrarium
in authen. ei qui iurat. C. de bonis auto. iudi. possi.
in princi. versic. quæro si mulier. & reputat valde
extraneum dicere cõtrarium, dicens quòd in ea est
maior ratio, quàm in marito. Vide eum ibi, & ca-
nonistas vbi supra. & j. eod. l. in ambiguis pro do-
tibus. quæ plenius ibi recitabo.

Summarium.

1 ☞Statuti forma non seruata, contractus, & sentẽ-
tia sunt ipso iure nulla. & nume. 2.
3 Commune an meum dicatur. & nume. 5.

Statu

4 Statutorum vērba ſunt propriè intelligenda.
6 Decretum interpoſitum in aliquo actu, extenditur
ad id quod ſequitur.
7 Tutor quando eſt loco domini.
8 Tutor nec debitum pupilli remittere, nec quid do
nare poteſt. & nume. 9.

Id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro transferri non poteſt.

GLOSSA ponit exē-
plum in iſta l. & eam im
pugnat per ſeptem con-
traria, ad quæ reſpondet
vt in ea. Et facit ad regu-
lam text. in l. ſi filio fami.
§. maritum. in fin. ff. ſolu.
mat. Et ex exemplo gloſ.
notate quòd factum con
tra tenorē mādati nō valet, vt l. cum mandati. hic
allegata. fines enim mādati ſeruādi ſunt. l. diligēter
ff. mādati. facit lex, ſi quis mihi bona. §. ſi corā. ff. de
acquiren. hæred. vbi per illa, quæ ibi dicuntur, di-
1 cit Bald. ſuper gloſ. in verbo, puto. quòd † ſi ſtatu-
tum dicat, quòd arbitrium feratur habito cōſilio
ſapientis, certe ſi feratur ſententia ſine conſilio ſa-
pientis habito, ſententia eſt nulla. & ita dicit tenuiſ
ſe Oldradum diſputando. faciunt notata in l. mul
2 tum. ff. de condit. & demonſt. Item dicit quòd † ſi
mulier ex forma ſtatuti, non poſsit contrahere ſi-
ne pręſentia propinquorum, licet ſtatutū non pro
cedat vlterius annullādo, tamen ſi nō ſeruetur for-
ma, contractus eſt ipſo iure nullus, per illam gloſ.
quam iubet perpetuo menti teneri. vide eum ibi
latius, & Paulū de Caſtr. in eadem gloſ. ibi, nec di-
citur res communis mea, veritate inſpecta. Notate
iſtam glo. ſecundum Bart. hic quòd illud vulgare,
3 quod ſolet dici, quod † commune eſt, meum eſt, in-
telligitur impropriè, nō autem propriè. & pro gl.
iſta facit text. in l. illud. hic allega. ff. de rit. nup. vbi
hoc not. Bald. quod notate ſecundū Paul. de Caſt.
4 in l. ij. ff. de condit. inſti. ad ſtatuta, quorum † verba
ſunt intelligenda proprie & non improprie, ſi fa-
cerent mentionem de re alterius. Si tamen diſpoſi-
tio ſtatuti congrueret parti ſicut toto, locum habe
ret etiam in parte ſecundum eundem de Caſtro, vt
l. quę de tota. ff. de rei vendica. & ad hoc propoſitū
mouet Bald. q. in l. j. C. qui teſta. fac. poſſunt ſi ſta-
5 tutū † dicat quòd vulneranti aliquem in domo per
cuſsi amputetur manus, ſi vulnerauit aliquem in
domo communi, an habeat locū ſtatutum. & poſt
arguendo, dicit quòd ſi domus eſt communis
cum ipſo percuſſore, non eſt pœna ſtatuti. argu. ff.
de excu. tuto. l. ſed & milites. §. j. ver. coæqualitas.
ſed ſi ſit communis cum tertio ſecus, quia proprie
dicitur quod ſecundum quid dicitur. l. ſerui ele-
ctione. §. cum fundus. de legat. j. & hoc verum ſi ſit
cōmunis vt ſingulis, non vt vniuerſis. ff. de rer. di.
l. i tantū. § . vniuerſitatis. & l. ſicut. §. j. quod cuiuſq;
vniuerſi. no. licet autem quod commune eſt impro
prie meum dici poſsit, vult tamen Bald. in dicta l.
ij. de condi. inſti. & poſt eum Paul. de Caſtro quòd
ſi quis in libello petijt ſimpliciter rem, dicens eſſe
ſuam, & probet tantum de parte dominij, non de
toto dominio, debet obtinere in ea parte de qua
probat, nec reputatur libellus fuiſſe ineptus. In du-
bio tamen videtur dixiſſe ipſam totam eſſe ſuam,
vt notauit gloſ. in l. ſi in rem. circa princip. gloſ. ſu-
per verbo, totam. ff. de rei vendica. licet contrariū
notetur in l. Pomponius. §. ſed & is. ff. de procura.
ſed glo. in dicta l. ſi in rem. verior eſt ſecundū Ang.
ibi. & dicit eſſe caſum in l. de pupillo. §. qui nun-
tiat. ff. de no. ope. nunti. & ibi hoc idem tenet Bar.
videte tamen pro illis quæ hic notauit Bart. in l.
ſerui electione. §. fi. de leg. j. & Cy. & Bald. in l. j. C.
qui teſta. face. poſſunt. & Dy. in capi. quod omnes
tangit. extra eod. tit. lib. vj. Nota tamen hic, quòd
ſingulariter quis poſsit vendere partem ſuam rei
communis per l. falſo. hic alleg. In glo. ſi tamen cō
dominus vnius caſtri ad ęmulationē alterius con-
domini partem ſuam velit vendere, nō poteſt, nec
valet venditio ſecundum Bald. in dicta l. j. qui teſt.
fac. poſſunt. & allegat rationem ex tex. l. quicunq;.
C. de fund. limitro. lib. xj. In eadem gloſ. ibi, Secun
do op. de creditore qui pignus vendit, & dominiū
transfert &c. facit Inſti. quibus alie. licet. vel nō. §.
j. Et nota quòd iſtud dictum gloſ. habet etiam lo-
cum in creditore eccleſiæ. verbi gratia, quædam ec
cleſia obligauit prædium cuidam creditori cū de-
creto epiſcopi: creditor poſtea vendit non ſeruata
forma authen. hoc ius porrectum. C. de ſacr. ſanct.
eccleſ. dicebatur à quibuſdam, quòd hæc venditio
non valet in præiudiciū eccleſiæ. Sed contrarium
eſt verum. & ita fuit determinatum ſecūdum Dy.
per l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus. ff. de rebus eorū,
qui ſub tutela vel cura ſunt. quod tenet ibi Bald.
6 & dicit eſſe menti tenendum. Decretum † enim in-
terpoſitū ſuper aliquo iure, videtur interpoſitum
ſuper eo quod ſequitur ex illo. nam per illum tex.
ſi iudex interpoſuiſſet decretum in obligatione rei
pupillaris, porrigitur effectus decreti ad alienatio-
nem, quæ inde ſequitur, quod eſt notandū. tutius
tamē eſt vt dicit ibi tex. ſi alienatio fiat cū decreto.
Ideo dicit ibi gl. quod hoc tutius eſt eligēdū per illū
tex. C. de interd. ma. l. cū proponas. ff. ad Treb. l. qui
totā. & vt in po. leg. l. is cui. §. ſi duobus. & ff. de in-
offic. teſta. l. fin. & quod cuiuſq; vniuerſi. l. fin. & de
peri. & cō. rei ven. l. j. §. licet. In eadem glo. ibi, vi-
7 ce domini eſt &c. dicit quòd † tutor loco domini
eſt, quando bene adminiſtrat, ſecus ſi pupillū ſpo-
liet, vt ff. de admi. tuto. l. Lucius Titius. §. fi. & l. qui
8 fundum. §. ſi tutor. pro empt. Ideo † debitū liquidū
pupilli remittere non poteſt, vt l. pactum curato-
ris. C. de pact. facit l. prǽſes. C. de tranſa. Remittere
9 enim eſt donare, ſed † nūquam poteſt donare admi
niſtrator, niſi ex ſpeciali mandato, vel in caſu ſpe-
cialitatis à iure permiſſo. l. filius. ff. de donatio. & l.
prohibere. §. planè. quod vi aut clam. vide latius
Bald. circa hoc in dicta l. pactum. Sciendum eſt ta-
10 mē quòd † tutor dicitur habere generalem admini-
ſtrationem cum libera, vt not. Bart. in l. neq; tuto-
res. C. de procura. vbi vide eum.

Creditor eccleſiæ poteſt vēdere pign⁹. quod habet ab eccleſia nō ſeruata forma authēticæ, hoc i⁹ porrectum.

Summarium.

1 ☞ Iura quædam à teſtatore tranſeunt in legatariū
ſine traditione.

2 Donatio cauſa mortis in quo differat à legato.
3 Hæres luere debet præterita non futura ſuper prædio debita.
4 Cauſa originalis eſt potius attendenda, quàm ſecundaria.
5 Conditionem durare quando requiratur.
6 Conditionis natura eſt indiuidua.
7 Iniuria fit liberis per ſecundas nuptias.
8 Legatum benigne interpretandum, ne pereat.
9 Furioſi teſtamentum olim comprobatum.
10 Poſthumum inſtituẽs, plures poſthumos comprehendit.
11 Ventrem inſtituens, plures comprehendit.
12 Interpreratio plenior fit inter viuos quàm in teſtamentis.

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur.

HANC regulam ſatis declarat gloſ. per multa excẽpla notabiliter poſita, &
dic vt in ea ibi, Item dominium rei legatę &c. Idẽ
in donatiõe cauſa mortis.
l.ij.ff.de public. quæ eſt ſingularis ſecundum Angel.
ibi. & l.ſi ager. de rei vend.
& ibi etiam Bald. poſt Bar. qui ibi circa hoc dicit
1 quòd † quædam ſunt iura quæ tranſeunt ad legatariũ ex perſona teſtatoris, & in iſtis traditio non re
quiritur: & ideo ſi teſtator erat dominus, transfert
dominium. Idem & ſi quaſi dominus. l.cum ſponſus. §.is cui. de public. Quædam ſunt iura, quæ à
teſtatore non transferuntur, ſed incipiũt in perſona ipſius legatarij, ſed legatarius habet ri. à defuncto. & ſic vult incipere vſucapionem, & ſic vendicare, hoc non poteſt facere, niſi tradita fuiſſet poſ
2 ſeſsio. Differt † tamen ſecundum Angelum donatio cauſa mortis à legato in forma capiendi,
ſeu contrahendi, quia illa non perficitur niſi interueniat ſaltem pactum nudum hodie, vt nota.
in l.cum pater. §.Mæuio. de leg. ij. in glo. quæ non
eſt alibi ſecundum Doctores. ſed ipſe Angelus dat
ſociam in l.ij.C.de interdict. In eadem gloſ. ibi de
leg. j. l apud Iulianũ. §.hęres. ratio ibi redditur per
Bald. poſt Iaco. de Areti. quia prædium eſt tacite
obligatum pro pręteritis nõ pro futuris. nam pro
futuris non eſt adhuc debitum in rerum natura. &
3 ideo † tenetur hæres luere à præſtatiõe pro qua res
eſt obligata, vt l.ſi res obligata. eod. tit. de lega. j.
In ead. gloſ. ibi, in legararium conuertitur electio,
&c. Idem dicendum eſt ſi vltima voluntas ordinetur ad contractum. verbi gratia, mandat teſtator
hæredi, quòd vendat mihi rem pro quãto Titius
arbitrabitur, nõ arbitrãte Titio recurretur ad bo
4 num virum: quia † potius inſpici debet cauſa originis quæ eſt vltima voluntas, quàm cauſa ſecundaria, quæ eſt contractus, ſecundum Bald. in dicta
l.fi.C.de contrahen. emp. allegat l.ſi hæres teſtamẽto. ff. de actio. empt. Cætera excẽpla proſequere vt
in gloſſ. & iuribus per eam allegatis. Extra gloſſ.
per rationẽ huius regulæ deciditur quædam quæſtio, de qua conſuluit Angel. conſilio mihi xxxvj.
teſtator reliquit puellæ ſi nupſerit, & poſtea vidua
remanſerit, vſumfructũ certæ peciæ terræ: & demum poſt mortem teſtatoris nupſit, & cum marito ſtetit per ſex menſes, & mortuus eſt maritus, iterato nupſit alteri, & iterum ſtetit per ſex menſes:
quæritur an ratione primæ viduitatis debeatur legatum. In hac quæſt. dicit Angel. quòd aut conſtat
de mente teſtantis, an voluerit conditionem durare, & ſtabimus certo. l.ille aut ille. §.j. de leg. iij. &
l.in conditionibus primum locum. ff. de condici.
5 & demon. vnde † requiritur cõditionem durare, &
per ſimplicem exiſtentiam viduitatis non eſt impleta cauſa conditionis, aliàs ſic. & ijs duobus caſibus verificantur verba Cy. & Bartol. in l.ſi quis
hæredem. C.de Inſti. ſubſti. & reſti. ſub condi. fact.
vbi etiam videte Bald. Pro hoc facit l.inter caſtellanum. ff. de arbit. vbi non dicitur paruiſſe ſententiæ arbitri, qui paſſus eſt ſe præſente terminos immitti, cũ de finibus eſſet quæſtio, niſi patiatur eos
immiſſos durare. Aut non conſtat de voluntate teſtatoris, & ſic eſt dubium: tunc conſiderat Angelus, quòd aut actus in cõditione habet cauſam inſtantaneam, & quæ momento perficitur & explicatur, puta ſi in conditione verſatur rem tradi, vel
ſimile, quod omni reſpectu momento perficitur,
& tunc ſufficit cõditionem eſſe impletam, licet impleta nõ duret. Ratio eſt, quia per talem exiſtentiã
implementi habuit conditio omnem ſuum effectũ
perfectum. Ita loquitur gloſ. l.ſi cum fundum venderes. ff. de contrahẽ. empt. in verbo, tradat. & in l.
ab emptione. de pact. in gloſ. magna. & in authen.
ſacramẽta. C.ſi adu. ven. Si autẽ quod in conditione verſatur habet cauſam ſucceſsiuã, quæ per ſingula momẽta ſuum ſortitur effectum, ſed in nullo
perfectum, niſi decurſis omnibus momentis, non
dicitur conditio implera, ſi non durat impleta. facit optime c.ſi poſtquam. §.j. extra de electi. lib. vj.
6 quia iam ſcinderetur conditio, † cuius natura eſt
indiuidua. ff. de condition. & demonſtration. l.cum
fundus. & ſic intelligitur l.ſi pro patre. §.verſum.
ff. de in rem verſo. & l.iij. §.dare. de vſuf. cum ſimilibus. An autem iſtas cõditiones, ſi vidua remanſerit, ſi nupſerit, vel ſi monaſteriũ intrauerit, tribuemus conditioni quæ explicatur momenro, an illi,
quę habet cauſam ſucceſsiuã: dubium facit, quia
quilibet dictorũ caſuũ habet in momento eſſe perfectum, ſed in tractu & duratione cotidie inſurgũt
noui effectus. Concludit finaliter Angelus, conſiderari debere, quid vniuerſaliter congruebat vel cõgruere debebat teſtatoris voto, vt quia filius matri ſuæ legauit, ſi vidua remaneret, & tunc nõ ſufficit eam viduam remanſiſſe, ſi poſtea nubat: quia
7 per † nuptias ſequentes filijs fit iniuria, in authent.
de non eligẽ. ſecũdo nub. §.proſpeximus. & in authen. de nuptijs. §.ſoluto. Si autem voto teſtatoris
non congruit plus vnum quàm reliquum, vt quia
legatum eſt factum per prorſus extraneum, tunc
8 † in benigniorem & pleniorem partem eſt interpretatio faciẽda, vt legatum non pereat per iſtam
regulam: & ſic dicit intelligendam eſſe l.ſi quis hæredem. ſuperius allegatam. videte eum latius ibi,
ſi habeatis cõſilia Angeli. Vlterius pro materia huius regulæ, videte id quod notauit Baldus in ca. ſ.
per

per quos fiat inuestit. vbi refert post Ioan. Andr. in capitu. fina. extra de successionib intesta. in no-
(Nota testamentũ approbatum furiosi)
9 uella, Valerium Maximũ dicere, quòd † per senatores fuit approbatum testamentum cuiusdam furiosi, eo quia bene ordinauerat. Ita dicit Valerius lib. vij. cap. viij. Item deciditur alia quæstio de qua Old. consuluit quęst. mihi clxij. quidã in suo testamẽto instituit hæredẽ vniuersalem ventrẽ vxoris suæ: & si partus vxoris suæ ad lucem nõ venerit, vel venerit & decesserit in pupillari ætate vel postea quãdocunq; sine liberis legitimis de se natis, substituit Gaiũ: quæritur si post factũ testamentũ dictus testator plures liberos habuerit de eadẽ vxore, vtrum testamentum sit ruptum. & tenet quòd non, quia instituendo vẽtrem vxoris, videtur mẽtionem fecisse de omnibus posthumis, vt ff. de liberis & posthumis. l. placet. cum seq. Instituẽdo enim ventrem videtur instituisse posthumum. vt ff. de iniusto, rupto & irrito testamento. l. posthumi per
10 virilem. §. vltimo. † Institutio autem posthumi iuris interpretatione etiam plures posthumos comprehendit fauore vltimę voluntatis, dicta l. placet. & idem est in omnibus actibus fauorabilibus. l. si quis ita dixerit. §. j. ff. de testament. tute. l. qui filiabus. §. j. de legat. j. & l. Clemens patronus. de hære. instituen. & facit text. l. cum inter veteres. C. de fideicõmiss. libert. Et ita refert Ioan. Andr. in additi. Specul. tit. de testamen. super rubrica. Sed attende, quia dominus Paulus de Castro in dicta l. placet. reprehendit in decisione huius quæstionis prædictos, per glos. l. ideoq; eodem tit. de liberis & posthumis. quoniã licet institutio posthumi simpliciter facta trahatur ad omnem posthumum, quem testator ex quacunq; vxore pręsenti vel futura potest habere: hoc est verum, quando simpliciter instituit posthumum, non referendo se ad certum & determinatum: sed in casu isto quando dicit, instituo ventrem vxoris meę, videtur se restrinxisse ad illum, qui tunc erat in vtero. Quinimo secundum eum videtur quòd etiam si dicat simpliciter, instituo posthumum mihi nasciturum, & sciebat vxorem pręgnantem, videtur sensisse solum de illo qui nascetur ex illo partu. & quòd l. placet. debeat tacite intelligi, quando ignorabat vxorem prægnantem: quia tunc non habuit magis respectum ad vnum, quàm ad alium. Fatetur tamen esse verum
(Vide Azonẽ in sũma. C. de posth. hæred. instit.)
11 quòd † instituendo ventrẽ vxoris, si plures nascantur, censentur omnes instituti, per dictam l. qui filiabus. §. j. de leg. j. & ita etiam dicit tenuisse Fredericum de Senis consilio xlj. vbi hoc tangit. quę notate, quia notabilia sunt & vtilia. Fallit autẽ ista regula in l. j. C. de peculio eius qui liberta. meruit. vbi peculium si non sit ademptum, sequitur manumissum inter viuos: non autem in vltima volunta-
12 te. & sic plenior † ibi sit interpretatio inter viuos quàm in testamẽtis. sed ibi speciale est, & ratio multiplex ibi redditur per glos. & doctores, & est potior ratio media, quæ ibi ponitur in glos.

Summarium.

1 ☞ Perfectum id dicitur, quod exceptione tolli non potest.
2 Beneficij secundi acceptatione inefficaci non censetur quis renuntiare primo.
3 Appellationi non censetur renunciare, qui coram iudice à quo facit actum qui non sortitur effectũ.
4 Hæres esse non desinit ille, cui vt indigno aufertur hæreditas.
5 Fiscus non dicitur hæres hæredis indigni.
6 Hæredem esse desinere, & hæreditatem deuolui differunt.
7 Hæredum vnus occidens testatorem, antequam cõdemnetur, agit vt hæres.
8 Hæredis nomen est iuris ciuilis, & cadere non potest in seruo.

Non videtur cepisse, qui per exceptionem remouetur.

NOTA ex ista regula, iuncta glos. in principio,
1 quòd † id dicitur esse perfectum, quod exceptiõe non submouetur. hinc est quòd quando testamentum perfectum cancellatur per testatorem, agentes ex eo repelluntur per exceptionem, vt l. j. §. sed consulto. ff. de ijs quæ in testa. delentur. & ibi Baldus, qui remittit pro declaratione ad notata Cyn. in l. sancimus. C. de testa. vbi videte ipsum Bald. facit pro hoc quod notat Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. & Bald. & Paulus de Castro, in l. hæredes palam. §. si quis post. de testa. & Bald. in l. si ita scriptum sit. de legat. j. ¶ In glos. versi. vel verius ibi. ff. de inoffic. testamen. l. nihil. §. si cum filius. Illum text. inducunt Baldus & Angelus in argu. ad duas quæstiones. Prima est, quòd si quis acceptet aliquod beneficiũ tanquam vacans, quod re vera non vacat, non intelligitur renuntiare beneficio, de quo erat cano-
2 nicè inuestitus, quia † per acceptationem secundi non intelligitur renuntiatum primo, quando acceptatio non habet effectum, per illum tex. Secun-
3 da est, quòd si † appellans ab interlocutoria faciat aliquem actũ corã iudice à quo contradicente aduersario, & sic actũ qui nõ sortitur effectum, nõ intelligatur renuntiare appellationi. & de hoc dicũt esse casum, in ca. cum venisset. extra de eo qui mittitur in poss. causa rei seruandæ. gloss. per hanc quod est notandum. In eadem gloss. ibi. l. ex facto. §. Iulianus Longinus, &c. Ratio fallentiæ ibi colligitur ex textu per Docto. quia non desinit esse hæ-
4 res, † licet ab eo tanquam ab indigno hæreditas auferatur, sed remanet sibi nomen: & hoc sufficit ad confirmationem eorum quæ in testamẽto sunt
5 relicta. vnde dicit ibi Bald. ꝙ ex illa l. apparet † ꝙ fiscus non dicitur hæres hæredis. non enim transfertur nomẽ hæredis in fiscũ, nec desinit istud nomen, & iste titulus per pœnam confiscati, vt ibi
6 vnde secundum eundem Bald. aliud † est desinere, aliud deuolui. Dicit etiam vlterius notabiliter ibi Bald. quòd hanc exceptionem, tu es indignus, non potest opponere nisi fiscus. Vnde lege cauetur, ꝙ

7 licet† vnus hæredum occideret testatorem, tamen antequam cōdemnetur, potest omnia facere vt hæres & petere hæreditatem diuidi cum cohærede, & mouere actiones hæreditarias. l. ijs consequenter. §. j. ff. famil. ercis. & ibi glos. vbi vide Baldū & Paulum de Castro. Idem tamen dicendum est per dictum §. Iulianus Longinus. in fin. etiam in eo qui totaliter desinit esse hæres, vt in eo qui post aditionem hæreditatis effectus est seruus, & sic desinit esse hæres ipso iure, in tantum quòd etiam sibi non re
8 manet nomē hæredis quātum ad ius, quia† cum sit iuris ciuilis nomē, nō cadit in seruo, quoniā habetur pro mortuo, & pro nihilo reputatur, vt j. eod. titulo. l. quod attinet. Remanet tamen sibi nomen nudum hæredis quantum ad factum, quia institutus de facto, & hoc prodest sibi, quia si postea efficiatur liber, admittitur ad substitutionem factam per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, vt ibi, & l. qui liberis. §. hæc verba. eodem titul. de vulgar.
9 Et hoc inducit Bald. in argu. quòd† frater minor, qui erat hæres alicuius antequā esset frater minor, eo ipso quòd facit professionem desinit esse hæres re & nomine, tamen si postea transiret ad monachatum & sic ad ecclesiam quę in communi potest habere propriū, posset succedere ex pupillari substitutiōe, per tex. dicti §. Iulianus. quod tene mēti.

Summarium.

1 Legatorum cessio est multiplex.
2 Actio personalis legatario non nascitur ante aditam hæreditatem.
3 Dies qui obligationi inest, & qui miserationis causa ad soluendum indulgetur, differunt.
4 Tacita conditio quot modis contingat.
5 Temporis in obligatione positi, quando principium & quando finis obseruetur.
6 In, præpositio cū accusatiuo vel ablatiuo, differēter sonat.
7 Pensio an in principio vel fine temporis sit soluenda. & numc. 9. & 10.
8 Consuetudo videtur inesse contractui.

In omnibus obligationibus, in quibus dies nō apponitur, pręsenti die debetur.

SVBTILEM habet materiam, pro cuius enucleatione videte Doctores super iuribus hic allegatis in glos. in qua dicite ibi, de legat. ij. l. omnia. pro eius intellectu
1 notate quòd† multiplex est legatorū cessio. vna quo ad transmissionem, & est à die mortis testatoris, vt l. j. §. in nouissimo. C. de cadu. tollend. alia quo ad dominij translationem, de qua habetur in l. si tibi homo. §. cū seruus. de legatis. j. vbi dicitur, quòd dominium legati transit in legatarium adita hæreditate, quātum ad veritatem, licet quantum ad fictionem dicatur dominium transire à morte testatoris, vt l. à Titio. ff. de furt. quod declarat Bal. post Pet. in dicto §. cum seruus. Quædam est quo ad nascentem actionem,
2 & dicit Bald. quòd actio† personalis & hypothecaria quæ est eius sequela, non nascuntur ante aditam hæreditatem. Alia est quantum ad eius præstationem, & similiter ista est ab adita hæreditate, vt dicta l. omnia. In eadem gloss. quod potest dici decem dierum ad instar constituti, &c. Dicite pro expeditione glos. secundum Docto. in l. eum qui. §. quoties. de verb. oblig. & l. promissor. de consti. pe
3 cun. quòd alius† est dies qui inest obligationi, & sic diē obligationis impedit venire, vt l. cedere diem. de verb. signi. & obligationi simpliciter conceptę talis dies non inest, imo statim debetur, vt dicto §. quoties. & hic. Alius est dies, qui miserationis causa indulgetur ad solutionē, & iste in constituta pecunia per l. limitatus est, scilicet decem dierū, vt dicta l. promissor. Illi enim decem dies nō adijciuntur obligationi, sed conceduntur solutioni gratia miserationis. Pro quo facit text. in l. si cum militi. §. si. ff. de compensa. & in alijs duobus casibus hæres limitatur à iure, scilicet in re iudicata. l. fina. C. de vsur. rei iudica. & in dote. l. j. §. exactio. C. de rei vxo. acti. In alijs autem casibus quicquid dicat ista gl. istud tempus relinquitur iudicis arbitrio, vt l. quod diximus. & ibi Bart. de solu. & & dicto §. quoties. & Instit. de inutil. stipula. §. fin. vbi vide Ioan. Fabr. post glos. & de verb. oblig. §. omnis. & Bald. in dicta l. promissor. & l. cōtinuus. §. cū ita. de ver. oblig. cum multis similibus concordantijs in iure. Prosequamur vlterius, vt in distinctione hic posita, per glos. pro qua declaranda dum de tacitis dic & conditione mētionem facit, dicite secundū Bal.
4 post Petr. in l. j. ff. de condit. & demonst. quòd† tacita ista conditio habet fieri sex modis. Primò necessitate, & hoc duobus modis, vel propter naturā rei, vt si dicam lego vel promitto partum Aretusæ vel fructus nascituros, vt dicta l. j. in fin. & l. interdum. ff. de verb. obligat. & alijs iuribus hic allega. in glo. Vel propter dispositionem iuris: nam vbi legatur, inest tacita conditio, si hæreditas adeatur. ff. de leg. j. l. hęc verba. & quādo di. le. ced. l. si Titio. §. quædam. Secundò cum tacita resolutione, vt si cui legatum est purè, & adimatur sub conditione: nam videtur tacitè legari sub contraria conditione, vt ff. de adimē. leg. l. legata. & l. si legatū. Tertiò ex repetitiōe: & hoc tribus modis. vno modo si cō ditio apponatur in institutione, quæ sit in dando consistens: nam videtur tacitè repetita in substitutione, non aliàs, vt ff. de hęred. institu en. l. sub conditione. vbi videte Doct. & in l. j. §. pro secūdo. C. de cadu. tollen. Secundò, quia conditio apposita in institutione tacitè satis videtur repetita in legato, vt l. auia. ff. de condit. & demonst. & l. cum seruus. de condit. institu. Idem in institutione & substitutione, vt l. licet. de lega. j. & l. cum pater. §. ab institutο. de lega. ij. & l. Lucius. de leg. ij. Quartò ex legis subauditione. ff. de annu. lega. l. cui. & l. fin. Quintò ex præsumptione. ff. ad Treb. l. vbi purè. & l. filiā. de auro & argen. legat. Sextò ex legandi qualitate, vt dicta l. j. in fin. de condi. & demonstra. In eadem glos. ibi. C. quando dies le. cedat. l. j. videte ibi Bal. & Salic. vel si vultis pro verificatione distinguite

secundum

secundum Bartolum in l.qui hoc anno. ff.de verb.
5 obliga.quòd †quandoque in stipulatione apponitur
tempus causa demonstrationis seu designationis,
vt pote hodie decem, & statim potest peti.l.liber
homo.§.decem.eodem tit.de verb. obligat.vltima
tamen hora diei contrahitur mora.l.ratio.§.fin.ff.
de acti.empti.secundum Bald.in dicta l.j.C.quan-
do dies le.cedat.Aut apponitur tempus in stipula
tione causa limitandæ obligationis, & tūc statim
potest peti,nec illa tempora expectātur.l.eum qui
ita.§.qui ita.de verb.obligat.cum similibus.quan-
doque apponitur causa dilationis tēpus:& tunc aut
est faciēda vna prestatio,aut plures:si vna, aut tē-
pus fuit appositū per accusatiuū casum,vt in an-
nos illos,vel post,tunc intelligitur in fine tēporis.
l.si in annos.& l.non putabam. de condi.& demō.
aut apponitur tēpus per ablatiuum casum,& tūc
aut verba sunt relata ad eum,cui obligatio quæri
tur, vt accipies in anno,vel petes in anno: & tunc
potest peti in principio temporis.l.si ita fuerit li-
bertas.in principio. de ma. testa. Aut verba sunt
relata ad eū qui obligatur,vt dabo in anno vel hoc
anno, & tunc in fine tēporis.dicta l.qui hoc anno.
Si autē dubitetur ad quem referatur,in dubio gra-
tia promissoris videtur appositum,vt l.eum.aliàs
6 incipit,Iabolenus.ff.de annuis leg.& ratio †diuer-
sitatis ablatiui & accusatiui casus redditur per Bald.
in dicta l.si in annos. quia præpositio in, quando
iungitur ablatiuo habet significationem intrin-
secam,sed cum iungitur accusatiuo habet extrin-
secam,secundum Petr.vt in illo exemplo In cam-
po curro &c. & ideo secundum Cyn.& Bal. aliud
est dicere, talis fecit insultum in domo.aliud,in do
mum. hæc tamen differentia non placet Bal.in l.j.
C.quādo di.le.ce.per text.l.nec simul.§.nouissimè.
eodem titulo,quando di.le.ced.Nota Ioā.de Imol.
in dicta l.qui hoc anno.ff.de verbo.obliga. videte
vtrobique per eum & alios,vt cōcordetis ista dicta.
Si verò sint plures præstationes fiendæ,tūc aut tē-
pus adijcitur causa multiplicandæ obligationis,
quod est quando apponitur in tempore obligatio
nis,& tunc debetur in principio cuiuslibet anni,
tam in contractibus quàm in vltimis voluntati-
bus.l.nec simul.in princ.ff.quando di.le.ce.& ff.de
verb.obliga.l.eum qui ita.& l.j.C.quando di.le.ce.
nisi præstatio fieret ob aliquam necessitatem:quia
tunc inspicitur tempus necessitatis, vt dicta l.nec
simul.§.si in habitatione.Item fallit,quando debet
præstari ex fructibus certæ rei,vt l.Firmio Eliodo
ro.quādo di.le.ced.Si verò tempus apponitur cau
sa differēdæ solutionis,hoc est,quando apponitur

Quæstio.

in executione,& tūc in fine præstari debet.l.lecta.
7 ff.si cert.pet.& l.si cui.de leg.j.†Quid autem sit iu-
ris de pensionibus debitis,an in principio,vel fine

An pensio debeat solui in principio vel in fine anni.

temporis peti possint,videte Albericum recitan-
tem opiniones in l.edem.C.locati.iiij. colūna.ver.
quærit gloss. Sed Baldus in l.diuortio. in prin-
cipio.ff.solu.matr.distinguit, quòd aut promitti-
tur aliquid pro opera,aut promittitur pro re ali-
qua.Si pro opera,si pro diuturna debetur singulis
diebus,si pro mēstrua singulis mēsibus, si pro annua,
singulis annis.vt ff.locati.l.insulam.§. quidam.Et
hoc de eo qui ponit tantum operā:sed vbi pone-
ret operam & impensam, debet solui in initio,&
præstari cum cautione de impēdendo & operādo.
l.insulam.§.si.ff.loca.& l.si verò nō remunerandi.
§.fin.mandati.& facit ad prædicta l.iiij.de verbo.
signific.& l.ij.de annuis legatis.Si verò loquamur
in locatione rei, tunc si aliqua est consuetudo,illa
8 est in dubio obseruanda,quia † videtur inesse taci-
tè cōtractui.vt C.loca.l.licet.& l.excepto.Pro quo
videte Bart.in l.impensæ.ff.de impen.in rebus do
talibus factis.vbi alias multas concordantias. Si
verò nulla est consuetudo vel pactum, tunc refert
aut loquimur quo ad natiuitatē actionis,& in ini-
tio nascitur actio, quia oritur ex consensu,& hoc
verū si talis sit persona,i qua possit radicari actio
pro toto tempore:si autem nō potest radicari pro
tempore toto,dicite,vt l.si seruus communis Mę-
uij.§.fin.de stipulat.seruorum.vbi vide Bart.quod
9 facit ad pensiones dominorum prælatorum,vt †si
prælatus vel alius habeat pensionem super aliquo
beneficio,& fecerit sibi promitti vel obligari te-
nētem beneficium vel alium ad certum tempus:quod
si decedat ante tempus,non debet habere nisi pro
præterito,per illam notabilem l.videte Archid.in
c.statutum.de rescripr.libr.vj.& glo.super verbo,
de suo proprio.& Spec. ti. de loca. §.nunc aliqua.
ver.decimo quęro.& Inn.in c.dilecto.extra ne præ
la.vices suas.& Alber.& Bald.& Angel.in l.defun-
cta.ff.de vsuf.& Archi.xxj.quæst.ij.c.si quis.aut lo
10 quimur quantum †ad interpretationem iuris,tūc
pro tempore præterito videtur pensio percepta:
pro futuro videtur in spe,vt nota.in magna glos.
dictæ l.diuortio.videte Bart.in dicto §.fin.l.si ser-
uus communis Męuij Aut loquimur quantum ad
exercitium actionis,& agēs ante finem repellitur:
quia nondum impleuit ex parte sua.ita debet intel
ligi glos.quæ est in l.edem. C. locati.& arg.ad hoc
ff.de acti.empt.l.Iulianus.§.offerri.& l.qui penden
tem.Et ex hoc dicit Bart.in dicta l.si seruus com-
munis Męuij.§.fi.quòd habemus limitationē ad di
stinctionem superius recitatam, positam per eum
in l.qui hoc anno.de verb.obliga.quia omnia illa
ibi dicta sunt vera,nisi sit aliquid implendū ex par
te stipulātis,cum ante debeat implere,vt dicto §.
offerri.& l.qui pendentem.

Summarium.

1 Rei vendicatio an dari possit contra eum,qui
nec possidet,nec dolo desijt possidere.& nume.1.

Qui actionem habet ad rem petendā, ipsam rem habere videtur.

PRO intellectu huius re-
gulæ videte glos.in l.rem
in bonis.quam hic allegat
glos.scilicet ff. de acquirē.
re.do.& l.scribit.in prin-
cipio. de auro & argento
lega.& etiam ponitur exē
plum de l.quod si in dic.§.
Iulianus.ff.de peti.hæred.
vbi Bald. & Angel. dicunt esse casum,quòd con-
uentus reali iudicio,qui eo pēdente de possessione

dejjcitur eo colludente, si non posit condemnari, quia non constat eum collusisse cum deiectore, saltim debet condemnari ad cedendum interdictum, vnde vi, sibi competens, licet ad illud actum non fuerit: quod est notatu dignũ. de quo videte Spec. in titulo de interro. quæ fiunt ante litem contesta. §. nunc de interroga. effectu. versicul. sed ecce reus. Aduertendum est tamen secũdum Paulum de Castro in dicto §. Iulianus. quòd licet Cyn. & Dyn. in quibusdam additionibus suis, quos sequuntur Bald. & Angel. vt dictum est, dixerunt argu. illius
1 §. quòd † rei vendicatio dari posit contra illum
qui nullo modo posidet, nec dolo desinit posidere: gloss. tamen ordinaria in l. Pomponius. §. si is
qui precario. ff. de acquirend. posses. in magna glo.
videtur tenere contrarium. quam solent ibi tenere
Docto. licet de dicto §. Iulianus. & dicto Cy. ibi nõ
faciant mentionem, dicit tamen Paulus de Castro
illum §. Iulianus. nõ obstare, quia loquitur in actio
2 ne † vniuersali, in qua quicquid obuenit occasione
rei succedit loco rei, vt l. si rem & pretium. ff. de
peti. hæredi. secus in rei vendicatione, quæ est particularis, vt l. si ex pecunia. & l. mater. C. de rei vendica. videte pro hoc l. serui nomine. ff. de vsuc. & l. si quis vi. de acquir. poss. quæ fortiter faciunt contra Paulum de Castro.

Summarium.

1 ☞Numus aliquando sumitur pro pluribus numis.
2 Emphyteuta per cessationem solutionis vnius solius numi biennio vel triennio, cadit ab emphyteusi magna.
3 Dispositio legis frequenter accidentia spectat.
4 Venditionem minori pretio factam, an retrahãt proximiores stante consuetudine, q donationem retrahant.

Imaginaria venditio non est, pretio accedente.

DECLARATE hanc regulã, vt in glos. in qua dicite ibi pretio, licet minori hoc intelligi debet nisi fieret vno numo, secundũ quod notatur per glo. in l. si quis conduxerit vno numo. ff. locati. qui æquiparat locationẽ & venditionem. pro qua facit l. ij. ff. loca. & Instit. loca. in princ. Circa quod dici potest secundũ Bal. in l. vsufructu. ff. solu. matri. in l. si vsusfructus. ff. de iure do. quòd si res vel rei commoditas non est digna maiori pretio, & valet vẽditio facta vno numo, vt in vna numata castanearum, vt notatur in l. si vsusfructus. de iure doti. & l. si quis antea. ff. de acquirend. posses. Si autem rei cõmoditas est digna maiori pretio, vel mercede, refert, quia aut talis res vel cõmoditas de iure pertinet ad concedẽtem, & sic ex voluntate, & tunc non valeret venditio vel locatio, vt dicta l. si quis antea. & dicta l. si quis conduxerit vno numo. aut de iure non pertinet ad concedentem, & sic ex necessitate, & valet ista
locatio. l. si vsusfructus. ff. de iure do. vbi vide Bal.
1 Sciendũ est tamẽ, quòd † aliquãdo numus sumitur
pro pluribus numis, vt not. per glos. in l. cum affirmes. C. de libera. causa. sicut dicit glos. dicitur,
multus piscis est Bononię. id est, multi pisces, vt ff.
de verb. significa. l. in vsu. Ex quibus dicit Baldus
quòd ille vnus numus, qui datur ab emphyteuta
pro anno, potest dici vera pensio seu merces: nam
cum ex contractu emphyteutico commoditas pertineat ad eum, potest cõsistere etiam in vno numo
merces, quod est notandũ. Hinc est, quòd dicit Bal.
in authen. qui rem. C. de sac. sanct. eccles. post Petr.
2 quòd † emphyteuta cessans in solutione canonis
vnius numi, per biennium vel triennium, cadit
ab emphyteusi, quę valet Mille marchas auri: quia
lex loquitur indistincte, nec distinguit ad quantitatem canonis. allegat pro hoc casum in authent.
de nõ alie. aut per. re. eccl. §. lex itaq;. vbi tex. ponit
exemplum de censu trium solidorum in re valente centũ solidos vel mille: & ita dicit seruari de cõsuetudine, licet quidam renuerint contrarium, sed
male, vt ibi per eum: vel si velint dicere secus esse
in venditione, quàm in locatione, posses dicere, q
ratio diuersitatis est, quia plures res inueniuntur,
quarum iustum pretium est vnus numus, sed raro reperitur res, cuius pẽsio seu merces sit vnus nu
3 mus. Ideo † ad ea quæ frequenter accidunt fit dispositio legis. l. nam ad ea. ff. de legi. & dic de hoc per
Cyn. in l. maritus. C. de procur. prior tamen opinio verior videtur per supradicta. Item notate hic
quòd ex distinctione præcedenti, si res vendita vel
locata sit digna maiori pretio vel non &c. deter-
4 minant Doct. quæstionem si † consuetudo sit, quòd
proximiores posint retractare donationem, vtrũ
posint retractare venditionem minus æquo pretio factã, de quo dicite vt nota. in l. quæritur. ff. de
stat. homi. & pro materia huius l. videte not. Bart.
in l. vbi. ff. de dona. causa mor. & in l. si quis antea.
de acquirend. posses. vt l. si quis donationis. intelligatur quando plus valebat id quod dabatur pro
pretio, quàm residuum quod donabatur. & sic secundum præualẽtiam iudicatur contractus. l. quęritur. ff. de sta. hominum.

Summarium.

3 ☞Debitor ante terminum soluere nõ cogitur, sed si vult potest.
2 Terminũ præfixũ quando quis posit præuenire.
3 Probationes possunt in die vltima termini fieri parte non citata.
4 Dilatio decem dierum ad respondendum data, primo die finitur, si tunc respondeatur.
5 Vsusfructus post mortẽ mulieris in viduitate manentis alteri legatus, an statim debeatur.
6 Appellationis prosequendæ tempus an incipiat currere à fine decendij, vel à die quo appellatũ est.
7 Hæres an præuenire posit diem ad restituendam hæreditatem à testatore præfixum. & nu. 8.

Cum tempus in testamento adijcitur, credendum est pro hærede adiectũ, nisi

alia

alia mens fuerit teſtatoris, ſicut in ſti-
pulationibus, promiſſoris gratia tem-
pus adijcitur.

ISTA lex declaratur in
gloſ.& videte pro eius in-
tellectu, illa quæ dicta fue-
runt in l.in omnibus.ff.eo.
& iuribus ibi allegatis. Et
notate ex hac l.& eius glo.
1 quòd † ante tẽpus conuen-
tum vel adiectum promiſ-
ſor, vel hæres ſoluere non
cogitur: ſi velit autem, poteſt, cum tẽpus promiſ-
ſoris vel hæredis gratia adiectum videatur, vt iu-
ribus hic alleg.in gl.fallit tamen in dote, quæ ſolui
non poteſt cõſtante matrimonio, & ſi maritus ſol-
uat nõ liberatur, vt C.ſi dos cõſtan.mat.ſol.ſit.l.j.
niſi in caſibus exceptatis, quæ ponuntur in l.quã-
uis.& l.ſeq.ff.ſolut.matr.& in l.mutus.§.manente.
ff.de iure dot. Et iſta inducitur ad quæſtionem, de
qua per Bar.in l.qui ante Calendas. ff.de verb.obl.
& Bald.in l.ſi ita relictũ.§.Pegaſus. de leg.ij.quòd
ſi alicui aſsignetur terminus octo dierũ, poteſt ſe
expedire prima die: quia cũ hoc ſit in fauore ipſius
poteſt prӕuenire terminum, arg.in hac l.& dicto §.
Pegaſus.in hoc autem dicit Bar.in dicta l.qui ante
2 Calendas. quòd † vbi terminus ſtatuitur ad actum
momentaneũ, puta ad cõparendũ vel reſponden-
dum, quòd in qualibet parte temporis poteſt quis
cõparere vel reſpõdere, tamen ſi aduerſarius abeſt
non debet ille licẽtiari per iudicem, ſed expectari
finis termini. Si autem terminus aſsignatur ad id
quod non eſt momẽtaneum, puta ad probandum,
tunc in hoc non oportet aduerſariũ expectare, ta-
men oportet eum citare vel monere, quòd ſingu-
lis diebus, & horis aſsiſtat ad videndum teſtiũ iu-
ramenta & alia actitanda. facit ſecundum Bar.in l.
ei qui.C.de tẽpo.appel. Dicit tamen Bald.in dicto
3 §.Pegaſus. quòd † in die termini poſſunt fieri pro-
bationes ſine citatione abſentis: quia cum termi-
nus ſit cõmunis, vt l.petendæ.C.de temp.in integ.
reſtit.peten. cõmuniter interpellat vtrunq;, ita ꝙ
nõ eſt opus alia interpellatione vel citatione: quod
eſt notabile ſecundum Bal. Attẽdite autem, ꝙ iſta
l.recipit declarationẽ per not.per Bart.& Bal.in l.
4 ſi quis hæres.ff.de acqui.hære.vbi dicunt, quòd † ſi
iudex det alicui terminum decẽ dierum, ad reſpon
dendum poſitionibus, & ille reſpõdeat prima die,
per hoc tota dilatio eſt conſumpta, & amodo iu-
dex liberè poteſt procedere ad vlteriora, ſicut ſi to
tum tempus eſſet effluxum. non obſtat l.ſiue pars.
C.de dilat. licet videatur obſtare gloſ.iſti text.& l.
in illa.ff.de verb.obli. ſed ibi ſecundũ Bal.& Paul.
non erat finita cauſa dilationis. Et idem eſt etiam
ſecundum Bal. quem ſequitur Paul.de Caſtr.in di-
cta l.ſi quis hæres. in quæſtione iſta: SI aliquis fece
Quæſtio. rit quendam exequutorem, & ſi ille intra annum
non exequeretur, fecit quendam alium: deceſsit pri
mus exequutor intra annũ, alius ſtatim poteſt ex-
equi, nec habet expectare finem anni, arg. dictæ l.ſi
quis hæres. Quam legẽ Paul.de Caſt. inducit etiam
ad alias duas notabiles quæſtiones, quarum prima
eſt: maritus reliquit vxorem ſuam vſufructuariam
toto tempore vitæ ſuæ, dummodo vidua ſteterit:
5 & poſt eius mortẽ reliquit alteri. † Mulier ſe mari-
tauit, & ſic perdidit vſumfructum, ille autem vult
ſtatim venire ad illum vſumfructum, hæres dicit,
quòd non poteſt venire, niſi poſt mortẽ mulieris,
quia ita dixit teſtator, & ſic interim debet eſſe a-
pud hӕredem. & ita ſemel dicit Paulus, quòd vidit
fuiſſe conſultum, ſed malè. nam fuit quæſtio diſpu
tata, quam ponit Io.Andr.in addi. Spec.tit.de ſe-
cundis nup. ſuper rubrica, ꝙ imò ſtatim ille poſsit
venire, nec habet expectare mortẽ mulieris, poſtꝗ
eius vſusfructus eſt finitus. Nec obſtat, ꝙ reliquit
poſt mortem mulieris, quia cenſetur ſe retuliſſe ad
caſum, quo mulier nõ nupſerit: & ſic duret vſusfru
ctus in eius perſona quouſq; vixerit. Sed ſi cogitaſ-
ſet, quòd ad ſecundas debuiſſet tranſire nuptias, ita
ſubſtituiſſet ſtatim: quia cenſetur ſubſtituiſſe in ca
ſu, quo finiatur in perſona mulieris, & vtroq; mo-
do finitur. Vnde licet expreſsit vnũ caſum, venit
& alius, arg.in l mulier.in prin.ff. ad Trebel.& hoc
dicit optimè probari in dict.l.ſi quis hӕres. nec ob-
ſtat l.Publius.§.j.de cõdi.& demonſt. quia ibi ex-
pectatio temporis poteſt eſſe propitia ei, cui fuit
primò legatũ, ſed hic mulieri non poteſt eſſe pro-
pitia, ſed hӕredi tantum. Et ad hanc l.quæ videtur
contrariari, poteſt reſpõderi, quòd hic fauore hæ-
redis non erat appoſitum dictum tempus, ſed con
ſtabat fuiſſe de mente teſtatoris, quòd fauorẽ mu-
lieris operaretur, & ſic non debet operari id in quo
non eſſet ſibi fauor, vt l.Paulo Callimacho.§.j. ff.
de leg.iij. Secunda quæſtio eſt, de qua Florẽtiæ con Quæſtio.
ſuluit dominus Paulus: Statutũ dicit, quòd debet
quis appellare intra decem dies, & poſt decem dies
habeat terminum ſexaginta dierum ad proſequẽ-
6 dum: appellauit prima die, vtrum † terminus ad
proſequẽdum incipiat ſtatim currere, vel demum
poſt lapſum decem dierum. & dicit quòd ſtatim:
quia nõ debet expectari lapſus poſtꝗ eſt appella-
tum, arg.dictæ l.ſi quis hæres. aliàs interim nihil
fieret, quod eſſet inutile vtriq; litigantiũ, licet qui-
dam alij conſuluerint contrarium, propterea quia
dicit, poſt decẽ dies. Sed dicit Paul. ꝙ ſtatutum ha
buerit reſpectum ad caſum, quo vltima die decem
dierum appellat, vt cõmuniter fieri cõſueuit, aliàs
7 fruſtratoriè eſſet expectare tantum. † Quærunt au
tem Doct. circa materiam huius l. vtrum rogatus
reſtituere hӕreditatem poſt diem, poſsit illam ante
diem reſtituere. & dicit Bald. poſt Petr.in dicto §.
Pegaſus. quòd ſic quo ad tranſlationem dominij,
ſed nõ vt tranſeant actiones ex Trebelliano. quod
dicit eſſe verum in die incerta vel conditionali, vt
ff.ad Treb.l.ſed ſi ante. ſed in die certa, quia poteſt
ei renunciari de conſenſu partiũ, etiam ex Trebel-
liano poteſt fieri reſtitutio ante diem, vt tranſeant
iura actiua & paſsiua, argum. dicti §.Pegaſus.& l.
vtrum.§.Antiſtia. aliàs l.apud Iulianum.§.vtrum.
verſic. Antiſtia. ff.ad Trebel. & ratio diuerſitatis
redditur per Bald.in l.filiusfamil. §.diui Seuerus.
8 ff.de legat.j. quia † hæres ante exiſtentiam cõditio-
nis vel diei incertæ non poteſt mutare formã reſti
tutionis vel acquiſitionis effectum. nam illa reſti-

tutio aliter, & alibi fieret quàm teſtator voluerit
cõſiderata voluntate teſtatoris, prout eſt relata in
tempus conditionis. Sed quando certæ perſonæ, &
determinatę relinquitur fideicõmiſſum, & in diem
certam, non variatur effectus reſtitutionis, & tunc
de voluntate fideicommiſſarij poteſt hæres præue
nire in reſtituendo, vt l. poſt mortem. C. de fideicõ.
vbi etiam vide Bald. & Salicet. pro verificatione
iſtorum facit l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot.

Summarium.

1 ☞ Conditionali ſtipulatione ſtatim acquirimus ei in cuius poteſtate ſumus, ſed non ex conditionali legato.
2 Actus agentium operantur ſecundũ aptitudinem ſuſcipientis.
3 Conditio poteſtatiua non retrotrahitur, ſecus in caſuali.
4 Stipulationis vel cõditionis tempus quando ſpectetur, ad iudicandum cui quæratur commodum.
5 Teſtatoris non quæuis voluntas parit actionem, niſi diſponat.
6 Tacitum quando habetur pro expreſſo.
7 Nominatus in teſtamento, ſi teſtatori commodat fidem, tenetur ex teſtamẽto: ſi hæredi, tenetur mandati.
8 Nominatus in inſtrumẽto, vt alteri ius quæratur, habet ius directum, & alius vtile.
9 Teſtamentum ſimulatum quando dicatur.
10 Voluntatem teſtatoris non ſufficit oſtendere, ſed diſpoſitionem. & nume. 11.
12 Conditionis an obligationis tempus inſpiciatur in contractu. & nume. 13.

Quæ legata mortuis nobis ad hære-
dem noſtrum tranſeunt, eorum cõmo-
dum per nos his, quorum in poteſtate
ſumus, eodẽ caſu acquirimus: aliter atq;
cum ſtipulati ſumus: nam & ſub condi
tione ſtipulantes omnimodo eis acqui-
rimus, etiam ſi libertate nobis præſtita
à dominis conditio exiſtat.

HAEC regula duas ha-
bet partes. Prima loquit
in vltimis voluntatibus.
ſecunda in contractibus.
ſecunda ibi, aliter atque.
1 Et † diuerſum ius ſtatui-
tur: quia in contractibus
inſpicitur principiũ ſeu
initium, ſed non in vlti-
ma voluntate. Ratio autẽ diuerſitatis redditur poſt
gloſ. per Bal. in l. ſi vxorem. C. de condi. inſer. quia
contractus eſſentialiter regulantur à conſenſu duo-
rum, qui interuenit in principio. l. cõtractus. C. de
fide inſtru. & l. ſicut in initio. de actio. & oblig. ſed
vltimæ voluntates requirunt acceptationẽ, & con
ſenſum legatarij ex poſt facto: & ideo requiritur
tempus, quo cedit & venit dies legati. Nam tunc
actus teſtatoris eſt in eſſe ſuſceptiuo. ait enim Ari-
2 ſtoteles tertio de Anima, q; † actus agentiũ magis
operantur ſecundũ aptitudinem ſuſcipiẽtis, quàm
ſecundum influentiam cauſæ efficientis. & hanc ra
tionem ſentit ibi gloſ. & Inſti. de verb. oblig. §. ex
cõditionali. videre tamẽ Bar. in l. ſi filius. hic alleg.
de verb. obli. In gl. ibi. ff. manda. l. ſi verò non re-
munerandi. §. ſi filio. dicite vt ibi in gl. vel ſecun-
dum Bal. quòd ibi loquitur in conditione poteſta-
3 tiua, quæ † exiſtens retro nõ trahitur, vt probatur
in l. potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab.
hic autem loquitur in caſuali, quæ exiſtẽs retro tra
hitur ad tempus cõtractus, & ideo meritò tempus
contractus inſpicitur. & idem dicendum eſt in ſe-
quentibus tertio cõtrario hic. In gloſ. de l. quidam
cum filium. §. fi. ff. de verb. obli. vbi videte gloſ. &
4 Bar. & facit l. qui pecuniam. ff. ſi cert. peta. Item † in
ſtipulatione tria conſiderantur, ſcilicet perſonæ
congruitas. l. continuus. §. penult. de verb. obli. ſti-
pulationis vtilitas & finis. l. ſi rem meam. eod. tit.
Item perſonæ cui quæritur ex ſtipulatione cõmo-
ditas, dicta l. ſi filius. & in gloſ. dictæ l. ſi vxorẽ. vel
dicite reſoluendo ſecundum Bar. in dicta l. ſi filius.
& in l. fi. ff. de ſtipula. ſed poſt gloſ ibi. Si quæratur
an quãtum ad acquiſitionem inſpiciatur tempus
exiſtentis conditionis, & dicite in vltima volunta
te, quòd ſic, vt hic, & dicta l. ſi vxorem. C. de cõdi.
inſert. In ead. gl. ibi, ſed hoc ideo, quia teſtator in-
ſtituere volebat filiumfami. Attende circa hoc, ſe-
cundum Bald. in dicta l. quidam cum filium. quòd
5 † non ex omni voluntate teſtatoris agitur, ſed ſo-
lum ex ea quæ tranſit ad diſpoſitionem. vnde non
ſufficit teſtatorem velle, niſi diſponat: & ideo li-
cet ibi teſtator voluerit hæreditatem pertinere ad
Seium: quia tamen hoc non diſpoſuit expreſsè vel
tacitè, non agitur ex teſtamento. Ex quo infert, q;
6 † illud quod ſolet dici, tacitũ haberi pro expreſſo,
eſt verum quando illud tacitum tranſit ad diſpoſi-
tionem: ſecus ſi ad diſpoſitionẽ non trãſeat, vt ibi.
7 Dicit etiam ibi Bal. per illam l. quòd † quãdo ali-
quis adhibetur nominatus in vltima voluntate in
fauorem alicuius, quòd ſi cõmodat fidem teſtatori
tenetur fideicommiſſario ex teſta. ſi autem hæredi
tenetur mandati, & ſic vterq; tenetẽ vtraq; actione.
8 Ex quo decidit, quòd † licet aliquis ſit nominatus
in inſtrumento, non vt ei cõmodum quæratur, ſed
alteri non nominato, nihilominus tamẽ quæritur
ſibi ius directum, & alteri quæritur ius vtile, quod
eſt notandũ. & facit ff. de manu. l. iiij. §. ſi ab ignoto.
9 Item inducit illam l. quòd † non dicitur teſtamẽtum
ſimulatum, licet vnus ſit ſcriptus, & alius debeat
effectum inſtitutionis reportare: quia ſi eſſet ſimu-
10 latum, eſſet nullum. Non † ſufficit tamẽ aliquid eſſe
in intentione, niſi ſit in diſpoſitione. vnde ſecundũ
11 eum iſta vulgaris allegatio, quæ ſæpe fit, iſta † fuit
volũtas teſtatoris, reſcinditur per illam l. quia non
ſufficit ita fuiſſe in voluntate, ſi non fuit in diſpo-
ſitione. facit C. de condictione ob cauſam. l. ſi re-
petendi. Circa vero l. iſtam quæritur, quid in do-
natione cauſa mortis, an iudicabimus ſicut de con
tractibus vel vltimis voluntatibus. dic ſecundum
Baldum in dicta l. ſi vxorem. initium eſſe ſpectan-
dum: & oritur quædam obligatio ſtatim, niſi
donator reuocet, & talis reuocatio eſt quædam ex-
ceptio,

Tacitum & expreſſum æquipatẽ qñ tranſit ad diſpoſitionẽ.

Non ſufficit q; fuerit voluntas teſtatoris niſi ita diſpoſuerit.

ceptio, vt ff. de donation. causa mortis. l. Senatus.
§. fin. & est ratio, quia semel tantum contrahitur,
non successiuè. l. si Stichũ. §. si stipulatio. ff. de ver-
borum oblig. & argumen. ff. de negot. gest. l. Pom-
ponius in negotijs. In contractibus autem aut talis
contractus conficitur sub conditione quadam ex-
12 trinseca, & tunc † si est potestariua, inspicitur tem-
pus existentis conditionis. l. quidam cum filium.
§. fin. ff. de verborum oblig. si autem erat casualis,
inspicitur tempus obligationis, vt dicta l. si filius.
& hic, in ij. responso. fallit quando ex æquitate da-
tur vtilis actio in factum. l. si verò non remuneran
di. §. si filio. ff. manda. & l. si dubitetur. §. fin. de fi-
deiussorib. Vel dic vt dictum est, secundum Bald.
13 Si verò conficitur sub conditione intrinseca † quæ
confertur in tẽpus existentiæ sui iuris, & tunc aut
promissio fit ab ipso patre, & inspicitur tempus
conditionis, vt ñ. de collat. bonorum. l. penultima.
Aut ab extraneo, & tunc aut tempore mortis pa-
tris, & ipsi patri acquiritur. l. quodcunq;. de ver-
borum oblig. iuncta l. fin. ff. de condi. insti. Si verò
confertur in tempus post mortem, & tunc aut sine
dolo, & tempus existentis conditionis inspicitur.
l. quidam cum filium. in fin. ff. de hæred. instituen.
aut cum dolo, & tempus stipulationis inspicitur.
l. final. ff. de stipulatione seruorum.

Summarium.

1 ☞ Regula, est prioris iuris iam constituti breuis enarratio.

2 Fideiubens ex mandato testatoris, si soluat, non repetit.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet conditionis eius non ignarus: hæredi autẽ hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatarijs contrahit.

SATIS declaratur in-
tellectus huius regulæ hic
per gl. quam per vos vi-
dete, cum sit clara. prima
tamẽ positio casus, quam
facit gl. hic, quæ fuit Bal.
non placet Bartol. & di-
cit eam nõ probari lege:
imò est contra l. quòd si
fortè. §. fin. cum legib. sequen. ff. de solut. & sic cum
regula non debeat fieri contra ius antè statutum,
1 quia † est prioris iuris iam cõstituti breuis enarra-
tio, vt l. j. ñ. eo. ideo illa omissa prosequamur alias
positiones casus, vt in glos. & maximè in versicul.
potest ecclesia elegantissimè. & vide Bar. pro illis,
quæ hic in gl. dicuntur in l. ij. §. si à pupillo. ff. pro
empto. In glos. ibi. ñ. de vsufr. earum rer. quæ vsu
consu. l. tribus. ibi est casus, secundum Bar. & Bal.
2 qui alibi non reperitur, quòd † ille qui fideiubet
ex necessitate, puta ex mandato testatoris, soluens
non repetit. Videte Cyn. in l. j. C. de caduc. tollen.
& Bartol. in l. si pro ea. C. manda. & refert Bald. in
dicta l. tribus. se de hoc interrogasse quendam in
examine priuato, & respondisse cõtra casum illius
l. ideo cauete, secundum eum. Refert etiam ibi Pau
lus de Castro, quòd ille quem interrogauit Bal. de
hoc fuit in examine supportatus, quia materia est
peregrina. In ead. glos. ibi. l. Papinianus. Not. glos.
vnam ibi positam, quam cõmendant Doct. quòd
3 † quando legatur res hęredis nõ transit dominium
recta via in legatarium, sed requiritur traditio, li-
cet contrarium notetur in l. ij. C. cõmunia de lega.
sed malè, secundum Bar. Bal. & Paul. de Castro.

Summarium.

1 ☞ Conditio magis suspenditur in vltima voluntate, quàm in legato.

2 Legatario nominis tenetur debitor, licet actio ab hærede non tollatur.

3 Testator relinquens alicui, quãdo censeatur id facere animo compensandi.

Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.

GLOSSA primò po-
nit exemplum de l. purè.
in princip. ff. de exceptio.
doli. cui obstare videtur
l. pecuniam. ff. si cert. pet.
sed ibi solutio ponit per
glos. & Docto. scilicet q;
l. purè. loquitur in vltima
1 voluntate, † in qua condi
tio magis suspendit, cum nullum legatarij factum
interueniat ante conditionem. Ita in contractu,
in quo interuenit factum contrahentis volentis si-
bi prospicere, de quo loquitur dicta l. pecuniam.
Pro qua solutione facit id quod notatur per glos.
Instit. de verborum oblig. §. ex conditionali. & l.
si vxorem. C. de condi. inser. & not. in l. quæ legata.
ñ. eod. vel secundum Bald. aliud est in conditionali
liberatione, de qua loquitur l. purè. aliud in condi
tionali delegatione, vt dicta l. pecuniam. in qua ta
cita cõditio apponitur obligationi: in l. antẽ, pu-
rè. apponebatur cõditio liberationi. Faciunt not.
in l. si non sortem. §. ideo autem. & l. Iulianus. §. fi.
ff. de condict. indebiti. & maximè in glos. quæ in-
cipit, sed malè. si enim in contractu interim posset
exigi, pręiudicaretur ei cui facta est delegatio. nam
in eum nõ posset transfundi obligatio iam perem-
pta per solutionem, argumen. ff. de solut. l. qui res.
§. aream. & hæc est verior, secundũ Bald. quia exa-
ctio, quæ interim fieret, tangeret ius tertij. Quod
etiam videtur verum, secundũ quosdam in vltima
voluntate: nã si testator id quod sibi debetur legat
Titio sub cõditione, hæres interim nõ exiget sine
voluntate legatarij: sed certè textus innuit cõtra-
rium. ff. de liber. legat. l. si id quod mihi. §. fin. Et sic
aliud in cõtractibus, vbi debitoris factum, & con
sensus adest, & ideo magis operatur, quàm vbi
2 non adest. ¶ Item quia † in legato licet debitor te-

neatur legatario nominis, tamen actio hęredi non tollitur, vt C.de legat. l.ex legato nominis. ideo hæres agere potest. l.iij. C.de nouat. Vide latius Bald.in dicta l.pecuniam.In ead.glos.ibi.l.si compensandi. vide ibi notata per Docto.& in l.creditorem. ff.de legat.ij. & l.si cum dotem. §.si pater. soluto matrimonio. & l.j.§.sciendum. de rei vxo. actio.& dicta l.si adulta.& vbiq; vide Docto.maximè Bald.& Paulum de Castr.in dicto §.si pater. Et attende circa hoc, quòd vbi est dubium, an testator instituerit, vel reliquerit animo compensan
3 di, quòd † aut testator erat debitor ex causa voluntaria, & non videtur reliquisse animo compensandi, vt dicta l.creditorem.& l.Lucius. de legatis.ij. Si autem erat debitor ex causa necessaria, puta ex dispositione legali, & tunc præsumitur fecisse animo compensandi, vt l.si cum dotem. §.si pater. alleg.& ibi per Bartol. Bald.& Paulum de Castr. & vide Bald. in authent.prætcrea. C.vnde vir & vxor. secundum tamen membrum recipit limitacionem, per l.final.C.communia vtriusq; iudicij. vbi vide.

Summarium.

1 ☞ Libertas triplex.

Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit.

H A E C regula loquitur in materia fauorabili: ex qua colligite, quòd in dubijs fauendum est libertatibus.concord. l.si fuerit. ff.de rebus dubijs. videte Salicet.in l.cum inter. C. de fideicommis.libert.hic allegata. Et nota de tri
1 plici † libertate per Bald.in l.libertas. ff.de statu hominum. scilicet de libertate intentionis, vt est voluntas liberi arbitrij, item libertas operis, & libertas status, de qua hic, & ibi loquuntur text. Faciunt pro hac regula notata in l.Arethusa.ff.eo.ti. de statu hominum. vbi lex fauet libertati, & iudicat lex pro libertate, iudiciq; mandat pro ea esse iudicandum. Videte ibi Bald.egregiè loquentem. Et ibi per eum de quæstione problematica: dixi seruo meo si obuies libero, liber esto: tu dixisti tuo, si obuies seruo liber esto. Isti verò obuiant sibi inuicem: quæritur quis erit liber? vide ibi per eum.

Summarium.

1 ☞ Patri quando licet occidere adulterum cum filia repertum.& nume.2.
3 Clericus osculans mulierem, præsumitur id facere ex charitate.
4 Filiam etiam prægnantem in adulterio deprehensam potest pater occidere.
5 Mater filiam & frater sororē non possunt in adulterio occidere.
6 Filiam viduam in actu venereo deprehēsam, non potest pater occidere.
7 Banniti non æquiparantur deportatis.
8 Regis voluntas est viua lex.
9 Decreti forma nullatenus omittenda.
10 Decretum alternatiuum non est ipso iure nullum.

Non debet cui, quod plus est, licet, quod minus est non licere.

E X H A C regula sumpta est regula, Cui licet. extra eod.titul. libro vj. vt ibi dicit Ioan. Andr. in princip. glos.& exempla huius glos.ibi ferè omnia recitantur per eum & Dyn.& adduntur alia, quę ibi vide.Potest etiam
1 poni exemplum in patre, cui † licet occidere adulterum cum filia comprehensum: & ideo licebit quod est minus, id est, adulterum cum filia cōprehensum contumelijs afficere, vt hic, & ff.de adulte. l.nec in ea.§.ius occidēdi.quod est notabile, secundum Bart.ibi, ad statuta quæ permittunt aliquem occidi impunè, quòd multò magis potest verberari, quod est notabile secundum eum. Et hoc fuit exemplum primum, quod ponit Dy.in cap.prædicto, cui licet.extra eod.titul. libr.vj. Circa quod exemplum, quia quotidiana est materia, aduertendum est secundum Angelum Aretinum in sua inquisitione glos.super verbo, Che may adulterata
2 la mia dona, &c. quòd † patri licet impunè occidere adulterum, pluribus simul cōcurrentibus copulatiuè, aliàs autem si aliquid deficit, eidem non licet impunè. ¶ Primò, quòd filiā reperiat in actu Veneris, non post actum perfectum. Quod intelligitur postquam ad alios actus extraneos adulter, & adultera diuerterunt, argu.notatorum in l.continuus.in princip.de verborum obligat.& l.duos. in fin.& l.si duobus.in princ.ff.de duobus reis.sibi non licet. Vide quæ scripsi, secundū Ioan.de Ana. in l.neq; pignus. §.priuatorum. l.eod.titul. & illa quæ dicit Ana.in cap.ij. extra de homicid.vbi secundum Canones pater puniretur, etiam istis concurrentibus. per cap.inter hæc. xxxiij.quæstio.ij. & hoc in terra ecclesiæ. Et intelligitur in actu veneris, nō tantùm si actualiter sit nudus cum nuda, in actu carnali venereo, sed etiam si reperiat eos in præludijs, vt solum cum sola in camera, cum verbis blandis, lasciuis, vel cum basijs, aut cum tactu mamillarum: quoniam ista sunt præludia adulterij, vt not.glos.& Bartol.in l.j.ff.de varijs & extraordinarijs criminibus. & est glos.notabilis, & ibi Bartol.in l.quod ait. ff.de adulter. & Bartol.in l. capite quinto. eodem titul.& Salic.in l.Gracchus. C.de adulter.& Bald.post Cyn.in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cleri. Quod dicit Ange
3 lus Aretinus esse verum in laico. Si † autem reperiretur clericus osculans quandam mulierem, non præsumitur animo venereo, sed quòd charitate & bono zelo osculatus fuerit. Vnde non præsumitur

in cler

in clerico præludium adulterij cōmittendi. Ita di-
cit glos. notabilis in cap. absit. xj. quæstio. iij. quod
est notandum. Dicit tamen ipse, quòd vt alibi di-
cit glos. in l. diuus. ff. si cui plus quàm per l. Falcid.
& notauit Cyn. in l. si quis ad declinandam. C. de
episc. & cler. quòd à tali prodesse paupertatis libe
ret nos Deus: ita à tali charitate & dilectione, &
bono zelo, quòd vxores nostræ à clericis osculen-
tur, liberet nos dominus. ¶ Secundò requiritur co-
pulatiuè, quòd adulterum repetiat in actu veneris
in domo propria, vel in domo generi, & sic mari-
ti suæ filiæ. Nam reperiendo alibi non posset occi
dere. Et intelligitur domus propria, etiam condu-
cta, dūmodo in ea habitet: nam si pater vel gener
habeat plures domos, & in vna in qua pater vel
gener non habitat, pater repetiat filiam adulteran
tem, non potest ipsam impunè occidere, vt dicta
l. nec in ea. & ibi glos. & Bart. ¶ Tertiò requiritur,
quòd filiam & adulterum pariter & simul interfi-
ciat: & intelligas secundum Angelum Aretinū,
4 quòd † filiam potest interficere, quamuis sit præ-
gnans, vt not. Bartol. in l. Imperator. ij. ff. de statu
homi. & ibi hoc etiam tenet Bald. Intelligi etiam
debet simul, si pariter vel vno impetu, vel vno
ictu, vel prius filiam, & postea adulterū, vt l. nihil.
de adulter. Si tamen adulter fugiat, & ipse semper
eum sequatur, & post plures horas in alio loco in-
terficiat, dicitur interfectus in actu venereo, & in
domo patris vel generi, vt est tex. & ibi Bart. ff. de
adulter. l. quod ait lex. in §. fin. Vel pariter intelli-
gitur, quòd filiam & adulterum, non adulterū tan
tum interficiat, vt l. patri datur. & quod ibi no-
tauit glos. de adulter. Et bene nota, quòd si adulte-
rum interficeret, & filiā solum vulneraret, non fiet
impunè, nisi taliter vulneraret letaliter, ita quòd
verisimiliter ipsa mori deberet. Quia si grauia
vulnera filiæ intulerat, licet postea euadat, patri
non imputatur. Inspicias igitur solum in patre in-
dignationem & seueritatē, vt dicta l. nihil. ¶ Quar-
tò requiritur, quòd filiā habeat in potestate, aliàs
filiam emancipatam, vel existentem in potestate
aui, patri non licet occidere, vt dicta l. patri. ibi,
quam in potestate habet &c. ¶ Quintò requiritur,
5 quòd sit pater: non autem † mater filiam, nec fra-
ter sororem, nec auus neptem, etiam quam habet
in potestate, & sic filiam filij non potest adulteran
tem occidere, vt dicta l. patri. in fin. cum l. sequen.
sed nec filio permittitur occidere adulterantē cum
matre, vt notauit Salic. post Cyn. in dicta l. Grac-
chus. & sequitur Angelus Aretinus, licet glos. du-
bitauerit in dicta l. quod ait lex. talis enim lex est
exorbitans à iure cōmuni, & odiosa, quia permit-
tit homicidium, & loquitur tantum in patre, ergo
ad alios parentes etiam qui habent in potestate, vt
puta ad auum, non extenditur, vt dictis iuribus.
¶ Sextò requiritur, ꝙ tempore homicidij habeat
ipsam pater in potestate, licet tēpore matrimonij
non fuisset in eius, sed in aui potestate, vt d. l. quod
ait. vers. ergo sufficit patri. ¶ Septimò requiritur,
6 quòd filia sit nupta. nam † si esset vidua, nō credit
Angelus Aretinus, quòd patri ista permittantur,
argumen. notatorum in dicta l. nec in ea. ij. respon.
ff. de adulter. Quæ omnia nota, vt scias articulare,
quæ necessaria sunt ad probandum pro euasione
patrisfamilias amici tui interficientis adulterum.
Et adde, quòd patri licet occidere adulterū, secun-
dum formam prædictam, etiam si sit in magistra-
tu, quia si expectaret, quòd magistratus deponeret
officiū, iam amplius patri nō permitteretur, quia
permittitur cum inuenit in actu venereo. Ita dicit
Bartol. in l. marito. §. illud. de adulter. & facit text.
in dict. §. ius occidēdi. dum dicit, & omnem adul-
terum. Et prædicta procedunt, nisi filia esset vilis
persona, tūc patri, licet honesto, non liceret adul-
terum interficere. l. si ea quæ. C. de adult. nec etiam
patri vili, licet filia aliàs sit probatæ vitæ, etiam
vilem adulterum occidere licet. Ita dicit Bartol. in
dicto §. licet. Si igitur secundum prædicta permit-
tatur patri occidere adulterum & filiam, & sic id
quod est plus, ita etiam cōtumelijs seu iniurijs affi-
cere, & impunè, per istam regulā, & dictum §. ius
occidendi. Et secundum illa quæ dicta sunt debet
intelligi exemplum Dyni positum pro intellectu
dicti cap. cui licet quod est plus. & huius legis. Po-
nitur etiam exemplum in hac l. de l. videamus. §.
penult. ff. de in litem iurand. Nam potest facere iu-
dex quod est plus, id est, iuramentum in litem de-
ferre actori, ideo debet posse quod est minus, id est,
taxationem iureiurādo adijcere, vt dicto §. penult.
l. videamus. In gl. ibi, sed illud propter insulā &c.
Idem dicit gl. in dicto §. qui vniuersas. & ibi doct.
& Dyn. in dicto c. cui licet. Tamen Iacob. de Aret.
quem recitat Bald. dicit illam non esse rationem,
quare præses non possit deportare: sed ratio est se-
cundum eum, quia deportare est extra ius ciuile
portare: quod nō potest, nisi Imperator, qui illud
concessit, argumen. ff. de adop. l. si arrogator. §. sed
an impuberi. vide Bal. in l. Gallus. §. quod si is. ff. de
7 liberis & posthu. Et ideo dicit, quòd banniti † no-
stri temporis quacunq; de causa non æquiparan-
tur deportatis, nec perdunt ea quæ sunt iuris ciui-
lis: quia si non potest præses prouinciæ, eò quòd
non habet iurisdictionem talem, multò minus po
testas vel alius iudex poterit deportare, argumen.
dicti §. qui vniuersas. Et ideo dicit, quòd poterit
testari, & retinet patriam potestatem. l. j. C. de hæ-
redit. instit. & sic reprobatur glos. quæ est in §. tele
gati. Instit. quibus modis ius patr. potesta. soluat.
quæ æquiparat bānitos & deportatos. de quo vi-
de ibi Ioan. Fab. & Bartol. & Bald. in dicto §. qui
vniuersas. Vtrum autem hodie habeamus depor-
tatos, vide Bald. latè loquentem in l. si is qui. C. si
pendente appellatione mors interuenerit. vbi di-
cit, quòd Reges & principes bene possunt depor-
tare in insulam, si habent insulam, vt l. j. §. à præ-
fectis. de leg. iij. Vel possunt deportare in Nemus,
8 assignādo ipsum loco insulæ: quia † voluntas Re-
gis est viua lex, & Rex potest imitari naturā. vnde
secundum eum sufficit dicere Deportamus: quod
nomē est per se bonorum omnium publicatio, &
omnium gratiarum ademptio. l. fin. C. de sen. pas.
vide Bald. elegantissimè super hac materia dicen-
tem in dicta l. si is qui. Cætera exempla glos. vide,
vt in ea, quæ notabiliter loquitur & verè, secun-
dum Dyn. in dicto cap. cui licet. & dic in ea ibi, de
rebus eor. l. si pupillorum. § si prætor. hoc ideo est

9 quia à forma decreti non est recedendum, & ideo si prætor permiserit tutori id quod est maius, scilicet vendere, non videtur permittere id quod est minus scilicet obligare, nisi expressè dicatur, secundum Bal. ibi, post Iaco. de Aret. Ex quo infert, quod decretum iudicis est stricti iuris, & nõ extẽditur ad similia vel maiora, imò nec minora, quod est
10 notandum. Licet † tamen decretum non debeat esse alternatiuum, non propterea est ipso iure nullum, imò est aliquod, & sic incertitudo quæ oritur ratione alternatiuæ non vitiat decretum. quod bene not. secundum Bald. & ibi probatur in tex. illo, & ibi dicitur, quòd erit electio eius, cui decretum dirigitur.

Summarium.

1 ☞ Pacti nudi non obseruatio, si damnum affert, agitur de dolo.

In personã seruilem nulla cadit obligatio.

V I D E gl. quæ ponit casum, & dic vt in ea ibi. C. an seruus ex suo facto. l. iij. vbi datur actio in factum domino, qui seruũ manumissum pro pecunia promissa per seruũ, vt manumitteretur à domino. Fallit etiam in casu l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. vbi seruus qui dedit expromissorẽ domino, vt manumitteretur, & promisit post manumissionem in se obligationem suscipere, si postea recusat, nec seruat pactum, illi qui pro se, pmisit tenetur actione de dolo. Et commenda te memoriæ illum §. notabilem, secundum Angel. consil. iij. qui limitat & declarat omnia iura ciuilia dicentia ex pacto nudo nõ agi,
1 quia secundum eum, quãdo † non obseruãtia pacti nudi affert damnum ei qui pactus est, agitur de dolo, per dictum §. quod dicit ibi Bald. esse verum, quando non seruat nudum pactum ei qui pro eo se obligauit, aliàs non cõmittit dolum, qui nudum pactum non seruat. ff. de solut. l. si is cui. §. Flauius. Opinio Angel. est æquior, & de iure canonico approbata, cum ex pacto nudo oriatur actio. xij. q. ij. cap. quicunque suffragio. & est glos. xxij. quæstio. v. cap. iuramenti. vbi tex. quòd inter iuramentum, & simplicem loquelam Deus non facit differentiam. & est glos. in cap. quoties cordis oculus. vij. quæst. j. & xij. quæst. v. quia Ioannes.

Summarium.

1 ☞ Emptionis tres sunt substantiales partes.
2 Contractus essentia non potest pendere ex voluntate alterius contrahentium.
3 Emptio quandoque largè sumitur pro re tantùm, vel pretio.
4 Pretio non declarato contractus est nullus.
5 Accidentia non immutant substantiam contractus.
6 Emptæ rei approbatio conferri potest in arbitrium alterius contrahentium.
7 Bonus vir dicitur, qui æqui & innocentis prætoris officio fungitur.

Generaliter probandum est, vbicunque in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini vel procuratoris, eius conditio: pro boni viri arbitrio, hoc habendum esse.

P R O declaratione huius regulæ, vide gl. & largius not. in l. in vendẽtis. C. de contrahend. empti. Et est sciendum pro intellectu
1 clariori, quòd † tres sunt partes cõplexiuæ, & substantiales emptionis, scilicet consensus, res & pretium, & hoc totum appellatur commercium, hic in glos. & in dicta l. in vendentis. cum notatis in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & istud commercium nõ potest apponi in voluntate, vel arbitrio alterius contrahentiũ, vt dicta l. in vendentis. quia
2 † essentia contractus non potest pendere ex voluntate alterius contrahentium: quia vbi nulla est necessitas nulla est obligatio, & vbi nulla est obligatio nulla est iuris compulsio. Facit ff. de actio. &
3 oblig. l. sub hac. Quandoque † autem accipitur emptionis substãtia separatim pro re tantũ, vel pretio tantum, & circa ista est larga differẽtia, vtrum possint conferri in arbitrium alterius contrahentium. Pretium nanque non constituitur, vt l. quod sæpe. §. j. ff. de contrahen. empt. sed res sic, vt Instit. de contrahen. empt. §. penul. Ratio autem differen-
4 tiæ est, quia † quando pretium non declaratur, contractus est nullus. l. ij. §. j. ff. de contrahen. empt. & l. empti fides. C. eod. tit. Vnde cum eius constitutio apponatur in arbitrio vnius partis, non tenet. Secus autem est, quando res ponitur in arbitrio partis: nam tunc res est certa, & pretium certũ, & sola approbatio rei ponitur in eius arbitrio, vt vendo tibi equum pro centũ, si placuerit intra decẽ dies. Vnde tunc non substantia contractus, sed accidẽs ponitur in eius arbitrio: quare tenet per iura hic
5 allegata. Accidẽs † enim vocatur forma quædam superaddita vltra substantiam, & naturam ex aliquo pacto, quæ potest adesse & abesse, sine substantiali transmutatione subiecti: de quibus vide plenius in l. pacta nouissima. ff. de contrahend. empti. Notandum est tamen, secundum Bal. in dicta l. in vendentis. quòd licet per prædicta fiat differentia inter rem & pretium, si tamen pretij qualitas poneretur in voluntate venditoris, idem esset dicendum, sicut in qualitate rei: verbi gratia, si contractus venditionis fiat, & soluatur de moneta, quam seu cuius qualitatem nõ cognoscit venditor. nam si apponatur conditio, si sibi moneta illa placuerit, ita valet contractus, sicut in qualitate rei, argumen. l. si soluturus. ff. de solut. quia eadem est ratio sicut in qualitate. Ratio est, quia nõ habet perpetuam

peruã causam nullitatis, quia si nõ displiceat qua-
litas, contractus intelligitur purè celebratus. vt l. quod
si nolit. §. si quid ita. ff. de ædili. edict. Et ita dicunt
aliqui Docto. in dicta l. in vendentis. & glos. in §. j.
l. quod sæpe. aliàs facientes differentiam inter rem
& pretium, quæ non videtur esse facienda, cum
vtroque sit substãtiale. Ideo ista glo. proprius loqui
6 tur, cum dicit quòd † sola approbatio rei conferri
potest in arbitrium alterius contrahentium, seu so
la rei qualitas: & sic non est differentia inter rem &
pretium. & ita videtur esse tenendum. & idem est
dicendum in alijs bonæ fidei contractibus, puta in
locatione, vt in l. si in lege. ff. locati. quia ibi etiã so
la approbatio operis in volũtate alterius contra-
hentium collata erat, & ideo valet. Quando autem
confertur in arbitrium tertij, prosequere vt hic in
glo. & in l. fi. C. de contrahẽ. emp. & l. j. ff. de leg. ij.
7 per Bart. & Bald. vbi not. secundũ Bal. quòd † bo-
nus vir dicitur ille, qui æqui & innocentis præto-
ris officio fungitur. ff. de verborum obligation. l.
continuus. §. cum ita.

Summarium.

1 ☞Dolus quid.
2 Dolus est duplex.
3 Deus solus est scrutator cordium.
4 Verba quæ sui natura important dolum.
5 Dolus præsumptus.
6 Doli definitio. & nu. 12.
7 Dolus non potest esse sine voluntate.
8 Culpa quæ sit dolus.
9 Simile non est idem.
20 Definitio bona, constat ex genere & differentia.
11 Culpa quid.
13 Latissima culpa quid.
24 Latior culpa quid.
15 Lata culpa quid.
16 Præconis vocem ignorare, est lata culpa.
17 Imperitia artis quando est lata culpa.
18 Ignorãtia iuris, quando est lata culpa. & nume. 19.
20 Iuris ignorantia non inducit malam fidem.
21 Dubitans est in eadem culpa cum ignorante.
21 Forensis quando obligetur secundum legem mu-
nicipalem.
23 Banna generalia non ligant bannitos.
24 Negligentia magna, est lata culpa.
25 Rustici & mulieres si peritos non consulant, sunt
in culpa.
26 Legem offendens an videatur in dolo vel lata cul-
pa.
27 Gabellam non soluens præsumitur in dolo.
28 Lata culpa an & quando æquiparetur dolo. & nu.
29. 30. 31. 34. & 35.
32 Carceris custode vno cum carcerato fugiente, alij
custodes non tenentur.
33 Condemnandi debent diligentius custodiri.
36 Leuis culpa quid.
37 Culpa in re propria est impunita.
38 Leuissima culpa quid. & nu. 39.
40 Latæ culpæ exempla. & num. 41.
42 Leuis culpæ exempla.
43 Leuissima culpa non venit in actione locati.
44 Leuior culpa quid.
45 Leuissima culpa quid secundum Salic.
46 Culpæ omnes qualiter veniant in contractibus.
47 Depositi contractus ad quam culpam obliget.
48 Precarium quam culpam exigat.
49 Commodati culpa qualis.
50 Precarium facilius reuocatur quàm commodatũ.
51 Commodata re æstimata, an teneatur commoda-
tarius de casu.
52 Mandati contractus ad quam culpam obligat.
53 Procurator peritum se profitẽs, ad culpam se ad-
stringit.
54 Locatarius de qua culpa teneatur.
55 Culpa leuissima in faciendo æquiparatur leui in
omittendo.
56 Culpa in dubio, intelligitur iuxta subiectam ma-
teriam.
57 Tutor de qua culpa teneatur.
58 Tutelæ officium assumitur ex necessitate.
59 Negotiorum gestor, de qua culpa teneatur.
60 Pactum, vt quis de solo dolo teneatur, quando
non valet.
61 Dolus futurus expressè remitti non potest, sed ta-
citè sic.
62 Casus fortuitus à nullo præstatur, nisi aliter sit cõ
uentum.
63 Casus fortuitus quid.
64 Casum fortuitũ potest quis in se suscipere. & nu-
me. 65.
66 Casus fortuitus potest dupliciter contingere. &
nume. 68.
67 Mors omnis accidit iudicio Dei.
69 Violentia an sit casus fortuitus.
70 Casus fortuitus quomodo probetur.
71 Incendij differentiæ & pœnæ. & nume. 72. 73. 74.
75. 76. 77. 78. 79. 81. & 83.
80 Incendium sine culpa patrisfamilias fieri nõ præ-
sumitur.
82 Præsumptioni generali derogatur per particula-
rem.
84 Incendij culpa in dubio præsumitur leuissima.
85 Incendiarius quomodo puniatur. & numero 86.
87. & 88.
89 Facere est grauior culpa, quàm omittere.
90 Ebrietas magna minuit delictum, non parua.
91 Culpa nulla leuis, est capitale crimen.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum & culpam: dolum tantum, depositum & precarium: dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum. Item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. In his quidam & diligentiam. Societas & rerum communio & dolũ & culpam recipit. Sed hoc ita, nisi si quid nominatim conuenit vel plus, vel minus in singulis cõtractibus: nam hoc seruabitur quod ab initio con-

uenit.legẽ enim contractui dedit. Exce-
pto eo quod Celſus putat non valere ſi
cõuenerit ne dolus præſtetur. hoc enim
bonæ fidei iudicio contrarium eſt.& ita
vtimur. Animaliũ verò caſus morteſq;,
quæ ſine culpa accidunt,fugę ſeruorum
qui cuſtodiri non ſolent,rapinæ,tumul-
tus,incẽdia,aquarum magnitudines,im
petus prædonum,à nullo præſtantur.

HAEC regula pulchrã
& vtilem habet mate-
riam,& eſt pręmittendũ
pro intellectu materiæ,
quid ſit dolus,& quid cul
pa,& quotuplex ſit,&
vtrum aliquo caſu culpa
ſit dolus. Diffinitio autẽ
doli ponitˀ per Iuriſcon-
ſultũ in l.j.§.dolum.ff.de dolo.& ibi vna diffinitio
per Seruiũ Iuriſconſultũ,alia per Labeonem poni-
tur,quę diffinitio Labeonis per Vlpianum appro
batur. Dicit etiam gloſ. Inſti. quibus mod.re con-

Diffinitio doli.

1 tra.oblig.quòd† dolus eſt machinatio quędam in-
ſidioſa & fraudulenta. allegat dictum §.dolum.&
iſta intelligũtur de dolo malo,cũ etiam poſsit eſſe
bonus dolus, vt ibi notatur,& exemplificatur,&
per Docto.& ibi per Bart.quòd Deus poteſt com
mittere dolum bonum. Quomodo autem differat
dolus à fraude,vel vtrũ ſint idem, tangitur per gl.
& Docto. in l.iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi.ff.
de pact.Sciendum eſt etiam quòd,vt volunt Doct.

Duplex dolus.

2 duplex † eſt dolus.quidam eſt verus ſiue manifeſtus:
quia ex manifeſtis indicijs probatur, quia aliter
3 probari nõ poteſt,cum† ſolus Deus ſit animi ſcru-
tator, vt l.dolum.ff.de dolo. & ibi notatur.& hoc
in ijs quæ ſunt de genere prohibitorum,vt l.ſi non
conuicij.C.de iniur.& faciunt notata in l.interpo
4 ſitas.C.de tranſactio. Sunt† enim quædam verba,
quæ de ſui natura in iſtis prohibitis importãt do-
lum,vt furtũ, falſitas,& ſimilia.Facit quod nota-
5 tur in l.nec exemplum.C. de fal. Alius eſt † dolus
præſumptus, quia ex præſumptionibus non ma-
nifeſtis probatur, quia de neceſsitate dolum non
arguunt,pręſumptum dolum inducunt.l. dolus.&
l.ſi procuratorem.§.ſi dolo.ff. mandati. Circa autẽ
prædicta attendatis, quia Salic.in l.ſi nulla. C.de
6 pigno. acti. dicit † diffinitionem doli poſitam in
dicto §.dolum.eſſe bonã,prout diſtinguitur à cul-
pa,& illam nõ includit,ſed eſt ſpecies culpę in ge-
nere ſumptæ,ipſe ſic deſcribit,quòd dolus eſt cul-
pa ex calliditate,fallacia vel machinatione proce-
dens ad circunueniendum, decipiendum've alte-
rum adhibita ex veris indicijs, ſeu manifeſtis,vel
claris præſumptionibus cognita. Et in hac de-
ſcriptione comprehẽditur verus dolus & præſum
ptus.Dicit etiam Bal.in dicta l.ſi nulla.C.de pig.
7 acti.quòd† dolus non poteſt eſſe ſine voluntate,vt
l.ſi quis teſtamentum. ff. ad l. Aquil. & eſt in dolo
reperire gradus, ſecundum ſubiacentem mate-
riam. Vnde maior dolus eſt occidere hominem,
quàm furari:& maior dolus eſt occidere hominem
mundo vtilem, quàm inutilem : quia maius fit de-
trimentum reipublicæ charitati & vtilitati.facit
l.aut facta. §.perſona.ff. de pœnis. Item maior eſt
dolus facere magnum furtum, quàm paruum. Et
ideo hodie pœnæ arbitrarię ſunt.l.hodie.ff.de pœ-
nis.& de accuſ.l.leuia.& de offi.præfect.vigil.l.iij.
§.j. & ij.& de offic.proconſul.& lega.l.ſi quid erit. de
infa.l.ictus fuſtium.cũ notatis eũ ſimilibus. Tracta
8 re etiã opportunũ eſt,an† ſit differentia inter dolũ
& culpam.& refert Sali.in dicta l.ſi nulla.ꝙ quidã
Doct.dixerunt quòd aliqua culpa eſt dolus eſſen-
tialiter,& hoc probant per l.quod Nerua.ff.depo
ſiti.vbi Iuriſconſultus dicit latiorem culpam eſſe
dolum,licet gloſ.illum tex. deſtruat,exponẽdo la-
tiorem,id eſt,latam.Et hoc ſequitur ibi Bar.Et,vt
euitet contrariam, dicit quòd culpæ ſex ſunt gra-
dus,vel ſpecies ſecundum Docto.nam alia latiſsi-
ma,alia latior,alia lata,alia leuis,leuior,& leuiſsi-
ma.Latiſsimam dicũt eſſe dolum verum ſiue ma-
nifeſtum,de quo ſupra dictum eſt.Latiorem culpã
eſſe dicunt dolum præſumptum,vt ſuperius. di-
cuntq; de hoc eſſe caſum in dicta l.quod Nerua.&
facit tex.in dicta l.ſi procuratorẽ. §. ſi dolo.ff.mã-
dati.Latam verò culpam dicunt nõ eſſe dolum ve
rum,neq; præſumptum,ſed aliqualiter ſuſpicatũ:
ideo ll.dicunt hanc æquiparari dolo : quia de eadẽ
iudicatur ſicut de dolo,vt dicta l.quod Nerua.& l.
j.§.hæc actio.ſi agri mẽſor fal.modũ dixe. & mul-
tis alijs concordan.allegatis ibi & hic in gloſ.& ſic
9 cum æquiparetur dolo nõ eſt dolus, cum† nullum
ſimile ſit idem,vt notatur in dicta l.quod Nerua.
& ff.quod iuſſu.l.j.§.j.ſuper verbo,quemadmodũ.
Culpam autem leuem,leuiorem & leuiſsimam fa-
tentur dolum non eſſe,nec ei æquiparari. Et hæc
verba dicit Salic.eſſe colorata: contra quæ tamen
arguit, quia ſi latiſsima culpa eſt verus dolus ſeu
manifeſtus,& latior culpa eſt dolus præſumptus,
igitur culpa velut genus ſub ſe comprehendet ve-
rum dolum & præſumptum, & alias culpas quæ
dolum non includunt: ſed conſequens eſt falſum,
igitur & antecedẽs.conſequentis falſitatem demon
ſtrat,quia ſi culpa eſſet genus,& dolus eius ſpecies,
ſequitur quòd diffinitio doli poſita in dicto §.do-
lum.l.j.ff.de dolo.non erit bona, quia non diffini-
nitur per genus ſuum,& differentias, prout eſſe de
10 bet† in omni bona diffinitione,ſecundum Ariſto
telem.ideo homo diffinitur,quia eſt animal ratio-
nale mortale.ſed in diffinitione doli nulla fit men-
tio culpæ quę eſt genus eius,igitur &c.Ideo,vt cla
rius iſta elucescant,dicit ipſe,quòd culpa vt genus
diuiditur in duas ſpecies, quarum vna tranſit in
proprium nomen,& vocatur dolus:alia ſtat in no
mine generis ſui, & vocatur culpa,ad inſtar eius
quod de arrogatione dicitur.ſ.de adop.l.j.videa-
tur plenius Salic.in dicta l.quod Nerua.dolus autẽ
diuiditur i duas ſpecies,quia alius verus, alius prę
ſumptus, vt ſ.dictum eſt. Culpa etiam diuiditur
in duas ſpecies,quia alia proxima dolo,vt lata cul
pa:alia non,quia non lata. & iſta diuiditur in tres
ſpecies, quia alia leuis,alia leuior, alia leuiſsima,
& quę ſit quęlibet iſtarum,dicetur ſtatim.Sed cir-
ca hoc

Differentia iter dolum & culpã.

ea hoc dicit Sali.esse aduertendũ,quia licet dicatur
aliquam esse culpam leuiorem in cõparatiuo,& be
ne dicatur: nam inter superlatiuum & positiuum
est medium necessariũ scilicet comparatiuus,tamẽ
de ista culpa media, quam leuiorem appellamus,
non curauerunt legislatores specialiter disponere,
sed duntaxat disposuerunt, vt quis teneatur de le-
uissima,& sic de omni culpa.Ideo in eorum doctri
na & scriptura dicunt,quòd triplex est culpa,sci-
licet lata,leuis & leuissima, vt ff. cõmo.l.si vt cer-
to.§.nunc vidẽdum.& de neg.gest.l.tutori.vbi ha-
bes text. de lata & leui.& ff. ad leg. Aquil.l. in lege
Aquilia.vbi tex.de leuissima.& ad hunc intellectũ
dixerũt glo.nostræ & sequaces,quòd culpa non est
dolus, nec econtra,& ob hanc causam exposuerũt
l.quod Nerua. eo modo quo exposuerunt. Qui-
bus sic elucidatis,videndum est quid sit quodlibet
istorum.Et primò quid sit culpa in suo genere ge-
11 neralissimo sumpta. Respondet Salicetus, ꝙ † est
quædam deuiatio ab eo quod quis ex recto dicta-
mine rationis facere debet,ex proposito procedẽs
vel sine. Vel sic, culpa est,imprudẽter omittere vel
facere,id quod facere vel omittere nõ debet.In ista
descriptione comprehenditur dolus & culpa,quæ
est species culpæ in genere sumptæ. vel secundum
Bart.Culpa generaliter sumpta,est deuiatio ab eo
quod bonum est,quod per hominis diligẽtiam po
tuit præuideri. Aduerti autẽ debet circa pręmissa,
quia quamuis diffinitio doli ponatur per Iuriscon
sultum in l.j.§.dolum. ff.de dolo. dicit Salic. quòd
illa diffinitio est bona, prout dolus distinguitur à
culpa, & illam non includit, vt supra dictum est.
Prout autẽ dolus est species culpæ,& illam infert,
vt species genus suum, videtur sibi posse sic dif-
12 finiri dolum, quòd dolus est†culpa ex calliditate,
fallacia vel machinatione proueniens,ad circunue
niendum decipiẽdum've alterum adhibita,ex ve-
ris indicijs seu manifestis vel claris præsumptioni
bus cognita. In hac descriptione comprehenditur
verus dolus & etiam pręsumptus,de quibus supra
dictum est,quem dolum verum dixerunt quidam
esse latissimam culpam. Et ideo attenta illorum
opinione, si quærimus describere culpam latissi-
mam, dicite secundum Salice.quòd latissima cul-
13 pa est † culpa procedens ex calliditate,fallacia vel
machinatione ad circunueniendum decipiendũq;
alterum adhibita, ex veris indicijs seu manifestis
cognita,quam verum dolum appellamus. Latior
14 †verò culpa est,culpa procedens ex calliditate ad
circunueniendum decipiendumq; alterum adhibi-
ta, ex præsumptionibus legitimis cognita,quem
dolum præsumptum appellamus. Quid autem sit
lata culpa,dicunt quidã quòd glos.in l.quod Ner-
ua.ff.depo.sic eam vult describere,quòd lata culpa
est,cuius finis est non intelligere quod omnes intel
ligunt. & hanc diffinitionem dicunt probari in l.
latæ.ff.de verborum signification. & ibi glos.sub-
dit,vel maior pars, argu.l. quod maior. ff.ad mu-
nicipal.Sed dicit Bartol. in dicta l.quod Nerua.ꝙ
hæc descriptio vel diffinitio non est bona,quia nõ
conuertitur cum suo diffinito.quod patet,quia nõ
omnis qui non intelligit quod omnes intelligunt,
vel maior pars,est in lata culpa, vt patet in infan-
te,furioso vel mẽte capto,vt l.diuus.ff.de offi.præ-
si.cum similibus. Alij describunt, quorum descri-
ptiones & impugnationes videte ibi per Salicetũ.
15 Bar.autem sic diffinit,Lata† culpa est deuiatio in-
circunspecta ab ea diligentia, quam communiter
habent homines, qui sunt eiusdem conditionis &
professionis. Deuiatio ideo dicitur,quia diffini-
tur per suum genus,vt š.dictum est in diffinitione
culpæ generalis. Per id quod dicitur incircunspe-
cta, excluditur dolus verus & pręsumptus,quia ex
animo procedit,quorũ alter latissima,alter latior
culpa nuncupatur.Et quod sequitur,ab ea diligen-
tia,quam communiter habent homines,dicitur ad
differẽtiam leuis & leuissimę culpę,de quibus sub-
ijcietur.Subiungitur autem,qui sunt eiusdem con
ditionis,vt excludat eos qui habẽt iustam causam
ignorantiæ.verbi gratia, si fiat præconizatio,&
16 †id quod præconizatur communiter scitur ab o-
mnibus,scilicet qui sunt præsentes,& sic sunt pa-
res in conditione,absentibus verò non imputatur
talis ignorantia quasi lata culpa.Et quod sequitur
in diffinitione,& professionis,adijcitur,vt cõpre-
hendat medicos & alios,qui in arte sua debent esse
periti,quibus imperitia asscribitur pro lata culpa,
vt l.ij.ff.quod quisq; iur.& l.j.§.hęc actio.si agrimẽ
sor fal.mo.dixe.cum similibus.dicit tamen Barto.
17 quòd †nõ quælibet imperitia artificis est lata cul-
pa.Ignorare enim id quod excellentissimi tantum
sciunt,est leuis vel leuissima culpa. Ideo dicitur ꝙ
inter artifices est differentia. l. inter artifices.ff.de
solut. & probatur in dicta l. latæ. sed ignorare id
quod communiter omnes sciunt, est lata culpa. Et
occasione inde sumpta, quærunt Doctor.Bartol.
Bald.& Salice.an ignorantia iuris asscribatur latę
culpæ. quod videtur per dictam l. latæ. & l. leges
18 sacratissimæ.C.de legi. Hinc est quòd†errãs in iu-
re stultus appellatur. l.regula. §. penultimo. ff. de
iur.& fact.igno.ibi,nec stultis &c. Bal.tractat in l.
quę fortuitis.C.de pig.acti.& Bar. in dicta l.quod
Nerua.quos videte.Dicit tamen secundum Salice.
in dicta l.si nulla.quòd aut nos quærimus de igno-
19 rantia iuris cõmunis,aut de ignorantia iuris†mu
nicipalis seu consuetudinarij: si iuris cõmunis,aut
quærimus de iure regulari, aut de iure specia-
li exorbitante à regulari, aut de alio iure simplici
non existente de numero istorũ seu sub aliquo pręs
dictorum.Primo casu talis ignorantia est lata. Se-
cundo non.Hoc sentit gloss.in l. quod te.ff. si cer-
tum pe.circa finem glos.Et est ratio secundum Sa-
lice.quia in ijs quæ exorbitant à iure communi fa-
ciliter erratur.& secundum prædicta intelligite su
perius allegata iura. Tertio casu aut est ius vulga-
tum,& eius ignorãtia est lata culpa.aut est ius pe-
regrinũ in communi vsu non existens,vt sunt mul
ta in tribus libris C.quę etiam Doctoribus nõ sunt
cognita,& putat Salic.quòd eius ignorantia non
sit lata culpa, sed leuis vel leuissima. Idẽ dicit ipse
Salicet. quãdo ius non est certum & finitum,quia
de eius intellectu sunt dissensiones inter glo.& Do
ctores,vt notatur in dicta l. leges sacratissimæ.ff.
de legi. vbi videte Bald.Idem dicit secundũ Bart.
de iure illo,de quo nõ est casus legis,sed solũ habe-
mus argumenta ad probationem eius facientia:

quia illud certũ & finitũ non cẽsetur. Addatis hic
20 ꝙ †iuris ignorantia non inducit malã fidem quo
ad fructus, quia errans in iure, non propter hoc est
minus bonæ fidei. ita dicit glos. & Salic. in l. si cõ-
tra. C. si quis ignorans rem minoris esse sine decre-
to comparauerit. Si verò quærimus de ignorantia
iuris municipalis vel consuetudinarij, dicit Salic.
quòd vel quærimus de hominibus eiusdem muni-
cipij, & dicite idem sicut in præcedẽtibus propter
identitatem rationis. nec obstat l. fi. ff. de decre. ab
or. fa. vt ibi notatur. aut de hominibus alterius mu
nicipij, & tũc nõ debet talis eorũ ignorãtia asscri-
bi latæ culpę, sed de ea, vt de ignorãtia, debet iudi-
cari. vt extra de consti. cap. j. libr. vj. & in dicta l. fi.
de decr. ab or. fa. Accedat quod notat glos. in l. itẽ
21 Mela. in princi. ff. ad leg. Aquil. Et quod † dicit
Salice. in ignorantibus, idem dicit Bald. esse in du-
bitantibus, vt notatur per eum in dicta l. leges.
C. de legi. pro quo allegat l. manifestissimi. §. sin-
autem nescius. C. de fur. vbi est text. quòd ita parci
22 tur dubitãti sicut erranti. Ex hoc † apparet ꝙ forẽ
sis non obligatur secundum legem municipalem,
nisi sciuerit, vel in loco contraxerit moram, vnde
scire præsumatur, vel nisi faciat contra ius vel con
suetudinem naturalẽ, vel nisi appareat quòd fuerit
certificatus, vt notatur in Spe. quarta parte. tit. de
consti. & facit ff. de execu. tuto. l. planẽ. secundũ Bal.
23 in dicta l. leges. & dicta l. plane. vbi notauit ꝙ † bã-
na generalia ciuitatis non ligant bannitos: quia
præsumũtur ignorare: nã ille qui est in exilio non
præsumitur scire ea quæ fiũt in ciuitate. Idem etiã
secundum eum in voluntariẽ absente. allegat dictã
l. fin. de decre. ab or. fa. Et prædicta dicit Salice. ha-
bere locũ nedum in peritis, sed etiam in imperitis,
quia pro peritis habentur, tunc peritiores credan-
24 tur cõsuluisse plures, & debuerint. quod † si non fe-
cerint, fuerunt in magna negligentia, quę latæ cul
pæ asscribitur. l. magna negligentia. ff. de verbo. si-
gni. & probantur hęc in l. in bonorũ. in fi. ff. de bo.
poss. vbi per Bart. & attendi debet quòd etiam si
non fuerit in ciuitate nisi vnus peritus illũ debuit
consuluisse. per tex. dictæ l. regula. §. sed iuris igno
rantiam. ff. de iuris & facti ignor. vbi tex. loquitur
in singulari numero per verbum Iurisconsulti. &
allegatur hoc pro singulari, & dicit Bald. in l. iuris.
25 C. qui admitti ad bo. pos. possunt. quòd † mulieres
& rustici sicut vadunt ad syluam pro lignis & ad
ciuitatem pro indulgentia, ita debent ire pro con
silijs. Vult tamen ipse ibi, & etiã Salic. post Barto.
in dicta l. in bonorum. quòd si personæ quæ iuris
ignorantia excusantur, quæ tamen tenentur peri-
tos consulere, vt dicto §. sed iuris ignorantiam. pe
ritos consuluerint, & imperitum fuerit datum cõ-
silium, excusantur, quod est notandum. & ista tene
te cordi secundum Sali. quia faciunt ad multa. Sed
26 quæritur pertinenter circa præmissa an † si quis fa
ciat cõtra legem, præsumatur dolus, an lata culpa.
Iac. But. in dicta l. leges. dicit quòd credit in dubio
præsumendum esse ꝙ sit culpa lata & non dolus,
quia debemus in mitiorem partem interpretari. l.
benignius. ff. de legi. & l. interpretatiõe. de pœnis.
Bald. verò ibi dicit, ꝙ aut ius ciuile trahit originẽ
à naturali iure seu naturali æquitate, & præsumi-

Lex municipalis non ligat forensem.

Quæstio.

tur dolus. l. j. C. de sica. & l. si non conuicij. de iniur.
aut non sumit orignem ab æquitate naturali, sed
à iure merẽ positiuo, & refert, aut illud ius est quo
dam modo ius gentium propter generalem con-
suetudinem, vt de gabellis soluendis secundum mi
seriam nostri temporis in toto orbe, tunc præsu-
mitur dolus: aut non est cõtra generalem consue-
tudinem, tũc potius præsumitur quòd sit lata cul-
pa, quæ est ignorare quod omnes sciunt. l. latæ. de
verb. signifi. & notatur in l. liberorum. § notantur.
ff. de ijs qui not. infa. & adde quod notatur in l. se-
27 natus. C. de ijs qui sibi asscri. in testamẽ. Ex † qui-
bus apparet quòd non soluentes gabellam, in du-
bio præsumũtur habere animum fraudandi, quia
faciunt contra generalem consuetudinem, nisi esset
gabella insolita, quia tunc non præsumitur do-
lus secundum Baldũ. Viso igitur quid sit lata cul-
28 pa, restat videre an † ipsa dolo æquiparetur. quam
quæst. Bart. tractat in dicta l. quod Nerua. & Sali.
in l. j. C. depositi. qui facit tria mẽbra, scilicet in per
sequutorijs, in pœnalibus & in mistis. In persequu
torijs verò sic distinguit: quia aut descendunt ex
contractu vel quasi, & tunc lata culpa æquipara-
tur dolo, vt dicta l. j. C. depositi. & d. l. quod Ner-
ua. & l. si fideiussor. in principio. ff. man. & l. quæsi-
tum. §. illu d. de preca. Aut descendit ex delicto vel
quasi, & tunc lata culpa non æquiparatur dolo. id
est, de ea non iudicatur vt de dolo, vt ff. ne vis fiat
ei qui in posses. miss. est. l. j. §. si ideo quis. Ideo enim
est illa actio persequutoria veri interesse, vt eadẽ
l. §. hæc verba. fallit ratione suscepti officij, ex cu-
ius susceptione quis videtur se peritum profiteri,
vt l. j. §. hæc actio. ff. si mensor fal. mo. dixe. & notat
glos. in simili in l. ij. ff. quod quisq; iuris. Aut nõ de-
scendunt ex contractu vel quasi, nec ex delicto
29 vel quasi, vt in rei vendicatione, quæ † causatur ex
dominio ex parte actoris, & possessione, vel detẽ-
tione ex parte rei. l. j. C. de alie. iudi. mutan. causa
facta. & tunc lata culpa æquiparatur dolo: quia
tenetur rei vendicatione, qui lata culpa desijt pos-
sidere, sicut qui dolo, maximẽ post litem contest.
notatur in l. sinautem. §. possidere. & l. si homo. &
30 l. si culpa. ff. de rei vendicat. † In pœnalibus autem
distinguit, quia aut quęritur de lata culpa quę cau
satur à iuris ignorantia, & de ista remittit Salice.
ad notata per eum in l. senatus. de ijs qui sibi asscri
bũt in testamento. & adde hic illa quę dicta sunt su
perius. aut de illa quę causatur ex facto omisso vel
neglecto, & tunc dici debet aut pœna est pecunia-
ria, vel corporis afflictiua: primo casu gloss. in l.
magna neglıgẽtia. ff. de ver. sign. dicit ꝙ si non re-
quiratur dolus, lata culpa ęquiparatur dolo, aliàs
secus. sed hoc est deridendũ secundum Salice. quia
in vanum quæritur de lata culpa æquiparanda do
lo, vbi dolus non requiritur. Ideo dicit ipse Salice.
ꝙ vbi pœna est pecuniaria, non æquiparatur lata
culpa dolo: quia vt statim dicetur non æquipara-
tur dolo, vbi mistim agitur ad rei persequutionẽ
& pœnam: ergo minus æquiparanda est quando
agitur ad solam pœnam pecuniariam, cum in per
sequutorijs regulariter nõ æquiparetur, vt s. dictũ
est. Ideo concludit, ꝙ si agitur ad pœnam merẽ pe
cuniariam lata culpa non æquiparatur dolo. fallit
in casu

in casu l.j.§.s.ff.si quis testa.li.esse iussus fuer.& po
test ibi esse ratio,quia ratione beneficij suscepti te
nebatur liber esse iussus diligẽtius custodire res hę
ditarias quàm prius. & pro hac ratione facit id
quod de agrimensore dictum est, & statim dicetur
31 de custode carcerum.Secundo casu,quando†pœna
est corporis afflictiua,fuit opinio glos.& commu
niter Docto. ꝙ lata culpa non æquiparatur dolo,
per l.in lege.ff.de sica.ibi glos.& Bar.& l.in actio
nibus.ff.de in litem iuran.in §.suspectus.Institu.de
suspect.tuto.Fallit secundum Salicet. in commen
tariensi seu custode carcerum, vt l.ad commenta
riensem. C.de custo. reorum.& ff.de custodi.reo.l.
milites.& l.fi.& ibi ratio est,quia suscepit officiũ
ad cuius exercitium se videtur peritũ profiteri,vt
dicitur de aduocato & assessore in dicta l.ij.quod
quisque iur. Notate tamen vnum singulare secun
dum Angel.Aretin.in inquisitione sua gloss.super
verbo,ꝙ fama publica in materia carcerationis,
post Bal.in l.si qs filio exhęredato.§.eius qui.ff.de
32 iniu. ru.& irri.test.ꝙ† si sunt duo vel plures custo
des carcerũ, & vnus de dictis custodibus aufugiat
vnà cum carcerato, quòd alij custodes aliquo mo
do non tenentur pro illo carcerato qui aufugit.al
legant text. in l.fin.§.ij.ff.de custo.reorum. Notate
33 etiam ꝙ†sicut ille qui est in causa condemnationis
debet diligentius custodiri, vt dictis iuribus, sic
etiam qui est in causa absolutionis potest sine cul
pa latius custodiri,vt notatur per gl. in l.si pecu
niã.ff.de cõdi.ob causam.quod notate pro custodi
bus carcerũ,vt maior culpa vel minor possit eis
imputari secundũ qualitatem personæ.Ita notant
Bald.& Paul.de Castro in dicto §.eius qui. Item
fallit in l. quoniã multa.C.ad leg. Iuliam de vi.&
ibi dicit Salicet.esse rationem, quia verisimiliter,
vt in pluribus & frequẽter vis erat ordinata ad ho
34 micidij casum,vel† quia dolus prius in violentia
excogitatus sufficit ad pœnã homicidij,licet præ
ter propositũ sequuti. Item fallit vbi quis de sola
sciẽtia punitur.C.de rap.vir.l.vnica.§. cæteros.&
l. quisquis.C.ad leg. Iuliã maiestatis.in fi. Itẽ fallit
in l.si quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœnis.&
ibi ideo,quia culpa vt in pluribus est ordinata ad
casum,cum poculum amatoriũ sit species veneni,
vt ff.ad leg.Cor.de sica.l.eiusdem.§.sed & idem.&
quia res est mali exempli,& sic de facili trahibilis
ad exemplum. Ideo pœna cõtra regulam iuris al
teratur,argu.l.si quis seruo.C. de furt. & adde hic,
notata in dicta l.in lege.per Barto.& in l.si adulte
rium cum incestu.§.nonnunquam. ff.de adult.& in
35 l.is qui cum telo.C.de sicar.In† mistis verò, id est,
quando agitur mistim persequutorie & pœnali
ter,dicit Sali.ꝙ lata culpa non æquiparatur dolo,
vt l.in actionibus. in princip.ff.de in litẽ iurã.vbi
iuramentum in litem non defertur ob latam culpã,
& tamen illud est partim persequutorium. facit l.
arbitrio. §.j.ff.de dolo. & ff.vi bo.rapto. l.ij.§.hac
actione.& l.prætor.in principio.& Insti.vi bo.ra
pto.§.quia tamen. Et hæc notari suadet Sali.quia
alibi ita plenè tradita nõ reperiuntur.& idem scri
36 psit in l.j.C.de sica.Nunc† est videndum quid sit le
uis culpa. diuersi diuersa senserunt: nam glos.quæ
est Institu.quib.mod.re contrahi.ob.§.præterea.di
cit, quòd leuis culpa est desidia & negligentia : sed
hæc verba secundum Bart. in dicta l.quod Nerua.
non sunt perfecta,nec descriptio, quia negligẽtia
vel desidia posset esse tanta,quòd caderet in latam
culpã,puta si consisteret in non intelligendo quod
omnes intelligunt. l. latæ. & l. magna negligen
tia.ff.de verbo.significa.& l.nomina. C.arbi.tute.
Ideo alij aliter descripserunt vel diffinierunt, sed
nulla diffinitionũ suarum vera est aut bona : Ideo
illis omissis Bart.dicit quòd culpa leuis venit tri
pliciter consideranda. Nam leuis culpa aliter dif
finitur in rebus alienis simpliciter , aliter in rebus
communibus incidenter, aliter in rebus communi
bus ex conuentione, & sic triplicem diffinitionem
requirunt.In rebus alienis simpliciter,dicit ipse,ꝙ
leuis culpa est deuiatio incircunspecta ab ea dili
gentia quam adhibent homines diligentes eiusdẽ
conditionis & professionis.deuiatio incircunspe
cta,dicit propter illud quod dictum est in lata cul
pa.quam adhibent homines diligentes; ad differẽ
tiam latæ culpæ,quia ibi non dicitur quam adhi
bent diligentes,sed quam communiter habent ho
mines. Item dicit diligentes in positiuo , propter
id quod dicetur de leuissima culpa. Et istam diffi
nitionem dicit probari in l. si cum venderet.§. fi.
cum l.sequenti.ff. de pignor.action.& l.si putator.
ff.ad leg. Aqui.quæ leges hoc expresse probant. In
rebus verò communibus incidenter dicit, quòd le
uis culpa est deuiatio incircunspecta ab ea diligen
tia quam ipse deuians tunc temporis rebus pro
prijs adhibet.Hoc probatur in l.hæredes.§.nõ tan
tum.ff.famil.ercis.& subiungit Bartol.quòd etiam
si in rebus suis nullam adhibebat diligentiam , sed
omnino est negligẽs, tamen tenetur socio,& tunc
talis deuiatio caderet in latam culpam,argu.supra
dictorũ. Ista ergo diffinitio loquitur in eo qui ali
qualiter in rebus suis est diligens.& facit ad prædi
cta l.si constante.§.si maritus.ff.solut.matr. Sed in
rebus communibus ex conuentione, dicit Bartol.
quòd leuis culpa est deuiatio incircunspecta,quam
ipse deuians adhibere solebat rebus suis ante con
tractum.Hoc probatur Insti.pro soc. §.fi. & ff.pro
soc.l.socius socio.Ratio autem differẽtiæ prędicto
rum est secundum Bartol. quia res mea & aliena
sunt extrema,communis est medium:modo ita est,
ꝙ in re mea propria non tractatur de culpa, quia
37 illa† est impunita, vt C.mãda.l.in re mandata.Sed
in re aliena culpa punitur , nec sufficit quòd quis
faciat de alienis quod facit de suis : si enim in suis
est negligens,in alienis debet esse diligens , vt di
cto §.si maritus. In re verò cõmuni quæ tenet me
dium inter meam & alienam,eligitur quędam me
dia via , ne culpa sit totaliter impunita , sed suffi
cit adhibere eam diligentiam quam suis rebus ad
hibet.Item est differentia inter rem communem re
ipsa,& communem ex conuentione,quia quando
contraho societatem cum aliquo,inspicio eam di
ligentiam,quam solitus est adhibere,& sic ipse fa
cit de me, & de ista diligentia adhibenda videtur
inter nos actum , sed hoc non potest dici in com
munione re ipsa : & ideo inspicitur illa quam tũc

temporis in suis adhibet secundum Bartol.¶Quæ
ritur vlterius, quid sit leuissima culpa. glos.Instit.
quib.mo.re contrah.obligatio.§.pręterea.dicit ꝙ
38 †leuissima culpa,est quando aliquo modo potuit
ꝓuideri: voluit dicere,si qua prouisio potuit fieri
ne obueniret, & est omissum. ista tamen non est
bona diffinitio, quia congruit magis latæ culpæ
& leui. Ideo alij aliter diffinierunt, quibus diffini-
tionibus omissis, vtpote non bonis,secundū Bar.
39 sic diffinitur,Leuissima†culpa est deuiatio incircū
specta ab ea diligentia,quam habent homines dili
gentiores & diligentissimi eiusdem conditionis &
professionis. In eo quòd dicit diligentiores & dili
gentissimi,differt à leui,quæ est deuiatio ab ea di-
ligentia,quam adhibent diligentes,& à lata culpa
quæ est deuiatio,quam cõmuniter habent omnes.
Quibus diffinitionibus visis sciendum est,ꝙ Sali.
alias clariores descriptiões ponit.Et quia culpa alia
est in omittēdo, alia in cõmittendo, incipit à lata
culpa,& primò ab ea quæ est in omittendo,& di-
cit quòd est imprudenter & sine proposito omitte
re quod communiter omnes homines eiusdē con-
ditionis non omisissent.Lata verò culpa in cõmit
tendo cognoscitur per oppositū eiusdem: ideo de-
scribit eam sine proposito facere id quod commu
niter cæteri nõ fecissent.Et si vultis vtranq; simul
describere,lata culpa est imprudenter & sine pro-
posito omittere vel cõmittere quod cæteri eiusdē
conditionis & professionis non omisissent vel cõ
misissent. Et pro cõmodiori doctrina subiungit
40 exempla,puta non†colere vel seminare agrum tē-
poribus opportunis & congruis, vt ff. locati.l.si
merces. §.conductor. Item à custodia pecudum &
caprarum recedere,vt ff.locati.l.si quis fundum.§.
imperator. Item onerare mulum vel equum ni-
mio onere.argu.ff. locati.l.qui insulam.§.qui mu-
las. vel malum medicum vel nullum adhibere,vt
ff.de ędili.edict.l.ꝙ si nolit.§.si mãcipium.& nota
tur ff.solut.matrimo.l.si ab hostibus.§. si vir vxo-
rē.vel si quis fuerit ingressus mare tempore tempe
statis,vel sine gubernatore nauis,vt l.item quæri-
41 tur.§.si magister.ff.locati. Similiter†lata culpa est
enormiter errare in arte cõsueta,vt dicta l.j.§.hæc
actio.si agrimensor fal.mo. dixerit.& dicta l.item
quæritur.§.si gemma. Item ascribunt quidam la-
tæ culpæ asseuerare quod quis ignorat. inducunt
l.Iulianus.§.ij.ff.de acti.empt. quod est notandum
secundum Salicetum.alia exempla potestis addere
solicitè inuestigando,sed hæc pro nunc sufficiant.
42 Leuis†autem culpa in omittēdo est imprudenter
& sine proposito omittere quod quisq; diligens fa
ceret.hæc diffinitio probatur in dicta l.si cum ven
deret.§. fina.cum l.sequent.ff.de pigno.actio.& l.si
putator.ad legem Aquiliam. Et per oppositum le
uis culpa in committendo est imprudenter & sine
proposito facere,quod quilibet diligēs facere omi
sisset vel non fecisset. Huius exempla sunt secundū
Salicetū, primò in fœneratore qui res pignoratas
minus diligenter excussit à tineis vel corrosione
quæ fit per mures. & idem in fullone,vt dicta l.itē
quęritur.§.si fullo.ff.locati.vel si librarius aut alius
librum vnum pro alio,vel vnam rem pro alia tra-
didit credens meum,vel meam esse,vt dicto §.si ful
lo.Hæc enim culpæ non sunt latæ,ideo iudicandæ
sunt secundum Salicetum leues & leuissimæ,quia
43 veniunt in actione locati, in qua†non venit leuis-
sima culpa,vt ŝ.locati.l.si merces.§.qui columnã.
Item est leuis culpa ignorare qualitatem rei suę,vt
l.sed addes.§.j.ff.locati.Item negligētes operarios
adhibere,vt l.si merces.§.penultimo.ff.locati. Le-
44 uior†autem culpa est secundum Salicetum impru
dēter & sine proposito omittere quod quilibet di
ligētior fecisset,vel facere quod quilibet diligētior
omisisset.Et hæc differt à præcedenti in eo solo,ꝙ
præcedens loquitur de diligenti in positiuo,ista de
diligentiori in comparatiuo.de ea tamē, vt suprà
dictum est,nihil specifice disponitur, sed tantum
de leui & leuissima. Ideo videndum est,quid sit le-
45 uissima culpa, & dicit Salicet. quòd† est impru-
dēter & sine proposito omittere,quod quilibet di-
ligentissimus esset facturus, licet diligens vel dili-
gētior id fecisset,vel faceret quod omisisset.id pro-
batur in l.in rebus.in principio. ff.commodati.&
l.si merces. §.penultimo. ff.locati. & ponit exēpla
Salice.non diligentissimè custodire suæ custodiæ
commissum.l.diuus.ff.de offic.præsid.non diligen
tissimè curare ęgrotum vel curari facere.Item non
equitare vt diligentissimus faceret.Ex istis descri-
ptionibus secūdum Salicetum magis veritas elu-
cescit,quàm per præcedentes.His sic præmissis ve
niamus ad textum regulæ & legis,& eius materiã,
46 & videamus qualiter†istæ culpę veniant in con-
tractibus. Et primo dicit textus, quòd depositum
& precarium recipiunt tantum dolum, & etiam
secundū gl. latam culpam,quæ dolo ęquiparatur,
& in casibus alias culpas, vt iuribus in ea allega-
tis.& dicendum est, vt in ea vsq; ibi,quod autem
subijcit de mandato. Pro maiori tamen declara-
tione dici potest secundum Docto.quòd depositū
fit regulariter gratia deponētis tantum, & tūc de-
positarius tenetur solum de dolo & lata culpa,vt
l.j.C.depositi.& hoc si tantum depositarius se ob
tulit,tenetur de leuissima culpa,vt l.j.§.sępe. ŝ.de-
po.vt hic notat in gl.deponēs verò eo casu cū tene
tur actione cõtraria depositi,tenet de leuissima,vt
ff.de fur.l.si seruus.§.Idq; euidentius.vbi deponens
tenetur habere eã diligentiam quã adhibent dili-
gentiores,quę est leuissima vel leuior,vt ŝ.dictum
est.& ita sentit Azo in summa C.depo. circa fi-
nem.facit quod notatur ff.de pigno.acti. l.si seruus
pignori datus.& per Bartol. in dicta l.quod Ner-
47 ua.quandoq;†depositum fit gratia depositarij tã-
tum,& tūc depositarius actione directa tenetur de
leuissima,vt ff.si certum peta.l.si quis nec causam.
secundum vnam opinionem.deponens verò con-
traria actione tenetur solum de lata,secūdum Bar.
in dicta l.quod Nerua. allegat in arg.l. si vt certo.
§.nunc videndum.ff. commoda.quandoq; deposi-
tum fit gratia vtriusq;,& tunc vterq; tenetur de le
ui,vt d.§.nunc videndū.Et prędicta vera sunt nisi
pactum vel mora aliud inducat, vt d.§.sępe.& l.si
48 in Asia.§.fi.ff.depo.& hic in gl.In† precario verò
ante morã venit tantū dolus & lata culpa,vt hic in
tex.& gl.& l.quæsitū.§.illud. ff.de preca. post mo-
ram

tam autẽ venit leuiſsima culpa,vt d.l.quæſitũ. §.
ſi ſeruitute.& hic not.in gl.In cõmodato autẽ licet
iſte tex.videatur facere differentiã inter depoſita-
rium & cõmodatariũ,& etiam in d.§.nũc viden-
dum.hoc tamẽ fecit Iuriſcõſultus,quia inſpexit ea
quæ cõmuniter accidunt,ſcilicet ꝙ depoſitũ fit cõ-
muniter gratia deponentis,& commodatũ gratia
recipiẽtis, particulariter tamen recipiẽdo videtur
fienda eadẽ diſtinctio,quæ fit in depoſito, ſcilicet
quia aut cõmodatũ fit gratia recipiẽtis,aut gratia
cõmodantis, aut vtriuſq;. Primo caſu,aut quæri-
mus de commodati contraria,& in ea venit dolus
& lata culpa tantum,vt l.penult.in fin. ff.cõmod.
49 aut de directa,& tunc aut † cõmodans vltrò ſe ob-
tulit ad commodandum, & commodatarius non
tenetur ſolum, niſi de dolo & lata culpa,vt l.ſi vt
certo.§.interdum.ff.cõmo. ſecundũ vnam lecturã,
vt vult Bar.in d.l.quod Nerua.aut non ſe obtulit,
ſed fuit à cõmodatario requiſitus,& tunc venit le-
uiſsima culpa,vt d.§.nunc videndũ.& l.in rebus.
in prin.ff.commo. Secundo caſu,venit ſolum lata
culpa,vt dicto §.interdum.Tertio leuis,argumen.
dicti §.nunc videndum. Ratio autẽ diuerſitatis in
commodato & precario,cum vtrunq; regulariter
fiat gratia accipientis redditur hic per gl.& Doct.
50 quia precarium † poteſt liberè reuocari,quãdo do-
mino libet,& ſic ab initio,& ex poſt facto pendet
ex liberalitate domini,& ſic quia recipiens in hoc
grauatur,in alio releuatur,vt teneatur ſolũ de lata
culpa:ſed cõmodatũ non poteſt reuocari,niſi fini-
to vſu.& iſtud voluit dicere tex.in d.l.quæſitum.§.
illud.de precario. & expreſsius per Rofr.in libellis
ſuis ſuper interdicto de precar.& Bart.in d.l.quod
51 Nerua.Quando † autẽ cõmodatur res æſtimata,an
teneatur cõmodatarius de caſu, vide Sali.& Doct.
diſtinguẽtes in l.j.C.cõmodati.& breuiter dicunt,
qa aut facta eſt in cõmodato mẽtio æſtimationis,
vt faciat emptionẽ,& tunc tenetꝰ de periculo,quia
amodo tenetur ad quãtitatẽ quæ perire nõ poteſt,
vt l.incendiũ.C.ſi cer.pet.aut fit æſtimatio,vt ſo-
lum videatur deterioratio rei, & tunc non tenetur
de caſu,niſi culpa præceſſerit caſum,aut fuerit con
uentum,vt hic not.& in dicta l.ſi vt certo. §.nunc
videndum. ff.commod.& dicta l.j.C.commo.aut
dubitatur,& quidam dixerunt venditionem præ-
ſumi,quod tamen in cõmodato,de quo loquimur,
dicit Sali.non eſſe verum,quia de eius natura non
eſt dominiũ transferre,vt l.rei cõmodatæ.ff.com-
modati.ideo dicit,quòd in dubio æſtimatio nõ fa-
cit emptionem. Et hoc probat tex.ad hoc notabi-
lis ff.de contrahen.empt.l.penult.§.fin.Circa con-
tractum mãdati eſt diuerſitas opinionum inter gl.
52 & Docto.an † veniat in eo leuiſsima culpa,de quo
per Docto.in l.à procuratore.C.mand.& ibi gloſ.
tenet quòd procurator de leuiſsima tenetur, pro-
pter dictionẽ omnem,ibi poſitam in tex.quia qui
53 omne dicit nihil excludit, & etiam quia † vt plu-
rimum mandatarius vel procurator eligitur pro-
pter induſtriam,ad quam videtur ſe peritũ profi-
teri. Salicero tamẽ hæc opinio duriſsima videtur,
& dat cauſam nõ inueniendi procuratorem, ſi hoc
ſcirent qui procuratores cõſtituuntur.Cuius fortè
rei gratia Bar.quem ſequitur ipſe Salicet.in l.eum
qui.§.ſi. ff.de furt.& etiam in dicta l.quod Nerua.
ſic diſtinguit in mãdato,quod fit gratia mandan-
tis tantum, aut quæritur de actione mandati con-
traria, & in ea venit leuiſsima culpa. ff.de furtis.l.
ſi ſeruus.§.quod verò.& §.ſeq. vbi patet,quòd te-
netur mandans facere quod faciunt homines dili-
gentiores,quod eſt leuiſsima culpa, vt ſ.dictũ eſt:
aut quæritur de actione mãdati directa,& tunc aut
in mãdato venit id quod modicam,vel quaſi nul-
lam requirit induſtriam,vt in mandato facto fide-
iuſſori,vt ſoluat & ſimilia:& tunc mãdatario im-
putatur ſolus dolus & lata culpa , vt dictum eſt ſ.
de depoſitario.& hoc probatur in l.ſi fideiuſſor.in
princip.& §.j. ff.manda.aut in mandato venit ali-
quid quod non requirit magnam induſtriam, ſed
aliquam diligentiam,vt emere aliquid, gerere ne-
gotia, & ſimilia:& tunc quicquid dicat gloſ.venit
dolus, lata culpa & leuis : videtur enim ſe aſſerere
diligentem.Sed vbi quis tenetur facere id quod fa
ciunt homines diligẽtes, dicitur teneri de leui cul-
pa,vt ſuprà dictum eſt : & hoc probatur in l.in re
mandata. C.manda.& l.ſi procuratorem.§.fin. ff.
manda.& hic in iſto textu. Aut in mandato venit
id quod requirit exactiſsimã diligentiam & indu-
ſtriam,vt in procuratore ad lites,& ſimilibus : &
tunc tenetur de leuiſsima, vt dicta l. à procurato-
re.C.mand.pro quo etiam vide Dy.in cap.cõtra-
ctus.extra eo.tit.lib.vj.& latius Bar.in dic.l.quod
54 Nerua. † In actione autem locati tenet Bart.quòd
venit leuiſsima culpa,quãdo eſt cõmiſſa in facien-
do,ſecus ſi ſit commiſſa in omittendo, vt not.per
55 eum in dicta l.quod Nerua. quia culpa † leuiſsima
in faciendo,æquiparatur leui culpæ in omittẽdo.l.
ſi ſeruus ſeruum.§.ſi cum maritus. ff.ad leg.Aquil.
& l.ſi cõſtante.§.ſi maritus.ſol.mat. vbi vide Bal.
& Paul.de Caſt.pro intellectu prædictorũ.Bal.ta-
men tenet cõtra,quem ſequitur Sali.in d.l.ſi nulla.
C.de pig.acti.per motiua quæ videte ibi.Nec ob-
ſtat caſus in l.ſi merces.§.qui columnã. ff.loca.vbi
dicit text.ꝙ à locatore abeſt culpa, ſi fecit omnia
quæ diligẽtiſsimus eſſet facturus.Ex quo videtur,
ꝙ de leuiſsima teneatur per ſupradicta,quia ibi ſu
perlatiuũ pro poſitiuo ponitur.vel poteſt dici &
verius,ꝙ culpa ab eo abeſt,ſi non fecerit quæ dili-
gentiſsimus eſſet facturus : ſed nõ ſequitur,ergo de
leuiſsima tenetur.Nam hoc ſtatui videtur in credi
tore in l.ſi nulla.alleg.& tamen de leui tantũ tenetꝰ,
vt Inſtit.quib.mod.re cõtrah.obli.§ ſi.& dum tex.
dicit, ſi nulla &c. intelligi debet de his,de quibus
56 creditor tenetur. Ex quo infert Sali.ꝙ quãdo † lex
dicit aliquem de culpa teneri , & aliter non dicit,
debemus intelligere de illa quam requirit ſubiecta
materia,ſecundum diſtinctionẽ quam ponit Iuriſ-
conſultus in dicto §.nunc videndum.Quo verò ad
actionẽ tutelæ quid veniat in ea, cùm gratia tan-
tum pupilli geratur : dicunt Docto.maximè Bar.
57 quòd † venit in ea lata culpa & leuis. l.quicquid.
C.arbit.tut.& exemplificat ibi gl.de l.periculum.
ff.ſi cert.peta.& de l.j.§.officium.ff.de tutel.& rat.
diſtr.Puta ſi tutor ſit negligens rationes conficere,
& confectas exhibere.Hinc eſt,quòd dicit ibi Bal.

quòd ita præſumitur contra illum, qui non facit
codicem rationum, ſicut contra illum qui non fa-
cit inuentarium. & idem dicit tenuiſſe Iacobum de
Aret. & Raymun. facit l. ſi quis cum falſo. §. j. ff. de
falſis. tutor autem tenetur facere inuentarium, &
ſi non faciat, tenetur ad intereſſe declarandum per
iuramentum in litem, argumen. ff. de adminiſtrat.
tutorum. l. tutor qui repertorium. Fallit tamen di-
ctum præcedens in duobus caſibus, in quibus tu-
tor non tenetur, niſi de lata culpa, in l. nomina. C.
arbit. tutelæ. & l. tutor qui repertorium. §. compe-
tit. ff. de adminiſtr. tutorum. & ſecundum hoc dicit
Bartol. quòd gloſ. quæ eſt Inſtit. de ſuſpect. tuto. §.
ſuſpectus. quæ videtur velle, quòd tutor remouea-
tur propter leuiſsimã culpam, non bene dicit. Me-
lius ſentit gloſ. in l. j. §. j. ff. de ſuſpect. tut. & ſi quis
dicat, quòd tutor teneatur propter induſtriam &
bonos mores, vt l. ſcire oportet. §. penult. ff. de tu-
torib. & curatorib. datis ab his. Hoc videtur teneri
de leuiſsima, vt ſupra dictum eſt in mandato ad li
58 tes. reſpondet Bartol. quòd hoc eſt ideo, quia † tu-
telę officium aſſumitur ex neceſsitate: ideo in hoc
releuatur, quòd ſolum de lata & leui tenetur, argu.
l. poſt legatum. §. aduocatum. ff. de his quibus vt
indig. facit l. cum quidam. C. de adminiſtr. tutor.
& l. procurator qui pro emptione. ff. de procurat.
59 Quid autem ſit in actione † negotiorum geſtorum.
diſtinguendum eſt, vt not. per gloſ. & Doctores in
l. iij. §. interdum. & l. ſi negotia. ff. de negotijs geſtis.
Et ſi quæratur, quare non tenetur de leuiſsima cul-
pa regulariter, cum pretium nõ accipiat, & ſe vi-
deatur ingerere, vt ſuprà in depoſitario & cõmo-
datario dictum eſt? Reſpondent Docto. quòd ad
hoc, vt facilius homines accedant ad gerenda ab-
ſentium negotia, ne pereant, vt ff. de actio. & obli.
l. ex maleficijs. §. j. & Inſtit. de obligat. ex quaſi con
tractu. §. j. Sed quæritur qualiter veniet culpa in
contractibus innominatis? de hoc inquit Bartol.
non poſſe dari certam regulam, ſed dat ipſe talem
doctrinam, quòd contractus innominati iudican-
tur ſecundum naturam cõtractuum nominatorum
quibus aſsimilantur, quod eſt notandum: & dicit
hoc probari per l. eum qui. §. ſi rem Inſpectori. ff.
commod. & l. j. §. ſi quis ſeruus. ff. depoſiti. & vbiq;
per Bart. & Bald. & eſt tex. in l. naturalis. §. penult.
ff. de præſcript. verbis. Quomodo verò veniat cul-
pa in actione ex teſtamento, vide not. in l. cum res.
§. ſi culpa. ff. de legat. j. per tex. gloſ. Bartol. & Bal.
Notate tamen circa præmiſſa excepto iſto, quòd
60 † inter cõtrahentes ſeruandum eſt id quod ab ini-
tio conuentum eſt, cum contractus ex conuentio-
ne legem accipiant, vt hic, & l. j. §. ſi conuenerit. ff.
depoſi. & ideo poteſt fieri pactum, quòd quis tan-
tum de dolo teneatur, qui de omni culpa aliàs te-
neretur. Item etiam, quòd de caſu fortuito tenea-
tur, qui aliàs non teneretur, & ſic de ſimilibus. Hoc
tamen ſecundum gloſ. hic, fallit in dote, vbi quis
non poteſt paciſci, quòd teneatur de ſolo dolo, vt
l. Pomponius. hic alleg. ff. de pactis dota. & hoc eſt
propter fauorem dotis, cuius conditio deterior ef-
fici non poteſt, licet bene melior, vt l. Attilicinus.
cum tribus legibus ſequentibus. ff. de pactis dota.

Item etiam, vt hic dicitur in tex. per pactũ non po
teſt remitti dolus, quod intellige ſcilicet futurus.
Præteritus autem remitti poteſt, in præiudicium
paciſcentis, vt l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. Item ſe-
61 cundum gloſ. iſtam † dolus futurus expreſſe remit-
ti non poteſt, ſed tacitè ſic, per dictum §. illud. &
ibi gloſ. & Bartol. Bald. tamen ibi intelligit ſic il-
lum text. videlicet quòd ille qui paciſcitur, vt non
agat depoſiti, videtur paciſci ſuper facto princi-
pali, vnde tollitur obligatio primitiua, & per cõ-
ſequens ſecundaria ratione doli vel culpæ. Sed ille
qui paciſcitur non agere de dolo, non paciſcitur
ſuper facto principali, id eſt, ſuper contractu de-
poſiti. Vnde hæc eſt ratio differentiæ: quia in al-
tero caſu pactum venit ad reſcindendum contra-
ctum, in altero verò non venit ad reſcindendũ con
tractum, ſed ad temperandum actionem ex eo, vt
non proponatur ratione doli: & quia inducit ad
delinquendum, ideo non tenet pactũ. Circa quam
materiam vide latius Bal. & alios in dicto §. illud.
62 Item colligitur ex tex. iſto, quòd † caſus fortuitus
à nullo præſtatur, niſi aliter ſit cõuentũ inter par-
tes contrahentes. concord. l. j. C. commodati. cum
multis ſimilibus in iure. Et quia iſte text. multa
exempla fortuitorum caſuum enumerat, pro am-
pliori declaratione & doctrina videndum eſt, quid
ſit caſus fortuitus. Doctores dicunt in l. quæ for-
63 tuitis. C. de pigno. actio. quòd caſus † fortuitus eſt
cõtingenter eueniens ſeu quoddam accidens, quod
neque cuſtodia, neq; cura, neque diligentia mentis
humanæ euitari poteſt ab eo qui patitur, vt hic,
& l. in rebus. ff. commod. in principio. & l. ad eos.
eodem titul. & ff. de acti. empt. l. ſi ea. ideo dicit tex.
quòd caſus fortuitus nullo hominum cõſilio præ-
uideri poteſt. l. ij. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſtrat.
rerum ad ciuitatem pertinen. Videte tamen aliam
diffinitionem caſus fortuiti, quam ponit gl. in §.
theſauros. Inſtit. de rerum diuiſio. & ibi Ioan. Fab.
Et eſt attendendum ſecundum Salicet. in l. j. in fin.
C. commodati. quòd licet caſus fortuitus præui-
64 deri non poſsit, valet † tamen obligatio de ſuſce-
ptione caſus fortuiti, quam quis in ſe facit, vt iu-
ribus allegatis, quamuis videtur oppoſitum, eo
quia impoſsibilis eſt eius euitatio, & impoſsibi-
lium nulla eſt obligatio, vt l. impoſsibilis. ff. de ver
borum obligat. & l. non moriturum. C. de contra-
henda & committen. ſtipul. cum concord. quia con
traria loquuntur de impoſsibilibus in ſe: ſed cum
caſus fortuiti eueniunt cõtingenter & non neceſſa-
65 rio, ſequitur q; † eorum præuiſio, & euitatio eſt in
ſe poſsibilis, ſed propter defectũ noſtræ cognitio-
nis reſiſtere non valemus. Vnde eſt magis difficul-
tas, quæ propriè reſpicit perſonam, impoſsibili-
tas verò rem. & ita eſt tenendum ſecundũ eundem
Salicet. poſt Guliel. de Cugn. ¶ Sciendum eſt vlte-
rius, ſecundũ Doctores, vbi ſ. & Io. de Ana. in cap.
66 quidam. extra de homici. q; iſti † caſus fortuiti di-
cuntur contingere dupliciter. nam quandoq; facto
naturæ, quãdoq; facto hominis. Facto naturę, puta
tẽpeſtate maris, vel grandinis vltra ſolitũ modum
cadentis, vel vt ſunt niues maximę & inſolitæ, vis
fluminis, inundatio aquarum, feruor ſolis non ſo-
litus,

litus, vis ventorum, naufragia, vel aër corruptus, ex quo generantur locustæ, similiter languores, & infirmitates etiã si contingant senectute vel mors, vt hic videmus text. & in l. interdum. ff. de iudic. vbi etiam per Angel. & facit tex. in l. fin. in princ. C. de iure dotium. Imò vult glos. quam dicit Angelus singularem Instit. de capit. dimi. in princip.
67 quòd † omnis mors naturalis, & accidentalis dicitur prouenire Dei iudicio. Probantur autem supradicta omnia ff. si quis cau. l. ij. §. si quis in iudicio. & de contrahen. empt. l. fistulas. §. frumenta. & locat. l. ex conducto. §. si vis. & §. sed & si. & l. Marcius. & ad legem Falcid. l. in ratione. in principio. & mandati. l. inter causas. §. non omnia. & de dãno infecto. l. fluminum. §. hæc stipulatio. & de public. l. Cæsar. & pro socio. l. cum duobus. §. damna. & l. si vt certo. §. quod verò senectute. ff. commod. Fa-
68 cto verò hominis † casus fortuitus contingit, puta per incursum hostium, vt l. j. C. commod. vel violentia latronũ, vt dicta l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. vel propter vim exercitus, vt ff. locati. l. item quæritur. §. exercitu. Item etiam iniusta iudicis sententia, vt ff. de hæredit. vel actio. vendi. l. ij. §. solet. & l. si per imprudentiam. de euictio. Vnde ille contra quem fertur, tanquam passus fuerit casum, alij non tenetur, secundum Bald. qui idem dicit in falso testimonio, vt censeatur casus fortuitus. Et vide per eum in dict. l. quæ fortuitis. Attribuitur etiam vis maior, & potentia cui resisti non potest. l. si merces. §. vis maior. & l. si fundus. & l. dominus horreorum. ff. locati. & etiam incendium, vt hic, de quo statim latius dicetur, quia materia eius est ma-
69 gis quotidiana. Aduerte tamen, quòd licet † violentia & vis maior casui fortuito asscribantur, hoc verum, nisi propter inimicitias alicuius fuerit illata violentia, quia tunc cum per culpam suam videatur vis illata, teneretur secundum Bald. qui ita dicit in l. si ea. ff. de action. empti. & vendi. per tex. l. si merces. §. culpæ. ff. locat. & l. penultima. soluto matrimonio. quod tamen intellige secundum illa, quæ dicentur infra in materia de incẽdio. Furtum autem an sit casus fortuitus, Ioan. Andr. mouet in cap. vnico, & ibi Imola, circa fin. extra de cõmod. & videtur q̃ sic, quia fit regulariter culpa interueniente, per id quod not. in l. j. C. depositi. per glos. & Doct. & l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. & sic culpæ debet asscribi, non casui fortuito. & hoc dicit Bald. esse verum, quando furtum est frequen-
70 ter contingens. Qualiter † autem probetur fortuitus casus, vide not. in l. scire oportet. §. sufficit. & ibi Bald. ff. de excusat. tutorum. & in l. j. §. quod diximus. ff. si quis cau. & in l. cum ita legatur. §. species. de legat. ij. & in l. si creditor. per Salicet. C. de pig. actio. & in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & vbiq; Bald. & Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de edendo. & in l. quod ad præsens. C. de murilegu. libro xj. & Innocen. in cap. quamuis. de regulis iur. & in l. Celsus. ff. de vsucap. per Bartol. & extra de regul. cap. vidua. in text. & glos. Et glos. in clemen. præsenti. de censi. & in cap. statutum. §. nullus. de rescript. lib. vj. & in clemen. quamuis. de foro competen. in cap. accedens. extra de crimi. fal. in glos. & de sent. excom. cap. si verò. Instit. de acti. §. aliæ. super verbo, actione. & l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confug. & Spec. in titul. de appellat. §. nunc breuiter. versic. quid ergo. & de dilat. §. fin. versic. in summa. & titul. de fideiusso. §. iam dicendum. versic. penult. & Institut. quibus
71 modis re contrahi. obli. §. fin. Et quia † incendium inter casus fortuitos hic enumeratur, & de hoc incendio plures visi sunt dubitare, ideo aliqua videnda sunt de incendij materia. Circa quam est attendendum, secundum notata per Bartolum in l. iij. ff. de officio præfecti vigilum. & Cyn. Bald. & Salicet. in l. data opera. C. qui accus. non possunt. & Salicet. in dicta l. quæ fortuitis. quòd ignem habere nõ est prohibitum: quia esset denegare vnum ex elementis. Sed vagantem seu immoderatum tenere est culpa. Vnde si damnum sequitur, culpæ asscribitur. Hoc autem euenit re, loco, & tempore. Re, ex quantitate lignorum, quia nimia ponuntur ad comburendum: vnde ignis fuit nimis excessiuus, & in altum nimis vagando tetendit. Loco, quia incongruè ignem tenet, & periculosè propter cohærentia vel propter se ipsum. Tempore, vt quia vento flante ignis fuit accensus in loco aperto. Et sic aliquo de his tribus casibus incendium ortum est, & damna illata. Item est sciẽdum,
72 quòd † incendia quandoq; fiunt ex proposito, & data opera: quandoq; nulla data opera, vel nulla præcedente culpa, quandoq; præcedente culpa, & hoc quandoq; in committendo, vt in exemplis s. positis. quandoq; in omittendo, vt ignem non velatum seu non coopertum dimittendo. Item etiam aduertendum est, quòd ignis quandoq; in ciuitate vel intra castra committitur, quandoq; in villa vel rure, & quandoq; habet ortum ab extra, quandoq; ab intra. Pro quorum omnium clariori declaratione est distinguendum, prout distinguit Salic. in dict. l. quæ fortuitis. & in quodam suo consilio, quod incipit, saluatoris nomine inuocato, ad quæstionem propositam, &c. quod recitat Angelus Aretinus in sua inquisitione glos. super verbo, in-
73 cendiario. Quia † aut ignis habuit originem ab intra, aut ab extra, aut dubitatur: si ab intra, aut scitur à quo, aut ignoratur: si scitur à quo, tunc casui fortuito non asscribitur, sed ille tenetur qui immisit, & si sit seruus, dominus pro eo noxaliter tenetur. l. si vendita. ff. de pericul. & commodo rei vendit. Si autem fuerit liber homo, tunc aut erat familiaris domus, aut hospes in domo: si familiaris, licet ipse de suo facto immediate teneatur, dubitatur tamẽ de patrefamilias cui seruit, quia opera illius vtitur, an teneatur ex quasi delicto suo. Et quædam glos. videtur sentire, quòd teneatur dominus, in l. ne quid. ff. de incendio, ruina, naufrag. per text. Instit. de obligat. ex quasi malefic. §. fin. sed illa glos. ibi restringitur per Bar. quãdo dominus domus tunc de facto familiæ tenetur, si familia delinquat in officio seu ministerio, in quo eius opera vtitur dominus, vt ff. de publica. l. j. §. familiæ. & de his qui deie. vel effud. l. si verò plures. §. si horrearius. & ff. nau. caupo. stabularij. l. j. §. j. & hoc tenet etiam Angelus Aretin. dicens de hoc esse casum in dicta l. si vendita. nam ibi de negligẽtia seruorum non tenetur dominus, si diligentiam debi-

tam adhibuit, sed tenetur ille seruus vel familia-
ris. Vnde dominus dando seruum pro noxa libe-
ratur, vt dicta l.si vendita. Et si ille familiaris erat
homo liber, eo ipso quòd dominus, & paterfami-
lias ipsum denuntiat, & exhibet damnum passo li-
beratur, vt not. Bartol. in simili in l.si cum exhi-
buissent.ff.de publica.& Bal.in l.obseruare.§.pro-
ficisci.in principio. ff.de offic.proconsul.& legat.
& vide text. Bartol.& Modernos in l.si seruus ser-
uum.§. Proculus. ad legem Aquiliam. & Angelū
Aretinum vbi supra, qui ita dicit se practicasse. In
74 proposito tamen dicit Salicetus, quòd † si fami-
liaris deputatus super coquina sit masculus vel fœ
mina, minus diligenter ignem tenuit, & ob hanc
causam domus conducta vel res commodata pa-
trisfamilias fuit combusta, ipse paterfamilias ex
quasi delicto teneatur. Sin autem familiaris ad co-
quinam deputatus diligenter se habuit ignem co-
operiendo & extinguendo, vt debuit, & postea a-
lius familiaris ad coquinam non deputatus acces-
sit, & ignem accendit, & minus diligenter eum te-
nuit, vel dimisit, propter quod res locatæ, cōmo-
datæ vel pignoratæ patrisfamilias combustę sunt,
paterfamilias non tenetur, quia extra officium si-
bi deputatum deliquit. Pro hoc ad legem Aquil.
l.si seruus seruum.§.si fornicarius.& dicta l.si ven-
dita. ij.responso. Si verò fuerit prorsus extraneus,
qui ignem immisit, quia non de familia, sed ami-
cus vel hospes tantum. Et tunc insurgunt quatuor
Primū dubiū. dubia. ¶ Primum est, si in domo receptus amicus
vel hospes ignem vel candelam minus diligenter
tenuit, propter quod incendium est sequutum, an
teneatur. Et dicit Salicetus, quòd sic, primo ex re-
gula generali, quia eius culpa alteri non debet esse
nociua. l.quod quis. J.isto titul.& l.siue hæredita-
ria.de negotijs gest. Secundò per tex. in proposito
facientē in dicta l.si seruus seruū.§.si quis insulam.
& §.si fornicarius.& l.qui occidit. §.in hac actio-
Secundum. ne.& dicta l.si vendita. ¶ Secundum dubium est, si
nō ipse amicus vel hospes, sed famulus suus, quem
habuit in hospitio hoc fecit, an ipse famulus tenea
tur. Et dicit Salicetus, quòd sic per easdem leges, &
Tertiū rationes. ¶ Tertium dubium est, an dominus ex fa-
cto familiaris teneatur. Et dicit Salicetus, quòd re-
spondendum est ex dictis supra, videlicet quia aut
minus diligenter tenuit in officio sibi commisso,
puta in stabulo, vbi equos aptabat & custodie-
bat, & tunc dominus teneatur, quia opera illius
ad illud officium vtitur, aliàs non teneatur. Hoc
Quartum. probant iura superius allegata. ¶ Quartum du-
bium est, si domus quæ incendio fuit cōbusta non
erat propria hospitatoris, sed sub mercede & an-
nua pensione conducta, an ipse hospitator & con-
ductor teneatur locatori. Et omissis disputationi-
bus tenet Salicetus conductorem non teneri, tum
quia ad hoc officium domum conduxit: tum quia
opera istorum non vtitur, nec eos sibi eligere vi-
detur, & sic ei culpa non potest imputari. Et hæ
sunt rationes quæ mouent legislatorem in l.j. §.ij.
ff.fur.aduersus naut.caupon. & hoc respectu incen
dium est iudicandum pro casu fortuito. Super hoc
accedat l.ex conducto.§.finali.ff.locati.& l.videa-
mus.§.fin.cum l.sequent. eodem titul.& hic in isto
tex. Et hæc omnia de primo membro principali,
quando incendium habuit ortum ab his qui erant
ab intra, & hoc constat: & quando etiam constat
à quo habuit ortum, aliàs si dubitatur, dicetur in
sequentibus. Secundo casu principali, quando in-
cendium habuit ortum ab extra, & intelligitur ab
75 extra, quia † primò habuit ortum alibi, sed succes-
siuè processit ad ædes de quibus quæritur, vel si
primò ortum non habuit alibi, sed in æde, de qua
quæritur, tamen ab his qui non habitāt ab intra,
sed ab extra originem traxit, & isto casu sic distin
guit Salicetus, quem recitat Angelus Aretinus vbi
supra: quia aut ignis fuit immissus ab hostibus vel
latronibus publicis aut rebellibus ciuitatis: & tūc
aut quæritur respectu eorum, & ipsi tenentur, vt
not. in l. data opera. & ibi Cynus, Bald.& Salicet.
ff.qui accus. non possunt. Et hoc nisi essent hostes
missi ab eo, qui iustum bellum potest indicere, ar-
gumento l. hostes. ff.de captiuis & postlimin. re-
uersis. Cæteri autē latrunculi appellantur, vt ibi.
& l.si quis ingenuam. §.in ciuilibus. eodem titul.
Aut quęritur respectu eius qui domum vel agrum
conduxit nunc igne combustum, & casus fortui-
tus debet iudicari, & ideo non tenetur locatori, vt
hic, & l.j.C.commod.& l.cum duobus. §.damna.
ff.pro socio. & l.ex conducto. §.fin. ff.locati. facie
l.penult.ff.de incend.ruina, naufragio. Et hoc nisi
culpa possit imputari conductori, vt quia fœnum
tenuit contra conuentionem & voluntatem loca-
toris in loco, vt dicta l.videamus.§.fin. cum l.seq.
ff.locati.vel etiam si fuerit incensa per eum stipula
nec obseruauit omnia quæ obseruare debuit. Aliàs
autem si obseruauerit omnia quæ oportuit, & su-
bita vis ventorum ignem produxit longius, puta
de stipula ad alterius agrum, vel de vna æde ad a-
liam, non tenetur, vt l.qui occidit. §.in hac actio-
ne.ff.ad legem Aquiliam. Dicunt etiam Doctores,
76 quòd † si conductor post conductionem captauit
sibi inimicitias suo facto, propter quas inimici-
tias fuerit factum incendium, dicitur esse in culpa,
& tenetur. l.si merces.§.culpæ.ff.locati.& per l.pe-
nult. ff.soluto matrimonio. per quem text. dicunt
quidam, quòd si propter odium scholaris, qui cō-
duxit domum, est appositum incendium, tenetur
scholaris: & idem in colono, & similibus. Dicunt
tamen ibi Baldus & Paulus de Castro hoc esse ve-
rum, quando odium seu inimicitiæ contrahun-
tur culpa conductoris. & ita loquitur textus in
dicta l.penultima. soluto matrimonio. in Grac-
cho, cuius culpa præcesserat, quia commiserat se-
ditionem. Si autem odium aut inimicitiæ præces-
serunt sine culpa aut defectu eius, iniquum & in-
humanum esset, quòd istud annumeraretur culpæ,
argumen.l.ad eos. ff.commo.& l.si ea res.de actio.
empti. Subiungit tamen Paulus de Castro, quòd
etiam vbi sine culpa inimicitiæ contractæ sunt,
77 si tamen conductor † potuit prouidere & adhibe-
re diligentiam, & non adhibuit, aut non prouidit:
vtpote quia maleuolus minatus fuit hoc facere,
nec fuit data prouisio, nec illud significauit con-
ductor locatori, tunc tenetur. & ita videtur esse de
mente glos. in dicta l.si merces. §.culpæ. & prædi-
ctā intelligas, secundum Doctores, quando odium
præce

præcedit casum, sed si casus præcedit odium, nun-
quam annumeratur culpæ, vt dicit Bald. in dicta
l. penult. soluto matrimonio. & in authent. si dica-
tur. C. de testibus. & l. athletæ. §. dat remissionem.
78 ff. de excusat. tutorum. ¶ Tertio † casu principali,
videlicet quando dubitatur an ab intra vel ab ex-
tra ortum habuerit incēdium, distinguendum est,
quia aut nulli sunt habitātes, & præsumitur ignis
immissus ab extraneo, licet ignoretur à quo: nam
sine culpa alicuius determinatæ personæ incen-
dium non procedit, quamuis quandoq; ignoretur
quæ sit illa. & ita debet intelligi dicta l. si vendita.
in principio. aut aliqui erant inhabitantes, & tunc
videtur præsumptione iuris ab illis, vel eorū cul-
pa ignis immissus, siue fuerit vnus, siue plures, vt
l. iij. §. j. ff. de officio præfect. vigi. & ibi per Docto.
Vno autem solo ibi habitante res clara est, quia de
illo solo præsumitur: si autem sint plures, insur-
git dubium an de omnibus, vel de quibus sit præ-
sumendum. Super quibus putat Salicetus sic esse
dicendum, quòd primò consideretur locus loci in
quo ignis vel incendium ortum habuerit, vt qui
in illo loco inhabitabat vel cubile seu cœnaculum
tenebat, illius facto seu culpæ asscribatur, adeò ꝙ
79 † si plures fuerunt in eodem cœnaculo, omnium
eorum asscribatur culpæ, ex quo quis eorum fece-
rit non monstratur. Hoc probatur ff. de his qui de-
iecerunt vel effude. l. si verò plures. §. si quis. & §. ꝙ
si ex mediano. Et si vnum tantum sit cœnaculum,
in quo omnes conuersationem habeant, & ibi in-
cendium traxit ortum, dicit Salicetus omniū cul-
pæ indifferenter asscribitur, vt iuribus ō. proximè
allegatis. Angelus autem Aretinus dicit, quòd nisi
doceatur à qua persona inhabitantium hoc pro-
cesserit, culpa patrisfamilias asscribitur, cuius im-
perio cæteri obediunt, quasi minorem diligētiam
iuris præsumptione adhibuerit. Et hoc probatum
esse dicit in dicta l. si vendita. vbi dicit esse ponde-
randum, quòd text. in principio facit generalem
80 regulam præsumptionis, scilicet quòd † incēdium
sine culpa patrisfamilias fieri nō potest, postea ab
illa regulari & generali præsumptione recedit in
casu certi, scilicet si constet quis fecerit, & sic con-
stat quòd paterfamilias omnem diligētiam requi-
sitam adhibuit, ita ꝙ culpæ eius non possit illud
imputari. Et pro hoc facit, vt culpæ patrisfami-
lias incendium ortum in domo asscribatur. C. de
pericul. tutor. l. si res pupillares. & ff. locat. l. qui in-
sulam. §. colonus. & l. capitalium. §. qui ob inimi-
citias. ff. de pœnis. ibi, per negligentiam eorum.
Vnde cum incendiū dicatur oriri apud patremfa-
milias illius domus, tunc illius negligentia dicitur
ortum. & ratio est, quia ad ipsum principaliter
diligentia & custodia domus, & eorum quæ sunt
in domo spectat. & si alteri diligentiam, & custo-
81 diam commisit, fuit in culpa, si † minus diligen-
tem commisit vel adhibuit, ideo de incendio pro-
ueniente ex sua negligētia tenetur, vt dicta l. si ser-
uus seruum. §. si fornicarius. ff. ad legem Aquiliā.
& dicta l. videamus. ff. locat. & Instit. de obligat.
ex quasi malefic. §. penult. ¶ Nec obstat, quòd qui-
libet præsumitur diligens & bonus, vt l. cum qui-
82 dam. de leg. ij. quia illud est verum, quadam † præ-
sumptione generali, cui derogatur per præsum-
ptionem iuris specialis, vt in cap. generi per spe-
ciem. extra eodem tit. libro vj. præsumptio enim
specialis, quòd minus fuerit diligens in custodien-
do ignem, colligitur ex incendio orto in ipsius do-
mo, vt dicta l. iij. §. j. de officio præfecti vigilum.
secundum Angelum Aretinum, qui ita refert te-
nuisse Angelum de Perusio in suo quodam consi-
lio, quod incipit, in quæstione proposita dubium
faciunt mihi plura, &c. Et pro hoc allegat l. Im-
peratores. ff. de officio præfecti vigilum. vbi domi
ni domorum monentur à lege sub interminatione
pœnæ, vt sint solliciti & attenti, ne in eorum do-
83 mibus incendia committantur. Qui † igitur non
fuerit solicitus & attentus, nedum reus, imò trans-
gressor legis est, & potest puniri, vt ibi. & in c. ij.
extra de maio. & obedien. Præsumitur ideo in du-
bio in culpa, & negligentia, cùm incendia vt plu-
rimum culpæ accedant, vt dicta l. iij. de offic. præ-
fecti vigilum. Singulariter tamen notari iubet Sa-
84 licetus, quòd † culpa, ex qua ortum præsumitur
incendium, censetur in dubio leuissima culpa, vt
notat glossa singularis Institut. quibus modis re
contrahi. oblig. §. præterea. quod est menti tenen-
dum, quia non semper tenetur de leuissima culpa,
vt superius latè dictum est. Sed iuxta hoc quæri-
tur, quid si quis incēdij arcendi causa vicinas ędes
deposuerit, an teneatur: dic quòd non, si magistra-
tus mandato hoc fecit, vt l. si alius. §. est autem &
alia. ff. quod vi aut clam. vel etiam iusto metu, vt
ff. ad legem Aquiliam. l. si quis fumo. §. j. vbi est ca
sus, quòd quis potest destruere alienū, ne destrua-
tur suum, quia secundum Bald. ibi, illud magis vi-
detur facere causa defensionis, quàm offensionis.
Tenetur tamen incendiarius ad huiusmodi damni
emēdationem, quia dedit causam damni, vt dicta
l. qui occidit. §. in hac actione. ad legem Aquiliam.
Et prædicta sufficiant quo ad materiam incendij,
quantum ad actionē ciuilem parti læsæ cōpetentē.
85 Sed est vlterius videndum † qualiter incendiarius
puniatur: de quo per Bartol. in dicta l. iij. de offic.
præfect. vigi. & per Cyn. in dicta l. data opera. C.
qui accusar. non pos. & ibi latius per Bal. & Salic.
videte xxiij. quæst. vltima, cap. pessimam. vbi tex.
& gl. Et vt breuiter ex dictis Doctorū colligatur
intentio, dicite secundum prædictos Docto. quòd
quandoq; incendium fit in ciuitate vel oppido, &
per dolum, incēdiariusq; est vilis persona, ac do-
mus fuit actualiter incensa vel aliud ædificium, vel
aceruus frumēti positus iuxta domum: quia quod
fit iuxta domū, vel ædificium, in ipso ædificio fa-
ctum dicitur, & incēdium est magnum: his omni-
bus copulatiuè cōcurrentibus incendiarius debet
igne comburi, vt est tex. & glos. in l. qui ædes. ff. de
incen. rui. naufrag. & ratio redditur per Doct. qua
re debet igne comburi, quia incendium in ciuita-
te vel oppido mortem ignis multis præparat, &
ideo mortem quam incendiarius alijs minatur &
præparat, recipit, argumen. ff. de extraordi. crimi.
l. saccularij. in ratione sui. Si autem prædicta qua-
tuor concurrunt, sed tamen incendiarius est in ali-
quo gradu constitutus, non concremabitur, sed de-
capitabitur, vt est tex. in l. capitalium. §. nonnun-

quam.ff.de pœnis. vel secundū Bald.in dicta l.data opera. iudex arbitrabitur an decapitet ipsum, vel furcis suspendat, an igne cōcremari faciat, attenta qualitate delicti, & statu personarum, argu. notatorum in l.quid ergo. §.pœna grauior. ff.de infami. Si verò incendium fiat extra mœnia ciuitatis vel castrorum,& tunc aut incendium est magnum,& dolo malo factum,& tunc etiam est pœna mortis,nisi persona delinquens sit in tali gradu dignitatis vel status,quòd vita deberet ei concedi ex benigna dispensatione.nam tunc debet decapitari,vt l.fin. ff.de incend.rui.naufrag. Et prædicta procedunt,quando dolo scienter,& appensatè incendium immissum est:dolus autem scienter præsumitur, secundum Docto. si præcesserit inimicitia inter immittentem ignem,& illum cui immittitur,vt est text.notabilis in dicta l.capitalium. §. qui ob inimicitias. quod nota. Quandoq; incen-
86 dium †committitur lata culpa,& tunc secundum quosdam antiquos Doct.pro magno incēdio imponitur pœna corporalis,minor tamē quàm pro dolo,vt ff.de incen.rui.naufrag.l.si fortuito. & est secundū eos speciale: nam pœna mortis,vel quasi mortis naturalis,vt cum membrum abscinditur, regulariter non imponitur, nisi pro dolo, vt not. in l.si in rixa. ff.de sicar. fallit autem,vt dicunt illi,in incendiario, & intelligitur hoc in vili persona.Sed Bald.in dicta l.data opera.dicit quòd fortè dicta l. si fortuito. non cogit nos dicere de pœna mortis vel mutilationis membri,& nō intelligenda de alia pœna corporali, vel grauissima pœna pecuniaria,argum.ff.ad legem Cornel.de sicar.l.j. §.diuus.vt iura iuribus concordentur. nam si lata culpa non infamat,vt not. Instit.de suspect.tutor. §.suspectus.ergo multo minus inducit pœnā mortis vel mutilationis mēbrorum,quia,vt dicit Angelus Aretinus vbi supra, ista æquiparātur, vt est text.in authent.de collati.§.prohibemus.collat.ix.
87 Intelligit tamen Bal.quòd†semper per incendiarium culpa lata debeat etiam ex eadem instantia inquisitionis vel accūsationis damnum passo resarciri, quia ciuilis & criminalis veniūt eadem lege: ideo non sunt necessarij duo processus,vt dicta l.qui ædes.de incen.rui.naufrag.pro quo facit tex. & ibi not.in l.interdum.§.qui furem. ff.de furt.& quod not.per Innocen.in cap.cùm oporteat.extra de accusar.& in cap.ad nostram.ij.de iureiurand.& Bald.in l.is apud quem.C.de eden. Aliquando in-
88 cendium†fit leui culpa tantum,& dicit Cy.in dicta l.data opera.quòd isto casu nulla pœna criminaliter punitur,sed bene punietur in emendatione damni tantum:si tamen non possit damnū emendare, luit in corpore, vt dicta l.qui ædes. vnde ex leui culpa non oritur duplex via agendi,videlicet ciuiliter & criminaliter,sed vna tantum via,scilicet ciuilis oritur,vt not.idem Cyn.in l.si quis non dicam rapere. C.de episc.& cler. Ex quo sequitur, quòd pro leui culpa non potest procedi per inquisitionem,quòd respublica non reputatur offensa, nec interest reipublicæ. nam non potest iudex inquirere ad cōmodum priuatorum,vt not.in cap. ad nostram.extra de iureiuran.per Innocen. Et ex hoc possent multæ inquisitiones impugnari, quia si constat dolum & latam culpā abesse,ex leui culpa non potest formari accusatio vel inquisitio,secundum Cyn.ad hoc ff.de abige.l.j.in fin.& l.igitur.§.si.de liber.causa.Sed Bal.in dicta l.data opera.versic.nunc de tertio.quando incendium &c. dicit quòd contra Cy.videtur casus in dicta l.si fortuito.vbi punitur criminaliter ex culpa dolo proxima,quæ est lata culpa. Itē criminaliter punitur de culpa proxima latæ,& ista est leuis culpa.Ita dicit tex.in dicta l.si fortuito.Nec obstat l.qui ædes. quia ibi loquitur de culpa leuissima,ibi dum dicit, si vero casu. vnde ibi loquitur de culpa proxima casui fortuito,& de leuissima culpa,quæ non punitur criminaliter, vt dicit Bald.aut est leuis culpa in faciendo, & punitur criminaliter:aut in ne-
89 gligendo,& nō punitur criminaliter.nam est grauior culpa facere,quàm omittere,vt ff.de vsufr.l.si cuius.§.de præteritis.Bartolus verò vult,q; etiam ex leui culpa quis puniatur criminaliter. allegat l. respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis.Sed secundum Bal.in dicta l.data opera.ibi loquitur de lata culpa,cum quis delinquit per ebrietatem.nam lata culpa est delinquere per ebrietatem. & sic non loquitur ibi de culpa leui : ideo dicit,quòd nil facit dictus §.ad hoc allegat l.omne delictū.§.penul.
90 ff.de re milit. Ebrietas†ergo nimia attenuat delictum,non autem in totum exterminat : sed parua ebrietas non minuit delictū.& allegat exemplum in diuina scriptura, quando filiæ Lot inebriauerunt ipsum.& etiā tex.in dicto §.delinquunt. non dicit culpa &c.sed dicit impetu,id est,non appensatè & deliberatè, sed subito motu : nam istud est minus delictum,quàm si esset appensatè. Vnde §. delinquunt. loquitur in tribus casibus, scilicet in dolo præmeditato,& maiori : in dolo nō præmeditato,& minori : item in casu fortuito,& sic nulla culpa.Et sic non facit pro Bartol. sed dicit Bal. quòd pro Bartolo facit dicta l.si fortuito. Sed pro Cy.allegat,quòd vbi lex loquitur de pœna,fingit pœnam in dolo & lata culpa,vt l.j.§. non autem. & ibi Bartol. ff.si quis testa.liber esse iuss.fue. Responderi tamen potest secundum eundē Bal.quòd ibi edictum pretoris requirit dolum,& ideo culpa à dolo remota, vel leuis culpa non continetur:sed vbi lex simpliciter punit factum , nec facit doli mentionē,tunc punitur culpa,nisi esset leuissima, quæ criminaliter non punitur. Et dicit quòd hoc est verū,quòd leuis culpa punitur pœna pecunia-
91 ria,non autem capitali : quia†nulla culpa leuis est capitale crimen : & sic in effectu tenet opinionem Bartol.quòd etiam ex leui culpa possit inquiri,& quis damnari nō corporaliter, sed pœna pecuniaria.quod nota. & ita saluari potest Cyn. quòd dictum suum intelligitur in pœnis corporalibus,& dictum Bar.in leuibus & pecuniarijs,vt vult idem Bal.in dicta l.si quis nō dicam. Ex quo inferri potest ad incendiariū,quòd incendiarius culpa etiam leui potest per iudicem criminaliter damnari ad pœnam pecuniariā applicādam fisco,& ad emendam damnum passo.Et hoc etiam sequitur Angelus Aretinus,vbi supra. Et hæc sint satis quantum ad materiam incendij,& declarationē casuum fortuitorum,& totius huius legis. Deo gratias.

Summar

Summarium.

1 ☞ Interesse quid.& nume.3.

2 Libellus quo damnum illatum petitur,valet.

4 Interesse est triplex,conuentum,commune,singulare.& nume.5.& 6.

7 Interesse singulare est duplex, affectionis,& vtilitatis.

8 Interesse aliud intrinsecũ,aliud extrinsecum. & numero 9.

10 Interesse quoduis quatenus petatur. & nume.11,12.13.14.15.16.& 17.

18 Interesse quomodo probetur.& nu.19.20.& 21.

22 Interesse quomodo petatur.

23 Res dicitur tanto plus valere quanto facilius potest vendi.

24 Testimonium sine causa scientiæ reddita,quando valeat.

25 Iuramentum in semiplena probatione ipsius interesse an possit deferri.& nume.26.

27 Venditor an precisè cogatur ad tradendum.

28 Venditor cõstituens se precario possidere,præcisè tradere cogitur.

29 Pœna adiecta excludit interesse.

Quatenus cuiusq; interest, in facto, non in iure consistit.

AD euidentiã præmittendum est,quid sit interesse, & secundum Accurs.in l. vnica. C.de sent.quæ pro eo quod interest profe.dicit glos.super verbo,possibile.
1 quòd † interesse est damnum emergens,& lucrum cessans ex eo, quòd aliquid fieri cessatur. Quam quidẽ descriptionem quidam voluerunt impugnare, primò quia si est damnum emergens,ergo interesse petens petit sibi damnum fieri. Sed hæc impugnatio, secundum Bald.& Salicet.est fantastica,nec est realiter loqui, quia Accursius retulit se ad communem vsum loquendi,quem etiam sequuta est dicta l.vnica.quia exponitur damnum reddatur,id est,resarciatur,vt ff.de damno infecto.l.damnum.§.cum parietem.& l.si ædibus. & ad legem Aquil. l.si seruum meum. §.in lege. vbi gl.exponit damnũ, id est,æstimatio damni. & hoc etiã vocabulo vtitur l.j.C.de ædil.
2 actio.per † quæ iura toleratur libellus, in quo quis sibi damnum illatum dari vel restitui petit. facit extra de iniur.cap.in nostra. extra quod met.caus. cap.fin.extra de priuileg.cap.quanto.de homicid. cap.sicut dignũ.de ordi.cogni.cap.ij. Alias autem huius descriptionis impugnationes videte in dicta l.j.per Sali.& earum responsiones.& per Innocen. in cap.sacro.extra de sen.excom.& per Dy.in cap. mora.extra eod.ti. lib.vj.pro commodiori tamen doctrina,secundũ do.Richar.de Salic.vt dicit Sali. in dicta l.j.possunt ad dictam diffinitionem aliqua
3 addi,vt dicamus † interesse est damnum emergens, & lucrum cessans propter factũ vel omissum quod
Quæstio. fieri,vel omitti non debuit. Secundo quærendum est,quotuplex sit interesse.pro cuius quæstionis solutione sciendum est,quòd glos.in dicta l.vnica.&
4 in l.j.ff.de acti.empti.dicit,quòd † triplex est interesse,scilicet conuentum, cõmune & singulare.Conuentum dicitur,de quo conuenit inter contrahentes vt pretiũ,vt si vendidi tibi pro decẽ Stichum: commune est si fortè idem Stichus cõmuniter tantum xv.valebat. Singulare est,quod facta relatione ad personã plus valet res puta mihi,quàm alicui alteri, cuius non interesset, ratione affectionis singularis quæ inest mihi, vt hic dicitur in gl. Sed multi doctores insurrexerunt cõtra dictas gl.dicentes,quòd tantum est vnum interesse,& ꝙ pretium rei conuentum vel cõmune non est interesse.& mouentur primò quia à quo remouetur genus, & quælibet eius species,vt ff.de fundo instruct.l.fundum. §.fin.cum similibus. sed si conuentum est cum emptore, vt nõ agatur nomine euictionis ad interesse dicit tex.quòd interesse non petitur,sed pretiũ rei, vt l.ex empto.aliàs est l.emptorem.§.si.ff.de actio. empti.Ergo ibi clarè patet, quòd pretium rei conuentum non est interesse.Item per tex.l.hæc verba. cum ibi not.ff.de verb.sig.vbi dicitur:hæc verba,
5 quanti † ea res est, nõ ad id quod interest,sed ad rei æstimationẽ referuntur:& sic patet,quòd rei æstimatio non est interesse.Tum etiã dictas gl.improbant per multa alia motiua,quæ videte per Dyn. in dicto cap.mora.& Bal.& Sali.in dicta l.vnica, & etiam responsiones ad illa.Dyn.autẽ in dicto c. mora.videtur dicere, quòd triplex sit interesse,sed alio respectu quàm dicit glos. videlicet quòd hoc damnum vel lucrũ potest tripliciter æstimari,scilicet singulariter, vt ff.de bon.liber. l.libertus qui soluendo.item communiter,vt ff.ad legem Aquil. l.si seruum meum. Item ex conuentione partium,
6 quia † potest procedere conuentio super dubia futura æstimatione damni,vt ff.de præto.stipu. l.si. non autem dicit, ꝙ pretium conuentum rei sit interesse conuentum, nec quòd cõmune sit interesse commune, nec ꝙ æstimatio singularis sit interesse singulare,vt ibi videte latius per eum. Bal.autẽ in dicta l.vnica, dicit saluando gl.quòd loquitur largo modo accipiendo interesse, prout sumimus in hac materia. Dominus verò Richardus de Saliceto,vt refert do.Bartholomęus eius nepos, tenebat quòd plures & diuersę sunt species interesse, quod probat per multa motiua,quæ notabiliter videre per eum ibi,& respõdet ad omnes rationes in oppositum factas,quas etiam videte,& ad textus superius allegatos respondet,quòd in eis non remouetur interesse generaliter,sed respectiuè,vt ibi patet. Et eius opinionem, tanquam defensantem gl. & veriorẽ sequitur Sali. pro qua declaranda pone dicit ipse,quòd propter cõtumaciam nõ restituentis rem iuro in litẽ,vt l.qui restituere.ff.de rei ven. & iuro,quòd nollem te carere pro centũ, & pono rem tantum valere octoginta,est interesse commune,ergo plures sunt species interesse,licet sub vno interesse generali cõprehendantur. Item hoc cõfirmat, quia si res æstimata datur in dotẽ,non vt faciat emptionẽ,sed ostendat deteriorationẽ,& soluto matrimonio,si res appareat deteriorata petitur æstimatio deteriorationis,vt interesse mulieris:& hoc non est interesse singulare, vt not.in l.si inter

virum.C.de iure dot.& l.ſi æſtimatis.ff.ſolu.matr.
& hoc idem poſt multa ſequitur Bal. Et attenden-
dum eſt,quia intereſſe cõuentum,quandoq; maius
poteſt eſſe,& quandoq; tantum quantũ eſt intereſſe
cõmune & non plus,quãdoq; minus,vt hoc latius
7 declaratur in dict.l.vnica,in gl.Item† intereſſe ſin-
gulare eſt duplex, quia aliud eſt affectionis tantũ:
& iſtud nõ conſideratur, nec augetur ex eo conde-
mnatio,ſi nõ ſit affectio qualis eſſe debet,vt dicta
l.ſi ſeruum meũ. ad legem Aquil.& in l.precia re-
rum.ff.ad legem Falc. licet propter eam quandoq;
actio detur,quæ aliàs non daretur,vt ff.mandati.l.
cum ſeruus.& de mino.l.ſi in emptionẽ. & dicta l.
libertus qui ſoluendo.de bo.liber. Aliud eſt inter-
eſſe ſingulare affectionis ſimul & vtilitatis, & ex
iſto actio datur,& augetur cõdemnatio,vt dicta l.
vnica, verſ.ſancimus.& ff.de in litem iurãdo.l.vi-
8 deamus.§.j. Item † omiſsis multorũ opinionibus
Aliadi- diuerſis ſciendum eſt,quòd intereſſe recipit aliã di-
uiſio. uiſionem, quia quoddam eſt intrinſecũ, & hoc eſt
ipſius rei cõſiderata bonitas intrinſeca,vel vitioſi-
tas ſeu malicia intra rem ipſam conſiſtens: quod
probatur in l.cum quid.ff.ſi cert.peta.& in l.Iulia-
nus.in princip.ff.de actio.empti.& l.bonitatis.ff.de
euictio.& hæc ipſa vitioſitas vel malitia in re ipſa
ſic conſiderata poteſt meritò dici intereſſe intrin-
ſecum,quia eſt vitium ſeu morbus rei impediẽs id
ad quod natura rem illam produxit. & hoc elegan
ter ſecundum Salic.probat tex.quem fortè non ha
bemus alibi in l.j.§.ſed ſciendum.ff.de ædil.edicto.
9 Aliud†eſt intereſſe extrinſecum,& hoc eſt duplex,
vnum proximum aliud remotum:proximũ à Iu-
riſconſultis nuncupatur circa rem,vt l.ſi ſterilis.§.
cum per venditorem.ff.de actio.empti.& hoc ideo
fortaſsis, quia cauſatur à proximo intrinſeco,&
immediatè,& ex hoc quia vel res ipſa nõ traditur,
vel non æquè bona, vt debetur. Ideo ratione co-
hærentiæ vitij,vel malitiæ ſeu ratione rei non tra-
ditæ habetur ratio huius intereſſe circa rem,quod
eſt ipſius ſolius principalis rei æſtimatio minuta
vel aucta non inſpecto aliquo corpore diſtanti vel
cohęrenti,vt dicto §.cum per venditorem.Remo-
tum autem appellamus extra rem, quia nõ eſt cir-
ca rem,& hoc eſt æſtimatio corporum ipſi princi-
pali rei cohærentium vel diſtantiũ diminutorum
ſeu vitiatorum,vel perditorum ipſius principalis
rei vitio. Et poteſt poni exẽplum in ſeruo hærede
inſtituto poſſeſſo ab alio,qui fuit in mora traden-
di,vt quia in ſe ſit vitioſa,vt d.l.Iulianus.in prin.
vel quia ſit euicta, vt l.venditor. ff.de euictio. vel
etiam non traditorũ,& tradi debent,vt dicta l.Iu-
lianus.§.ſi quid.& hoc remotum appellamus,quia
non ex re,ſed propter rem venit,& extra rem,quia
Quæ- 10 non intra,nec circa rem.Et† ſi quęratur circa præ-
ſtio. miſſa quod intereſſe veniat,& quantum,dicẽdum
eſt ſecundũ Doct.maximè Sali.quòd aut quæritur
de intereſſe conuento, & illud ſemper venit, vt ff.
rem rat.hab.l.procurator ad exhibẽdum.in fi. aut
quæritur de ſingulari, & tunc aut in caſibus certis
natura vel quantitate,& venit vſq; ad duplum in-
tereſſe quod eſt circa rem,vt l.vnica. C.de ſent.&
interloc.om.iudi. non ad duplũ eius quod eſt extra
rem.Ideo inquit Sali.falſum dixiſſe quoſdã dicen-
11 tes,quòd in dicta l.Iulianus.in prin.pretium † do-
mus quæ corruit vitio tigni veniret duplandum,
quia falſum eſt, cum dupletur id ſolũ quod eſt cir-
ca rem ipſam principalem,vt dicta l.vnica.Vnde
ad aliam rem , vel aliud intereſſe extra rem ipſam
non debet extendi. Aut in caſibus incertis,& tunc
iſtud nõ duplatur,ſed venit quantũcunq; ſit,vt di-
cta l.vnica,in verſ.in alijs.Aut quærit̃ de intereſſe
cõmuni,& tunc aut agitur ex maleficio vel quaſi,
& tunc venit quantũcunq; ſit etiã extra rem,vt ff.
ad legẽ Aquil.l.item ſi ſeruum.& l.ait lex.in fin.&
l.ſeq.& ſeq.in prin.& ff.de furt. l.inficiando.§.j.&
de condi.fur. l.iij.cum ſi. aut agitur ex cõtractu,&
tunc aut propter non factum,& venit intereſſe in-
trinſecum,& per cõſequens circa rem: quod quale
ſit,dictum eſt ſuprà, & illud totũ venit,vt dict.l.ſi
12 ſterilis. §.cũ per vẽditorẽ. De intereſſe†verò extra
rem dubitatur,ſed dicit Sali.ꝙ aut quæritur in re-
bus & corporibus acceſſorijs rei principalis,& ſic
circa rem,vt dicta l.Iulianus.§.ſi quid. ff.de actio.
empti.quæ ſic debet intelligi,& non extra rem,ſi-
cut nec de ipſa re principali,dict.l.ſi ſterilis.§.cum
per venditorẽ.Aut quæritur de alijs rebus non ac-
ceſſorijs,& de illorũ intereſſe fruſtra quęritur,cum
non debeatur.Si autẽ agitur ex contractu propter
malè factum, & tunc aut ex ſtipulatu ad duplũ,&
tunc nõ venit vltra duplũ conuenti,vt l.cum fun-
dus. ff.de euict.quia ad aliud conuentum videntur
partes ſe referre.Aut agitur ad intereſſe, & tũc aut
hoc intereſſe cõmune erat auctũ facto agentis,quia
per eũ res facta fuerat melior & pretioſior,& tunc
cõmune non aſcendit vltra duplum cõuenti,vt ff.
de actio.empti.l. Titius.in fin.cum l.ſeq.quod tene
cordi.aut erat auctũ ſine eius facto,& tunc aut cõ-
ſiſtit in damno,& tunc totum venit diſtinguendo
ſcientem ab ignorante,vt dicta l.Iulianus.in prin.
cum cõcor. Aut conſiſtit in lucro,& hoc mẽbrum
habet longiorem inueſtigationẽ.Pro cuius elucida
13 tione quærẽdum eſt, an† poſsit peti intereſſe lucri
ceſſantis.Et eſt dicendum,ſecundũ Doct.ꝙ lucrum
diuerſis reſpectibus poteſt cõſiderari,quia aut quę-
ritur de lucro,quod cõſiſtit in partu,fœtu vel fru-
ctu,& de hoc vide not.in l.videamus.ff.de vſur.&
l.ſi filius.§.j.de verb.oblig.& l.Iulianus.§.ſi fructi-
bus.de actio.empti.aut quæritur de lucro quod eſt
circa rem,quod etiã gl.vocauerunt circa rem,puta
circa augmentum,& æſtimationẽ pretij ipſius rei,
vt quia plurimi valuit poſtquàm debitor fuit in
mora tradẽdi,& tunc talis lucri habetur ratio,tam
de iure antiquo,quàm de iure nouo.l.vinũ.ff.ſi cer.
peta.l.in hac.de tritica.l.ratio.§.ſi per vẽditorem.
de actio.empti.& dicta l.vnica.C.de ſent.quæ pro
eo quod intereſt.in fi. Aut quæritur de lucro,quod
eſt extra rem,& tunc aut quæritur de lucro proue-
niẽte cũ alterius iniuria,vt eſt lucrũ vſucapionis,
& talis lucri nõ habetur ratio,nec de iure antiquo
nec nouo.l.ſi is cui. §.eius.ff.de furt. Aut quæritur
de lucro ſine alterius iniuria faciendo, & tunc aut
illud lucrum concomitatur rem ad quæcunq; vel
quocũq; vadat,& talis lucri habetur ratio,tam de
iure antiquo quàm nouo,ſiue iudiciũ ſit bonæ fi-
dei,ſiue ſtricti iuris,vt l.inde Neratius.in prin.& l.
ſi ſeruum.in verſ.fin.ff.ad legem Aquil.& l.ſi quis
vxori.

vxori.§.penult.de fur. Aut tale lucrũ rem nõ con-
comitatur,quia percipitur ex mercãtia vel homi-
nis induſtria,& iſte caſus eſt ille qui habet dubita-
tionem.ſuper quo dicit Bar. cõſiderandum eſſe, ꝙ
14 †eſt quoddam lucrum,in quo plus operatur rerum
natura,quàm hominis induſtria,vt in lucro,quod
percipitur ex fundo ſi colatur,& huius habetur ra
tio,etiam de iure antiquo.l.ſi in lege.§.colonus.&
l.ſi fundus.verſ.nam & ſi colonus.ff.locati. Quod-
dam eſt lucrum,in quo plus operatur hominis in-
duſtria,& tunc aut is qui petit hoc lucrũ eſt perſo-
na quæ non cõſueuit mercari, & nõ habetur ratio
illius lucri,dicta l.ſi ſterilis.§.cum per vẽditorem.
de actio.empti.Aut eſt perſona quæ cõſueuit mer-
cari,& tunc ratio lucri,quod fuiſſet facturus,cõſi-
deratur per reſpectum ad id quod fuiſſet facturus:
& quantũcunq; fuiſſet facturus conſideratione ha-
bita ad id quod ex pecunia ſua in mercantijs ſuis
fuiſſet lucratus,vt l.ij.§.fi.& ibi gloſ.bona.ff.de eo
quod certo loco. & eſt illa gl.multũ notanda,quia
non vult quòd conſideretur quantum alij fuiſſent
lucrati,ſed quãtum ipſe. Et ex his bene perſpectis,
15 colligit Sali.ꝙ †dicta l.vnica.C.de ſen.quæ pro eo
quod intereſt profe.nihil immutat de iure antiquo.
Pro quo facit litera ibi, quia ex eo veteres ſtatue-
runt, & cõcordes fuerunt, & ita cõmuniter tenent
Doct.licet gl.ibi ſentire videatur,quòd illa lex ad-
dat iuri antiquo. Sed pro ſuſtinẽda gl.dicit Sali.ꝙ
poſſumus dicere, ꝙ lucrũ ex mercãtia,& induſtria
proueniẽs, olim nõ debebatͬ,niſi in actionibus ar-
bitrarijs propter locũ,vt dicta l.ij.§.fi. de eo quod
certo loco. quia vbi ſimpliciter vnus eſt venditor
moroſus non tenebatͬ, niſi quanti plurimi eo loco
valuit,vbi venit,vt dicta l.ratio.§.ſi per vendito-
rem.& dicta l.ſi ſterilis. §.cum per venditorẽ.& l.
vinum.ſi cer.pet.Nunc verò per dict.l.vnicam,te-
netur in plus,quãti lucri feciſſet,ſi ad illum locum
vendendum apportaſſet,vt dicta l.vnica.quod in-
tellige, ſi probet quòd ſolitus ſit talẽ negotiatio-
nem facere,per gloſ.ſuperius allegatã.& per iſtum
modum defenſatur gloſ. Item not. ꝙ interdũ quis
16 †agit pro intereſſe,nec tamẽ petit intereſſe,vt ille
qui agit actione ſepulcri violati. l.ſepulcri violati
actio.ff.de ſepul.viola. Item quãdo quis agit que-
rela inofficioſi teſtamẽti.ff.de inoffi.teſta.l.poſthu-
mus.§.ſi quis ex his.quem tex.inducit Innocẽ.in c.
in noſtra.extra de procur.quòd ſi peto ſententiam
latam pro te caſſari,& caſſatur,vel electionem fa-
ctam de te in prælatũ,quòd ſententia iſta nocet ti-
bi etiam pro eis,qui in iudicio nõ fuerunt,quãuis
mea nõ interfuerit caſſationem petere.Illum etiam
notabilem §.allegat Innoc.in c.ſuper his.de accuſ.
quòd hæc exceptio,tua nõ intereſt,eſt dilatoria,&
ideo opponẽda ante litem cõteſtatam,& nõ poſt-
ea,& dicit eſſe caſum in dicto §.vbi Angel.hoc di-
cit eſſe falſum : quia hæc exceptio reſpicit merita
cauſæ,ergo nõ eſt dilatoria,& quòd poſsit opponi
vſq; ad ſententiã dicit eſſe caſum in l.j.ff.de inoffi.
teſta.& in l.& ideo.& l.ſiue manifeſtus.§.tam diu.
de condi.fur.& l.loci.§.competit.ſi ſer.vendi.Item
17 †etiam,quãdo quis accuſat : nam iniuria propria
dicitur intereſſe item iniuria propinquorum.ff.de
accuſa.l.hi tamẽ omnes.Item qui defendit ſangui-
nem ſuũ,dicitur defendere ſuũ intereſſe proprium.
l.j.ij.& iij. ff.de liber.cau. His ſic præmiſsis declara
hanc regulam, & pone exemplũ per præcedentia,
& etiam hic per gl.quatenus enim,id eſt,quantum
cuiuſq; interſit in facto nõ in iure cõſiſtit, cum in-
tereſſe neceſſe habeat probari,& ſic cõtinet factum
nõ ius,ſiue ſit factũ cõmune, ſiue cõuentũ,ſiue ſin-
gulare,& ſecundũ probata iudex habet iudicare.l.
illicitas.§.veritas. ff.de offi.præſi.& not.in dicta l.
vnica.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profe.
18 †Quomodo autẽ probetur intereſſe,eſt vtile ſcire.
Ideo ſciendũ eſt,quòd Docto.in hoc dicunt,ꝙ aut
quæritur de intereſſe cõuento,aut cõmuni,vel ſin-
gulari.Si de cõuento,illud probatur per teſtes vel
inſtrumenta,vt l.fi.ff.de præto.ſtip. Et dicit Bal.ꝙ
per inſtrumẽta emptionum probatur præſens rei
valor, ſi illa inſtrumẽta ſint de proximo,nec præ-
ſumitur ille valor mutatus,vt not.in l.ſi inter vi-
rum.C.de iure doti. Si quæratur de cõmuni, illud
probatur per teſtes de cõmuni pretio deponentes,
vt ff.ad leg.Falc.l.pretia rerum.& exẽplificat Flo-
rianus in dicta l.ſi ſeruũ.ff.ad leg.Aquil.ad inſtru-
ctionem eorum,qui mutuauerunt frumentũ,& re-
cipiunt æſtimationẽ eius ratione moræ,ſecundum
formam l.vinũ.ff.ſi cer.pet.nam debent articulare
& probare , ꝙ in tali anno pro maiori parte anni
in tali loco in foro publico frumentũ emebatur,&
vendebatur pro tanto pretio:nec ſufficeret ſimpli-
citer probare,ꝙ frumentũ in loco publico tantum
valuit,probat tex.dict.l.pretia.§.fi. De foro etiam
publico ideo dicitur, quia nõ ſufficeret ſi in domi-
bus priuatis plus vendebatur,vt multoties cõtin-
git,maximè tẽpore cariſtiæ,& vbi in loco publi-
co non poteſt vendi,niſi certo pretio. Circa quod
etiam videte plenè not.in l.ij.C.de reſcin.ven.& l.
ſi fundum per fideicõmiſſum.de leg.j.Addit etiam
19 Florianus, ꝙ † æſtimatio rei ſtantis ſecundũ præ-
ſens tẽpus de facili probatur,vno modo per iudi-
cem qui poterit æſtimare.l.fi. C.de iure do. impe.
in fi. Alio modo per æſtimatores aſſumẽdos.l.hac
edictali.§.his illud. C.de ſecun.nupt.& eſt ponde-
randum,ꝙ hęc aſſumptio poteſt fieri poſt dicta ita
teſtificata,ſecundum Bal.in d.l.ij.C.de reſcin.ven.
& Bar.in l.ſi quod ex Pamphila.ff.de leg.ij.Tertio
poteſt fieri,ſi ſubhaſtetͬ alta voce. Et facta vẽditio-
ne ſecundũ illam an venditor poteſt dicere ſe dece-
ptum,& ſe timore territũ vendidiſſe. ſenſit Bar.ꝙ
ſic in l.j.C.de præſcrip.xxx.ann.per l.ſi quos.C.de
reſcin.ven.ſed cõtrariũ videtur verius,quãdo cum
ſubhaſtatione res vẽdita eſt iudicis decreto interue
niente.C.de prædi.curi.l.j.lib.x.Nec obſt.dicta l.ſi
quos.quia loqui videtͬ quãdo clarè cõſtabat de am
bitione. Ex his dicit Bar.in dict.l.ij.cõſulens agẽti
cõdictione ex illa l.quòd ad probandũ ſe deceptũ,
ſufficit ꝙ ad eius petitionẽ iudex mittat æſtima-
tores,de quo ſtabitur eorũ æſtimationi,ſecundum
eum,quod nõ videtur tutũ, ſecundũ Flor. quia illa
probatio debet referri ad tẽpus venditionis. Tales
enim æſtimatores hoc de præſenti non poſſent in-
ſpicere vel videre,ergo eorum probatio nõ conclu
dit neceſſario.ff.de neg.geſt.l.eum actũ.cum ſimili.
20 Si †de ſingulari aut quęritur in actionibus,in qui-
bus iuratur in litẽ, vt ſunt actiones bonæ fidei &

arbitrariæ,quando agitur cõtra dolosum, & pro-
batur per iuramentũ in litem.l.in actionibus. ff.de
in litem iurã. aut quæritur in actionibus,quæ non
sunt bonæ fidei,nec stricti iuris arbitrariæ,& tunc
aut deuenitur ad interesse propter contemptã ma-
iestatem prætoris, & potest probari per iuramen-
tum in litẽ,vt l.qui restituere.ff.de rei vend.aut ob
aliam causam deuenit ad petitionẽ interesse, & tũc
contra dolo delinquentẽ probabitur per iuramen-
tum,vt l.si quando. C.vnde vi.& l.semper. §.hoc
interdicto.ff.quod vi aut clam.Contra alium verò
Quæstio. non dolo delinquentem probabitur per testes.Sed
tunc quæritur qualiter testes,vt probẽt hoc inter-
esse singulare,debent deponere:& dicunt gl.& Do-
ctores,ꝙ testes nõ debent esse singulares, sed cõte-
stes in æstimatione interesse singularis.sunt autem
contestes secundũ Bal.quando sunt eiusdẽ peritiæ,
& deponunt per eundẽ modum respectu peritiæ,
21 aliàs secus.Ideo secundũ omnes non†probat testis
qui deponit, ꝙ pro tanto rẽ emisset, & ꝙ sua tan-
tum interesset,sed debet dicere,ꝙ pro tanto pretio
res empta vel vendita fuisset, & tantum interesset
cuiuslibet hominis sciẽtis rei cõditionẽ,& habẽtis
rei notitiã.Et sic deponendo dicit Sali.ꝙ de causa
scientiæ deponit,arbitrando de se ad alios,& ideo
testis interrogatus de causa sciẽtiæ respõdebit:qui-
libet qui sciret rei cõditionem, & factum notũ ha
beret, vt ego, rem in tantũ sibi carã retineret, nec
pro tanto re illa carere vellet.Ideo eius tantũ inter-
esset. Quæ vt clarius pateant exẽplificat. Pone,ꝙ
librum puta codicẽ pero,in quo studui longo tem
pore, & apostillas scripsi,& memorias in eo feci.
Ex quibus causis interest mea vltra commune pre-
tium,& magis ꝙ̃ alterius, & hoc ratione affectio-
nis & vtilitatis ex prædictis insurgẽtis.Et quia nõ
traditur vel restituitur,deuenitur ad petitionẽ sin-
gularis interesse, & volo illud probare per testes.
22 Primo†articulabo cõmune interesse,id est,cõmu-
nem huius libri æstimationẽ,puta decem.Et singu
lare interesse postea in hac forma.Item quòd vltra
cõmunem æstimationẽ decẽ aureorũ interest mea
in quinq;,quia liber ille nõ est mihi traditus vel re-
stitutus,& hoc ex eo,quia in illo libro tãto tẽpore
studui,& memoriã feci,& apostillas scripsi, & sic
in tanta quantitate æstimo mihi vtile fuisse,& esse
illum librũ traditum vel restitutum mihi fuisse.Et
tantum deberet vnusquisq; æstimare mea interesse,
& cuiuslibet alterius existentis in casu meo,qui o-
mnium prædictorum cognitionẽ, & notitiã habe
ret. Et ideo cõputata cõmuni æstimatione cũ hoc
singulari interesse probare intendo mea singulari-
ter interesse in xv.librũ illũ mihi traditũ nõ fuisse,
quia pro tanto illo libro carere nollẽ.Et super ista
forma sic tradita, & articulo intellecto testes faci-
lius deponent & intelligẽt super quo habẽt depo-
nere.Et sine ista vel simili forma vix sciẽt interesse
singulare probare, & ex hac forma potes recipere
modum capitulãdi in alijs casibus similibus.dicit
tamen Flor.in d.l.si seruũ. ꝙ ad formas prædictas
debet addi hoc, scilicet cõmuniter omni fortuna,
& periculo emptoris.l.j.§.si hæres.ff.ad Treb.Item
quia sic cõmuniter empta vel vẽdita fuisset homi-
ni scienti cõditionẽ rei. l.mortis causa capit.& ibi
gl.ff.de dona.cau.mor. Adde præmissis secundum
23 eum,ꝙ†tanto dicitur res plus valere,quãto potest
facilius vẽdi & minori grauamine vẽditoris.Exẽ-
plum: si vẽdi potest sine cautione de euictione,vel
fideiussore nõ præstito,vel si vẽdi potest præsenti,
vel etiã non præsenti,sed emptori locupletiori vel
legaliori,tex.est not.in l.iiij.§.melior.ff.de in diem
24 addicti. Vnũ tamẽ notate circa præmissa,ꝙ†licet Reddi debet ratio per testem etiã nõ interrogatũ, sup. interesse singulare.
regulariter testis nõ interrogati de causa sciẽtiæ va
leat testimoniũ,etiam si de illa causa nihil dicat,vt
not.in l.solã.C.de testi.non tamẽ valet eius dictum
in probatione interesse,si de causa sciẽtiæ nihil di-
cat,secundũ Bal.& Salic.in d.l.vnica,quia ipsum
singulare interesse nõ potest in se sciri,nisi per cau
sas ipsum causantes, & quia ipsum interesse singu
lare implicat & supponit.& pro hoc facit text.in
25 d.l.vnica.verbo,subtilitatẽ.Sed an†sit locus dela-
tioni iurisiurãdi in supplementũ plenæ probatio-
nis,vbi actor probat interesse singulare per vnum
testem? & putat Bal.ꝙ nõ, quia in hoc probatio-
nis genere ratio testis procedit per viã industriæ,
& nõ per viã sensus corporalis,& ideo nõ est liqui
da probatio. & hoc dicit gl.dict.l.vnicæ voluisse,
dum dicit,ꝙ duo sunt testes necessarij, quæ est su-
per verbo,subtilitatẽ.Salicetus autẽ reliquit cogi-
tandũ,quia videt secundũ eũ,ꝙ hanc industriã te-
stis nõ habeat, nisi ex sensibus corporeis, & sic iste
26 casus†qui nõ reperit exceptus remanet sub regula
aliorũ.Pro quo facit vnũ dictũ Nic.de Matherel.
quem sequuti sunt Cy.& Bar.dicẽtes,ꝙ etiã si in-
teresse nõ esset sic directè probatũ,& iudex ex pro-
babilibus coniecturis hoc interesse videret, posset
ipse ex suo officio implorato in isto interesse con-
demnationẽ facere.& dicit hoc probari in d.l.vni-
ca.vers.in alijs autẽ casibus.& l.non ignorat. in fi.
C.de fruct.& li.expen. & expressius in d.l.semper.
§.hoc interdicto. ff.quod vi aut clã. & l.si quod ex
Pamphila.ff.de leg.ij. Adde ad hoc not.in l.si duo
patroni.in prin.ff.de iureiur.per gl.& Bal. vbi di-
cit,ꝙ qualisqualis præsumptio addita vni testi fa-
cit,ꝙ iudex in delatione iuramẽti debet huic faue-
27 re.quod not.Itẽ aduerte hic in gl.quæ vult,ꝙ†vbi Quæstio.
quis vendidit rẽ,non possit cogi præcisè ad rei tra
ditionem,sed liberatur præstãdo interesse. de quo
videte latè per Doct.in l.si traditio.C.de act.emp.
& per Bar.in d.l.j.de acti.empti.hic alleg. glos.ta-
men quæ est Instit.de cõtrahẽ.emp. §.pretiũ.super
verbo,tradatur.tenet, ꝙ si vẽditor rem habeat,co
gatur tradere,aliàs secus. & hoc tenet Sali.in d.l.si
traditio.per rationes multas.& idẽ in dict.l.vnica.
C.de sen.quæ pro eo. quod intelligit Bald.esse ve-
rum,si cõmode fieri possit,id est,si res non sit sub-
iecta euictioni,& de facili possit tradi.Nam æqui-
tas hoc dictat, quia ait prætor, Pacta seruabo. &
hoc dicit probari iure decretorũ.j.q.j.qui studet.&
est cõmunis opinio.Scias tamẽ,ꝙ dictũ etiã huius
glos.fallit in condẽnato,secundũ Ang.& Bal.in l. Condẽnatus tãtum præcise ad rei traditionẽ.
qui restituere. ff.de rei vend. vbi est casus limitans
omnia iura mundi dicẽtia, ꝙ obligatus ad rem tra
dendam liberatur soluẽdo interesse:quia hoc proce
dit,nisi quis fuerit condẽnatus:& hoc operat virtus
tus sentẽtiæ.& sic limitatur l.si rẽ tradi. ff.de verb.
oblig.& d.l.j.de acti.empti.quod notate perpetuo.
Atten

28 Attendite etiã ad vnum, secundũ Bal.ꝙ † si vẽditor
cõstituat se precario possidere, indubitãter tenetur
præcise ad rei traditionẽ, quia res facta est emptoris,
dummodo satisfactũ sit de pretio, alioquin non, vt
ff.de excep.doli.l.si pater.§.si ex quadrãte.cum pos-
set venditor retinere iure pignoris, vt l.Iulianus. §.
offerri.ff.de acti.empti.& l.si non fortẽ. §.si centũ.de
cõdi.indebi.Item dicit Bal.ꝙ si de venditione est fa-
ctum instrumentũ garentigiæ, quod habet paratam
exequutionem, vẽditor tenetur præcisè ad rei tradi-
tionem, quia habet vim sententiæ, per dict.l.qui re-
stituere.quod tenete menti. Cætera autem circa hoc
videte per Doct.in dicta l.si traditio. Vlterius super
glos.ista aduerte secundũ Bart.quòd si promisi dare
seruum cum pœna, & non dedi, quòd interesse non
consideratur in pœna, quia extra rem est, cuius non
habetur ratio, dicta l.si sterilis. §.cum per vendito-
rem.de actio.empti.& hæc hic sufficiant.

Summarium.

1 ☞ Cautio simpliciter an intelligatur cum fideiusso-
re vel pignore.& nume.2.3.4.5.& 6.

Plus cautionis in rem est, quàm in personam.

DECLARATE hanc
regulam, vt in gl.quæ clara
est, & iuribus in ea alleg.Et
in glo.ibi, dic ergo cautio-
nis, id est, satisdationis &c.
vt hæc materia liqueat, di-
cite secundũ Doct.maximè
Paul.de Cast.in l.diuortio.
§.interdũ.ff.sol.mat. Inter-
1 dum † lex imponit onus cauẽdi, ei qui aliàs erat obli
gatus, & intelligitur imponere onus de cauẽdo cum
fideiussore, aliàs esset nullius vtilitatis dicta cautio.
Ita loquit᷑ l.si cõstante.§.quoties.ff.sol.mat.vbi Bal.
& l.in omnibus.ff.de iudi.vbi Ang.& Paul.de Cast.
& l.si creditores.de priuileg.cred.& totus titulus, vt
le.no.caueatur.Interdum imponit onus ei, qui aliàs
non erat obligatus, & tunc sufficit ꝙ se obliget per
instrumẽtum publicũ absq; hoc, ꝙ det fideiussores,
quia satis operatur hæc cautio. & ita loquitur gl.in
d.l.diuortio.§.interdũ.quia nõ erat mulier obligata
ad fructus restituẽdos marito pro rata tẽporis, quo
matrimonium durauit. vnde satis est, ꝙ se obliget.
Fallit si persona quæ cauere debet, nõ esset soluẽdo,
& esset suspecta, quia deberet tũc dare fideiussorem,
arg.l.diuus.ff.de peti.hæred.& l.pe.& l.si fideiussor.
§.fi.ff.qui satisd.cog.Item fallit, quando lex dicit, ꝙ
idoneè caueatur, vel sufficiẽter.nam talia verba im-
portant, ꝙ cum fideiussore vel pignore. l.si mãdato
Titij.§.fi.ff.mand.& l.si debitori.ff.de iudi.Itẽ etiam
fallit, secundũ Paul.de Cast.in d.§.interdũ.& Sali.in
l.sancimus. C.de verb.sig. quando lex hoc onus in-
iungens esset prætoria, quia intelligitur cũ fideiusso-
ribus vel pignoribus.l.j.§.iubet. ff.de colla.bon.& l.
prætoriæ.de præto.stip.vbi per Bar.Item etiã fallit,
secundum Ang.vbi debitor miserationis gratia ha
bet dilationẽ à lege, vt in cõdemnato, cui à lege da-
tur tẽpus quadrimestre: quia interim pendente dila
2 tione poterit capi, vt satisdet: quia † dilatio nõ debet
esse nociua creditori: imò debet creditor esse cautus
& securus, ꝙ adueniẽte tẽpore sibi satisfiet. & ita di-
cit se vidisse practicari in d.l.si debitori.& in dicta l.
in omnibus.de iudi.vbi vide.circa quod vide latius
Bal.in l.vniuersa. C.de preci.impe. Idẽ est si dilatio
fuit cõcessa per principẽ, vt d.l.vniuersa. secundum
Bal.in d.§.interdũ.& Paul.de Castr.in d.l.in omni-
3 bus.Quando † autẽ hoc verbũ profertur à testatore,
intelligitur de nuda cautione sine fideiussore vel pi-
gnore, vt l.sancimus.C.de verb.sig.quod est verum,
nisi proferretur cũ verbo idonea vel cõpetenti, quia
hæc idẽ important, secundũ Ang.in d.l.si debitori.
Et idem est inter contrahentes, ꝙ verbũ cautio sim-
pliciter prolatũ intelligitur de nuda, vt vult Sali.in
d.l.sancimus.& est illi imputandũ, qui potuit legem
apertius scribere, seu sibi clarius prouidere, vt l.vete
ribus.ff.de pact.vbi autẽ ponitur verbũ satisdatio,
dic vt not.in l.j.ff.qui satisda.cog.Est tamen notan-
dum secundũ Paul.de Cast.ꝙ quando quis nõ tene-
tur dare fideiussores, saltem tenetur se obligare cum
hypotheca bonorum suorũ, vt l.filio.in fi.ff.vt leg.
nomine caueatur.& ibi Bart.& fortè cum pœna, vt
not.per glos.in l.nisi.§.quãuis.super verbo, quibus.
ff.si cui plus quàm per legẽ Falc. Pro quo vide not.
in l.ij.§.si dubitetur.ff.de iudi. vide tamen Bal.aliter
loquentem in d.l.sancimus.& Bart.in d.§.quãuis.&
4 in l.prætoriæ.ff.de præto.stip.Quid † autẽ si quis pro-
miserit aliquem facere cautũ, ad sensum alicuius sa-
pientis? glos.in d.l.si mandato Titij.§.fi.quam reci-
tant Bald.& Sali.post Cy.in alleg.l.sancimus. C.de
ver.sig.dicit, ꝙ sensus sapiẽtis est, vt legitimè liget,
& caute, non autẽ cum fideiussore: quia cõsilium sa-
pientis nõ debet exorbitare à iure, vt d.§.fi.l.si man
dato Titij. Faciunt not.in l.illa institutio.per Doct.
5 ff.de hære.instit. si † autem esset dictum, promitto te
facere cautũ, prout Titius arbitrabitur, tunc secun-
dum Docto. pro rei qualitate posset arbitrari, cum
fideiussore vel sine, prout æquitas eũ moueret. Mul-
tum enim refert, vt dicit Bal.inter arbitratorem, &
inter cõsultorẽ: quia datur potestas arbitratori iura
transgredi cum modica læsione, vt l.sed si seruũ.§.si
quis.& l.de meis.§.recepisse. ff.de arbitr.& not.in l.
cum antea.C.de arbit.quod non datur cõsultori, se-
6 cundum Doctores.Addit † ad præmissa domi.Paul.
de Castr.ꝙ quando ex dispositione legis vel statuti
quis tenetur cauere cum fideiussoribus, si tamẽ appa
ret manifestè idoneus vel soluẽdo, & nõ est suspicio
quòd desinat esse, releuandus videtur à fideiussori-
bus, per id quod not.in l.de creationibus.C.de epis.
audi.in tex.& glos.& per Bart.in l.quicunq;.ij.C.de
fundis patrimo.& saltuensib.lib.xj.

Summarium.

1 ☞ Absenti potest mandato iurisdictio tribui, licet
ante præsentationem literarum non exerceat.
2 Absentibus possunt fieri commissiones, & eorum
electiones.
3 Absens potest iurisdictione priuari.
4 Absente aliquo quando quid facere possim.
5 Præsens esse non censetur, qui nõ intelligit.& nu.6.

Qui poteſt inuitis aliquibus alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

SATIS hanc regulã declarat gl. in qua dic. vt ibi.
ff. de iudic. l. cum furioſus.
illa l. eſt arg. & hic gloſ. ſe-
1 cundum Angel. ꝙ † mãdatum iuriſdictionis collatũ
in abſentẽ tribuit iuriſdictionem ex tẽpore dat[æ] literarum, nõ ex tẽpore quo
literæ ſunt præſentat[æ] ſibi. Sed ante pręſentationem
nõ exercebit iuriſdictionem, imò vnuſquiſq; poteſt
ſibi licitè reſiſtere. C. de iure fiſci. l. prohibitũ. libr. x.
& l. vnica. C. de mand. prin. facit c. cũm in iure peritus. extra de offi. dele. Et ideo introduxit papa, ꝙ in
literis citatorijs ſemper inſeratur copia reſcripti delegatorij, vt not. plenè in c. præterea. extra de dila. &
2 ibi plenè per Innoc. Item eſt arg. quòd † cõmiſsiones
poſſunt fieri baiulis abſentibus, & ꝙ electio tertij arbitri poteſt fieri in eius abſentia. pro quo facit c. audita. extra de reſtit. ſpol. & l. iudex datus. ff. de iudic.
3 & l. munerũ. §. iudicãdi. ff. de mune. & hono. Et † econuerſo etiã ſicut inuito, & abſenti poteſt dari ſeu attribui iuriſdictio, ita etiã auferri: nec eſt neceſſe ꝙ reuocatio iuriſdictionis perueniat ad notitiã reuocati, ſecundũ Angel. in d. l. iudex datus. & Hoſti. in c. ex parte. extra de offi. dele. & Inno. in c. audita. de reſti. ſpol. & not. Doct. in l. mandatũ. ij. C. man. vbi vide.
¶ In ead. gl. ibi, quia tertius traxiſſet eos fortè ad ſententiam ſuam. dicit hic Bart. ꝙ iſtud eſt nihil dicere, quia etiã illius præſentia trahere poſſet aliũ ad ſe, &
4 in cõtrariã ſententiã. ideo dicit, ꝙ † quãdoq; poſſum aliquid inuito aliquo vigore ſui cõſenſus præcedentis, & tunc facere poſſum eo abſente. ita loquitur C. debi. vendi. pig. impe. non poſſe. l. j. & ij. & in caſu gl. hic poſito primo. Et eſt ratio, quia quãdo ſemel conſenſi, ſemper durat cõſenſus, vt l. j. §. prodeſt. ff. quorum leg. quãdoq; poſſum facere alio inuito propter defectum iuris in perſonã ipſius, & tunc aut ille alius erat talis, ad quem negotium nõ pertinebat, & tunc quod poſſum facere eo inuito, poſſum facere eo abſente, vt hic, & l. iiij. poſt prin. ff. de fideicõ. li. Si verò negotium ad illũ aliũ aliquo modo pertinet, & tũc factum eo abſente nõ valet, licet factũ eo pręſente & cõtradicente valeret, vt l. duo ex tribus. & l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. & l. ſi in tres. ff. de arbi. & l. nã ita. ff. de adop. Fallit ſi certa forma ſit data negotio, vt l. Titiũ & Mæuiũ. ff. de admi. tut. in prin. & l. j. §. ſi plures. ff. de exercit. & l. corã. ſ. ti. proxi. vide tamẽ circa hoc Bar. in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. ver. quęro an hæ-
5 res ſit requirẽdus, & c. Itẽ † de duplici pręſentia & abſentia, ſcilicet corporis & animi, vide quę not. in l. ij. §. voluntatẽ. ff. ſol. ma. vbi not. ſecundũ Bal. ꝙ præſentia corporis nõ infert de neceſsitate præſentiã intellectus. quod facit ad dicta teſtiũ, vt not. in l. teſtiũ. C. de teſti. & per Bar. in d. l. corã. ſ. tit. proximo. & faciunt not. per gl. iſtã in l. vnica. C. de erro. aduo. vbi dicit Bal. ꝙ ſi aduocatus coram iudice literaliter loquitur, & clientulus ſit idiota, ꝙ aduocati dictũ ſibi non præiudicat, licet aliàs ſic per illã l. ideo exponit ibi gl. præſentibus & intelligentibus. quãuis illa gl. ſecundum Bal. ſit facta cauſa dubitationis tollendæ, tamen nõ erat neceſſaria, quia eo ipſo ꝙ dicit, præſentibus, intelligitur & intelligẽtibus: qui enim non intelligit non dicitur eſſe præſens, vt alleg. l. coram. ſ. tit. proximo. & l. diem. §. corã. ff. de arbi. ſecundum
6 Bart. Conſulit † tamen Bal. tabellioni, ꝙ non ſcribat hæc verba pręſente parte, niſi vulgariſet ſibi dictum aduocati, quãdo cliẽtulus eſt talis, qui nõ intelligit: aliàs de facili poſſet cõficere falſum inſtrumẽtum, cũ præſentia includat intellectum, ſecundũ Bar. & Bal.

Summarium.

1 ☞ Pactum contra obligationẽ antequàm ea naſcatur, non valet.
2 Publicæ vtilitatis cauſa an poſsit alicui res propria auferri.
3 Pretium rebus an poſsit per magiſtratus imponi.
4 Statuto an poſsit caueri, vt ex facto quis ad aliquid teneatur.
5 Pactum & lex an æquiparentur, vt qui vno fieri poteſt altero fiat.
6 Reſpublica poteſt publicæ vtilitati derogare, ſed non facere contra bonos mores.
7 Actiones deſcendentes ex maleficio poſſunt poſt factum maleficium pacto tolli.
8 Offenſus licet non poſsit parcere offendenti in præiudicium fiſci, poteſt tamẽ de eius innocentia teſtimonium ferre.
9 Iniuria remiſſa in foro pœnitentiali prodeſt in iudiciali.
10 Iniuriam non petenti an quis remittere teneatur.
11 Actio ex maleficio non poteſt pacto naſci, ſed ex re ipſa.
12 Diffamare aliquem quãdo quis dicatur, vt incurrat pœnam ſtatuti.
13 Renunciare defenſioni quis non poteſt in criminalibus.
14 Appellatio etiam quæ iure nõ eſt admittenda facit ab executione in criminali ſuperſedere, donec iudex ad quem cognoſcat an ſit admittenda. & nu. 15.

Nec ex prætorio, nec ex ſolenni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt, quamuis obligationum cauſæ pactione poſsint immutari, & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, niſi tunc cum inchoaretur, pacto inter eos conuenerit.

1 EX iſta lege colligite, ꝙ † antequàm obligatio naſcitur, pactum contra eam non valet. & concor. iura hic alleg. in gloſ. Item etiam notate, ꝙ pactis priuatorũ iuri publico derogari nõ poteſt. Cõcordantię etiam ſunt hic in gl. quod intelligit gloſ. priuatorum, ſcilicet duorum vel trium. ſecus ſi ſit vniuerſitas: quia tunc ſtatuere poteſt, ſcilicet inter ſe ſtatuẽtes, nõ autem

tem quo ad cæteros, qui nō sunt de illa vniuersitate,
vt d.glos.in l.neq; pignus.§.priuatorum.ff.eo.ti.sed
inter statuētes erit ius publicū, vt iuribus hic alleg.
in gl.faciunt notata in l.periniquū. C.de iurisd.om.
iudi.adde quod not.in l.j.& ij.C.de legi. & l.ij.in fi.
C.de cōstit.pecu.& l.omnes populi.ff.de iusti.& iu-
re.& l.j.quod quisq; iuris.& in authenti. de fideiuss.
§.argentariorū.col.j.& id quod no.per Inno.in c.cū
omnes.& c.cū accessissent.extra de consti. Hinc est,
quod dicit Paul.de Cast.in l.venditor.§.si cōstat.ff.
2 communia prædi.q́ † licet propter vtilitatē priua-
tam vel publicā nō possit alicui res sua auferri, nec
debeat alter ab altero dānificari, vt ibi est tex.tamē
potest in contrarium induci cōsuetudo per illū tex.
& idē dicit esse in statuto: quia ciuitas potest facere
statutum, q́ quandocūq; communitas indigebit re
alterius, cogatur dominus vēdere. de quo dicite vt l.
iij.ff.ad legē Iul.de annonis.per Bartol.vbi vult q́
ciuitas potest statuere iustū pretium frumento, non
autem iniustū, vt not.in l.j.C.de epi.audi.& sic po-
test ciuitas cōdendo statutū, sibi dare potestatē, quā
nō habebat sine statuto. Adde eis bonū tex.in l.phi
bere.§.planè.ff. quod vi aut clā. De ista autē mate-
3 ria vtrū † possit taxari pretiū rebus per vniuersita-
tem, episcopū, vel alios magistratus, videte Bald.&
Sali.in d.l.j.C.de epi.aud.vbi cōcludit Bal. q́ in re-
bus necessarijs ad cotidianū vsum potest taxari pre
tiū, ar.notatorū in l.j.§.cura carnis.ff.de offi.præfecti
vrbi.Iustū tamē, vt vult Bar.in d.l.iij.ad leg.Iul.de
anno.In alijs rebus videte ibi per eum, & latius per
Salice.post Cyn.Infert tamen Bald. q́ cum verbo,
victus, cōtineantur vestimēta, vt l.verbo, victus.ff.
de ver.sig.q́ etiā potest taxari pretiū istis mercato-
ribus qui vendunt pannos.Itē cū etiā verbo, victus,
contineatur habitatio, vt d.l. verbo, victus. possunt
taxari hospitia, q́ non percipiat̄ de pēsionibus, nisi
vsq; ad certā quantitatē taxatā per bonos viros se-
cundū Pe. Adde ad ista secūdū Bal.in l.j.ff.so. ma.q́
si scholares nō inueniāt domos, q́ possunt cogi do-
mini ad locandū eis, vt nota.in l.decernimus. C.de
epis.& cle.& l.j.C.de studijs libera.vrb.Ro.lib.xj.&
idē secundū eū post Guli.de Cug. dicendū est in re-
ligiosis nō habētibus loca cōdecentia. Sed circa præ
4 missa quærit hic Bart.an † statutū possit facere q́ ex
facto aliquis teneat̄ in aliquo, vt puta, quicūq; per-
cusserit aliquē soluat collectas.& glo.hic videt̄ velle
q́ sic, q̄a licet pacto priuatorū nō posset fieri, tamen
potest fieri per vniuersitatē.quod facit ad illud gene
rale, quod nō pōt fieri per legē, nec per pactū.de quo
per gl.in rubrica.C.de decre. decur.li.x.cui gl.videt̄
vna glo.alia cōtraria in l.neq; pignus.§.priuatorū.
ff.e.quæ videtur dicere, q́ talis æquiparatio de pacto
5 ad legē nō † sit bona, per d.§.priuatorum.& hāc l.&
per notata in l.ij.in gl.magna.C. quæ sit lōga cōsu.
sed Bart.hic, & in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.
istas gl.reducit ad cōcordiā, q́ quādoq; aliq̄d est ꝓ-
hibitū ꝑ pactū, quia est cōtra bonos mores, & ꝓce-
dit argumentū, quod non potest fieri per pactū, nec
per legē seu statutū.& ita dicit gl.C.de decre.decur.
i rubrica.& l.leges sacratissimæ.C.de legi.& l.ij.ff.de
legi. Aut est ꝓhibitū pactū alia ratiōe, puta ratio-
ne publicæ vtilitatis, & tūc tale argumentū nō pro-
cedit, q̄a licet per pactū fieri nō possit, potest tamē

per legē vel statutū.ad quod l.de quibus.in fin.ff.de
legi.quo casu dicit Bart. non dicitur statutū contra
legem, licet aliter disponat quàm lex, vt l.pacisci.ff.
de pact.& l.pacta quæ cōtra.C.de pact.cū ibi nota-
6 tis.& ratio huius est, quia † respublica potest suæ pu-
blicæ vtilitati derogare, nō autē facere cōtra bonos
mores, secundū Bar.Itē notate ex hoc tex.iuncta gl.
7 q́ † actiones descendētes ex maleficio post maleficiū
cōmissum pacto priuatorū remitti possunt, & ipso
iure tolluntur, vt l.si tibi.§.quædā.& l.si vnus.§.sed
si pactū.ff.de pact.& ratio redditur per Bart.in d.§.
quædā.quia actiones descendentes ex maleficijs nō
causantur ex cōsensu, ideo sunt debiles. Item cū sint
pœnales, sunt odiosæ. Aduerte tamē ne decipiaris,
q́ cū ex omni crimine dupliciter possit agi, scilicet
ad pœnā applicandā parti, & ad vindictā publicā,
vt l.qui nomine.ff.de fal.& nota.in l.fi.de priua.de-
lict.licet possit pars pacisci & remittere iniuriam in
sui præiudiciū, l.pe.C.de pact.& iuribus alle.nō ta-
mē potest remittere in præiudicium reipublicæ, vt
notat gl.in l.ij.ff.ad Sil.& ibi Bart.& Bal.q etiā hoc
late ponit in l.transigere.C.de transact.& per Bart.
in l.j.§.ij.ff.de iniur.& l.j.§.& post operis. ff.de no.
8 ope.nun.dicit tamē Bal.in d.l.ij.ad Sille.q́ † licet of-
fensus nō possit parcere offendenti in præiudicium
reipublicæ, licet quo ad exclusionē suæ personæ, po-
test tamē ferre testimoniū pro innocentia offendē-
tis demonstrāda.& hoc probat tex.d.l.ij.quod bene
notate, q̄a vidi practicari. Addit etiā Bal.q́ remis-
sio iniuriæ vel cōcordia potest fieri in articulo mor-
9 tis, & † facta in foro pœnitētiali vel apud sacerdotē
valet in foro iudiciali. & alleg. d.l.ij.& gl. Instit.de
iniur.§.fi.vbi videte Ioā.Fab. & idē notat ipse Bal.
in d.l.si tibi.§.quædam.licet multæ rationes possent
fieri in cōtrariū, de quibus per Bal. in l.fi.circa finē
principij, in versic.quæro an pater possit adire hæ-
reditatē in vltimo articulo vitæ filij.C.de bon.quæ
libe.præcedēs tamē opinio videtur verior, per iura
allegata.dicit autē Bar.in d.§.quædā.post Guliel.de
Cug.q́ si quis confiteatur sacerdoti, & dicat, remit-
to tali omnē iniuriā, q́ per hoc nō est perēpta actio
iniuriarū, licet d.gl.Insti.§.fi.de iniur.videatur dice
re cōtrariū: nā secundū eū quilibet fidelis Christia-
nus tenet̄ remittere rancorē & odiū animi quod ha-
bet erga aliū, nō autē actionē iniuriarū.ergo remit-
tendo rancorem non videtur remittere actionem.
l.si domus.ff.de ser.vr.præd.Itē allegat magistrū sen-
tētiarū li.iiij.dis.xxx.q́ q̄s nō tenet̄ remittere inimi
co suo nō petēti, & aliter ei signa amicitiæ nō tenet̄
10 ostēdere: & sic verificatur illud † verbū quod dicit̄ in
oratione dominica, Sicut & nos, &c.quasi dicat, di-
mittimus petētibus.de hoc tamē secundū eum stan-
11 dū est theologis.Itē notate ex dictis glo.q́ † actiones
ex maleficio dicūtur oriri ex re, id est, ex ipso male-
ficio, vt l.ex maleficijs.in prin.ff.de acti.& obl.Hinc
est q́ ex pacto non potest oriri actio furti vel iniu-
riarū: quia oriri debet ex cōtumelia vel ipso furto,
vt dicit text.in d.l.si vnus.§.sed si pactum.ff.de pact.
Et intantū oritur ex contumelia actio iniuriarū, q́
requiritur specifica iniuria, neq; sufficeret in gene-
re allegata.verbi gratia, si dicat aliquis te esse pessi-
mū virum, nō oritur actio iniuriarū, sed requiritur
q́ descendat ad aliquā speciem, videlicet quòd dicat

aliquod homicidium vel furtũ cõmisisse aut periurũ esse vel similia.ita dicit Bar.& post eũ Bald.in l.tur pia.ff.de lega.j.quos sequitur Ang. Are.in sua inqui sitione.gl.super verb.verba iniuriosa & contume liosa.videre tex.& glo.in l.itẽ exigit prætor.ff.de do
12 lo.addit etiã do.Ioan.de Imo.in d.l.turpia.quod si sta tuto caueretur quod si aliquis diffamauerit aliquẽ,puni retur in tanta pœna, nõ dicitur eum diffamasse nisi apud bonos & graues,quia si ei non crederẽt,nõ pro pter hoc videtur alius esse diffamatus, vt ibi per eũ, & Ang.Are.vbi s.in glos.ibi,vt s.de lega.j.l.nemo. videte ibi late per Bar.& Bald.& potest etiam poni casus de notatis per gl.& Doct.in.l.pactũ inter hę redẽ.ff.de pact. & maximẽ in exẽplo quod ibi po
13 nitur per Bal.quod†in criminalibus non tenet renũtia tio,si quis renuntiauerit defensionibus quin admit tatur ad defensiones,cũ sint de iure naturali, cui de rogari non potest,vt in c.pastoralis.§.fin.de re iudi. in cle.Item potest poni exemplũ in hac lege de l.non tantum.ff.de appel. vbi in criminali causa,quando tractatur de morte naturali vel ciuili vel membri abscisione non potest per condẽnatũ vel cõdemnã dum appellationi per eum vel aliũ interpositæ vel interponendę renũtiari,licet secus esset in ciuili.l.fi. §.fi.& ibi per Bald.C.de tẽp.appel. Circa quod ad uerte notabiliter,quod etiã in casibus in quibus iudex in criminalibus appellationes admittere nõ debet, quæ notantur in l.obseruare.C. quo.app.nõ recip.si de facto fuerit interposita appellatio,& iudex non
14 detulerit prout non debet, nihilominus tamen†de bet ab exequutione supersedere, & rescribere iudici ad quẽ fuit appellatũ, quare appellationẽ nõ admi sit,& quare nõ sit admittenda , expectareque respon sum iudicis ad quem fuit appellatũ , quoniã ad illũ pertinet cognitio,an sit admittenda vel nõ,& si cõ tra faciat , scilicet quod mandet sententiã exequutioni, debet puniri.l.iudicibus.C.de app.cũ cõcord.& hęc fuit sentẽtia Baldi in l.si quis filio exhæredato.§.ij autem.ff. de iniust.rupt.& ibi eum sequitur Paul.de Cast. & ipse idẽ Bal.in l.addictos.C. de epi.au.plus dicũt prædicti Doct. quod si iudex faceret interim exe quutionẽ,debet puniri eadẽ pœna qua puniunt cõ demnatũ,etiã si condemnatus erat verẽ criminosus, quia saltẽ habebat iustã defensionẽ pendente appel latione:ideo habebatur pro innocente.& allegat ad hoc text.singularẽ in l.lex Iulia.ff. ad leg.Iul.repe.vbi iu dex punit vniformiter,si puniat innocentẽ,vel no centem habentem iustam defensionem: quod per petuo tene menti.Et prædicta dicit Pau.de Cast.esse vera,quãdo appellatur à diffinitiua.si autẽ ab interlo cutoria,si iudex non admiserit,ipse poterit interim procedere,donec sibi per iudicẽ ad quẽ fuerit inhibi tũ,& valet processus,in c.non solũ.& c.cũ appella
15 tionibus.extra de appel.lib.vj. Subiungit†tamẽ idẽ Pau.de Cast.quod quando periculũ est in mora,iudex qui appellationem non admisit,ex aliqua iusta cau sa potest ad exequutionem procedere, non expectato aliquo respõso iudicis ad quem,& ei postea scribere causam quare appellationẽ nõ recepit,sed fuit exe quutus:& si illa causa est legitima,nõ punietur,per dictũ text.in §.eius qui.facit text.in l.de pupillo.§.si quis.ff.de noui ope.nun.& quod notatur per Bar.si autẽ non est legitima,& debuisset eam recipere,di cit Paul.contrariũ,per illum tex.sed quãdo pericu lũ nõ est in mora, etiã si subsit iusta causa quare ap pellatio nõ sit rescindenda,non propterea debet ad exequutionẽ procedere,sed expectare quod iudex supe rior responsum faciat,& mandet quod fiat exequutio. & ita intelligitur ille tex.quæ interim tene cordi.

Summarium.

1 Conueniri quatenus facere possunt,qui debeant
2 Exceptionis ope defenditur quis , ne conueniatur vltrà quàm facere posit,non ipso iure.
3 Exceptio ne conueniatur quis vltra quàm facere posit,an sit dilatoria vel peremptoria.
4 Excipiens ne cõueniatur vltra quàm facere posit, an probare teneatur paupertatem suam.
5 Donator quando gaudet priuilegio , ne conuenia tur vltra quàm facere potest.

Diuus Pius rescripsit,eos, qui ex libe- ralitate conueniuntur, in id,quod facere possunt,condemnandos.

DONE exẽpla vt in glos. & in l.sunt qui in id. ff. de re iudi.cum sequẽtibus tri bus.Et pro declaratione no
1 tate,quod†quidã condemnan tur quatenus facere posũt & nõ insolidũ propter re uerentiã eis debitã, vt sunt parẽtes & patroni & simi les,vt l.alia.§.eleganter.cum l.seq.& l.etiã.§.licet.ff. solu.mat.quidam propter naturã contractus,vt so cij,cũ societas habeat vim fraternitatis. ff. pro soc. l.verum.in prin. Quidam ex facti accidentia,vt est videre in his qui cesserunt bonis.facit quod nota.
2 per Dy.in §.sunt præterea.Instit.de acti.Et†aduerte quia ope exceptionis habẽt hoc priuilegiũ,nõ autẽ ipso iure,& ideo secundũ Bar.in d.l.sunt qui.& ibi Ioan.de Imol.procederet libellus in quo agẽs pete ret eos insolidum & simpliciter condẽnari, vt l.pe nultima.ff.quod cũ eo.quod etiam tenuit Ia.de Ra.
3 vt refert Dy.in d.§.sunt preterea.† Vtrũ autem hęc exceptio sit dilatoria vel peremptoria,sunt opinio nes,de quibus in l.ij.ff.de excep.& in c.inter eos.de re iudic.finaliter potest dici secundũ glos.& Doct. quod est verẽ dilatoria solutionis, quia lex præsumit excipientem posse fieri diuitẽ.l.circa. §.j.ff.de mun. & hono.& l.si defunctus.C. arbi.tut.quod apparet esse verum quod actionem non perimit.Nam si perue nerit ad pinguiorẽ fortunã,poterit conueniri.& in hoc dicitur temporalis & dilatoria, & etiã alio re spectu,scilicet quo ad impediendã vel inducendam repetitionem soluti.l.in diem.& l.quod nomine.& l.nam maritus.ff.de condict.indebiti.sed habito re spectu quod post sententiam in exequutiõe potest obijci, vt l.Nesennius. de re iudi.& l.ex diuerso.§.j.ff.solu. matr.& etiam quia non impedit litis contestationẽ sicut nec peremptoria regulariter,vt in c.j.extra de litis contest.libro vj.potest dici peremptoria.& ita dicit Imola in dicta l.inter eos. & in ea. Odoardus. extra de sol.declarat autẽ hoc clarius Pau.de Cast.in l.maritũ.ff.so.ma.dicẽs quod ista exceptio cõgruit cõ dẽnationi & ipsam moderatur,si opponatur ante con demna

Quæstio.

demnationē factā, & facit ne condēnetur vltra q̄
facere possit. Si autē nō opponatur ante, sed post,
moderatur exequutionē, licet condemnatio sit fa-
cta in solidū, vt dicta l.ex diuerso.§.fi. Obligatio-
nem verò nō moderatur, quia insolidū est obliga-
tus, & insolidum potest agi, vt l. penultima. ō.
quod cum eo.& quod notat Bart.in l.si dubitetur.
de fideiusso.& Sal.in l.j. C.de iu.& facti igno.quia
ideo hęc exceptio opponitur post sentētiam, quia
non contradicit sententiæ, nec eam impugnat, sed
4 exequutionē modificat. Sed † quæritur an ille qui
nō potest cōueniri nisi inquantū facere potest, de-
beat probare se esse pauperem vel insufficientē ad
solidam restitutionē. Dy.in quodā consilio tenuit
q̄ sic, aliàs nō gaudet hoc priuilegio: quod nō pla-
cet Paul.de Cast.in d.l.maritum.quia ista est mera
negatiua, quæ non potest congrue probari. Suffi-
cit ergo secundū eū, si dicat se nō habere in bonis,
nisi talē rem & talem: & qui asserit cōtrarium, de-
bet hoc probare, per glos.notabilem, quæ est in l.
5 cū de lege.ff.de prob. Et † aduerte ad prædicta, quia
istud priuilegiū habet donator quādo conuenitur
actione personali, secus si cōueniretur actione rea-
li, quod potest esse si res donata ex post facto redis-
set ad eū. Nā tūc cū cōueniatur vt quilibet posses-
sor, non vt donator, non habet priuilegiū. l. Nesen-
nius.§.qui fundū.ff.de re iudic.& hoc voluit Ioan.
de Imol.in l.quid quod.in principio. ff.de donat.
6 An † hoc procedat in marito si cōueniatur in rem
ab hæredibus mulieris; Bar. variauit de quo dici-
tur, vt l.si constāte.in princip.& l.si filio.ij.ff.so.ma.
vbi videte Bal.& Paul.de Cast. Item etiam in ma-
rito quādo solutū est matrimoniū prædicta proce
dunt, sed si cōstante matrimonio propter pauper-
tatē mariti agatur actione de dote ad eius consum-
ptionē per l.si constante.alle.ff.sol.ma.& l.vbi.C.
de iur.do.non gaudet hoc priuilegio, quia conser-
uatur dos vt deseruiat oneribus matrimonij, & sic
ipse vir cū vxore alatur, vt not.in d.l.si cōstante.
per Bar.& Pau.in d.l.maritū.e.tit.vbi latius vide.

Summarium.

1 ☞ Vitiosum ab initio, non potest tractu temporis
conualescere.
2 Infantis spōsalia tractu tēporis non conualescunt.
3 Tempus non est modus tollendæ vel inducendæ
obligationis, nec actum conseruandi.
4 Hæredis institutio vt valeat, oportet eum esse ca-
pacem tribus temporibus, testamenti, mortis &
aditionis.& nume.5.
6 Testamentum initio nullum, non cōualidatur ob
priuilegium.
7 Tempus delicti inspicitur in qualitate personæ.
8 Legatum initio nullum, postea non conualescit.
9 Rescriptū ob excommunicationē initio nullum,
postea non conualidatur.
10 Sententia initio nulla, non conualidatur.
11 Electio facta à minori parte non validatur, etiam
si omnes postea consentiant.
12 Manumissio à nō dño facta, nō validat̃ si fiat dñs.
13 Libertas nulla præscriptione læditur.
14 Actus initio nullus quando postea conualidetur.
& nume.15.& vsq; ad finem legis.

Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere.

1 HAEC † regula locum habet in
cōtractibus, in vltimis volūtati-
bus, in rescriptis, in iudicialibus,
in electionibus, & in libertatibus,
vt i.patebit ex processu, ex exem
plis quæ hic ponūtur per glo.&
per gl.Dy.& d.Bon.de Ama.in c.nō firmatur.ex-
tra e.ti.lib.vj.quod sumptū est ex hac l.nā in cōtra
ctibus exemplū ponitur secundū glo.hic & in d.c.
nō firmatur.per gl.& Doct.primò de l.inter stipu-
lantē.§.sacram.ff.de verb.oblig. vbi stipulatio fa-
cta de homine libero, de re sacra, vel vsui publico
deputata, cū sit ab initio vitiosa non firmatur tra-
ctu tēporis, quanquam huiusmodi homo liber vel
res promissa fuerit ex post in seruitutem redactus,
vel profanata, aut in priuatos vsus redacta. Itē po
ne exemplū per c.vnicū, extra de despōs.imp.li.vj.
2 vbi si duo † infantes vel vnus infans & alius nō in-
fans cōtraxerint spōsalia, quia ab initio nō tenue-
rūt, solo tractu tēporis nō cōfirmant̃. Idē est si duo
impuberes vel vnus pubes & alter ipubes, nō tamē
proximus pubertati, ita q̄ malitia non suppleat
ætatē, cōtraxerint matrimoniū per verba de prę-
senti: quia ab initio nō tenuit propter defectū con
sensus, tractu solo tēporis nō cōfirmatur, vt ibi. Ra
3 tio autē huius regulæ est, quia † tēpus solū per se si-
cut nō est modus tollēdæ vel inducēdæ obligatio-
nis, vt l.obligationum ferè.§.placet. ff.de actio.&
obliga.& c.peruenit.extra de cēst.& x.q.iij.c.quia
cognouimus. sic nec confirmandi actū de iure non
subsistentē modus est, quia cōfirmatio huiusmodi
idē esset quod ipse actus, vt no.d.Bon.de Ama.vbi
s.& l.obuenire.ff.de ver.si. In vltimis volūtatibus
pone exemplū secundū gl.& Doct.de l.sicut.C.de
fal.vbi testamentū vel aliud iudiciū testatoris fal-
sum nō cōfirmat̃ tractu tēporis. Itē institutio hære-
dis quę ab initio nō valuit, ꝓpter personę testātis
inhabilitatē, vt quia erat ipubes, vel filiusfa.vel fu
riosus, vel seruus, vel captus ab hostibus, nō cōfir-
mat̃, licet impedimēta ex post facto cessent, vt l.si
filius.& l.eius.ff.de test.& l.j.§.j.de leg.iij. & idē est
secūdū Bon.de Ama.si institutio nō valuit ꝓpter
defectū personę institutæ, quia nō erat capax, non
cōfirmatur, licet postea fuerit effectus capax. & ita
4 intelligitur l.penul.§.isto ti.nec mirū, quia † vt va-
leat institutio hæredis, oportet q̄ hæres institutus
fuerit capax tribus tēporibus, scilicet tēpore testa
mēti cōditi, mortis testatoris, & aditionis hæredi-
tatis. l.si alienū.§.in extraneis.ff.de hær.inst. & hac
ratiōe determinat ibi Bal.quęstionē, q̄ si pater in-
stituit hęredē filiū suū qui erat frater minor, & de-
mū viuēte patre efficiat̃ monachus cuiusdā mona
sterij capacis, vel ꝓmoueat̃ ad episcopatū, nō pōt
succedere ex testamēto, quia tpe testamēti non erat
capax. nec obst.l.hac cōsultissima.§.ex imperfecto.
C.de test.quæ vult q̄ testamentū imperfectū valet
inter liberos, qa scd'm eū intelligit̃ de iperfectione
quo ad solennitatē, nō quo ad capacitatē, nec etiā
quādo est imperfectio quo ad voluntatē, vt est gl.
sing. in l.fi.C.fa.ercis. Et idē dicit Bald. in succes-

Nota pro limitatione §. ex imperfecto. in l.hac consultissima.C. de testa.

sione ab intestato: verbi gratia, quidã habebat fi-
lium fratrem minorẽ, decessit intestatus, post mor-
tẽ suam iste frater minor factus est monachus mo-
nasterij capacis vel Episcopus, & sic factus est ca-
pax, quæritur quis succedat i bonis paternis, vtrũ
5 †iste an agnati: & dicit quòd agnati, quia fuit eis
quæsitũ retro ius adeundi: ideo filius succedere nõ
potest, quia inspicitur tempus mortis, vt ibi no-
tatur. & ad hoc facit l. intercidit. ff. de conditio. &
demonstr. & l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. &
posth. & idẽ dicit esse in quocunq; incapace, quod
tene menti. faciunt notata Insti. de hæ. qua. & diffe
6 rentia. §. si alienis. Et idem dicendum est vbi† testa-
mentum est nullum propter defectum solẽnitatis,
quia licet testator postea acquirat priuilegium, ꝙ
possit testari sine solẽnitate, nõ propterea recõua-
lescit testamentũ nullum, vt est casus notabilis in
l. Titius. ʃ. de testam. milit. quam Bald. sic summat:
Qualitas quæ certo tẽpore requirit, postea super-
ueniens non patrocinatur. quod facit secundum
eum ad quæst. statuti dicẽtis, quòd dominus tenea
tur pro famulo, quòd si tempore delicti non fuerit
famulus, sed postea factus est famulus quòd non te
neatur dominus. allegat l. in delictis. §. si extraneus.
ff. de noxa. facit etiã ad quæsi. statuti dicẽtis quòd
mitius puniatur miles quàm domicellus, ꝙ si quis
tempore delicti erat domicellus, postea factus est
7 miles, punietur ac si esset domicellus: quia† inspici-
tur tempus actus celebrati, & ad illud tempus de-
bet referri consideratio qualitatis personæ. facit l.
j. ff. de pœn. & dic vt ibi notatur. & vide pro hoc
quod notat Bar. in l. posthumus præteritus. §. fin.
ff. de iniusto test. & Bal. in l. seruis. C. de lega. Item
etiam ponitur exemplũ in legato, quod ab initio
est inutile propter personam legantis tantum, vt
8 †quia non poterat testari, & consequenter nec lega
ta relinquere, vt l. ij. ff. de leg. j. vel propter personã
legãtis & legatarij, vt quia legat testator seruo suo
vel legat hęredi à se ipso, vel propter personã lega
tarij vel eius à quo præstandũ relinquitur, vt quia
legatur seruo suo hæredi, vel relinquit seruo legatũ
sine libertate: vel ratiõe rei legatæ, vt quia legãtur
mormora & colũnę domibus iniũctę, nõ cõfirma-
tur tractu tẽporis, licet cessauerit causa impedimẽ
ti, vt l. j. ff. de regula. cato. & l. cætera. in principio.
extra de leg. j. & l. seruus. C. de lega. & Insti. de lega.
§. an seruo. In rescriptis ponatur exemplum per c.
9 j. extra de rescrip. li. vj. vbi† rescriptum ad lites im
petratum ab excõmunicato non valet, nisi super
articulo appellationis vel excõmunicationis, nec
confirmatur, licet tractu temporis sequatur absolu
tio. Item potest poni exemplum in cõcessione gra
tiæ factæ patienti defectum ætatis, quo ad benefi-
cia curata: nã non cõfirmatur tractu tẽporis maio-
re ætate adueniẽte ante vacationem beneficij cura-
ti, quia gratia fuit ab exordio vitiosa, vt c. si eo tẽ-
pore. de rescrip. libr. vj. In iudicialibus exemplifi-
ca in prolatione sententiæ excõmunicationis post
10 & cõtra legitimam appellationem: nam† cum ab
initio non ligauerit, non ligat ex post facto tractu
temporis, quanquam per negligentiã fuerit appel
latio deserta, vt extra de sent. excom. c. licet. libr. vj.
Potest etiam poni exemplũ in processu facto à nõ
habente iurisdictionem ab initio, quæ licet postea
superuenerit, non confirmat retrò nulliter factum
secundũ notata Bal. & Sal. cõtra glo. in l. vnica, C.
qui pro sua iuri. iud. dare da. ve. pos. vbi videte.
Item in sentẽtia quæ nulla est ipso iure, quæ tractu
temporis nõ confirmatur. l. si expressim. ff. de ap-
11 pel. In electionibus poni potest exemplum in† ele-
ctione facta à minori parte capituli, quæ cũ ab ini
tio non teneat, tractu tẽporis etiam cõsensu maio-
ris partis nõ cõualescit, vt c. auditis. extra de elect.
vbi ponitur ratio huius regulæ. facit ca. indemni-
12 tatibus. §. si qua verò. eo. tit. de elect. li. vj. † In liber-
tatibus potest poni exemplum in manumissione
serui alieni à nõ domino facta: nam ab initio non
tenuit ex quo dominus non cõsensit, vnde non cõ-
firmatur tractu temporis, licet dominium super-
ueniat manumissori, vt l. si seruo. ff. qui & à qui-
bus. & facit l. si nõ proprietatem. C. de ijs qui à nõ
13 domino manu. †Item in detẽtione hominis liberi
pro seruo: nam quanquam permanserit in deten-
tione per triginta annos, non tamen læduntur seu
mutilantur iura libertatis hac sola tẽporis longin-
quitate, secundũ de Amanatis, qui allegat xvj. q. iij.
§. potest. Et quia contra quodlibet membrũ multa
possunt formari contraria, Ad euitandum ea dic,
14 ꝙ† interdũ actus qui à principio fuit nullus de iu-
re, remansit cum suis qualitatibus non alteratus in
aliquo, & tunc per solũ temporis cursum non va-
lidatur, vt in hac l. & c. non firmatur. e. ti. lib. vj. &
exẽplis supra positis. Interdum fuit tẽporis tractu
alteratus, & hic accipi possunt tres casus: quoniã
aliquando cessauit causa impediens actũ, & super-
uenit causa actũ confirmans, & tunc actus valida-
tur, vt ex nũc, non vt ex tunc, vt l. j. C. de contract.
iudi. & l. per fundum. ff. de ser. ru. præd. & c. propo-
suit. extra de coniug. seruo. vbi matrimoniũ con-
tractũ inter hominẽ liberũ & ancillam quam crede
bat esse liberã non tenet etiã sequuta carnali copu
la: tamẽ ratificatur, si habita ex post sciẽtia ꝙ esset
ancilla, eã carnaliter cognouit, cum etiã ibi est fa-
uor matrimonij, vltra superuenientẽ scientiã ser-
uitutis: facit l. j. C. de ijs qui à non do. ma. Aliquã-
15 do† cessauit solũ causa impediens & nõ superuene-
rit cõfirmans, & tũc actus non confirmatur, vt l.
inter stipulantem. §. sacrã. ff. de ver. ob. & l. eius. &
l. si filius. ff. de test. Aliquãdo verò superuenit causa
confirmãs, & non cessauit impediẽs, & tũc aut im
pedimentũ veniebat ꝓpter fauorẽ singularis per-
sonæ, & tũc per ratihabitionẽ tacitam vel expres-
sam illius personæ actus validat, quia de eius præ-
iudicio tractatur, vt l. iij. C. si maior fact. sine decr.
fact. alie. ra. ha. & l. si fundus. §. j. ff. de pig. nõ autem
per ratihabitionem alterius, vt l. obligari. §. tu-
tor. ff. de auto. tut. & Insti. de auto. tuto. §. tutor. aut
actus erat nullus propter defectũ alicuius cõmuni
tatis vel capituli, & actus non cõfirmatur, vt c. au-
ditis. extra de elect. cũ similibus. & ista pro maiori
parte sunt dicta Dy. in d. c. nõ cõfirmatur. quibus
aliqua addidit do. Boni. de Ama. in d. c. Quia tamẽ
superius dicta nõ sufficiũt multis cõtrarijs: ideo vt
16 cũcta cõprehendantur, cõcludit† ꝙ illud negotiũ
quod est annullandũ solũ propter defectũ cõsensus
alicuius nõ præstiti, cõfirmat quandocũq; interue-
niat

niat cõsensus illius.pro quo l.per fundũ. allegat.ff.
de seru.ru.præd.& l.receptũ.§.cõmunia præd.& l.
in cõcedendo.de aqua plu.ar.fallit quando cõsen-
sus est præstandus certo tẽpore.nam sera esset prę-
statio post tẽpus.l.bonorum.ff.rem ra.ha.Secunda
27 conclusio,negotium † gestum quod est nullũ solum
propter defęctum consensus alterius non præstiti,
confirmatur quandocunq; accedat cõsensus illius.
18 pro quo l.si fundus.§.j.ff.de pigno. Tertia † conclu
sio,quòd vbi actus celebratus est annullãdus pro-
pter contemptum alicuius qui vocari debuit,&
non fuit vocatus, confirmatur quandocũq; inter-
ueniat illius consensus:pro quo facit c.quod sicut.
de electi. & licet illa decretalis solum loquatur in
duobus contemptis de his qui ad electionem erãt
vocãdi,tamẽ videtur idem, esse secundũ do.Boni.
de Amanatis,si essent plures numero, cũ sit vbiq;
eadem ratio,arg.l.illud.ff.ad legem Aquil.Quarta
19 cõclusio q † vbi per talẽ contemptũ actus esset nul
lus, non confirmaretur accedente ex post cõsensu
illius sic contempti, pro quo l.si in tres.& l.sicuti.
ff.de arbi.& l.duo ex tribus.de re iud. Est autem ra
tio differentiæ inter hanc conclusionem & præce-
dentem, quia in hac conclusione ille,qui contem-
ptus fuit,nõ prætendebat nec prætendere poterat
proprium interesse,quia damnum & commodum
spectabat ad alium,scilicet ad compromittentem
cuius intererat,vt iste non esset contemptus : qũia
forsitan sua præsentia traxisset alios in suam opi-
nionem,vt dictis iuribus:vnde ex forma iuris erat
quòd omnes essent præsentes , & sententiarent : &
quia hęc forma non fuit seruata,non valet sentẽtia
à præsentibus lata, vno contempto,& sic sequens
eius confirmatio non proficit,quia sua non inter-
erat,argu.l.soluendo. ff.de nego.gest. sed in cõclu-
sione præcedenti contemptus certabat de suo pro-
prio interesse,quia iure suo habebat vocem in ca-
pitulo, & ideo potest confirmare factum in suum
præiudiciũ,vt dicto c.quod sicut.& c.quia R.e.tit.
20 Quinta conclusio,quòd † vbi actus est nullus pro-
pter incapacitatem vel impotentiã seu inhabilita
tem personæ exercentis actũ non confirmatur per
solam capacitatẽ, potentiã vel habilitatem super-
uenientem,siue loquamur in vltimis volũtatibus,
vt l.j.§.j.ff.de leg.iij. & l.si filius.& l.eius. ff.de test.
siue loquamur in cõtractibus. ar.l.fi. C.si ma.fact.
sine decr.fact.alie.ra.ha. & l.is cui. ff.de ver.oblig.
siue in delictis, vt l.j.C.de fal.mo.cum similibus.si
ue in iudicijs,vt l.ij.C. communia vtriusq; iudi.&
l.priuatorum.C.de iuris.om.iudi.siue in alijs acti-
bus,vt l.si seruo alieno.ff.q & à quibus ma.li. &c.
21 Ex quo infertur secundũ de Amanatis,q † collatio
beneficij pertinẽtis ad collationem Episcopi facta
à non Episcopo,non cõfirmatur licet fuerit factus
Episcopus is qui cõtulerat. Nec obstat; c.eã te.ex-
tra de rescript.vbi mandatũ directum capitulo te-
netur exequi vnus de capitulo effectus Episcopus,
si mandatũ fiebat de præbenda pertinente ad col-
lationem Episcopi : quoniã ibi collatio non fue-
rat facta per non habentem potestatem,hic autem
sic secundũ Boni. de Ama. vel potest aliter respõ-
deri,vt notatur per Cõpostel. in d.c.eam te. Sexta
cõclusio,q vbi est nullus propter incapacitatẽ eius
cuius fauore vel gratia vel cũ quo actus exercetur,
non confirmatur per solam capacitatem superue-
nientem,& hoc locum habet in vltimis voluntati-
bus,vt l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hęred.insti.
& sic in vltimis istis voluntatibus actus nullus tri
pliciter nõ recõualescit,scilicet propter defectũ te-
statoris,propter defectum instituti,& propter de-
fectũ solennitatis,vt dicta l.Titius.ff.de testa.mili.
vt superius dictum est:secus autem esset, si propter
alium modum esset nullus,vt l.si quis soluendo li.
ff.de hær.insti.Et propter hoc determinatũ quæstio
22 de † testamento vsurarij manifesti,quod est nullum,
si non præstitit cautionem de restituendis vsuris,
vt in c.quãquam.extra de vsur.li.vj.si post factum
testamentũ ipsam præstat, reconualescit testamen
tum,quia illa cautio non respicit solennitatem,cũ
potuerit fieri dudum ante testamentum : & illa di-
cuntur concernere solennitatẽ testamenti, quæ tẽ-
pore ipsius testamenti debẽt adhiberi,& vno con-
textu,ita dicit Paul.de Cast.in d.l.si filius.& Bart.
in l.filio pręterito.i si.ff.de iniusto,rup.& irri.test.
& Ioan.And.in d.c.quãquam.in nouella.& tangi-
tur per Bal.in l.posthumo.C.de bo.pos.cõtra tab.
qui aliter videtur dicere , vbi vide latius. Habet
etiam hæc conclusio locum in cõtractibus,vt l.ij.
C.de don.inter vi.& vxo. secundũ dom. Bonif.&
in iudicijs, vt l.cum & vos minores.C.si aduersus
rem iudi.iuncta l.iij.§.ij.ff.de mino.& etiam in de-
lictis,vt l.item apud Labeonẽ. §.si quis virgines.
ff.de iniur.& etiam in alijs actibus,vt c.si eo tẽpo-
23 re.extra de rescrip. lib.vj.Ex † quo infert dominus
Bonifacius,quòd si beneficium curatum confera-
tur patienti defectũ in ætate etiam autoritate apo
stolica vel ordinaria , non confirmatur collatio,
licet postea peruenerit is,cui facta fuit collatio,ad
ætatem legitimam,per prędicta. facit c.cũ in cun-
ctis.§.inferiora.extra de elect.& c.licet canon.eod.
24 tit.li.vj. Septima cõclusio,q † vbi actus est nullus
propter naturam rei de qua disponitur; quia eius
cõmercium non habetur, non cõfirmatur propter
solam habilitatem ipsius rei superuenientẽm,quod
habet locum in vltimis volũtatibus,vt l.apud Iu-
lianum.§.fi.& l.cætera.§.j.ff.de leg.j. & in contra-
ctibus,vt l.inter stipulantẽ.§.sacrã. de verb.oblig.
Et in iudicijs,ar.ff.quæ sen.sine app.resc.l. fi.iuncta
l.non potest videri.ff.de iudi.ac etiam in alijs acti-
25 bus.nam † libertas data homini libero non valet,
nec firmatur , licet postea in seruitutẽ redigatur,
ar.l.generaliter.§.si homini libero.ff.de fideicõ.lib.
nisi sub conditione relinqueretur, & tempore con
ditionis aduenientis reperiretur seruus, vt ibi.Ex
26 † quo infert dom.Bonif.q si hospitale conferatur
clerico seculari in titulum beneficij ecclesiastici,&
sic est nulla collatio quia facta contra prohibitio-
nem clementinæ,quia cõtingit.§.ve autẽ.de relig.
do.non confirmatur,licet ex post erigatur in bene
ficium ecclesiasticũ,vel ordinatũ fuerit q per ele-
ctionẽ dicto hospitali de rectore puideatur.Octa-
27 ua cõclusio, q † vbi actus est nullus propter defe-
ctum solennitatis debitæ non obseruatæ non cõ-
firmatur,licet illa solennitas ex post facto accedat:
quod habet locum in contractibus. l.obligari. §.
tutor.ff.de autorit.tutorum.& l. cum ij. §. prætor.

de transacti.& in vltimis voluntatibus, vt l.cum
antiquitas.C.de testa.& in indicijs, vt l.prolatam.
cum sua glos.C.de sentent.& interlocut. omnium
iudi.& etiam in alijs actibus, vt cap.quia propter.
extra de electi.cum similibus.Nona cõclusio, quòd
vbi actus est nullus propter aliquam causam de iu
re impedientem, non confirmatur tractu tempo-
ris, licet causa illa impediens cesset, seu amplius nõ
duret, & sic solus tractus temporis non operatur,
nec sola causæ impedientis cessatio, nec ambo ista
simul iuncta operantur confirmationem: pro quo
l.& si contra. C.de nup.& sic intellige l.si quis tu-
tor.§.quid ergo si adoptiuus. & l.eos. §.j.vbi vide
te Salic.in fi.ff.de rit.nupt. Decima cõclusio, quòd
28 † vbi actus est nullus fauore certę personę, propter
duplicẽ causam impediẽtem, & superuenit tractus
temporis eum confirmans, non tamen cessauit to-
ta causa impediens, confirmatur approbatione il
lius personæ, si principalis causa impediens cessa-
uit, licet consecutiua duret, quia de ea non curatur.
pro quo l.ij.C.si maior fact.sine decr.fa.alie.ra.ha.
Quod declara: nam fauore minoris statutum est,
29 vt † prædium eius alienatum sine autoritate tuto-
ris & decreto iudicis nõ abdicetur à minore, quia
alienatio est nulla ipso iure, vt l.si prædium. C.de
prædijs mino.Duplex ergo causa impedit contra-
ctum. prima & principalis est defectus ætatis le-
gitimæ. secunda & consecutiua defectus autorita-
tis tutoris & iudicis. certè si minor factus maior
approbat hunc contractum, cessat principalis cau
sa impediens, scilicet ętatis defectus, & adest cau-
sa confirmans, confirmatur contractus, licet duret
defectus causæ consecutiuæ, vt dicta l.ij.Secus ergo
si ambæ causæ erant æque impedientes: quia licet
vna sit sublata, propter alteram tamen quæ rema-
net actus nullus non cõfirmatur, arg. eorũ quę no-
tantur in l.si ventri.§.in bonis. ff. de priuile.credi.
& ibi Bart.facit §.affinitatis.Insti.de nup.& quod
notatur in l.liberorũ.§.j.ff.ex quib.cau.infam.irro.
& per Bart.in l.ita stipulatus. ff. de verbo. obliga.
& in cle.si vna.§.fin.de reb.eccle.non alic. Vndeci-
30 ma cõclusio, ꝙ † vbi actus est nullus propter aliquã
causam impediẽtem, non fauore exercẽtium actũ,
sed fauore reipublicæ, vel etiam tunc remanente
illa causa, seu non cessante, si superueniat appro-
batio exercentium illum actum, non confirmatur
actus ille, vt operetur iure suo etiam vt ex nunc:
quia durat adhuc causa impediens, vt dicto capit.
auditis.extra de electi.operatur tamen quo ad prę-
iudicium approbantium, vt notatur in l.ij.C.cõ-
munia vtriusq; iudic.non autem quo ad præiudi-
cium alterius: & ideo maior pars accedens electio-
ni factæ à minori parte pro suo interesse non pos-
set procedere ad aliam electionem, quia iam con-
sensit electioni factæ à minori parte. Sed quia ma-
ioris partis consensus non fuit electiuus, non attu-
lit ecclesiæ præiudicium, cui est prouidendum per
consensum electiuum maioris & sanioris partis
capituli, vt cap. quia propter. extra de electi.& sic
31 iterato fiet electio fauore ecclesiæ. Duodecima cõ-
clusio, ꝙ † vbi cessauit tota causa impediens, & su-
peruenit confirmans, tunc actus, qui ante erat nul-
lus, constituitur validus, non vt ex tunc, sed vt ex
nunc, vt dicta l.eos qui.in fi.ff.de ri.nupt. Decima
32 tertia conclusio, quòd † actus qui est nullus aliqua
causa impediente, potest confirmari per Papam
etiam causa impediente non remota, & hoc pro-
33 pter plenitudinem potestatis suę, quia † mutat sub
stantiam rei, vt l.retro.& l.in omnibus. ff.de capt.
ita colligitur ex cap.ad petitionem.extra de accus.
& ij.quæst.ij.in primis.& sic ista regula non habet
locum in principe. In alijs autem inferioribus sic:
& ita tenet Ioan.Andr. in nouella, in dicto ca.non
confirmatur.& hæc sufficiant.

Summarium.

1 ☞ Nuptias licet consensus faciat, verba tamen re-
quiruntur. & nume.2.
3 Matrimonium quo iure sit introductum.
4 Naturalissimum est procreare sibi simile.
5 Deus est institutor matrimonij.
6 Incestas nuptias contrahens, perdit ipso iure feu-
dum.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

LICET nuptias solus cõ
sensus faciat, vt dicitur in
1 ista regula, tamen † verba
necessaria sunt ad expri-
mendũ cõsensum, sed cõ-
cubitus solus excluditur,
vt notatur per gloss.in l.
cum notissimi. in princi-
pio. C. de præscrip. xxx.
vel xl.anno.super verbo, solam conuentionem.&
ibi dicit Bald.quòd forma matrimonij quo ad ec-
clesiam stat in verbis, sed radix in consensu, vt hic,
& l.cum fuerit.ff.de condit.& demonstra. pro quo
facit in argu.xxij.quæsti.ij.cap.is autem.& l.nutu.
ff.de lega.iij.cap.cum locum.extra de spons.ista ta
men ne decipiatur quis intelligere oportet vera in
valẽtibus loqui, nõ in alijs, quia non requiruntur
verba, in c.cum apud.& in cap.tuę.extra de spõsa.
& c.fin.de coniug.seruo. Salice.in dicta l.cum no-
tissimi.Hinc est quòd dicit Inno.in dicto cap.tuæ.
2 quòd † si cõstet quòd ad inuicem consenserũt, valẽ-
tes loqui quia ita confitentur, tamen non est matri
moniũ sine verbis, vt dicto c.tuæ.& hoc ideo quia
ecclesia sic statuit, licet sit cõtra ius naturale, quod
est, quòd solo consensu matrimonium cõtrahatur,
sed fuit iusta causa statuti huiusmodi, ne tantũ sa-
cramentum esset in incerto: subiungitq; Inn.quòd
si contrarium diceretur, sequeretur absurditas, sci-
licet quòd si vir & mulier eundo per viam sibi in-
uicem placerent, & in corde suo desiderarent, ꝙ
essent coniuges, sequeretur quòd inter eos esset ma
trimonium, quo nihil est periculosius, secundum
eum.hoc tamen verum est, quòd ante carnalem co
pulam matrimonium est perfectum, sed non com
summatum, & sic quo ad institutionem sacramẽ-
talem aliquid deest. nam matrimonium non com
summatum non est sacramentum Christi & eccle-
siæ.xxvij.quæst.iij.cum societas.quia copula deest
carnalis

carnalis, quæ coniunctionem & vnionem Christi
& ecclesiæ eius sponsæ, per incarnationē factam in
vtero virginali.c. debitū.extra de big. Item consi-
deratur copula carnalis, quo ad separationē matri
monij, quia ante copulā potest separari per ingres
sum religionis, sed nō postea.c.cōmissum. de spōs.
& c.ex publico.de conuers.coniu. & sic quo ad ali-
quos effectus consideratur copula carnalis. De quo
3 † autē iure nuptiæ sint siue matrimoniū. Et videtur
dicēdum, quòd de iure naturali, vt dicit text.in l.j.
§.ius naturale.ff.de iusti.& iur.& Insti.de iure natu-
rali, gent.& ciuili.in princ. quod intelligi debet de
iure naturali sensualitatis, & hoc inquantum con-
sideratur coniunctio corporum, ea considerata in
motibus naturæ, qui motus à sensualitate proue-
nientes dicūtur de iure naturali. Vel loquendo ma-
gistraliter post glos.secundum Bald. in dicto §.ius
naturale.si cōsideretur coniunctio corporū quan-
tum ad esse est de iure naturali, quia ens & bonum
conuertuntur: si verò quantum ad difformitatem
esse non est de iure naturali, quia cū ius naturale cū
sua propria qualitate sit semper bonū & æquum,
coniunctio corporum illicita, quę peccatum indu-
cit non est bona nec æqua, ergo nec de hoc iure, sed
quod prædictū est, intelligi debet de licita coniun-
ctione, quæ venit per matrimonium. Et si conside-
remus sensualitatem, secundum quam dicimus, ꝙ
mulier naturaliter appetit virum, est de iure natu-
rali, potest tamē multipliciter considerari. vno mo-
do respectu finis, id est, procreationis liberorū, &
4 est de iure naturali, quia † naturalissimum est pro-
creare sibi simile: sic enim cōseruatur tota species
in natura.l.liberorū.ff.de verb.signi. Potest secūdo
modo considerari cōiunctio matrimonialis ani-
morū, scilicet quo ad cōsensum, & secundū hoc, est
de iure naturali, rationali scilicet gētiū, & hoc mo-
do intellexit Iurisconsultus in dicto §.ius naturale.
Isidorus in cap.ius naturale.j.distin. Tertio potest
considerari forma matrimonij contrahendi, id est,
verborū expresio in valentibus loqui, & hoc mo-
do est de iure ciuili. Quarto modo considerant ca-
nones, prout est sacramentum, & tūc est de iure di-
uino seu naturali, quod diuinum appellatur, vt in
5 principio decreti: quia † ipse Deus fuit autor ma-
trimonij.xxvj.dist.cap. deinde. vnde scriptum est,
quos Deus coniunxit, homo non separet.xxxiij.q.
ij.cap.quos Deus. Item consideratur matrimoniū
ratione permissionis vel prohibitionis in gradi-
bus, & tunc est de iure canonico, in ca. non deber.
extra de consangui.& affin. Sed quia dictum est, ꝙ
matrimoniū est de iure diuino, prout est sacramen
tū, quæritur an teneat matrimoniū contractū per
excommunicatum. hanc quæst.mouet Specul.titu.
de spons.& matr.in principio.vers.Sed nūquid te-
net.& post disputationem tenet quòd valet matri-
monium, quia hoc sacramentum commune est eis
qui sunt in ecclesia, & illis qui sunt extra ecclesiam,
vt dicto capi.deinde.xxvj.dist.& extra de diuor.c.
quanto. In gloss.ibi, an autem inter absentes. hanc
quæst.mouet glos.xxx.quæst.v.c.nec illud.& idem
videtur tenere quod ista glo. vide ibi. Etiam de illo
qui exprimit consensum suum alicui fœminæ per
literas, & ante acceptas literas ab illa ipsum pœni-
tet, quid iuris sit, ibi dicit glos. In glos.ibi, Item an
in diem vel sub conditione, vide per totū ti.extra
de condi.appos.& in cap.j.extra de sponsa. & ma-
trimonijs.§.ille vero.libro vj.cum ibi notatis per
Doct. Vlterius vide differentiā inter nefarias, in-
cestas, illicitas & inutiles nuptias per glo.in l.ince-
stę.§.de rit.nup.& in authē.de incestis nup.in prin
cipio.gloss.super verbo, illicitas.& qua pœna pu-
niantur contrahentes incestas nuptias, vide in di-
cta authenti.in princ. vbi sunt multæ pœnę, inter
quas est confiscatio bonorum: nec illa pœna corre-
cta est per authenti.bona damnatorum. C.de bon.
proscrip.& corpus, vnde sumitur, videlicet in §.fi.
in authē.vt nulli iudicū. vt ibi notatur per glossas
& Ang.& glos.& Docto.in dicta authen.bona da-
mnatorū.dicit etiam Bal.in l.j.ff.de re.di.quæstio-
6 ne quinquagesimaprima, quòd † contrahēs incestas
nuptias perdit ipso iure feudū, vt in dicta authen.
de incestis nupr.in principio. imò quod plus est, si
Papa postea dispenset quo ad matrimonium, non
tamē recuperatur feudum, quod alij scilicet domi-
no superiori fuit apertum, vel redijt ad primā na-
turam, id est, ad naturā & proprietatem, vnde fue-
rit excisum.arg.in cap.quamuis. extra de rescript.
lib.vj.& notatorū in l.Gallus.§.& quid si tantum.
ff.de liber.& posth.per glos.& Doct. super verbo,
emācipatus.facit l.fi.C.de sen.pass.& l.ij.ff.de decu.

Summarium.

1 ☞ Factum non potest esse non factum.
2 Fictio Iure nunquam inducitur, nisi vbi suadet æquitas.
3 Fictio an solū fingat super facto, & non super iure. & nume.4.& 5.
6 Locupletari aliquem cum aliena iactura est contra naturalem æquitatem.
7 Fictio translatiua quid requirat.
8 Postliminium habet duo capita.
9 Fictionem quæ verba important.
10 Possessio secundum veritatem non potest Iure restitui.
11 Postliminij primo capite non recuperantur ea, quę sunt facta.

Verum est neq; pacta neq; stipulationes factum posse tollere. quod enim impossibile est, neq; pacto neq; stipulatione potest comprehendi, vt vtilem actionem aut factum efficere possit.

GLOSSA satis decla-
rat hāc legē, quā vide. Et
colligatis ex hac l. & eius
1 glos. quòd † res factæ non
possunt esse nō factę. facit
tex.in l.j.§.si vir vxori.ff.
de acqui.posses. & l.in bel
lo.§.factæ.ff.de capt. quod
intellige secundum Bart.
& Ioan.de Imol.in dicto §.si vir.verè, vt ibi & di-
cto §.factæ. siue secundum fictionem, quando hoc

nõ ſuadet æquitas,vt puta quãdo nulla ſubeſt vti-
2 litas vel effectus,vt dictis iuribus:quia † ſecũdũ eos
fictio non debet à iure induci,niſi quãdo hoc ſua-
det æquitas,vel aliqua vtilitas.& idem dicit Bald.
in l.lex Cornelia.ff.de vulga. aliàs autem ſecus,vt
in fictione poſtliminij,& legis Corneliæ,vt l.poſt-
liminium,circa principium.ff.de capti.& l.deniq.
& ibi notatur.ff.ex quib.cau.ma. Et iſtam legẽ al-
legat Bartol.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca.
3 in materia fictionis,quòd † fictio nõ fingit,niſi ſu-
per facto,licet aliqui dixerint contrarium, quod imo
ſuper iure. & inducunt pro ſe text.in l.deniq.ff.ex
quib.cau.ma.in fin.cum dicit text.cauſa verò facti
non cõtinetur poſtliminio. & etiam dictũ §.factæ.
& in dicta l.ſi is qui pro emptore. quod autem fictio
fingat ſuper facto, alleg.Bart.ſic.nam aliquem eſſe
vel non eſſe in ciuitate,eſt facti, & tamẽ fictio poſt
liminij fingit reuerſum ſemper in ciuitate fuiſſe,vt
l.retro.ff.de cap.Idẽ in fictione legis Corneliæ: nã
4 † aliquẽ deceſsiſſe vel viuere eſt facti,& tamẽ Cor-
nelia fingit quẽ deceſsiſſe præambula hora capti-
uitatis,vt l.in omnibus.eod. titul. ad quæ motiua
Bar.reſpondent quidam,quòd iſtæ fictiones poſt-
liminij & Corneliæ non fingunt factum, imo ius:
fingunt enim ſtatum alicuius non mutatum,& ſic
ſemper fuiſſe liberum eum qui reuerſus eſt:& eum
qui mortuus eſt,fingit mortuum liberũ.Status au-
tem alicuius eſt iuris:nam ſeruitus & libertas ſunt
de iure gentium,vt l.libertas.ff.de ſta.hom.Item ſi-
militer, quod quis ſit ſui iuris , vel in patria poteſta-
te, eſt iuris ciuilis.Inſti.de pa.pot.§.j.& ff.de ijs qui
ſunt ſui vel alie.iur.l.iij.& iiij.quod dictũ non pla-
cet Bar.quia dictæ leges,retro. &,in omnibus.ex-
preſſe dicunt fingi ſuper facto , ſcilicet eſſe in ciui-
tate,vel non eſſe, viuum vel mortuũ . bene tamen
5 fatetur,quòd † iſtud factum fingitur propter iuris
effectum , ſcilicet propter ſtatũ,quem dicimus eſſe
mutatum vel nõ.quod ius reſultat ex poſitione fa-
cti in l.ſi ex plagis.§.in cliuo.ff.ad legem Aquiliã.
Præterea idem videmus in poſſeſsione,quæ fingi-
tur tradita,quæ tamẽ eſt facti.l.quiſquis. C.de do-
na.& notatur ff.de pig. acti. l.ſolutum.§.ſolutam.
in gloſ.magna.Sic videmus quòd ſolutio fingitur.
ff.ad Velle.l.quamuis.§.interdum.& ibi glo.& ta-
men ſolutio eſt facti,vt l.conſilio.§. fin. ff.de cura.
furioſi.& in pluribus alijs caſibus reperitur , quòd
quis fingit circa facta: fictio tamẽ ſuper facto ſem-
per eſt propter iuris effectum. Ad iura autem pro
contrario allegata reſpõderi poteſt per iam dicta,
quòd vbi ceſſat naturalis æquitas , ceſſat fictio. &
ideo in dicta l.deniq.& in l.ſi is qui pro emptore.
quia ceſſat æquitas,nõ fingitur factum,ſcilicet quẽ
poſſediſſe:cum hoc eſſet aliquem locupletari cum
6 aliena iactura, quod † eſt contra naturalem æqui-
tatem,vt l.nam hoc natura.ff.de condi.inde.& l.iu
re naturæ.ff.eod.tit.& hæc ſolutio videtur probari
in text.l.ſciendum.& l.deniq.ex quib.cau.maio.&
ibi hoc tangit gloſſ.Et quamuis contra iſtam ſolu-
tionem videatur facere tex.in l.cum hæredes.§.j.ff.
de acqui.poſſ.vbi reuerſus ab hoſtibus iure poſtli-
minij non recuperat poſſeſsionem rei ſuæ,quã ha-
bebat tempore quo captus fuit ab hoſtibus,niſi de
nouo illam capiat,& tamen hoc non eſt iniquum,
imo æquum,vt rehabeat quod ſuum eſt, vt l.ſi &
me & Titium.ff.ſi cert.pet.dicit eleganter Bartol.
& etiã Bal.in l. Gallus. §.ſi eius. ff.de lib.& poſth.
7 & ibi Paul. de Caſt.quod † iſta fictionis ſpecies quam
translatiuam vocant,quæ illud quod eſt vno tem-
pore ponit & extẽdit ad aliud, requirit duo extre-
ma habilia , quorum ſi aliquod deficit , fictio non
procedit.Exemplum,cum quis capiebatur erat li-
ber,hoc eſt vnum extremum,cum redijt ſtatim ef-
ficitur liber:quæ extrema cum ſint habilia,meritò
fingitur retro fuiſſe liberum. ſecus ſi extrema non
fuiſſent habilia,vt in exẽplis per eum poſitis,quæ
videatis. Modò ad propoſitum licet ſit verũ,quòd
captus poſſedit ante captiuitatem , tamẽ cum ipſe
redit ab hoſtibus,non inuenit ſe poſsidere , niſi de
nouo reaſſumat,vt dicta l.cum hæredes.§.j.ſic ergo
quia tẽpore quo reuertitur,iſtud extremum à quo,
eſt inhabile, non fingitur retro poſſediſſe,& ſic il-
lud contingit non propter defectum æquitatis,ſed
propter inhabilitatem extremi.Sed fortiter inſta-
tur contra iã dicta,quæ valere non videntur:quod
8 oſtenditur , nam † poſtliminium habet duo capi-
ta.primum eſt quòd ſtatim cũ quis reuertitur, hoc
eſt,fines noſtros ingreditur, ſtatim recuperat omnia
ſua.ſecundum caput eſt , quòd reſtituitur in priſti-
num ſtatũ omnino, vt perinde habeatur ac ſi nun-
quam fuiſſet captus,& ſic fingatur illo medio tem
pore habuiſſe illa iura,vt l.poſtliminium.in prin-
cipio.& l.poſtliminij.& l.retro.ff.de capti.licet er-
go per verba prædicta ſtet ratio , quare ſecundum
caput nõ habeat locũ, ſcilicet quòd fingatur retro
poſſediſſe,tamen non apparet ratio, quare primũ
caput non habeat locum , vt ipſo reuertente recu-
peret ſtatim poſſeſsionem, cum ſubſit æquitas,ſi-
cut in dominio,& alijs rebus.quod ſi eſſet,iſtud vl
timũ extremũ eſſet habile, vt retro traheretur,nec
prædicta haberent locum. Ad hoc ſubtiliter ſa-
tisfacit Bar.quòd primum caput poſtliminij non
procedit ſecundum fictionem , imò ſecundum ve-
ritatem : nam cũ quis reuertitur , recuperat ſtatim
libertatem ſecundum veritatem.aliàs ſi diceremus
ſecundũ fictionem, cũ fictio ſit contra veritatẽ,ſe-
queretur quòd in veritate eſſet ſeruus,& ſecundum
fictionẽ liber,quod eſt falſum.Idẽ in dominio,pa-
tria poteſtate,& alijs rebus.& hoc perpenditur ex
verbis legis : nã ſemper cum de hoc primo capite
loquitur, hoc dicit per verba ſignificantia verita-
tem.dicit enim quòd ſtatim ius ſuũ recipit, vt d.l.
poſtliminium.in fin.ij.reſponſo.& l.cum duæ.eod.
titu.ſi enim ſecundum fictionem hoc eſſet,dixiſſet
9 Iuriſconſultus recipere † videtur,quod ſignificat fi-
ctionẽ,vt ff.de vi & vi ar.l.j.§.deieciſſe. vel appo-
neret dictionẽ quaſi,vel quodãmodo , quæ etiã ſi-
gnificat fictionem.l.ſi me in vacuã.& ibi gl.ſuper
verbo amitter.ff.ad acq.poſ.& ibi per Ioã.de Imo.
& in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. & ibi per Bal.con-
cor.Inſti.per quas per.no.ac.§.hoc quoq.vel vtere-
tur vocabulo quo vtitur in l. oſſa.§.fi. ff.de reli.&
ſump.fun.vel diceret perinde habet,vt l.iure ciui-
li.ff.de cõdi. & dem.& l.iure ciuili.ff.e.ti. vel vteret
vocabulo creditur, vt dicta l.retro . vel alio ſimili
quod denotaret fictionẽ.Sed ſecũdũ caput,ſcilicet,
quod illo medio tẽpore dicitur fuiſſe in ciuitate, pro-
cedit

Recipere videtur fictionẽ, recipit verò veritatem denotat.

cedit secundũ fictionem,quod perpendicitur tam ex
verbis dictæ l. retro. quæ vtitur verbo,creditur,
quàm ex dicta l.si is qui pro emptore.& dicta l.de-
niq;.quod patet etiam,quia cum in veritate fueric
captus,lex non potest facere hanc veritatẽ mutari,
vt dicto §. factæ.& in hac l.nisi per fictionem. po-
test enim fingere,vt perinde habeatur,ae si nõ esset
captus,argu.optimum ad hoc l.ij.ff.de vsuf.earum
re.quæ vsu consu.quod applicando ad propositũ,
cum primum caput non intendat aliquid fingere,
sed introducere tantum veritatem, istud primum
caput non potest porrigi ad possessionem,quia re
quirit actum corporeum.l.j.in principio.& l.iij.in
principio.& §.in amittenda.& l.quemadmodum.
ff.de acqui.pos.& l.licet.C.eod.titu.secundum ve-
10 ritatem autẽ possessio† per ius non potest restitui,
arg.dictę l. ij. de vsuf.earum rerum quæ vsu consu.
& not. in l.cum duobus.§.idẽ respondit.ff.pro soc.
& in l.fin.C.de sa.sanct.eccles.in antepenultima gl.
& per glo.& Doctor.in l.si ager.ff.de rei vendicat.
ergo secundum fictionem possessio nõ restituitur,
quia primum caput hoc non intendit: si ergo hoc
primo capite nõ restituitur possessio nec verè nec
fictè, apparet quod vltimum extremum à quo est
inhabile,& sic caput secundum, quod procedit se-
cundum fictionem,non potest ideo habere locum.
& hoc est quod vult dicere l.deniq;.q; fictio postli-
11 minij nõ porrigitur ad ea quę sunt facti.†Nã cum
regulariter per primum caput postliminij non re-
cuperẽtur quæ facti sunt sine noua apprehensione,
vt dicta l.cũ hęredes.§.j.ergo fictio nõ potest eã re-
tro trahere,cũ reperiat extremũ inhabile: sed si re-
periretur aliquod factũ quod cõpeteret reuerso sta
tim quòd reuersus est, vt est ipsum esse in ciuitate,
& similia,tunc bene haberet locum fictio: quia re-
perirentur extrema habilia, & sic in l.deniq;.fictio
non habet locum circa ea quæ sunt facti, tam pro-
pter defectum æquitatis, quàm propter inhabili-
tatem extremi.ex quibus dicit Bartol.habes intel-
lectum l.deniq;.tu qui eam nunquã intellexisti.cæ-
tera vide per Bartol.vbi suprá.

Summarium.

1 ☞Monacho litigãti cũ abbate,aut canonico cum
prælato debẽt per superiorẽ ministrari sumptus.
2 Pauperi cum rege litiganti, rex ipse ministrat ad-
uocatum in Gallia.

Quod attinet ad ius ciuile,serui pro nullis habentur: non tamen iure naturali, quia quod ad ius naturale attinet omnes homines æquales sunt.

PARVM vtilitatis ha- 1
bet hęc regula,& per glo.
ponuntur hic exempla,vi
de eam latius declaratam
cum sua gloss. in l.seruus.
C.de iudi. & l.vix.ff.de iu
di.& ibi per Angelũ, qui
quęrit de monacho,an sit
idem iuris sicut de seruo.
vide in Spe.tit.de sta.monacho.§.j.ver.xxv.& per
Archid.xj.quæst.j.cap.de persona.& Inno.extra de
priuileg.c.cum olim.ij.& xxiij. dist.cap.quanquã.
& ij.quæst.vj.ca.pastoralis.& in ca.ex parte.extra
1 de accusa.Et dicit Angel. in dicta l.vix. quòd†vbi
seruus litigat cum domino, in casibus in quibus
potest,aut monachus cũ abbate,aut canonicus re-
gularis cum prelato,per superiorem debent ei mi-
nistrari sumptus litis.facit l.fin. C.de ordi.cognit.
& ibi glos.& Salicet.Alibi ad hoc propositum di-
cit eleganter Bald.post Cyn.scilicet in l.magis pu-
to.§.nõ passim.vers.idemq;.ff. de re.eo.qui sub tut.
vel cur.sunt.quòd ex illo ver.fundatur iustitia,quę
2 est in Francia,quòd†si aliquis pauper habet litem
cum Rege,& non habet vnde faciat expensas litis,
quòd Rex ei ministrat aduocatum,vt veritas cau-
sæ videatur.Idẽ est in Romana curia,& etiam con
tra se pronuntiat,secundum Ioan.And.in c.vene-
rabilis.extra de sent.excom.& de concess.prębend.
c.cum in cunctis.lib.vj.laudabile est enim paupe-
res adiuuare,in authẽ.de referen.in fi.colla.ij.Idem
notatur in l.j.§. ait prætor.ff.de postu.& ibi Albe.
allegat multa iura,& inter cætera l.lege Cornelia.
ij.responso. ff.ad Silla. quæ nota, quia notabilia.

Summarium.

1 ☞Donata duobus eadẽ re,potior est ille cui prius
tradita est.
2 Publiciana non potest causari sine traditione.
3 Pauperes acquirunt dominium sine traditione.
4 Publiciana præfertur directæ rei vendicationi.
5 Prioritas possessionis præsumitur ex prioritate ti-
tuli.& nu.6.
7 Beneficij ius potius habet qui prius impetrauit,nõ
cui prius traditum est.
8 Beneficialia non requirunt traditionẽ ad quæren-
dum ius.
9 Precario se possidere constituens an & quando
transferat dominium & possessionem.
10 Nuda detentio, non transfertur per constitutionẽ
precarij.
11 Possessio quomodo acquiratur.
12 Possessionis commoda.
13 Detentio nuda nõ habet priuilegium legis,si quis
in tantam.

In eo quod vel is qui petit,vel is à quo petitur, lucraturus est, durior est causa petitoris.

IN HAC lege per gl.
duobus modis ponitur ca
sus.& primũ reprobat gl.
1 quia vbi† eadẽ res duobus
donatur, potior est causa
illius cui prius tradita est,
licet à possessione cecide-
rit,vt i l.quoties. C. de rei
vendica.& l. siue autem.§.
si duodus.ff.de publicia.& l.si ea res.§.fin.de actio.
empti.quia sicut in contractu oneroso non attẽdi-
tur prioritas tituli,sed prioritas traditionis in ac-
quisitione dominij vel quasi,ita attenditur in con

tractu lucratiuo, vt dicta l.quoties. & ibi per Bal. Et quia hic articulus intricatus est, vtrum sit potior causa illius,cui prior res tradita est,vel possidentis. Pro eius expeditione, concludatis secundū glos. & Angelū in dicto §.si duobus.sequentes combinationes.Prima est,quòd quando plures habent causam ab vno eodemq́ domino,potius est ius illius cui prius res tradita est,si tamen soluit pretiū, vt dicta l.quoties.& Insti.de re.di.§.venditę.Fallit tamē,si ex solo titulo absq́ traditione dominium sit translatum,vt in ecclesia,quæ in hoc habet priuilegium,vt l.vt inter diuinū. C.de sac. sanct.eccl. & hoc ibi tenet Sal.post gl.hoc tamen intelligitur verū secundū Angel.scilicet ecclesiā esse potiorem etiā sine traditione,cū cōstat de dominio venditoris vel donatoris, aliàs secus.& ideo dicit ipse,Sit cauta ecclesia probare de dominio illius à quo habet causam,aliàs succumberet, quia non posset in eam transire,si apud autorem suum non fuit,vt in l.nemo plus iuris.ff.eod.ti.& hoc tenet Bartol.in l. si finita.§.si de vectigalibus. ff.de dam.infecto. Secunda est,quando plures habent causam ab eodem non domino.& idem dicendum est, sicut in præcedenti casu,hoc excepto,quia hoc casu ecclesia non haberet illud priuilegium quod habet quādo à vero domino haberet causam,secundū Ang.in dicto §.si duobus.& Bald.in l.quoties.C.de rei vendica.

Prima combinatio.

Secunda.

2 & est ratio quia† publiciana nō potest causari sine traditione,vt l.traditionem.ff.de publicia.vel sine eo quod loco traditionis habeatur,vt notatur in l. si ego.§.partus.eod.tit.& ideo quia non potest cōpetere publiciana, nō potest cōpetere vsucapiendi conditio, vt dicta l.traditionē.& l. clauibus. ff.de contrahē.emp.quæ vsucapio sine possessione nullo modo procedit regulariter,vt l.sine possessione. ff.de vsuc.cum ergo ecclesię possessio non sit tradita,non competit ei publiciana, & per con equens nec vsucapiendi conditio.hoc etiam tenet Bald.in dicta l.quoties.secunda oppo.& Specul.ti.de loca. §.nunc aliqua.vers.lviij. Et quod dictum est in ec-

3 clesia,idem dicit Ange.in†pauperibus,qui eodem funguntur priuilegio,vt in cap.ij.extra de consue. quod notate.Tertia est,quādo vnus habet causam à non domino,& alius ab eodem domino facto, similiter idem, vt potior sit ille cui prior res tradita est,vt l.si à Titio.ff.de rei vend.& hoc dicit glo.di-

Tertia

4 cti §.si duobus.esse notabile q†habēs publicianā præfertur habenti directam rei vendicationē,contra regulā positam in l.penultima. ff.de publicia. Quarta est,quando plures habēt à diuersis nō dominis causam,si cōtra tertiū agatur, dicit glos.esse idem sicut in præcedētibus. sed inter se melior sit conditio possidentis, vt dicto §.si duobus.in fi. & dicta l.si ea res.§.fi.de acti.emp. & ratio est secundum Angelum,quia in pari causa potior est conditio possidentis, vt hic. & l.in pari causa.ff. eodem titulo. Quid autem iuris sit si non appareat cui res prius tradita fuerit, constat tamen quòd vtriq́ tradita fuit,scilicet agēti,& ei qui nūc pos-

Quarta.

5 sidet.dicit Ange.quòd†ex prioritate tituli præsumitur prioritas possessionis, aliàs præsumeretur possessio clandestina,quod esset absurdum,in cap. licet causam.extra de ꝓbat.Ita tenet Iac.de Aret.& Cy.in d.l.quoties.& hoc idē tenet Bal.in c.si facta.

6 si de feud.fue.contro.†Quod dicit esse verum,quādo vterq́ ꝓbat de numeratione pretij : sed si vnus probauit de numeratione alter nō,ei præsumendū est prius traditā rem,qui pretium numerauit,in §. venditæ.Instit.de re.di.& ita dicit se consuluisse de facto.Quinta est,quādo vnus habet à domino causam,alter à non domino:& tūc qui habet à domino potior est,vt dicta l.si ea res.§.fi.de acti.empti. nisi nō dominus à domino haberet ius distrahēdi, vt in creditore,vt l.de accessionibus. ff.de di.& tēpora.præscript.& l. antepenultima. C.de distract. pigno.& hoc limitat Ang.si fuerit illi qui habet à domino causam facta traditio,vel saltim sine possessione translatū dominiū.aliàs melior est conditio possessoris quàm petitoris,nō habētis aliquod ius reale,vt l.fin.C.de rei ven.secundū quam glos. hic ponit casum in hac l.pro quo facit l.qui accusare.C.de eden.cum ibi notatis. Attendite tamē q in beneficialibus non habet locum hæc regula,nec

Quinta

7 supradicta.quia† si duo impetrāt beneficium,ille est potior, qui prius impetrat, seu ille cui prius confertur beneficium,non ille cui primò possessio traditur,vt notatur plenè extra de rescript.c.capituli sanctæ Crucis.& in c.j.extra de concess.prębē. lib.vj.& in c.tibi qui gratiam.de rescrip.e.li. vj.& idem Dy.in c.beneficiū.de re. iur.lib. vj. Idē Bon. de Ama.in regula, beneficium.xxj.colūna.& est ra

8 tio secundum Bal.in dicta l.quoties.quia †in beneficialibus nō requiritur ad ius acquirendū traditio vel quasi,sicut nec ad perdēdum requiritur eiectio de possessione vel quasi,quia sufficit quòd quis sit priuatus titulo, vt vacet beneficiū. facit quod notat Inno.in c.cum nostris.extra de conceſſ. præbē. Fallit tamen hoc in c.si à sede.extra de pręb.lib.vj.

9 Sed circa præmissa quæro,†Titius vendidit Caio, & constituit se precario possidere,deinde vendidit illā Lucio,& realiter tradidit, quis sit potior.Bal. mouet quęstionē super rubrica. C.de cōtrah.emp. q.xvj.qui dicit,q aut cōstituit se precario possidere non habita fide de pretio, & tunc non fuit trāslatum dominium in primum emptorē, pretio nō soluto,& sic secūdo esset potior:quia nō plus operatur precarium quàm vera traditio, vt in §.venditæ.Insti.de re.di.Et hoc in rei vendicatione,secus in publiciana,in qua nō est necesse probare rei traditionē,vt l.de pretio.ff.de publici.aut pretio soluto vel habita fide de pretio, fuit facta constitutio precarij,& tūc aut tempore precarij venditor possidebat,&†præfertur primus,imò tanquam spoliatus habet condictionem ex l.fi. C.de acqui. possess. aut nō possidebat,sed solum detinebat, & tunc se-

10 cūdus præfertur,quia detentio †nuda cum sit meri facti,non transit per constitutionē precarij:cōstitutio enim precarij habet plurimū iuris,& ideo nō pertinet nisi ad naturalē vel ciuilem possessionem,non ad detentationem,quæ non est vera possessio,vt l.& habet.§.cū qui. ff. de precario. Et hoc est etiam quod dicit Sal.in l.licet.C. de acqui.poss. quòd ita demum per precarij constitutionē transfertur vera possessio,vt l.quod meo. ff.de acq.pos. si tēpore constitutionis ipse cōstituēs possidebat, non aliàs,vt notatur etiā per gl.super verbo, tradita,in

ta,in l.minus instructus.C.de acq.pos.& sic in pra
ctica secundū eum oporteret probari, ar.ff.de acq.
poss.l.quamuis.§.si conductor.vbi illud idem post
Ang.not.d.Ioā. de Imola. & reddit rationem,quia
nō potest quis trāsferre apud alium quod penes se
non habet.l.traditio.ff.de acquir.rer. do.accedant
notata per ipsum.l.interdum.§.fi.ff.de acqui.poss.
11 Quomodo † autē acquiratur possessio,notatur in l.
j.& iij.ff.de acqui.poss.& in l.licet.C. de acqui.poss.
scilicet actu corporeo vero vel ficto, seu quasi fi-
cto,puta visu & affectu, vt l.j.§.penulti. & l.quod
meo.§.si venditorem.ff.de acq.pos.& idem de alijs
corporeis sensibus,secundum Salic.in dicta l.licet.
Item etiam traditione clauium, vt l.clauibus.ff.de
contrahen.empt.quo tamen casu requiritur, quòd
quis sit in præsentia rei, quando claues traduntur,
vt sentit gl.& ibi apertè Ioā.de Imo.in l.j.in princ.
de acquir.poss.Item plus secundū eum, quòd sciat
vbi sint res positæ intra domū. & hoc etiam tenet
Bar.quod nota pro limitatione illius legis suffice-
re.tamen videtur secundū Ioan.de Imol.si emptor
sciat rem esse in loco,puta in horreo,licet fortè spe
cificè nesciat specificam partem horrei,per ea quę
habentur in dicta l.clauibus. Requiritur etiam ad
hoc, vt per traditionem clauiū in pręsentia rei fa-
ctam transferatur possessio,quòd pręcedat titulus
habilis ad dominij translationem. & ita loquitur
l.clauibus.quia ibi erat titulus ordinatus ad trans-
ferendum dominiū.secus esset si traditio clauiū fie-
ret nullo titulo ordinato ad trāslationem dominij
præcedēte,quia tunc videretur fieri ad custodiam,
vt notatur per glos.in l.cū pater.§.pater pluribus.
ff.de leg.ij.vbi ita dicitur per Bartol.& Bald.quod
bene nota.Item notatur ex hac l. vnum commodū
12 possessionis,quia † facit duriorē causam petitorij:
alia autem multa commoda affert possessio secun-
dum glos.& Bald.in tit.de conten.inter do.& vas.
de inuest.c.j.ibi enim vnū est commodū possessio-
nis,quòd defertur iuramētū possessori. Aliquando
etiam possessio habet iudiciū ordinare,vt l.j.§.j.ff.
fa.ercis. vbi non possidenti agenti iudicio diui-
sorio familiæ erciscūdę obijcitur exceptio ordinis:
& ordo est ꝙ non possessor primo agat petitione
hæreditatis, deinde diuisorio iudicio.l. non pos-
sumus.ff.si pars hęred.pe. Aliquādo ab onere pro-
bationis releuat,Insti.de interdict.§. commodum.
& l.fi.C.de rei vend.Quandoq; est causa implorā-
di officium iudicis,vt l.fi.ff.de offi.procura.Cæsa.
& l.liberis.in fi.de libe.causa. Accedat quod nota-
uit Inno.in c.in pręsentia.extra de proba. Aliquā-
do est causa inducēdi recuperationem, vt C.quod
cum eo.l.si seruus.& l.qui sibi possessionē. ff.de vi
& vi ar.Ideo dicit Iac.de Aret.secundū Bald.nota-
biliter quòd si possessor qui aliū à possessione iu-
re expulit,timeat ne expulsus redeat ad ipsum ex-
pellendū, potest super hoc implorare iudicis offi-
ciū,vt eū in possessione ꝓtegat & defendat.& hoc
vult tex.in d.l.si seruus.secundū Docto.Ex quo in-
fert Bald.ꝙ vbi licet alicui aliquid facere propria
autoritate,potest officium iudicis implorare,vt in
tali facto defendat facientē à vi futura.facit d.l.fin.
de offi.procu.Cęsa.& l.non est verisimile.in princ.
ff.quod me.cau.& ff.si mulier ven.no.l.j.§.necessa-
rio.videte Salic.in l.si pater.C. qui bo.ced.poss.&
quod notauit gl.in l.si cōtendat.ff.de fideiu.& Bal.
in l.j.ff.de iuris.om.iud.Et ex istis etiā dicūt Doct.
13 ꝙ lex,si quis in tantā.C.vnde vi.† non habet locū
in domino possidente,& deijciente habentē solam
14 detentionē,quod est notandū.† Aliquādo est causa
impediendi exequutionē, vt C.ne vxor pro ma.l.
ob maritorū culpā.sufficit enim cōtradicēti & op
ponēti se aduersus exequutionē, vt tertius esse in
possessiōe,vt l.à diuo Pio.§.si super rebus. ff.de re
iud.& hoc dicit Bal.esse verū,si possessio ꝓbata sit
plene,aliàs si probaret possessionē naturalē tantū,
cū condēnatus haberet ciuilē,hoc ei non prodesset:
quia naturalis præsumitur clādestina,vnde nō iu-
uat possidentē.l.clam possidere.§.qui ad nūdinas.
ff.de acq.poss.& extra de probat.c.licet causam.&
hoc tenet Bar.in d.§.si super rebus.vbi vide.Alios
etiā effectus producit possessio,quos vide notatos
per glo.Bar.& Imol.in l.iij.§.ex cōtrario.ff.de acq.
pos.& in l.j.C.de ser.fugiti. sed hæc sufficiant.

Summarium.

1 ☞ Stipulatio est impropriè contractus.
2 Verba inepta & discrepantia ab actu nil operant.
3 Verba debent aliquid operari,si possunt.
4 Vsus est triplex,loquendi,vtendi & intelligendi.
5 Testium verba nō sunt calumnianda sed adiuuāda.

Semper in stipulationibus & in cæteris cōtractibus id sequimur quod actū est. Vnde si nō appareat quid actum est, consequens erit, vt sequamur quod in regione,in qua id actum est, frequentatur. Quid ergo si neq; regionis mos appareat,quia varius sit: ad id quod minimū est,redigenda summa est.

ISTA lex tres habet par-
tes,in prima loquitur quā-
do certum est vel apparet
id quod actum est inter cō-
trahentes. secundo quando
non est certum nec apparet
quid sit actū. Tertio quan-
do ī regione sunt varij mo-
res circa id quod agit̄, nec
apparet de quo fuerit conuentū.secunda ibi, quod
si non apparet.tertia ibi,quid ergo.Et declara hanc
legem secundū glos.hic,& illa quæ dicta fuerunt in
l.semper in obscuris.ſ. eod ti.Ex isto textu in ver-
1 bo,& in cæteris.colligit hic gloss.† stipulationem
esse cōtractum,sic etiam donationes, argu.l.si do-
nationis. C. quod met.causa.licet dicat hæc gloss.
illud esse impropriè,vt notatur in l.Labeo.ſ.tit.j.
faciūt notata in l.si quis emptionis.C.de pręscrip.
xxx.vel xl.an.& in authen. sacramenta puberū.C.
si aduers.vend. Notate etiam id quod subsequen-
ter dicit glos.inspici primò id quod actum est,sci-
licet expresse,& per verba cōuenientia actui. aliàs

secus, vt l.iiij.§.si quis.ff.de leg. j.& l.Labeo. de su-
2 pellect.leg.†quia si essent verba inepta & discrepã
tia ab actu nihil ageretur: vt si quis volens legare
vestem legaret supellectilem, voci enim nõ statur,
quia discrepat à mente: menti autẽ nõ statur, quia
fuit in corde retenta, quæ nil operatur in actibus
hominum, secundum Baldum in dicto §. quòd si
quis.& facit l.si repetendi.cũ ibi notatis.C.de cõ-
dict.ob cau. Et hoc est verũ, nisi aliud sit actũ in-
ter testantem & legatarium, vt dicit gloss.in dicto
§.quòd si quis.sed tunc non vi verborũ valet lega-
tũ, sed vi pręcedentis declarationis secundũ Doct.
Contra quam gloss.videtur esse vna alia, Instit.de
verb.obli.§.j.sed secundum Bald.concord.ꝙ aliud
est in legato, quod nutu solo fieri potest, vt l.nutu.
de lega.iij.& sic bene loquitur glos. dicti §.quòd si
quis.sed verborum obligatio non potest fieri, nisi
per verba apta ad hoc, vt l.j.ff.de verb.obligat.ad-
de notata in l.quæ extrinsecus.eod.tit. Attendi de-
bet tamen secundum glo.hic,& Bar.quòd id quod
actum est etiam tacitè inspicimus, vt quia dedi ti-
bi librũ pro decem florenis, & nõ dixi de quibus,
certè inspicitur quod est actum ex qualitate libri:
quia ex qualitate rei venditæ inspicitur quid est
actũ. Idẽ dicit Bar.in l.Paulus.ff.de solu.in secunda
Quæstio. quæst. Quod secundũ Bart.hic facit ad multa. Po-
ne vendidi tibi aliquam domum pro centum vsq;
ad talem domum, an includatur illa domus, quia
dixi vsq; ad talem domum.& secundũ eum ex qua
litate pretij præsumitur.& ad hoc dicit Bal.super
rubrica C.de contrahend. empt.ix. quæstio. quòd
3 †verba apposita in cõtractu, non debent esse sine
virtute aliquid operandi si possint. l.hac lege.ff.de
contrahend.empt.& l.si stipulatus. de vsur. ita ta-
men quòd verba intelligantur secũdum naturam
contractus,& secundũ naturam rei deductæ in cõ-
tractu, vt notatur etiam per Innoc.in ca.ex literis.
extra de iure patro. & ibi pulchrè & latè per eum.
Item notate quòd licet sit sequẽdus mos regionis,
vt hic, inspiciendus etiam est mos contrahentis, id
est, eius qui promisit secundũ glo.hic, vt l.si seruus
plurium.§.fi.de leg.j. facit l.vel vniuersorum.ff.de
pigno.act. Et pro declaratione huius moris dicit
Bart.in dicta l.Labeo.de supell.leg. & Bald.in l.de
4 quibus.in fi.de legi.†quòd nos habemus triplicem
morẽ siue vsum, scilicet vsum loquẽdi, vsum vten-
di,& vsum intelligendi. Vsus loquendi est puta se-
cundũ Bald.quòd medici vocantur magistri,& ad
uocati domini. Modo dicit ipse sic in Perusio sunt
duo Baldi vnus medicus,& alter legista. si ergo te-
stator dicat, lego domino Baldo, faciam articulũ
de vsu loquendi, & sic certificabo personam. Vel
secundũ Bart.si testator habebat multos equos, le-
gauit alicui palefrenos suos, dubitatur quid in-
telligatur appellatione palefrenorũ, declarabitur
ex cõmuni vsu loquendi,& ad declarandum com-
munẽ vsum formabitur articulus, quòd à decem
annis citra & per ipsum tẽpus cõmunis vsus loquẽ
di in hac ciuitate vnde est testator, habuit & habet
quòd equus talis conditionis appellaretur palefre
nus. Quod autẽ dicit decẽ annis, dicit Bar.illud re
quiri. & ita tenet gl.in dicta l.Labeo.facit l.de qui-
bus.allegat & l.cõsuetudinis.C.quę sit lon.cõsu. Et
testis productus dicat vera esse cõtenta in articulo,
quia sic audiuit dici cõmuniter ab omnibus longo
tẽpore, valebit testimoniũ & probabit, quia debet
concludere id quod per sensum corporeum cõpre-
hendit, vt l.qui testamento.§.fina.ff.de testamen.&
ideo si diceret testis, quòd sic dicitur ab omnibus
communiter, sed non diceret quòd audiuit, nõ pro
baret secũdum Bart. igitur sua ratio non includit
sensum corporis, cum possit dici ipso non audien-
te. Dy. tamen, quem sequitur Bal. consuluit, quòd
talis ratio implicat auditum, quia testis non præ-
sumitur loqui vt mẽte captus ductus facto, sed ra-
5 tione. ad hoc l.si filius.ff.ad Maced. †quia dicta te-
stium non sunt calumnianda, sed iuuanda, in capi.
cum tu.extra de testi.& in §. quibus. in prima con
stit.C.& notat Bartol.in l.j.ff.si certum pet. Quid
autem si dicit vera esse, interrogatus quomodo
scit, dicit quòd publicè audiuit sic dici, & teneri
à maiori parte hominum, tamen non dicit in red-
ditione rationis, quòd longo tempore &c. Bartol.
quem sequitur Bal. dicit tempus longum includi,
& quòd ratio simpliciter dicta includit idem tem-
pus, aliàs testis pręsumeretur falsus & varius, quod
non est præsumendum, vt l.quoties.§. qui dolum.
ff.de probat. Secundus est vsus vtendi, puta quòd
libra carnium est xviij.vnciarũ, vt Paduæ, quòd
vas vini est duarum lagenarũ, siue duodecim bar-
rulium, quòd corbes frumẽti est centum librarum.
Et dicit testis, quia ita vidit & audiuit dici & fieri
à longo tempore in ciuitate, inter ementes & ven-
dentes. Non autem sufficeret secundum Baldum si
diceret quòd vidit fieri bis vel ter, quia in actibus
frequentissimis debet probari frequentia & non
raritas, secundũ Doct.in dicta l.de quibus.& Bar-
tol.in dicta l.Labeo, vnde probatio actuum debet
naturę negotij cõuenire. Id tamẽ totũ secundũ Bal.
stat in arbitrio iudicis. Nã si quidẽ factum est co-
tidianũ, requiritur quòd talis vsus sic factus à mul
tis personis, vt l.cum quidam.§. quod dicitur.ff.de
acquirend.hæred.si tamen testis dicat se vidisse ita
fieri à multis personis, de quarũ nominibus nõ re-
cordatur, illud sufficit secundum Bartolũ, vt.l.te-
stium.ff.de testib. De vsu intelligendi potest poni
exemplũ per legem, in vsu.ẽ. ti.proximo. vbi sin-
gularis ponitur pro plurali: de quo erit articulan-
dũ, vt in pręcedentibus.& videte latius per Doct.
in locis præallegatis.

Summarium.

1 ☞Contractus solo consensu factus, solo consensu
dissoluitur re integra.
2 Distractus est bonæ fidei, sicut contractus.
3 Contrariorum est eadem disciplina.
4 Contractuum perfectio triplex.
5 Contractus per actũ retro similem an tollatur ope
exceptionis, vel ipso iure.
6 Pactum resoluens, & pactum de resoluendo con-
tractum differunt.
7 Pactum legis cõmissoriæ & addictionis in diẽ de-
bẽt poni à principio, & per verba directa.& nu.8.
9 Actio debet potius dari ex pacto liberatorio quàm
obligatorio.

10 Ablatiui absoluti important conditionem.
11 Vendita re partim tradita, an de reliquo possit solo consensu à venditione recedi.
12 Precarij constitutio in venditione, an faciat rem non integram.
13 Venditor qui precario possidere constituit, non amplius tenetur actione ex empto. & nu.14.
15 Integram non esse rem in emptione quæ faciant.
16 Arrarum datio an faciat rem non esse integram.
17 Retro similis actus quomodo requiratur, vt ab emptione discedatur.
18 Peculium non constituitur nuda voluntate, licet nuda voluntate tollatur.

Nihil tam naturale est, quàm eodem genere quodq; dissoluere, quo colligatum est: ideoq; verborum obligatio, verbis tollitur: nudi consensus obligatio, contrario consensu dissoluitur.

ISTA regula vti-
lem & subtilem ha-
bet materiam. de qua
per Doct. in l. ab em-
ptione. ff. de pactis. &
in l. j. & ij. C. quando
liceat ab empti. disce.
Et pro euidentia di-
cendorum presuppo-
1 ni debet, quòd † con-
tractus qui solo consensu contrahuntur, solo cōsen
su re integra dissoluuntur: re autē non integra nō,
nisi interueniat actus retro similis, vt si fuerat facta
rei venditę traditio, quòd retraditio fiat, vt l. j. C.
quando lice. ab empti. disce. & dicta l. ab emptio-
ne. de pactis. quia per quoscunq; modos res cōtra-
hitur, per eosdem resoluitur, vt hic, & cap. j. extra
eodem tit. & ff. de solu. l. prout quisq. & l. tria præ-
dia. ff. de seruit. rustic. præd. & Instit. quibus modis
tolli. oblig. §. j. hic allegato in princi. glos. & §. fin.
2 eodem titul. Et iste† distractus secundum Doct. est
bonæ fidei, sicut erat contractus, vt dicta l. ab em-
ptione. ibi, quia bonæ fidei &c. quod est vtile sci-
re, quia si dolus daret causam huic distractui, distra
ctus esset nullus ipso iure, & remanet primus con-
tractus, vt l. elegāter. §. j. ff. de dolo. facit quod not.
per glos. & Doct. in l. de tutela. C. de in integ. restit.
mino. sicut ergo habitus est bonæ fidei, ita eius pri
uatio. quod est notabile secundum Bal. in dicta l. j.
3 quando liceat ab empt. disce. Et† contrariorum est
eadem disciplina. not. glos. in l. si merces. §. vis ma-
ior. ff. locati. & l. fin. ff. de legat. iij. & l. iij. ff. vbi pu.
edu. debe. §. fi. quia sicut est reperire cōtractus, qui
nudo consensu contrahuntur, ita est reperire distra
ctus, per quos contractus nudo dissensu dissoluun-
tur, vt not. in dicta l. de tutela. & per Innoc. in c. j.
4 extra de fide instru. Item præmitto, † quòd est repe
rire circa cōtractus triplicem perfectionem, vt di-
cit glos. in l. ij. C. quando lice. ab empt. disce. & ibi
Doct. & in dicta l. ab emptione. per Bal. Prima est
cōuentionalis, quæ dicitur esse perfectio ipsius con
tractus. Hoc modo dicimus, quòd quidam contra-
ctus perficiuntur verbis, quidam literis, & quidam
consensu, vt Instit. de oblig. §. fin. cum tit. sequenti-
bus. Secunda perfectio est obligatiua, scilicet obli-
gationis, & actionis inductiua. & hoc modo dici-
mus, quòd quandoq; obligatio nascitur à princi-
pio, quando cōtractus est purus: quandoq; ex post
facto, quando est conditionalis, vt not. in l. item
quia. ff. de pact. Tertia & vltima perfectio dicitur
finalis, & acquisitiua, quando contractus trahit se-
cum effectum suū, vt quia venitur ad traditionem
ex eo, & sic fit exactio, vt l. j. C. de pericu. & cōmo.
rei vend. & ff. de pericul. & commo. rei vend. l. ne-
cessario. & vbiq; per Doct. Item attendi debet cir-
ca hoc quod dictum est, quòd etiam vbi res est non
integra, scilicet quòd ex parte venditoris facta est
5 traditio rei venditę † per actum retro similem cum
contraria conuentione dissoluitur contractus, qui-
dam intellexerunt ope exceptionis, sed gl. & Doct.
in dicta l. j. C. quando liceat ab empt. disce. dicunt,
quòd ipso iure, quia paria sunt rem esse integram,
vel non integram actu retro simili facto, in dicta l.
ab emptione. versic. nec quicquam. & argum. ff. de
fideiusso. l. videamus. §. sed cum duo. Vbi verò res
non esset integra, nec integrata per actum retro si-
milem, contraria cōuentio de tradendo nihil ope-
raretur, quia nō daretur actio ad tradendum, cum
sit nuda, nec resultat resolutio primi contractus,
quia res non est integra. & hoc vult tex. in dicta l.
6 ab emptione. versic. fin. Et sic aliud est † pactum re-
soluens, aliud de resoluēdo, quia per pactum de re-
soluendo, id est, de faciendo actum retro similem,
non oritur nec resolutio, nec petitio. & facit l. ij. C.
quando liceat ab empti. disced. Nec obstat l. com-
missoriæ. C. de pactis inter empt. & vend. vbi do-
minium retransfertur ex pacto: quia ibi fiebat pa-
ctum re integra, & à principio. secus autē si re non
integra, & ex post facto. facit l. qui fundū. & l. fun-
di partem. ff. de contrahen. empt. & l. si sterilis. §. si
tibi fundum. ff. de actio. empti. Circa quod aduer-
7 tēdum est, quòd ad hoc vt † pactum legis cōmis-
soriæ & addictionis in diem possint operari pro-
prios effectus, requiritur quòd apponatur à princi
pio, secundum gl. & Doct. in dicta l. ab emptione.
Item ꝙ per verba directa, vt vendo tibi fundum,
& nisi soluas pretiū intra mensem res sit inempta:
tunc nisi soluas, resoluitur, ac si nunquam vēditio
facta foret. ff. de rei vend. l. si quis hac lege. & dict. l.
commissoriæ. Secus esset, si per verba obliqua, vt
not. in l. j. in magna glos. ff. de dolo. & l. j. & ij. C. de
pactis inter empt. Ratio autem diuersitatis reddi-
tur per Alber. & Bald. post Guliel. de Cugn. quia
quando verba directa apponuntur, euentus condi
tionis facit vt dominiū non trāsferatur, quia non
fuit habita fides de pretio, Instit. de rer. diuis. §. ven
ditę. ff. de tributo. l. procuratoris. §. penul. & l. quod
vendidi. ff. de cōtrahē. empt. Hoc enim videtur agi
inter partes. Secus autem vbi sunt verba obliqua,
quia eo ipso quòd trado rem, videor habere fidem
de pretio, vt not. in dicto §. penult. l. procuratoris.
ff. de tributo. Quādo enim sequuntur verba, quòd
res tradatur, nisi soluas, volo habere de manu tua,
& sic est opus media persona: ergo oportet quòd
tu habeas dominium, argum. ff. de auro & argento

legat. l.ſpecies. de vſufruct. earum rerum quæ vſu
8 conſu.l.fi.& de vſufr.l.Proculus. † Sed quæ poteſt
eſſe ratio, quòd ſi vendo tibi fundū & trado, & ad-
huc non ſoluiſti pretium, & ſic res nō eſt integra,
nec reintegrata per actum retro ſimilem, ſi fiat pa-
ctum de reſoluendo, quòd ex tali pacto nō poſſum
agere, vt tradas mihi rem, vt dicta l.ab emptione.
in fin. quia videtur cōtra hanc regulam, per quam
eadem iura debēt ſeruari in reſolutione actus, quæ
9 in cōſtitutione. Item † magis debet dari actio in pa
cto liberatorio, quàm obligatorio, vt l.Arrianus.
ff.de actio.& oblig.ſed ſi dico, vendo tibi rem pro
centum, ex iſto pacto agitur, vt l.iuriſgentium.in
prin.ff.de pact.idem ergo econtra, quia videtur re-
uendere.cum ergo vēditio poſsit formari cōſenſu,
dicendum videretur ꝙ poſſet diſſolui, vt res redeat
ad ſuā naturā.l.ſi vnus.§.quod in ſpecie.ff.de pact.
Contrarium tamē dicitur in dicta l.ab emptione.
in finali parte legis. Sed ſecundū Albe.poſt Guliel.
de Cug.non obuiat illa lex in fin. iſti regulæ, quia
licet iſta regula dicat eadem iura ſeruari in reſolu-
tione ſicut in conſtitutione: habet verum quando
nihil aliud eſt, niſi cōſenſus, & res eſt integra, vt in
prin. dictæ l.ab emptione. & hic not.gl.quod non
eſt in caſu finali illius legis. Et quando poſtea dici-
tur ꝙ facilius debet dari actio ex pacto liberato-
rio &c. Non cōcludit hoc argum.in iſto caſu, quia
hic non agitur ad liberandum, ſed ad obligandum
emptorem, cui fuerat res tradita, vt retradat. Nec
eſt verum id quod ſtatim dicebatur, quia videtur re-
uenditio, quia ſecundū Albe.iſtud nō poteſt cadere
in ſpeciem reuenditionis, quia nō agitur de vendi-
tione cōtrahenda, ſed de reſoluēda, & ideo cadit in
ſpeciem cōtractus innominati, facio vt facias, vel
facio vt des, vt l.verbum reddendi.ō.tit.proximo.
& de leg.ij.l.cum pater.§.fidei tuæ. Si autē caderet
in ſpeciem cōtractus nominati, vt ſi diceremus, ꝙ
redderes mihi rem, & ego tibi pretiū, ſecus eſſet ſe-
cundum Alber.in dicta l.ab emptione. Sed quæro
quando res nō eſt integra, nec integrata, vtrum ex
pacto quòd integretur, ſaltem detur exceptio em-
ptori in pretio? gloſ.in dict.l.ab emptione. dicit ꝙ
non, nec aſsignat rationē. aſsignat tamen C.quan-
do lice.ab empt.diſce.l.fin. quia iſtud pactū ad hoc
nō apponitur, vt pariat exceptionē in pretio non
reddita re. Item reſultaret iniquitas, ꝙ emptor ha-
beret rem, ad quam dandam nō cogitur, vt dicta l.
ab emptione.in fin. & pretium, ſi poſſet excipere.
Guliel.verò de Cug.in dicta l.dicit ꝙ ratio eſt ibi,
quia quando ſit pactū de diſcedendo, non cadit in
ſpeciem contractus nominati, quia tunc ageretur,
ſed innominati, in quo licet pœnitere cum cōtra-
ctus cōpletus non eſt, vt ff.de cōdi.ob cau. l.iij.§.j.
& ij. & l.ſi pecuniam.in princi. Bartol.tamen hoc
non placet, maxime in caſu l.ab emptione. quia
non videtur, ꝙ fuerit ibi contractus innominatus
10 qui habet fieri per vt, ſed ibi poſiti fuerunt † abla-
tiui abſoluti, qui important conditionem, vt l. à
teſtatore. ff.de condition. & demonſtr. ideo tenete
rationem gloſ.ſecundum eum. Alij tamen Docto.
ſequuntur Guliel.de Cugneo, nec diſſentit Bartol.
niſi in caſu l.ab emptione.in fin. Bald.autem dicit
iſtam quæſtionem non habere dubium, ſi emptor
cui fuit res tradita non offert, quia non poteſt vel
pacto, niſi retradat poſſeſsionem.l.ſi cum fundum.
ff.de pactis.& l.Iulianus.§.offerri.& l.qui penden-
tem.de actione.empti. Sed ſi retraderet poſſeſsio-
nem, videretur quòd poſſet vel pacto, vt in dicta l.
ab emptione.verſic.nec quicquam. Iacob.de Are.
quem ſequitur Alber.tenet, quòd etiam ſi paratus
ſit emptor rem tradere, ſibi nō prodeſt pacti exce-
ptio, quia aliàs eſſet in poteſtate emptoris reſcin-
dere vel nō reſcindere contractū, quod eſſe non de-
bet per iſtam regulam, quia cōmuni conſenſu fuit
contractus: ergo communi diſſenſu debet diſtrahi.
Tum etiā propter euitandā inæqualitatē, vt ff.de
arbit.l.ſi cum dies. §.penul.& l.in vendentis.C.de
contrahen.empt.& l.j.ff.de eo quod certo loco. Sed
ad verſ.nec quicquā. allegatū per Bal.nō reſpon
detur per Alber. puto autem poſſe ſic reſponderi,
ꝙ in illo verſiculo cōmuni conſenſu venditoris &
emptoris fuit factus actus retro ſimilis, ſcilicet re-
traditio rei, ideo habetur ac ſi res fuiſſet integra.
Hoc autem caſu ſolus aderat conſenſus emptoris,
rem tradere volentis, diſſentiente venditore: quo
caſu non eſt audiendus emptor ſine efficacia agens
11 vel excipiens per prædicta. Item quæritur, † ven- Quæſtio.
didi tibi fundum, & partem tradidi, tu autē nihil
de pretio ſoluiſti, nunquid in ea parte fundi, quæ
non eſt tradita ſolo conſenſu poſsit recedi à vendi-
tione, ſicut quando totus fundus non eſt traditus,
vt hic.& l.ab emptione.in princ. Quod videtur, l.
quæ de tota. ff.de rei vendic. & videtur expreſſum
ff.de pact.l.iuriſgentium.§.adeo.ibi non erat pro-
ceſſum ad cuiuſuis partis venditæ traditionē. Con-
trarium tenet Alber.poſt Guliel.de Cug.quia non
eſt res integra, cum pars fundi ſit tradita, arg.ff.de
pollicit.l.j. §.cœpiſſe. & de auro & argento legat.
l.& ſi non ſint.§.quid igitur.& ita tenet gloſ. Inſti.
quibus modis tol.oblig.§.fin.& quia ex hoc ſeque-
retur communio, quæ ſolet excitare diſcordias. l.
cūm pater.§.dulciſsimis.de legat.ij. ad quam quia
inuitus non compellitur.l.ſi non ſortem. §.ſi cen-
tum. ff.de condictione indebit. Verum autem per
12 conſtitutionē † precarij rei venditæ factam in con
tractu venditionis dicatur res non integra, adeò ꝙ
ſolo diſſenſu non poſsit à contractu recedi. gloſ.
mouet hanc quæſtionem in dicta l.ab emptione.&
ibi diſputat ad partes, tandem tenet quòd res non
eſt integra, quia res licet non ſit tradita, tamen tra-
dita videtur. l.quædam mulier. ff.de rei vendic. &
l.quod meo. de acquirend.poſſeſ. Secundo ad hoc
vt res ſit non integra, ſufficit aliquid fieri per quod
liberatio contingat, vt l.cum emptor. ff.de reſcin.
13 vendit. † ſed per conſtitutionem precarij venditor
liberatur, cum tradiderit iuris intellectu. Nec am-
plius tenetur actione ex empto, ſed interdicto de
precario vel rei vendicatione. l.Neſennius. §.fun-
dum.ff.de re iudicata. & l.ſi cum fundum. §.fin.de
contrahen.empt.& l.in numerationibus. de ſolut.
& not.in authent.ſacramenta. C.ſi aduerſus vend.
ergo ſolo diſſenſu ſiue actu retro ſimili nō reſolui-
tur cōtractus. debet ergo verus actus retraditionis
interuenire, & hoc vbi verus actus prius interceſ-
ſit. Nam vbi primus actus traditionis eſſet verus,
& ſecundus eſſet fictus, non eſſet actus contrarius
retro

retro similis,qui requiritur in dict.l.ab emptione.
secunda parte,vt si interuenerit in primo actu pre-
carium,& in secundo actu interuenerit conuentio
sola de discedendo à venditione non sufficit, sed si
interuenerit precarium contrarium emptoris per
quod resoluatur precariũ venditoris,tunc sufficit,
& erit vnus contractus resolutus, cum actus illi si-
miles sint, scilicet precarium venditoris,& subse-
quens emptoris:quia si venditor constituit se pos-
sidere nomine emptoris, ita dici debet quãdo em-
ptor postea nomine venditoris , vt plenius decla-
rat Alber.Ita cõmuniter tenent Docto. in dicta l.
ab emptione. quos vide, & maximè Bart.in ij.q.
Aduertatis tamen secundum Bald.ad ea quæ dicta
14 sunt statim, ꝙ † per constitutionẽ precarij tollitur
actio ex empto.quia istud dictum habet gl.contra-
riam in l.Iulianus.§.ex vendito. ff.de actio.empti.
vbi vult gl. quòd non obstante constitutione pre-
carij venditor teneatur tradere corporalem posses-
sionem.Et illam glos.tenuit Petr.vt refert Bald.in
dicta l.ab emptione.& Cy.in l.j.C.quando lice.ab
empti.disce.in vlt.quæst. Ergo vera traditio plenè
liberat,sed non ficta.Sed cõcordat Bal.opiniones,
quòd liberat traditio precaria venditorem à tradi
tione iuris,id est,à translatione dominij,quia iam
transtulit. & sic remanet glos.l.ab emptione.vera.
nam ex quo cõtractus trahit secum exequutionem
translationis dominij,res non est integra.Non ta-
men per hoc liberatus est venditor à traditione fa
cti,quia adhuc ad possessionem quam de facto de-
tinet agi potest,vt not.gl.in simili Instit.de legat.
§.nostra.Alium tamen intellectũ dat illi gl.in §.ex
vẽdito. Albe.post Ray.videlicet ꝙ precarium fa-
cit rem videri datã emptori quo ad alios,non quo
ad ipsum venditorẽ,qui secundum Bal.in dict.l.ab
emptione. non est liberatus à traditione facti,licet
sit liberatus à iuris traditione,videte ibi. Attendi
oportet tamen,ꝙ secundum doctrinam Bart.post
15 glos.in sæpe dicta l.ab emptione. ꝙ † quædam fa-
ciunt cõtractum non esse integrum,seu rem nõ esse
integram.quod ex prædictis & sequentibus multis
colligi potest, primo in iudicijs, de quo per Doct.
in l.si defunctus. ff.de procur.Secundo in cõtracti-
bus innominatis,vt l.si pecuniã.ff.de cõdi.cau.da.
Tertio in cõtractibus, qui cõsensu contrahuntur,
alia cõsiderari oportet,an traditio rei facta sit,vel
pretij totius aut illius partis,vt d.l.ab emptione.&
l.j.& ij.C.de rescin.vend. item quarto an illa tradi
tio sit vera vel ficta,quæ est quãdo venditor cõsti-
tuit se nomine emptoris possidere,vt supra dictum
est.& not.per gl.sępe dictę l.ab emptione.Quinto
si interuenerit aliquis actus,per quẽ alter cõtrahen
tium liberetur,vt potest esse mors vel vẽditio rei,
aut aliquid simile.de quibus in l.cũ emptor.in fin.
ff.de rescin.ven.Sexto si res vel pretium deducatur
in stipulationẽ.l.emptor.in prin.ff.de pact.& l.em-
ptor.ff.de cõtrah.emp. circa hoc modos plurimos
transferẽdi possessionẽ videte alleg.per Ang.Are.
Instit.de rer.diuis.§.per traditionẽ.Vnum tamẽ in
16 prędictis notari oportet secundũ eundẽ Bar.† ꝙ da
tio arrarũ simpliciter facta nõ operatur rem non
esse integrã,nisi fortè in cõtractu daretur pro par-
te pretij cõuenti,vt l.ij.ff.de rescin.vend.& ibi not.
per Sali.qui allegat not.in d.l.ab emptione.vbi ita
residet Bar.sed circa hoc post Nicol.de Matha.vi-
dete plenius Bald.hoc examinantẽ in l.perfectam.
C.quando lice.ab emp.disce. sed ibi Alber.potest
videri distinguẽs,an in pecunia,vel specie dentur
arrę:& si in specie,an æstimata vel inæstimata.tu-
tius tamẽ dicit esse exprimi,an pro parte pretij den
tur,vel aliter.videte eum ibi. Qui etiã ibi quærit,
si venditor rem tradidit tempore cõtractus, à quo
cõmuni cõsensu discessum est, & emptor cõstituit
se nomine illius vẽditoris,qui tradiderat,posside-
re,an per hoc à primo cõtractu videatᷣ discessum?
Ad quod sentit gl.in d.l.ab emptione.ꝙ non,quia
actus vltimus nõ est verè retrò similis primo, qui
fuit verę traditionis.Secundus autẽ fictus,qui non
sufficit secundũ illam gl.quæ dicit actum verũ desi
derari,quasi dicat nõ fictum.Sed Bar.ibi tenet con
trarium.licet Petr.in l.j.in vlt.q.C.de rescin.vend.
teneat illũ intellectum gl.& mouet Bart.vt dictum
17 est,cõtrarium tenere,quia quãdo dicitur,ꝙ † actus
cõtrarius retro similis in talibus requiratᷣ,intelligi
debet secundũ eundem Bar.retro similis,vel æqui-
pollens, vt l.fi.in fi. ff.mand.& C.de instit.substit.
& restit.sub condi.fact.l.si mater.& ff.ad Trebel.l.
mulier.in prin.facit quod in simili notauit gl.in l.
pręses.in prin.C.de sen.& interloc.om.iudi.æqui-
pollet enim actus,ꝙ cõpetat actio illi cuius nomi-
ne alter possidere se cõfitetur, qui tenetur ad resti-
tuendum.ad quod allegat l.certi cõdictio.in fi. ff.si
cert.pet. Quãuis etiã,quando quis cõstituit se pre-
cario nomine alterius possidere, illa appelletur fi-
cta traditio,possessio tamen,quæ per hoc acquiri-
tur,dicitur vera & propria,secundũ eundem Bart.
ad quod allegat l.certè.§.j.ff.de precar.ibi dum di-
cit tex.propriè habere dicor.& ibi per ipsum Bar.
qui de hoc remittit ad plenius per eum not. in l.si
is qui pro emptore.circa fi.ff.de vsucap.facit quod
not.per Ang.Are.in d.§.per traditionẽ.Glos.in fi.
huius regulæ opponit contra eam de eo quod ha-
betur in l.nõ statim.ff.de pecu.vbi habetur in sum-
mario Saliceti,ꝙ quãuis traditione vera aut ficta
constituatur alicui peculiũ,& valeat illius cõstitu-
18 tio,† nõ tamen cõstituitur nuda voluntate,sed po
test ritè cõstitutũ nuda voluntate cõstituentis,desi
nere esse peculiũ,& sic destitui,& sic nõ eo genere,
quo constitutũ fuit.Ad hoc respõdet ista gl.sic de-
clarata per Albe.in dict.l.non statim.ꝙ dispositio
huius regulæ est regularis , sed id quod habetur in
alleg.l.de qua opponitᷣ, est casuale.& reddit ratio-
nem ipse Alber.quia cõstitutio peculij requirit da-
tionem illius,sed non illius destitutio,in qua suffi-
ciunt verba. Seruus enim habens à domino pecu-
lium nõ dicitur illud possidere,arg. l.homo liber.
§.quicquid. ff.de acquirẽ.rer.do.& l.velle non cre-
ditur.l.qui in seruitute. l.quod attinet.& l.seruitu-
tem.ff.isto titul. cum ibi notatis.& facit quod ha-
betur in l.quod seruus. ff.de acquir.pos. cum simi-
libus. Et dicit Salicetus in ante dicta l.non statim.
licet illud quod ibi scribitur nõ contradicit isti re-
gulæ,quoniam licet dicat esse naturale,rem dissol-
ui eo modo quo ligatur, non tamen prohibet per
alios modos hoc fieri,licet tam naturales modi dis-
soluendi nõ inueniantur,vt in ista lege.Vel secun-

dum Alber.ibi,datio & ablatio cõsistunt in vnius domini voluntate, ideo permittitur ei re etiã non integra illa ablatio in sua voluntate sola, & fit facilius ablatio, quàm datio. facit quod habetur in l.iij.§.in amittenda.& l.quemadmodũ.ff.de acqui.pos.& extra de transla.cap.inter corporalia. secus est quando datio & ablatio cõsistunt in voluntate duorum vel plurium,quia tunc procedit quod habetur in hac regula, & sæpe dicta l.ab emptione. cum similibus. Et ita verificata remanet huius legis dispositio. Cætera videte illam tangentia quæ dicuntur per Docto.in locis superius allegatis.

Summarium.

1 ☞Culpa nõ imputatur,vbi dolus alterius ei præponderat.& nume.4.

2 Clericum percutiens in alieno habitu nõ incurrit censuram,si ignorabat,secus si sciebat.& nu.3.

5 Clericus iaciens lapidem, si casu puerum occidat, prohibetur ab ordine.

6 Clericis nec causa exercitationis, licet lapides iacere.

7 Ebrietas quomodo puniatur.

8 Cæcus sagittans,si casu occidat,punitur.

9 Monachus chirurgus punitur.

10 Clericus non debet cum laico ludere.

11 Culpa qualis asscribatur clerico ludenti.

12 Imperitus iudicans facit litem suam.

13 Laici possunt cum assessoribus iudicare.

14 Iudex non præsumitur per dolum iudicasse.

15 Iudex negligẽs an plus puniatur, quàm imperitus. & nume.16.& 17.

18 Peritum se asserentis in impetratione, potest gratia impugnari.

19 Medicus tenetur de imperitia.

20 Scire & scire debere sunt paria.

21 Peritum se asserere videtur,qui negotiũ assumit.

22 Imperitia interdum æquiparatur dolo.

23 Peritum aliquem asserẽs tenetur de eius imperitia.

24 Assessoris imperitia non excusat iudicem.

25 Iudices tenentur de officialiũ suorum negligentia, & imperitia.

26 Agrimensor an de imperitia teneatur.

27 Mandãs aliquem verberari,si mutilatio sequatur, fit irregularis,etiam si hoc ille prohibuerit.

28 Negotiorum gestor an immisceat se rei ad se non pertinenti.

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.

CONCORDAT huic regulæ cap. non est sine culpa. extra eod.tit. lib.vj. Et quamuis glos. Io.Andr.ibi,in prin.dicat illam esse sumptam ex ista,nõ placet hoc ibi domi.Bonifac.de Amanatis, sicut nec in alijs capitulis illius titul.quæ Ioan.Andr.sæpe dicit sumpta fuisse à regulis istis, quia vna regula ex alia non sumitur, sed elicitur ex iure antè constituto,
quod breuiter narrat, vt suprà plene dictum est
super l.j.istius tituli. melius ergo dici potest,quòd
verba huius regulæ & aliarum, dederunt formam
autori illarum iuris canonici,qualiter in suis regu
lis verba cõciperet.¶Glos.huius legis ponit exem-
pla vt in ea videtur,& clara sunt, & primo de l.si.
C.vnde vi. & concordat illi l.vulgaris. §.si is qui
xx.& l.falsus.§.qui alienum. ff.de furt. de quarum
vtero videtur hæc regula sumpta.Secundò exem-
plificat de l.si putator.ff.ad legem Aquiliam.circa
quod exemplum attendendum est, quòd licet cul-
pa sit alicui transire per locum periculosum,& si-
bi imputetur, vt dicta l.si putator. cui concordat
1 l.item si obstetrix. §.fin. eodem titul. Attamen†si
dolus alterius culpæ præponderet, culposo culpa
non imputatur, sed dolus doloso, vt dicit text.in
dicto §.finali.in fine. Et per hoc dicit Florianus in
2 dicta l.si putator.quòd licet † percutiens clericum
incedentem in habitu laici non incurrat pœnam
canonis,si quis suadente.xvij.quæstion.iiij.& not.
glos.in l.si quis ignorans. ff.locat.& in l.si qua per
calumniam. C.de episcopis & clericis. & extra de
sententia excommunicat.cap.in audientia.& cap.
si vero.secundo.& not.in l.item apud Labeonem.
§.si quis virgines. ff.de iniurijs. & idem in mona-
cho portante habitum suum occultè,vt dicit Bar.
in l.in lege. ff.de contrahend.emptio. quia culpa
est monacho vel clerico immiscere se rei ad se non
pertinenti, quia non debet incedere in habitu lai-
corum, vt in capit.clerici officia. extra de vita &
honestate cleri.& in cap.Deus qui.eodem titul.vbi
videte Ioan.de Imol. an monachus portans habi-
tum coopertum incidat in pœnam cap.ij.ne cleri.
vel monachi. libro vj. & inclinat cum Ioan.Andr.
in mercurialibus.cap.in pœnis.extra eodem titul.
libro vj. & de Anchara.& domi.Anto.de Butr.in
illo c.Deus.quòd sic si faciat sine causa.licet Ioan.
de Lign.contra. videte ibi.facit ad prædicta quod
habetur in dicto cap.in audientia. vel etiam poni
potest exẽplum, quando quis percutit cliẽtem vel
familiarem Potestatis non portantẽ baculum vel
signum iustitiæ, vel vestem libratæ Potestatis, &
cui sine illis non est credendũ se esse talem etiam si
asserat,vt not. ff.de custod.reo.l.diuus. vel ducens
scholarem nõ repertum in habitu scholastico,non
incidat in pœnam inductam à statuto contra du-
centes vituperosè scholarem,quia talis quis præsu
mitur qualis reperitur,in l.moueor.C.si seruus ex-
portan.veneat.facit c.si iudex laicus.extra de sent.
excom.lib.vj.Hæc tamen limitantur,& vera sunt,
vt dicit Flor.in dicta l.si putator. & Bald.in dicta
l.si qua per calumniam. si percutiens vel resistens,
3 aut vituperosè ducens†ignorabat illum esse cleri-
cum,monachum,clientem,vel scholarem,per iura
prædicta. secus si sciebat illum esse talem, quia si-
bi notus erat,quia ex quo certus erat,amplius cer-
tiorari non debebat. l.j.in fin. ff.de actio.empti.&
4 de dote prælegat. l.j.in fin. Et sic†dolus suus præ-
ponderat culpę incedentis in non suo habitu,ideo
reiecta culpa quæ non attenditur, propter dolum
præponderãtem punietur dolus. quod bene nota,
quia facit ad multa. Cætera exempla glossæ vide
per te ipsum. Extra autem glos. poni possunt illa
exem

exempla, quæ per Dyn. & Ioan. And. ponuntur in dicto cap. non est sine culpa. eodem titul. lib. vj. vi-
5 delicet primò in † clerico iaciente lapidem, ex quo puer casu fuit interemptus, vt 50. distin. c. clerico. Nam non est liber omnino ab homicidio, ex eo quia intromisit se de re ad se non pertinente, vnde in culpa fuit: & sic nedum nō potest ordinari, imò nec in ordine antè suscepto potest ministrare sine dispensatione. Ex quo exemplo dicit do. Bonifac.
6 de Amanatis esse notandum, quòd † clericus non debet causa solatij vel ostensionis virium seu causa exercitationis, iacere lapides, cum solum istud sit ex lubricitate laicorum, vnde tenetur de eo quod inde sequutum est casu, non vt criminosus, sed vt culposus, arg. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adulter. Nec obstat secundum cum cap. inebriauerunt Lot. xvj. quæstio. j. vbi non punitur incestus per ebrietatem commissus: quia hoc casu iactus lapidis est causa immediata homicidij, sed ibi ebrietas non est causa immediata incestus: vnde ebrius ibi non tenetur de incestu, argu. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquiliam. & l. sciendum. §. qui cum aliter. eodem titul. Non putes ta-
7 men, quòd † inebrians se nō puniatur, quia imò punitur pro ebrietate, vt l. respiciendū. §. delinquunt. ff. de pœnis. & l. omne delictum. §. qui se. versic. per vinum. ff. de re milit. & not. Archi. xv. quæst. j. §. si quis instituens. vt recitat Flor. in dicto §. in hac. Aliud exemplum est in glos. dict. cap. non est sine
8 culpa. † in cæco sagittante vel iaculum mittente: nam ab hac proiectione omnino abstinere debuit, & ideo cum fuerit in culpa proijciendo, non excusatur omnino ab homicidio inde sequuto. xv. q. j. §. vt itaq. Exemplo Lamech, qui cum esset cæcus Cain sagitta interfecit, vt legitur Genesis quarto capite, & tamen non fuit excusatus, quanquàm propositum occidendi non haberet, dicente domino, De Lamech dabitur vltio septuagesies septies: de Cain verò septies. quod exponitur, vt dicit Bonifac. de Amanatis, vbi supra, septies, id est, in septem generationibus, quæ perierunt in diluuio, & septuagesies septies, id est, in lxxvij. animabus, in quibus fuit punitus Lamech, quæ processerunt de lumbis suis, secundum Hug. & Laur. vel secundum Ioan. septies, id est, perfectè: septuagesies septies, id est, perfectius, quia Lamech duo grauia commisit, scilicet homicidium & adulterium: vnde grauius fuit punitus quàm Cain, qui solum homicidium commisit, vt not. in c. quomodo virginibus. xxxj.
9 quæst. j. Tertium est exemplum in † monacho chirurgico, qui licet esset peritus in arte illa, tamen in culpa fuit exercendo illud officium ad alium pertinens: vnde non excusatur omnino à morte inde sequuta etiam culpa infirmi, imò eget dispensatione, vt in cap. tua nos. extra de homici. Quanquàm ergo esset practicus, & propter peritiam cura vulneris vel morbi ad ipsum posset pertinere, argu. l. septimo mense. ff. de statu ho. tamen propter religionis habitum, & votum abstinere omnino debuit ab huiusmodi exercitio, vt c. nō magnopere. & cap. fin. extra ne cler. vel mona. & ideo quia dedit operā rei quo ad se illicitæ, tenetur de eo quod inde sequutū est culpa alterius vel casu, non vt criminosus, sed vt culposus. Potest etiam poni exemplum quod ponit Ioā. Mona. in dicto cap. non est. scilicet de cap. continebatur. extra de homicl. vbi
10 † clericus ludens cum laico ludo inhonesto sibi est in culpa duplici: tum quia vtebatur ludo inhonesto sibi, tum quia cum laico, à cuius actibus & consortio debet esse remotus, arg. ij. q. vij. cap. laicos. ideo tenetur de homicidio inde sequuto, vt culposus, arg. in l. in furti actione. §. fin. ff. de fur. & l. nam ludus. ad legem Aquil. & l. si ex plagis. §. fin. eod. tit. & in procemio ff. §. penult. Nec obstat cap. lator. extra de homic. quia vt dicit Bonifa. de Amanatis ibi ludus non erat inhonestus: præterea non ludebat ibi clericus cum laico, sed cū clerico, & sic nulla culpa ibi erat. Ideo dicit Alber. in §. penult. in procemio ff. quòd ludus honestus concessus est clericis. xxxij. quæst. iiij. c. recurrat. & remittit ad not. in dicto c. lator. vbi vide per canonistas. Et sic ex hoc exēplo colligi potest ludū perniciosum esse in
11 culpa: † de qua autē culpa intelligatur dicit Flor. in dicta l. item si obstetrix. §. fi. quòd videtur quòd de leui intelligatur, per illa quæ notauit glos. in l. in venditione. §. de tempore. ff. de bon. autor. iudi. posid. & in l. si constante. §. si maritus. sol. mat. Sed verius dicendum est quādoq; de lata, quandoq; de leui vel leuissima intelligi debere, secundum materiam subiectam de qua agitur, & cui verbū culpæ adiungitur, vt dicit Bar. in dicto §. de tempore. & Flor. vbi supra. Circa quod recurre ad illa, quæ plenissimè dicta sunt in l. contractus. ff. eod. tit. Aliud potest addi exemplum quod ponit Dy. in dicto c. non est. quod ibi sibi ipsi attribuit Io. And. de l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de actio. & obl. & l. si iudex.
12 ff. de var. & extraord. cog. vbi si † imperitus in iure assumat iudicantis officium, & per imprudentiam sententiam ferat iniquam, facit litem suam, quia in culpa fuit immiscēdo se iudicaturæ ad ipsum non pertinēti, cum foret imperitus. & hoc probatur in l. si filius. ff. de iudi. secundū veram lecturā, inquantum verbum in peculio, ibi positum refertur ad filium, & non ad patrē. Ita quòd sit intellectus, quòd qui iudicauit iniquè per dolū, tenetur insolidum. Si per imperitiam, peculio tenus: quia vt dicit ibi Angel. post Bal. & Albe. nō debet vltra videri bono viro. ideo dat consiliū Angel. filiofamil. iudici, qui videt se condemnari debere tempore syndicarus ratione imperitiæ, vt alleget se non debere condemnari vltra vires peculij, & q; in peculio nihil habet, & ita deludet agentē secundum eum. Circa quod exemplum dicit domi. Bonifa. de Amanatis esse aduertēdum, quòd ibi fuit duplex culpa. Vna in eo quòd asseruit expressè vel tacitè se peritum cum esset imperitus. Alia in eo quòd iudicauit per imperitiam. nam potuit cōsulere peritiores, & fuit in culpa eos non consulendo, argu. l. in bonorum.
13 ff. de bon. posses. Pro quo facit, quia † laici possunt esse Potestates & iudices terrarum habentes iurisdictionem totalem, & sententiant cum cōsilio peritorum, vt not. in l. fin. de senten. ex pericul. recit. per glos. & Doct. & l. certi iuris. C. de iudi. facit id quod dicit Innoc. in cap. si pro debilitate. extra de officio dele. & not. in l. j. ff. de assesso. & Spec. titul. de requisi. consilij. Ex quo infert dom. Bonifacius,

quòd etiã iudex peritus, si iudicet per imperitiam,
quia nõ bene vidit in iure, credens bene iudicare,
faciat litem suam, licet sit solum in vna culpa, non
per istam regulam, ex quo peritus erat, sed per di-
ctam l. si iudex. quæ loquitur indistinctè. facit l. si
per imprudentiam. ff. de euict. Non tamen tenetur
in totum, quando per imperitiã, & non dolo pro-
nuntiauit, sed solum arbitrio boni viri, & inquan-
tum religioni iudicantis videbitur propter culpã.
Hoc etiam declarat Bal. in tit. de pace iuramen. fir.
§. iudices. & ibi bona est glos. super verbo, neglexe-
rint. quæ determinat omnia ista compendiosè &
clarè, quia si fortè per imperitiam iudex iudicauit
malè de toto vno maximo dominio, nõ soluet si-
bi impossibile. l. cum hæres. ff. de stat. liber. & dicit
hoc probari in dicta l. si filius. si autem dolo iudi-
cauit, tenetur in veram æstimationem litis, vt l. fi.
C. de pœna iudic. qui male iudic. & alijs pœnis, de
14 quibus ibi. tenete tamen menti, quòd † pro iudice
præsumitur, vt non videatur dolo pronuntiasse,
nisi euidenter appareat, vt dicit Bal. in dicta l. si fi-
lius. subiungens, quòd si reperiretur male iudica-
tum, in dubio non præsumitur dolus, sed imperi-
tia. l. j. in princi. ff. de appellat. ibi, quod non arbi-
15 tramur. Sciendum est etiam, quòd † iudex negligẽs
iustitiam ministrare, ex negligentia tenetur, vt est
tex. in dicto §. iudices. & hoc ibi tenet Bal. & alleg.
tex. in authent. de quæstore. §. super hoc. collat. vj.
Non tamẽ dicitur negligẽtia in iudice, si pars non
petat, secundum eundem Bal. qui alleg. l. argenta-
rius. §. cum autem. ff. de edendo. & facit quod not.
C. de seruis fugit. l. cum seruum. vbi per glos. Hoc
etiam ponit Bartol. in dicta l. si iudex. & Angel. in
l. iiij. §. in eum. ff. de damno infecto. vbi per domi.
Ioan. de Imola, qui allegat ad hoc gl. in cap. etiam.
ij. quæstio. vj. quæ videtur velle, quòd iudex negli-
16 gens faciat litem suam, addens quòd † magis vide-
tur puniẽdus iudex negligens facere iustitiã, quàm
malè iudicans per imperitiam: quia negligens in-
distinctè tenetur ad interesse, & sic ad veram æsti-
mationem litis: sed male iudicans per imperitiam
tenetur inquantum iudici æquum videbitur, vt di-
ctum est. Et potest esse ratio secundũ eum, quia ne-
gligens facere iustitiã, non videtur habere aliquam
excusationẽ, vt iuribus prędictis. & in l. mancipia.
C. de seruis fugit. vbi per Bal. egregiè loquentem:
sed ille qui iudicat & administrat iustitiam, licet
male per imperitiam, magis tolerandus est. Vide-
17 tur tamen dicto domino Ioan. de Imola, quòd † si
imperitia iudicis fuit supina, teneatur ipse in ve-
ram æstimationem. & dicit hoc fuisse de mente gl.
Instit. de obligat. ex quasi malefic. in princip. super
verbo, fecerit. & sit tunc idem, quod in negligẽte,
secus quando nõ fuit supina ignorãtia, vt quia er-
rauit in lege difficili. vt ibi not. gl. de multis autem
alijs quæstionibus circa materiã huius articuli iu-
dicis iudicantis malè, vide latius per Docto. in lo-
cis præallegatis, vbi sufficiat remissio, quia plenè
& clarè ibi loquuntur. & in l. obseruare. §. profici-
sci. ff. de officio procons. & legat. per Bal. & glos. in
cap. j. de senten. excom. libr. vj. Ex argumentis ta-
men præmissorũ dicit Alber. vnum notabile ver-
18 bum in l. si per imprudentiam. de euictio. † quòd si
quis asseruit Papæ, se esse peritum & prudentẽ iu-
ris, cum nõ esset, & Papa fecit sibi gratiam de ali-
quo beneficio, potest ex hoc excipi cõtra gratiam
prædictam & literas. alleg. xxv. quæst. ij. c. & si le-
gibus. & C. si contra ius vel vtili. pub. l. & si legi-
bus. & not. per Compostel. extra de rescrip. cap. su-
per literis. & Specul. de except. §. dicto. versicul. sed
quæro. Præmissa etiam omnia, quæ de iudice dicta
19 sunt, trahunt Docto. ad † medicum, qui medicinæ
ignarus est, quia si aliquem lædit tenetur, sicut qui-
libet artifex se peritum asserens, cum sit ignarus,
quia in culpa est immiscendo se rei ad se non per-
tinenti. l. illicitas. §. sicuti medico. ff. de offic. præto.
vbi per Albe. & vide omnino Innocen. in cap. tua
nos. extra de homicid. facit l. si quis fundum. §. Cel-
sus. ff. locar. & l. item quæritur. §. si gemma. eod. tit.
& l. idem iuris. §. mulionem. ad legem Aquiliam.
& Instit. ad legem Aquiliam. §. imperitia. Ideo di-
20 cit Floria. in dicto §. mulionem. quòd † paria sunt
scire vel scire debere. l. quod te. ff. si cert. pet. & dicit
hoc facere ad id quod dictum est de medico, qui se
dicit peritum ad medicandum & non sit, & faciat
vel omittat aliquod, propter quod infirmus ali-
quod periculum incurrit, ipse tenetur. Ideo dicit
Innoc. quòd hoc casu ipse peccat, & efficitur irre-
gularis in suis casibus. & ad hoc adducit l. ij. ff. quod
quisq; iur. & l. Iulianus. §. quid tamen. de accusat.
21 Idem dicendum putat Flor. † si simpliciter assumat
officium medicandi vel alterius artis, nam eo ipso
quòd assumit, videtur asserere ad illud se peritum,
sicut in simili de assessore dicitur in dicta l. ij. Et est
22 notandum secundũ eundem Flor. † quòd propter
hanc tacitè assertã peritiam lata culpa in talibus
videtur æquiparari dolo etiam quo ad pœnã cor-
poralem, quod est mirabile. Licet regulariter dica-
tur, quòd in criminalibus lata culpa non æquipa-
ratur dolo, vt not. glos. in l. in actionibus. ff. de in li-
tem iurand. & est tex. in l. in lege. ff. ad legẽ Cornel.
de sicar. & hoc dicit esse notatum per glos. singu.
in dicta l. ij. quod quisq; iur. Alber. tamen videtur
huic dicto contraire in l. illicitas. §. sicuti medico.
ff. de offic. præsi. vbi & post antiquos Docto. quòd
si infirmus propter imperitiam medici moriatur,
non est puniẽdus medicus pœna legis Cornelię de
sicarijs, sed solum extra ordinem pro arbitrio iu-
dicantis, arg. l. respiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœ-
nis. & hoc videtur æquius. Nec est obliuioni dan-
23 dum, † quòd nedum tenetur quis de imperitia sua,
sed etiam de imperitia illius, quem peritum asse-
ruit, vt pręficeretur alicui officio vel negotio, cum
esset imperitus, siue sit in iudicando siue alio offi-
cio, vt not. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius. &
§. fin. ad legem Aquiliam. Hinc est, quòd vt dicit
24 Bal. post glos. in dicta l. ij. quod quisq; iur. † impe-
ritia assessoris non excusat Potestatem quin faciat
litem suam, si pronuntiauit iniquè. quod dicit esse
menti tenendum. Faciunt etiã prædicta secundum
25 Flor. in dicto §. si fornicarius. quòd † Potestas, ca-
pitaneus, & similes tenentur de negligentia & im-
peritia officialium vel familiarium suorum circa
officium cõmissa. Pro quo facit id quod solet no-
tari in l. ij. ff. fur. aduersus nau. & de publica. l. j. §.
familiæ. vbi per Bart. Extra autem officium com-
missa

missa culpa nō imputatur Potestati vel capitaneo aut simili, vt ibi notauit Bartol. & Ioan. de Imola, & Flor. in dicto §. si fornicarius. & allegat glos. in cap. cūm ad sedem. extra de restit. spol. Et per hoc determinauit Dyn. quæst. quòd licet ex forma statuti disponentis, quòd Potestates pro sua familia teneantur, si familia Potestatis vulnerat aliquem, Potestas nō tenetur si criminaliter agatur: quia tale statutum debet intelligi, si ciuiliter agatur, non criminaliter, vt dicit illa notabilis glos. de iure tamen cōmuni non tenetur pro tali delicto ciuiliter nec criminaliter, quādo delinquit extra officium. Quod patet secundum Flor. quia si teneretur, non posset esse iudex de isto crimine, cuius contrarium not. ff. de officio præsid. l. Senatus. & l. si quis fortè. §. si quos. de pœnis. Illud autem quod dictum est, quemlibet artificem se peritum asserentē teneri de imperitia, fallit secundum Dyn. & domi. Bonifac.
26 in agrimensore, †qui etiam si imperitè versetur in sua arte, non tenetur, imò imputatur illi qui eum elegit, vt l. j. §. hæc actio. ff. si mensor fal. mo. dixe. Videtur tamen secundū domi. Bonifac. quòd vbi mensor per imperitiam mēsus est, non tenetur nisi in subsidiū, existente non soluendo illo, qui ex falsa mensuratione cōmodum reportauit, vt l. si duobus. §. competit. eodem titul. vbi ergo dolosè mensor retulit, statim cōtra eum potest agi, vt dicto §. hæc actio. & sic sit in potestate fraudati, vel agere contra mensorem, vel contra eum cui attulit commodum sua fraudulosa mensuratione, argu. l. licet. §. in factum. ff. nau. caup. stabul. Si autem per imperitiam retulit, tunc non tenetur, nisi in subsidium, vt dicto §. competit. quanquàm tunc fortè, vt inquit dominus Bonifa. non teneatur insolidum, sed solum inquantum religioni iudicantis videbitur æquum, ad similitudinē iudicis, per dictam l. si iudex. Alia exempla ponit dominus Bonifacius videlicet de cap. eos. in princi. & cap. nullus. extra de tempo. ordi. libr. vj. vbi episcopus ordinans clericum alterius diœcesis, vel episcopus & inferior conferens laico, aut infanti vel coniugato tonsurā clericalem, quia in culpa est immiscēdo se rei ad eum non pertinenti, punitur in eo in quo deliquit: nam per annū suspēsus est à collatione ordinis seu tonsuræ clericalis. Item per cap. ad decimas. de restit. spol. eodem libr. vbi percipiens decimas in aliena parochia est in culpa se intromittēdo de re ad eum non pertinenti, & sic contra eum præsumitur verisimiliter, quòd eas iniustè occupauit. Itē per cap. cum qui. in princip. eodem lib. de præben. vbi intrudens se scienter in beneficiū curatum est in culpa, quia se intromittit de re ad eum nō pertinenti: ideo priuatur beneficio curato simili, quod ante obtinebat: quia beneficium ecclesiasticum non debet sine canonica institutione obtineri, in cap. j. extra eodem tit. libro vj. Item per cap. is qui mandat.
27 de homic. lib. vj. vbi †mandās aliquem verberari, efficitur irregularis ex mutilatione inde sequuta, licet expresse inhibuerit ne mutilaretur, quia fuit in culpa mandando id quod ad ipsum nō pertinebat. His exemplis præmissis, notate ex regula ista, & ex dictis exemplis, quòd illa culpa culpatur, qua alienum ius vel officiū seu exercitium vsurpatur. Ratio autem dubitandi fuit in hac regula, secundum dominum Bonifac. quia artificia humana sunt ab euentu non à natura, vt l. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij. & quia natura affectat addiscere de die in diem. l. apud Iulianum. ff. de fideicommiss. liber. pro tanto videbatur non esse in culpa, qui se intromittit de eo quod ignorat, vt illud faciat & addiscat. facit l. j. in princip. ff. de iustit. & iur. Nam ad ignorātem res ignota censetur pertinere, & videtur sibi licere illi se immiscere, vt operam dando eius habeat notitiam. Ratio verò decidendi est, quia quilibet debet esse cōtentus terminis suis, arg. l. in re mandata. C. mand. & l. cum quærebatur. C. vnde vi. hic alleg. in glos. cum similibus. vnde de his quæ nō pertinent ad nos intromittere nos non debemus. Non obstat ratio prædicta, quia in his quæ pertinent ad habendum scientiā vel notitiam alicuius doctrinæ, vel artificij possumus operā dare ignorātes, vt addiscamus, non autē vt quasi docti doceamus vel practicemus, vt hic. Vel dic secundum eundē domi. Bonifac. quòd indoctus potest se ingerere, dum tamen hoc faciat sine alterius dispendio, argum. l. soluendo. ff. de negotijs gestis. Contra istam regulam opponit glos. de toto tit.
28 de negotijs gest. ff. & maximè in l. ij. §. quia †negotium alienum gerens scit indubitanter illud ad se non pertinere: igitur est in culpa, per hanc regulam, & est contra rationem, quòd detur sibi actio. & tamen l. ij. ff. de negotijs gestis. dicit iustum esse, & sic ista regula non bene dicit, vel illa l. ij. quod esset absonū dicere. Ad hoc respondetur secundum glos. & Doct. quòd homo homini ex debito naturæ tenetur prodesse. l. seruus. ff. de seruis export. & l. vt vim. de iustitia & iur. & in cap. cum in officijs charitatis. extra de testa. vnde si intromittat se homo de negotijs hominis sine mandato, vt ei prosiciat, vtiq; intromittit se de eo quod ad eum pertinet, non quo ad damnum vel lucrū, sed quo ad officium, arg. eius quod dicimus res priuatorum pertinere ad principem non quo ad dominiū, sed quo ad protectionem, vt l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. & ibi not. Et negotium pupilli pertinet ad tutorem non respectu dominij, nec quo ad propriam vtilitatem, sed quo ad curam & solicitudinem. l. si pupilli. in principio. ff. de negotijs gestis. In eo ergo quòd accedit quis ad gerenda negotia alterius vtiliter sine mandato, nō est in culpa, cum exerceat officium charitatis, & sic magis censetur suum officium, quod ei inest, exercere, quàm culpabiliter rei alienæ se immiscere: & ideo datur sibi actio negotiorum gestorum, vt consequatur quæ exposuit in illa gestione, vt in contrario, & notatur latius per totum titul. de negotijs gest. Cætera vide per Doct. in dicto c. non est sine culpa. vbi sufficiat remissio, & aliqua dicentur j. eod. titulo. l. culpa caret.

Summarium.

1 ☞ Iurisdictionis defectus semper potest allegari, alijs omnibus exceptionibus deficientibus.
2 Iurisdictio fuit prior quàm magistratus.
3 Prohibitus ab aliquo, prohibetur ab eius æqui-

pollenti.

4 Absolui aliqui possunt, qui non possunt condēnari. & nume. 6.

5 Gladij potestas delegari non potest iure ciuili, secus iure canonico.

Nemo qui condemnare non potest, absoluere potest.

PER glos. declaratur hæc regula, quam dicit nō fallere, si generaliter intelligatur, quòd qui iurisdictionem ordinariā vel delegatam non habet, nullum potest condemnare, nec absoluere. & hoc propter defectū potestatis &
1 iurisdictionis, † qui defectus semper potest allegari, etiam vbi aliæ exceptiones per ius vel statutum rejciuntur, vt not. per glos. notabilem in Clemen. vnica. de sequestra. posses. & fruct. & not. per Bald. in l. generaliter. C. de episcop. & cler. & l. j. si à non compe. iudi. iudic. esse dica. & ff. de excus. tut. l. scire oportet. §. fin. & Bar. quod vi aut clam. l. j. & est ratio, quia iurisdictio est illa, quæ est fundamentum totius iudicij. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. & vbi non est fundamentum, ædificari nō potest. l. si fundum. §. qui fundum. ff. de legat. j. & in cap. veniens. extra de presbyt. non bapt. ideo dicit Ioan. Mona. in cap. statutum. extra de rescript. lib. vj. quòd iurisdictio præcedere debet magistratum seu ius dicentis officiū, quia prius nascitur, quàm exerceatur ad actum, vt C. qui pro sua iurisd. iudi. dare da. ve pos. & ita not. Bal. cuius sunt hæc verba, in tit. de pace iuramē. fir. §. ad hæc. Pro quibus facit tex. in l. ij. §. post originem. ff. de origine iuris. vbi pro-
2 batur, q † prius fuit iurisdictio quàm magistratus: nec mirum quia iurisdictio est publici iuris, & potestas de publico introducta l. j. §. ius publicum. ff. de iustitia & iure. & not. in l. j. de iudi. ideo iurisdictio non est penes priuatos, vt l. priuatorum. C. de iurisdict. omnium iudi. Ex quibus sequitur veritas huius regulæ, q qui condēnare non potest, nec absoluere: quia sentētia lata ab eo qui non est iudex, non habet autoritatē rei iudicatæ. Robur enim & efficacia eorum, quæ geruntur à iudice, fundantur in iurisdictione: quæ si deficit, nō valet quod agitur. facit cap. significantibus. extra de offic. deleg. & cap. super eo. de cri. fal. facit totus tit. C. si à non compe. iudi. & l. si pater. C. ne de stat. defuncto. cum similibus. Ex ista autē regula possumus colligere, quòd qui non habet potestatem in vno contrariorum, nec in reliquo. & econuerso, qui habet potestatem in vno cōtrariorum, & reliquo, vt dicit gl. hic: quia qui condemnare potest, & absoluere. & est tex. in l. iij. ff. de re iudica. & ibi hoc not. & Ioan. de Imol. Et ibi per gl. ponuntur quatuor regulæ, quas ibi videre potes, cum faciant ad materiam. Potest etiam poni exemplum in hac l. in habente iurisdictionem, sed non quo ad condemnationem vel absolutionem, vt in delegato proconsulis ad causas criminales, aut meri imperij, vel gladij potestatē, quæ delegari non potest secundū iura ciuilia. Tali enim delegata censetur sola cognitio, non autem condemnatio vel absolutio, vt l. solent. in princip. ff. de offic. proconsu. & ibi not. quòd qui non potest condemnare cōdemnandum, nec absoluere absoluendum. Imò dicit Bald. in dicta l. solent. quòd etiam qui non potest absoluere absoluendum, non potest etiam pronuntiare eum absoluendum fore:
3 quia † qui prohibetur ab aliquo, prohibetur ab eius simili vel pari seu æquipollenti. l. fraus. ff. de legib. Preterea, dicit ipse, ista esset vna interloquutoria, quæ non arctat maxime superiorē, ad quem pertinet sententiare: imò nec arctaret successorem. l. quod iussit. ff. de re iudic. facit l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. & l. nam magistratus. de arbi. Fallit tamen id quod dictum est, quòd qui non potest cōdemnare, nec absoluere, in l. quoties. §. adeo.
4 C. vbi sena. vel clari. vbi † illustres nō possunt condemnari per delegatum principis, possunt bene tamen absolui, si absoluendi videantur. Et est ratio, secundum Bald. ibi, quia quòd non possint condemnari est inductum in priuilegium illustrium personarum. vnde non debet retorqueri in eorum læsionem. l. quod fauore. C. de legib. in suum autem odium & læsionē retorqueretur, si non possent absolui, quod non est dicēdum. Quod autem dictum
5 est † gladij potestatem committi non posse, est verum secundum leges. secus est autem secundum canones, vt dicit Bal. in dicta l. solent. extra de rapto. c. in archiepiscopatu. Et est ratio differentiæ, quia clerici per se actualiter gladium exercere non possunt, neq fundere sanguinem humanū, sed tamen ex permissu canonum committunt hoc alteri, scilicet quòd faciat iustitiā, quia tunc lex occidit non ipse qui committit, vt l. j. §. j. ff. ad Turpil. aliàs si non posset per eos cōmitti gladij potestas, iurisdictio illa esset inanis in clericis. Et de hoc vide quod not. in Specul. de iurisd. omnium iudi. vers. & not. quòd episcopus. De materia verò huius regulæ, vide not. per glos. & Doct. in cap. cùm inferior. extra de maio. & obed. & xxj. dist. inferior. Item aduertendum est circa hoc, quod dicit hic glos. quòd si
6 † clericus corā iudice laico cōueniatur de crimine, & iudex secularis eum reperiat innocentē, poterit absoluere, licet repertum nocētem cōdemnare non posset, per iura ciuilia, quæ allegat gl. Hoc idē notauit gl. in authen. clericus quoq. C. de epis. & cler. quæ dicit quòd hæc regula fallit in illo casu, quia qui non potest condemnare, potest absoluere. Bal. tamen in dicta authen. clericus. reprehēdit glos. dicens, quòd iudex secularis, sicut non potest condemnare clericū, ita nec absoluere. Et est ratio, quia deficit sibi iurisdictio in clericum, vt in authen. statuimus. C. de epis. & cler. & in cap. si diligenti. extra de foro compe. vnde cum iudicium non possit fundari, non potest ferri sententia pro vel contra, vt extra de iudi. cap. at si clerici. & sic remanet hæc regula vera, quòd qui non potest cōdemnare, non potest absoluere.

Summarium.

1 ☞ Actiones ex delicto descendentes lite contestata transeunt ad hæredes.

Hæres

2 Hæres an teneatur ex dolo defuncti iure ciuili & canonico. & nume. 3.
4 Hæres vſurarij tenetur ad reſtitutionẽ, ſicut hæres furis.
5 Parochiano ſacerdoti facta per defunctũ promiſſione poſſunt agere omnes, quorũ intereſt. & nu. 6.
7 Pœnalis actio an tranſeat in hæredem. & nu. 8.
9 Hæredem furis an conuenire poſsim pro re mihi obligata.
10 Hæres confeſsi ſe damnum dediſſe, an teneatur.
11 Hæres quomodo teneatur ex delicto defuncti. & numero 12.
13 Pœnæ afflictiuæ corporis animati finiunt morte.
14 Mortuus an poſsit ſuſpendi.
15 Confiſcationis ſentẽtia nondum lata, an hæres teneatur.
16 Criminis læſæ maieſtatis vel hæreſis ſentẽtia non debet formari contra defunctum, ſed contra eius memoriam.
17 Accuſator defuncti debet ſe inſcribere, ſicut accuſator viuentis.
18 Mortuo condemnato intra decem dies, an ſit idem ius ſicut ſi appellaſſet. & nume. 19.
20 Confeſsio iudicialis an ſufficiat ad cõfiſcanda bona defuncti ante ſententiam.
21 Contumacis habiti pro cõfeſſo & conuicto, ac ante ſententiã mortui, an pœna tranſeat ad hæredes.
22 Sententia lata contra contumacem abſentem fertur purè, licet exequutio ſit conditionalis.
23 Bannitus damnatus ſi veniat in fortiam iudicis, debet nouus formari proceſſus.
24 Bannitus cõdemnatus & poſtea captus, an denuo audiatur.
25 Accuſatio defuncti nõ extinguitur quo ad eius innocentiam per hæredes declarandam.
26 Actiones ex delicto deſcẽdentes quomodo ad hæredes actiuè tranſeant. & nume. 27. & 28.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

NOTABILEM habet hæc regula materiã,
de qua plenè tractat̃ per
Doct. in l. vnica. C. ex delicto defunct. Pro cuius
materia elucidanda ſciendum eſt, vt ibi dicũt Do-
1 ctores, quòd † actiones ex
delicto deſcendentes lite
cõteſtata efficiuntur tranſitoriæ in hęredes, ſed lite
non conteſtata non, niſi inquantũ ad eos peruenit.
Et ratio diuerſitatis redditur per Sali. quia lite con
teſtata videtur eſſe celebratus quidam contractus
per illam litis cõteſtationem, cum in iudicijs quaſi
cõtrahatur, vt l. iij. §. idẽ ſcribit. ff. de pecul. Lite au
tem non conteſtata ceſſat iſte quaſi cõtractus, ideo
hæres non tenetur, quia non deliquit, niſi inquan-
tum ad eum peruenit: quia tũc in eo, quod ad eum
peruenit, ſuccedit defuncto, & turpia lucra non de-
bent apud eum remanere, vt l. in hęredem. ff. de ca-
lumniat. Vt tamẽ hæc materia breuius elucidetur,
dic ſecundum Bal. in dicta l. vnica, quòd ſi quæra-
2 mus † an hæres teneatur ex dolo defuncti, etiã lite
non conteſtata, & quando ad eum nil peruenit, ꝙ
aut agitur ex cõtractu propter dolum, aut ex do-
lo propter contractum, aut à dolo abſtracto ab o-
mni contractu vel quaſi. Primo caſu aut loquimur
in contractu bonæ fidei, & tenetur hæres rei perſe-
quutoria, ſed nõ pœnali ex parte agentis, vt ff. de-
poſiti. l. ſi hominem. §. datur. Et idem in contractu
ſtricti iuris, ſi dolus purgatur ex natura cõtractus,
vt quia habet clauſulam doli. ff. de verb. obli. l. ſti-
pulationes cõmodiſsimum. & l. ex ea. §. fi. Si verò
agitur ex dolo propter contractum, tunc quia in
contractibus ſtricti iuris iſte dolus purgatur, non
per naturam contractus, ſed per naturam delicti,
non tenetur hæres, vt l. prætor. §. fi. de bonis auto.
iudi. poſ. Et dicit Bal. cognoſci poſſe, an agatur ex
cõtractu propter delictum, vel ex delicto propter
contractum, ex inſpectione actionis propoſitæ. Et
dicit eſſe ſciendum, quòd quando contractus præ-
cedens delictũ eſt nullus ipſo iure, tunc dolus non
poteſt purgari per actionem ex eo contractu, ſed
neceſſe eſt agi de dolo, vt ff. de dolo. l. eleganter. in
princip. vbi conſiderandũ eſt, quòd quandoq; do-
lus oritur in ipſo cõtractu, & tunc loquitur princi
pium illius legis. quãdoq; ſeorſum poſt cõtractum
in exequutione cõtractus, & tunc loquitur eadem
lex. §. j. Tertio verò caſu, quãdo eſt dolus ab omni
contractu vel quaſi abſtractus, aut loquimur de iu-
re ciuili, & habet locũ regula iſta, & l. vnica. C. ex
delict. defuncto. Fallit tamen ſecundum Salic. ibi,
quãdo pœna ipſo iure à lege imponitur, quia tunc
de iure etiã ciuili tranſit in hæredes, & inſolidum
tenẽtur ad pœnam, vt l. Caius. ff. ad Sillcia. & l. cõ-
miſſa. de publica. & l. iij. §. quod autẽ. quod quiſq;
iuris. & ibi de hoc eſt gl. & ratio redditur per Ioan.
de Imol. in dicta l. cõmiſſa. quia ſi hæres reperiatur
poſsidere, conuenitur vt quilibet poſſeſſor. Facit
quod habetur in ſimili in rei vẽdicatione & actio-
ne ad exhibendum in l. de eo. §. fin. ff. ad exhiben. &
ideo ſi res peruenit ad hæredem, nõ eſt mirandum
ſi tunc tenetur, vt hic, & dict. l. vnica. & l. ſi publi-
3 canus. de publica. Aut de iure canonico, † & tunc
hæres tenet̃ quatenus vires patrimonij patiuntur.
Nam cum ſit eadem perſona cum defuncto, in au-
thent. de iureiuran. à mo. præſti. in princ. collat. v.
æquum eſt hęredem teneri, ſcilicet ad intereſſe, non
ad pœnam, extra de ſepul. cap. parochiano. & de
rapt. cap. in literis. & not. in c. quanquàm. de vſur.
li. vj. & per io. de Ana. in c. quia in omnibus. extra
4 de vſur. Et ideo † hæres vſurarij tenetur ad reſtituẽ-
das vſuras, ſicut hæres furis tenetur ad rẽ reſtituen
dam. id enim ſpeciale eſt in furto, vt hęres furis te-
neatur ad reſtitutionẽ rei, vt l. ſi pro fure. §. ij. ff. de
condi. furt. Quidam tamen dixerunt, quòd hæres
nõ tenetur ex delicto defuncti de iure canonico, ſed
tenetur ex cautione, quam in caſibus decretalium
allegatarum præſtitit defunctus parochiano ſacer
doti, qui ad hoc habet officium publicum, ſecun-
5 dum Panor. in dicto c. parochiano. ita ꝙ † ex cau-
tione ſeu promiſsione per eũ recepta poſſunt age-
re omnes illi quorum intereſt, ac ſi promiſsio fuiſ-

ſet recepta per notarium ſeu ordinarium loci,arg.
in l.non quaſi. ff.rem pupilli ſal.fo.& dicit Panor.
meliorem tex.qui ſit in iure canonico eſſe in dicto
cap.quanquàm.extra de vſur.libr.vj.ex quo dicit,
quòd cap.quanquàm. non ponit ſpecialitatem in
crimine vſurarũ quatenus admittit presbyterum
parochialem ad recipiẽdum illam ſtipulationem,
6 vel cautionem,de qua ibi. Alij † verò dixerunt,ꝙ
in dicto c.parochiano. non ſolum lis habetur pro
conteſtata, imò ex quaſi ſententia conuenitur hæ-
res,ex quo ſacerdos iniunxit,vt ſatisfaceret.Dicit
enim Hoſti. ꝙ ſi quis fuerit confeſſus ſacerdoti,&
deceſsit lite non conteſt.poteſt agi cõtra hæredem
ex delicto defuncti ex quaſi cõtractu:videtur enim
quaſi cõtraxiſſe cũ ſacerdote nomine illorũ , quo-
rum intereſt. & hoc ſentit Specul.tit. de interrog.
verſic.quid ſit. Dicit tamen Hoſti.quòd quicquid
dicitur , totũ de æquitate iure canonico procedit.
Et ideo aliud eſt dicẽdum de iure ciuili, & aliud de
iure canonico.& ita eum ſequuntur Bal.& Sali.in
dicta l.vnica.Et gloſ.iuris canonici Panor.allegat
Feder.de Senis notaſſe iſtam differentiam inter ius
ciuile & canonicum conſil.xxj. Bart.tamen in l.j.
ff.de priuat.delict.dicit,quòd quædam ſunt pœna-
les actiones ex vtraq; parte, vt quando petitur id
quod vni non adeſt,nec alteri abeſt.Verbi gratia,
ſi pro delicto pœna pecuniaria venit applicanda
parti.nam tam ex parte rei, quàm actoris eſt pœ-
na:& hoc caſu nullo iure delictum tranſit in hære-
dem,ſecundum Bar.quandoq; actio eſt pœnalis ex
parte rei,ſed ex parte actoris rei perſequutoria:vt
quia ago pro ſatisfactione damni mei:& hoc caſu
dicit,quòd eſt diuerſitas inter ius canonicum & ci
uile:quia de iure ciuili non tenetur hæres, niſi lite
conteſtata,vel in eo quod ad eum peruenit,vt hic,
& dicta l.vnica,vel niſi in condictione furtiua. ſe-
cus de iure canonico,vt dicto cap.parochiano.Sed
Panor.dicit eſſe aduertendum.nam primũ dictum
7 Barto.quatenus vult, quòd † actio ex vtraq; parte
pœnalis non tranſeat in hæredem,etiam de iure ca
nonico, videtur poſſe optimè iuuari per gloſ.no-
tabilem in cap.fraternitas.xij.quęſt.ij.vbi dicitur,
quòd in foro conſcientiæ non iniungitur , vt quis
ſoluat pœnã delicti. & dicit hoc videri ſenſiſſe gl.
xxiiij.quæſt.ij.cap.ſanè.Contra hoc dictum tamen
allegat Panor.dictum c.parochiano.nam ibi age-
batur,vt ſatisfacerẽt hæredes de homicidio. quod
non poterat eſſe , niſi quia aut interfectus erat ſer-
uus,aut agebatur ad pœnam cõſuetudinariam ap-
plicandã læſo ſeu eius hæredibus,quod poteſt eſſe,
vt in cap.ij.extra de delict.puer.Idem de inceſtu,de
8 quo ibi agebatur,& ſic ad pœnã. Saluando † verò
vtrunq; dictum Panor. diſtinguit , quòd aut quis
fuit excõmunicatus, quia non ſatisfaciebat de de-
licto, & abſolutus maxime cum cautione, & tunc
procedat dictum illius c.parochiano.quia nõ purè
agitur in foro pœnitẽtiali,nec agitur merè ex deli
cto,ſed ex contractu vel quaſi,vt ſuprà dictum eſt.
Aut ſimpliciter quis deceſsit ſine excõmunicatio-
ne & abſolutione ſequẽti:& tunc fortè poſſet pro-
cedere dictum Bar.intelligendum,quòd tunc aga-
tur ex delicto. Sed ſi teneamus, ꝙ agatur ex quaſi
contractu propter abſolutionẽ præſtitam,non vi-
detur dictum Bar.poſſe ſuſtentari, ſed ipſe habuit
reſpectum ad cõmunem opinionẽ Canoniſtarum,
vt agatur ex delicto.Sed dicit Panor.ſe ſemper te-
nuiſſe,quòd de hoc ſit differentia inter ius canoni-
cum & ciuile.nam cap.parochiano.& c.in literis.
de rapt.& cap.à nobis. ij.de ſent.excõ. ponderant
quem fuiſſe cõtritum in morte,& ſic tacite videtur
mandaſſe ſatisfactionẽ hæredi.vbi enim iſta ceſſa-
rent,vt quia deceſsit ſine confeſsione,non videt ꝙ
poſsit agi contra hæredem ex delicto defuncti,niſi
quatenus poteſt agi de iure ciuili. Et pro hoc alle-
gat gl. notabilem,quæ hoc apertè dicit in dicto c.
à nobis.verbo,hæredis quoq;.quæ dicit quòd cum
pœnituerit & cõtritus fuerit defunctus, quantum
in ſe fuit ſatisfecit : ideo hæredes compellendi ſunt
ſatisfacere.& ita dicit debere intelligi c.ſi.de ſepul.
& c.in literis.idem ſentit Io.And.in addi.Spec.tit.
de appel.§.in quibus. in addit.magna.Albertus de
Ferrarijs in ſuo tractatu de funeralibus & canonica
portione,tenet cõtrarium quęſt.xxij. ſcilicet,quòd
etiam ſi deceſſerit ſine confeſsione hæredes tenean-
tur : quia hæredes nõ debent locupletari cum alie-
na iactura, in regula, locupletari.eod.tit.lib.vj.ſed
fortè iſta ratio nõ eſt bona,quia de eo quod perue-
nit ad hæredem,non eſt differentia inter ius cano-
nicum & ciuile, quatenus teneatur hæres : ſed vbi
nihil peruenit,nõ locupletaẽ, ideo quia ceſſat iſta
ratio, habet locum diſtinctio Panor. & ita tenete.
Sed quæritur circa id quod dictũ eſt aduerſus furis Quæ-
9 hęredem cõpetere condictionẽ furtiuam, an † ſi res ſtio.
furtiua nõ ſit mea,ſed quaſi mea,vel mihi obliga-
ta cõpetat mihi actio contra hæredem furis? Dicit
Bal.poſt Nicol.de Math.quòd ſic,ſcilicet cõdictio
incerti ad ſimilitudinem cõdictionis furtiuæ. ff.de
condi.furt.l.& ideo.§.Neratius. Quid autem ſi ex- Quæ-
tra iudicium parte præſente cõfeſſus eſt quis ſe da- ſtio.
10 mnum dediſſe, † nunquid ex iſta cõfeſsione tenetur
hæredis? Quidam dixerunt quod non,quia hæc cõ-
feſsio habet vim pacti,vt l.tale pactũ.in prin. ff.de
pact.ſed actio legis Aquiliæ nõ naſcitur ex pacto,
ſed ex facto, vt l.ſi vnus. §.pactus ne peteret. ff.de
pact.ergo non tenetur hæres.Contrariũ tenet Bal.
in dicta l.vnica,quia per iſtam cõfeſsionem vide-
tur defunctus ſe conſtituiſſe ſoluturũ,vnde tenetur
hæres actione de conſtituta pecunia,vt ff.de cõſtit.
pecu.l.qui iniuriarum. vbi vide gloſ.& Doct.pro
11 intellectu.Quod autẽ dictum eſt ſuprà † hæredes te-
neri ex delicto defuncti lite cõteſtata,& debere con
demnari,intelligi debet verum,ſecundum Salic.in
eadem inſtantia.& dicit illã eſſe intentionẽ dictæ l.
vnicæ.& facit l.ij.ff.de præto.ſtipul.& l.ſciendum.
de actio.& oblig. Adeo,quòd ſi inſtantia periret,
non poſſent hæredes in noua inſtantia conueniri,
cum prima quæ expirauit eſſet huiuſmodi rei cau-
ſa,vt l.ij.ff.iudi.ſol. Pro hoc facit,quia idem eſt in
hærede actoris,vt l.filius.§.multo.ff.de inoffi.teſta.
& ibi not.per Angel.qui dicit Cy.ita tenuiſſe per
illum §.multo. & idẽ notauit ipſe Angel.in l.tam
ex cõtractibus.ff.de iudi.Poſſet opponi cõtra præ-
12 dicta,quòd † hæres etiam lite conteſt.nõ teneatur,
quia morte delinquẽtis crimen,& pœna extingui-
tur.l.defuncto. ff.de pu.iudi.& l.crimen. de pœnis.
facit quod not.in l.ex iudiciorum.de accuſ.vbi re-
quiritur

quiritur copulatiuè litis contestatio, & sententia condemnatoria. Sed potest responderi, quòd regula nostra, & lex ista, loquuntur quando de crimine agitur ciuiliter ad bursam actoris, vt not. ff. de popular. l. actio. in rubrica. & in l. agraria. de termino mot. Contraria loquuntur, quando agitur criminaliter. Bald. tamen in dicta l. vnica. C. ex delict. defunctor. circa hunc articulum dat talem doctri-
13 nam per quatuor regulas. Prima est, quòd † pœnæ afflictiuæ corporis animati finiuntur morte. Et est ratio, quia sunt pœnæ sensus, & mortuus non sentit: & ideo, secundum eum, etiam si post sententiam quis decederet naturaliter, non deberet in eum criminalis exequutio fieri, puta suspendium vel deca-
14 pitatio, † licet quidam in contrarium vtantur, vt not. per Cyn. in l. ij. C. qui testa. fac. pos. vbi etiam per Bal. qui dicit id esse in arbitrio iudicis, cum illud corpus sit corpus pœnæ, in dicta verò l. vnica C. ex delict. defunct. dicit ipse, quòd vtentes cõsuetudine contraria, scilicet ꝙ exequutionem faciunt in cadauer mortui, fundant se, quia cum factus sit seruus pœnæ, hoc corpus est fisci corpus, vt l. j. ff. de cada. punito. Hæc tamen ratio non videtur esse vera, vt l. in metallum. ff. de iure fisci. & l. iij. de his quæ pro non scrip. habẽ. vbi probatur, quòd non est corpus fisci, sed corpus pœnæ. Angelus Aret. in sua inquisitione gl. super verbo, qui iudex videns quòd inquisiti non cõparent, & in sua cõtumacia. alleg. Angel. de Perusio in l. defuncto. ff. de pu. iudi. & ibi refert Ioan. de Imol. dixisse, quòd in cadauer defuncti nõ est animaduertẽdum, quod si faciat iudex ipse tenetur in syndicatu, vt l. j. §. quoties. ff. de iniur. dicit tamen Io. de Imol. quòd aliquando contrarium seruatur in famosis malefactoribus, & hoc in odium ipsorũ videtur posse tolerari. alleg. not. in cap. inter ministerium. §. j. extra de statu mona. Videte de hoc Albertũ de Ferrarijs in tractatu suo de funeralibus, & canonica portione, quæst. ix. & tex. in c. placuit. xxiij. quæst. v. in fin. quem allegat idẽ Alber. quæst. xxj. dicti tractatus. & quæst. xxij. plenius. Et ista prima regula vera est quo ad pœnam corporalem, quæ respicit animatum corpus: secus quo ad pœnam sepulturæ denegandæ: quia non potest sepeliri, nisi impetrata licẽtia à iudice, qui condemnauit, vt l. j. & ij. ff. de cada. pu. & not. in Clement. j. de pœni. & remis. & ideo quia pœna priuationis sepulturæ respicit corpus absq; anima existens. viuus enim non sepelitur, sed mortuus. & ideo de natura huius pœnæ est, quòd post mortem infligatur. Secunda regula, quòd pœnæ priuatiuæ status hominis morte finiuntur, quia mortuo subiecto non cadit priuatio neq; habitus. ff. de oper. libert. l. qui libertinus. §. posthumus. & arg. ff. ad legem Aquiliam. l. huic scripturæ. Tertia regula est, ꝙ pœnæ confiscatiuæ, quando confiscatio fit ipso facto nõ extinguũtur morte, quia bona sunt ad fiscum applicata, & defunctus non habet hæredem, nisi fiscum, qui est quasi hæres, & auocat à quolibet detentore, in authen. de incest. nupt. in princip. collat. iij. & in cap. j. extra de homicid. lib. vj. Idem est si bona non sunt confiscata, sed est eo ipso administratio interdicta, vt nõ possit delinquens disponere de bonis: nam eo modo, quo nõ potest testari expresse, eo modo non potest relinquere ab intestato cum effectu, vt in crimine læsæ maiestatis & hæresis, vt Instit. de hæred. quæ ab intest. defe. §. per contrarium. & not. in dicta l. ex iudiciorum. & facit in ratione sui. ff. de legat. ij. l. codicillis. §. penult.
15 Quandoq; bona non sunt confiscata, quia † sententia lata non est, aut quia lata est, sed est appellatione suspensa. Primo casu sunt opiniones: quidam dicunt, quòd hæres tenetur causam prosequi, aliàs possunt ei auferri bona ista ratione, quia si paria sunt non iudicatum & appellatum, vt l. j. in fin. ff. ad Turpil. & l. furti. §. j. ff. de his qui notan. infam. appellatione pendẽte, sicut tenetur prosequi, ita & primum iudiciũ pendens. Alij dicunt contrarium, fatentur enim in secundo membro, scilicet in appellatione, quòd vbi bona expresse sunt adempta, hæres tenetur appellationẽ prosequi propter bona, secus si nulla sit lata sententia. Et est ratio differentiæ, quia appellatio nõ omnino extinguit pronuntiatum, sed remanent reliquiæ sententiæ iam latæ. ff. de admi. tut. l. chirographis. §. fin. quod credit Bal. in dicta l. vnica, esse verius per tex. dictæ l. ex iudiciorum. qui exigit sententiam. vbi videte per Bar. & Imol. in l. defuncto. de pu. iudi. & Bal. in l. qui à latronibus. §. j. ff. de testa. & l. si quis filio. §. eius. de iniusto, rupt. & irri. testa. & notata in l. iij. C. si pendente appellatione mors interue. Ideo dicit Bald. distinguens in l. vnica, alleg. quòd si condemnatio personæ includat bona per consequentiam, non est necesse, ꝙ hæres appellationem prosequatur mortuo reo post sententiam, & appellationem interpositã: quia extincto principali extinguitur accessorium. si verò cõdemnatio personæ non includat per consequentiã bona, sed æquè principaliter fuerint adempta bona, licet vnum tollatur aliud remanet, vt ibi. & hoc idẽ in effectu tenet Salı. in dicta l. iij. dicens, quòd breuis in præmissis remanet conclusio, videlicet ꝙ in quocunq; crimine pœna confiscationis est æquè principalis, vt personalis: personali extincta non expirat confiscatio quo ad bona. Si autem confiscatio bonorum accedit pœnę personali, expirat vtrunq;. Hoc tamẽ fallit in criminibus, in quibus post mortem cognosci potest, vt in crimine hæresis & læsæ maiestatis, & alijs casibus notatis in dict. l. ex iudicio-
16 rum. Sunt tamẽ cauti, † quòd in crimine prædicto læsæ maiestatis, & alijs in quibus post mortem delinquentis potest procedi, quòd inquisitio, accusatio vel sententia non formentur cõtra defunctum, quia processus esset nullus, vt dicit gl. in l. si seruus. in fin. ff. de bon. auto. iudi. pos. Sed debent formari cõtra memoriam defuncti, quæ petatur damnari, & declarari vel pronuntiari defunctum cõtra principem vel rempublicam fecisse: & per hoc bona eius in fiscum inferri. Nam per hoc memoria eius damnatur, & infamia quadam defunctus afficitur. Ita dicit glos. notabilis in dicto §. per contrarium. Instit. de hæred. quæ ab intesta. defe. quam sequitur Angel. Aret. in sua inquisitione glos. super verbo, qui iudex videns quòd inquisiti nõ comparent. & dicit se ita de facto practicasse. non est tamẽ omit-
17 tendum, ꝙ † sicut accusator viui hominis tenetur se inscribere, vt l. qui crimen. C. qui accus. non pos.

Ita accusator mortui, vt hoc dicit glos. xxiiij.q.ij. §.fanè.aliàs est capitulum. Sed circa prædicta quæ-
Quæstio. 18 ritur, † si reus condemnatus decessit post latam sententiam intra decem dies, qui dantur ad appellandum, non tamen est interposita appellatio, quid iuris? glos. quam sequitur Dy. in l.ex iudiciorum. allegata, tenet quòd idem sit ac si esset appellatũ, scilicet, vt sit distinguendum, vt prius dictum est, iuxta formam l.iij.C.si pendente appellatio. mors interuenerit. Sed dicit ibi Bartol. post Iacobum de Aret. quòd intra illud tempus hæres debet appellare: aliàs cum lis sit contestata & defunctus dãnatus, talis sententia afficeret hæredem, nisi appellaret. Hoc etiam sequitur Angel. Aret. vbi suprà, & Bald. & Paul. de Castr. in dicta l.qui à latronibus. §.j.de testamẽ. Dicit tamen idem Paul. quòd sicut si appellatio fuisset interposita, tales effectus, quos produxit statim sententia, essent rescissi, vt l.furti. §.j.ff.de infa. ita & sequuta morte intra tẽpus appellandi, quia nõ potest ãmodo illa sentẽtia transire in rem iudicatam: si tamen in ea esset facta publicatio bonorum expresse, tunc quantum ad bo-
19 na posset transire in rem iudicatam. Ideo † hæredes defuncti cõdemnati habent necesse appellare intra residuum temporis, si volunt quòd nõ transeat sententia in rem iudicatã. & ita intelligatur id quod not. per Cyn. in l.fin.C.si reus vel accusa.mor.fue. & Bar. in dicta l.ex iudiciorum. sed non habet necesse appellare quantũ ad hoc, vt effectus, quem secum traxerat sententia, quantũ ad statum, intestabilitatem, & infamiã, vel similia retractetur: quia per solam mortem retractatur, cum crimen sit extinctum, ex quo mortuus est antequàm transeat in rem iudicatam. & hoc modo intelligatur dicta gl. in l.ex iudiciorum. & Dyn. ita etiam tenet Salic. in dicta l.iij.C.si pen.appel.mors interue. in iij.quæst. qui post Bal. dicit nõ obstare præmissis l.qui vltimo. ff.de pœnis. vbi videtur, quòd talis sententia traxit secum exequutionem, & sic quo ad testabilitatem, & similia, nõ videntur vera illa quæ dicta sunt: quia, secundũ eos, ista exequutio nõ erat confirmata per lapsum tẽporis appellandi. l.addictos. C.de appella. & sic pendet eius effectus. ff.de donat. inter virum & vxo. l.cum hic status. §.siue autẽ res. adde not. Ioã. Andr. in c.quanquàm. extra de vsur.
Quæstio. lib.vj. in nouella. Quid autem si interuenit aliquid
20 quod æquiparetur sentẽtiæ, puta † confessio solennis in iudicio? Specul. dicit, quòd bona possunt applicari fisco, non obstante morte rei, non quòd cõdemnetur mortuus, sed quia bona confiscantur, vt ipse not. titul. de accus. §.j. versic. quid si latro. Hoc etiam tenet Bartol. in l.j.ff.de priuat. delict. & hoc est verum, secundum Bal. in dicta l.vnica, nisi hæres reuocet confessionem, & probet cõtrarium per notatã in l.creditor. §.iussus. ff.de appellation. in glos. ordinaria. Imò plus videtur dicẽdum, secundum Bald. quòd etiam si sine confessione erat conclusum in causa liquidè probato maleficio, nõ impediatur sententia: quia cum de necessitate esset ferenda, quodam modo trahetur retro, argum. ff.de minorib. l.denique. §.j. Et ad legẽ, ex iudiciorum. potest responderi, quòd ibi requiritur sententia vel æquipollens, vel aliud quod inferat in cõfiscationem. quod est notabile & menti tenendũ. Sed quæ-
21 ri potest, quid † si quis contumax ex forma statuti habeatur pro cõfesso, & conuicto, & moritur ante condemnationem, an pœna transeat ad hæredes? Angelus Aretinus in sua inquisitione, vbi suprà, mouet istam quæstionem, & recitat dicta Doctorum, dicens quòd videtur quòd non, quia requiritur litis contestatio, & sententia ad hoc, vt contra hæredem transeat, vt dicta l.ex iudiciorum. & ita dicit Dy. ibi tenuisse, quia ista est pœna contumaciæ, quæ non transit in hæredem. l.j. in fin. ff.si quis ius dicen. non obtemp. Bartol. tamen ibi determinat contrarium. Bal. autem & Imola latius de hoc tangunt in dicta l.qui à latronibus. §.j. vbi Bal. nititur concordare opiniones, qui dicit opinionem Bartoli esse veram, si post interloquutoriam bãni sequuta est diffinitiua, aliàs procedat opinio Dy. facit l.j.C.de modo mulctarum. cum sua gl. Et hoc dicit Angelus Aretin. sibi placere, licet dominus Ioan. de Imola videatur dicere, quòd indistinctè sit vera opinio Dyni, etiam si sequuta fuerit diffinitiua, quoniam illa consueuit ferri conditionaliter, quia consueuit damnari ad mortem, si venerit in fortiam dominij, seu carcerem iudicis. Et sic licet pœna videatur capitalis, & in contumacia continere tacitam bonorum publicationem, iuxta not. in l.deportatorum. C.de pœnis. cum similibus. tamen ex quo est cõditionalis, suspenditur eius effectus in cõditionis euentum, vt l.j. §.biduũ. ff.quando appel. sit. Et sic interim non habet effectum contra damnatum in ipsa pœna capitali, & sic consequenter in publicatione bonorum: ergo nec contra hæredem, si interim reus moriatur, arg. dictæ l. qui à latronibus. §.j. & hoc dicit procedere multo magis hodie, vbi bona damnatorum in cõsequentiam non publicantur, vt in authen. bona damnatorum. C.de bonis damnat. Non obstantibus tamen dictis domini Ioan. de Imola Angelus Aret.
22 tenet cum Bal. quoniam † sententia lata etiam contra contumacem & absentem fertur purè, & simpliciter sine aliqua conditione, licet eius exequutio differatur in conditionis euentũ, videlicet quia dicitur, & quia constat nobis per veram & legitimam confessionem habitam ex sua contumacia, secundum formam statutorum eum cõmisisse tale delictum, idcirco dictum Titium ad suspendium, vel in amputatione capitis condemnamus, & eius bona publicamus: verum si quo tempore venerit in fortiam communis vel dominij, quòd ducatur, & duci debeat vsque ad locum iustitiæ, & ibi decapitetur, &c. Et sic bonus iudex debet verba sententiæ formare isto modo: & sic formando necessariò sequitur, quòd est sentẽtia purè lata, non sub conditione, ideo habet & sortitur effectum suum. Et sic erit vera opinio Bartoli & Baldi, & ita practicatur, secundum eundem Angelum Aretinum. Et quòd ista sit practica pronuntiandi, sentit glos. in authentic. de lenonibus. §.si quis autem. in verbo, expellantur. collatione iij. quam glos. allegat Iacobus de Bello visu in titul. de pace tenenda. in principio. & idem recitat & tenet dictus Angelus Aretinus in dicta sua inquisitione glos. Et ibi caput à spatulis amputetur. Adde notata per Bal. in l.ij.

l.ij. C.si pendente appellatione mors interuenerit.
23 Sed attende circa hoc, † quia si postea veniat in
fortiam dominij, debet alius processus formari, in
quo declaretur, captam esse talẽ personam, quæ re-
peritur in banno, & bannum esse exequendum. Ita
dicit Bald. in ti. de feu. sine causa non amittendo. c.
j. Et ideo in dicto processu iterum reus exbannitus
recognoscit se iuxta notata in l. diuus. ff. de custo.
reo. per Bar. & per ipsum in l. inter stipulantem. §.
j. ff. de verb. obli. vbi dicit, quòd quando officiales
capiunt bannitum, antequam faciãt exequutionẽ
faciunt captum cõfiteri, quòd ipse est idem homo,
& idem corpus qui sic vocabatur, qui fuit banni-
tus & condemnatus pro tali crimine, & tali tẽpo-
re sub tali nomine fuit citatus & condẽnatus: qua
recognitione facta, exequutio de eo fieri potest,
absq; nouo processu. Bal. tamen in quodã suo con-
silio, quod incipit, cum appareat Petrus. vt refert
Angel. Are. in dicta inquisitione glos. super verbo,
Caium Sempronium, dicit, quòd talis recognitio
est de cautela, non de necessitate. Prædictus tamen
Ange. Are. concludit contra Bald. illam esse de ne-
cessitate, per rationes Bart. in l. demonstratio. ff. de
condit. & demonstr. quia per illam recognitionem
cognoscitur homo & corpus, de quo iudex inqui-
rens sensit, vt l. si in nomine. C. de testament. & In-
stit. de lega. §. si in nomine. & in l. ad recognoscen-
dos. C. de ingenu. & l. vnica. de muta. no. Imo plus
dicit dictus Aretinus, meliorẽ practicã esse, & for-
tè de necessitate, quòd talis bannitus non tantum
se recognoscat, vt dicit Bartol. Sed addatur vide-
licet quòd tale crimen, de quo cantat bannũ & cõ-
demnatio sua, loco & tempore, modo & forma in
dicto processu contentis ipse commisit: tunc dicta
cõfessione facta securè potest fieri exequutio. aliàs
autem, cum tale bannum & condemnatio facta in
contumacia dicti banniti, non probet dictũ ban-
nitum tale maleficium commisisse, vt notat Bart.
in l. si ideo. in principio. ff. de euict. & per ipsum in
l. transigere. circa medium. C. de trãsact. necessario
sequitur, quòd iste bãnitus est magis propter suam
contumaciam, quàm quod tale delictum commi-
serit, ar. l. qui repudiantis. in fi. ff. de inoffi. test. ideo
iste condemnaretur absq; delicti probatione, quod
est inconueniens. Vnde vt appareat, quòd ex deli-
cto, & nõ propter eius contumaciam fiat exequu-
tio ita acriter, quia decapitatur, semper vtile, imò
necessarium videtur quod confiteatur se dictũ ma-
leficium cõmisisse, vt dictum est. & ita sentit Ang.
de Perusio, & Ioan. de Imol. post Bart. in dicta l. in-
ter stipulantem. §. j. Aduerte tamen secundum di-
24 ctum Aretinũ, † quòd si dictus bannitus & captus
in isto secundo processu contra eum formãdo pro-
bet primam sententiam, siue bannum latum ema-
nasse per falsas allegationes vel probationes falsò
factas, quòd impediet exequutionem dictę senten-
tiæ. Ita dicit Ang. de Perusio in l. qui Romæ. §. duo
fratres. ff. de ver. obli. & ibi, Ioan. de Imol. facit l. si
prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. Vnum etiam nota-
te secundum Bald. in dicta l. vnica. C. ex delict. de-
25 functo. q † ad effectum declarandi innocẽtiam de-
functi non extinguitur accusatio criminis, quin ad
instantiam hæredũ defuncti ad sententiam proce-
datur. Casus est vnicus in iure in l. filio. §. Seia. ff. de
adimen. leg. Cõsequenter opponit glos. huius l. de
lege ij. ff. ad leg. Iuli. repe. sed solue vt in ea. vel secũ-
dum glos. & Bart. in contrarium dic quòd triplex
est opinio. Nam quidam dicunt actionem ex lege
Iulia repetundarum dari intra annum contra hæ-
redẽ, si fuerit lis cõtestata cũ defuncto: & sic est spe-
ciale hoc casu, cum regulariter deberet dari contra
hæredem perpetuò lite contestata, vt dicta l. vni-
ca. C. ex delict. defunct. & dicta l. ex iudiciorũ. Alij
dicunt, quòd hæres teneatur in solidum intra an-
num, si ad eũ nihil peruenit: & etiam secundũ eos
hoc est speciale, quia regulariter non debet tene-
ri, vt hic, & dicta l. vnica. Et sic istę duæ opiniones
sibi inuicem contrariæ sunt, quia in prima spe-
ciale est vt minus teneantur hęredes quàm alij con-
sueuerint ex alijs delictis: secũdum aliam in plus te-
nentur hæredes, q̃ alij in alijs delictis cõsueuerint.
Tertia est opinio, quę fuit Azonis, q semper tene-
tur hæres intra annum, siue peruenit ad eum, siue
nõ peruenit: & sic est speciale vtroq; casu, videlicet
cõtra hæredẽ, quia datur in eo quod tenetur de eo
quod ad eũ non peruenit, & pro hærede, quia etiã
de eo quod peruenit ad eum non tenetur, nisi intra
annum, cum deberet teneri perpetuò. & hęc tolera
bilior est secundum Bar. quem vide latius in con-
trario post glos. Et per hæc expedita est materia de
trãsmissione passiua in hæredes de actionibus de-
scendẽtibus ex delictis defunctorum. Nũc verò vi-
26 dendum † restat de transmissione actiua ad hære-
des, videlicet an actiones ex delicto descendentes
sint transitoriæ ad hæredes vel non, & inquantum
transeunt. Pro cuius expeditione vide illa quæ ple-
nissimè notantur per glo. & Doct. in dicta l. vnica.
C. ex delict. defunct. & breuiter resoluẽdo dicta gl.
& Doctorum dicendum est, quòd quandoq; dictæ
actiones tendunt ad meram vindictam, nec cõcer-
nunt rem familiarem: & illæ nõ transmittũtur nisi
lite contestata, vt l. cum emancipati. §. emancipa-
tus. ff. de colla. bonorũ. & l. penul. de in ius vocand.
per quos textus probatur quòd actio iniuriarum,
& actio in factum quæ datur cõtra libertum teme-
rè vocantem patronũ in ius, quæ tendũt ad vindi-
ctã & non ad aliquid quod nobis desit de patrimo
nio, non sunt in bonis nostris, nisi lite contestata,
vel etiam ante litẽ contestatã, adhibita tamẽ mo-
ra à reo in litem contestando, vt ff. si quis caut. l. si
eum. §. fin. & l. ij. §. penultimo. ff. de iudic. Imò di-
cit Bartol. in l. j. ff. de priuatis delict. quòd de mo-
ra satis patet, si contra reum nõ venientem fit mis-
sio in possessionẽ ex primo decreto, & dicit illud
haberi pro contestatione. Hoc autẽ nõ placet Bal.
in dicta l. vnica. qui dicit requiri cõtestationẽ vel
moram rei in contestando litẽ. Sal. autem ibi dicit,
q gl. in §. iniuriarũ. dictæ l. si eũ. melius videtur di-
27 cere, quæ hoc relinquit arbitrio iudicis. † Quãdoq;
competunt dictæ actiones descendentes ex delicto,
pro re familiari, vt actio furti, vi bonorum rapto
rum, & similium, & illæ transeunt ad hæredes, vt
Instit. de perp. & tẽpo. acti. §. sed hæredibus. & hoc
etiã est verũ, si competant ex quasi maleficio, vt ff.
de his qui deiec. vel effu. l. si verò. §. hęc actio. Quid
autem sit de actione in factum pœnali ex edicto de

calũnlatoribus. gl.in l.vnica.C.ex delict.defun.di-
cit, ꝙ illa nõ cõpetit hæredi dantis,ne negotiũ ca-
lũniç causa fiat,quasi sufficiat ei cõdictio ob turpẽ
causam.& ita intelligit l.hæc actio.ff. de calũ.Illud
tamen dicit Salicet. non valere, si illa actio in fa-
ctum concurrit cum cõdictione ob turpẽ causam,
& l.in hæredem.§.j.eo.titul.Ideo dicit Salic.melius
esse dicendum, quòd si turpitudo est ex parte dan-
tis ei,nec eius hæredi repetitio competit, sed ei in
cuius præiudicium datur, cõpetit actio in factum
de quadruplo intra annũ:vt l.j. & l. & generaliter.
§.fin. eod.tit. & quia ex parte sui totum est pœna,
cum nihil ei desit,& sic ad vindictam ei competit,
sequitur quòd si intra annũ moriatur,actio ad hæ-
redem non transit,vt supra dictum est.sed vbi tur-
pitudo non est ex parte dantis, sed tantũ recipien-
tis,quia dedit ne ei negotium per calumniam fiat,
tunc danti datur intra annũ actio ad quadruplum,
& post annum in simplum:& si moriatur intra an
nũ,actio transibit ad eius hæredem, vt posit age-
re ad quadruplum,quia pro re familiari & eius re-
spectu competit, ideo regula succedit,vt pœnalis
transeat ad hæredem, vt dicto §. sed hæredibus.&
ff.vi bo.rap.l.ij.§.fin. & hoc pro illo tempore pro
quo pœnalis cõpeteret defuncto, si viueret. & hoc
firmat glos.in dicta l.hæc actio.Et ad illam legem,
quæ videtur contradicere, respondetur secundum
Salicet. quòd illa debet intelligi defuncto mortuo
post annum, vt sic non transmittat quod sibi non
cõpetebat:& hoc est id quod vult ibi glos. in secũ-
da lectura,dum dicit,secũdo dicas quòd est verius.
Et si dicatur quæ dubitatio tunc fuisset in illa l.re-
spondetur: quia fortè aliàs permiserat hæres labi
annum intra quem defunctus decesserat, vel puta-
bat hæres habere annum ex sua persona: sed prout
loquitur de actione in factum,quę post annũ com-
petit ad simplum, tunc quia merè persequutoria
est, defuncto mortuo post annum illa non com-
petit hæredi, quia sufficit ei ciuilis actio, scilicet
cõdictio ob turpem causam,vt dicta l.in hæredem.
in fi.& ita potest intelligi prima lectura, quam po
suit gloss.in dicta l.hæc actio.quæ notari iubet Sa-
licet. quia per hæc declaratur gloss.scabrosa dictæ
l.hæc actio.vide tamen ibi Alberic. latius. Quan-
18 doq; † actiones descendẽtes ex delicto vel quasi sunt
populares, vt est videre in his, qui in suggrunda
sub tecto, vel protecto habent aliquid appensum,
vel appositum,vt l.si verò.§.prætor ait.& §.final.
de his qui deie.vel effud.& in albo prætoris corru-
pto.l.si quis id quod.in principio.ff.de iurisdictio.
omnium iudicum. & similibus, in quibus quis nõ
prosequitur priuatum damnum, sed publicum:&
glos. dictæ legis vnicę tenuit, quòd non transeunt
ad hæredes,quia quod in corpore libero damnum
datur,ad hæredem transire non debet, vt dicta l.si
verò.§.qui autem.& §. fina.sed Bartolus in l.cum
emancipati.§. emancipatus.ff. de colla. bon.dicit,
quòd actio popularis post litem contestatam inci-
pit esse in bonis nostris, vt l.si cui.§. tit.proximo.
ideo cum cæteris per litis contestationẽ transmit-
titur. secus si lis non esset contestata. & ita intelli-
guntur iura superius allegata.& hoc sequitur Sali.
in dicta l.vnica.

Summarium.

1 ☞ Metus iustus efficit, vt non appellans habeatur pro appellante.
2 Metus protestatio nõ sufficit, nisi metus ipse probetur.
3 Metus appellare volenti, tribus modis potest inferri.& nume.6.& 7.
4 Metus quomodo probetur.& nu.5.
8 Protestatio propter metum non appellantis quomodo fiat.
9 Appellationis interponendæ modi. & nu.10.& 11.
12 Protestatio vice appellationis quomodo fienda. & nume.13.
14 Appellatio absente iudice à quo facta, est ei intimanda.
15 Appellatio non est parti regulariter intimanda.
16 Metus causæ sunt exprimendæ,propter quas non est coram ipso iudice appellatum.
17 Appellans vel protestans coram probis viris, in casu permisso,non indiget apostolis.
18 Odiosus in vno, præsumitur odiosus in alijs.
19 Impeditus ne faciat quod facere debet,quando nõ excusetur.
20 Testes ad terminum assignatum citati si non veniant,an currat actori tempus.
21 Protestatio vna an sufficiat ad excusandam negligentiam protestantis.
21 Pauperi propter paupertatem prosequi appellationem non valenti an currant tempora fatalia.

In omnibus causis pro facto accipitur id,in quo quis aliũ perhorrescit quo minus fiat.

PLVRIBVS exem-
plis declaratur hæc regula
per glos. Et circa primum
1 exemplũ notate† ꝙ iustus
metus excusat, adeo ꝙ nõ
appellans habetur pro ap-
pellãte, si fuerit ꝓtestatus,
& appellationis causas ex-
presserit, vt l.fin. C.de his
qui per me.iudi.non appellant. & c.fi.extra de ap-
pel.Est autẽ aduertendũ quòd ad hoc,vt metus ex-
cuset ab appellatione interponenda,requiritur iu-
stus metus & probabilis,seu talis qui probabiliter
& rationabiliter timeatur.& vt dicit do. Bened.in
dicto c.fi.non consideratur qualitas grauati seu ti-
mẽtis,cum eidem subueniatur,licet sit odiosus,seu
dederit causam ipsi metui,vt quia aliquid cõmisit
propter quod timere eum oportet,vt ff.quod met.
caus.l.isti quidẽ.primo respõso.& l.cõtinet.Metus
autem vanus seu improbabilis nõ excusat, vt no-
tatur extra quod me.cau.cum dilecti. & l.j.ff.quod
me.cau.facit l.nec timorem.eod.tit. ponunt Ioan.
Andr.& Hostien. in dicto capi.fin. Adde præmis-
2 sis ꝙ † non sufficit de metu protestari, nisi & ipse
metus probetur,cũ protestatio ipsa nõ sit ꝓbatio
metus,sed est probatio volũtatis coadiuuãs etiam
probationẽ metus,vt in c.cõsulti. extra de regula.
& c.j.extra quod me.cau. Vnde oportet quòd me-
tus

tus ipse probetur, aliter quàm per protestationem, puta ex atrocitate facti. ad hoc l. metū. C. quod me. cau. vbi per Bald. & Salic. Circa quod aduertendū
3 est, quòd †metus tribus modis potest inferri. Vno modo à iudice grauante, & tunc requiritur protestatio, non tamen sufficit illa ad probādum ipsum metum, sed requiritur quòd ipse metus probetur:
4 †qui ꝓbari poterit hoc modo, videlicet probādo, ꝙ iudex ipse cōsueuit indifferēter carcerare, & male tractare appellantes, & eis violentias & iniurias inferre. ad hoc c. le. frequens. post principium. extra de excess. prælat. facit lex, si à bonæ fidei. in princ. ff. de rei ven. & l. vel vniuersorum. de pig. actio. & tenet Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nun. & Ioan. Andre. & de Benedictis in dicto cap. fi. qui tamen volunt non sufficere si probaretur, quod iudex semel tantum tractauit male aliquem appellantē, ar. l. quis sit fugitiuus. in prin. & per totam l. supra de ædil. edict. & hoc etiam tenet Ioan. de Imol. in dicto c. fin. pro quo facit, quia vnicus actus non probat hominis cōsuetudinem, sed requiritur saltim binus actus, vt voluit Archi. xij. dist. c. illud. & notatur in l. iij. C. de epis. audi. & in c. ista nos. xxv. q. ij. Nec sufficit secundum prædictos Doctores probare simpliciter, quòd cōsueuit homines incarcerare, quia posset hoc facere iuste, & forte ita consueuit iusta de causa incarcerare: & sic non esset iusta causa timoris. Hoc ꝓbatur in dicta l. quis sit fugitiuus. §. j. vbi seruus qui iuste aufugit, non est fugitiuus. Oportet ergo probationē concludere, quòd consueuit indifferenter, & contra ius hoc facere. Probatur etiā ipse metus taliter, videlicet si probetur, ꝙ ipse iudex minatus fuit appellanti, ꝙ eum male tractabit, si appellet, vt vult Bar. in d. §. si quis ipsi. quia ex personis hominū dicta pēlanda sunt, vt l. j. C. si quis impera. maledi. & C. quod met. cau. l. metū. cū sua gl. quod verū intellige secundū de Benedictis, & alios Docto. Bald. & Sal. in dicta l. metum. quando erat talis iudex, de quo poterat verisimiliter timeri. facit quod notatur extra de offic. delega. c. cum super. imò secundum Bartol. & Imol. probatur metus iustus, si probetur quòd iudex intulerit minas consanguineis ipsius appellantis. l. hæres meus. §. fin. ff. de cōdit. & demon. ad hoc quod notatur in c. sciant. extra de elect. lib. vj. & dicto c. frequens. & dicit Alber. in l. isti quidem. §. j. ff. quod me. cau. quia iustus metus est nedum in persona sua, sed suorum. Allegat c. ex parte. extra de appel. iij. q. ix. c. hortamur. xxxij. quæst. ij. c. fine. & xxiij. dist. c. cōmunis filius. & ibi notatur. Dicit etiam Ioan. de Imo. post Bar.
5 in dicto §. si quis ipsi. ꝙ ipse † metus probari potest ex coniecturis: vt e si si probetur, quòd incontinenti post appellationē iudex ipse cōsueuit formare inquisitionem contra appellantes, fingendo ipsos aliqua crimina commisisse, & eos incarcerat, & postea sequuta renuntiatione appellationis statim facit absolutionem ab inquisitione. Hęc enim omnia concludunt animū præcedentem. pro quibus faciunt l. si ventri. §. si. ff. de priuil. credit. & ad Maced. l. sed & Iulianus. §. proinde. & c. officij. extra de electi. Addit etiam Bart. ꝙ forte sufficeret fama sola, scilicet ꝙ consueuit has violencias appellantibus & reclamātibus inferre, arg. ff. de quæstio. l. de minore. §. tormēta. ibi, vel cuius extimationis &c. Facit quod notatur per Cy. C. de serui. l. iiij. vbi ꝙ id, quod dicitur à personis fide dignis est iusta causa credulitatis. dicit autem Bald. & Salicet. in l. fin. C. de his qui per me. iudic. quòd modi probādi iustum metum relinquuntur arbitrio iudicis, ar. l. iiij. ff. ex quib. cau. ma. vide notata per Salice. in dicta l. metum. C. quod me. cau. & Inno. in c. cū dilectus. extra quod me. cau. quid autem si non iudex sed eius familia hoc fecit? putat Bart. sufficere, cum potuit corrigere familiam & non fecit. ar. l. fluminum. §. quanquam. ff. de damno infect. & c. constitutis. extra de testi. cum sequent. vbi probatur quod nō est verisimile, quòd tales quid faciant sine scientia do-
6 mini. †Secūdo modo inferri potest metus ipsi appellare volenti à parte aduersa: & tūc similiter requiritur protestatio, prout notatur in dicto c. fin. nec sufficit sola protestatio, sed requiritur ꝙ metus probetur, qui probari potest, probando ꝙ ipsum impediuit seu metum intulit eidem per suos satellites. Ad hoc facit id quod notatur in dicto c. con-
7 stitutis. extra de testi. secūdum Ioan. Andr. †Tertiò infertur metus à lege municipali iniqua, iuxta notata in c. grauē. extra de senten. excō. & in authen. cassa. C. de sa. sanct. eccl. & tūc si nō audet appellare propter ipsam legem iniquam municipalē, requiritur protestatio ad hoc, vt habeatur pro appellāte, vt vult dominus de Benedictis post Ioan. And. in dicto §. fi. de appel. quod est notandum, cum ex hoc dicto habeatur, quòd sufficit timor legis municipalis, vt possit fieri appellatio secundū formam illius c. Nota tamen circa præmissa, quòd in dicta protestatiōe requirūtur tria. Primò quòd debeat fieri cōgruo tempore, id est, tempore quo actus potest geri, vt in dicta l. fin. ibi, intra dies, videlicet legitimos. & in dicto c. fi. ibi, dum modo intra tempus. & hoc ideo, quia dicta protestatio surrogata
8 est loco appellationis, ideo† exerceri debet intra tēpus, intra quod licitum est appellare. facit id quod habetur ff. rem ra. habe. l. bonorum. & in c. vt circa. extra de elect. lib. vj. & in cle. vnica. in principio. extra de supplē. negligē. pręla. Secundò requiritur, quòd fiat publicē, id est, in pręsentia bonorum virorum in defectum iudicis à quo debet appellari, & coram vicinis & honestis personis, vt notatur in dicto §. si quis ipsi. & dicit Bal. quòd licet appellatio debeat interponi coram iudice à quo, tamen ista protestatio potest fieri coram quocunq; tribunali, vt in præsentia Archiepiscopi, Episcopi, vel alterius iudicis, adhibitis idoneis testibus. Faciunt notata in c. pastoralis. in fi. extra de off. ordin. vide notata per Spe. ti. de secūdo decre. §. nūc de effectu. vers. sed nunquid. & in ti. de instru. edi. §. nūc verò. vers. item pone. Quia multæ discordantiæ Docto. & glos. sunt circa hunc articulum, & modū appellandi aut protestandi. pro concordia illarum dici-
9 te secundum dominum Ioan. de Imola, quòd† aut ille qui appellare vult, non timet appellare, aut timet iusto timore ductus. Primo casu, quādo nō timet, & tunc aut potest haberi copia iudicis à quo, & corā ipso debet appellari, vt colligitur ex text. dicti c. fi. de appell. iuncta glos. ij. & in l. j. §. dies. ff.

quando appell.sit.& hoc etiam voluit glos.in cap.
appellatio.extra eod.tit.libr.vj.adeo quòd si tunc
appelletur in eius absentia,non valebit ipsa appel-
latio, vt vuit Inno.in dicto c.fi. pro quo bene facit
tex.in dicto §.dies.licet ipse Inno. aliud voluerit in
c.dilecto.eod.ti.de appella.sed non bene,secundum
Ioã.de Imo.& de Benedictis, cum videatur esse cõ-
tra id quod ex dictis iuribus innuitur.& in ca.sug-
10 gestum.e.ti.†aut copia ipsius iudicis à quo haberi
nõ potest, vt quia requisitus coram tribunali vbi
publicè ius reddere consueuit,non reperitur ibi,cũ
ibi requiri debeat eius præsentia, nec sit necesse eũ
requirere in domo vel orto vel in villa,vt l.j.§.ad-
eundi.ff.quando app. sit. quod tamẽ dicit esse verũ
Ioã.de Imol.in dicto §.si quis ipsi. nisi iudex cõsue-
uerit dare audientiã ad cameram:nam debet etiam
ibi requiri,& ibi etiã fieri protestatio,per id quod
notauit gl.singularis in c. cupientes. §.ꝙ per si vi-
ginti, & infrà super verbo, propositam. de elect.
lib.vj.aliàs non est requirendus,nisi in loco vbi se-
dere cõsueuit.Et multo minus si distet à loco iudicij
per vnam vel duas dietas,vt notãt domini de Ro-
ta consilio cccl xvij.Et tũc aut potuit haberi copia
iudicis ad quem, & coram ipso appellandum erit,
vt in dicta l.j.§.si quis.ff.quando appel.sit.& dicto
§.dies.& si non appelletur coram iudice à quo,vel
coram iudice ad quem, quando eius copia haberi
potuit,nõ valebit ipsa appellatio, vt voluit Inno.
in dicto c.fi.& Ioan.de Imol. ad hoc facit dictus §.
11 dies. † Aut copia iudicis à quo vel ad quẽ haberi
nõ potuit,& tũc,prout voluit Archi. ij.quęst. vj.c.
biduum.§.si quis.appellandũ erit coram bonis vi-
ris,præmissa protestatione, quòd copiam iudicis
habere non potest, sicut & quãdo propter metum
appellare nõ potest,vt quia sit in carceribus,& tũc
non currit tẽpus, vt voluit Cy. in l.ij.C.de his qui
per met.iud.nõ app. Circa quæ tamen aduertendũ
est,quia forte hoc procedit secundum tempora di-
ctæ l.ij.& in dicto c.fin.de appell. secundũ quæ pro
uisum erat,quòd appellatio posset fieri coram bo-
nis viris,vt patet in d.c.fi.cũ secundũ antiqua tem
pora dicti §.dies.nõ curreret tempus ad appellan-
dum,vt ibi.Vnde non erat necesse quòd appellatio
fieret coram bonis viris,licet esset cautũ vt coram
eis fieret.Imò & fortè dici potest secundum domi-
num Benedictum, quòd etiam hodie non currat
ipsum tempus,licet coram ipsis viris honestis non
appelletur,si copiam iudicis à quo,vel ad quẽ ha-
bere nõ potuit,per id quod habetur in dicto §.dies.
vbi est hoc expressum,quod non corrigitur per di-
ctam l.fi.& c.fi.cum loquantur quãdo per metum
corã ipso iudice nõ audet appellare, cum tunc alia
ratio sit.videtur enim tunc, ex quo iudicis copiam
habere potest,vt currat tempus per id quod habe-
tur in l.j.ff.de diuer.& tempo.præscrip.ideo æquũ
fuit prouidere, quòd corã bonis viris appelletur,
seu ꝓtestetur,prout dicitur in dictis iuribus.Quod
non est,quando copiam iudicis non habet,cũ tunc
non currat tempus. & hæc opinio videtur verior
de iure quam sentit Bar.in dicto §.dies.Ad euitan-
dum tamen opiniones cõsultius est secũdum Ioan.
de Imola, vt fiat protestatio, & appelletur coram
idoneis viris.Sed dicit de Benedictis id forte nõ so

lũm esse tutũ,imò & necessariũ, vt appelletur corã
ipsis bonis viris,seu protestetur etiã hodie, prout
dicitur in dicto c.fi.non enim ibi loquitur tex.tan-
tum quando copiã iudicis habere non potest pro-
pter metũ,sed generaliter,vt patet ibi,vel si habe-
ret. vnde generaliter debet intelligi. xix.di.si Ro-
manorum.l.de pretio.ff.de publicia. Secũdo verò
casu principali,quando grauatus iusto timore du-
ctus timet appellare, & tunc aut ipse timet appel-
12 lare,sed non protestari,& tũc†protestari debet co-
ram ipso iudice, & causas grauaminis corã eo ex-
primere,si eius copiam habere poterit.Vnde dice-
re poterit:domine iudex, vos grauastis me in hoc,
& in hoc,& libẽter appellarẽ si auderem.hæc enim
simplex protestatio, cum expressione grauaminũ
sufficit vt non videatur his grauaminibus consen-
tire,& vt habeatur pro appellatione. Et ita pote-
rit procedere tex.dicti c.fi.in prima parte,& quod
ibi voluit glos.in princip. & ibi hoc videtur vel-
le Ioan.Andr.post Innoc.qui etiã dicit,ꝙ hoc casu
non videtur ab appellatione discedere,licet postea
citatus coram iudice compareat,& procedat,dum
modo timor duret.ar.c.j.extra quod me.cau.& l.ij.
C.quod me.cau.per Bald. in iij.q.facit l.Fulcinius.
§.j.ex qui.cau.in pos.eatur. Aut ipse appellare vo
lens nõ potest copiam ipsius iudicis habere,vel ti-
met corã eo protestari,& causas grauaminis expri-
13 mere,†& tunc sufficiet quòd corã bonis viris pro-
testetur,& causas grauaminis exprimat, prout di-
citur in dicto c.fi.in ij.parte.& ibi in gl.& dicta l.fi.
C.de his qui per me.iudi. dummodo hoc fiat intra
decem dies ad appellandũ,concessos,vt supra dictũ
est.& hoc quãdo de ipso timore apparet:quia aliàs
sibi nõ creditur,vt dictum est supra. & etiam quia
metus durauerit per dictum tempus. aliàs si cessas-
set metus intra tẽpus,intra quod appellare potest,
imputaretur ipsi appellanti, per id quod habetur
per Bar.in dicto §.si quis ipsi.& per Ioan.de Imol.
in dicto c.fi.licet Bald.dixerit contrarium in dicta
l.fi.quia secundum eum dicta protestatio traxit se-
cum effectum appellationis.sed nihil allegat,& fa-
tetur cautius esse factum,si appelletur, quia appel-
lando non oportet quòd probet metum, sed pro-
testando sic,vt dictum est.Circa quæ tamen est ad-
uertendũ secundũ Ioã.de Imo.quod licet prout pa-
tet ex prædictis admittatur interdũ appellatio fa-
cta in absentia iudicis à quo,& valeat,tamẽ prout
voluit Bar.in dicto §.si quis ipsi. & notãt domini
14 de Rota ĩ dicta decisione cccl xvij. talis†appellatio
intimãda est ipsi iudici à quo,vt impediatur pro-
cessus ipsius iudicis, per id quod habetur in cap. si
duobus.extra de app.& voluit Spe.e.ti.§.qualiter.
versi. cautius.& Paul. de Elea. in cle.causam.extra
de elect.& Lapus allegatiõe xxxix.& ad hoc,quod
notatur per Archid.in dicto c. appellatio.secundũ
Ioan.de Imol.qui etiam dicit, quod ipsa appellatio
fieri potest in absentia partis aduersę,nec est neces-
se quòd eidem intimetur:& hoc nisi quo ad effectũ,
vt habeat vim citationis perẽptorię,cum tunc in-
timari debeat ipsa appellatio & terminus statutus
iuxta not. in c.sępe.extra de app.vel quo ad effectũ
deuolutionis negotij ad curiã,prout est,si esset ap-
pellatum in causa beneficiali, iuxta notata in c.j.
extra

extra de elect.lib.vj.vel niſi eſſet delatum appella-
tioni per iudicem à quo,cũ tunc iſti parti ſit inti-
manda appellatio & delatio,cum ex hoc cauſa ve-
niat tractanda in curia,iuxta notata in c. cum ap-
pellationibus.extra de appel.lib.vj.Sed licet regu-
lariter ipſa appellatio non ſit intimanda parti,ta-
men ſi ſibi ſit intimata adeò quòd de ea habeat no-
titiam, tunc proceſſus ipſius iudicis nõ valebit ad
cõmodum ipſius partis factus,licet ipſe iudex hoc
ignorauerit , vt voluit Lapus allegatione xxxix.
per id quod habetur in dicto c.ſi duobus. pro quo
facit ſecundum dom.Anto.de Butrio in dicto cap.
fin.id quod notat Ioan.Cal.extra de re iudic.ca.ad
probandum. Sed certè hoc dictum nõ videtur ve-
rum,ſecũdum Ioan.de Imo. quẽ ſequitur dominus
Benedictus de Benedictis , per id quod notatur in
dicto cap.ſi duobus.vbi patet, quòd quantuncũq;
pars ſciat appellatũ,ſi iudex ignoret,valet proceſ
ſus,vt plenius de hoc ibi notatur, & per Ioannem
de Imola in dicto ca.fin.& notata in c. ſuggeſtum.
16 extra de appel.† Tertio requiritur expreſsio cauſa
rum metus, propter quas nõ appellatur corã ipſo
iudice, ſed coram probis viris:debebit enim dice-
re,quòd hoc facit,quia timet coram eo appellare,
& habet iuſtam cauſam timoris, vel quia copiam
iudicis habere non potuit,vt voluit Bartol.Bald.
& Salic.in dicta l.fin.& iſtæ cauſæ ſunt ſemper ex-
primendæ,non verbis generalibus vti, imo ſpeci-
ficè debent exprimi ſecundum Bal.& Sal.ibi,quic-
quid dicat Inno.in cap.fin.extra de noui oper.nun.
& hoc probatur in dicta l.fi.dum dicit text.cauſas
appellationis euidenti affirmatione diſtinguat. Et
vt dicit Salic.ne iſta expreſsio ſit fruſtratoria,cau-
ſam vel cauſas metus expreſſas tenebitur probare
coram iudice ad quem , vt hãc talem appellationẽ
admittat,quia facta eſt contra communẽ & regu-
larem modum appellandi.Ideo cauſæ hunc modũ
permittentes ſunt prius coram iudice ad quem iu-
ſtificandæ,argu.C.qui accuſ.non poſ.l.non igno-
rat.An autem ſint exprimendæ cauſę grauaminis,
Bald.& Salic. in dicta l.fin.dicunt quòd non,vt l.
ſcio.ff.de appell. ſed coram iudice ad quẽ proponi
debent & probari , vt dicta l.ſcio.& l.hi qui ad ci-
uilia.C.de appellat.vel dic,vt ſupra dictum eſt,ſe-
cundum Ioan.de Imol.& Inno.in dicto c.fi.Vnum
17 etiam notare quòd † in modo prædicto appellandi
vel proteſtandi coram probis viris non eſt neceſ-
ſe petere apoſtolos,quia hoc non dicit lex.nec mi-
rum ſecundum Bald.& Salic. quia nec dilatorios,
nec refutatorios poteſt alius dare , q̃; iudex à quo,
qui poteſt appellantem à ſua iuriſdictione dimit-
tere:& ideo etiam quando appellatur coram iudi-
ce ad quem,quia non poteſt haberi copia iudicis à
quo, non eſt neceſſe quòd apoſtoli petantur.facit
quod notatur in cle.j.extra de appella.Circa præ-
miſſa quærunt Docto. Pone quòd dum grauatus
vellet appellare ab interlocutoria,quidã iudex fe-
cit eũ incarcerari, vel poni in cõpedibus,aut acri-
ter torqueri,an iſte erit iuſtus metus ad allegãdum
& proteſtandum poſtea in appellatione à diffini-
tiua.Bal.quem allegat & ſequitur Salic.dicit quòd
ſic,quia in eodẽ genere malitiæ prĕſumitur animi
perſeuerãtia. extra quod me.cau.c.j.& c.ſemel ma-
lus.extra de reg.iuris.libr.vj. Item odium præſu-
18 mitur continuari,& † odioſus in vno,prĕſumitur
in alijs,quando odiũ eſt irrationabile,vt C.de ap-
pellat.l.ſi quis prouocatione. & ff.de arbit. l.licet.
& l.non diſtinguemus.§. cum quidam. & extra de
accuſ.c.cũ P.Mangonella. vbi omnino videas per
Docto. Aliud exemplum in hac lege ponitur per
gloſ.hic,de l.j.§.ſed & Ariſto. ff.quod vi aut clam.
qui §.ſecundum Bart.ibi notabilis eſt,contra illos
qui impediunt ne citatio perueniat ad eos, vel de-
nũtiatio excõmunicationis , qua ligati ſunt:aut ne
interdictũ ponatur. Pro hoc facit c. cauſam.extra
de elect.in Cle.Habet tamen probari impedimen-
tum datum ab illis vel ab alijs facto ſuo, aliàs non
ſufficeret,vt vult Bart.in dicta l.j.in fin.qui ſubiũ-
git, quòd ſi probetur impedimẽtum datum à do-
meſticis vel cõiunctis illorum,videatur datum eſſe
ab ipſis,ſeu voluntate ſua,vt c.conſtitutis.ẽ.alleg.
de teſtib.& dicta cle.cauſam.quod nota.In ea.gloſ.
ibi.ff.ſi quis cau.l.ij.§.ſimili modo.gloſ.ibi diſtin-
guit i magiſtratu ſeu iudice an iuſtè detinuit,& tũc
admittatur excuſatio nõ ſiſtentis in iudicio: an in-
iuſtè,& tunc ſecus,quia tũc iudex priuatus cenſen-
dus eſt,& habet detẽtus contra eũ regreſſum . ideo
non excuſatur detentus , ſicut quando ab extraneo
impeditur,per l.j.§.ſi reus.ff.de eo per quẽ fact.eſt.
ſed de hoc latius dicetur j.e.ti.l.non videtur. §.qui
19 iuſſu.Notate tamẽ quòd † ſicut quando quis ab ex-
traneo impeditur , quo minus faciat quod facere
debet, non excuſatur ex generalitate huius regulę,
cum poſsit contra extraneum regredi,vt dicto §.ſi
reus. Idẽ etiam ſi à iudice iuſtè impediretur,ſe ta-
men procurante,vel dante cauſam impedimento,
vt dicto §.ſimili modo.Adduco bonum tex.in l.ſi
ſeruus plurium.§.ſi quis ante. ff.de leg.j. per quem
notat Bal.quòd factum aliquo procurãte, ſibi nõ
prodeſt:quod prodeſſet,ſi non procuraſſet.concor.
l.ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſolu.matr.vide Ananiã in c.
de ĳs.de accuſ.iiĳ.columna. qui allegat Angelum.
& cõtra tenere videtur,ſed non tenet, quia dicit il-
la procedere,quando non conſtat de fraude. Et ex
hoc dicit Bald.in allc.§.ſi quis ante. quòd ſi delin-
quens malitioſè procurauit contra ſe inquiſitionẽ
formari,aut ſe condemnari in minori curia,quòd
per hoc poſtea proceſſus maioris curiæ inchoatus
non excluditur,nec ſibi patrocinatur præuentio,
per illum tex.quod eſt notandum.In e.glo.ibi,licet
ĳ.dies cõditioni non imputẽtur. intellige gl.ſecun
dũ determinationẽ illius legis,quibus diebus.ſcili-
cet ſi fecerit hæres quicquid potuit. aliàs ſecus. &
illa l.eſt notabilis,nec eſt melior text.in iure ſecun-
20 dum Bald.ibi,ad quæſt.† de eo qui producit teſtes
intra terminum aſsignatũ,& facit eos citari,ſi non
veniant,an currat ei tempus.& probat ille text.q;
currit,niſi eos petierit mulctari, & grauari,& ſic fe-
cit quicquid potuit,pro eorũ contumacia propul-
ſanda.Et hoc tenet Ange.de Peruſio conſilio mihi
clxiiĳ.quod incipit , datus eſt terminus &c. Ratio
eſt,quia examinatio licet ſpectet ad iudicem, ſoli-
citatio tamen ſpectat ad partem , vt l.ſi quando.
C.de teſtib. Hoc idem notat Bartolus in l.damni.
§.Sabini.in fine.ff.de damno infecto. qui etiam al-
legat duos textus optimè facientes, quos etiam al-

legat Angel.in dicto consilio, videlicet l.j.C.de sus-
scep.& arca.libr.x.& l.placuit.de colla.fundo.pa-
trimo.libr.xj.facit l.hoc iure.ff.de verb.obligat.&
ideo dat Bart.cautelam,cui assentit Angelus,quòd
productis testibus vel eis citatis pars protestetur iu
dici, quòd eos examinet vel citatos cogat cōpare-
re remedijs opportunis,aliàs negligētiæ suæ impu
tandum est. pro quo facit id quod notat Archidi.
extra ex except.c.pia.lib.vj. Ideo post lac.de Aret.
inquit Bal. quòd iste impeditus si nō agit ad sub-
mouendum impedimentum,videtur illud pati vo
lens,arg.C.ne sanct.baptis.reite.l.fin.& ff.ex quib.
cau.ma.l.sed & si per prætorem.in princ.& in c.si.
extra de electi. Facit ad præmissa id quod notatur
in l.si cum ipse.ff.de excus.tu.vbi per Bal.& etiam
per ipsum in l. probandum.§. si autem vtraq;.C.
de iudic.& in l.j.in tertia quæstio.C.de dilationib.
& l.quibus diebus.ff.de condi. & demō.Et faciunt
ista in practica ad quęst. quando stat per notarium
primæ instantiæ,quòd non portatur processus,in
causa appellationis, quòd currāt tempora fatalia,
nisi fiat diligentia contra eum omnibus remedijs.
quod tamen limitatur per Bal.in dicta l.j.in tertia
q.de dila.& per eū & gloss. in l.ij.§.quod diximus.
ff.si quis caut.vbi dicit,quod sufficit fieri per partē id
quod potuit,quia non est quis nimis nec etiā parū
coarctādus, sed mediocriter, quia ex duobus con-
trarijs fit optimum temperamentū,vt ibi dicit gl.
11 & Bald.†An autem sufficiat vnica protestatio ad
constituendum illum in mora, & ad excusandum
negligentiam protestātis,Bar.tenuit quòd sic in l.
mora.ff.de vsur.& in l.Titia Seio.§.vsuras.de leg.
ij.quem sequitur Angel. in prædicto consilio.Bal.
tamen in dicto §.vsuras.& in authē.item si appel-
latione.C.de tempo.appel. tenet contrarium,quia
oportet possibilem diligētiam adhibere. Idem te-
net Salic.in l.fin.C.de temp. appel.per illum text.
vult tex.appellantē summa ope debere appellatio-
nem suam prosequi. facit id quod notatur in l.j.ff.
de libel. dimisso.hinc est quod dicit Bar.nō suffice-
re ostēdere diligentiam verbo, si opus est facto,vt
l.prætor.§.si quis paratus.ff.de no.oper.nunt.vide
Inno.in ca.ex transmissa.extra de præscript.& Pe.
de Ancha.in cle.sicut.extra de appel.& Cy.& Bal.
in l.fin.C.de adulte.& Ioan.Andre.in cap.ex ratio-
ne.extra de appel.In ea.glos.ibi.C.de condit.inser.
l.fi.in aliquibus libris est penultima. & facit argu.
12 illa l.secundū Bald.ibi,quòd † si pauper non prose-
quitur appellationem propter paupertatem, non
excusatur,quin currant sibi fatalia.sed Inno.elegā-
ter notat contrarium, in dicto capit.ex ratione.&
glo.notabilis in l.maioribus.C.de his qui. vt indi.
in glos.fin.& hoc sequuntur communiter Docto.

Summarium.

1 ☞Voluntatis duplex definitio.
2 Furioso iniuriam faciens tenetur,non econtra.
3 Dilucida habens interualla, si delinquat, an hoc
præsumatur tempore furoris.
4 Furor quomodo probetur.
5 Furoris tempore an puniatur quis pro delicto in
sana mente commisso.
6 Furiosum quem esse,non est facile credendum.
7 Dormiendo delinquens an puniatur.
8 Prodigo an interdicatur administratio per legem,
vel per iudicem.
9 Notorium & sententia æquiparantur.& nume.11.
10 Sententia declaratiua est tacitè dispositiua.
12 Notorium quòd aliquis non sit prodigus sufficit
ipso iure ad finiendam eius curam, sed non econ-
tra ad eam inducendam.
13 Interdici bonis quomodo quis debeat.
14 Prodigus an possit filium emancipare.
15 Prodigus non potest ecclesiam construere.
16 Prodigus an testari, vel esse testis in testamento
possit.
17 Prodigus delinquens an obligetur.
18 Prodigi contractus an iuramento firmetur.& nu-
mero 21.& 24.
19 Iuramentum debet habere tres comites.
20 Prodigus potest ob periurium puniri.
22 Prohibitio legis & hominis quomodo æquipa-
rentur.
23 Prohibitio superioris an inualidet iuramentum.
25 Prodigus quomodo æquiparetur furioso.
26 Pupillus doli capax licet obligetur iuramento,fa-
cilè tamen dispensatur.

Furiosi aut eius cui bonis interdicitur, nulla voluntas est.

QVOS articulos habet
hęc regula.primus loquit̄
in furioso, secūdus in eo
cui bonis interdictū est,
vt patet in text.& quo ad
primū articulū,qui de fu-
rioso loquitur,nō est mi-
rum si eius nulla sit volū-
tas,quia vt dicit Bald.in
1 l.in vendentis.C.de contrahend. empt. † voluntas
est deliberatio animi intelligentis & acceptātis id
quod vult.facit text.Augustini in cap.j.xv.quæst.
j.in principio. & xxiij.quæsti.viij. conuenior.vbi
vide Archid.vel est voluntas animi motus cogēte
nullo,quæ si cogitur vim patitur, & in suo arbi-
trio non est,vt l.dudum. C.de contrahend. empti.
Furiosus autem animo & mēte caret,vt Insti.qui.
non est per.fa.testa.§.item furiosi.& l.furiosum.C.
qui testa.fac.pos.cum similibus.Ideo loco absentis
est,vt l.ij.§.furiosus.ff.de iure codicillo.& l.vbi nō
voce.in fin.ff.eo.ti. imò quod per furorem alicuius
accidit, per casum accidisse videtur,vt est tex.in l.
fin.in fin.ff.de administ.tuto. Ideo quia volūtas &
propositum maleficia distinguūt,vt l. qui iniuriæ
causa.in principio.ff.de furt.& l. j. C.de sica.nō te-
netur furiosus de delicto per eum cōmisso,quia sa-
tis furore ipso punitur.l.diuus.ff.de offi.præs.& in
cap.j.extra de homicid.in clemen.imò vt dicit ibi
glos.idem dicendum in eo qui habet dilucida inter
ualla,quia si tempore illo quo furore vexatur deli-
querit non tenetur,quia talis persona apta nata est
2 suscipere iniuriam, nō autem alteri inferre.†Hinc
est quòd si quis personæ furiosæ iniuriā inferat,te-
netur, non autem ipsa persona furiosa. facit l.cum
alijs

3 alijs.C.de cura.fu.† In dubio autem, si est maleficiū
commissum ab illo qui probatur habere dilucida
interualla, an præsumatur factū tempore sanę mē-
tis, & sic quòd teneatur, an tempore furoris, & sic
quòd non teneatur? Dicit Ang.Aret.in sua inqui-
sitione glos.super verbo, scienter & dolosè. quòd si
probetur, q aliquādo fuit in furore, præsumitur q
tempore delicti etiam fuerit furiosus, & ideo non
teneatur, nisi probetur quòd esset sanę mentis: & sic
antiquus furor transfert onus probandi in aduer-
sarium, vt probatur in c.fin.extra de success.ab in-
testa.& in glo.super verbo, compotem. in fi.quam
sequitur ibi Panormita. & dicit pro ea bene facere
capi.indicas.iij.quæst.ix.& ibi gl.furor ergo semel
accidēs pręsumitur adesse, nisi probetur contrariū.
Quid autē sit de alijs infirmitatibus, vide dicta Pa-
nor.in c.cum inter canonicos. extra de electio.vide
Imol.in l.j.§.fi.ff.de verb.oblig. vers. nunquid po-
terit.ij.colum. & Florianum in l. sed si quęcunq.§.
iniuriam.ff.ad leg.Aquil.& ponit Bar. in l.ij.in fi.
ff.de bo.pos.infan.vel furi. dela. & ita dicit tenuis-
se Petr.de Ancha.in dicta glos.prima, de homicid.
quod secundum eum singulariter nota, ad eua-
dendum amicum tuum à pœna mortis. Qualiter
4 autē probetur † furor, seu mētis alienatio, dicit Pa-
nor.in dicto ca.fi.quòd per verba & facta.pro hoc
facit c.legimus.xciij.dist.vbi dicit tex.fatuus fatua
loquitur.ad idem l.quidam in suo. cum sua glos.ff.
de condi.instit.& ibi in glos. cōcor.& dicit ibi Bal.
ad aduisamentum tabellionum, quòd quando vi-
dent testatorem non bene loquentem, vel phrene-
ticantem, nō suscipiant instrumentū sui testamen-
ti: quia si verba furoris proferat, præsumitur furio
sus, vt ibi. Accedant notata in l. nec codicillos. C.
de codicil. Iungantur illa quæ per glos.& Bald.no-
tantur in l.si cum dotem.§.sin autem in sæuissimo.
ff.sol.matr.vbi quando quis proijcit lapides, præ-
sumitur furiosus.& est tex.in l.ij.C.de iud.ibi dū di
cit tex.saxis, vel alio furoris genere.dicit etiā Bald.
in l.furiosum.C.de testa.difficile esse probare furo
rem, quia non valeret depositio testis super furore
deponentis, nisi reddat rationem dicti quamuis nō
interrogētur, cōtra notata in l.solam.C.de testi.ita
notat Innoc.in c. cum causam quæ inter archiepi-
scopum.extra de testib. Dicit plus & fortius præ-
5 fatus Angel.Areti. † quod etiam si tempore sanæ
mentis quis delinquat, tēpore quo est in furore nō
potest puniri de delicto cōmisso prædicto tempo-
re sanæ mentis. Ita dicit Bald. singulariter tenuisse
in dicta l.furiosum.in fi.per rationē gl.huius legis,
quæ dicit furiosum haberi pro absente. licet Ioan.
de Imol.in l.ex facto.ff.de vulga.& pupilla. & in c.
Raynutius.in materia exemplaris. extra de testa.
arguat pro & cōtra, & relinquat insolutum.quic-
quid tamen dicat prædictus Ang. Aret.Bal.firmat
oppositum in dicta l.furiosum. ipse tamen in titu.
an ille qui interfecit fratrē domini sui feudū amit-
tat.ca.j.tenet quòd non puniatur criminaliter, sed
solū ciuiliter.ideo cogitate. tamē tex. legis, diuus.
videtur esse contra Bal.in dicto c.j.& pro eo in di-
cta l. furiosum. si bene ad eum attendatur, scilicet,
quòd etiam furiosus de delicto commisso tempore
sanę mētis possit damnari ad mortem: quia vitiū

Quæstio.

Vide Paulū de Castro in l.penultima. ff. de cōdit.instit.

coniunctū vitio non excusat maleficium, vt nota-
tur in l.si quis in tantam. C.vnde vi.& facit l.Ful-
cinius.§.adeo.ff.ex qui.cau.in pos. eat. Aduerte ta-
6 men quòd iudex debet esse cautus, quòd ita † facili-
ter non credat aliquem esse furiosum, vt pœnam
criminis possit euitare: imò debet eum retinere,
& per multas vias & interrogationes per eum &
alios fiendas poterit comprehendi si sit furiosus.
& debet adhibere medicos & alios prudentes, qui
hoc cognoscant. ad quod optimè facit l.semel. C.
de re militari.libr.xij. & est textus in dicta l.diuus.
Ita dicit Baldus in l. obseruare. ff. de curatori. fu-
rioso. & si furiosus appareat, vinculis coërcen-
dus est, & diligenter custodiendus, imò si iudici vi-
deatur carcerādus, vt dicta l.diuus.& l.congruit.§.
furiosi.ff.de off.præsid. Pro materia potest addi, q
furiosus non testatur.l.furiosum.C.qui testa.facere
poss.c.fi.extra de succes.ab intest.non potest etiam
profiteri religionē.xvij.q.ij.Gonsaldus.& extra de
regu.c.sicut tenor.hīc non baptizat sicut puer non
doli capax.notatur.j.q.j.ea.ecce.Item est inhabilis
ad suscipiēdum baptismū, nisi ante habuisset ani-
mū fore baptizatū.c.maiores.in fi.extra de baptis-
mo. secundum Florianum in l. sed si quencunq.§.
iniuriam. ff.ad legē Aquil. Iungatur præmissis, q
beneficia cōcessa minoribus circa restitutionē cō-
cedendā, vt pręscriptio nō currat, extendūtur etiā
ad furiosum, vt notat gl.in l.ij. C.de cura.fur.quā
singulariter iubet Ioan.de Imo.notari in l.Marcel-
7 lus.ff. de fideiusso. ¶ Circa prædicta quæro † quid
de dormiente, qui dormiendo surrexit, sicut mul-
ti faciunt, & aliquē interfecit, an teneatur? Albe.in
dicta l.diuus. dicit esse casum prædictæ decretalis
extra de ho.in cle.prout est ibi in litera, dormiens,
non punitur.quidam tamen libri habent, demens,
sed communior est litera dormiēs.& facit extra de
bapti.c.maiores. §.verū.&§.seq.de iure verò ciui-
li potest argui secundum eum post Iacob.de Ra.ad
vtranq; partem. Primò quòd teneatur, sicut for-
nicarius qui dormiendo dat damnum. ff. ad le-
gem Aquiliā.& l.si seruus seruum.§.si fornicarius.
In cōtrarium, quòd non teneatur, quia dormire est
naturale, ideo non imputandum. ff.de verb. sign.l.
probrum.& l.fluminum.§. vitium.de damno infe
cto. Pro solutione autem distinguite, quia aut dor-
miens ipse sciebat modum suum & naturam, quòd
erat solitus surgere in somno, quia aliàs sibi occur
rerat, & percusserat secum dormientes: & tūc tene-
tur, quia in culpa est, non certificando dormientes
cum eo in camera, vel non faciendo exportari ar-
ma. Facit l.si putator.ff.ad leg. Aquil.& l.si vt cer-
to.§.interdum.ff.commoda. Si autem aliàs sibi nō
occurrerat, nō tenetur.& ita tenet Bart.in l.penul.
ff.ad leg.Pomp.de parri.& Ang.Are.vbi supra. Et
pro hac distinctione secundū Albe.facit l.si à bonæ
fidei.ff.de rei vendi.& l. sed & si per prætorem.§.si
ferię.ex qui.cau.ma. Mitius tamē punitur, etiā vbi
sciuit modum suum & naturam, & non prouidit,
eo modo quo dictum est, quia cessat dolus, vt l.in
lege.ff.de sica. & quia impetu videtur deliquisse. l.
respiciendū.§.delinquunt.ff.de pœ.& l.omne deli-
ctum.§.per vinum.de re mil. Et idem dici posset se-
cundum Alb.si culpa sua aliquis incidisset in furo-

rem, vt mitius puniatur. Quia tamē hoc aliquali-
ter durum videtur, dicit idē Albe. æquius fore de-
linquētem in furore nullo modo puniri, & in hoc
standū esse decretali prædictæ, & huic regulæ: quia
furiosi nulla voluntas est, sine qua delictū non cō-
mittitur, vt iuribus præallegatis. Secundus articu-
lus huius regulæ quæ loquitur in eo, cui bonis in-
terdictū est, in gl. hic recipit duplicem intellectum.
Primò, vt loquatur in eo cui bonis interdictum est
à lege, vt in reo criminis læsæ maiestatis, cui à lege
interdicta est omnis alienatio, vel cōsensus alienāti
præstandus, postquam id crimen commisit, vt in l.
fi. ff. ad leg. Iul. maiesta. & l. donationes. §. fi. & plenè
per Bald. in l. post contractū. ff. de dona. & per Cy.
& alios in l. fi. C. ad leg. Iul. maiesta. vbi Ioan. Fab.
hæc intelligit esse vera, nisi sententia absolutoria
sequatur, quia tunc valeret alienatio, ar. l. si ab eo.
C. de libe. caus. & l. si creditoribus. C. de ser. pigno.
da. ma. Secundò vt loquatur, in eo cui bonis est in-
terdictum per iudicem, vt quia sit prodigus. l. j. in
principio. ff. de cura. furios. & quamuis tex. ibi vi-
deatur dicere, quòd lex ei interdicit. subaudit tamē
hic gl. id est, interdicenti iudici autoritatē præbet.
Aduertatur tamē pro pleniori intellectu, quòd gl.
8 in l. j. alleg. indistinctè dicit, quòd †prodigo nō in-
terdicitur administratio per legem, sed debet inter
dici per iudicē receptis probationibus super pro-
digalitate. & hoc probari videtur per illum tex. in
ver. sed solent. & in l. Iulianus. e. titu. facit text. in c.
fi. extra de accus. Sed alia glos. quæ est in l. is cui. ff.
de testa. dicit quòd si quis est notoriè prodigus, nō
expedit quòd iudex interdicat, quia interdicit lex.
Et quidam Doct. sequuti sunt illam gl. inter quos
fuerunt Iac. de Aret. & Pe. & hoc ratione sequenti,
9 videlicet, quia †notorium & sententia æquiparan-
tur. l. emptorem. in princip. ff. de actio. empti. sed si
per sententiam sit declaratum aliquem esse prodi-
gum, eo ipso interdicitur sibi administratio. ergo
idem si sit notorium. Bar. autem in l. is cui bonis. ff.
de verb. oblig. dicit, ꝙ quanquā sit notoriè prodi-
gus, nisi sit ei interdicta administratio per iudicē,
potest contrahere, distrahere, testari, & alia facere,
per glo. dictæ l. j. de cura. fur. & etiā in ista glo. quæ
videtur verior. §. si mutuā. in l. j. ff. si quid in fraud.
patroni. & respondet ad contrarium, cōfitendo ꝙ
notorium æpuiparatur sententiæ declaratiuæ. sed
sententia declaratiua, quòd quis sit prodigus secū-
dum eum non sufficit, igitur nec notoriū. & æqui-
parantur ista notorium facti, & notoriū iuris, per
notata in c. vestra. extra de cohab. cler. & muli. per
Innoc. & alios. Bal. autē in dicta l. j. tametsi sequa-
tur istā glos. & glos. dictæ l. j. & etiam Bar. in deci-
sione huius puncti. Contradicit tamen Bart. in ra-
tione conclusiua, in qua dicit Bar. nō bene dixisse,
dicendo quòd non sufficit sola sententia declarati-
ua: quia videtur habere tacitā prohibitionē, sicut
10 alibi nos videmus, ꝙ †sententia declaratiua tacitè
est dispositiua. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi.
& l. Lucius. ff. de infa. Item statim ꝙ iudex sic pro-
nuntiat, prodigus est sub cura legitima agnatorū:
vnde tacitè est ei interdictū. Pro quo facit id quod
notatur in dicta l. j. vers. sed solent. & Insti. de cura.
§. furiosi. In notorio verò facti subdistinguit Bald.
aut quis contrahit cum tali prodigo scienter in lu-
do vel loco perditionis, tūc non valet contractus,
vt ff. de vsuc. pro emp. l. si quis cū sciret. ff. de vsu-
ca. pro empt. vbi per Ioan. de Imol. loquentē egre-
giè. & l. verū. §. fi. ff. de mino. secus si alio casu extra
ludum vel locum perditionis. Et ad argumentū de
11 notorio respondet Bal. ꝙ † sententia & notorium
æquiparantur quantum ad aliquid declarandum,
sed non quantum ad aliquid de nouo inducēdum,
vel prohibēdum: quod sic ostendit: Per probatio-
nes testium, & instrumentorū aliqud fit notoriū,
scilicet ad declarādum, tamen non habet vim sen-
tentiæ, imò est adhuc sentētia necessariò ferēda, vt
ff. de iureiurā. l. sed & si possessori. §. fi. & ibi est gl.
singularis de hoc. Et istam opinionē Baldi tenuit
prius Spec. ti. de actore. vers. item opponitur con-
tra actorem, ꝙ est prodigus. & ibi Ioan. Andre. in
addi. & eum sequitur Pau. de Cast. in dicta l. is cui.
ff. de testa. vbi fatetur istam notorietatem facti tā-
tum operari, quātum si iudex declarasset: sed dicit,
quòd declaratio iudicis nō sufficit nisi sequatur in-
terdictio. pro quo allegat notata in l. tres tutores.
12 in fi. ff. de admi. tuto. Circa quod quærit Bal. †qua- Quæstio.
re sufficit notorium, ꝙ aliquis non sit prodigus ad
finiendum curam ipso iure, & non sufficit ecōtra
ad inducendū curam? ipse respondet, quia recupe-
rare propriam administrationem, est ad suam na-
turam reuerti, sed priuari est totum oppositū: ideo
nō est mirū si res de facili ad suam naturā reuerta-
tur. l. si vnus. §. pactus. vers. quod in specie dotis. ff.
de pact. Cura pdigi recipiētis bonos mores finitur
ipso iure. Ita tenet Spec. ti. de cura. §. vt autem bre-
uem. vers. item ꝙ furiosus factus est sanæ mētis, vel
prodigus deuenit ad sanos mores. & Bal. in l. j. ff. de
cura. furio. Et ex hoc infert Bald. ꝙ si non esset ad-
ministratio rei propriæ, sed alienæ, statim quòd ad-
ministrator est notoriè prodigus, ei interdicitur
administratio, vt est tex. notabilis in l. fi. C. de sen.
pass. Hinc est, ꝙ ipse Bal. eleganter alibi dicit, ꝙ si
procurator cōstitutus ad exigendum mutauit bo-
nam conditionem in malam, eo ipso finitur man-
datum. Ita notauit ipse in l. pater hæredi. ff. de testa.
tu. & l. mandatum. C. man. in j. quæst. alleg. in arg.
dictam l. pater. facit l. si cū Cornelius. ff. de solu. fa-
cit quod notatur per gl. in l. si nō sortē. §. qui filio.
ff. de condi. inde. vbi videte. Vnū etiam circa præ-
missa est notandum secundū Bart. in dicta l. is cui.
13 & Bald. in dicta l. j. ff. de curat. furio. †ꝙ non sufficit
præconizari facere per ciuitatē, quòd nemo cōtra-
hat cum Titio tanquam prodigo, nisi causa cogni-
ta fuerit ei interdictū: quia id quod fieri debet cau-
sa cognita, non potest fieri per epistolam vel pro-
grāma. l. interlocutio. & l. præses. C. cōmina. epist.
progrā. sed ista interdictio debet fieri causa cogni-
ta, vt l. obseruare. ff. de cura. fur. ergo fieri nō debet
per proclama. ad quod facit regula, quæ traditur in
l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procons.
& lega. secundum vnam expositionem. Quæritur
14 vlterius, †an prodigus possit filiū emācipare. dicit
Bal. quòd sic. tex. est in l. si furioso puberi. in versi.
aut si nō habuit. e. ti. vbi est expressum secūdum eū,
vbi etiam hoc notauit ipse Bal. Notat etiam Bal.
15 in dicta l. j. ꝙ †prodigus, cui bonis est interdictum,
non pot

non potest cõstruere ecclesiam, vel hospitale, vt di-
16 cit esse tex. in l. ab agnato. eod. ti. vtrũ autem † pos-
sit testari, vel esse testis in testamento, vide notata
per gloss. & Doct. in l. allegata, is cui. ff. de testa. Sed
17 quæritur † si prodigus cui bonis interdictũ est de-
linquat, an teneatur de delicto? gloss. in l. si quis in
tantam. C. vnde vi. videtur dicere q non: sed Bart.
in dicta l. is cui. ff. de verb. oblig. tenet contrarium,
quia prodigus æquiparatur proximo pubertati, vt
dicta l. is cui. iuncto §. quod diximus. Insti. de inuti.
stipul. sed pupillus proximus pubertati tenetur ex
delicto, vt l. pupillum. ǁ. eod. tit. ergo eodem modo
prodigus. Et hanc opinionem tenet Sali. in dicta l.
si quis in tantã. & dicit prodigũ in hoc æquipara-
ri adulto, vt l. si curatorẽ habẽs. C. de in integ. resti.
nec obst. secundum eum, quòd quandoq; lex æqui-
parat eum furioso, vt hic, & in l. j. ff. de cura. furio.
& dicta l. is cui. ff. de verb. oblig. quia secundũ Sali.
illa iura intelliguntur, quòd æquiparatur furioso,
quantum ad administrationem bonorum, nõ autẽ
quantum ad coërtionẽ delictorum. Bal. verò, Ang.
& Ioan. de Imo. quos refert Are. super dicto verbo,
scienter & dolosè. dicunt hoc esse verum, si prodi-
gus delinquat in committendo vel faciendo, secus
si in omittendo seu negligẽdo, quia tunc prodigus
sicut minor non tenetur, vt quia non vindicauit
necem defuncti, vel mater prodiga, vel minor
non petijt tutorem filijs suis, vt l. ij. C. si aduers. de-
18 lictum. ¶ Vlterius quæritur, † an contractus prodi-
gi, cui bonis est interdictum, firmetur iuramento?
Bart. dicit q non, in dicta l. is cui. de verb. obligat.
& idem dicit tenuisse Iac. de Aret. in l. qui habet. ff.
de tute. & ita de facto cõsuluit, additq; quendã va-
lentẽ Canonistam ita etiam tũc cõsuluisse, qui va-
lens Canonista licet ab eodem Bar. nõ nominetur,
fortè fuit dominus Frede. de Senis, vt vult Ioan. de
Imol. in c. cũ contingat. extra de iureiuran. in repe-
titione sua solẽni, & in prosequutione quinti mẽ-
bri principalis, qui hoc posuit consilio cccj. & ab
eius dictis sumpsit Bar. opinionem suam. Idem te-
net Bal. in alleg. l. j. ff. de cura. furio. quia prodigus
æquiparatur pupillo. l. certi cõditio. §. item quæri
potest. ff. si cer. pet. & furioso, & eius nulla est volũ-
tas vt hic, & iuribus allega. iuramentum autem re-
quirit consensum, ideo ille qui libertatem consen-
tiendi non habet, iurare non potest. Credit tamen
Bald. q si iuraret cum autoritate curatoris, valeret
iuramentũ: & sic non per omnia æquiparatur pu-
pillo. Istam autẽ quæstionẽ latius exorditur dictus
de Imol. vbi supra, & recitat opiniones diuersas, &
earum rationes ad vtranq; partem. Primò allegat
rationes pro opinione Bartoli, quòd iuramen-
19 tum non firmet contractum prodigi, quia † iura-
mentum debet habere tres comites, scilicet, verita-
tem, iustitiam, & iudicium, seu discretionem. in c.
& si Christus. extra de iureiur. sed isto casu iuramẽ-
tũ caret discretione, ex quo fit à prodigo, quia di-
scretionem habere non censetur, vt dicta l. j. de cu-
ra. furio. Item quia venit contra iustum superioris
præceptum, qui sibi interdixit omnem contrahen-
di facultatẽ, & sic peccare videtur, per id quod ha-
betur in c. ij. extra de ma. & obedi. & xj. quæst. iij. c.
qui resistit. & in l. j. & ij. ff. de legi. & sic iuramentũ
non firmat talem contractum. per c. nõ est obliga-
torium. extra eod. titu. libr. vj. Et hanc opinionem
etiam sequitur Ang. in dicta l. is cui. de verb. oblig.
20 Fatetur tamẽ ibi Ang. † q propter periurium po-
terit puniri prodigus, quia obligatur ex delicto,
licet non ex contractu. Hoc etiam tenet Sali. in au-
thent. sacramenta puberũ. C. si aduer. vend. & Bal.
in l. ij. de rescin. vend. x. quæst. quia licet iuramentũ
præstitum à minore repræsentet eum maiorem, vt
in dicta authen. sacramenta. ex notatis in dicta l. ij.
non tamen secũdum eundem Bal. reperitur, quòd
iuramentum prodigi faciat eum censeri non pro-
digum. Hãc opinionem tenet dictus Freder. de Se-
nis in allegato cõsilio per rationes Bartol. & quas
ab eo sumpsit Barto. secundum Imol. & item quia
furioso æquiparatur prodigus. l. is qui. in fin. ff. de
de tut. & cura. da. ab his. ibi, furiosum exitũ faciũt
&c. & in ista regula & dicta l. j. de cura. fur. Itẽ quia
per interdictionem iudicis videtur sibi ablata ad-
ministratio, ideo non videtur valere id quod agi-
tur, per notata in c. veritatis. extra de dolo & con-
tuma. & in c. si. de accu. & in c. j. de supplen. neglig.
præla. & in c. si soli. de concessi. præben. lib. vj. vbi
probatur, quòd actus qui fit cõtra interdictum su-
perioris sit nullus, nec debet prodigus posse recu-
perare administrationem bonorũ suorum, per iu-
ramentum in illusionem legis & sui superioris, ne
leges & interdicta sint ludibrio. l. si prætor. in prin-
cipio. ff. de iudi. & in c. bonæ. vers. nec nocebat. ex-
tra de postul. præla. & de electione. c. commissa. lib.
vj. Itẽ prodigus æquiparatur pupillo, dicta l. certi
conditio. §. item quæri. ff. si cer. peta. sed secundum
eundem Freder. contractus pupilli nõ firmatur iu-
ramento, vt notatur in dicta authent. sacramenta.
per glo. ergo multo minus cõtractus prodigi, præ-
cipuè quia pupillus obligatur naturaliter, vt l. j. ff.
de nouat. & tamẽ prodigus etiam naturaliter non
obligatur, vt patet in dicta l. is cui. de verb. oblig.
21 ¶ In oppositum verò contra prædicta facit † quia
prohibitio legis vel hominis videtur æquiparari.
l. fi. C. de re. ali. nõ alie. sed vbi cõtractus à lege pro-
hibetur, firmatur iuramento, vt dicto c. cum con-
tingat. ergo idem videtur, quando est prohibitus
per iudicem. Item secundò, nam aut dicemus con-
tractũ nõ firmari iuramento ratione ætatis, & hoc
non videtur verum, per dictam authẽ. sacramenta.
aut dicemus contractum prodigi nõ firmari iura-
mento ratione prodigalitatis, istud nõ videtur ve
rum, quia ante prohibitionem iudicis videtur q
poterat contrahere. l. j. alleg. de cura. furio. & supra
fuit dictum. & sic videtur, quòd sola prohibitio iu
dicis erit causa, quare iuramentũ non valebit: sed
hoc etiam videtur falsum, quia præceptum supe-
rioris non videtur posse infringere iuramentum,
nisi fiat ex causa ex qua iuramentum reddatur illi-
citum, per ea quæ habentur in c. significauit. extra
de censi. & sic videtur, quòd contractus prodigi de-
beat firmari iuramento. Sed his non obstan. Fred.
vt refert Imol. tenuit cõtrarium, vt prædixi per ra-
tiones suprà positas. Et respõdet ad ista argumẽta.
22 Primò ad id quod dicitur † æquiparari prohibitio-
nem legis & hominis, quòd illud non est verũ per
omnia: nam prohibitio contrahentium non inua-

lidat actum, licet prohibitio legis & testatoris sic,
vt notatur in d.l.fi.C.de re. ali. nō alie. & l.ea lege.
C.de condi.ob causam. Hic autem de prohibitio-
ne iudicis ex causa facta, quæ fortius videtur ope-
rari quàm prohibitio legis: quia durius agitur cū
ministro legis, quàm cū lege, vt l.Celsus.ff.de arbi.
Item ad authen.sacramēta.respondet, quòd illa lo-
quitur in minore. & ad c.cū contingat.ꝙ loquitur
in muliere. Hoc casu verò loquimur in prodigo,
qui est magis ꝓhibitus, quàm sint minor vel mu-
lier, cum æquiparetur furioso, vt iuribus prælle-
gatis. Item in dicta authent.sacramenta. & in cap.
cum cōtingat.est sola prohibitio iuris communis,
hîc prohibitio iudicis, quæ fortius operari debet,
vt dictū est. sicut in simili videmus in prælato, qui
de iure cōmuni prohibetur alienare res ecclesiasti-
cas, potest tamen in casu necessitatis vel vtilitatis,
vt notatur in l.iubemus.& authent.hoc ius porre-
ctum.C.de sacr.sanct.eccles.& xij.quæst.ij.cap.sine
exceptione. tamen si per superiorem interdicatur
sibi administratio etiā in casu necessitatis vel vti-
litatis, nō poterit alienare, vt patet ex his quæ ha-
bentur in c.fi.de accu.& dicto c.veritatis.ff.de do-
lo & contum.circa finem. Vel potest respōderi se-
cundum Bar.ꝙ lex nō prohibet personam mino-
ris contrahere, sed non assistit sibi si nō contrahat
cum debita solēnitate: ideo nimirum si contractus
eius firmetur iuramento, vt dicta authen. sacramē-
ta. sed prodigus est prohibitus contrahere per suū
superiorem. Itē in c.cū cōtingat.& in §.& cum lex.
C.de rei vxo.act.nō prohibetur cōtractus nec obli
gatio, sed prohibetur vir alienare rem dotalem. fa
cit quod ipse notauit in l.cum lex. ff.de fideiussori.
Ideo nimirum si contractus factus per mulierē fir-
metur iuramento, quia non est prohibita cōtrahe-
23 re, secus in prodigo. Et quando dicitur, † quòd non
videtur iudicis prohibitio inualidare posse iura-
mentum, per ea quę habentur in dicto c.significa-
uit.extra de censi.respondetur, quòd ibi loquitur,
quando præcessit iuramentum licitum, & postea
fit præceptum contra ipsum iuramentū, ideo prę-
ceptum non potest tollere vires ipsius iuramenti,
ex quo constat illud esse licitum, vel tunc non esset
obediendum præcepto superioris, vt ibi notatur.
Facit quod notat in c.aures.extra de tempo.ordin.
sed in casu isto præcedit iustum præceptum supe-
rioris, & sequitur iuramentum. ideo videtur quòd
tale iuramētū nō obliget, ne sit in potestate ipsius
prodigi illudere præceptum superioris, & recupe-
rare administrationem. Et ista est in effectu conclu-
sio dicti Frede.quem sequuti fuerunt Bartol.Bald.
Ang.& Salic.Dominus autem Antonius de Butr.
24 in dicto c.cum cōtingat.tenet † prodigum obliga-
ri ex iuramento, dum tamē sit capax doli, quia vi-
detur æquiparari pupillo pubertati proximo in
acquirēdo, vt notatur in dicta l.is cui.& etiā obli-
gatur ex delicto, vt suprà dictum est: & sic eodē mo
do debere obligari iuramento, sicut & pupillus doli
capax: & debet posse incurrere periurium, sicut &
ipse pupillus. quod probatur in c.ij.extra de delict.
puero. sicut ergo authen.sacramēta puberū. habet
locum in pupillo doli capace, vt incurrat pœnam
periurij, vt voluit ibi Bar.& alij Doct.& etiā Ioā.
And.& Host. in dicto c.cū contingat. ergo eodem
modo debet firmari iuramento contractus prodi-
gi, cum eius fauore sit prohibitus contractus, sicut
fauore minoris: & per consequens eadem ratio vi-
detur vtrobiq;, ergo idē ius. l.illud.ff.ad leg.Aquil.
§.pari ratione. Insti.qui.mo.ius pa. po. sol.& in c.
ij.extra de transla. Nec obst. secūdum eū, ꝙ inter-
dicta sit ei administratio, quia nō per hoc interdi-
ctum est sibi iuramentum, vt patere potest ex prę-
dictis: nā etiā ipse iudex secularis nō potuit ipsum
iuramentum interdicere: quia super eo, vt super re
spirituali, non videtur habere potestatē. Pro quo
facit id quod notatur in c.tuam.extra de ordi.cog.
& in l.quoties.C.de iudi.& l.Titia.ff.solu.ma.per
Docto. Ideo in materia iuramēti statur dispositio-
ni iuris Canonici potius quàm ciuilis, vt habe-
tur in c.ij.extra de iureiuran.lib.vj.& in c.ij.de pa-
ctis.eod.lib.& in dicto c.cum contingat. Item non
25 ob.quòd lex † videtur æquiparare prodigū furio-
so, quia respōdet quòd quo ad iuramentū non de-
bet cōsiderari talis æquiparatio legis, per id quod
proximè dictū est: & quia omnis prohibitio, quæ
reperitur in prodigo, videtur esse facta eius fauore,
ideo videtur ꝙ contractus iuramento firmetur, si-
cut in minore & muliere iurante. Et pro hoc facit,
quia, vt dictum est, prodigus obligatur ex delicto,
quod non est in furioso, vt l. infans.ff. de sicar.& l.
diuus.ff.de offic.præsi. Accedat quod notatur in c.
dilectus.extra de spons.cū similibus. Item etiā non
obst.ꝙ dicatur peccare contrahens contra interdi-
ctū superioris, quia respondetur secūdum eundem
Anto.ꝙ licet contractus annulletur à lege, quia ta-
men fit fauore prodigi, non diceretur peccare con
trahens cū illa, secundū eum. vel potest dici secun-
dum Imol.ꝙ faciens contra præceptū iudicis secu-
laris non peccat mortaliter, vt ipse plenè declarat
in dicto c.cū cōtingat. in prosequutione tertij mē-
bri principalis, vbi pulchram circa hoc cōsidera-
tionem ponit. Item non obst.ꝙ prodigus non vi-
detur habere discretionem, quia imò habet, ex quo
est doli capax, licet nō habeat ita plenā, sicut alius:
& hoc non habet infringere iuramētum, vt patet
in pupillo doli capace, qui similiter nō habet ple-
nā discretionē sicut alius, & tamen obligatur iura-
26 mēto. Aduertendū tamen est secundū Imol.ꝙ † licet
pupillus doli capax obligetur ex iuramento, & sic
obligetur ad obseruantiā iuramēti, tamen videtur
ꝙ ex quo non habet plenū animi iudicium, cū im-
puberes non multū cognoscāt propter inexperiē-
tiam, vt in §.præterea. Insti.qui.nō est per.fa.testa.
ꝙ esset iusta causa absoluendi eū à iuramento, im-
posita pœnitentia, propter illa quæ notat Innoc.
in c.scripturæ.extra de voto. vbi dicit ꝙ in votis
& iuramētis præstitis, facilius dispēsatur, & fit cō-
mutatio propter qualitatem ætatis, licet nō sic fiat
in pubere. ad quod bene facit id, quod notatur in c.
j.& ij.extra de delict.pue. In prodigo autem cōclu-
dit do.Anto.& eū in hoc sequi videtur Imol. quòd
licet cogatur ad obseruantiā iuramēti, si tamē in-
teruenit dolus aduersarij, vel aliqua deceptio, quæ
habeat in se dolū annexū, saltem pręsumptiuè, sibi
succurri posset per dispensationē. quod latius pro-
sequitur Imol.i tertio mēbro principali. in dicto c.
cum

Canonico permiſſa eſt, vt c.ſi quis cõtra clericum.
cum contingat.hæc tamen ſufficiant.In gloſ.ibi.ff.
locati.l.qui ad certũ.Dicit ibi Albe.ꝙ in ijs in qui-
bus requiritur cõſenſus tacitus vel expreſſus,furio-
ſus nõ videtur conſentire, vt dicta. l. qui ad certũ.
& ratio redditur in iſta regula, quia eius nulla vo-
luntas eſt:& ratio rationis eſt,quia ſecundũ Bal.in
l.in vendentis.C.de contrahē.emp. volũtas eſt &c.
vt ĩ principio huius legis dictũ eſt.In ijs aũt in qui-
bus ſufficit non contradicere, furioſus habetur pro
non contradicente,vt l.ij.§.voluntatem. ff.ſo.mat.

Summarium.

1 ☞Argumẽtũ de maiori ad minus negatiuè valet.
2 Actori magis fauetur quàm reo circa præparato-
ria litis.
3 Appellans & recedens poteſt abſens condemnari.
4 Licent quædam actori quæ non reo, & econtra.&
nume.5.& 6.
7 Probationes rei vel actoris de dominio quæ prius
admittantur.
8 Lite nõ cõteſtata admittunẽ ꝓbationes ex pte rei.
9 Reo licet in ſe ſuſcipere onus probandi.

Non debet actori licere, quod reo nõ permittitur.

CVM hac regula conſo-
nat extra e.tit.li.vj.c.non
licet.& ex iſta ſumpſit for
mã autor illarũ regularũ,
iliã cõponendi. Et ex hac
regula notatur,ꝙ in iudi-
cijs nõ habetur perſona-
rũ acceptio.cõcor.c.in iu-
dicijs. extra e.ti.li.vj.& l.
ſi cũ dies.§.ſi arbiter.ff.de arbit.Item nota ꝙ licuē
1 †arguitur de maiori ad minus negatiuè. cõcor.l.j.
C.de nego.geſt. Ratio autē dubitãdi fuit in hac re
gula,quia reorũ eſt fugere,& actorum perſequi,vt
Inſti.de acti.in princ.& l.properandũ. §.j.C.de iu-
dic.& ſic licere debet actori id,quod reo eſt prohi-
bitũ,ne de ſua fuga glorietur.nam credi debet po-
tius actori quàm reo,vt l.inter ſtipulantem.§.j.in-
cipit,ſi Stichũ.ff.de ver.obli.& l.ſi quis intentione
ambigua.de iudi.Ratio autē dicendi eſt ſecundum
Bon.de Ama.in d.c. non licet. quia fauorabiliores
ſunt rei q̃ actores.l. Arrianus. ff. de acti.& obli.&
l.fauorabiliores.ſ.e.tit. vnde eo caſu, quo nõ fauetẽ
reo,licet ſit perſona fauorabilis, non debet faueri
actori,qui non eſt ſic fauorabilis. arg.in l.auxiliũ.
§.in delictis.ff.de mino. Nõ obſt. ratio dubitandi,
2 quia locũ habet†circa præparatoria litis,vt l.ſole
mus.ff.de iudi.ſecus ergo circa deciſoria, vt hic,&
l.abſentem.ff.de pœnis.¶Gloſſ.hic exemplificat,ſi
detur dilatio actori ſuper teſtium productione,er-
go & reo.hoc tamen exemplũ reprobat Dyn.in c.
prædicto,nõ licet.& dom.Bon.qui dicunt,ꝙ iſtud
exẽplũ haberet locũ ſi regula iſta concepta eſſet af-
firmatiuè,videlicet quod actori licet,& reo permit
titur. Præterea iſtud exemplũ arguit de actore ad
reũ,ſed regula noſtra arguit econtra,ſcilicet de reo
ad actorē.Ideo Dy.ponit aliud exemplũ de §.illud.
in authen.de teſti.colla.vij.vbi reo non licet nouos
teſtes producere poſt didicita teſtificata, propter
metũ ſubornationis : ergo nec hoc licebit actori,
quia tex.ille cõmuniter loquitur de vtroq;. facit c.
fraternitatis.extra de teſti.Aliud exemplũ ponit de
lege,poſt litē.& l.qui omnia. ff.de procur.vbi ſicut
non licet reo reuocare procuratorē ſuũ poſt litem
conteſta.ſine cauſa,ita nec licebit actori. Dominus
Bonif.in d.c.non licet.quod fraterniſat cum hac l.
ponit exẽplũ de c.j.extra de iudi. li.vj.vbi nõ licet
reo petere,quòd actor cõpareat in cauſa perſona-
liter,niſi in caſibus ibi poſitis. ergo nec hoc actori
licebit. Ad idem de c.ſi annũ.e.ti.& libro.vbi bene-
ficiatus pupillus nõ poteſt cauſam per ſe ipſum in
iudicio defendere : ergo nec hoc poſſet agendo,vi-
delicet agere per ſe ipſum in iudicio. Ad idē de ca.
3 eum qui.de dolo & cõtu.lib.vj.vbi reo†appellanti
& recedẽti, nõ licet opponere ſentẽtiã ex poſt latã
cõtra eũ nõ tenere,ex eo ꝙ nõ fuerit citatus ad illã
audiendã. & ratio eſt,quia appellãdo cẽſetur pro-
teſtari, ꝙ ĩamodo coram ipſo nõ cõparebit. Vnde
idem eſt in actore,vt hoc allegare non poſsit,ſi re-
cedit appellãs. Io.And.in allegato c.nõ licet.ponit
exemplum per cap. nullus introdcatur. iiij. quæſt.
iiij. vbi accuſator & accuſatus debent audiri æqua
ratione . nam ſicut alius debet eſſe iudex, alius ac-
cuſator,ita alius debet eſſe teſtis , & alius accuſatus:
quod exemplum non placet domino Bonifacio:
quia illa regula & iſta formantur negatiuè ſeu pri-
uatiuè,& arguẽdo de reo ad actorem,vt illud non
liceat actori quod non licet reo,ſed ſecundũ dictum
exemplũ argueretur de vno ad aliũ ęqualiter.Exẽ-
plificat etiã per ca.prudẽtiam.extra de mutu.peti.
vbi non licet actori in cauſa recõuentionis appel-
lare,ſi reo nõ licebat in cauſa cõuentionis.ſed dicit
do.Bon.ꝙ hoc exemplum nõ congruit illi regulæ,
nec iſti:quia illud potius eſt, vt actor in reconuen-
tione legem contra ſe patiatur,quam contra reum
impetrauit:vnde idē eſſet econtra,vt l.fi.C.de fru-
cti.& li.expē.& l.j.ff.quod quiſq; iur. Gloſ.hic for-
mat duo contraria , vt in ea videri poteſt,& ſoluit
per ſpeciale.& eã ſequntur Doct.& ratio ſpeciali-
tatis in primo contrario redditur per dom.Bonif.
de Ama. quia corã pluribus iudicibus trahere reũ
eſſet difficile,& diſpẽdioſum:vnde vnus eſt eligen-
dus,ar.l.j.quę incipit,ſi plures.ff.de popu.acti.Hęc
aũt electio rationabilius cõceditur actori,qui pro-
ſequitur ius ſuum corã forſitan non ſuo iudice , q̃
reo,cuius eſt fugere.ar.l.ij. §.Scæuola. aliàs eſt l.iij.
ff.de eo quod cer.loco. Item iſta cõcernunt præpa-
ratoria litis , in quibus plus fauetur actori,q̃ reo,
ne lites fiant immortales, vt d.l.ſolemus.ff.de iudi.
excipe tamen à prædictis ſcholares , qu quãdo cõ-
ueniuntur,habent electionem alterius triũ iudicũ,
vt in authen.habita.C.ne fi.pro pa.In ſecundo ve-
rò contrario redditur ratio ſpecialitatis, quia iſta
impetratio iudicis extraordinarij,quę permiſſa eſt
actori,& nõ reo,concernit facilitatem cõueniendi,
quæ potius cõcernit præparatoria litis , q̃ deciſo-
ria,& ſic magis fauetur actori,q̃ reo , vt dictũ eſt.
Itē videtur interdicta reo huiuſmodi impetratio,
quia per eã cõſecutiuè elicitur iudicũ ordinariorũ
recuſatio interdicta reo. Hæc tamen recuſatio iure

Canonico permissa est, vt capitul. si quis clericum.
extra de fo. cōpe. & in c. cū speciali. de appella. De
iure autē ciuili quid sit, vide Salic. in l. apertissimi.
C. de iudi. & l. vnica. C. si quacūq; præd. pote. Pro
lucidiori autē intellectu huius regulæ, sciendū est se
cundū eundē Boni. q̄ hęc regula nō loquitur pro-
priè in his, quæ sunt de genere ꝓhibitorū propter
naturā eorū, quia mala sunt, licet impropriè bene
habeat locum hæc regula, siue arguamus de reo ad
actorē, prout arguit̄ hic, siue de actore ad reū. Nam
isto casu habet locū ꝓhibitio in ambobus, nō ideo
q̄ sit ꝓhibitū vni, sed q̄a ambobus: & sic ideo nō
licet actori, quia nō licet reo, sed quia neutri licet.
In ijs autē quæ sunt de genere permissorū propriè
4 ꝓcedit hęc regula: † quædā enim sunt, quæ nō licēt
actori, & licēt reo: quædā actori licent, & non reo:
quædā sunt quæ nec reo nec actori licēt: quędā quę
licēt & actori & reo. Ea quæ licent ambobus sunt
probandi facultas per testes & instrumēta. Neutri
enim eorū est anguitāda huiusmodi ꝓbationis fa-
cultas. l. quoniā. in fi. C. de hæret. hoc ꝓbatur per l.
qui accusare. C. de eden. & l. j. ff. de excep. & l. circa.
de proba. cū si. Itē aduocatorū cōcessio. l. nec quic-
quam. §. aduocatos. ff. de offi. procōsul. & lega. & l.
j. §. ait prætor. j. ff. de postul. suspecti iudicis recusa-
tio. l. apertissimi. C. de iudi. c. causam quæ. & c. insi-
nuante. extra de offi. deleg. & c. inter monasteriū. de
re iudi. & alia plura quæ sunt ambobus cōmunia,
quæ studiosus lector facilè inueniet. Ea autem quæ
neutri eorū licent sunt indubiè, vt dictū est, omnia
de genere prohibitorū, vt falsorum testiū & instru
mentorū productio. Itē ea quæ non sunt de genere
prohibitorū, sed in specie, propter aliquā rationē
sunt prohibita, & ideo sunt mala, vt alienatio fa-
cta causa iudicij mutādi: innouatio facta lite pēden
te, & similia, vt l. ij. C. de fi. instru. & ff. de alie. iudic.
5 mu. cau. facta. per totum. tl. & C. e. † Ea verò quę li-
cent actori & non reo, sunt generalis petitionis de-
claratio, vt allega. l. solemus. & l. si quis intētione
ambigua. ff. de iudi. & l. inter stipulantē. §. Sticho.
de verb. obli. diei exhibitionis rei appositio. vt l.
de die. in princ. ff. qui satis. cog. Experiri quādo si di
placuerit in iudicio. l. purè. in fi. ff. de excep. doli. &
de pluribus iudicibus vnius electio, vt suprà dictū
est. Itē secundū Ang. in authē. vt omnes obedi. iudi.
prouinc. §. si verò alter. vbi dicit q̄ actor ex rescri-
pto vel priuilegio potest trahere reū extra locum
cōtractus vel delicti, per l. in criminali. ij. resp. ff. de
iuris. om. iudi. & in authen. de exhib. reis. §. j. coll. v.
sed reus nō potest ex priuilegio impetrare, q̄ non
cōueniat̄ in loco cōtractus vel delicti, vt dicit tex.
in d. §. si verò alter. & dicit ibi Ange. q̄ hæc regula
6 illo casu fallit. † Illa verò quæ licēt reo & nō actori,
sunt maiorū dilationū probatariarū concessio, vt
l. fi. ff. de ferijs. deliberatoriarū dilationū largitio,
in authē. offeratur. C. de lit. cōtesta. sentētiæ excō-
municationis ad repulsionē actoris nō rei exceptio
vt c. intelleximus. extra de iudi. cōtumaciæ actoris
maior & rei minor punitio. ca. causam quæ. extra
de dolo & contum. & capit. j. extra eodem titul. li-
bro vj. maior propter contumaciam actoris præ-
sumptio. in authent. de litigi. §. omnem. coll a. vlij.
transsumptiuè in authē. qui semel. C. quomodo, &
quando iudex. Et superfluæ probationis permissa
reo non actori oneratio. l. circa. allegat. ff. probati.
iuncta l. ad probationē. C. de proba. Præterea quæ
7 rit Cyn. † si actor & reus concurrant circa proba-
tiones fiendas super dominio rei, de qua agitur, an
pariter admittantur, vel successiuè, & quis primò.
& respōdet q̄ primò recipiētur probationes acto-
ris, postea rei, vt l. fi. C. ad leg. Corn. de fal. vbi pri-
mò recipiūtur probationes super veritate scriptu-
ræ productæ pro parte ꝓducētis, & secundò pro-
bationes super falsitate, pro parte impugnātis. &
istud tenet expressè Azo in gloss. l. circa. allegata.
Putat autē dominus Bonif. q̄ cū probationes ad-
ducantur ad effectus cōtrarios, vt l. Pomponius. §.
sed & is qui. in fi. ff. de procu. q̄ dūmodo iudex pos-
sit vacare non impediatur cōcursus, quia in fauorē
rei est statutum, vt actore non probante, absolua-
tur. Ideo potest vltrò offerre probationē super iu-
re suo. Credit tamē quòd vbi iudex non posset va-
care in recipiendo simul probationes amborū, ita
q̄ alterius duntaxat posse, quòd tunc recipere de-
beat probationes illius ex eis, de quarum absentia
vel morte speratur in breui, arg. c. quoniā frequē-
ter. extra vt lite nō contesta. Si autem probationes
amborū subiaceat huic periculo, tūc nō erit locus
gratificationi, sed æqualiter admittētur hinc inde
iuxta possibilitatē iudicis, ar. l. illud. ff. de solu. Vbi
autē nullæ subiacerēt huic periculo, tunc prius re-
cipiēdę essent probationes actoris. nā satis est reo,
q̄ admittetur postea, & cū hoc tutus est, q̄ actore
nō probante est absoluendus, etiā eo nihil probāte,
vt d. l. qui accusare. Est tamen bene notandū, quòd
8 quādo reus suscepit in se onus ꝓbationis, q̄ † te-
stes admittētur lite nō contestata, vt notat glos. in
d. §. omnē. super verbo, proferre. quā sequitur Al-
beri. in d. l. circa. Regulariter autem contra, vt d. c.
quoniā frequēter. Hoc tamen dicit esse verū Ang.
de Perusio in d. §. omnē. vbi actor differt prosequi
litē. secus aūt si litiget, & litē prosequatur, quia tūc
ante litē contestatam nō admitterent̄ testes rei, nisi
subesset causa, vt in d. c. quoniā frequēter. dic tamē
latius per Angel. in authen. de testi. §. & hoc verò.
colla. vij. & Bal. in authen. sed si quis ab aliquo. C.
9 de testi. Itē quæritur, an † sicut licet reo, vbi agitur
de actione reali, vt de ingenuitate vel simili, pro-
bare de iure suo, & assumere in se onus probandi:
ita licebit sibi in omni alio iure. Dyn. dicit quòd
sic propter magnum interesse suum, & ius agen-
di, quod consequitur probato &, sentētiato de iure
suo: vbi aliàs solū consequeretur ius excipiendi, vt
l. sed & si possessori. in princi. ff. de iureiuran. & sic
nō obstat d. l. ad probationem. C. de proba. siue er-
go agatur de dominio siue de statu, siue de quocūq;
alio iure reali aut personali, mos est reo gerendus,
vt audiatur, volens probare rē ad se pertinere, vel
se nō esse debitorem, vel non teneri, probando ne-
gatiuā eo modo, quo probabilis est, iuxta doctri-
nam datam in l. ij. ff. de proba. & l. actor. C. eod. tit.

Summarium.

1 ☞ Donare non præsumitur ignorans, inuitus, vel
dubitans.
2 Creditoribus plus fauetur quàm legatarijs.

In re

In re obscura melius est fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

Aliàs est §.

IN ista regula, glos. hic ponit tria exẽpla. primum est de l. fi. C. de condi. indebi. vbi dubitãs indebitũ soluens potest repetere, quia sicut inuitus vel ignorans nemo donat, vt l. nec ignorans. C. de donat.
1 † ita nec dubitãs, vt ibi. & ita dicit Bal. in dict. l. fi. Faciunt not. in l. si is qui perpetua. ff. de cõdi. indebi. Secundũ exemplũ est de l. fi. § sin verò creditores. vers. licẽtia. C. iure delibe. vbi ma-
1 gis fauetur † creditoribus certãtibus de damno vitando, quàm legatarijs qui certant de lucro captando. cõcordãtiæ ibi sunt in gl. & facit l. fi. C. de codicil. Tertiò exẽplificat de l. ij. aliàs est iij. §. proinde. ff. de eo quod cert. loc. vbi alternatio locorũ admista alternationi rerũ facit in vtroq; esse electionẽ actoris: licet in alternatiuis rerũ sit regulariter electio rei, vt in d. l. in §. j. & in l. plerũq;. §. fi. ff. de iure dot. & ratio ibi redditur, ne tollatur actori actio, dum seruatur reo electio. quod nõ est fiendum, ne magis faueatur lucro aduẽtitio, quàm repetitioni. intellige tamen secundũ Albe. ibi, hoc exẽplum quod erat ibi promissio talis, videlicet promittis Stichũ Romæ vel Pamphilũ Ephesi. Si autẽ diceretur promittis Stichũ, aut Pamphilũ Romæ vel Ephesi, actor haberet electionẽ locorũ, sed reus rerum: quia tũc cessat ratio dicti §. proinde. vbi vide latius per Albe. Bar. hic ponit exẽplum de l. cum quid. ff. si cer. pet. quod exẽplum declara per not. ibi per gl. & Doct. glos. format tria cõtraria, & soluit ad duo prima. Ad tertium quod est de l. quod à quoquam. ꝗ. eod. non respõdet, sed ibi respondebitur. vel dic quòd non obstat, quia ibi nulla erat obscuritas, sicut hic erat.

Summarium.

1 ☞ Successio est multiplex.
2 Successio monasterij in bonis professi potest dici arrogatoria.
3 Subrogatoria successio quid.
4 Delegatoria successio quid.
5 Successor simpliciter intelligitur de vniuersali.
6 Monachi recipiẽtes ecclesias de manibus laicorum citra cõsensum episcopi, nõ possunt præscribere.
7 Successor an succedat in vitio, & culpa defuncti.
8 Hæres defuncti mala fide possidẽtis, an pręscribat.
9 Hæres depositarij alienans, qua actione teneatur.
10 Hæres ignorans promissionẽ testatoris ad certam diẽ sub pœna factã, lapsa die an incidat in pœnã.
11 Hæretico occulto succedens præscribit bona fide, etiam contra ecclesiam.
12 Appellandi tempus non currit hæredi ignoranti.
13 Hæres ignoranter occidẽs seruum promissum per testatorem, excusatur.
14 Induciæ maiores quare dantur reo, quàm actori.
15 Hæres ignoranter agens contra promissa testatoris, quando excusetur.
16 Mors an sit casus fortuitus.

Qui in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur. Fideiussores quoq; non minus quàm hæredes iustam ignorantiã possunt allegare. Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agatur, non etiam si agat. Nam planè qui agit, certus esse debet: cũ sit in potestate eius quãdo velit experiri, & ante debet rẽ diligenter explorare, & tũc ad agendũ procedere.

BARTOLVS dicit istã esse notabilem legẽ: & diuide eam in tres partes. Primo ponit regulã. Secundo illã extendit. Tertio limitat. Secunda ibi, fideiussores. Tertia ibi, hæc ita de hærede. Et cum ea cõcordat regula, cũ quis in ius. extra eo. tit. lib. vj. pro cuius intellectu & dilucidatione suæ materiæ, pręmitto secundũ do. Bonif. de Amanatis in
1 dicta regula, cum quis. quòd † multiplex est successio. quædã est hæreditaria: & hæc procedit quãdoq; ex volũtate defuncti expressa, vt in toto ti. ff. & C. & Insti. de testa. & de hære. insti. quãdoq; ex volũtate tacita, sicut est quãdo defunctus nõ testatur, sed codicillos facit, vt l. cõficiunt. ff. de iure codicil. Quandoq; solum ex legis dispositione iure sanguinis inspecto, vt l. hac parte. ff. vnde cognati. Et hæc legis dispositio locũ habet siue defunctus poterat testari seu codicillos facere & noluit, cõfisus de legis prouisione, ar. l. fi. C. de pact. cõuen. tam super dote, quàm super ante nupt. dona. siue nõ poterat, propter inhabilitationẽ personæ suæ prouenientẽ ex delicto, quia damnatus erat ad mortẽ, vt l. eius qui. §. j. ff. de testa. & l. si quis filio exhæredato. §. sed si quis. de iniust. rup. & irr. testa. iuxta authẽ. bona damnatorum. C. de bo. dam. siue prouenientem sine delicto, quia erat filiusfa. vt l. qui in potestate. ff. de testa. & in authẽ. de hære. quæ ab intest. defe. §. j. coll. ix. iuncta l. tam is. §. j. ff. de dona. cau. mort. & l. ij. de dote præleg. cum si. Quãdoq; solũ ex legis dispositione fauore libertatis. nam causa libertatũ datarum in testamẽto vel ab intestato, & ne bona vendantur, admittitur vnus ex dictis seruis quibus est relicta libertas ad successionẽ hæreditariã, & sibi petẽti traditur vniuersalis successio, dũmodo caueat idoneẽ de soluẽdo insolidum creditoribus hæreditarijs, vt Instit. de eo cui libert. cau. bona adijci. in prin. Imò etiã seruo nõ honorato libertate datur huiusmodi facultas nullo alio hoc petẽte, vt per eũ cui nõ fuit relicta libertas cõsequantur libertatem illi, quibus relicta est, vt l. fi. §. sin autẽ vno. vers. quod priuilegium. C. de testa. ma. Quãdoq; solũ ex legis dispositione alia causa inspecta, vt est quando maritus vxori succedat deficiẽtibus agnatis & cognatis, & econuerso, & quòd vltimo loco fiscus succedat, vt C. vnde vir & vxor. l. j. & ff. vnde vir & vxor. l. j. vel quòd excluso fisco admittantur corpora vel collegia, de qbus C. de hær. decur. per totũ ti. quæ corpora vel collegia, licet fiscũ excludant, non tamẽ excludunt

vxorem,vt not.gl.in d.l.j.C.vnde vir & vxor. li-
cet gl.in l.j.ff.vnde vir & vxor.teneat cōtrariū,sed
male secundum Doct.& melius tenuit gl.dictæ l.j.
pro qua alleg.tex.in l.si quis presbyter.C.de epis.
& cler. Bal.tamen in d.l.j.illā gl.limitat,nisi dicta
bona essent expressè vel tacitè in ipsum collegium
collata,vt l.Deo nobis.C.de epis.& cler.& ita in-
telligit gl.l.j.ff.vnde vir & vxor.tex. tamē dictæ l.
si quis presbyter. contra eum vrget. ideo vide per
Docto.latius in locis alleg.Quædā est successio ar-
rogatoria,& ista est si procedat ex expresso cōsen-
su amborum,vt l.j.in princ.& l.in adoptionibus.
ff.de adopt,olim autem aerogator succedebat in o-
mnibus quo ad dominiū viuente arrogato.Hodie
solū quo ad vsumfructū,Instit.de acqui.per arrog.
2 §.j.vnde inquit do.Bonifa. ꝙ†successio quam ha-
bet monasteriū in bonis professi potest dici arro-
gatoria ex ea parte, quia professus antea sui iuris
existens transiuit in potestatē monasterij: sed quia
nō potest habere propriū,in c.cum ad monasteriū.
extra de statu mona.succedit monasteriū in omni-
bus,etiā quo ad dominiū,vt in authēt.ingressi.C.
3 de sacrosan.eccle.Quædam est†successio subroga-
toria,& ista propriè est, quādo fit ex cōcessione su
perioris subrogantis: fit autē quādoq; ex volunta-
te eius in cuius locū fit subeogatio,vt est videre in
illis,qui recipiunt beneficia in titulū resignata gra
tis fauore eorū,vel assignata pēsione, vel ex causa
permutationis, vt in Cle.vnica,ne ex cōcessione.
extra de re.permu. quādoq; præter,vt quādo sunt
beneficia resignata simpliciter & liberè,vt in c.qd'
in dubijs.& c.admonet.& per totū. extra de renū.
quādoq; cōtra,vt quādo priuatur inuitus propter
excessus ab eo perpetratos,vt cap.querelā.extra de
iureiurā.cum ll.Quādoq; præter & quādoq; cōtra
voluntatē eius,in cuius locū fit subrogatio,vt pa-
tet in l.iudiciū soluitur.& l.mortuo. ff.de iudi.& l.
4 ante litē.de procur.cum si. Quædam est†successio
delegatoria,& nunq; habet locū,nisi ex voluntate
eius,ad quē res pertinet,vt est videre in legatis, do
nationibus,cessionibus & alijs contractibus,etiā si
fiant super iure vniuersali,vt est hæreditas,vt l.j.&
pee totū tit.ff.& C.de hære.vel act.ven.Ex quibus
omnibus inferri potest,ꝙ in iuribus trāsmissibili-
bus quęlibet successio potest dici hæreditaria,non
ratione vniuersitatis,quia fortè cōtingit eam fieri
de re singulari; sed q̄a successor habet causam verè
vel fictè à prędecessore,& sic sentit onus & cōmo-
dum ex persona prædecessoris reale vel in rē scri-
ptum,vt l.si tertius.§.si quis priusq̄. & §.aquæ.&
ibi not.ff.de aqua pluar.& l.si à te.§.fi.ff.de excep.
rei iudi.In iuribus autē non transmissibilibus suc-
cessio nō potest dici hæreditaria,quia successor nō
habet causam verè vel fictè à prædecessore,sed à su
periore. ideo dixit Io.Mo.in c.si hi cōtra quos.ex-
tra vt lite pen.li.vj.ꝙ in beneficialibus,licet sit da-
re successionē,non tamē hęreditariā.nam successoe
licet succedat in ius prædecessoris,non tamē habet
causam verè vel fictè à prædecessore,sed à collato-
re, siue sit ordinarius, siue legatus, siue Romanus
pontifex,siue eius executor vel delegatus.Hęc au
tem regula, cū simpliciter loquatur & indefinitè,
de quolibet successore intelligēda est, in omni sci-

licet successione tam vniuersali,q̄ particulari,siue
singulari,siue etiā sit de trāsmissibilibus, siue non
transmissibilibus,vt patebit in processu.Dicit ta-
5 men Io.de Imola in d.§.si quis prius.ꝙ†vbicunq;
in iure fit mētio simpliciter de successore,intelligi-
tur de successore vniuersali,& nō de singulari,vt l.
si quis ex argentarijs.§.j.iuncta l.quidam.§.is autē.
ff.de edē.sed ratio huius regulę habet locū in omni
successore,vt statim ostēdetur.Ideo de vtroq; intel-
ligi potest,vt patebit.¶Glos.hic ponit exēpla,quę
sunt clara.glos.verò in c.cū quis in ius.extra eo.ti.
ponit exēplum de c.si sacerdotes. xvj.q.iij. secun-
dum tertiā lecturā, quæ ibi ponitur in gl.vbi sen-
tentia lata cōtra aliquam ecclesiam cōtra ius scri-
ptum,nō parat causam præscribēdi viuēte episco-
po,qui tulit sententiā,nec etiā quādiu viuit is pro
quo lata fuit,sed in persona successoris,qui iustam
habet ignorantiā,incipit currere præscriptio. Ad
idem secundū Io.And.in dict.gl.facit c.cura.extra
6 de iure patro. vbi†monachi recipiētes ecclesias de
manibus laicorū citra cōsensum episcopi tacitum
vel expressum,nō possunt pręscribere,quia malam
fidem habēt, ex eo quia sciebāt vel scire debebant
huiusmodi receptionē esse reprobam. Successores
autem eorū,qui ignorant vnde habitę fuerunt,in-
choant præscribere,cum bonā fidem habeant,per
istam regulā.& ita not.in d.c.cura.Ex quibus exē-
plis colligit do.Bonif.ꝙ peæscriptio inchoatur in
personis successorum, quæ inchoari nō poterat in
personis prædecessorū,propter malā fidem. Con-
7 tra quod facit,quia†successor succedere videtur in
vitio,& culpa defuncti.l.ij.C.de fruct.& li.expen.
& eadē persona censetur defunctus & hæres,in au-
then.de iureiuran.à mo.præsti.§.j.colla.v. Et pro-
pter hoc contrarium fuit altercatio inter antiquos
glossatores iuris ciuilis super hoc articulo.Martin.
enim dicebat,& sui sequaces,quòd aut hęres habet
verè malā fidem,& nō vsucapit vel præscribit,vt
d.l.ij.in fin.aut habet verè bonā fidem,& tunc aut
vult vti tēpore, hoc est,accessione temporis, quo
possedit defunctus,& nō pręscribit.l.si ego.§.par-
tus.ff.de publicia.aut nō vult vti illo tempore,sed
solum tēpus pręscriptionis inchoare à tēpore,quo
successit,& potest per istam regulam. Ioan.verò &
8 Accur.absolutè tenuerūt,ꝙ†hęres etiā bonę fidei,
non potest inchoare ex tēpore suo vsucapionē vel
præscriptionē:quia cū succedit in omne ius defun-
cti,ignorantia sua nō excludit vitia defuncti: imò
quantūcunq; ignorās succedit in vitiū defuncti,vt
l.cū hæres. ff.de diuer.& tēp.præscrip.& sic solum
habet locum titulus pro hærede,quando defunctus
possidebat bona fide sine titulo. tunc enim defun-
ctus non poterat præscribere: quia carebat titulo.
Hæres autē bonæ fidei tunc pręscribit,quia habet
titulū pro hęrede,& bonā fidē.de quo plenè in d.§.
partus.& in l.j.ff.pro hęrede.& ita tenet do.Bonif.
Aduerte tamē,quia ꝓut tangit Dy.in c.possessor.
extra eo.ti.lib.vj.& Bar.in d.l.cū hæres.& Angel.
de Perusio in d.§.partus.& do.Io.de Imolā in l.se-
quitur.§.hæres.ff.de vsucap.opi.Mart.potest pro-
cedere de æquitate canonica,vt scilicet ex quo ha-
bet bonā fidem possit pręscribere si ex sua persona
velit incipere.& per hoc limitat dictū c.possessor.

inquant

Inquantum dicit poſſeſſorē malæ fidei vllo tēpore
non præſcribere,ꝙ habeat locū in vero malæ fidei
poſſeſſore,ſecus in ficto,vt eſt hæres habēs bonam
fidem ſuccedēs defuncto,qui habuit malā:nam tūc
illud c.nō habebit locū,quod eſt notatu dignū. Di
cit tamē Angel.ꝙ iſta opi.Mart.ſolùm in foro vel
terris eccleſiæ eſſet ſeruāda,ſed nō in terris Imperij
vel foro ſeculari,per not.io.And.in d.c.poſſeſſor.
& ita pertrāſit.Io.verò de Imola ſimpliciter trāſit
cum opi.Mart.quam dicit eſſe notandā & ſequen-
dam de æquitate canonica.Credit tamē,ꝙ in foro
ciuili nō præſcribet talis hæres ſpatio longi tēpo-
ris,propter d.l.cum hæres.ſed ſpatio lōgiſsimi tē-
poris xxx.annorū bene præſcribet de iure ciuili &
canonico, ſi à ſe velit incipere.& hāc cōcluſionem
ſentit Sali.in l.vitia. C.de acquir.poſ.& Bald.in l.
nihil.C.de vſuc.pro hærede.Verùm iſta locum ha
bent in ſucceſsione hæreditaria & titulo vniuerſa-
li.Secus autē in exēplis ſupra poſitis,quoniā in eis
fit mentio de ſucceſsione ſubrogatoria,in qua ſuc-
ceſſor nō habet titulū vel cauſam à prædeceſſore,
videlicet In epiſcopo & ſucceſſore epiſcopi.Vel lo
quuntur de ſucceſſoribus per modū cuiuſdam cōti
nuationis,videlicet in collegio,capitulo,cōuentu,
legione,populo, aut vniuerſitate ſcholarium,vel
alio corpore. Nam idē corpus,& eadem cōgrega-
tio eſt hodie,quæ fuit tunc iam ſunt centū anni,li-
cet ex illis qui tunc erant nullus viuat,vt l.propo-
nebatur.ff.de iudi. Ex quo Infert do.Boniſ.ꝙ quā-
diu viuūt illi de collegio,aut alio corpore,ſeu ma-
ior pars eorum, qui habuerunt malā fidem,nō po
teſt collegiū præſcribere:ſecus vbi omnes vel ma-
ior pars illorū deficit,& tunc qui ſunt,bonā fidem
habēt.Prælatus ergo immediatus bona fide poteſt
præſcribere id,quod præſcribere nō poterat præ-
deceſſor immediatus,propter malā fidem,quia nō
habet cauſam à prędeceſſore,& nō eſt ſucceſsio hæ
reditaria.& ſic intelligit not.per Archi.in c.nō eſt.
extra de cōſue.lib.vj.Aliud exēplum ponit hic gl.
& io.And.in dict.c.cum quis in ius.de l.j.in fi.cum
9 l.ſeq.ff.depo.vbi † hæres depoſitarij vel cōmodata-
rij vendēs rem depoſitā vel cōmodatā, illam igno
rans eſſe talem,nō tenetur actione depoſiti rem re-
ſtituere:quia dolo caret, & habuit iuſtam ignoran
tiam ſuccedēs in ius alterius. Huic aūt exēplo dicit
do.Boniſ.obuiare d.l.cum hæres.vbi hęres dicitur
ſuccedere in vitiū defuncti , & ſic cū eo Iudicatur,
ac ſi ſciret,& fingiť ſcire ea quæ defunctus ſciebat.
Soluit tamē,ꝙ vbi hęres vult lucrū reportare pro-
pter malā fidem defuncti, tunc habetur pro ſciēte,
nō autē pro ignorāte.pro quo facit l.fi.C.de codi.
quia diſpar eſt ratio lucri & damni,vt ibi.Vel dici
poteſt,ꝙ arg. de l.cum hæres.nihil obſtat,quia ibi
defunctus erat vitioſus,in hoc autē exēplo nō,imò
habebat titulū iuſtū ad detinēdam rem,ſcilicet de-
poſiti vel cōmodati,& ſic hęres in vitio,quod non
erat,nō ſucceſsit.Ideo valet alienatio facta propter
iuſtam ignorantiā, quam habebat:teneť tamen ad
pretium,ne lucretur cū iactura aliena, vt ibi diciť.
Dy.etiā exēplificat in hærede illius,qui ſe obliga-
uit ſoluere certū quid vel pecuniam certo die:& ſi
10 nō ſoluerit,promiſit pœnā.nam ſi † hæres ignorās
huiuſmodi promiſsionem nō ſoluerit die cōuenta
à defuncto,nō tenetur ad pœnā, quia iuſtā habuit
ignorantiæ cauſam,vt in iſta regula.Cui exemplo
apertè cōtradicit l.ad diē.ff.de verb.obl.vbi pœna
cōmittitur per ſolū lapſum diei cōuenti, etiā ſi hæ
reditas debitoris nō ſit adita.Sed dicit Dy.ꝙ pœ-
na cōmittiť de rigore iuris,vt in d.l.ad diē. & i.fi.
ff.de nau.fœno.ſed de æquitate nō,ideo datur reſti
tutio propter iuſtam ignorātiæ cauſam, vt hic,&
d.c.cum quis.do.Boniſ.nō placet iſtud exēplū,nec
ſolutio ad cōtrariū.Primò,quia exēplū nō proba-
tur lege,niſi generalitate huius regulę.Secūdò,quia
ſolutio multū reſtringeret iſtā regulā in eo, ꝙ iſta
regula deberet intelligi,vt ignorantia iſta nō pro-
ficeret,niſi habita reſtitutione.itē hęc ſolutio mul-
tum reſtringeret d.l.ad diē.item illi qui habent re-
ſpectum ad æquitatē dicunt,ꝙ ibi obſtat exceptio
de æquitate abſq; reſtitutionis beneficio,vt not.in
d.l.ad diē. Sunt etiā aliqui diſtinguētes,an debitor
deceſſerit morte ſubitanea,& pœna non cōmittiť,
aliàs ſic.Alij indiſtinctè tenēt pœnam cōmitti ſine
æquitate exceptionis vel reſtitutionis , vt ibi per
Bar.& per Cy.in l.fi. xij.q.C.de iure emphy. Ideo
opus eſt alijs exēplis.Ponatur ergo exēplum,ſecun
dum do.Boniſ.de c.fi.§.j.extra de præſcrip.lib.vj.
11 vbi † hæredes & alij ſucceſſores alicuius hæretici,
qui quandiu vixit reputabať Catholicus,poſſunt
bona illius præſcribere ſpatio xl.anno.etiā contra
Romanā eccleſiam,cum ſint bonę fidei.iuſtā enim
habēt ignorātiæ cauſam,ex quo in loco illius ſuc-
ceſſerunt.Sciendū eſt tamen,ꝙ ibi non eſt præſcri-
ptio,per quam acquiratur dominiū,propter duo.
Primò,quia defunctus propter vitiū ſuum nō po-
terat illā præſcriptionē facere:ergo nec hæres, per
illa quę dicta ſunt.Secundò,quia defunctus erat do
minus:ergo & hæres eius.l.cū hæredes.ff.de acqui.
poſ.facit §.per cōtrariū. Inſtit.de hære.quæ ab in-
teſt.defe.& ſic nō poteſt præſcribere,vt l.ſequitur.
§.lana.ff.de vſucap. Sed eſt præſcriptio per quam
acquiritur defenſio,vt dominiū quod erat reuoca-
biliter apud hęredem,efficaciter & irreuocabiliter
remaneat apud eū,vt ibi patet.& faciunt not.per
Io.de Imola in d.§.lana. Itē per c.ſi beneficia.in fi.
extra de prębē.li.vj.vbi ſuccedēs alteri in bn̄ficio,
& ob hoc dimittēs ſuū quod habebat,poteſt redi-
re ad ſuum quod dimiſit,cōſtito ſibi,ꝙ alter,cuius
beneficiū fuerat aſſequutus,ius nō habebat.nā cum
ſucceſsit in ius alterius,iuſtā habuit ignorātię cau
ſam.Item poni poteſt exemplum in hærede faciēte
inuentarium,iuxta prouiſionē l.fi.C.de iure delib.
nā ſi aliquas res hæreditarias omiſit ponere in in-
uentario,nō per dolū,ſed per ignorantiā,excuſať,
quia iuſtā habuit ignorantiā in facto alieno:vnde
non ſufficit,vt hæres priuetur beneficio inuētarij,
ꝙ probetur exiſtētia rerum non deſcriptarū in in-
uentario:ſed ꝙ dolus & malitia hęredis arguatur,
vt d.l.fi.§.licentiā.in fi. item exēplificari poteſt in
hærede condemnati, qui deceſsit intra dies decem:
nam ſi non appellat intra decē dies ignorās defun-
12 ctum fuiſſe condemnatū, excuſatur † nc currat ſibi
tempus.Ratio,quia currit contra ſcientem,vt l.ab
eo.C.quomodo & quādo iudex.& in cap.concer-
tationi.extra de appellat. lib.vj.& ibi not.in gloſ.
Nec obſtat ſecundum do.Boniſac. l.ad diem.ff.de

verb.obli.quia ibi loquitur in lapsu diei appositæ
ab homine,hic in lapsu diei statutæ à lege, argu.l.
Celsus.ff.de arbit.Item ponit exẽplum do.Bonifa.
13 in hærede,qui†occidit seruum promissum per de-
functum,etiã sine causa rationabili,ignorans eum
promissum,excusatur vt hic. nam si dignus fuisset
occidi,non teneretur,etiã si sciuisset hæres eũ pro-
missum,& occidisset,vt l.si ex legati causa.& l.qui
seruum.ff.de verb.obli.& l.quid ergo.§.si hæres.de
leg.j.& l.eleganter.§.fi. de pig.actio.Et ex ista lege
not.ꝙ ille iusta ignorantia excusatur, qui per suc-
cessionem in ius alterius subrogatur.cõcor.dictum
cap.cum quis in ius.Ratio dubitandi erat fictio le-
gis,quia censetur successor eadẽ persona cum præ-
decessore,vt in dicta authent.de iureiurand. à mo.
præsti.§.j.colla.v.vnde sicut prędecessor iustè non
ignorasset factum proprium. l.fin. ff.pro suo. & l.
quanquàm.ff.ad Velleia.ita propter fictionẽ præ-
fatam videbatur, ꝙ hæres vel successor iustè non
ignoraret factum sui prędecessoris quasi factũ pro-
prium:& ita videtur etiam si loquamur de succes-
sore singulari,sicut est legatarius,qui quodã modo
est quasi hæres.l.ad tẽpus.§.in re legata.ff.de vsuc.
Facit quia subrogatum sapit naturã eius in cuius
locum subrogatur.l.si eum.§.iniuriarum, ff.si quis
caut.Ratio decidendi est,quia in facto alieno pro-
babilis est ignorantia,vt dicta l.fi.pro suo.constat
autem,quòd re vera successor est alius à prædeces-
sore: ergo factum eius est alienum respectu præde-
cessoris,& sic illud probabiliter ignorat.Non ob-
stat ratio contraria,quia quo ad obligationẽ con-
tractam,quo ad defunctũ, transmissibilem ad hæ-
redem, successor est eadem persona cum defuncto.
Item & quo ad lucrũ quod acquirere vellet succes-
sor propter malam fidem defuncti , vt dicta l.cum
hæres. Sed quo ad obligationem inchoãdam cum
successore ex facto vel non facto ipsius successoris
non fingitur eadẽ persona,vt hic.Et illa quæ dicta
sunt in hærede habent locũ in successore singulari,
ad quem transit obligatio,& actio quæ ortum ha-
buit in persona prædecessoris,dum tamẽ sit in rem
scripta vel rei persequutoria,vt l.ij.§.per cõtrariũ.
de dote prælegat.& l.si tertius.§.si quis prius. ff.de
aqua plu.arc.aliàs non,vt l.fi. ff.de contrahẽ.emp.
cum simi.Opponitur de fin.huius regulæ,ad prin-
cipium.& solui potest,ꝙ ista regula locũ habet in
successore cõuento in litem,in cuius potestate non
fuit,an vel quando cõueniatur,vt l.purè.in fi.ff.de
excep.dol.secus in hærede agente,in cuius fuit po-
testate,an vel quãdo ageret,& ideo culpa ei asscri-
bitur, si hanc diligẽtiam ante non adhibuit:& hac
14 ratione†dãtur reo maiores induciæ,quàm actori,
vt l.fi.C.de tẽpo.in integ.resti.petẽ.& l.fi. ff.de fer.
Attendendum est tamen,ꝙ licet ista vera sint in se,
idem etiam esset secundum do.Bonifac. in hærede
non agente in iudicio, sed faciente extra iudicium
aliquid contra promissa per prædecessorem suum,
vt l.cum filius.§.in hac. ff.de verb.oblig. vbi si de-
functus promisit non impedire per se nec per hæ-
redem suum,me ire & agere per certum fundũ sub
pœna,si hæres ignorans hanc promissionẽ impe-
diat,tenetur ad pœnam : verùm sibi sic ignoranti
probabiliter ipso datur restitutio ex clausula gene-
rali,si qua iusta causa mihi videbitur.vt ibi not.in
15 glos.Et ex prædictis colligitur distinctio,†ꝙ hęre-
di agenti in iudicio contra promissionem factam
per prædecessorẽ non dabitur restitutio : quia licet
sit læsus,hoc cõrigit culpa sua,quia debuit diligen
ter rem explorare,& nõ temerè reum ad iudicium
euocare.Facienti verò extra iudicium contra pro-
missionẽ sui prædecessoris datur restitutio.Ex quo
infertur,quòd contra hæredem agentẽ, ante litem
cõtestatam cõmittitur pœna, sed datur restitutio,
quia non dicitur agere , sed agere velle. l.amplius.
ff.rem rat.hab.post litem verò contestatã,non ha-
bebit restitutionem,arg.l.electio.§.neq.ff.de noxa.
& l.de ætate.§.fi. de interro.actio.& l.is qui se ob-
tulit.de rei vend.cum simi.Vnde iste tex.& eius gl.
non perfectè loquuti sunt. Item infertur,ꝙ hæres
agendo contra debitorem, quem reperit per docu
menta authentica legitimè obligatum, qui tamen
in rei veritate soluerat integrè, & cui creditor sub
pœna promiserat de nõ inquietãdo per se nec per
hæredem suum de dicto debito, & hæc hæres igno
rabat,quòd nõ excusatur à cõmissione pœnæ,nec
etiam à condemnatione expensarum & interesse,
docto de solutione.Tum quia diligẽter debuit an-
tea rem explorare,& sic in culpa fuit,vt hic in fin.
huius regulæ. Tum quia extra iudiciũ debuit ante
monere charitatiuè debitorẽ,vt solueret iuxta vr-
banitatem,de qua in l.quidã liberus.ff.de seru.vrb.
præd. vbi dicit Alber.illam legẽ esse curialem, &
seruandam per bonos viros,quę docet prius loqui
cum aduersario, q̃ ad iudicium prouocetur.quod
tamen dicit esse ex vrbanitate, non ex necessitate:
& vocatur apud Canonistas charitatiua monitio,
de qua habetur etiã in authen. vt lice.ma.& auiæ.
§.si quis in sua.collat.viij.& ibi glos.& in Spec.de
præparat.iudi.§.j.versic.item circa partes. Ideo de
vrbanitate debuit creditor debitorẽ monere , qui
forsan sic monitus seu requisitus certificasset hære
dem de solutione.Et hæc maximè procedũt, secun
dum do.Bonifa.quando instrumẽta debiti reperta
essent antiqua,quia hæres non debuit prima facie
credere suum prædecessorẽ fuisse ita negligentem,
vt non peteret sibi debitũ, arg. l.cum de indebito.
ff.de probat.& l.si defunctus.C.arbi.tu.cum simi.
Rursus est aduertendum circa præmissa, ꝙ non est
vsquequaq; verũ,quòd dictus §.in hac. debeat in-
distinctè intelligi,quãdo hæres promissoris impe-
diuit stipulatorẽ ire vel agere. Nam secundũ Dy.
& Iac.de Aret. quorũ opinio placuit Bar. in dicto
§.in hac.est distinguendũ:quia aut hæres in fundo
quem ipse possidet,ignorans impedit stipulantem
ire & agere volentem,& tunc iustè excusatur:cum
sua prohibitio solum tendat ad defensionẽ liber-
tatis prædij sui, iuxta l.diuus. ff.de seru.rust.præd.
cum suis concordan.& facit rem de se nõ prohibi-
tam,sed permissam.pro quo dicta l.j.in fi. ff.depo-
siti.Aut impedit eum ire per fundum ab alio pos-
sessum, & tũc sua prohibitio tendit ad promotio-
nem,& loco actoris habetur,& ideo nõ excusatur,
vt hic in ista regula,in vltima parte eius.¶ Primo
autẽ casu sic, quia loco rei est, ideo excusatur pro-
pter iustam ignorãtiam, vt in principio huius le-
16 gis. Et†quia multa alia contraria possent formari
contra

cõtra istam regulam, pro declararione eius & eua-
cuarione contrariorũ tria sunt videnda, secundum
domi. Bonifacium. Primò, quando hæres vel alius
successor habens causam à prædecessore facit per
ignorantiam facti cõtra promissa per prædecesso-
rem. Secũdò, quãdo nõ facit vel impler per præde-
cessorem promissa. Tertiò, quãdo factum vel non
factum successoris nõ est contra, sed præter vel vl-
tra promissa per prædecessorem. Circa primũ di-
stinguendum est, quia aliquando illud facit succes-
sor agendo vel inquirendo in iudicio, aliquando
extra iudicium. vnde quo ad primum membrũ po-
17 nuntur tres cõclusiones. Prima est, quòd † successor
habens iustam causam ignoranrię, aliter quàm per
ipsam successionem, & sic habens iustam causam
agendi in iudicio, si agar excusarur à pœna & ab
interesse, & expensis litis, etiam si succumbar per
sententiã, dum ramen certificatus de iniustitia suæ
petitionis ilico desistat, arg. cap. si beneficia. extra
de præbẽ. lib. vj. & l. qui solidũ. §. etiam. ff. de leg. ij.
exẽplum est, quãdo reperir instrumẽta aurhẽtica,
& monuit debitorem nominatum in illis, & ipse
non allegauit solutionem, sed se non cõtraxisse vel
non esse debitorem, quia culpa debitoris non alle-
gantis solutionem præponderar culpæ agenris, si
alirer non exquisiuit rei veritatẽ, arg. l. irem si ob-
stetrix. §. fin. ff. ad legem Aquil. Secunda conclusio
18 est, † q̀ successor non habens iustam causam agen-
di in iudicio, si agat & pœnirentia ductus desistat
ante litem cõtestatam, excusatur à pœna & ab in-
teresse, non aurem ab expẽsis litis, quia illæ nõ de-
bentur dunraxar propter calumniã pręsumptam,
imò etiam propter temerariam vexationem, vt l.
eum quem remerè. ff. de iudi. vbi pulchrè per Ang.
qui dicit, quòd durius in expensis condemnari de-
bet temerarius litigaror, quàm cõtumax. & ibi vi-
deri potest latius per eum. Tertia conclusio, quòd
19 † successor nõ habens iustam causam agendi in iu-
dicio si agat, & ante litis contestationẽ non pœni-
tear, nõ excusatur nec à pœna, nec ab interesse aut
expẽsis litis. Nam sola successio hoc casu nõ præ-
bet iustam ignorantiæ causam, vt hic in fin. huius
legis. Er hanc differentiam conclusionum probat
do. Bonifa. per dictam l. electio. §. neque. ff. de noxa.
cum alijs iuribus alleg. õ. Fallit autẽ hæc conclusio
in pupillo successore agẽte sine tutoris autoritate,
qui nullo modo tenetur, cum iudicium sit nullũ, vt
l. j. §. j. ff. de admi. tut. Et in minore agente cum au-
toritate curatoris, sed læso, quia cũ sir læsus potest
petere restitutionem, vt l. nam postea. §. si minor.
ff. de iureiuran. Quo verò ad secundum membrum
20 ponuntur duæ conclusiones. Prima est, † q̀ succes-
sor faciens per ignorantiam extra iudicium cõtra
promissionem prædecessoris, quod tamẽ de se non
erar prohibitum de iure cõmuni, excusatus est, &
nõ tenetur ad pœnam nec interesse, quia habet iu-
stam ignorãtiæ causam, vt hac regula, pro quo di-
cta l. j. in fin. ff. deposi. vnde licet prædecessor pro-
miserit alicui sub certa pœna eum nõ impedire ire
per fundũ promissoris per se nec per hęredẽ suum,
& hæres hoc ignorans impedit stipulatorẽ volen-
tem ire per dictum fundum, quem iam hæres pos-
sidebat, nõ tenetur ad pœnam, quia habuit iustam
ignoranti ę causam, & sua prohibitio habetur pro
defensione. pro quo dicta l. diuus. de ser. rust. præd.
l. in laqueum. ff. de acquir. rerũ domi. l. si vitem. §. si
stercus. quod vi aut clam. & l. quemadmodum. §. j.
21 ad legem Aquil. Secunda cõclusio, quòd † hæres fa-
ciens extra iudicium per ignorantiam cõtra pro-
missionem prędecessoris illud quod de se erat pro-
hibitum, sicut impedire ire volẽtem per fundum,
quem nõ possidebat, hæres nõ est excusatus, & te-
nerur ad pœnam promissam & ad interesse prohi-
biti, quia nõ habet iustam ignoranriæ causam, vt
hic in vltimo casu. & dicta l. cum filius. §. in hac.
de verb. oblig. Ex quo infert do. Bonif. quòd glos.
ibi posita, quæ loquitur de restitutione danda ex
clausula generali, & gl. huius legis, quæ idem dicir,
& Dy. qui eas sequitur, non bene dicunt, quia aut
habuit iustam ignorantiæ causam, & non renetur
ipso iure per hanc regulam, cum concor. dicti cap.
cum quis in ius alterius. Aut nõ habuit iustã igno
rantiæ causam, & tunc cõmitritur ipso iure & cum
effectu: nam non est sibi danda restirutio, cum cul-
pa sua hoc sibi cõtigerit, vt in cap. damnum. extra
eod. ti. lib. vj. Fallit in pupillo, qui non eget restitu
tione, & in adulto, cui cũ sir læsus darur restiturio.
Circa secundum principale, videlicet non factum
successoris, ponuntur aliquæ conclusiones. Prima
22 est, quòd † vbi nõ factum hæredis est causa imme-
diate productiua obligarionis contra hæredem,
tunc hæres habet iustam ignorantiæ causam per
solam successionẽ non faciendo id ad quod defun-
ctus tenebatur ex sua promissione, & sic excusaẽ,
vt obligatio cõtra eum ignorantem non cõmitta-
tur, vt in hac regula, in fi. quæ solũ grauat succes-
sorem facientẽ, non autẽ non facienrẽ, vt in exem-
plo quod hic in prin. posuit glos. de hærede inter-
pellato, vt solueret Stichũ promissum, qui postea
mortuus est, q̀ non teneatur per not. in l. quod te.
23 ff. si cert. pet. Secunda conclusio est, q̀ † vbi non fa-
ctum hæredis non est causa immediatè productiua
obligationis, sed solum non impeditiua ortus vel
natiuitatis eius proueniẽtis ex promissione pręde-
cessoris dum nõ fit quod fieri debuit, secundũ pro-
missa per prædecessorẽ, tunc ignorans hæres non
excusarur, etiam si sit minor, & sua ignorãtia non
impedit ortum obligationis, nec exiitentia condi-
tionis, vt l. ad diẽ. de ver. obli. & l. fi. de nau. fœno.
& est ratio differentiæ inrer istam conclusionem &
præcedentem, quia in præcedenti si hæres tenetur,
quia sciens nõ fecisset id ad quod tenebatur, secun-
dum prædecessoris promissionẽ, certè de suo pro-
prio reneretur, cum nõ esset debitũ hæreditarium,
sed suum proprium cõtractum propter suam cul-
pam vel malitiam: at in hac secunda hæres nõ te-
netur de suo proprio ad pœnã vel inreresse, etiam
si esset sciens, & non faceret: sed solum de viribus
hæreditaris tenetur satisfacere, quia in nulla culpa
deprehenditur nõ faciendo, ex quo pœna cõmitte-
batur etiã iacente hæreditate, vt iuribus præalleg.
24 Tertia cõclusio est, quòd † hæres sciens huiusmodi
promissionẽ pœnæ factam fuisse, atque cõmitten-
dam propter non factum hæredis, ita quòd igno-
rantiam non allegat, est restituẽdus si sit minor &
læsus, licet circunscripta restitutione, nihil de suo

proprio soluere erat astrictus. Et sic ratio differen-
tiæ inter hanc conclusionẽ, & proximè præceden-
tem, quia cum ignorat, pœna committitur solum
per lapsum diei: ita quòd ignorantia hæredis non
est causa commissionis pœnæ: sed quando scit, &
non facit id quod defunctus conuenerat, tunc con-
temptus vel negligentia censetur esse causa cõmis-
sionis pœnæ, quasi homo perfectæ ætatis potius
elegisset implere promissa per prædecessorẽ, quàm
pati pœnam cõmitti. & ideo cum sit minor & læ-
sus, datur ei restitutio, vt dicto §. si minor. in l. nam
postea. ff. de iureiuran. & facit ad prædicta optimè
l. antepenul. cum glos. sua. ff. ex quibus cau. ma. vbi
nõ datur restitutio absenti causa reipublicę pro læ-
sione quæ sibi cõtigisset, etiam si absens nõ fuisset.
25 Quarta conclusio, quòd † vbi debitor in diem sub
pœna, ante diem fuerit detentus legitimo impedi-
mento, quo durante decessit, & dies aduenit nõ so-
luto debito, hærede ignorante pœna non cõmitti-
tur: ideo quia si dies aduenisset viuente debitore
pœna non fuisset cõmissa, arg. l. ij. §. si quis in iure.
& §. fin. ff. si quis cau. vnde minus debet cõmitti in
persona sui hæredis, arg. huius regulæ. Ex quo vi-
detur do. Bonifac. quòd si ante euentum diei fuisset
debitor effectus furiosus vel demens, & tali furore
durante decesserit, pœna non cõmittitur, argum. l.
diuus. ff. de offic. præsid. & l. fin. in fin. de admi. tut.
infelicitas enim fati eum excusat, vt dictis iuribus.
& l. penult. in fin. ff. ad legẽ Pompeiam de parricid.
& Clement. si furiosus. extra de homicid. Et est ra-
tio differentiæ inter hanc cõclusionẽ & præceden-
tem, quia casus fortuitus non potest pręuideri, nec
quòd contingeret debuit quis credere, argu. l. inter
stipulantem. §. sacram. de verborum oblig. At ca-
sus mortis non est fortuitus, imò certissimus quòd
eueniet, quia nil certius morte. l. j. ff. de condi. & de-
monstr. & quia pluribus casibus, ex quorum quo-
libet mors contingit, suppositi sumus: ideo debet
debitor sub pœna certificare hæredem suum futu-
rum de debito illo sub pœna ad hoc, quòd si inte-
rim moriatur, hæres prouideat, ne pœna commit-
tatur: quod si non fecerit, sibi imputatur. Et ista ra
tione dicit domi. Bonifacius confundi sententiam
Iacobi de Rauen. & sequacium dicentium differen-
tiam esse inter decedentem morte subitanea, vt sibi
nõ imputetur, & morte alia, vt sibi imputetur, vt
not. per Cyn. in l. ij. xij. quæstio. C. de iure emphy.
26 In hoc tamen quod dicit domi. Bonifac. † mortem
non esse casum fortuitum, videtur nõ bene dicere,
per text. l. interdum. & ibi per Angel. ff. de iudic. &
l. contractus. in fin. õ. eodem tit. vbi de hoc dictum
fuit. & est glos. singularis Instit. de capi. diminut. in
princi. quæ vult, quòd omnis mors siue naturalis,
puta senectute, siue accidẽtalis, puta alio modo, di
catur prouenire iudicio Dei. Sed videte illa, quæ
dixi in dicta l. cõtractus. pro euacuatione istorum.
quia licet dictum domini Bonifacĳ sic simpliciter
prolatum non videatur verum, per dicta iura, ta-
men quo ad hoc, ad quod ipsum dictum adducit,
opportunè videtur loquutus: quia impossibilis est
mortis euitatio, vt dicta l. j. de condi. & demonstr.
& l. non moriturum. C. de contrahen. & commit.
stip. Ideo imputatur promissori, qui sciebat mor-
tem omnibus contingere, quare nõ certificauit hæ-
redem suum futurum de promissione sub pœna
quam fecit: & ita credendum est sensisse dictum do
minum Bonifac. Circa tertium, videlicet quando
prædecessor vel defunctus nihil promisit, sunt plu
ra membra. nam interdum prædecessor erat obli-
gatus ad aliquid faciendum vel non faciendum ex
sententia hominis sub pœna. Interdũ ex lege præ-
cise, interdum causatiuè, interdum nullo modo te-
nebatur, sed in sua potestate libera erat, & sine pœ-
na facere vel non facere. Quo ad primum ponitur
27 talis conclusio, quòd † vbi prædecessor est obliga-
tus ex sentẽtia iudicis vel arbitri aliquid facere vel
non facere, & ad pœnam inquantũ sententiæ non
paretur, habẽt locũ omnia quæ dicta sunt in præ-
cedentibus conclusionibus: quoniam talis senten-
tia habet in se effectũ obligationis naturalis, vt l.
ab eo. C. quomodo & quando iudex. & l. cum an-
tea. §. si autem. C. de arbit. & l. Iulianus. §. verum
debitorem. ff. de condict. indebi. & facit quod not.
Cy. in l. si cui. C. de non nume. pecu. pro hoc etiam
facit l. si ob causam. C. de euict. vbi factum iudicis
censetur factum partis. Hæc tamen cõclusio latio-
ri egeret declaratione: sed quia materiam regulæ
huius egreditur, sufficiat remissio ad illa quæ di-
cunt Doct. in locis præallegatis. Quo ad secundum
28 membrum ponitur talis cõclusio, quòd † vbi præ-
decessor erat obligatus per legẽ ad aliquid facien-
dum sub pœna, vt ad tributum pro prędio tribu-
tario soluendum sub pœna commissi, vt l. Impera
tores. ff. de publica. hæres ignorans & non soluens
tributum intra tempus à iure statutum, non excu-
satur à commisso, siue à pœna commissi, vt dicta
l. Imperarores. in fin. quia si ibi speciale est in mi-
nore, est ius cõmune in hærede maiore. l. j. in fin. ff.
ad municipa. & pro hoc facit tex. in l. si tutoris. &
29 ibi not. C. de admi. tut. Alia cõclusio est, quòd † vbi
prædecessor erat per legẽ obligatus sub pœna ali-
quid non facere, sicut est emphyteota nõ alienare
suas meliorationes, nec ius emphyteoticũ trãsfer-
re in alium domino directo inconsulto, sub pœna
cõmissi, vt l. fin. C. de iure emphy. hæres ignorans
illud faciens, videlicet alienando & transferẽdo do
mino irrequisito ius emphyteoticum, excusatur à
pœna commissi, per istam regulam. fecit enim se-
cundum do. Bonifac. rem de se licitam de iure cõ-
muni, & promissam. & sic non obstat l. cum filius.
§. in hac. de verborum oblig. arg. l. in re mandata.
C. mand. iuncta l. rem alienam. ff. de contrah. emp.
& dicta l. j. §. fin. ff. depositi. Ex quo infertur, secun-
dum domi. Bonifac. quòd cum ad solutionem cen-
sus teneatur emphyteota ex conuentione sua sub
pœna cõmissi, si cessauerit in solutione per trien-
nium, vt l. ij. C. de iure emphy. hæres ignorans rem
esse emphyteoticariam, & ob hoc cessans in solu-
tione per tempus statutũ, non excusatur: quia hoc
non est factum suũ, & cum eo nihil est actum. vnde
non restituitur, etiam si sit minor: nisi, inquit ipse
Bonifac. vellemus dicere, quòd aliquando pœna,
quæ committitur ex non solutione, est conuentio-
nalis. Et tunc hæres nõ excusatur ignorans, nec re-
stituitur, quia nihil est actum cum eo, vt l. Aemi-
lius. ff. de mino. Aliquando pœna est legalis, vt in
propo

proposito, videlicet commissi, & tunc excusatur ignorans, saltem vt habeat beneficium restitutionis, vt l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de mino. Et sit ratio, quia mitius agitur cũ lege, quàm cum homine, vt l. Celsus. ff. de arbi. & istam opinionem tenuit Specul. in titul. de locat. §. nunc aliqua. versicul. xviij. & Bartol. in dicto §. in hac. qui tenet non esse differentiam inter hæredem maiorem & minorem: quia vtriq; datur restitutio. Hodie tamen minor ipso iure seruatur illæsus. & sic est in hoc differentia. l. fin. C. in quibus cau. in integrum restit. non est necessaria. Quo ad tertium membrum
30 sit cõclusio, quòd † vbi prædecessor tenebatur aliquid facere intra certum tempus non præcisè, sed causatiuè, vt est quòd grauatus per sententiam appellet: nam non tenetur præcisè appellare, sed causatiuè: quia si non appellet, rata manebit sentẽtia, vt dict. l. ab eo. idem in prosequutione appellationis interpositæ, vt authen. ei qui. C. de tempo. appellat. & l. furti. in princip. ff. de infa. simile in beneficio inuentarij. de quo in l. fin. C. de iure delibe. & ipse mortuus sit tẽpore statuto pendẽte, illudq; labatur iacente hæreditate, vel post eam aditam hærede ignorante, non nocebit hæredi ignorãtia, argum. huius regulæ. Ratio est, quia cum non esset obligatus ad hoc præcisè, tempus erat statutum causa deliberandi, si esset expediens sibi appellare, vel appellationem prosequi, aut inuentarium conficere, vel non. Vnde si interim moriatur, nihil sibi imputat, cum adhuc superessent dies aliqui ad deliberandũ. Illi ergo soli transmittuntur ad hæredẽ, sed non currunt, nisi à tempore scientiæ. l. j. §. dies. & §. fin. ff. quando appel. sit. argumen. l. cum antiquioribus. in fin. C. de iure deliberan. per quam l. idem dici potest in anno illo dato ad deliberandũ, quod in decẽ diebus, qui dantur ad appellandum, & anno, qui datur ad prosequendum. Et sic nõ obstat l. ad diem. de verborum oblig. quia ibi in tempore præfixo causa meræ dilationis, hic autem in tẽpore præfixo causa meræ deliberationis. Quantum autem ad l. fin. C. de iure deliberã. ibi tempus erat præfixum causa inchoandi & perficiendi inuentarium. Vnde dicit domi. Bonifac. distinguendum, quòd aut hæres qui inchoauerat inuentariũ, decessit pendente termino, & hæres suus hoc ignorans non cõpleuit, & tunc excusatur propter ignorantiam, & prædecessor primus hæres, etiam quia morte præuentus complere nõ potuit: & etiam in parte illud tempus est deliberatorium, quia debet diligenter considerare quæ ponat in inuentario, & quæ non, argumen. l. fin. C. arbi. tu. Aut hæres sublatus de medio non inchoauit, & tunc si sciuit hæres secundus, illum cui successit esse hæredem, & se immiscuisse dictæ hæreditati, & continuando dictam immissionem de alio non se intromisit, idem est, vt excusetur ignorans, argum. huius legis. Aut non se immiscuerat, licet hæreditatem adisset: & tunc volens se immiscere, & sic facere quod suus prædecessor non fecerat, videtur fuisse in culpa se immiscendo, & rem diligenter non explorando, per istam legem, in fin. si tamen esset minor, daretur sibi restitutio per iura communia. Quo ad vlti-
31 mum membrum sit conclusio, quòd † vbi hæres ignoranter nõ facit id quod prædecessor facere poterat, si voluisset, cum tamen non arctaretur ad faciendum, vt est quando prædecessor hæreditatem sibi delatam potuit adire vel non adire intra tempus annale, & intra illum annum decedat, hæresq; suus hoc ignorans non adiuit, & lapsus est annus, excusatus est, quia tempus nõ currit ignoranti, & habet iustã ignorantiæ causam per hanc regulam: quia illud tempus solum est deliberatorium, vt dicta l. cum antiquioribus. Idem dicit esse dominus Bonifac. si hæres per ignorantiam faciat id quod prædecessor poterat omittere, si volebat, vt est quando filius suus hæreditati paternæ nondum se immiscuerat, & eam non aditã transmisit ad suum hæredem, iuxta l. vnicam. C. de his qui ante apert. tab. & hæres credens esse immissionem factam fecit aliqua, quæ citra ius & nomẽ hæredis fieri non possunt, iuxta l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acquir. hæredi. excusatus est, vt non sit astrictus oneribus hæreditarijs, ex quo non habuit animum adeundi, sed solùm constituendi aditionem factam per suum prædecessorem, argum. l. Labeo. ff. de supellect. legat. Pro quo facit, quia gessit rem de se non prohibitam, & circa ea quæ reperit esse vel fuisse in potestate sui prædecessoris, argumento huius regulæ, & dictæ l. j. in fin. ff. depositi. Secus ergo si sciuisset prædecessorem suum non adiuisse, quia tunc ex facto suo proprio efficitur hæres, vt dicta l. gerit. ff. de acquirenda hæredita. & hæc sufficiant in ista regula.

Summarium.

1 ☞ Exceptiones duas quis potest proponere.
2 Actiones plures actori nõ licet proponere, sed bene reo plures defensiones.
3 Exceptio vna & eadem sibi cõtraria nunquam potest proponi. & nume. 21.
4 Exceptiones contrarias quando quis potest proponere. & nume. 22. 23. 24. 25. & 26.
5 Exceptionis propositæ quãdo pœnitere quem potest ante litem contestatam. & nu. 6. 8. & 9.
7 Cautio rati non præstatur potest litem contest.
10 Beneficij causam negans, non gaudet illo beneficio.
11 Possidere se negantis transfertur possessio, si mendacium appareat.
12 Mendacium sicut afficit possessorem, ita & nudum detentorem.
13 Mendacij variæ pœnæ.
14 Negatio cognitionis euitationem inducens, in iure reprobatur.
15 Mendacium punitur quandoque condemnationis duplicatione.
16 Exequutor non debet exequi sententiam criminalem, quam videt iniustam.
17 Electiones duas de se factas quis prosequi non potest, etiam cum protestatione.
18 Geminatio titulorum nihil prodest ad agendum.
19 Contraria allegans non auditur.
20 Protestatio non prodest allegantí contraria:
27 Replicationes contrarias potest actor proponere, sicut reus exceptiones.

Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione vti, nisi lex impediat.



MATERIA huius regulæ subtilis est, & vt inquit Bart. in l. nemo. ff. de exception. à Doctoribus nostris male intellecta, & multa habet contraria, quæ patebunt in dicēdis. Habet pro concordantia cap. nullus pluribus. extra eod. tit. lib. vj. vbi Dy. examinat materiam huius legis. & ibi Ioan. Andr. & domi. Bonifacius de Amanaris, qui dicit hanc regulam dedisse causam autori iuris Canonici, qualiter suam regulam formaret. licet ibi gl. & non bene, dicat illam esse sumptam ex ista. ¶ Glos. ponit hic exemplum, vt in ea videtis: & est clarum, & declarabitur amplius in dicendis. Ioan. And. ponit tria exempla in dicto cap. nullus pluribus. primum de c. quisquis. xxiiij. q. j. & de cap. auditis. de præscrip. vbi Abbas conuentus per Episcopum pro certis ecclesijs, quas possi-
1 debat, vt solueret pro illis iura episcopalia, † proposuit duas exceptiones, videlicet exēptionis concessæ per sedem apostolicā, & præscriptionis quadragenariæ, & sic fuit vsus pluribus exceptionibus, sed illæ exceptiones, licet essent origine cōtrariæ, non tamen effectu. Item ponit exemplum de l. interpositas. C. de transact. vbi cōuentus ex transactione, contra transactionē potest vti duabus defensionibus: vna quòd facta fuit inter dominū & seruū: alia quòd iusto metu fuerat extorta. De quibus etiam infra dicetur. Dy. etiam ponit alia exēpla. Primum est, quod hic ponitur per glos. videlicet in reo, qui primò proposuit exceptionem facti vel inficiationis, negans se debere simpliciter, qui nihilominus poterit postea opponere exceptionem pacti de nō petendo, vel rei iudicatæ, aut similem. Sed istæ exceptiones non sunt cōtrariæ nec origine nec effectu, quia probans se absolutum per sententiam, vel sibi factum pactum de non petendo, docet se non esse effectualiter debitorē, sicut à principio negauerat, iuxta l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. & l. Iulianus. de condi. indebi. Aliud exēplum ponit per l. is qui. ff. de except. vbi quis vsus exceptione rei iudicatę potest postea excipere de pacto de non petendo. Et hoc exemplum sumpsit Dyn. à glos. huius regulæ. Illæ tamen exceptiones erant contrariæ origine, sed non effectu. nam vt dicit do. Bonifac. effectus vtrum tendat ad idē vel non, consideratur respectu rei: quia omnes defensiones tendunt ad reum liberandum vel absoluendum. Tertium exemplum ponit per l. nemo. ff. de except. & de illa etiam hic exemplificat glos. sed dicit domi. Bonifacius, quòd illa lex, nemo. de excep. traditur per modū regulæ, & sic de illa non debet fieri exemplum, sed eget declaratione, & exēplificatione sicut ista. exēplificatur autem per Dy. quia simul potest quis proponere plures exceptiones iuris, vt iurisiurandi, pacti, rei iudicatæ, & similes. Ex quibus infert Dy. intellectū huius regulæ, videlicet quòd simul & diuersis temporibus potest reus proponere plures defensiones, quibus mediantibus vel altera illarum excludat intentionem actoris, licet sint contrariæ, secundum glos. Ratio autem dubitandi fuit in hac regula: quia variatio prohibita est, vt l. nonnunquam. ff. de colla. bo. & l. de rebus. ff. rerum amota. & in Clement. cum illusio. extra de renun-
2 tiatio. vnde sicut † in actore reprobatur circa propositionem actionum, cum persistere debeat in actione proposita, vt in authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & ista ea. l. §. j. ita & in reo reprobanda videbatur, cum in exceptionibus reus habeatur pro actore. l. j. ff. de excep. Ratio verò decidendi est, quia fauorabilis est defensio, quæ nemini denegatur, etiam diabolo, vt in Cle. pastoralis. de re iudi. & cap. cùm venerabilis. extra de except. & l. Arrianus. de actio. & obli. & l. absentē. de pœnis. l. vnius. §. cogniturum. de quæstio. vnde multiplicatio defensionū licita est. Nec obstant allegata in contrarium, quia locū habent in actore, in cuius potestate fuit quando ageret: secus in reo, qui non habuit in sua potestate, quando conueniretur, vt l. purè. in fin. de excep. dol. cum inuitus ad iudicium trahatur. l. inter stipulantem. §. j. de verb. obli. Non obstat l. j. de actio. & oblig. secundum do. Bonifac. quia quo ad onus probandi suam exceptionē reus habetur pro actore, vt ibi: nō autem quo ad commodum variandi, & vtendi pluribus defensionibus, vt hic. Contra istam regulam opponitur de l. electio. §. neq. & l. quoties. §. prætori. & l. si seruus. §. si negādi. ff. de noxa. & de l. j. §. interdum. si quad. paupe. fecis. dicatur. de l. fin. ff. de rei vend. de §. studium. in authē. de trien. & semis. transsumptiuè in authent. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. in ead. authē. de trien. & semis. §. illud quoq. coll. iij. transsumptiuè in authent. item si possessor. C. qui pot. in pig. hab. de l. fin. C. de compensa. Insti. de fideicom. hære. §. si. ff. de re iudi. l. sed hoc ita. §. j. & l. cum de indebito. ff. de proba. in princi. Ad omnia autem ista contraria respondet hic glos. quòd ideo in his iuribus quis nō auditur allegās diuersa, quia per legem prohibetur: ideo non obstant cōtraria, per istam regulā, ibi dum dicit, nisi lex impediat. Impedit autem lex in dictis iuribus propter mendacium excipientis, & quia conuictus fuit reus de mēdacio. Dyno autem in dicto c. nullus pluribus. non placuit hæc solutio: & dicit quòd non est verum, quòd hæc regula fallat, imò est firma. Et ideo distinguendo dat regulam, q̄ si simpliciter opponantur exceptiones contrariæ, & est possibile primam cōuenti assertionē cōcurrere cum secunda, id est, possibile est illud quod est in vtroq; simul esse verum, tūc licet plures exceptiones proponere, vt ista regula. & dicta l. nemo. ff. de re iudi. & dicto c. nullus pluribus. Si verò non sit possibile primam conuenti assertionem vel negationem concurrere cum secunda, non potest opponi, vt in contrarijs: sed vbi conditionaliter proponuntur, admittitur proponens, vt in l. si quidē. in fin. C. de excep. Quæ autem sit verior opinio, dicit Bar. in dicta l. nemo.
3 pro euacuatione horum cōtrariorum, † quandoq; vna & eadem exceptio est in se ipsa cōtraria: & ista non

Ratio decidēdi.

non admittitur,vt l.ij.§.si alius.ff.quādo appel.sit.
4 Quandoq; sunt † duæ exceptiones contrariæ adinuicem,& hic dicit Bar.aduertendū,an proponens vtranq; debeat probare,& possunt simul proponi, vt dicto c.auditis.& cap.cùm olim. extra de præscript.quæ capitula expressè loquuntur in contrarijs exceptionibus,vt ibi patet: quæ tamen vt dictum est contrariæ sunt origine, sed non effectu. Si verò propositio vnius exceptionis transfert onus probādi in aduersam partē,alia etiam excipientē, tunc non possunt proponi simul & semel simpliciter,vt dicta l.cum de indebito.in princ. de proba. conditionaliter autē bene possent,vt dicta l.si quidem. de except.vt est exemplum in dicta l.cum de indebito.nego solutum, tu debes probare solutionem. Et ratio est, quia exceptio peremptoria debet probari postquam actor probauerit suam intentionem,vt dicta l.si quidem.ij.responso.& l.exceptionem. C.de probat.modò si nego mihi solutum, incumbit tibi probatio: si probas, & volo proponere debitum non fuisse solutum, incumbit onus probandi mihi:& sic probata vna deuenitur ad aliam,secundum id quod dicitur de possessorio & petitorio in l.incerti.C.de interdict.& hoc facit ratio ordinis. Et prædicta vera, nisi à lege prohibeatur,vt hic in fin.huius principij.Vel potest dici secundum dom.Bonifac.de Amanatis,quòd in multis prædictorum iuriū pro contrario allegatorum cōuentus negabat id quod erat causa sui priuilegij: priuilegium enim habet dominus cōuentus actione noxali,vel de pauperie,vt liberet dando seruum,vel animal pro noxa: si igitur neget se dominum,vel se possidere,negat sui priuilegij causam,& sic negat se habere priuilegium,vnde ad illud non potest redire per pœnitentiam:quia indignum se ex hoc reddidit dicto priuilegio.Quod est verum,secundum eundem Bonifac. & do.Florianum in dicto §.interdum.in l.j.si quad.pau.fecisse
5 dicatur.†nisi eum pœniteat ante litem cōtestatam, vt l.electio.§.neq;.ff.de noxa. Circa quod addit gl. in dicta l.fi.ff.de rei vendi.& Instit.de actio.§.item mista. Et hoc etiam verum dicit esse Flor. quando mendacium est circa id quod est causa beneficij,vt quia negat se dominū,socium,filiumfa. & fideiussorem,vt ff.pro socio.l.si vnus.in fin. & de fideiuss. l.si dubitetur.§.j.& ff.quod cum eo.l.sed & ex parte.§.interdum.& dicta l.sed hoc ita.de re iudi. Ad quod facit l.penult.C.de cessio.bo.vbi beneficium miserabile cessionis bonorum,etiam cōceditur ei, qui nihil habet,sicut habenti aliquid:& ita conceditur filiofamilias nihil habenti,sicut habēti:vnde si cedens bonis neget se filiumfamilias,non perdit beneficium cessionis,quia quòd sit filiusfa.non est causa illius beneficij,sed paupertas & metus carceris,vt l.j.C.qui bo.ced.pos. Secus ergo esset secundum eundem Florianū in negatione,quæ fieret per cōtestationem negando narrata prout narrantur, & petita prout petuntur, fieri debere,&c. Et hoc sensit Bart.in dicta l.si dubitetur. §.ita demum.de fideiuss.& ex hoc potest sumi practica præmissorū. & hoc etiam tenet Bonifa.de Amanatis in dicto c.
6 nullus pluribus.†Et si dicatur,per negationē fit litis contestatio,vt l.rem non nouā.§.patroni.C.de iudi.& l.j.de lit.contest. igitur nunquam admittetur contraria exceptio per dictum §. neq;. respondet Bar.in dicto §.ita demum. quem recitat domi. Bonifac.quòd,vt dictū est,per illam negationem, quæ fit per litis cōtestationem nō perditur dictum beneficium,quasi dicat esse necessariā specialem & expressam negationē huius articuli: & ideo quandoq; ista specialis negatio fit ante litem contestatam,& tunc admittitur pœnitentia vsque ad litis cōtestationem,vt dicto §.neq;. pro quo in simili l. si insulam. ff.de verb.oblig. quandoq; fit post litis cōtestationem,& tunc statim videtur præclusa via pœnitendi, argu.l.ij.& quod ibi not.C.de consor.
7 eiusdem litis.Nam † cautio rati non præstatur post litis contestationem ab eo, qui ante litis contestationem comparuit sine mandato.l.Pomponius.§. rati.ff.de procura.secus si post litis contestationem primò comparuit, quia statim quòd aliquis actus iudiciarius fuit cum eo celebratus,præclusa est via petendi hanc cautionē. Et facit quod in simili voluit Cyn.& alij Docto. in l.nihil. C.de procurat.
8 †Addit autem præmissis ista esse vera,si fiat negatio iudici, non parti.& hoc tenet glos.l.j.& Ange. in dicta l.fin.ff.de rei vendic.ideo dicit Angel.non sufficere,si interrogatio solum facta est à parte,sed debet esse facta per iudicem, vt hoc sentit Albe.in dicto §.interdum.l.j.si quadru.paupe.fecis.dicatur. quia tunc mentitur iudici & obrepit ei, vnde non mirum si talis obreptio est punibilis.l.si quis obre
9 pserit.ff.de falsis.†Item sunt vera præmissa,nisi iureiurando fuerit decisa dicta quæstio. Tunc enim aliud non quæritur, nisi conueniretur ex sequenti possessione,vt dicta l.quoties.§.si iusiurandum.de noxa.Item ad l.sed hoc ita. ff.de re iud.eadem prodest responsio quæ facta est,quia negando societatem negauit causam priuilegij,& sic illo nō potest gaudere. Et idem secundum domi.Bonifa.in quo
10 cunq; alio habente simile beneficium,vt † si neget illud quod est causa beneficij,illo nō gaudeat,vt iuribus allegatis,& idem in eo qui vult repetere illud quod soluit,allegas esse indebitum,& per errorem solutum: nam si ille à quo repetitur,neget solutionem sibi factam, cōuictus de mēdacio tenetur probare fuisse debitum:vbi si non negasset,arctabatur repetens probare fuisse indebitum,per dict.l. cum de indebito. ex qua dicit domi.Bonifac.sumptam esse decretalem,is qui.extra de solutio.Istud tamen fallit in personis enumeratis in dicta l. cum de indebito.Et est ratio illius legis,secundum do.Bonif. quia repetens indebitum fuit per negationem grauatus probare solutionem, vnde in alio releuatur, quia transfertur onus probandi fuisse debitum in aduersarium conuictum de mendacio, argu.l.eum qui.in princip.ff.de iureiurand. Idem iudicandum est in possessore conuento rei vendicatione,vel hy
11 pothecaria: qui † si neget se possidere,& mendax conuincatur, transfertur possessio rei petitę in petitorem,vt dicta l.fin.de rei vendi.& authent.item qui possessor.C.qui potiores in pig.hab. Et est ratio,quia grauatus fuit actor in probando ipsum possidere.Et est aduertendum secundum Floria.in
12 dicto §.interdum.quòd † sicut pœna mendacij afficit possessorem,vt dicta l.fin.de rei vend. ita afficit

etiam simplicem detentorē, vt sua detentione pri-
uetur, secundum Guliel. in Specul. de primo & se-
cundo decreto. §.refert. versic.quid si nominās.de
quo Bal. facit festum in dicta l.fi. Idem in actione
legis Aquiliæ, & alia quacunq; quæ crescit per in-
ficiationem.l.cōtra negantem.C.ad legem Aquil.
13 & dicta l.cum qui.de iureiurand.†Idem in hærede,
à quo petebatur legatum, quia si negauit legatum
fuisse relictū, & conuincatur de mendacio, tenetur
soluere, nec auditur probare volēs, quòd in minus
solenni voluntate fuit relictū, vt dicto §.fin.Instit.
de fideicommis.hære.& in l.fin.C.de fideicommis.
Et est ratio, secundum do.Bonifac. quia nisus fuit
non seruare voluntatem defuncti, argu.in authen.
hoc amplius.C.de fideicommis.Idem in l.fin.C.de
compensat.vbi reus debitum negans, cōuictus per
testes, non potest vti beneficio cōpensationis. Sed
illud verum, quando non erat liquidum debitum,
de quo fiebat compensatio, aliàs sic.ibi ergo con-
uictus de mendacio nō excluditur à compensatio-
nis beneficio: quia per suam negationem nō gra-
uauit actorem, plus quàm ante grauatus esset: te-
nebatur enim actor probare debitum esse id quod
petebat.l.qui accusare. C.de eden. & l.ei qui. ff.de
probatio. cum similibus. Secus ergo, quando per
suam negationem grauauit actorē ampliori pro-
batione, vt dictis iuribus. Ex quibus videmus, quod
quicunque in iudicio conuentus aliquid negat pro
sua defensione, hoc licitè facere intelligitur, licet in
hoc mētiatur. Ideo nihilominus in alio suo iure au
ditur, & pœnam mendacij regulariter nō patitur,
vt hic. & dicto cap.nullus pluribus.& l.nemo.ff.de
excep. Fallit autem in casibus prædictis tēporali-
bus, & alijs similibus, quos hoc modo colligit Bal.
in authen.prædicta, contra qui propriam.& in l.j.
14 C.de furt.†Primò, quando negatio habet induce-
re cognitionis euitationem, vt dicta l.fin. ff.de rei
vendi.vbi qui fugit cognitionem possidendo, cir-
ca eam grauatur in petēdo.sic in l.ij.C.vbi in rem
actio.ad idē in personali actione, vt ff.de interrog.
actio.l.de ætate.§.si cum esset. vbi qui voluit fuge-
re cognitionem veritatis in parte, eam sustineat in
toto: saluam tamen habet omnem hæreditariam
defensionem, vt l.si filius. eod.ti.de interrog.actio.
Idem in personali in rem scripta, vt ff.si ex noxa.
cau.aga.l.ij.§.ij.& dicta l.j.§.interdū.si quad.pau.
fecis.dicatur. vbi qui voluit euitare cognitionem
veritatis cum legis beneficio, illā sustineat sine eo:
quia beneficium meretur amittere, qui concessa si-
bi abutitur potestate. l.Iudæos. C.de Iudæis.& ibi
not. Aliquando negatio habet inducere rei cogni-
tæ absolutionem, & similiter negans punitur pro-
pter mendaciū in actione reali, si duo interueniāt,
scilicet quòd negauerit ius intētatum per modum
fundamenti, & quod postea idem resumat fundamen-
tum, prætendēdo ius quod substantietur à iure ne-
gato, vt in dicta authen.item si possessor.C.qui po
tiores in pigno.hab.& in §.illud quoque. de trien.
& semis. Item hoc reperitur in actione personali,
quando quis habet beneficium à lege propter spe-
ciem cōtractus, & reus in iudicio negat ipsum con
tractum, & conuincitur de mendacio, punitur in
amissione illius beneficij, vt dicta l.sed hoc ita.ff.de
re iudicat.& l.si dubitetur.§.j.de fideius. Facit ff.ad
legem Falc.l.hæreditatum.§.fi.Item in dicta l.cum
de indebito. §.j.de probat. vbi conuictus de men-
dacio punitur in onere probandi propter menda-
cium: quia in substantia conuictus est de menda-
cio. Vnde si quis neget promissionem, & cōuictus
dicit fuisse conditionalem vel in diem, debet hoc
probare, aliàs nō est audiēdus: quia ex primo men-
dacio circa substantiam conuictus, fingitur nunc
mentiri in qualitate contractus, vt dicta l.cum de
indebito. Si autem vellet ex nouo pacto post con-
tractum facto se defendere, vt quia diceret, post cō
tractum insertam cōditionem vel diem, hæc pos-
set, vt dicta l.si quidem.C.de excep.Idem si cōuen-
tus condictione sine causa, negat numerationem,
postea conuictus vult probare datum ob causam,
quam dicit esse sequutā, hoc probare debet, vt not.
C.de dona.ante nupt.l.ij. Et hæc intelligenda sunt
de originali qualitate contractus, quæ in origine
eius asseritur interposita. Illud enim quod ex post
facto asseritur interpositum, vt est pactum, trans-
actio, & similia, semper sunt probāda ab eo qui di
15 cit.l.in exceptionibus. ff.de probar. †Alius modus
punitionis mendacij est duplicatio condemnatio-
nis in odium damnum dantis. l.contra negantem.
C.ad legem Aquiliam.quod intelligit Bal.fieri de-
bere in illis solis casibus, vbi lex hoc dicit, quorum
vnus est in odium committentis perfidiam in con
tractu bonæ fidei contracto tempore necessitatis.
ff.deposi.l.j.§.meritò. Alius est fauore religionis,
vt Instit.de oblig.ex quasi contractu.§.fi. Alius in
negante numerationem, & scripturam propriam,
vt dicta authenti. contra qui propriam. Alius est
quando quis primò confessus est se occidisse homi
nem, postea dicit ipsum viuere: quia si de menda-
cio cōuincatur, quia probetur homo ille mortuus,
si velit dicere & allegare ab alio interfectū, & non
à se, non auditur. l.inde Neratius. §.final. ff.ad le-
gem Aquiliam, secundum Bal. quod ibi concedit
esse verum Florianus, si agatur ciuiliter actione le-
gis Aquiliæ. secus si ageretur criminaliter: quia tūc
probato quòd delictum ab alio fuerit cōmissum,
non puniretur confitens, etiam si contra eum lata
esset diffinitiua sententia, vt l.j.in fi. ff.de quæstio.
16 pro quo allegat Innocen.dixisse, quòd†exequutor
non debet exequi sententiā in causa criminali la-
tam, si eam videat iniustè latam, & quòd non con
suleret quòd eam exequeretur in personam conde-
mnati: licet alij contrà, argu.xxiij.quæstio.v.cap.
cum ministro.Ita dicit Innocen.in cap.pastoralis.
extra de officio delegat.glos.parua, quæ incipit, in
exequutoribus. Præmissa autem limitat Paulus de
Castro in dicto §.interdum.quòd propter menda-
cium quis punitur, si illud sit alteri dānosum, aliàs
secus, vt not.in l.fundum. ff.de culct. Illa etiam li-
mitat Bald. dicens illa & similia debere intelligi,
quando quis mentitur vel negat per dolum vel la-
tam culpam. & hoc probat per text. cap.vasallus.
super verbo, ex certa scientia. si de feu.fue.contro.
per quem text. dicit multa iura glossari, quæ lo-
quuntur de pœna negantis, vt ibi latius potest vi-
deri per eum. Opponitur vlterius contra hanc re-
gulam de cap.vt quis duas. extra de electio.lib.vj.
vbi

17 vbi†non poteſt aliquis duas de ſe factas electiones
proſequi, etiam facta proteſtatione, quòd ex illa-
rum vna contentatur ius habere, & poſt vnius ele-
ctionem ad aliam non redire.gl. Ioan.Andr.in di-
cto c.nullus pluribus.ſoluit,quòd ibi eſt aliud. Vel
ſecundum dom.Bonifac.ibi loquitur in actore,qui
nõ poteſt pluribus actionibus ſimul agere, ſed eli-
gere vnam debet ante litis conteſtationem, vt hic
in §.ſeq.& l.quod in hæredẽ. §.eligere.ff.de tribut.
& l.edita. C.de eden.& authent. qui ſemel. C.quo-
modo & quando iudex.de quo plenè per Innocen.
in cap.conſtitutus.extra de in integrũ reſtit. & per
Bernar.in c.cùm dilecti.de relig.domi. & vna ele-
cta nõ poteſt ad aliam reuerti.l.matri.ff.de inoffic.
18 teſta.ita etiam†geminatio titulorum non prodeſt
ad agendum,ſed bene ad excipiẽdum,vt clarè col-
ligitur ex principio & fin.l.cum res. C.de contra-
hen.emp.vbi quis dominus effectus aliquarum re-
rum ex donatione & traditione,nõ poteſt effici do
minus ex venditione, per l.iij.§.ex plurimis. ff.de
acquir.poſ.& §.ſic itaq;.Inſtit.de actio.& cap.inter
dilectos.extra de fide inſtru.& ſic non poteſt agere
ex vtroq; titulo,attamen poteſt excipere ex vendi
tione quæ valere poteſt ratione iuris deficientis in
ipſa re, vt quia aliquo remedio à donatario pote-
rat res donata euinci,vt not.in dict.l.cum res.Item
19 opponitur,†allegans contraria non auditur.l.j.C.
de furt.& cap.ſolicitudinem.de appel.cum ſi.Ergo
proponens cõtrarias exceptiones ſeu defenſiones,
non debet audiri contra regulam iſtã.Ad hoc con-
trarium varij varia dixerunt:quidam abſolutè fa-
tentur contrarium,ſecundum quos hæc regula ca-
pit intellectum in defenſionibus non contrarijs,ſi-
cut eſt exceptio non numerationis & ſolutionis.
Hæc tamẽ ſolutio non eſt vera : quia cõtrariæ poſ-
ſunt proponi etiam ſimul,vt xxiiij.q.j.c.quiſquis.
Alij dixerunt,quòd cõtraria loquuntur in actore,
& in eadem inſtantia,vbi cõtrarietas reprobatur:
regula verò noſtra in reo. Et ſic iſti volunt , quòd
regula iſta quæ vniuerſaliter cõcepta eſt,vniuerſa-
liter intelligatur, & ꝙ quis etiam contrarias,& in
diuerſis inſtantijs,& tẽporibus poſsit exceptiones
proponere.Cui intellectui obuiare videtur cap.ve
niens.extra de præſcrip.vbi Abbas ad ſuam defen
ſionem contra Epiſcopum allegabat præſcriptio-
nem,& priuilegium : quæ cum ſint contraria non
fuit auditus ſuper ambobus. Præterea cum reus in
probando ſit actor.l.j.ff.de excep.non debet audiri
probare volens contraria. Ideo ad euitandum hoc
contrarium alij dixerunt, quòd in eadem inſtantia
quis non poteſt proponere contrarias defenſiones
per dictum c.veniens.ſecus in diuerſis,vt hic.Et ſic
ſecundum iſtos hæc regula recipit limitationẽ ad
diuerſas inſtantias,quando ſit ſermo de contrarijs
defenſionibus.Secus ſi ſint diuerſæ, ſed non cõtra-
riæ:quia tunc illis ſic diuerſis in eadẽ inſtantia po-
teſt vti,vt dicta l.nemo.ff.de excep.Pro qua diſtin
ctione facit l.contra maiores.C.de inoffi.teſta.Sed
hæc ſolutio etiam non procedit,quia in eadem in-
ſtantia poteſt quis contrarias defenſiones propo-
nere,vt c.auditis.& c.cùm olim.extra de præſcrip.
& l.cõtra maiores.loquitur in actore.Vnde alij di-
xerunt,quòd cõtrariæ poſſunt proponi ſucceſsiuè,
ſub conditione,non autem purè,videlicet excipio
de exemptione,quia ſuper hoc habeo priuilegium
apoſtolicũ , & illo ceſſante ſum tutus præſcriptio-
ne.Sed hanc ſolut.reprobat gl.Ioã.And.in dicto c.
nullus pluribus. Primò, quia cõtinet diuinationẽ.
20 Secundò,quia ſicut†proteſtatio non prodeſt alle-
ganti contraria,vt dicto c.ſolicitudinem.in fin.ita
nec proficere debet hæc propoſitio conditionalis,
ex quo certus erat de facto ſuo, arg. dicti c.vt quis
duas.cũ ibi notatis.facit quod not.in l.quanquàm.
ff.ad Velleia.Ideo alij dixerunt,ꝙ aut allegans hæc
duo,præſcriptionẽ,& priuilegium,incipit à præ-
ſcriptione,& non auditur, quia proponit currum
ante boues:aut incipit à priuilegio,& auditur.Sed
hæc ſolutio non valet,tum quia verbalis eſt contra
l.ij.C.cõmunia de leg.tum quia in dicto c.veniens.
fuit primò allegatũ priuilegium, & tamen nõ au-
ditur ſuper præſcriptione.Ob quod Io.And.in gl.
dicti c.ponit aliam ſolutionem,dicẽs,quòd aut de-
fenſiones ſunt contrariæ origine , ſed tendunt ad
eundem effectum & finem, & tunc ſimul in eadem
inſtantia poſſunt proponi,vt dicto c.auditis. Aut
ſunt contrariæ effectu,quia nõ tendunt ad eundem
finem, & tunc non poſſunt proponi ſimul, nec in
eadem inſtantia,vt dicto c.ſolicitudinẽ.Et ad cap.
veniens.reſpondet, ꝙ præſcriptio & priuilegium
exemptionis,licet ſint cõtraria origine,nõ tamen
effectu, quia tendunt ad vnum finem,ideo poſſunt
proponi in eadem inſtantia,& ſimul,vt dicto c.au
ditis.cum ſi.Sed ideo in dicto c.veniens.nõ fuerunt
admiſſa,quia erant contraria in effectu : quoniam
priuilegium quod allegabatur erat limitatũ,vide-
licet,vt abbas & ſui monachi haberẽt poteſtatem
recipiendi ordines, primo à diœceſano proprio,
ſi catholicus foret,aliàs à pontifice,quem eligerẽt.
Conſuetudo autẽ quæ allegabatur præſcripta,erat
quòd habebant poteſtatẽ plenam, & liberam reci-
piendi ordines à quocunq; vellent:& ſic quia erant
inter ſe contraria,non fuerunt ſimul admiſſa.Do-
minus verò Bonifacius, dicit aliam rationẽ reddi
in illo tex.videlicet,quia poſt inchoatam non cõ-
pletam,vel poſt cõpletam præſcriptionem,fuerat
ibi impetratum priuilegiũ.Vnde aut erat cõpleta
præſcriptio tẽpore impetrati priuilegij, & ab illa
præſcriptione receſſum videtur vi renuntiationis
tacitæ,& ſic nõ poteſt amplius vti iure renũtiato.
l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.& c.ad apoſto
licam.extra de regula. cum ſimi. Maximè quando
iam vſus eſt priuilegio,vt ibi dicit. Aut erat præ-
ſcriptio ſolũ inchoata, & tunc poſt cõceſſum pri-
uilegium non potuit cõpleri, quia non ſuberat bo
na fides,vt in c.poſſeſſor.extra eod.titu.lib.vj. Sed
certè iſta ratio militat cõtra c.auditis.vbi fit men
tio de præſcriptione & de priuilegio,niſi dicamus
inquit do.Bonifac.quòd c.veniens.loquitur in eo,
qui impetrauit priuilegium de quo excipit : nam
cum ipſe non habuit bonã fidem ſaltẽ poſt impe-
tratum priuilegium , non poteſt allegare præſcri-
ptionem,ſecus in ſucceſſore.& ita loquatur c.audi
tis. Pro quo accedãt quæ notantur in c.cura. extra
de iure patr. & illa quæ dicta fuerunt in l.proximè
præterita, ſuper gl.in princ.vel recurratis ad ſolu-
tionem ſupra recitatam,ſecundũ diſtinctionẽ Bar.

Et vt omnia euitentur cõtraria, & sciatur quid sit
in hac materia tenendũ, subijcio aliquas conclusio-
nes do. Bonifacij de Amanatis, quarum prima sit
21 ista, ꝙ † exceptio siue defensio sumpta pro vno ar-
ticulo in se continens contrarietatẽ, omnino repel-
lenda est. l. iij. §. si alius. ff. quando appel. sit. & huius
sententiæ fuit Bar. vt prædictũ est in dict. l. nemo.
ff. de excep. Sed aduertendũ est, secundũ do. Bonifa.
quia quãdoq; recipitur ad vtilitatẽ excipientis, &
quandoq; ad eius præiudiciũ. Exemplũ, si reus con
uentus ex mutuo dicat, tu nõ mutuasti pecuniã pe
titam, & mutuasti: recipitur hic ad præiudiciũ ex-
cipientis, quia cõfitetur simpliciter mutuum, & se
debitorem: quia recipitur vltima pars exceptionis
veluti corrigens primã, argu. l. Stichus, imò Pam-
philus. ff. de ma. testa. Si autẽ accusatus de homici-
dio dicat nõ occidi, & occidi ad meã defensionem,
tunc pro ipso in hoc: quia non est sibi contrarius,
quia licet vtrunq; origine simul esse non possit, ta
men quia tendunt ad eundẽ effectum, videlicet vt
accusatus absoluatur, vt l. vt vim. ff. de iusti. & iur.
incumbit accusanti onus probandi homicidiũ fa-
ctum per reũ, per l. qui accusare. C. de eden. cum si.
Maximè quia exceptionẽ obijciens nõ videtur fa-
teri intentionẽ actoris, quãuis hoc casu nõ sit vna
exceptio in se cõtraria, sed sunt duæ cõtrariæ: ideo
22 habebunt locũ sequẽtia. Secunda cõclusio, † ꝙ reus
potest in eadẽ instãtia, etiam simul proponere de-
fensiones cõtrarias origine, sed nõ effectu, videlicet
si tendant ad ipsum absoluẽdum, si sint tales quòd
onus eas probandi solũ incumbat reo, vt est exce-
ptio præscriptionis & priuilegij, in c. auditis. extra
de præscrip. vel præscriptionis & soluti, vt not. gl.
in dicta l. nemo. ff. de excep. vel præscriptionis iu-
risiurandi, vel pacti de nõ petendo, vt l. is qui. ff. de
23 excep. & hic in gl. Tertia cõclusio, ꝙ † reus in eadẽ
instantia contrarias defensiones origine, & effectu
non potest proponere, nec simul, nec successiuè, vt
dicit glos. Io. Andr. in dicto c. nullus pluribus. qui
allegat c. solicitudinem. extra de appel. in fi. melius
facit l. cum res. C. de cõtrahen. emp. vbi ignoranter
emens rem suã, potest repetere pretiũ quod soluit.
nam cõtra emptionem quam fecit excipit, ꝙ nulla
fuit, vt l. suæ rei. ff. de cõtrah. emp. & si petatẽ ab eo,
ꝙ rem restituat, non potest excipere, ꝙ eã retineat:
quia emit. Vnde idẽ esset si pretiũ nõ soluisset, quia
si petatur ab eo pretiũ, potest excipere, ꝙ emptio
est nulla: & si velit rem retinere, quasi fuerit valida
vẽditio, nõ poterit, quia sic exciperet cõtraria. Vel
potest dici, ꝙ in hoc exẽplo nõ sunt duæ exceptio-
nes cõtrariæ, sed vna sibi ipsi cõtraria, ideo habet
locum quod dictũ est in prima cõclusione. pro quo
facit l. vbi repugnãtia. ff. eo. Probatur ergo melius
hæc cõclusio, per l. si per emptorẽ. §. fi. & l. post diẽ.
ff. de lege cõmissoria. vbi si emptio est resoluta pa-
cto legis cõmissoriæ, & emptor petat rẽ sibi tradi,
& venditor excipiat de pretio nõ soluto paratũ se
offerens illud recipere, non potest postea vti pacto
legis cõmissoriæ, allegãs emptionẽ dissolutã: quo-
niam istę exceptiones sunt cõtrarię origine & effe-
ctu. & istud colligitur ex gl. quæ est in l. is qui. ff. de
excep. quæ opponit ad illã legẽ de dict. l. si per em-
24 ptorem. §. fi. & nõ soluit. Quarta cõclusio, † ꝙ de-
fensiones cõtrariæ origine, sed effectu tendentes ad
idem, per quarum alterã onus probãdi transfertur
in actorem, possunt proponi in eadẽ instãtia & si-
mul, nõ distincto quæ illarum præponatur: vt ecce
cõuentus ex mutuo excipit de nõ numeratione, &
de soluto, vel econuerso. Nam si sola exceptio nu-
merationis nõ nocet excipienti, nisi probetur per
actorẽ numeratio, vel aliter cõfiteatur debitũ, vel
numerationem factam fuisse, per not. in l. nõ vtiq;.
ff. de excep. & in c. exceptionẽ. extra eod. tit. lib. vj.
Ideo nõ debet ei nocere, si expressè addat nõ fuisse
factã numerationẽ: non enim est in effectu sibi con
trarius, nec grauat in plus actorẽ per hãc negatio-
nem, quàm ante esset, per dict. l. qui accusare. Maxi-
me quia nõ sequitur, solui quãtitatem petitã, ergo
fuit per actorẽ numerata: quia potuit solui indebi-
tum, vt per totũ tit. ff. & C. de cõdi. indebi. Fatetur
tamen do. Bonif. tutius esse, si proponatur vna pu-
rè, videlicet negatiua, & alia sub cõditione, videli-
cet, si numerasti: vel si fuit numerata, dico ꝙ solui,
vt colligitur ex dicto c. quisquis. xxiiij. q. j. de quo
videte per Bar. in d. l. nõ vtiq;. & Sali. in l. si quidẽ.
C. de excep. & per eundem in l. exceptionem. C. de
proba. & in authẽ. si dicatur. C. de testi. & per gl. in
authen. de exhib. & intro. reis. §. sancimus. vers. su-
25 scepto. coll. v. Quinta cõclusio, ꝙ † exceptiones di-
uersas, sed non cõtrarias potest multo magis reus
proponere in eadẽ instantia, etiam simul & copu-
latiuè, vt est exceptio iurisiurandi & rei iudicatæ,
vt dict. l. is qui. & potest videri in materia obiecti-
ua, in qua plures obiectus simul proponuntur in
personam vel gratiam, in c. vt circa. extra de elect.
lib. vj. nisi impediatẽ per legis prohibitionẽ, vt hic,
vel per suã expressam vel tacitã renuntiationẽ, vt
dicto c. veniens. de præscrip. vel per lapsum tẽpo-
ris assignati, vt l. sed & si susceperit. in princi. ff. de
iudi. & l. Pomponius. §. rati. de procur. faciunt no-
tata Instit. de excus. tu. §. qui autem. & c. pastoralis.
26 de except. cum similibus. Sexta conclusio, ꝙ † sicut
exceptiones cõtrariæ origine, & effectu nõ possunt
simul proponi propter repugnãtiam: ita nõ pos-
sunt proponi successiuè diuersis temporibus pro-
pter electionem iam factam. Nam statim ꝙ vnam
proponit, illã eligit, & sic cõtrariam per hoc abij-
cit. l. j. ff. de his qui sunt sui vel ali. iuris. & dicta l. j.
C. de furt. Secus ergo in contrarijs origine, sed non
effectu, vt alleg. l. contra maiores. C. de inoffi. testa.
& sic intelligenda est glos. xiij. quæst. ij. in summa.
licet loquatur simpliciter in exceptionibus cõtra-
rijs. & gl. Bernar. in cap. cùm dilecti. extra de relig.
domi. Ex quibus potest inferri, secundũ do. Bonif.
quòd cum reus possit has exceptiones tendẽtes ad
idem, licet origine contrarias proponere simul &
copulatiuè, si præfigatur ei cum causa terminus
cõpetens & peremptorius ad proponẽdum omnes
exceptiones sibi cõpetentes, & intra terminũ assi-
gnatum illas non proponat, vel si intra terminum
vnam proponat & succumbat, non poterit aliam
post terminum proponere, licet glos. allegatæ te-
neant contrariũ. Imputatur enim ei quare nõ pro-
posuit, ex quo effectualiter proponere poterat, ar-
gumento l. si ea. C. qui accusare non possunt. cum
concordantijs ibi notatis. Opinio autem dictorum
glossat

glossatorum fuit, quòd non poterat simul proponi, sed de vna fiebat transitus ad aliam. vnde si illa opinio esset vera, excusaretur reus, qui nõ proposuit ex quo non poterat, ar. l. si pupillus. ff. de verb. obli. & l. j. in fi. C. de annal. excep. & l. ij. §. in omnibus. ff. de iudic. cum similibus. Contrarium tamen suprà tenuimus, vt patuit in prȩcedẽtibus. Fatetur tamen do. Bonif. quòd vbi talis terminus nõ esset præfixus, posset suas exceptiones diuersis temporibus proponere, & facere transitũ de vna ad aliã, vt dicta l. is qui. C. de excep. Colligit subsequenter do. Bonif. casus, in quibus hæc regula nõ habet locum. Primò in defensionibus contrarijs origine & effectu. Secũdò in defensionibus à quibus reus fuit exclusus propter delictum suum, in faciendo consistens, videlicet propter mendacium, de quo conuictus est, vel propter lenocinium, vt l. viro. & l. cũ mulier. j. ff. sol. matr. & pluribus alijs casibus similibus. Tertiò quando fuit exclusus propter delictũ suum consistens in non faciẽdo, quia permisit per suam negligentiam labi tempus statutum à lege ad eas proponendum, vt l. fideicommissum. §. fi. & l. sed & si susceperit. ff. de iudic. & l. sub specie. C. de re iudi. cum simil. Quartò non habet locum, quando fuit exclusus renuntiatione tacita vel expressa. l. quamuis. ff. de iudi. & l. si quis in conscribẽdo. C. de pact. & ca. veniens. extra de præscrip. & quia in omnibus istis casibus & alijs, si qui sint, vsus plurium defensionũ per legem prohibetur: ideo in hac regula Iurisconsultus addit hanc clausulam, nisi lex impediat. Et est notandũ, ꝙ ratio huius regulæ locũ habet in replicationibus: quia licet replicationes proponantur pro parte actoris, tamen nõ potest de exceptionibus rei esse instructus actor, sicut nec reus de petitionibus actoris. Ideo sicut permissum est reo proponere etiam contrarias exceptio-
27 nes, ita & actori† replicationes contrarias, ar. l. illud. ff. ad legem Aquil. & hoc tenet Bart. in alleg. l. nemo. ff. de except. qui allegat l. interpositas. C. de transact. Nam ibi contra actorem excipiebatur de transactione, & contra transactionẽ replicabatur, quòd erat metu extorta, & sic rescindenda. Item ꝙ erat facta inter dominũ & seruum, & sic quòd erat nulla: vnde erant replicationes cõtrariæ. Dominus autem Bonifac. licet dicat opinionem Bartoli sibi placere, non tamẽ approbat allegationem de l. interpositas. quia si intelligatur de replicatione, vt vult Bar. clarè constaret actorẽ debere succumbere in actione proposita, ex eo: quia ille cum quo agebat erat seruus suus, vt ipsemet asseruit in sua replicatione, & sic frustra opposuit nullitatem dictȩ transactionis. l. seruus. C. de iudi. & l. vix. ff. de iudi. Ideo alio fundamento dicit istam opinionẽ probari per l. ij. ff. de except. quæ exæquat exceptiones & replicationes. pro quo facit l. si pactũ. C. de excep. vbi doli replicatio est perpetua, sicut exceptio doli. Nec obstat l. quæsitum. §. in dolo. ff. de pecu. vbi doli replicatio nõ potest proponi, nisi intra tempus, intra quod potest agi de dolo, quia plures solutiones ibi dantur, quas vide in glos. Vel dic secũdum eundem Bon. quòd ibi in replicatione deducitur dolus, quẽ potuerat actor deducere in actione, & non fecit. Ideo imputatur ei, nec poterit post tempus replicare de dolo: sed vbi non poterat dolum deducere in actione, tunc perpetuo de illo replicabit. ex quo videtur, quòd vbi dolus solũ fuit adhibitus circa defensionem, tunc replicatur perpetuo, vt dicta l. si pactum. secus si aliter, vt dicta l. quæsitum. §. in dolo. quæ notate pro cõcordia dictarum legum.

Summarium.

Quoties occurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna tantùm quis experiri debet.

VTILIS est iste §. & pro euidẽtia dicẽdorũ & ad intellectũ materiȩ præmittẽdũ est, ꝙ vt dicit Dy. in c. nullus pluribus. eo. ti. libr. vj. & Albe. in l. quod in hȩredem. §. eligere. ff. de tributo. tres sunt regulæ impedientes cumulationẽ
1 actionum, scilicet quãdo actiones sunt tales, †quòd sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia, vt ff. de exception. l. fundi. & l. fundum. & l. interdum. de publi. iudi. Item quãdo electione tollũtur, vt d. §. eligere. & hic. Itẽ quãdo sunt cõtra-
2 riæ, vt l. j. C. de fur. †Bar. verò in l. edita. C. de edẽ. ponit alias tres regulas cumulationẽ impedientes. Prima est, quãdo duȩ actiones sic se habent, ꝙ vna proposita, & secuta condẽnatione ac exequutione facta cõtingit ab altera liberatio, vt l. j. in fi. ff. si fa. fur. fe. dica. Secũda est, ꝙ ratione maioritatis impedit cumulatio, scilicet quãdo plures actiones sic se hñt, ꝙ vna ratione maioritatis secũ nõ admittit alias, vt l. per minorẽ. ff. de iudi. & l. fi. C. de ordi. iud. tũc nõ admittit cumulatio. Tertia regula est, ratiõe ordinis, quãdo plures actiones sic se habent, ꝙ vna ex ordine debet aliã prȩcedere, non admittitur cu-

mulatio.C.de rei vendic.l.ordinarij.& l.incerti.C.
de interd.& l.qui de inofficioso.ff. de inoffic. testa.
& sic sunt sex regulæ impedientes cumulationem.
Item præmitte quid sit cumulatio. Bartol.in dicta
3 l.edita.dicit quòd †cumulatio est vnius actionis cũ
alia adunatio, vt patebit ex infrà dicendis. & fuit
inuenta secũdum eum propter dubitationem,quæ
tãgitur hic in gl.& in dicta l.edita. & dicto §.elige-
re.quia dubiũ est vtrum possit quis actionem mu-
tare,& actor nolens deficere in prima nouã actio-
nem adducit & adiungit primæ. Vtrum autem sit
permissa,videbitur in discursu materię huius §.Itẽ
4 aduerte pro pleniori intellectu dicendorum,ꝙ†di-
uersa genera cumulationũ sunt. Primũ est, quãdo
proponuntur actiones ex caussis diuersis ad diuer-
sa.Secundũ,quando proponuntur actiones diuer-
sæ ex eadem causa ad idem: exemplum in actione
empti & venditi,cum similibus. Tertium, quãdo
diuersæ actiones ex eadẽ causa proponuntur ad di-
uersa,vt actio furti, & condictio furtiua. Quartũ,
quando plures actiones competũt ex diuersis cau-
sis ad idem, vt patet exemplũ si petatur fundus ex
causa donationis & emptionis. Additur & quin-
tum, quando plures actiones competunt ad idem,
contra diuersos,quia prædicta loquuntur,quando
cõpetunt cõtra eundem, & de his omnibus statim
dicetur. ¶Item est aduertendum secundum Salicer.
in l.j.C.de fur.vt habeamus claram istam materiã,
debet haberi consideratio, quòd hic duæ quæstio-
nes diuersæ pertractantur, an actor possit plures
actiones cumulare, vel debeat vnã de pluribus eli-
gere.Secũda est, an electione facta sibi præiudicet,
ita quòd ad aliam nõ electam reuerti nõ possit: &
hanc quæstionem tangit hic glos.in ver.quod autẽ
dictum est vna experiri debere &c. & his declara-
tis erit expeditus §.noster.Sed opponitur,ꝙ iste §.
& eius materia sit inutilis de iure canonico, vt ex-
5 tra de iudic.ca.dilecti. vbi dicitur, ꝙ†actio de iure
canonico non est inserenda in libello. Itẽ nec de iu-
re ciuili de consuetudine,vt notatur ff.de eden. l.j.
& ita non est locus electioni de qua loquitur iste §.
Ad hoc contrarium respõdet Alber.in dicto §.eli-
gere.ꝙ licet actio in libello non inseratur,inserunt
tamen causæ, ex quibus potest cognosci quæ actio
resultet.Ideo locus est electioni,vt hic dicitur, &di-
cto §.eligere.Opponitur.ij.circa primã quęstionẽ,
quæ hic tractatur,& opponitur cũ gl.hic in princ.
quòd actor non teneatur eligere, sed possit cumu-
lare,de l.j.§.quia autem.ff.quo. lega. vbi iura con-
traria proponit , scilicet interdictũ quorũ legato-
rum,quod cõtra titulo possidentẽ datur,puta pos-
sidentem pro legato, & petitionem hæreditatis,
quæ datur contra possidentem sine titulo , vt l.re-
gularier.ff. de petitio. hęred.& C.in quibus caussis
cessat longi tempo. præscriptio. l. hæreditatem.&
gl.in §.eligere. format istud contrarium , & pluri-
bus modis soluit,quas solutiones ibi ampliat Alb.
vera autem solutio est secunoũ Bar.in dicto §.quia
autem.ꝙ ibi speciale est in odiũ conuenti non vo-
lentis specificare & declarare actori quo iure possi
deat.ideo facto suo incertus est actor, quam possit
intẽtare,quapropter potest cumulare, vt ibi.& ita
tenet hic glos.cũ protestatione tamen , ꝙ vna tan-
tum vult experiri,id est, consequi vnius duntaxat
actionis cõmodum. Sed hæc solutio potest impu-
6 gnari,quia cum † actor per iudicis officium possit
reum cogere ad respondendũ, vt l.cogi. C.de peti.
hære.& ff.de peti.hæredi.l.qui interrogatus. & l.j.
de interro.actio. non videtur impeditus aduersarij
facto: nam qui facere potest vt possit,videtur pos-
se,vt ꝭ.eo.tit.l.qui potest.Sali.verò in dicta l.j.post
do.Richar.de Sali.patruũ suum defendit solutionẽ
prædictam ab hac impugnatione, quòd hanc cul-
pam non potest obijcere reus actori, cum prębue-
rit ei reus causam, ex qua sentit cõmodum,ar.ff.de
iure do.l.cũ in fundo.§. quòd si mulier.extra de cẽ-
si.c.dominij.& ꝭ.eo.tit. l.ex qua persona. cũ cõcor.
Item opponitur quòd liceat cumulare,nec cogatur
actor vnam de pluribus eligere, quoniam admit-
titur libellus, in quo quis dicit rem ad se pertinere
iure dominij,vel quasi: & potest quis cumulare rei
vendicationem & publicianam,vt in c.abbate sa-
nè.extra de re iudi.lib.vj.& notatur in l.j.ff.de pu-
blicia.& tamen per rei vendicationem dicit se do-
minum, non autem per publicianam, vt dicta l.j.
& l.sed & si res.§.fin.ff.de publici.& l.minor.§.j.de
euict.Docto.dicunt, quòd illud potius procedit de
consuetudine,quàm de iure, vt notat Sali.in dicta
l.j.C.de furt.& in §.sed istę quidem.versi.quippe.
Insti.de acti.& per Bal.plenissimè in l.j.C.si plures
vna sententia condẽ.fuer. Attendi debet hic, quòd
etiam si rei vẽdicatio & publiciana simul propo-
nãtur,sententia lata in vna nõ parit exceptionem
rei iudicatæ in alia,vt dicit glo.in §.sed istę quidẽ.
super verbo,dicit.Insti.de acti.& ibi Ang. Aret.&
tenet Bart.in l.minor.§.j. ff.de euict. Hæc autẽ con-
suetudo fuit fortè introducta gratia litiũ expediẽ-
darum : quia frustra fit per plura,quod fieri potest
per pauciora,& quia causæ sunt cõnexę,& proba-
tiões sibi inuicẽ cohęrẽt: vel fortè quia impossibi-
le est actori scire an sit dominus nisi pręscripserit,
cũ scire nõ possit,an is à quo causam habuit,fuerit
dominus an non: & si dominus fuerit,præscriptio
locum nõ habet, quia nemo rem suam præscribit.
l.sequitur.§.lana. ff.de vsuca. Ideo sicut quãdo dif-
ficuitas procederet ab aduersario , vt in præcedẽti
casu permittitur,sic & in casu isto,nõ tamẽ copu-
latiuè,sed alternatiuè,vel verius disiunctiuè, & sic
vna solutione est cõtentus. Item opponitur in au-
thẽ.de fideius.§.sed neq.colla.j. vbi agiẽ personali
& hypothecaria.sed gl. hic soluit ꝙ ibi ad diuersa
dãtur,quia personalis ad debitũ, & hypothecaria
ad possessionẽ pignoris.§.verò iste loquitur de plu
ribus actionibus ad idẽ cõpetẽtibus.Opponit etiã
gl.de l.Papinianus.§.si qs impubes.ff.de inof.testa.
& soluit ꝙ ibi lex elegit pro actore , ideo alia sua
electione opus non est. Vt autẽ euitentur alia con-
traria,quæ in hac prima quęstiõe fieri possent,po-
test sic distingui secundũ Doct. aut ius actori com
petens est vnicum tantũ & vniforme, diuersos nõ
habẽs respectus vel qualitates,& tũc cũ quęstio no
stra sit de pluribus non habet locũ electio,vt l. ser-
ui electione.ff.de leg.j.& per tot.ti.de op.lega.& est
gl.ff.quãdo dies leg.ce.l.cũ illud.sup verbo,electio.
licet sciẽter eligẽs viã incõpetentẽ præiudicet sibi
in competẽti,vt l.mater.ff.de inoffi.testa. & l.legi-
timam.

timam. de peti.hęre.& l.poſtquam. & l.licet.ad le-
gem Cor. de fal.& hoc tam vi electionis quàm re-
nunciationis reſultantis ex certa ſciẽtia. ſed de his
infrà dicetur. Aut ſunt iura plura,vel ꝓducibilia,
vel iã producta in eſſe,vel cenſentur plura propter
diuerſos effectus & reſpectus:& tũc aut quęritur an
ſponte poſsit eligere. & dicẽdum eſt quòd ſic.l.re-
7 ſcriptum.§.ſi pacto.ff.de pact. cũ ſimilibus. † Aut
an neceſſariò cogatur.& diſtinguendũ eſt:quia aut
iura ſunt contraria, & cogitur eligere, vt l.j.alleg.
C.de fur.& l.eum qui.C.de inoffic.teſtamẽ.& l.fin.
C.de codicil.cum ſimilibus. Aut non ſunt contra-
ria,& tunc aut cõpetunt ad diuerſa,& non cogitur
eligere,vt hic notatur in gl.& dicto §.eligere. Aut
competunt ad idem, & cogitur eligere, vt hic,&
l.cum filius.§.varijs.de legat.ij. & hoc quando po-
teſt eſſe certus de iure ſibi competenti. Vbi autem
non poteſt eſſe certus,tunc ſi incertitudo proueni-
at ex facto aduerſarii, poteſt etiam ſimul contraria
proponere,vt dicta l.j.§. quia autem.ff. quo.legat.
Secus ſi incertitudo non prouenit facto aduerſarij:
quia tũc eligere cogitur,vt dicto §.eligere.& §.va-
rijs. Vel putat Salicet. hoc vltimo caſu,ꝙ ſi incer-
titudo nõ proueniat ex facto aduerſarij, poſsit cõ-
trarias proponere actiones.& dicit hoc probari in
dicto §. quia autem.ibi, quẽadmodum ſolemus fa-
cere,quoties incertum eſt, quæ potius actio teneat
&c. Nam ibi tex. generaliter & imperſonaliter lo-
quitur: Ideo ſibi videtur ꝙ ex quo non poteſt eſſe
certus, & incertitudo verſatur circa competentiã
actionis,id eſt,quæ actio ei cõperat,quòd ſiue hæc
incertitudo procedat ex facto aduerſarij, ſiue non,
quia fortè ex natura rei, tũc ſimul cõtrarias actio-
nes poſsit ꝓponere proteſtatione mediãte,ꝙ alte-
ra tantũ vult cõſequi id,quod ſibi deberi cõtingit,
vt dicto §.quia autem.Secus ſi incertitudo iſta non
verſetur circa cõpetẽtiam actionis, ſed circa actio-
nis vtilitatem, & profectum conſequendum,quia
eligere tenetur, vt dicto §. varijs. & §. eligere. Et
ex hoc infert,quòd libellus in quo quis ſimul vide-
tur intentare rei vendicationem & publicianam,
non tantum de conſuetudine admittetur, vt nota-
tur in dicto §.ſed iſtę quidẽ.ver.aliæ. Inſti.de acti.
& lõga diſputatione vult Bal.in dicta l.j. C.ſi plu-
res vna ſententia condemn. fuer.ſed etiam de iure,
quia cognitioni vniuſcuiuſꝗ eſt incertum,an ipſe
ſit dominus directo vel vtiliter propter incertitu-
dinem dominij & iuris autoris ſui.Sed circa prędi-
8 cta vnum reſtat dubium,†an in his caſibus debeat
actor proponere copulatiuè vel diſiunctiuè. gloſſ.
in dicto §.ſed iſtę quidem.verſ.alię.ponit exemplũ
diſiunctiuè,& idem text.in dicto c. abbate ſanè.&
ibi gloſ.Putat autem Sali. poſſe vtroꝗ modo pro-
poni:verum ſi diſiũctiuè proponatur, proteſtatio
non ſit neceſſaria, quia ineſt ex vi diſiunctiuæ.ſed
vbi copulatiuè,ſit neceſſaria proteſtatio,de qua in
dicto §.quia autem.& hæc de prima quæſtione,an
& quando tenetur actor eligere. Circa verò ſecun-
9 dam quæſtionem quæ eſt, †an electione facta præ-
iudicet ſibi actor in actione alia nõ electa,ita quòd
ad illam reuerti non poſsit? Omiſsis oppoſitioni-
bus & prolixitate,poteſt ſic diſtingui ſecundũ Do-
ctores, quoniam aut non ſunt contrariæ, aut ſunt
contrariæ.Primo caſu aut actiones veniunt ex ea-
dẽ cauſa,aut ex pluribus.Si ex eadẽ cauſa, aut cõ-
petunt ad idem,aut ad diuerſa:ſi ad idem,tollũtur
electione regulariter, vt d. §.eligere. & hic. & hoc
eſt verum,quando ſcienter actor alteram elegit,vt
dictis iuribus.& §.varijs.in l.cum filius. de legat.ij.
Secus ſi erranter ſeu ignorãter elegit, vt in l.habe-
bat.in principio.ff. de inſtito.& ff. quod cum eo.l.
ſed & ſi ex parte.§.fin.Allegat etiam Salic. l.cũ in-
debitum.§.ſi.ff.de condi.indebit. Si autem compe-
tant ad diuerſa,non tolluntur electione,vt l.ſi pro
fure.§.furti actio.ff.de condi.fur.ſimul tamẽ cumu-
lari non poſſunt,vt l.j.C.quando ciui.acti.cri.prę-
iudi.& ibi per gloſ.& Doct. & allegata in dicto §.
eligere.Et ratio eſt propter regulã: quia ſunt tales,
quòd ſententia abſolutoria lata in vna obſtat ex-
ceptio rei iudicatę in alia.per legem,fundi. & l.fun
dum.ff.de exceptio.Et idem eſt dicendum,niſi vna
actione fuerit actum:quia alia poteſt agi,quatenus
plus eſt in vna quàm in alia, vt l.qui ſeruum.§.fin.
ff.de action.& obliga.l.vnde quæritur. ff.cõmoda-
ti.& dicitur agi tunc non ad idem, ſed ad aliud,vt
dicit hic gloſ.& idem ſi non ex perſona ſua,ſed al-
terius agat quis,vt l.non eſt nouũ.ff.de acti.empti.
& alijs hic in glo.alleg. Si verò deſcendunt ex plu-
ribus cauſis,aut diuerſis,& non tollũtur electione,
& poſſunt ſimul proponi, vt l.ſi idem. ff. de iuriſ.
om.iudic.& ſucceſsiuè,vt l.cum de hoc. de except.
rei iudica.aut cõtrarijs,& electione tolluntur, vt l.
j.C.de fur. Secũdo caſu principali,quãdo actiones
ſunt contrariæ,ſubdiſtingue, quia aut neutra erat
in eſſe producta ante electionem, ſed per electionẽ
producitur in eſſe, & tunc ſibi præiudicat in alia,
vt l.fin.ij. reſponſo.C.de codicil.ibi enim ante ele-
ctionẽ nullum ius erat productũ ex voluntate teſta
toris,quia dederat electionẽ hęredi,an vellet ꝙ diſ-
poſitio ſua valeret iure teſtamẽti,& ſic iure teſtati:
vel iure codicillorũ,& ſic iure inteſtati. & hæc duo
iura ſunt contraria origine & effectu, quia vnum
eſt directum, alterum obliquum,& vnum præſup-
ponit defunctum obijſſe teſtatum, aliud inteſtatũ:
teſtatũ autem eſſe,& inteſtatum contrariantur ſibi
origine & effectu,vt l.ius noſtrum.ĕ.iſto titu.Item
etiam,quia circa eandem ſcripturam,non licet va-
riare,maximè vbi ſcienter elegit alterũ. Aut ambę
erant prius in eſſe productæ,& tunc vna electa ſibi
præiudicat in alia, vt l. j. alleg. C. de furtis. & l. ſi
ſeruus.ff.commo. Attende tamen circa hoc exem-
plum allegatũ pro probatione huius mẽbri,de l.j.
C.de furt.quòd Oldr.voluit actiones de quibus in
l.j.alleg.de furt.eſſe contrarias origine,& ante ele-
ctionem nõ eſſe productas. quod ſic probat:aut ha
bet dominus ratum id, quod ſerui fecerunt, & da-
tur actio mandati: aut non habet ratum, & habet
actionem furti.& ſic l.j. allegata nõ probaret iſtud
membrum,quia ambę non eſſent in eſſe productæ:
imò dominus haberet,in poteſtate quam iſtarum
ſibi naſci faciat. Doctores tamen communiter,vt
dicit Salicet. dicunt Oldrad.non bene dixiſſe,quia
vtraꝗ actio naſcitur ex eodẽ facto,vt probat text.
dictæ l.ſi ſeruus.hoc etiam probat text.dictæ l.j.in
verbo, proſequaris. ſecundum Salicetum, qui hoc
pariter probat ratione: quia actiones tũc dicit eſſe

contrarias origine,quarũ causæ simul veræ esse nõ
possunt, vt esset falsum & inofficiosum , quia vnũ
præsupponit testamentum aliquod,scilicet inoffi-
ciosum , & aliud nullũ,scilicet falsum,vt l.cũ qui.
& l.contra maiores.C.de inoffi.testa.sed tunc con-
sonantes origine, quando causæ earum possunt
simul esse veræ,vt dicta l.si seruus.& sæpè alleg.§.
eligere.sed in casu dictæ legis j.possunt causę dicta-
rum actionum furti & mandati,simul esse verę,vi-
delicet contractus mandati præcedens, & delictum
sequens: & sic non sunt contrariæ origine, sed ex-
ercitio & effectu : quia licet tendant ad diuersa,per
vnã ratificatur factum serui , per aliam impugna-
10 tur.Et ex his habetur quòd †actiones quãdoq; sunt
contrariæ origine tantum, vt dicta l. cum qui.& l.
contra maiores.quia origo est diuersa , sed effectus
idẽ,quia falsum & inofficiosum tendũt ad deducen
dum rem ad causam intestati : quandoq; sunt con-
trariæ effectu tantum, vt dicta l.j. & lege,si seruus:
& hęc proderunt ad declarationem præmissorũ &
11 sequentium.† Aut altera tantum est in esse produ-
cta, & elegit tunc illam in esse productam sibi cõ-
petentem,& sibi præiudicat in alia : & hoc dicunt
Doct.nõ vi electionis, cum electio sit de pluribus.
l.si optio.ff.de opt. le.sed quia alia nunquam com-
petijt.& hoc probatur in l.fin.j.responso.C.de co-
dicil.& l.sed & si pupillus.§ si institoria. ff.de insti.
Sali.autem putat,quòd etiam vi electionis præiu-
dicat sibi in alia,& quòd hæc exceptio admittetur
ad processum, habetq; hoc locum potissimè circa
eandem scripturam, & quãdo vnum de contrarijs
non potest ventilari, quin de alio cognoscatur. &
ita potest intelligi dicta l.fi.j.respõso. C.de codici.
12 †Aut elegit incompetentem , & tũc aut obtinuit,
& sibi præiudicat in alia, quia non potest variare.
13 Et est ratio,quia†nõ potest quis allegare sententiã
iniquã pro se latam,vt l.si seruus pluriũ.§.j.de leg.
j.quia sententia fecit sibi ius & indebitum debitũ.
l.j.C.de condi.indebit.& l.si fideiussor. §.in omni-
bus.ff.mandati.Aut succubuit, & tunc aut scienter
incompetẽtem elegit, & sibi præiudicat saltem vi
tacitæ repudiationis . & ita potest intelligi alleg.l.
fin.j.respõso.C. de codicillis. Aut errauit,putãs il-
lam sibi competere,& sibi nõ pręiudicat,dicta leg.
cum qui.& l.contra maiores.& l.Paulus.j. ff.de bo.
libe.& l. Aurelius.§.fi.de libe.lega. Fallit tamẽ hoc
in duobus casibus secundũ Paul.de Castr.in l.Clo-
dius.ff.de acquiren.hære. in quibus errans etiam in
facto per electionem viæ incompetentis censetur
renũtiasse cõpetẽti. Primus est in l.fi.alleg.j.respõ.
C.de codicill.ratio est, quia ex eadẽ scriptura , vel
dispositione prætenditur vtraq; via, & sunt inui-
cem contrariæ,& sic duo cõcurrunt, scilicet,incõ-
petentia vnius,& cõtrarietas effectus.Secundus ca-
sus est in l.si is cui. ff.de legat. ij. vbi omnino vide
Bart.cui non obuiat l.penulti.C.de condi.indebi-
ti.quæ videtur esse cõtraria.l. si is cui.quia in l.si is
cui.soluta solum fuit alia de rebus alternatiuè de-
bitis,& nihil indebitè solutũ. in l. verò penultima
alleg.vtraq; res soluta fuit,& sic indebitum quo ad
alteram.& ibi vide latius Bal.& Salic.qui Salic.in
14 dicta l.j.C.de furt.etiam dicit in dubio†pręsumẽ-
dum esse eligentẽ viam incõpetentem errasse, quia
nemo præsumitur iactare suum.l.cum de indebito.
§.fi.ff.de proba.cũ similibus.& quia cum nõ cessa-
uit agere,nõ præsumitur velle renũtiare iuri cõpe-
tenti & illud remittere,vt iuribus allegatis. & hęc
distinctio est cordi tenẽda.Et quia ex pręd ictis po-
test colligi,ꝙ varians vel contrarius non auditur.
Verùm quia per prædicta non plene hic articulus
15 decisus est, ideo†pro pleniori doctrina circa mate-
riã variationis Sali. distinguit,ꝙ aut eligens pro-
pria vel impropria electione fuit deceptus,aut er-
rore ductus,& potest variare, & ad viã permissam
redire,vt l.mater.ff.de inoffi. testa.& l.habebat.de
instit.cum similibus.Et est hoc verũ etiam si igno
rantia est iniusta , procedit tamen ex diuersis scri-
pturis, seu dispositionibus , vt allegata l.Clodius.
de acq.hære.secundũ opinionem Pau.quã sequun-
tur omnes Docto. etiam si fuerit ignorantia iuris.
quamuis Iacob. de Aretio dicat Papinianum ibi
melius Paulo dixisse, quando hæres errabat in iu-
re,quia viderat secundum testamentum,in quo so-
lennitas requisita deerat,& putabat tamẽ illud va-
lere,errans in iure, ideo adeundo ex illo inutili vi-
detur repudiare ex pręcedenti testamento vtili,se-
cundum intellectum Papiniani.sed Ia.de Rauẽ. Pe.
Cy.Bart.Bal.& Paulus de Cast. tenent contrariũ,
quòd etiã si errauerit in iure,hæres adeundo ex in-
utili testamẽto,non videtur repudiare ex vtili pri-
mo.& assignant rationẽ,quia etiam errans in iure
non habet voluntatem,vt l.error.ff. de iur.& facti
ignorã.vnde in eo habet locum ratio, per quam à
Doct. defensatur opinio Pauli contra Papinianũ,
quia qui errat putans secũdum testamentum vale-
re,adeundo ex eo , non habet animum repudiandi
ex primo,cum putet ipsum sublatũ per secũdum.
Vnde cũ putet se ex primo nõ posse adire si vellet,
nõ potest dici secundum omnes , quòd voluerit ex
eo repudiare. Aut non fuit deceptus nec errauit,&
tunc aut vult variare contra diuersos,& potest,vt
l.Papinianus. §.sed nec impuberis.ff. de inofficio.
testa.& l.indebitum.§.j.alleg.de condi.indebi.Aut
contra eundẽ, & tũc aut circa separata & diuersa,
& potest,vt ff.cõmodati.l.in cõmodato.§.duabus.
Aut circa idem vel connexa,& tunc aut ex electio-
ne non erat ius quæsitum aduersario, & potest, ar.
ff.de cõdi.ob causam.l.dedi. & l.si pecuniã.in prin.
Aut erat ius quæsitum aduersario, & tunc nõ licet
variare,nec ad iura omissa redire in illius pręiudi-
cium,vel iniuriam,vt extra eod.tit. c.quod semel.
lib.vj.& arg.in l.sicut.C.de actio.& obliga. & l.in
commodato.§.sicut.ff.commodati. Item etiam po
test quis vltra præmissa variare ad alterius cõmo-
dum, non autem ad suum,vt notatur per Doct. in
l.dispensatorẽ.ff.de solu. Similiter possum appro-
bare reprobatum ad exceptionem parãdam. l.quo
enim.§.j.ff.rem ra.ha.Idem si prima reprobatio nõ
tenuit,vt notat Inno.in c.ex parte decani.extra de
rescript. Nunc verò attingenda est cumulationis
materia,quam Dyn. subtiliter & prolixe ponit in
ca.nullus pluribus.extra eod.titu.libro vj.& Doct.
in l.edita.C.de edẽ. quã vt expediamus ꝓsequẽda
erũt singula genera cumulationis superius enume-
16 rata.Primũ enim genus quod est quãdo ꝓponunt
diuersæ actiones , ex diuersis causis , & ad diuersa,
secun

secundum Petr.& Cyn.permissum est,vt l.si idem cū eodem.ff.de iurisf.om.iudic.quia non obstat aliqua de regulis impedientibus cumulationem positis per Dyn. Quod tamen dictum dicit Bar.non esse perfectum, quia licet nulla illarum regularum quas posuit Dyn.obstet,obstare tamen potest aliqua illarum supradictarū.Ideo ipse aliter dicit, & post eum Bald.& Salic.quòd quandoq; actiones in nullo se cōtingunt, quia sunt in formula ipsarum, & in causa siue facto ex quo descendūt,& in effectu diuersæ,& ad prorsus diuersa competunt,& indubitāter cumulatio est permissa, vt si petam decem ex causa vēditionis,& decem ex causa mutui. hoc probatur in dicta l.si idē. & l.fi. C.de annal.excep. Fallit autem hoc ratione maioritatis, per legē fin. C.de ordi.iudi.& l.per minorem.ff.de iudi.Si verò competant ad diuersa, se tamen contingentia, tūc si possibile est quòd absolutoria lata in vna pariat exceptionē rei iudicatę in alia,non admittitur cōcursus seu cumulatio, vt l.fundi.& l.fundum.ff.de except.In casu etiam prædicto,quando nullo modo se cōtingunt,posset impediri cumulatio ratione ordinis. exemplum in possessorio & petitorio, in actione ad exhibendum, & rei vendicatione. l. ordinarij.C.de rei vendi.& l.eum qui. C.de inoffi. testa. & ibi notatur.Sed quando dictæ regulæ non obstarent,procederet cumulatio,vt supra dictū est.

17 Et aduerte ad sciendū † quid sit ista cumulatio, scilicet an sint duo libelli, & duæ conclusiones, vel vnus & vna conclusio & vna instantia, quòd quādoq; cumulantur actiones diuersæ numero & specie,vt actio depositi & commodati,& similes:quo casu intelligit Bart. cumulationem fieri in diuersis libellis: nam tot sunt libelli quot sunt actiones,ar. l.scire debemus.§.penul.& l.si pluribus. ff.de verb. obli.Quādoq; sunt diuersæ numero, sed nō specie: vt si quis plures habeat cū aliquo hæreditates communes,& sic plures actiones fa. ercisc undæ. Idem si plura deposita, vel plures societates, & isto casu potest fieri eodem libello,l.hæredes.§.de pluribus. ff.fa.ercis & pro socio.l.cum duobus. §.si plures.& l.non est nouum.de actio.empti. & ibi glos.& hoc fatetur verum Salic. nisi cumulatio fieret de accessorio,vt dicta l.fundi. quia tunc obstaret exceptio rei iudicatæ absolutoria lata in principali. Ratio autē rationis est:quia cuius iudicij obstat sentētia, eiusdem obstant & depēdentia.l. Iulianus verū debitorem.ff.de condict.indebiti.dicit etiam Bal.ad propositum,in l.ordinarij. C.de rei ven.in fin.quē recitat & sequitur Angel.Aret. in sua inquisitione glos.super verbo,nec nō ad querelam Titij. xxxv.

18 colūna.† quòd circa eandē actionem dicitur vnus libellus à conclusione:nam vnitas conclusionis est illa, quæ facit vnitatem petitionis, sed in diuersis actionibus tunc dicitur vnus libellus, quando cōclusio est communis vtriq; actioni: alias dicuntur plures libelli,vt dictis iuribus. Facit id quod in simili notauit Bart. & post eum Bald. in l.j.circa fi. ff.de testa.Nec vnitas chartę facit vnitatem libelli: sed vnitas cōclusionis,vt dictum est, & tenet Ang. Aret.vbi suprà.Adde Bald. super rubrica ff. de re. cre.& si cer.peta.& l.certi condictio.eo.ti.& Inno.

19 in c.super literis.extra de rescript.† Secundum genus cumulationis est,quādo plures actiones ex eadem causa competunt ad idem: & istud secundum Doct.non est permissum,vt l.de eadem.& l.singulis.ff.de except.rei iudic.Ideo quia absolutoria lata in vna,parit exceptionē rei iudicatæ in alia:& hoc verum,nisi actor esset dubius propter factū aduersarij,vt l.j.§. qui autem.ff. quorum legatorum.sed huic dicto obstare videtur in authent. de fideiusso. §.sed neq;.vbi intentatur simul actio personalis & hypothecaria, quæ oriuntur ex eadē causa:& sententia lata in vna,parit exceptionem rei iudicatæ in alia.l.si deferente.ff.quib.mod. pign.vel hypot. sol. Dy.dicebat, quòd ibi loquitur de cumulatione,quæ ab initio simul fiebat:materia verò nostra quando vna post aliam proponebatur. quod non placuit Bar.quia sicut ab initio improbata est cumulatio, ita ex post facto, per dictam l. fundi.& l. fundum.de except. nec etiam placuit dictum Cyni & Pe.dicentium,quòd in dicto §.sed neq;.ideo admittitur cumulatio,quia vna est accessoria ad aliā. quia hæc ratio improbatur per dictā l.fundi. vbi actiones pro re & fructibus non possunt cumulari. Ideo satisfaciendo dicit Barto. quòd in dicto §.sed neq;. ideo admittitur cumulatio personalis,& hypothecarię actionis simul cōtra debitorem,ad hoc vt releuetur actor in tempore, ne nimium habeat expectare ad conueniendum fideiussorem, quē per iura authentic. non potest conuenire, nisi discusso principali,vt in authent.præsente. C.de fideiusso. Ideo quia in hoc grauatur, scilicet in expectatione discussionis principalis, antequàm fideiussorē cōueniat,releuatur in alio, quòd ad abbreuiandū excussionem rei principalis,potest simul & semel intentare personalē & hypothecariam,& in hoc læditur regula cumulationis,vt qui grauatur in vno releuetur in alio,arg.l.eum qui.in princip. ff.de iu-

20 reiurā.† Tertiū genus cumulationis,quod est quādo plures actiones cōpetunt ex eadē causa ad diuersa,nō est permissum,siue sint diuersa,siue se habeāt in plus & minus:quia sic est possibile ferri sententiā in prima,q; obstaret exceptio rei iudicatæ in alia: probatur hoc in l.j.§.j. ff.de vi bo.rap. & l.interdū.

21 de public.iudic.& l.duobus. §.colonus.† Quartum genus cumulationis,quod est quando plures actiones ad idem cōpetentes oriuntur ex diuersis caussis, dicit Dy.esse permissum, vt si peto fundū ex causa emptionis, ex causa donationis eūdem fundum possum petere:tum quia nec sic potest ferri sententia in vna, quòd pariat exceptionē rei iudicatæ in alia.& probatur in l.huiusmodi.§.qui seruū.de leg. j.Pe.verò,Ia.de Ra.& Cy.tenēt contrarium,ex eo primò,quia superuacuis vti nō debemus,maximè cum imbrigatione aduersarij, vt l.fin.C.de preci. impe.offer.& l.ampliorem. §.in refutatorijs. C.de appell.sed hæc cumulatio esset superuacua,cū non possit fieri exactio nisi ex vna.Secūdò quia hoc est in criminalibus,vt l.qui de crimine. C.de accus.& l.senatus.ff.de accusat.ergo & in ciuilibus, cum in eis non sit ratio diuersa. facit in arg.l. absentem.§. j.ff.de pœ.Tertiò per istū §. loquētem indistinctè. Sali.vero post Iac.Butr.Barto. & dominum suum aliter dicit, distinguendo, quia aut omnes actiones prædictæ, vel saltem altera est ex causa non

lucratiua,& tunc eorum cumulatio est permissa,vt
l.si is qui Stichum.cum sequent.ff.de actio.& obli-
ga.& dicta l.huiusmodi. §.qui seruũ. Nam ex quo
causæ sunt plures, & facta diuersa, est quod impu-
tetur pluries contrahenti: vnde nimirum, si ex suo
facto pluribus actionibus potest imbrigari. vn-
de vnius actionis effectus extenditur ad rem, alte-
rius ad æstimationem: & sic non obstant obiecta,
quia loquuntur vbi vnicũ est factum & causa: hoc
verò casu quãdo plura & diuersa. Aut vtraq; actio
licet ex diuerso facto, venit ex causis lucratiuis: tũc
cumulatio est omnino prohibita, quia cuius effe-
ctus est prohibitus,& causa, in authent. multo ma-
gis.C.de sac.sanct.eccle.& l.oratio. ff.de spons.cum
similibus.sed acquisitio ex diuersis causis lucratiuis
est prohibita.l.omnes.ff.de action.& oblig. Quin-
imo,vt inquit Sali.Iudex vidẽs libellum sic cumu-
latum, tanquam de iure nõ procedentem debet la-
cerare,vt l.j.ff.de offic. assessor. & iste casus cõpre-
hendeẽ sub illis casibus qui dicti sunt in præcedẽti-
bus,quãdo actiones electione tollũtur,nõ quia sint
contrariæ,sed quia lex prohibet,& lege prohibente
dicuntur incompatibiles. & hoc modo concorda
22 opiniones prædictas. † Quintũ genus cumulatio-
nis quod est,quando plures actiones ex eadem cau-
sa ad idem contra diuersos competunt, an sit per-
missum,ita ꝙ omnes simul posśint cõueniri,& an
vno eodemq; libello: vide plenè per Bartol.in l.iij.
§.fin.extra de duo. reis. & in repetitione l.j. & au-
then.ibi positæ. C.de duobus reis. per eundẽ Bart.
23 & ibi per Salice.†Sed quæritur, in casibus in qui-
bus suprà dictum est nõ esse cumulationem admit-
tendã,quid si de facto fuit cumulatũ, & processum
super actione cumulata vsq; ad sentẽtiam,nec fuit
oppositum per reum de cumulatione nõ permissa,
an procedat iudicium? Barto.in dicta l. edita.dicit
istã quæstionẽ esse multum subtilem,quã etiã mo-
uit Iaco.Butr.in l.incerti.C.de interdict.qui tenuit
iudicium procedere:& hoc tenet Ioã.de Imol. post
eundem Bartol.in l.naturaliter.§.nihil.ff.de acqui.
poss.circa ij.q. si nõ obijciatur à parte vel à iudice.
Latius tamen dici potest secũdum Doctores,quòd
vbi impeditur cumulatio ratione ordinis vel præ-
lationis,si nõ opponitur excepcio, procedit iudi-
cium,vt ff.de euictio.l.si mancipium. §.j.& l.ij.C.
cõmuni diuid. & extra de ordi.cogn.c.cũ dilectus.
Idem est si cumulatio nõ procedat eo quia absolu-
toria lata in prima pariat exceptionẽ rei iudicatæ
in secũda,vt l.generaliter.iuxta secundã lect.gl.ff.de
excep.& probatur in dictis ll.fundi, & fundũ.quia
ibi tex.dicit per viam exceptionis secũdam actio-
nẽ impediri.Si verò non procedit cumulatio,quia
iudicia electione tolluntur, tunc,si in eodem libel-
lo simul proponãtur,procedit iudiciũ,si pars non
opponat,ar.in l.j.§.quia autem.ff. quo.lega.Si au-
tem succeśsiuè proponantur,procedit primum iu-
dicium & non secundum, quia est fundatum su-
per actione iam sublata per electionem, vt l.fi. C.
de codicill. Vnde etiam nemine opponente iudex
eum non audiet,qui actionẽ nõ habet. C.de trans-
actio.l.vbi pactum. cum sua gloss.in l.si pupilli.§.
videamus.ff.de nego.gest.& l.quoties. §.itẽ si pro-
temporali.de admini.tuto.sicut etiam iudex parte
nõ petente potest obijcere, quòd apparet cõtrarie-
tas ex actitatis,per leg.j.ff.de offic.assess.Aliàs enim
nõ supplebit iudex defectũ partis.l.iiij.§. hoc autẽ.
ff.de dam.infecto.nisi in duobus casibus prædictis.
24 & hoc tenet Imo.in dicto §.naturaliter. †Quando
verò impeditur cumulatio ratiõe cõtrarietatis,tũc
aut contrarietas apparet ex eodem libello, & non
ꝓcedit libellus, vt l.j.C. si seruus extero.ipse enim
libellans se ipsum excludit.l.j. §.sed si alius.ff.quã-
do appell.sit.& C.de libe. caus.l. cum precum.& l.
vbi repugnantia.J.isto titu.& l.scripturæ.C.de fi.
instru.Si verò contrarietas non apparet ex eodem
processu, sed ex succeśsiuis proceśsibus, si quidem
tolluntur electione, primus processus derogat po-
steriori.Si autem non tollũtur electione, ex secun-
do inducitur tacita renunciatio in primo,vt nota-
tur in d.§.nihil commune. vbi vide latius Bart.&
ipsum in l.eũ q ita.§.qui ita.de ver.obli.vbi dicit
ꝙ; vbicũq; ex narratis in libello apparet exceptio,
nõ est necesse ꝙ opponatur, quia libellus est into-
lerabilis.Et hoc sequitur & recitat Bald. in dicta l.
ordinarij. Si verò impediatur cumulatio ratione
maioritatis vel quia exequutio facta in prima tol-
lat aliam,putat Bar.procedere iudiciũ cumulatũ,
si non opponatur, quia leges de ijs loquentes sem-
per se videntur referre ad exceptionem facit l.reũ.
C.de procura.Cætera vide per Docto.in l.edita.&
iuribus superius allegatis.

Toties in hæredem damus actionẽ de eo, quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo.

GLOSSA hic dicit casum esse ponẽdũ in hac regula per l.quod in hæredẽ. §.si seruo. ff.de tributo.à quo §.sumpta est textualiter hæc regula, & pro elucidatione eius vide illa quæ dicta sunt in l. sicuti.ff.e. vbi plenè huius regulæ materia fuit examinata.& vide Canonistas in c.in literis.extra de rapto.& ibi per Io.de Anan.recitãtem opiniones.

Summarium.

1 ☞Res quæ irreuocabiliter est alicuius, nõ potest ei aliter obligari, secus si reuocabiliter.
2 Mulieri competit hypothecaria pro rebus dotalibus suis.
3 Dominiũ rei dotalis an directum vel vtile in mulierem retransferatur soluto matrimonio.
4 Hypothecaria an competat domino vtili.
5 Legatario pro re legata an competat rei vendicatio, vel hypothecaria.& num.6.& 7.
8 Rem meam quam alius posśidet possum conducere, emere, & precario rogare.
9 Rem suam conducens an & quando perdat posseśsionem.& nume.10.12.& 13.
11 Conductio rei suæ an teneat.
14 Conducat'ne quis rem suam vt suam, vel vt alienã quo cognoscatur.

Domin

15 Dominium an transferatur per conductionẽ sciẽter factam de re sua, quasi sua. & nume. 16. & 17.
18 Fictiones duæ, circa idem non debent concurrere.
19 Præsumptio est super dubio: fictio est super certo & falso.
20 Emphyteusi recipiens rem suam, an perdat dominium.
21 Fictio cum specialitate non debet concurrere.
22 Possessionem an perdat, qui in emphyteusim rem suam accipit.
23 Emptio propriæ rei quando possit consistere.

Neq; pignus, neq; hypotheca, neq; precarium, neq; depositũ, neq; emptio, neq; locatio suæ rei consistere potest.

Dominus lo. de Anania i c. cõquestus. extra de vsu. intelligit de re ꝓpria omni iure. vbi vide in principio j. colum. Idẽ do. Ioã. de Imol. in ca. j. extra de feu. j. nota.

HAEC regula sæpe allegatur. Primum dictũ huius regulæ probatur in l.
ij. ff. de pign. actio. contra
quod dictum opponit gl.
de l. debitor. ff. ad Trebel.
& l. penultima. §. Latinus.
de excep. rei iudicatę. Glo.
verò hic nõ soluit, sed di-
cit fallere hãc regulam in illis casibus, nec assignat
rationẽ specialitatis, vel fallẽtiæ. sed in §. Latinus.
soluit dicens, quòd ibi nõ erat ille, cui res erat prius
obligata, dominus. Bart. autem ibi dicit, quòd so-
lutio glos. ibi est pessima, & contra illum text. ibi,
domino constituto. & contra principium illius §.
in verbo, propriũ. iũcta gl. quę exponit scilicet Ti
1 tij. ideo dicit verius esse dicendũ, †ꝙ quãdo res ali-
cuius est perfectè & irreuocabiliter, sibi nõ potest
esse obligata, vt hic, imò si prius esset obligata, &
efficeretur sua, tollitur hypotheca, vt dictis iuri-
bus. secus si reuocabiliter, quia acquisitio dominij
nõ debet nocere creditori, nec pignus extingui, vt
dicta l. debitor. ad Trebel. facit l. in rebus. C. de iure
do. & hoc tenet Cy. in l. fi. C. de his qui in priorum
credi. lo. succedunt. & l. j. in tertia quæst. C. si antiq.
credi. pig. vendi. licet gl. in dicta l. fi. videatur aliter
dicere per istam regulam, cũ qua glos. tenuit Ray.
vt ibi dicit Salicet. quem vide. & in l. j. eo. tit. de his
qui in priorum credi. Pro intellectu istorũ attende
etiam ꝙ fallere videtur hæc regula in dicta l. in re-
2 bus. C. de iure do. vbi †mulieri hypothecaria com-
petit pro rebus dotalibus suis, soluto matrimonio.
sed gl. in dicto §. Latinus. dicit, quòd ideo ibi, quia
non plenè est domina illarũ rerum. Salice. verò ibi
dicit quòd illud dictum de hypotheca, locum ha-
bet in rebus æstimatis, non autem in non æstima-
tis. argum. istius regulæ. Aliqui tamen, vt ipse re-
3 fert, voluerunt dicere, quòd ante illam l. †dominiũ
rei dotalis, etiam soluto matrimonio, non retrans-
fertur ipso iure in mulierẽ etiã vtile: quod probãt:
quia maritus in vltima voluntate seruos dotales,
etiã directè potest manumittere, vt l. & si dotis. C.
de iure do. quod nõ esset, si dominus esse desineret,
vt C. de his qui à nõ do. manu. per totum. Hinc est,
quòd soluto matrimonio fundus intelligitur do-
talis, v l. etiã. ff. de fundo dota. Imò & hodie per il-
lam l. mulierum fauore retrãsfertur dominiũ ipso
iure, non directum, sed vtile: quod probant, quia
hypothecaria cõpetit etiã pro re inęstimata, quod
non faceret si dominium pleno iure ad ipsam mu-
lierẽ reuerteretur, vt in ista regula, & ibi latius vi-
de per Salicet. Prima tamen magis placet Baldo in
dicta l. in rebus. scilicet, quòd hypothecaria cõpe-
tit pro re æstimata de iure communi, & rei vendi-
catio de iure speciali, sed nõ pro re inęstimata, quia
dominium reuersum est pleno iure ad mulierem: &
qui habet dominium pleno iure, nõ habet hypo-
thecam, nisi dominiũ esset reuocabile, vt dicto §.
Latinus. Accedat id, quod notatur in l. in bello. §.
si quis seruũ. ff. de capti. & l. si seruum quis. de acq.
hæred. & l. senatus. §. fi. de leg. j. sed contra est in au-
thent. de restitu. §. penultimo. versicu. si verò. super
4 verbo, hypothecam. colla. viij. tenet quòd †domi-
nium vtile tantũ nõ repellit hypothecariã, per di-
5 ctã legẽ, in rebus. Simile videmus in legatario, †cui
pro re legata competit rei vendicatio, quasi domi-
nium in eum transiuerit, & hypothecaria simul, vt
l. j. C. communia de lega. in hoc tamẽ sunt opinio-
nes, vt ibi notatur. Vna est, quòd hypothecaria ibi
nõ datur pro re testatoris legata propter istam re-
gulam, quia dominium trãsit in legatariũ, ideo ha-
bet rei vendicationem, & non hypothecariam. &
hoc tenet ibi glos. & Iacob. Butr. Alij tenent cõtra,
quia pleno iure nõ est legatarij illa res legata. quod
probant, quia vtilis rei vendicatio, & non directa
competit, vt l. fin. C. de sac. sanct. eccles. illa tamen
loquitur in re donata, vel vendita: dubium autem
est in re legata, in qua videtur transire dominium
directum in legatariũ, vt l. à Titio. ff. de fur. & ideo
6 hypothecaria sibi nõ videtur posse cõpetere. †Cy.
autẽ distinxit, ꝙ si legatarius eligat rẽ vt suã, ces-
set hypothecaria: si vt sibi debitam, tunc compe-
tat hypothecaria, & sic electio eius ostendet quid
sit tenendum, ar. in simili ff. de lega. j. l. huiusmodi.
7 §. fin. † Quidam alij dixerunt, quòd pleno iure res
legata nõ est legatarij, ideo respectu iuris deficien-
tis est ei hypothecaria necessaria, arg. C. de donat.
quæ sub mo. l. j. Salic. verò ibi dicit, quòd in dicta
l. j. de dona. quæ sub mo. vtilis rei vẽdicatio, nõ di-
recta cõpetit, sed legatario competit directa. Ideo
hæc opinio in qua etiam dominus Richar. fuit, nõ
esset vera. Credit tamen, quòd legatario competat
hypothecaria, in re testatoris legata: quia verũ est,
ꝙ iuris fictione dominium transit in legatariũ: ve-
rè ergo est penes hæredem, arg. l. cum hæredes. ff. de
acquir. posses. Ideo hoc respectu sit hypothecata. &
ita pertrãsit. Secundum dictum huius regulæ pro-
batur in l. bona fides. in fin. ff. depos. & l. qui rẽ. eo.
tit. De tertio ponit exemplum in l. certè. §. fi. ff. de
preca. vbi rei suæ precarium non consistit, nisi ra-
tione possessionis, vt ibi, & ff. de pign. actio. l. cum
& sortis. §. fi. & statim latius dicetur. De alijs etiam
exempla sume, vt in gl. Attendite tamẽ ad præmis-
sa, quòd quamuis rei suę non consistat precarium,
8 emptio, & locatio, vt hic: †possum tamẽ rem meã,
quam alius possidet, respectu possessionis stipula-
ri, conducere, emere, & precario rogare, vt l. si rem
aliquam. ff. de ãcquir. posses. quia tamen illa l. est ita
difficilis; sicut sit aliqua in mũdo, vt dicit ibi Bar.
& materia eius subtilis & cotidiana est, per quam

declaratur hæc regula.Ideo vidẽdũ eſt de intellectu
illius legis. Et materiam cuiuslibet puncti aſſumit
Barto.per tria mẽbra.primò vtrum perdatur poſ-
ſeſsio.ſecundò vtrum perdatur dominium. & ter-
tiò,an valeat contractus. Primò igitur videndum
9 eſt,†an conducẽs rem ſuam,perdat poſſeſsionẽ.Et
quia quãdoq; dñs & poſſeſſor cõducit à nõ poſſeſ-
ſore & ignoranter, & poteſt eſſe quòd ignorat ſe
poſsidere,quia poſsidebat per ſeruum vel filiũ, ex
cauſa peculiari,vel per procuratorẽ : quo caſu per
ignorantiã vel errorem,non perdit poſſeſsionem,
vt notat glo.j.dictæ legis,ſi rem aliquã. & ibi Bar.
& Imo. vel quando ex obliuione intercedẽte tem-
poris curſu poſsidebat, quo caſu poſſeſsionem nõ
perdit per obliuionem,vt dicunt Barto.& Ioan.de
Imol.in dicta l.ſi rem.& l.ſi is qui.eod.ti. Alioquin
obliuione perderetur poſſeſsio, l. ſi id quod. ff. de
acquiren.poſſeſ.quandoq; verò conducit à nõ poſ-
ſeſſore ſcienter,quandoq; ignorãter.gloſ. quam ſe-
quitur Bart.in dicta l.ſi rem.dicit poſſeſsionẽ non
perdi per conductionem, per l.ſi me in vacuam.e.
tit.de acquiren.poſſe.quia non eſt animus perden-
di poſſeſsionem, quam quis putat ſe non habere.
bene facit l.mater decedens. cum ibi notatis. ff.de
inoffic.teſta.& l.legitimam.de peti.hære. Nec etiã
perditur dominium,quia perdi nõ poteſt ſola vo-
lũtate.l.ſi quis vi.§.differentia.eod.ti.nec valet cõ-
tractus locationis: quia cum dominium non per-
dat,rei ſuæ conductio non tenet,vt hic, & l.nõ ſo-
let.ff.locati.cum ſimilibus. Si verò quis ſciẽs ſe do
minum & poſſeſſorẽ,rem ſuam conducat:aut con-
ducit quaſi non ſuam,aut quaſi ſuam : ſi quaſi non
10 ſuam,†vtrum hoc caſu perdatur dominium,gloſſ.
in alleg.l.ſi rem. tenet quòd non, quia non ſufficit
animus conducentis tantum ad perdendum domi-
nium, vt dicto §.differentia.Item quia quãdo tra-
dit quis verẽ rem ſuam,quaſi nõ ſuam,ſed tãquam
alienam,non transfert dominium.l.ij.§.ſubtilius.
ff.de condi.ob cauſam.multo minus debet perdere
tradendo fictẽ,ſcilicet conducendo. Vtrum autem
iſto caſu perdatur poſſeſsio,dicit glo.dictæ legis,ſi
rem aliquam.quòd ſic per l.quod meo. eod.titu.de
acquiren.poſſeſ.quæ non videtur verum dicere ſe-
cũdum Ia.de Are. quia cauſa,quę nõ eſt habilis ad
translationem dominij,non eſt habilis ad transla-
tionẽ poſſeſsionis,vt notatur in dicta l.quod meo.
per l.nunquam.de acquiren.rerum do.ſed ſecundũ
gl.iſta cauſa nõ eſt habilis ad dominij trãslationẽ,
ergo nec poſſeſsionis.Et iſta ratione Iaco.de Aret.
reprehendit gloſſ. & eum ſequitur Bald. in dicta l.
qui rem.C.locati. Sed reprehenſionis ratio Iacobi
de Aret.non placuit Bart.quia quædam ſunt cau-
ſæ inhabiles ad translationem dominij, quæ ſunt
habiles ad transferẽdum poſſeſsionem. l.j. §.ſi vir.
de acquirẽ.poſſ.cũ ſimilibus. finaliter tamen Bart.
reprobat gl.alia ratione per l.ei à quo.ff.de vſuca.
vbi dominus conducens rem quam non poſsidet,
acquirit poſſeſsionem : & ſic multo fortius, ſi ha-
bet poſſeſsionem,per talem contractum cõductio-
nis debet illam retinere, argu. l. j. §. quod ait.ff.de
ſuperficiebus. Vos verò ſecundũ Imol. poteſtis te-
nere cum gl.dictæ l.ſi rem aliquam.quam ſequitur
gl.in dicta l.qui rem.C. locati.& ibi Cy. illã tenet
per dictam l.qui rem.à contrario ſenſu.Nã ſi igno-
rans non perdit poſſeſsionẽ,ergo à contrario ſciẽs
debet perdere : quia illa gloſſ.relata ad text.ſi bene
ponderetur,loquitur quãdo dominus & poſſeſſor
hoc ſciens conducit rem ſuam tanquam alienam.
& pro hoc etiam facit,quia iſte conducendo vide-
tur velle transferre poſſeſsionem in alium,ar.l.qui
bona fide.ff.de acq.poſſ.ergo cũ velit perdere poſ-
ſeſsionem,illã debet amittere:etiã ſi alteri nõ quę-
reretur,ex quo ille non diſſentit, imò potius con-
ſentit,ar.l.quod meo. §.ſi furioſo. & dicto §. diffe-
rentia.Nec obſtat dicta l.ei à quo. quia debet intel
ligi,quando dominus ignorans cõducebat rẽ ſuã,
aliàs videretur ſecus, per dictam l. qui rem.à con-
trario ſenſu. Et pro hoc etiam, quia imputandum
videtur ſcienti,quare rem ſuam conducit,quæ ra-
tio ceſſat in ignorante. Ideo tunc facilius perdatur Quæ-
11 poſſeſsio.Sed tunc dubium eſt, †an teneat contra- ſtio.
ctus locationis & conductionis.Bart.dicit,ꝙ quia
non perditur dominium neq; poſſeſsio,& ſic con-
cluditur,quòd nõ valet, quia conducit rem ſuam,
& à ſe poſſeſſam, quod facere non poteſt,vt in hac
l.& dicta l.non ſolet.cum concor. Imola autem fa-
tetur ſatis clarũ eſſe, ꝙ contractus non tenuit ſi te-
neamus opinionẽ Iac.de Aret.& Bar.& Bal.quòd
dominiũ & poſſeſsio nõ perdatur,quia conductor
ex natura contractus cõductionis.l. ſi quis ante.ff.
de acq.poſ.quam hic haberet ſecundum eos. Sed ſi
teneamus poſſeſsionem amitti,vt voluit dictæ glo.
eſt maius dubium.Satis tamẽ putat Imo. poſſe di-
ci,ꝙ non teneat contractus, quia conducendo rem
videtur cõducere reſpectu proprietatis: & demum
videtur conducere reſpectu poſſeſsionis, quando
conducit poſſeſsionẽ rei, vt voluit text.dictæ l.ſi
rẽ aliquam.in fi.& ibi Bar.& ideo ex quo reſpectu
proprietatis videtur conduxiſſe,ſine dubio nõ te-
net contractus,ex quo erat dominus conducẽs, vt
dicta l.ſi rem aliquam.videtur innuere,& remane-
bit etiam dominus, vt tetigit ibi gloſ.Et per hoc
12 videretur conſequenter,ꝙ †non eſſet trãslata poſ-
ſeſsio in locantem, quia illa remanebat quærenda
per cõtractum locationis, dicta l.qui bona fide. de
acq.poſ.quod fieri nõ potuit,ſi contractus erat nul-
lus,arg.l.non dubium.C.de legi.Eſt tamen verum
ꝙ poſſeſsio perdita eſt,quia illã voluit conducens
perdere,& in aliũ transferre,dicta l. qui bona fide.
& licet non potuerit transferre, perdit tamẽ ex eo
quo voluit perdere,per dictam l.quod meo.§.ſi fu-
rioſo.Si verò cõducat quaſi ſuam,gl.tãgit in dicta
l.ſi rẽ aliquam. ſuper verbo, an quaſi meã. & vult
ꝙ ſciẽs ſe dominum & poſſeſſorem conducẽs qua-
13 ſi ſuam,†transferat poſſeſsionem & proprietãtem
in locãtem.& idẽ voluit gl.fi. in dicta l.ſed priuſq;
vlterius procedamus ad probationem vel impro-
bationem dictæ gl.quæritur de modo cognoſcen-
14 di,†an quis conducat rem ſuam vt ſuam,vel qua-
ſi alienam.Bart.dicit,ꝙ cõducat quaſi non ſuam ſi
in inſtrumento cõtinetur:talis conceſsit tali talem
fundum,tunc locauit quaſi ſuum, non tanquã cõ-
ducẽtis,& conducens tanquã alienum conducit. Si
verò dixerit ſic,dominus talis fundi ſciẽs ſe domi-
num & poſſeſſorem eiuſdem fundi conducit à tali,
tunc conducit tanquam ſuum, & ille locat vt alie-
num

19 cit etiam, quòd † ad probandum contractum fœneratitium, sufficit probari ita fuisse à partibus præordinatum, licet tabellio & testes descripti in instrumẽto de hoc nihil sciãt, si probetur per alios testes, vt eleganter dicit Innocen. in alleg. cap. grauis. Quod intelligit esse verũ, quando sic erat præordinatum firmando, secus si ratiocinando duntaxat, quia multa dicuntur quæ non fiunt. ff. de ædilitio edict. l. sciendum. §. dictum. & in hoc multum habebit locum arbitrium iudicis, secundum eum. Nam ꝙ aliquis sit fœnerator, est quædã infamia, super qua iudicis officium multum potest, vt not. Innoc. in c. cũm oporteat. extra de accus. Demum subdit Bal. quòd alij dicunt pœnam appositam in contractu transactionis posse indistinctè peti, quia nõ adijcitur dationi quãtitatis: quia transactio est contractus innominatus, facio vt des, quãdo actor remittit actionem, vt reus promittat quãtitatem. Vnde

Vnde pœna promissa actori promittitur, quia facit, & sic super contractu innominato. Et idē quando adijcitur laudo arbitrorum, quia redigitur ad instar transactionis, vt dictū est. Ex prædictis concludit, quòd si adijcitur in cōtractu mutui, videtur inserta loco vsurarū. Si verò adhibetur in alio contractu, in quo non consideratur mera datio, sed factum, tenet adiectio pœnæ. Quod dicit esse verum, etiam de iure canonico, vt plenè not. per Innocen. & alios in dicto c. suam. de pœnis. Sed dicit Imola esse aduertendum, quòd licet transactio sit contractus innominatus, tamen respectu actoris, quando vult agere ad pœnā, videtur adiecta dationi, si reus non dat, quod in trāsactione deuenit. Ideo videtur non posse peti, si adijciatur dationi pecuniæ, quia reus debet pecuniam dare. Attamen dicit saluādo Bal. posse dici, quòd in contractu transactionis, licet actum sit, quòd reus det quātitatem, non videtur adiecta meræ dationi, quia non est interposita merè in fauorem actoris, sed vtriusq; partis, & sic etiā rei, si actor cōtra faceret. Sicut ergo reus posset tunc petere pœnā, ita econtra actor, si reus contra faciat ratione æqualitatis seruandæ, argu. l. fin. C. de fruct. & li. ex. & l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & l. si. de acceptila. ideo bene dicit Bal. quòd l. cum allegas. habet locū, quando apponitur pœna meræ dationi pecuniæ: secus quādo etiā facto, & pro cautela vtriusq; partis, quia hoc casu nō loquitur dicta l. cum allegas. & similes, & per hæc habes materiam istam plenè declaratam. Cætera discatis vt per Doctores in locis allegatis.

Summarium.

1 ☞Consilium circa cōtractus regulariter non obligat.
2 Consilium in delictis quomodo & quādo obliget.
3 Conatus non sequuto effectu quando punitur.
4 Consilium præstans dicitur præstare opem, largè.
5 Cōsiliū, instructio, persuasio & impulsio idē sunt.
6 Consulēs delictum an teneatur, vbi alter erat alioqui facturus. & nū. 7.
8 Incitantes aliquē ad iracundiam, ex qua sequitur scandalum vel homicidiū, sunt seueriter puniēdi.
9 Interdictū vnde vi, quādo detur cōtra consulentē.
10 Consulens maleficiū, in foro animæ tenetur ad integram restitutionem.
11 Associans raptorem, vt personam tueatur, non vt consulat, ad quid teneatur.
12 Clericus ex solo homicidij consilio deponitur.
13 Clericus ex homicidij consilio depositus ab altari sacro, an cum alijs possit cantare.
14 Consilium homicidij qui dedit, an sola reuocatione excusetur.
15 Mandatum de homicidio sola reuocatione, etiam tacita excusatur.
16 Consilium homicidij an noceat, vbi homicida iurat se non fuisse motum illo consilio.
17 Irregularis an fiat, qui consulit aliquid, ex quo sequitur homicidium. & nu. 18. & 19.
20 Consulens alicui vt seipsum interficiat, an fiat irregularis.
21 Consulens vt alium interficiat, qui tamen interficitur, an sit irregularis.
22 Consulens pro Christo mori, non peccat.
23 Consulens iudici imperitè, an teneatur.
24 Donare volentem auertens an teneatur.

Consilij non fraudulenti nulla obligatio est. Cæterùm si dolus & calliditas intercesserit, de dolo actio competit.

VNICVM exemplum hic ponit glos. de §. tua. Instit. man. cui cōcor. l. ij. §. tua. ff. manda. & eodem modo ponit exēplū Dy. in cap. nullus ex consilio. extra eod. tit. lib. vj. & ibi eodem modo ponit exemplum Ioā. And. & allegat xiij. quæstio. j. c. quod præcipitur. Et ex illis iuribus colligitur ratio regulæ, quia ille cui præstatur consilium debet æstimare & deliberare, an sibi expediat illud sequi, vel nō, vt dictis iuribus. Sed vbi in cōsilio interuenit fraus vel dolus, etiam si duret ratio prædicta, propter fraudem tenetur cōsilium dans, vt l. quod si cum scires. ff. de dolo. & extra de renun. cap. sanè. & lxxxvj. dist. cap. tanta. Pro cuius materiæ examinatione potest colligi ex dictis gl. & Docto. quòd aut cōsilium præbetur circa cōtractus vel quasi, aut circa delicta vel quasi. Primo 1 casu, regulariter † cōsilium nō est obligatorium inter cōsulentem, & eum cui præstatur cōsilium, vt hic. & dicta l. ij. in §. tua. ff. mand. & c. nullus ex cōsilio. eod. tit. lib. vj. Et hoc verum, quando cōsilium non est fraudulentū, vt dictis iuribus. & l. eleganter. §. si. ff. de dolo. Vbi verò esset fraudulentum obligatur consulens, maximè vbi suscipiens consilium fraudem ignorauit, vt dicta l. quod si cum scires. facit l. ij. ff. de proxeneticis. Item etiam fallit dicta regula, vbi suscipiens cōsilium aliàs non erat facturus, vt l. si remunerandi. §. si tibi. versic. planè. ff. mand.
2 Secundo casu, † aut ex consilio deuenitur in proprium nomē delicti mediatè vel immediatè, & potest agi contra consiliariū, vt ff. de ser. cor. l. j. §. persuadere. quia lex punit persuasionē seu consiliū. & illud notat etiam facto non sequuto, vt ibi not. & Instit. de obli. quæ ex deli. nascun. §. ope. Aliquādo delictum, super quo fuit præstitum cōsilium, non fuit consummatum, nec deductū ad actum, & consulens nō tenetur regulariter. l. si quis vxori. §. neq; verbo. ff. de furt. & l. qui seruo. in prin. eod. tit. & de iniurijs. l. item apud Labeonē. §. si curauerit. & de verborum signi. l. sæpe. in fin. Et hoc verum, secundum Salicet. in l. vnica. C. de rapto. virgi. quando conatus nō habuit effectum, nec punitur iure, non sequuto effectu. Sed quando punitur, ac si fuisset se-
3 quutus effectus, † quod est generaliter in atrocioribus, iuxta not. in l. si quis non dicam. C. de episc. & cleri. & l. j. §. j. ff. de sicar. & l. quisquis. ad legem Iuliam maiest. quæstio ista est magis dubia. Et quidam dixerunt cōsulentem debere puniri, per tex. l. vnicæ. in verbo, cæteros. alleg. nam si in flagranti crimine raptor sit occisus, certum est conatū suum

non habuisse effectum: attamen conscij & cæteri, qui quancunq; opem tulerunt, sunt puniendi pœna ordinaria illius legis. & hoc credit ibi Sali.fore verum. Pro quo facit l.si quis seruo.C.de furtis &
4 seruo cor. quia lato sumpto vocabulo,†consilium præstans dicitur præstare opem,licet nō de stricto vocabulo,vt est text. menti tenendus in l.in furti.
5 §.ope.ff.de furt.†consiliū tamē, instructio,persuasio & impulsio non differunt,vt ibi est tex. notabilis.& tenet Bart.in l.non solum.§.si mandato. ff.de
6 iniurijs. † Si autem delictum fuit consummatum, tunc aut suscipiens cōsilium erat aliàs facturus, & tunc non tenetur consulens. & hoc tenere videtur glos.in dicto §. si mandato.& hic.& Alberi.in l.ij. §.fin.ff.mand.& Dy.in cap.alleg.nullus ex cōsilio. Sed contrarium not.Instit.de oblig.quæ ex delicto nascun. §. ope. & in dicto §. persuadere.& l.sæpe. in fin. de verborum signi. & pro ista parte videtur tex.in alleg.§.persuadere. quia non debuit persuadendo malitiam augere. Sed pro prima parte videtur tex.in alleg.§.si mandato.versic. Attilicinus.
7 Sed † omissis disputationibus & distinctionibus quorūdam de leuibus & grauibus delictis, de quibus per Bar.in dicto §.si mandato. & Sali.in dicta l.vnica,dicunt ipsi,quòd distinctio Dyni videtur vera,qui dicebat, q aut loquimur in delictis, quæ committuntur circa rem,vt in furto,& tunc habet locum distinctio,an esset aliàs facturus vel non:ita loquantur glos.& iura allegata pro hac parte. Aut in delictis commissis circa personam,& ista distinctio non habeat locum. & hoc probatur in dicto §. persuadere.hoc idem probat Bar.per l.hæc verba. ff.de adult.quæ in persuadente loquitur.& l.j.§.incidit.ff.ad Turpil.quæ loquitur in instigante:ergo in vtroq; casu tenetur,sed differmiter.nam vbi faciens aliàs non esset facturus,teneatur & consulens eadē pœna,qua faciens,nisi aliter lege caueatur,vt l.nihil.ff.ad legē Cornel.de sica. & ad legem Pompeiam de parricid.l.vtrum. & dicto §.incidit. Vbi autem erat aliàs facturus, mitius puniatur,quia debet pœna cōmensurari delicto,vt l.j. C.de his qui latro.& l.miles.§.mulier. ff.de adult.& cap.sicut dignum.extra de homici. vbi hoc clarius probatur. de quo videte bonam gl.in cap.cūm quidam. extra de iureiuran.& in c.homo Christianus. xl.dist. Nec obstat §.persuadere.quia ibi loquitur in delictis de facili trahibilibus in exemplum:& ibi persuasio,vt dictum est, cadit in nomen delicti,& ibi punitur affectus, licet non sequatur effectus,vt dicta l.si quis seruo. Vel potest dici, secundum Salic. quòd ibi pœna à lege est declarata. hoc idem tenet Angel.in l.j.C.de Nili agge. non rumpen. qui allegat xcij.dist.c. cantantes. Et habent locum prædicta, vbi id quod persuadetur cadit in delictum, quia vbi nō caderet in delictum,haberet locum id quod dictum est in contractibus,per iura allegata, in quibus tractatur de obligatione inducenda vel non inducenda inter consulentem, & suscipientem consilium. In criminibus verò tractatur de obligatione inducenda vel non,inter dantem consilium, & eum contra quem persuadetur seu consulitur.& hanc distinctionem Dy.Bartol.& Salicet.sequitur Angel.Aret.in sua inquisitione glos. super verbo,

Sempronium mandatorem.xxij.quæstio.& ibi docet modum practicādi tam pro accusatore, quàm pro reo,articulando quòd ille cui fuit datum consilium committēdi delictum,illud erat aliàs facturus, vel non facturus. quod dicit esse menti tenendum.& videte glos.& ibi Ioā.de Imola in Clem.j. extra de pœnis.vbi refert quæ dicta sunt superius. Addit etiam de Ana.in dicto c.sicut dignum.vers. qui verò.notandum esse illum tex.contra illos,qui
8 †incitant aliquem ad odium, & iram contra proximum. nam si ex illa instigatione sequitur homicidium vel aliud graue scandalū, sunt seueriter puniendi,non tamen quantum principaliter occidentes vel delinquentes, nisi instigatio tenderet ad certum delictum,quod postea esset sequutū. & videte ibi Innocen.qui elegantissimè loquitur in glos.magna.vbi quo ad dantes cōsilium vult,quòd si dent consilium,spolium vel aliud delictum fieri,tenen-
9 tur de dolo:& licet † interdictū vnde vi, vel vi bonorum raptorum, nō competat contra consulentes,vt in cap.cūm ad sedem.extra de restit.spoli.& ff.de vi & vi arma.l.cum à te. & l.iij.§.cum procurator.& per Innocen.in c.querelam.extra de elect. tamen in defectu, vel quia principalis non est soluendo, vel quia non reperitur, vel quia ex aliqua iusta causa vult damnum passus agere contra illos qui consilium dederunt, hoc certe potest, argu.l.j.
10 in princ.ff.de dolo.& hoc in foro contentioso. †In foro autem animæ consulens maleficium,omnino tenetur damnum passo ad integram restitutionem & satisfactionem, quia sint in culpa dando consilium.quod procedit secundum Innocen.& Ioan.de Ana. si non reperitur principalis. vel si reperitur, damnum passus non vult agere cōtra illum ex aliqua causa etiā iniusta.Et ex his habes differentiam inter forum pœnitentialem,& cōtentiosum.Nam in contentioso agitur contra consilium dantem,si non potest agi contra principalem,argu.l.fin.ff.de eo per quem fact.erit.sed in foro pœnitentiæ tenetur indistinctè. Et potest esse ratio diuersitatis, secundum de Ana.quia in foro animæ non curamus de stricto modo intentandi actionem,sed attēditur ipsum factum purum: ex quo enim dedit causam damni, tenetur ad eius emendam in foro animæ. quod est valde notādum,secundum de Anania,& do.Panor.quia quotidianū. Caueant igitur secundum eos consiliarij dominorum, quia tenentur ad restitutionem male ablatorum per istos dominos: & potest agi contra cōsulentem, si quis agere non vult contra rapientem. Et licet per sentētiam liberetur consultor,non tamē est liberatus raptor: sed si libero rapientē,intelligor liberare consulentem: quia sublato principali submouetur & accessoriū, arg.in cap.translato. extra de constit.& not.in l.j. C.si vendi.pig.agatur. non tamen erit liber in foro conscientiæ,si aliquid ad eum peruenit.Et istud refert & sequitur Ang.in dicta l.j.C.de Nili agge. non rumpen. Si verò non dedit aliquis consilium
11 ad rapinam cōmittendam,imò eam dissuasit,† sed associauit raptorem,ne læderetur ab alio; si principalis nihil abstulit,non tenetur qui associauit: si verò asportauit, tunc si aliàs iuisset, & asportasset sine societate ipsius,nō tenetur associans.Et in hoc est

est differentia inter præbentem auxilium, & præ-
bentem consilium, secundum Innocen. & de Ana.
nam præbens cõsilium tenetur in totum, sed præ-
bens auxilium tenetur tantum ad id super quo au-
xilium processit, & quatenus auxilium profuit. Et
est ratio diuersitatis, quia consilium vagatur ad to-
tam rapinam, & ideo consulens tenetur in totum:
sed auxilians nõ tenetur nisi ad id, super quo præ-
stitit auxilium. quod est bene notãdum, secundum
Panormit. & Ioan. de Ana. Additur etiam prædi-
ctis secundum dictum de Ana. in dicto cap. sicut di
12 gnum. versi. clericos. vbi dicit, quòd † clericus non
solum propter homicidium commissum facto sit
deponendus, sed etiam ex cõsilio solo impenso ad
homicidium: non enim debent clerici auxilium
vel cõsilium præstare homicidæ, imò nec interesse
talibus, etiam si sententia sanguinis sit iusta, vt in
cap. sententiam. extra ne clerici vel monachi. & in
cap. ex literis. de excessib. prælat. Remouentur enim
tales presbyteri, non solum ab altaris ministerio,
sed etiam non debent legere lectiones, nec cantare
Quæstio. 13 responsoria separatim in choro. † Vtrum autem
possint cum aliis. quidam quòd sic, vt refert Ana.
sed Io. Andr. dicit, quòd sibi videtur solum Psal-
Quæstio. 14 modiam reseruari. vide ibi per eos. † Vtrum autem
sufficiat reuocari consilium ad excusationem con-
sulentis. Innocen. in cap. ad audiẽtiam. extra de ho-
micid. dicit, quòd nõ solum oportet reuocare con-
silium, imò etiam necesse videtur, quòd intimetur
illi, contra quem datum est consilium, quòd sibi ca
ueat, nisi quando firmiter, & probabiliter crederet
consulens, illum cui præstitit consilium, & malefi-
cium suggessit, esse acquieturum reuocationi con-
silij. Hoc sequitur Bartol. in dicto §. si mandato. &
Salicet. in allegat. l. j. de rapto. vir. & Aretinus, vbi
15 suprà xxiij. quæstio. Et addunt, quòd † secus est in
mandato, quia sufficit sola reuocatio, vt l. si man-
dassem. ff. mand. Imò tacita reuocatio sufficeret: pu
ta si feci pacem vel contraxi parentelam vel aliam
amicitiam cum eo, contra quem feci mandatum,
mãdatario illud sciẽte: hoc enim ipso videtur man
datum reuocatũ, arg. in l. iij. §. fin. cum legibus seq.
ff. de adimen. & transferen. legat. Et redditur ratio
diuersitatis inter consiliũ & mandatum, quia man
datum fit gratia mandantis: ideo verisimile est, ꝙ
reuocatione facta mandatarius desistet: sed consi-
lium exhibetur non gratia cõsulentis, sed illius cui
datur, ideo requiritur intimatio. & hanc conside-
rationem approbant Bartol. Salicet. & Angelus
Aretinus, vbi suprà, & ita intelligunt dictũ Inno-
centij. refert tamen domi. Ioan. de Anania in dicto
cap. ad audientiam. quòd domi. Florianus dicebat
non esse necessariã intimationem seu denuntiatio-
nem illi, cõtra quem fuit præstitum cõsilium: quia
ex quo ille qui consuluit reuocauit, est perinde ac si
non consuluisset. De ista quæstione tangit Bald. in
l. non ideo minus. C. de accusat. & ibi sequitur In-
nocen. & plenius in l. j. C. de seruis fugitiuis. & in l.
mandatum. C. mand. vbi dubium facit quomodo
possit mandatum vel consilium reuocari, quia est
periculosum intimare illi de cuius morte tractatur.
ideo dicit quòd est sibi intimandum absq; nomi-
natione personæ. & hoc etiam vult Innoc. De con
silio autem quod est menti impressum, quomodo
possit reuocari, quia iam sedet in animo: dicit ꝙ
satis est dissuadere, quantũ potest dissuaderi. & ita
dicit velle Innocen. in alleg. cap. ad audientiam.
Dicunt tamen Doct. quòd in dubio melius est ab-
16 stinere à talibus cõsilijs & mandatis. † Quid autem Quæstio.
si homicida dicat per suum iuramẽtum, non fuisse
motum ex illo cõsilio ad occidendum? dicit Inno.
non esse illi credendum, si cõsilium erat famosum,
vel inde suscitatum scandalum, per cap. ex literis.
j. extra de homic. secus si erat occultum, argumen.
cap. exhibita. & cap. petitio. eodem tit. Bal. mouet
quęstionem istam in mandato, in tit. de pace iura-
mento fir. §. iniuria. & dicit quòd Docto. mouent
quæstionẽ in dicto c. ad audientiam. & nõ clarẽ re-
spondent. Ideo dicit recurri debere ad coniecturas:
& in dubio præsumitur contra mandantem, vt l.
sæpe. in fin. ff. de verborum signific. nec est bonum
testimonium delinquentis. l. fin. C. de accusat. hoc
recitat domi. Ioan. de Ana. in alleg. cap. ad audien-
tiam. & non cõtradicit. Plures aliæ quæstiones tan
gentes materiam irregularitatis quo ad consilium
præstantes tangunt Docto. in dicto cap. ad audien
17 tiam. quas recitat Ioan. de Ana. primò † si consu-
lens homicidium indirectè, puta consuluit iactum
machinæ vel balistæ, vel insultum ad capiendum
castrum, si inde aliquis occidatur sit irregularis. &
tenet Innocen. quem alij sequuntur, quòd sic, quia
nimis propinquam, & verisimilem occasionẽ de-
dit homicidio. Debuit enim cogitare posse eueni-
re homicidium, cum talia non consueuerint fieri
sine homicidio. Et si non cogitauerit, sibi impute-
tur, in cap. continebatur. & cap. de cætero. extra de
homicid. Et maximè, quia hoc non est officium cle
ricorum & sacerdotum, in cap. suscepimus. de ho-
micid. & cap. fi. de postulan. & facit quia vbi adest
dolus vel culpa, inspicimus contra delinquentem,
quod euenire potest, quo ad pœnam sibi infligen-
dam, arg. notatorum in l. diuortio. ff. de neg. gestis.
Accedat cap. si quis viduam. 50. dist. & hoc sequi-
tur Ioan. Andr. in cap. Felicis. in princip. extra de
pœnis. lib. vj. in nouel. iungantur notata in l. quo-
niam multa facinora. C. ad legem Iuliam de vi pu.
18 Item pone, quòd † non cõsuluit castrum expugna- Quæstio.
ri, sed furtiuè vel proditoriè capi. Melius est omis-
sis opinionibus dicere, quòd cum illicitũ sit opus
quod consulitur, erit irregularis, etiam si casu se-
quatur mors, vt probatur in prædictis iuribus, se-
cundum Ioan. de Ana. Idem dicendum est, si con-
sulit aliquem verberari, quia satis verisimile est,
quòd verberatus se defendet, in cap. ij. extra de ho-
micidio. & est hodie expressum in cap. is qui. extra
de homicid. libr. vj. vbi ponderari debet, quòd in
illo cap. duæ causæ exprimuntur, quia mandat vel
consulit rem illicitam: & quia cogitare debuit hoc
posse euenire. Et per hoc dicunt Doctores decidi
multas ex quæstionibus Innocen. in cap. allegat. ad
audientiam. Idem dici debet si consulat, quòd quis
furtiuè capiatur. licet enim in istis casibus non ita
de facili sequatur homicidium, sicut in pręcedenti
dubio, tamen sæpe ex his prouenit homicidium,
& ideo si sequatur, consulens erit irregularis: & est
hoc satis notatu dignum, vt dicit do. Ioan. de Ana.

quòd extenduntur iura quæ dicunt, quem fieri ir-
regularem ex solo consilio, vt dicto cap. sicut di-
gnum. quia procedunt, quando non solum quis di
rectè consuluit in mortē alicuius, sed etiam quan-
19 do præstat causam propinquam morti. † Et præ-
dicta procedunt, quando consulitur res illicita: se-
cus si licita, vt si consulat capi maleficum, vt pu-
niatur, vel consulat quòd quis exponat se pro pa-
tria vel fide Christiana. Nam si sequatur homici-
dium, non imputatur consulenti. xxiij. quæst. viij.
cap. quicunque. §. his ita respondetur. & cap. hor-
tatu. quia consilium non directè tendebat in mor-
tem alicuius, & erat licitum consilium seu super li-
cito, & sequutum est homicidium præter conscien
tiam consulentis, argumen. cap. fin. extra de homi-
cidio. Secus si directè in mortē alicuius dedit con-
silium, vt in cap. sententiam sanguinis. extra ne cle
rici vel monachi. licet verba illius cap. sonare vi-
deantur, quòd idem sit dicendū, quando indirectè.
Sed secundum de Anania verbum, præter eius cō-
scientiam, fortè tollit contrarium. Et per hoc di-
cit, quòd si clerici dent consilium legibus vel statu
tis condendis, licet sequatur per accidens mors ali-
cuius, non sunt irregulares. & hoc tenuit Bald. in
authen. habita. C. ne filius pro patre. in principio.
per illum text. qui probat, quòd Imperator in suo
cōsilio habet, nō solum laicos, sed clericos, de quo-
20 rum consilio leges promulgantur. Quid † si quis
cōsuluit alicui, vt in aquam vel mare se proijciat,
vel de loco alto se præcipitet, aut aliter se occidat,
ille acquiescat consilio, an consulens sit irregularis.
Innocen. quem sequuntur Docto. credit quòd sic,
argumen. dicti cap. si quis viduam. Sed dicit domi
nus Ioannes de Anania considerandum, quòd tunc
propriè ex suggestione seu consilio tenetur, quan-
do fit fauore illius cui suggeritur: sed istud fit in
odium eius, ergo non videtur obligari, sed potius
stultitiæ suæ sit imputandum, quia tale consilium
sequutus est, quod sequi non debuit, argumentum
optimū eius quod habetur in l. quidam in suo. in
principio. ff. de conditio. institut. & not. glos. xiij.
quæstio. ij. cap. vltima voluntas. vbi hæres non te-
netur seruare ordinationem testatoris, per quam
iussit ossa sua proijci in mare, imò laudandus est,
si non seruauit illam. Ita dicatur in proposito, quia
ille non debuit seruare tale consilium. pro quo fa-
cit quod dicetur in sequenti quæstione. Quæritur,
21 † si consulo Sempronio, vt occidat Titium, & ille
cōsilio acquiescit, & dum Titium aggreditur cau-
sa occidendi, Titius se defendendo Sempronium
occidit: vtrum ego sim irregularis? Quidam quòd
sic, quia illicito cōsilio vel illicito operi dedit ope-
ram, ideo est consulenti imputandum omne ma-
lum quod inde sequitur, argumen. in cap. suscepi-
mus. & cap. continebatur. de homicidio. & facit di
cta l. quoniam multa facinora. & 50. distin. hi qui
arborem. Alij dicunt contrarium, nisi hoc fraudu-
lenter fecissem, vt occideretur. Ideo autem nō sum
irregularis, quia nec actu nec dolo commisi homi-
cidium. Nec obstat, quòd consilium fuit malum,
quia non fuit ad mortem eius, & cauere debuit ille
cui suggessi, & captare locum & tempus, vbi sine
periculo alium interficere posset. Et hoc dicit In-
nocentius verum, vbi consilium fuit præstitum ad
alium occidendum in loco non periculoso: secus si
loco vel tempore periculoso. Ioan. Andr. in cap. fi.
extra de homicidio. libr. vj. tenet quòd talis est ir-
regularis, per illum text. & hoc dicit verius domi.
Panormit. quia in omnem casum, & euentum iste
incurrit irregularitatem, tanquam dans operā rei
illicitæ: & cogitare debuit istud euenire posse: nam
si detur consilium vel fiat mandatum de verberan
do, & occidatur, consulens vel mandans tanquam
dans causam morti tenetur, vt est tex. in dicto cap.
fin. multo fortius, quando consiliū est ad mortem.
Et hanc partem, secundum quod refert de Anania
tenet dominus Florianus. Et idem dicit in consu-
lente aggressorem, si ex aggressione sequatur mors
vel mutilatio membri, per text. & rationem dicti
cap. & ibi hoc tenet domi. Dominicus & de An-
charano. & facit id quod dictum est in præceden-
tibus, quòd etiam indirectè consulens in alicuius
mortem, & causam morti propinquam præstans
22 irregularitatem incurrit. Sed quid si alicui † con-
sulatur, quòd morti indubitatè se exponat pro ho
nore Christi, vel pro fide, aut pro statu & libertate
ecclesiæ. Dicit Innocentius, quòd non est irregula-
ris, etiā si mors inde sequatur, cum Christus mor-
tuus sit pro nobis, & ei teneamur reddere vices:
vnde martyres sancti pro Christo sanguinem effu
derunt, aliosq; verbo, & exemplo hortati sunt ad
martyrium, & sanguinis effusionē, vt in ipsorum
vita legitur. & ita pertransit domi. Ioan. de Ana.
recitans Innocen. Postremò pro materia huius re-
23 gulæ posset quæri, † an iudicis cōsiliarius præbens
imperitū consiliū teneatur. quod videtur, vt tenet
Specul. tit. de requisi. consilij. §. j. versic. consiliarij.
qui allegat istam regulam, & ad eum remittit Bar.
in l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de actio. & obli. Idem
in assessore, de quo per Docto. in l. ij. ff. quod quisq;
iur. Quid autem de aduocato dante imperitum cō-
silium. glos. in l. j. §. initium. ff. de postulan. videtur
sentire, quòd non teneatur, sed imputet sibi, qui ta
lem elegit. & facit pro hoc l. ij. §. fi. ff. mand. sed ibi
Alber. distinguit, an aduocatus receperit merce-
dem, & tunc teneat de dolo, lata culpa & leui: aliàs
solum teneatur de lata culpa: & hoc æstimabit iu-
dex, an fuerit in dolo vel culpa ex qualitate causæ,
si esset dubia in iure vel nō, vide ibi. & pro hoc vi-
de quæ dicta fuerunt in l. contractus. ff. eod. titul. in
materia latæ culpę. Sed quæritur de quęstione quæ
fuit Cyn. vt dicit Alber. in dicta l. ij. §. fin. ff. mand.
24 † si Titius volebat Caio donare centum, Sempro-
nius verò sibi consuluit, quòd non donaret, an te-
neatur Caio? Et post multa tenet, quòd si simpli-
citer consulat, non tenetur: si autem in damnum
Caij, tunc sic, argum. ff. de legat. ij. l. Lucius. §. Sem-
pronia. & in authenti. vt cum de appellat. cogno.
§. si conuictus. collat. viij.

Summarium.

1 ☞Societas non contrahitur, nisi inter eos, de qui-
bus actum est.
2 Vasalius vasalli mei an sit meus vasallus.
3 Amicus vel inimicus amici vel inimici, an sit mi-
hi talis censendus, vt à testimonio repellatur.

Inimicus

4 Inimicus cenſetur qui non ſalutat, ſi conſueuit.
5 Soror ſororis meæ ex parte matris, non eſt ſoror mea.

Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt.

REGVLA huius §. ſumitur, vt dicit hic gloſ. ex l. qui admittitur. cum legibus ſeq. ff. pro ſocio. & ibi redditur ratio huius regulæ in text. quia ſocietas conſenſu contrahitur, vt ibi. & Inſtit. de obligat. ex conſenſu. in prin. non poteſt igitur eſſe ſocietas, niſi illorum, qui cōtrahunt,
1 conſenſus interueniat. † non eſt igitur ſocij mei ſocius, cum quo non contraxi, meus ſocius, ſed illius dūtaxat, cum quo cōtraxit, vt hic, & ibi. Eſt etiam alia ratio, quia in contractibus perſona nō expreſſa non ſubintelligitur, vt l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. in fi. §. ff. de verb. obli. cum ſuis con
2 cordantijs. Et eſt hic §. in argu. quòd † vaſallus vaſalli mei non ſit meus vaſallus, vt dicit Alber. in l. nam ſocij. ff. pro ſocio. & gloſ. in l. de acceſsionibus. & ibi Bartol. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. & ipſe Bar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis à liberto. de liber. agnoſc. & gloſ. in l. Modeſtinus. ff. de verb. ſig. licet autem nō ſit vaſallus, priuatur tamē propter offenſam domini domini ſui, vt in §. illud. de prohi. feu. alie. per Frede. Et ratio ibi redditur per Bal. & Ioā. Raynaudi, quia feudū afficitur propter ſeruitium, ſicut ſeruitus afficit rem. l. via. §. ſi fundus. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & quia cum cauſa feudi ſeu beneficij fuerit domini primi, non debuit eum offendere, ſed potius honorare, cum ſit dominus domini ſui, arg. ff. mand. l. ſi verò non remunerandi. §. inde Papinianus. Item quia vaſallus non debet copulare amicitias cum inimicis domini ſui, vt in titul. quot teſtes ſunt neceſſa. ad proban. ingra. cap. vnico. igitur ecōtra tenetur amicitias ſeruare cū amicis domini, vt contrariorum ſit eadem diſciplina. Item facit iſte §. ſecundū Alber. in dicta l. nam ſo
3 cij. quòd † amicus vel inimicus amici vel inimici mei, nō ſit meus amicus vel inimicus, & ideo poſſit in cauſa teſtificari. cōtra quod facit l. liberi. cum ſua gloſ. C. de inoffic. teſta. & de legat. l. iiij. §. ſi accuſatio. & de offi. præfect. vrb. l. j. §. cum patronus. & xciij. diſt. cap. j. de hoc vide in cap. repellantur. & cap. cùm oporteat. extra de accuſat. & in cap. per tuas. de ſimo. gloſ. ſuper verbo, capitales. & in authen. de teſti. §. ſi verò quis dicat. coll. vij. & l. licet. ff. de arbit. & vbiq; per Docto. non eſt tamen dan
4 dum obliuioni, quòd † nō ſalutans aliquem præſumitur eius inimicus, vt dicit gloſ. lxiij. diſtin. cap. cum Adrianus. quam dicit eſſe veram domi. Ioan. de Ana. in dicto c. repellantur. quando ille nō ſalutans erat cōſuetus ſalutare. quod tene mēti. & vide Cy. & Bal. in l. ſi quis teſtibus. & in authen. ſi dicatur. C. de teſtib. & ipſum Bald. in l. j. C. ſi quacunq; præd. poteſt. circa quæ nō inſiſto, quia egrediuntur materiā huius regulæ. Item facit hæc regula, ſecun
5 dum Alber. q † ſoror ſororis meæ ex parte matris, non ſit ſoror mea. & probatur lxxxj. diſt. legitur.

Summarium.

1 ☞ Iracundia minuit contractum.
2 Venditio ex iracundia facta, an valeat.
3 Iracundia minuit delictum.
4 Aggreſſori imputatur malum, quod contingit ex conflictu duorum.
5 Iracundiæ calore facta ſi reuocentur, quomodo & quando puniantur.
6 Iniuria non perſeuerantis, ſeu reuocantis cenſetur minor.
7 Delinquens ex propoſito grauius punitur,
8 Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.
9 Iracundia principis lata ſententia non debet ante triginta dies exequutioni mandari.
10 Iracundiæ tempore nō debet iudex quem punire.
11 Bononia diocbatur olim Theſſalonia.

Quicquid calore iracundię vel fit vel dicitur, non prius ratū eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudiciū animi fuiſſe. Ideoq; per eum calorem miſſo repudio, in breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe videtur.

DIVIDITVR in duas partes. Primo ponit regulam. Secundo exemplificat. ſecunda ibi, ideóque. & ſumitur hæc regula de verbo ad verbū ex l. iij. ff. de diuort. & eſt canonizata de pœni. diſt. j. cap. quicunq;. §. diuortiū.
1 Et not. gloſ. hic poſitam quæ dicit, q † iracundia quādoq; minuit contractū, per l. licitatio. in prin. ff. de publica. non tamen dicitur quis cōtrahere calore iracundiæ, quando per illam quis dat bonam cautionem, & bonos fideiuſſores, vt ſuper illo tex. ita not. domi. Ioan. de Imola. & hac occaſione dicit
2 hic Bartol. quòd † ſi quis iratus contra conſanguineos illo calore vendat bona ſua, non videtur valere venditio, niſi probetur poſtea perſeuerātia. & alleg. cap. ſi quis iratus. ij. quæſt. iij. Quādoq; etiam
3 † minuit delictum, vt l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulter. Et ex hac ratione dicit Florianus in l. j. §. cum arietes. ff. ſi quad. paupe. fecíſ. dicatur. quòd
4 † vbi malū contingit ex conflictu inter duos inito, illud imputatur aggreſſori, per illum tex. & facit l. quoniam multa facinora. C. ad legem Iul. de vi. & ibi per Cyn. Et eſt ratio, quia inſultans prouocat inſultatum ad iracundiā: (Videte de Ana. i c. ſignificaſti. de homicid. vltim. col.) & ſic quod inſultatus facit videtur facere calore iracundiæ, ideo ſibi nō eſt imputandum, per iſtam regulā. & dictam l. Gracchus. & facit dictum cap. ſi quis iratus. & c. ſi verò alicuius. extra de ſenten. excō. & C. ſi quis impera. maled. l. vnica. In gloſ. in fi. ibi, fuit perſeuerantia. eodem modo reſpondet gloſ. in contrario, ſcilicet in l. ſi non conuicij. ſed hæc ſolutio non placuit ibi Ioan. Fab. quia ſupponit, quòd ſi non perſeuerauerit, non tenetur quis actione iniuriarum: quod vi

detur iniquum. Nam si quis dedit alapam, cur non tenebitur. l. illud. ff. de iniur. Ideo dicit, quòd in hac regula loquitur in illis, quæ sine partis detrimento possunt reuocari, vt l. j. C. de crimi. stellio. ibi verò in his qui non possunt sine detrimento. Salic. verò ibi, dicit solutionem hic & ibi positam esse diuinatoriam. Ideo etiam gl. ibi dat aliam solutionem, scilicet quòd est speciale in iniuria. quæ solutio nõ placuit Petro & Cyn. quia non vident rationem
5 diuersitatis. Ideo soluunt, vt dictum est, quòd † illa quæ calore iracundiæ fiunt, & sine iniuriati detrimento reuocari possunt, vt repudiũ missum, non puniuntur. Sed illa quæ sine detrimento iniuriati reuocari nõ possunt, vt vituperium alicui factum vel dictum puniuntur, etiam pœnitentia sequuta, vt ibi. Salic. autem has solutiones simul iungit dicens, quòd si dictum vel factum iniuriosum petatur puniri speciali actione descẽdente ex maleficio speciali, in quod illud dictum vel factum iniuriosum cadit, & sit tale factum quod restitui non potest, & tunc punitur, non obstãte quòd calore iracundiæ factum sit, vt l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis. Si verò restitui possit, & tunc restitutione statim facta, nõ punitur illa pœna vel actione descendente ex illo speciali maleficio, nisi perseuerasset, vt in ista regula, cum similibus. Aut petitur puniri actione generali iniuriarum: & tunc si perseuerauerit vel non, puniri potest, vt dicta l. si non cõuicij. in princ. in prima solutione glos. sed diuersimodè,
6 † quia si nõ perseuerauerit, iniuria censetur minor, quàm si perseueret: verbi gratia, aliquis calore iracundiæ ductus profert verba iniuriosa, sed nõ perseuerat: quia illa reuocar, & nõ secretè, sed palàm, & publicè, vt ipsa protulit, & statim: & tunc quia quasi satisfecit iniuriæ, leuiter puniendus est: secus si perseuerauerit: quia tũc grauius punietur. & ita cõcordãtur opiniones. Et facit ad id quod dictum est, quòd iracundia quandoq; minuit delictũ, quia
7 † deliberatè & appensatè delinquens maiori pœna dignus est, quàm si ex calore iracundiæ vel in rixa aut ex abrupto delinqueret, aut etiam impetu vel casu, vt l. j. §. j. & l. si in rixa. ff. de sicar. & in l. respiciendum. §. delinquunt. vbi per glos. & Bar. & in l. aut facta. §. causa. & §. qualitate. ff. de pœnis. & habetur in cap. j. extra de homicid. lib. vj. & probatur
8 in ista regula. Et est ratio, quia † voluntas & propositum distinguunt maleficia, vt l. qui iniuriæ. in princip. ff. de furt. & l. j. C. de sica. cum suis concor. Est etiam hæc regula ratio ad legem, si vindicari.
9 C. de pœnis. vbi † si Imperator aliquid insolitum mandet vel iracundum, debet differri per triginta dies. Et ibi ratio redditur per Salicet. ne princeps philosophia plenus, vt l. omnium. C. de testa. calore iracundiæ motus iniurias dicatur committere, à quo non iniuriæ, sed iura debent emanare, vt l. meminerint. C. vnde vi. Et vt dicit etiam dominus Ioan. de Ana. in cap. illa præpositorum. extra de
10 accusat. † Iudex tempore iracundiæ non debet facere aliquam punitionem. Ideo dicit Iuriscõsultus, quòd iudex aduersus eos, quos malos putat, ira excandescere non debet, vt l. obseruandum. ff. de officio præsid. & facit tex. dictæ l. si vindicari. pro cuius intellectu, videte cap. cum apud Thessalonicam. xj. quæstio. iij. quia ex his quæ ibi habentur potest cognosci, quòd Theodosius Imperator fecit illam legem. & ibi vide causam, quare: quia propter destructionem ciuitatis Thessalonicæ, quæ vt vult gl. in §. hæc autẽ tria. ff. in proœ. Digestorum
11 hodie est † Bononia, fuit excõmunicatus Theodosius, & iussu beati Ambrosij post peractam pœnitentiam Bononiam construxit, cum prius eam destruxisset. & sic oportet dicere iuxta tex. dicti cap. cum apud. quòd Bononia olim Thessalonica vocabatur: & vltra pœnitentiã illud mirabiliter adiecit Imperator, vt sententiæ principum capitales in diem tricesimum ab exequutoribus differrẽtur, vt esset locus misericordiæ vel pœnitentiæ, si calore iracundiæ aliquid seuerum iussisset princeps, vt ibi notatur.

Summarium.

1 ☞ Noxalis exceptio quandoque est præcisa, sicut & actio.
2 Dolus nec doloso nec alteri debet prodesse.

Alterius circumuentio, alteri nõ præbet actionem.

PONE casum in ista regula, vt hic in glos. & videte iura quæ in ea allegãtur: quia clara sunt. Et notate exemplum glos. quod ponit de l. ij. in fin. respon. ff. de eo per quem factũ est. ex quo colligit Bald. ibi,
1 quòd † sicut actio noxalis quandoq; est præcisa, ita etiam quandoq; exceptio noxalis est præcisa, vt in principio illius legis. quod raro secundum eum inuenietur alibi, quòd sit reperire exceptionem noxalem. quod notate.
2 Et notate ex ista regula, quòd † dolus non solum non patrocinatur doloso, vt l. j. in principio. ff. de dolo. sed etiam non prodest alteri, qui ex illo dolo vult consequi actionem vel lucrum. Et quasi idem reputatur cum doloso, vt l. hæredibus. §. in causæ. cum lege sequenti & principio sequen. eodem titu. de dolo. & ibi not. & vide illa quæ notantur in l. & eleganter. in principio. vbi latè per glos. & Doct. eodem tit. & an dolus tutoris, procuratoris, & similium, noceat pupillo vel domino, dicetur j. eod. titulo. l. neq; in interdicto.

Summarium.

1 ☞ Patientia loco cõsensus habetur in eo, qui prohibere potest.
2 Dominus patiens gentem suam delinquere, tenetur.
3 Prohibere potens ne quis lædatur, si non facit, an teneatur. & nume. 4.
5 Defendere negligens non incurrit sententiam excommunicationis.
6 Negligentia quãdo pro crimine imputetur. & numero 7. & 8.

Culpa

Culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

CASVS hic ponitur
per gl.de l.in omnibus.&
l.in delictis.in princ.ff.de
noxalibus.Non enim eſt
in culpa, qui prohibere
non poteſt. Ideo non eſt
puniēdus: ſed ille eſt cul-
pabilis,& puniēdus,qui
præſtat patiētiam auto-
1 rizabilem vel cōſenſum.†Patientia enim loco con
ſenſus habetur,vbi patiēs prohibere potuit, & nō
fecit.additur l.j.§.hæc autē facultas. ff.ſi fa.furt.fe.
dicatur.quia qui prohibere poteſt,& nō prohibet,
ipſe facere videtur, ſcilicet per interpretationē &
fictionem legis,vt dicit Bal.in l.quid ergo.§.j.ff.de
2 his qui not.infa. Et ex hoc colligit ibi arg.ꝙ†do-
minus patiens gentem ſuā facere aliquid,quod po
tuit prohibere,tenetur: & ſic tenetur de patientia,
ſicut de præcepto,ſecundū eum ibi. An autē id in-
telligi debeat de gente ſua libera,quia iura hic alle
gata in gl.loquuntur in ſeruis.videte eū in l.ij.ff.de
eo per quem fa.eſt. qui remittit ad tex.in c.cūm ad
ſedem.extra de reſti.ſpol. vbi dicit eſſe tex.notabi-
lem. Et facit hæc regula,ad quæſt.de qua per Bart.
in dicta l.in delictis. vbi dicit ſe obtinuiſſe in quæ-
ſtione facti,quæ fuit in ſua parochia,vbi erat ſtatu
tum,ꝙ ſi parochiani nō caperent malefactorē,pu-
nirentur: vnus verò deliquit,nec fuit captus,quia
capi nō potuit,eo quia nemine ibi exiſtente,& in
confinibus parochiæ deliquerat, & aufugerat ad
aliud territoriū, excuſauit ideo parochianos,quia
allegauit ſtatutū debere intelligi,ſi capi potuit ma
lefactor: quia culpa carent parochiani,qui capere
non poſſunt, arg.illius legis & huius regulæ.& ita
obtinuit.Vlterius quæſtionē quam hic ponit gloſ.
3 † an ille qui potuit impedire ne aliquis læderetur
& non impediuit,ex hoc teneatur.mouet Dy.in c.
non eſt ſine culpa.extra eod.tit.lib.vj.& ibi do.Bo
nifacius de Amanatis, poſt eum latē, & adducunt
multas rationes ad vtranq; partē. Gloſ.huius legis
dicit,quòd de iure canonico tenetur ſe interponere
verbis honeſtis,vt in c.negligere.ij.q.vij.cōfirma-
tur per c.error. lxxxiij.diſt. & c.dilecto.de ſenten.
excō.lib.vj.Sed de iure ciuili non,quia ſpeciale eſt
in his,quos quis tenetur corrigere, vt ſunt ſerui &
filij,& in his qui ratione ſeruitutis tenentur opem
ferre domino dum occiditur,vt l.j.§.occiſorum.&
§.hoc autē.ff.ad Silleia.& l.fi.C.ad Sillelanū.& iu-
ribus hic alleg, in gl. ergo in cōtrarium eſt ius cō-
mune,vt l.j.in fin.ff.ad municip.Dy.verò in dicto
c.non eſt ſine culpa.nō firmat pedē.Sed gloſ.in di-
4 cto c.negligere.aliter dicit,videlicet ꝙ † quis tene-
tur prohibere proximū à peccato cōmittendo,ſe-
cus in cōmiſſo.Alij intelligunt illud c.in prælatis.
ſecus in alijs.& hoc videtur placuiſſe Bernard.in c.
quantæ. extra de ſen.excō.Hugo. autē intellexit id
cōmuniter præceptum eſſe,quòd quis cum poteſt,
proximi tenetur propulſare iniuriam.& hoc tenet
Archi.in alleg.cap.negligere.per dictum c.dilecto.
vbi idem ſentit do.Ioā.de Ana.in c.ij.& c.ſicut di-
gnum.extra de homic. remittit ad dictū c.quantæ.
de ſen.excō.& c.dilecto.eod.ti.lib.vj.& in Clem.j.
extra de homic.Poteſt autē dici,ſecundum do.Bo-
nifacium, ꝙ aut loquimur de iure fori,aut de iure
5 poli. Primo caſu,aut quærimus†an valens defen-
dere aliquem,&negligens,incurrat ſententiam ex-
cōmunicationis,quam incurrit offendēs.Et dicen-
dum eſt ꝙ non, quia nō eſt agens nec conſentiens,
6 vt not.in alleg.cap.quātæ. †Fallit tamē hoc,ſi no
mine negligentis prohibere fiat læſio:quia ex hoc
videtur approbaſſe,cum ſit veriſimile, ꝙ ſi cōtra-
dixiſſet verbo aut ſigno,lædēs ceſſaſſet, ex quo no
mine ſuo faciebat,arg.l.qui patitur. ff.mandati.&
l.ij.C.de cōmer.& merca. licet Inno.contra ſentiat
in alleg.cap.quātæ. Sed ſi bene intelligatur nō con
tradicit. nam fatetur negligentē incidere in cano-
nem, ſi dolo negligat,& vt putat do.Bonifac. iſte
dolus pręſumitur vehemēter,ex quo neglexit,arg.
c.ad decimas.extra de reſti.ſpo.lib.vj.& ita cōcor.
7 ibi Hoſti. †Fallit etiā ſi negligens habebat in ſub-
ditum illū,qui lædebat ratione iuriſdictionis:nam
incidit in canonē, ſi dolosè neglexit, & cōtra eum
præſumitur vehemēter propter negligentiam, vt
dicto c.quantę.& facit in arg.dicta l.ij.de cōmer.&
merca. Aut quærimus an incurrat aliam pœnā vel
incidat in aliud iuris vinculum. Et tunc aut negli-
gens poterat corrigere offendentē ratione iuriſdi-
ctionis vel patriæ aut dominicæ poteſtatis, & te-
netur,vt dicta l.ij.de cōmer.& merca.& l.j.in prin.
& l.iij.de noxa.& in iſta regula à cōtrario ſenſu,&
in dicto c.negligere.& cap.error.& idem infert do.
8 Bonifa.dici debere de magiſtro,†qui habet corri-
pere eum quem ſuſcepit inſtruendum ratione diſci
plinæ ſcholaſticæ,vt l.item quęritur.§.idem Iulia-
nus.ff.locati.& c.presbyterū.extra de homic. Aut
non habebat eum corrigere,niſi charitatiuē, argu.
c.cūm in officijs.extra de teſta.& tunc putat do.Bo
nifac.eum nō teneri,arg.l.metū.§.ſed licet. ff.quod
metus cau.vbi quis licitē recipit mercedē vel pecu
niam, vt eū liberet ab alio vel tueatur à vi hoſtiū.
Ideo ad hoc nō tenebatur,aliàs inhoneſtē reciperet
pecuniā,vt l.fi.ff.de condi.ob turpē cauſam.& hoc
tenet Bald.in dicto §.ſed licet.per illū tex.& etiam
Bar.Nec obſtant cap.quantæ.& c.dilecto.ſuperius
allegata,ſecundum do.Bonifac.quia loquuntur in
illis,qui poſſunt corrigere ratione poteſtatis ſeu iu
riſdictionis,vt ibi not.& ita pertrāſit.Sed vos co-
gitate:quia text.in dicto c.dilecto. etiā loquitur in
non habētibus poteſtatē vel iuriſdictionē,puta in
vicino vel proximo.Ideo vrget ille tex.contra iſtā
opi.gl.tamē in c.quantę.idē tenet quod do.Bonif.
& alij Docto.quāuis ibi reſpondeat gl.ad tex.dicti
§.ſed licet.vt ibi poteritis videre.& etiā Alber.ſu-
per dicto §.dicit,ꝙ ille tex. ideo permittit recipere
pecuniam pro eruendo aliquem à vi hoſtiū vel la-
tronum,quia ſine periculo hoc facere non poterat
eripiens,& propter periculum recipit licitē pecu-
niam vel mercedem. Remittit tamen ad notata in
dictis capitulis. Secundo caſu,ſi quæramus de iure
poli,putat do.Bonifa.ꝙ teneatur:quia cōtra chari
tatem ratione indicta à natura omiſit facere quod
debuit,per l.ſeruus.ff.de ſer.expor.& l.vt vim.ff.de
iuſti.& iur.& ſic videtur feciſſe aduerſus ea quæ fa-

tere debuit.l.qui non facit. §.eo.tit.& sic potest in-
telligi c.negligere. cap.error. c.quātæ.& c.dilecto.
cum ibi notatis.quod intelligit esse verũ do.Bonif.
quando nõ adhibuit eã opem quam potuit,& scie
bat illã verisimiliter esse læso profuturã, vel in to-
to vel in parte.secus si credebat illã nihil proficere:
quia tunc nõ est negligens censendus. Idem inquit,
si esset meticulosus,vt sunt multi. Et cũ ista in cor-
de cõsistant,cuius solus Deus cognitor est,nõ sunt
secundũ eum aliter iustificanda:quia Deo non sunt
probationes fiendę,cum omnia nouerit.in cap.no
uit. extra de iudi.& ita pertransit.

Summarium.

1 ☞Contumax censetur qui pręsens litem non vult
contestari.
2 Litem contestari an quis cogatur.
3 Iudicium quomodo redditur in inuitum.
4 Contumacia maior est nõ comparentis,quàm cõ-
parentis & non parentis.
5 Vẽditor nõ tenetur defendere emptorẽ à violẽtia.
6 Euictio vt competat quid requiratur.
7 De facto,verbũ,pluribus modis intelligit̃.& nu.9.
8 Violentia videtur esse casus fortuitus.
10 Sententia iniuriosa est casus fortuitus.

Non videtur defendere, non tantùm
qui latitat,sed is qui pręsens negat se de-
fendere,aut non vult suscipere actionẽ.

VIDETE glos.pro in-
tellectu huius regulæ. Et
super iuribus in ea alleg.
Docto.Et facit ista lex,se-
1 cundũ Bar.hic,ꝙ † si quis
est in iudicio præsens, &
nõ vult litem cõtestari, ꝙ
cõtra eum tanquam cõtra
cõtumacẽ possit procedi.
& de hoc est vna gl.in authen.qui semel.C.quomo
do & quãdo iudex.& hoc idẽ tenet Bar.in l.si fini-
ta.§.iulianus.ff.de dam.infect.glos.tamen allegata
2 dicit, ꝙ†nõ poterit cogi præcisè ad litẽ contestan
dum, sed poterit mulctari ratione contumaciæ.&
per hoc dicit do.Ioã.de Imola,ꝙ errare vidẽtur iu
dices,qui arrestant in curia homines inhibẽdo sub
pœnis ne discedant donec fuerint litem cõtestati.
& hoc etiã videtur fuisse de mẽte Bart.in dicta au-
then.qui semel. Sed contra hoc fortiter facit,quia
3 †iudicium redditur in inuitũ.l.inter stipulantẽ.§.j.
ff.de verb.obli.Sed secundũ Io.de Imola potest di-
ci,ꝙ iudicium redditur in inuitũ,quia vel cogitur
se defendere, vel procedetur contra eum tanq̃ con
tra contumacem & indefensum.Et pro illa gl.facit
tex.in c.cùm olim. extra de testi.& quia ad factum
iudiciale quis non potest cogi præcisè,nisi in casi-
bus,de quibus in l.sed & hæ.§. pręter.ff.de procur.
facit etiam l.quoties.§.prætor.ff.de noxali.Videte
Bal.& Sali.in dicta authen.qui semel. & Sali.in l.j.
4 vj.quæst.C.de litis contest.Additur tamen,†quòd
maior est cõtumacia non comparentis in iudicio,
quàm cõparentis, & non parentis:quia non cõpa-
rens peccat in duobus,sed cõparens & non parens

Vide quæ dixi in l. non solet. §.c. titul.

in vno tantùm,vt dicit gl.& ibi Ioan.de Imola,in
Clem.j.extra de dolo & contu.vbi videte. Item fa
cit hæc lex cum suis concor. secundum Alber.in l.
rectè.ff.de iudi.ꝙ qui promisit defendere aliquem,
intelligatur de defensione iudiciali. Pro hoc facit
5 l.fi.C.de actio.empti. vbi est tex.ꝙ†venditor non
tenetur defendere emptorem à violentia facti,quæ
sibi infertur. Et est ratio secundum gl.ibi,& Doct.
6 quia†ad hoc vt agatur de euictione,res debet euin-
ci per sententiã,& sentẽtiæ exequutionem,vt ff.de
euict.l.habere licere.sed expulsio nõ est per senten-
tiam euictio. Item alia ratione, quia venditor non
tenetur de iniuria facta emptori,vt l.si per impru-
dentiam.ff.de euict.Ideo quærit Bald.in dicta l.fin. Quæstio.
si venditor promisit defendere de iure & de facto,
nunquid teneatur defendere à violentia,puta quia
non audet ire ad possessionem,vel illam nõ potest
retinere propter potentiã aduersarij , nunquid te-
netur venditor eum defendere,si hoc sit ei possibi-
le & facile. & dicit post alios Docto.ꝙ non : quia
non videtur promisisse factũ alienum,vt l.stipula-
tio ista.post prin.ff.de verb.oblig.hoc etiam tenet
do.ioan.de Imola post Bar.in l.damni.ij.in princ.
7 ff.de dam.infect.quia†verbũ,de facto,potest intel-
ligi pluribus modis.vnde in dubio non cõprehen-
dit id quod est extra naturam contractus, vt dicta
l.damni.in princip. quæ ad hoc allegatur,vt dicit
Imola.cõcor.l.si stipulatus.ff.de vsur.& l.si vni.lo-
cati.& l.insulam.qui pot.in pig.hab.Et etiam ver-
ba debent intelligi ciuili modo.l.si cui. ff.de seruit.
Item alia ratione,quia de natura emptionis & ven
ditionis est,quòd in illo cõtractu non veniãt casus
fortuiti,nisi specialiter sint enumerati,vt l.sed & si
8 quis.§.quæsitum. ff.si quis cau.sed ista † violentia
videtur esse casus fortuitus,vt l.cõtractus.ñ.eod.ti.
& hoc prosequit̃ latius Bart.in d.l.stipulatio ista.
in prin.Vult tamẽ ibi ipse Bar.prędicta esse vera,
vbi nullius culpa,scilicet nec vẽditoris nec empto
ris hoc accidit,vel vbi venditor non fuit in causa
huius impressionis vel violentię : vt quia emptor
fuit expulsus de re vendita per inimicũ ipsius em-
ptoris.l.si merces.§.culpæ.ff.loca.& soluto matri.
l.penult. sed si venditor esset causa, & origo huius
violentię, vt quia ab inimico suo expulsus sit em-
ptor,tenetur per dicta iura. quod dictum Bar.fate
tur Bal.esse verum,si tempore cõtractus inhæreret
ista causa:secus si postea superuenit,vt dictis legib.
Et aduerte,quòd etiã si hæc inimicitia sit sine defe-
ctu venditoris vel emptoris,tenetur tamen per di-
ctum §.culpæ.& ibi alleg. & ita tenet glos.& Bar.
in dicta l.penul. sed Bal.post Cy.videtur tenere cõ
trarium,quia esset iniquum & inhumanũ, quòd si
quis sine culpa tua te habet odio, & dat damnũ in
re per te cõducta vel vendita,quòd tu tenearis,arg.
l.sed de damno. ff.locati.& l.ad eos.cõmodati.Sed
dic secundũ Paul.de Cast.in dicta l.penult.quòd si
potuit prouidere ille, qui habebatur odio,vt quia
fuerant relatæ ei minæ, nec adhibuit diligentiam,
nec significauit illi de cuius præiudicio agebatur,
procedat dictũ glos.& Bar. aliàs procedat dictum
Bal.& Cy.& ita pertransit. & hoc sentit Alber.in
dicta l.ad eos.& facit ad hoc tex.in l.qui bona fide.
§.cum inter. ff.de damno infecto. Et operabuntur
ista

9 ista verba † de facto, in contractu apposita, quòd
debebit in iudicio de facto defendere, scilicet liti
assistere, & ministrare expensas, quæ sunt facti iu-
dicialis. Imò & secundum aliquos, si res euincatur
per iniuriã iudicis, per ista verba teneret̃ venditor
10 de euictione. quod nõ placet Baldo, cũ † sentẽtia in-
iuriosa dicat̃ casus fortuitus, nisi tamen vẽditor sit
in culpa, quare nõ appellauerit, vt no. in l. empto-
rẽ. in prin. ff. de actio. empti. & ibi est gl. notabilis.

Summarium.

1 ☞ Capere & accipere differunt.
2 Indignitas non reddit aliquem incapacẽ ipso iure.
3 Indignus repudians non præiudicat fisco.
4 Substitutio vulgaris, qua dicitur, si hæres nõ erit, intelligitur, vel alium hæredem non fecerit.
5 Indignus institutus, licet non sit hæres, alium facit hæredem.
6 Fiscus tenetur ad legata & fideicõmissa etiam hæreditate non adita.
7 Substituti remedium contra hæredẽ negligentem.
8 Filius præteritus, vel exhæredatus si fiat exequutor testamenti, an querelare vel dicere possit testamẽtum nullum. & nu. 9.

Non videtur quisquã id capere, quod ei necesse est alij restituere.

GLOSSA in principio dicit, hic casum debere poni, vt positus fuit in l. nõ videtur cepisse. ĩ. eo. sed melius ponitur de l. si pars. §. fin. & de l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffici. testa. & de l. cum ei. de legat. ij. & de l. aliud est capere. ĩ. titul. proximo. in quibus iuribus probatur contextus huius regulæ, quia nõ videtur commodum ex testamẽto capere, qui totũ habet alij re-
1 stituere necesse. Et † est differẽtia inter capere & ac-
cipere, vt d. l. aliud. & ibi nota. Accedat id, quod
legitur in l. cogi. §. iis qui solidum. ff. ad Treb. vbi
qui partẽ tantũ ꝓpter se capere potest, solidũ pro-
pter aliũ capere potest: quia solidũ capere nõ videt̃
cum apud se remansurũ nõ sit, sed alij illud restitu-
2 turus est. Hinc est, quòd licet † indignitas nõ reddat
aliquẽ incapacẽ ipso iure, reddit tamen in effectu:
quia potest adire & hæres effici, licet sibi auferatur
hæreditas, vt no. in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vul-
3 ga. vbi Pau. de Cast. mouet q. quid si † indignus hæ-
res institutus nõ vult adire, sed repudiat ad hoc, vt
fiscus sibi non auferat, sed veniat vel ad cohæredẽ,
vel ad venientes ab intestato: nũquid valeat repu-
diatio? & respõdet ꝙ nihilominus fiscus auferet,
quia eo ipso ꝙ est indignus, censetur repudiare in
fraudẽ fisci, nec potest sibi præiudicare. ita not. per
gl. & Doct. in l. si sequens. ff. ad Silaei. Et fiscus præ-
ferretur etiã substituto vulgari, nõ solũ cohæredi,
vel venientibus ab intestato, vt not. Bar. in l. j. ff. de
4 vulga. Et est ratio, † qa substitutio vulgaris per quã
dicitur, si hæres non erit, intelligitur, vel alium hæ-
redem nõ fecerit, vt l. si pater. ff. de hæred. instit. qui
5 & licet † institutus indignus nõ sit hæres, qa capere
cum effectu non potest, alium tamẽ scilicet fiscum
hæredẽ facit, ideo cessat vulgaris substitutio. Hinc
6 est, ꝙ † fiscus tenetur ad legata, & fideicõmissa etiã
hæreditate non adita, vt l. eã quã. C. de fideicõmis.
& l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebel. & pro hoc facit
7 tex. in l. in seruitute. §. ei qui. de bo. liber. † potest ta
men dari remediũ substituto, vt dicit Bart. in d. l. si
sequẽs. videlicet ꝙ antequã trãseat tẽpus negligẽ-
tiæ primi hæredis faciat substitutus sibi statui ter
minũ ad adeundũ vel repudiandũ: tunc enim ipso
repudiante ante negligentiã trãsiret ad substitutũ:
probatur in l. si antequam. ff. ad Silaei. & ibi Doct.
vide no. per gl. & Doct. in d. l. eã quã. C. de fideicõ.
8 Item faciũt prædicta, ꝙ † si filius exhæredatus vel
præteritus relictus exequutor in testamento, licet
acceptet cõmissionẽ, nõ excludit̃ propterea à iure
dicẽdi nullũ vel querela inofficiosi testamẽti. & hoc
tenuit Bal. in d. l. si pars. §. fi. pro quo dicit facere in
ratione sui illũ tex. & l. sed si hoc. §. j. ff. de condi. &
9 demon. Cui tamẽ cõtradicit Angelus: † quia acce-
ptando cõmissionem agnouit iudiciũ defuncti: &
sufficit qualiscunq; acceptatio, vt d. l. Papinianus.
§. si conditioni. de inoffi. testa. Nec obstat dictus §.
fin. in l. si pars. allegata: quia ibi agnouit legatũ, vt
quæreret sibi, & deinde apparuit ipsum illud alij
administrasse: vnde quia cũ effectu nõ cepit, meritò
non repellitur, quia fuit inanis agnitio, vt ista
regula. facit l. nihil. §. si cũ filius. de inoff. testa. sed in
ꝓposito nõ acceptauit cõmissionem exequutionis
testamẽti vt acquireret sibi, sed vt adimpleret vo-
luntatem testatoris, quod implere nõ tenebatur, & ideo
repellitur à remedijs cõtra testamentum sibi cõpe-
tentibus, secundũ eũ. quod dicit esse mẽti tenẽdum.

Summarium.

1 ☞ Ignorantia facit condictionẽ indebiti cõpetere.
2 Indebitum dicitur quatuor modis. & nu. 3. 18. & 31.
4 Chirographus ante biennium quam pariat obligationem. & nume. 6. & 9.
5 Exceptio præsupponit actionem. & numero 7.
8 Stipulatio spe futuræ numerationis facta, quam obligationem pariat.
10 Chirographus non numerata pecunia, parit post biennium vtranq; obligationem.
11 Naturaliter indebitũ & ciuiliter debitũ, quid sit.
12 Pactum de non petendo an tollat naturalem obligationem. & nu. 13.
14 Pactũ de non petẽdo an tollat ciuilẽ obligationẽ.
15 Iuramentum quãdo tollat naturalem obligationẽ.
16 Sententia obligationẽ ciuilem solam an tollat, vel inducat. & nu. 17.
19 Testamento minus solenni relictum, an naturaliter debeatur. & nume. 20. 22. & 23.
21 Testamentum cum duobus testibus, valet iure canonico.
24 Naturaliter debitũ & ciuiliter indebitũ, qd. nu. 30.
25 Falcidia an faciat legata vltra dodrantem non deberi naturaliter.
26 Falcidia resecat ipso iure legata.
27 Naturaliter debita an quis soluere cogatur denũtiatione euangelica.

28 Obligationis ſunt quatuor ſpecies.
29 Simonia eſt dare pecuniam illi cuius medio obtinetur beneficium.
32 Indebitum naturaliter & ciuiliter ignoranter ſolutum quando repetatur.& nu.33.
34 Indebitum naturaliter & debitum ciuiliter, per errorem ſolutum an repetatur.
35 Chirographus factus ad obligandum obligat, & factus ad liberandum non liberat.
36 Debitum naturaliter, & indebitum ciuiliter an errore ſolutum repetatur.& nume.37.& 40.
38 Condictio indebiti eſt priuilegiata, & contra eam non admittitur compenſatio.
39 Solutio vna nō poteſt parare liberationem & repetitionem.
41 Mulier & minor repetunt naturaliter debitū, etiā per errorem iuris ſolutum.& nu.42.
43 Naturaliter debitum per procuratorem, quocūq; errore ſolutum repetitur.
44 Indebitū ſola ope exceptionis, & omni iure debitum, an ſolutū per errorem repetatur.& nu.45.
46 Exceptionem habens odioſam, ſi ex errore facti probabili ſoluat an repetar.
47 Clericus ſoluens naturaliter debitum, an repetat.
48 Clericus an poſt biennium excipiat de nō numerata pecunia.
49 Indebitum ſcienter ſoluens, quando videatur donare.& nume.50.51.& 53.
52 Donatio eſſe non poteſt ſine conſenſu recipientis.
54 Diſſenſus partium facit deficere contractum, non quaſi contractum.

Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati, donatio eſt.

ISTA lex habet bonā materiā, ſubtilē, atq; vtilē, quam examinauit Bar. in l. cum quis. C. de iur. & facti igno. & in l.j. ff. de cōdi. indebiti. per quā poteſt poni caſus ī hac l. vt dicit hic gl. quia vt ibi dicit,
1 † ignorātia facit condictionē indebiti cōpetere, ſcientia verò ceſſare. Et pro euidētia dicendorum & intelligentia diſtinctionis, quā hic facit gloſſ. videtur eſſe vtile præmittere ſecundum
2 gloſ. & Doct. ꝙ † quadrupliciter aliquid dicitur indebitū. Primo modo naturaliter & ciuiliter, vt quia nullo modo debet: puta dicit Bal. quia cauſa ceſſat nec fuit vnq; contractū vel quaſi, nec fuit aliquod delictū cōmiſſum vel quaſi, Inſti. de oblig. §. ſequēs. Vel poteſt poni exemplū, quando cauſa fuit ipſo iure finita vel reſoluta, vt l. ab emptiōe. ff. de pact. & l. nihil tā naturale. §. e. tit. vel quia fuit facta nouatio. l. Iulianus. ver. vbi autem. ff. de condi. indeb. vel ſolutio. l. ſi reus paratus. de proc. vel interpoſita acceptilatio, vbi cadit ſecundū ſuam naturā. ff. de acceptil. l. ſi accepto latū. §. j. & hæc omnia pro-
3 bātur Inſti. qui. mo. tol. ob. per to. tit. † Secundo dicitur aliquid indebitū naturaliter, ſed ciuiliter debitum: & de hac obligatione ſola ciuili nuda exēplificant glo. In chirographo ante biennium, quia propter ſolennitatē adeſt ciuilis obligatio: ſed propter deficientem æquitatē deeſt naturalis obligatio, quia iuregentiū indebitū eſt. Itē quando pactū vel iuſiurandum ſuſtulit naturalem obligationē, l. ſi. ff. de iureiur. Sed Ia. de Ra. & aliqui ſui ſequaces,
4 reprobant primū exemplū, dicentes † ꝙ ante biennium ex chirographo nulla naſcitur obligatio ciuilis vel naturalis. mouentur, quia qui facit chirographū ſpe futuræ numerationis, videtur velle ſe obligare ad reddendum ſub conditione, ſi pecunia numeretur, vt Inſti. de lite. oblig. per totū. & l. ſi ex cautione. C. de nō nu. pec. ſed in cōtractu conditionali ante conditionis euentū nō naſcitur nec naturalis nec ciuilis, vt l. cedere diē. ff. de ver. ſig. Nec dixerit aliquis ſecundum eundē de Rau. ꝙ illa eſt cōditio tacita, non expreſſa per partes, quia conditio tacita ita ſuſpendit ſicut expreſſa, vt l. itē quia. per gloſ. ff. de pactis. licet differat ab expreſſa, quia non impedit trāſmiſsionem. l. conditiones. ff. de condi. & demonſtra. Alia fuit opinio Guliel. de Cugno, Pe. & citramōtanorū apud nos, ꝙ imò ante biennium naſcitur vtraq;, ſcilicet naturalis & ciuilis. Mouentur, quia tex. dicūt vbiq; ante bienniū cōpetere exceptionē non numeratæ pecuniæ. Inſti. de literarū obli. in prin. l. ſi ex cautione. & l. in cōtra-
5 ctibus. C. de nō nu. pec. ſed † exceptio prǽſupponit actionē eſſe natā, Inſtit. de excep. in prin. & l. j. & ij. ff. de except. ſed actio nō naſcit̃, niſi præcedat obligatio ciuilis & naturalis, vt Inſti. de obli. in princi. Secūdo tex. dicūt, ꝙ ante bienniū pōt cōdici obligatio pecunia nō ſoluta, vt l. ſi cū exiguā. C. de cōdi. ob cau. & l. ſi quaſi. de nō nu. pe. ergo talis obligatio ꝓducit actionē, quia aliàs fruſtra condiceret̃ obligatio inanis, & ſic ſupereſt vtraq;. Tertiò vēditor vēdit ſpe pretij habēdi, emptor emit ſpe habendi rē, & tamē ante ſolutū pretiū & rē traditam vtriq; nata eſt naturalis & ciuilis. l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. empti. ergo eodē modo licet ꝓmittatur vt numeres, & numeratio ſit in ſpe, non impeditur naſci vtraq; obligatio. Quartò hic adſunt ſubſtātialia cōtractus, videlicet cōſenſus & literæ: numeratio autē eſt aliquid extrinſecū à ſubſtantia obligationis: ergo nō impedit vtranq; naſci. probatur exēplo, ſi promittam tibi per ſtipulationem bona fide, & tu ſis in dolo, & inducas me dolo, nihilominus ex ſtipulatione nata eſt vtraq; obligagatio, dato ꝙ obſtet exceptio doli: quia ille dolus eſt quid extrinſecum à ſubſtantia contractus. Hæc probantur in l. ij. §. circa. ff. de exceptio. doli. Ergo eodem modo, ſi ſcribo me accepiſſe, & non accepi, adſunt ſubſtātialia obigationis, licet tu doloſē facias non numerando: dolus tamen tuus & numeratio ſumit aliquid extrinſecum non impediens naturalem obligationē naſci. Bart. autē qui in omnibus aduerſatur Petro, Ia. Bu. Ang. & Sali. & communiter vltramontani apud nos, excepto Bald. in
6 dicta l. cum quis. tenēt opi. gloſſarum, ſcilicet † ſolam oriri ciuilem. Mouētur, quia naturalis obligatio producitur ex æquitate iuriſgentium: & ea ceſſante non naſcitur. l. cū amplius. §. is natura deber. J. iſto tit. ſed principia iuriſgentiū deficiūt in caſu chirographi ante numerationē. ceſſat enim æquitas, ꝙ ſcribēs obligetur ante numerationem: ergo ceſſat naturalis obligatio. Secūdò Bar. allegat tres

textus

textus, qui potius videntur facere contra eũ. & pro opi. Iac. de Ra. scilicet in l. qui pecuniã. ff. si cer. pet. vbi vult text. quòd ille qui promisit, in potestate habet ne recipiẽdo se obliget. & subaudit ibi Bar. scilicet naturaliter: nam ciuiliter erat obstrictus, cũ detur exceptio. Item allegat l. penul. ff. quæ res pig. obli. pos. & l. j. in fi. qui po. in pig. habe. Et respondet ad argumentũ Ia. de Ra. qui dicebat contractũ esse conditionalem, negando quòd sit conditionalis, imò promittẽs promittit purè, spe tamẽ futuræ numerationis: & sic ex sui forma contractus est purus. nam etsi conditio tacita præsumatur à iure, tamen illa nõ suspendit actũ, vt notat gl. in dicta l. item quia. ff. de pact. Ad argumenta verò Pe. & sequacium respondet. Primò ad primum, cũ dicitur
7 †cõpetit exceptio: ergo nata est actio. Responderi potest, q̃ est exceptio intẽtionis & facti, nõ autem iuris. quod probatur, quia exceptiones iuris debẽt per opponentẽ probari. l. j. ff. de excep. sed ante biennium opponens exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, non probat eam: sed dicens se numerasse debet probare numerationẽ, vt d. l. si ex cautione. & l. in contractibus. Vel respõderi potest subtilius secundum Bar. est verum, q̃ actio non nascitur sine obligatione ciuili & naturali, quia naturalis est mater, ciuilis pater, actio est filia: & sicut secundũ naturã non est possibile filiam nasci sine matre. l. maximum vitium. C. de libe. præter. ita secundum leges est impossibile actionẽ nasci sine obligatione naturali: tamen legimus aliquãdo miraculosè filiũ esse natũ sine patre, vt in Christo. & dicunt Poetæ de Minerua, quę nata est ex Ioue sine matre. ita potest lex, quæ habet potestatẽ super omnia negotia humana miraculosè producere ex vnã actionẽ, sine naturali obligatiõe vt in chirographo, vbi dat actionẽ ex patre, sine naturali matre, & aliqñ sine patre & matre, vt l. cũ mota. C. de trãsa. Ad secundum arg. cum dicitur, q̃ condicitur obligatio, fatetur Bar. & sequaces, q̃ condicitur ciuilis obligatio efficax, ne post bienniũ efficiatur efficax. simile in l. dissolutę. C. de condi. sine causa. Ad tertium de emptione & venditione respõdet longam esse differentiã inter venditionẽ, & chirographum: quia emptio & venditio sunt contractus vltro citroq; obligatorij: quia venditor obligaẽ ad rẽ & emptor ad pretium: & illa est causa immediata, nõ dico, vt numeret, quia illud est extrinsecũ, & istud sequitur statim: quia ex quo quis emit, statim est obligatus ad pretiũ: sed in chirographo nõ est sic, quia est cõtractus qui obligat solum accipientẽ, non autẽ numerantẽ, quãdo quis facit chirographũ agit obligare se naturaliter si numeretur, non autẽ vt creditor se obliget: quia in mutuo creditor non obligaẽ. quod clarius dici potest sic: ille qui facit chirographũ nõ intendit se obligare, nisi sequuta numeratione. & si dicatur, quomodo nascitẽ ciuilis? dic q̃ nascitur ex scriptura citra consensum. & hoc casu habet imediatẽ originẽ ab ipso chirographo virtute legis. Nec obst. l. j. in fi. ff. de pac. quæ in omni obligatione requirit consensum, quia loquitur de naturali. Nõ ob. secũdo §. circa. in l. ij. de excep. doli. quia ibi interuenit stipulatio, in qua inest cõsensus: & ideo cũ adsint forma stipulationis & cõsensus, nascitur vtraq;: sed in casu nostro adest forma obligationis literarũ. & ita dicũt Bar. & sui sequaces. Pro qua opinione dicũt quidam Moderni esse casum. j. q. iiij. c. turbaẽ nauicula Petri. aliàs est §. notandũ. vbi videtur tex. ibi, vel si id, quod nullo iure debuisti, aut iure naturali non debuisti, sed ciuili tãtũ ex chirographo & c. Sed iste tex. est Gratiani: est tamen cõmunis opinio. sed Bal. in d. l. cũ quis. tenet opinionem Pet. & Gul. de Cug. nec ab ea discedere videtur Alb. in alleg. l. j. de cõdi. indebi. Ratio autẽ Bal. fuit, q̃a sicut se habet chirographus, sic se habet stipulatio spe futuræ numerationis. l. nõ figura. ff.
8 de acti. & obl. sed †stipulatio spe futurę numerationis parit interim ciuilẽ & naturalem obligationẽ, licet obstet exceptio, vt d. l. ij. §. circa. pręsupposita opiniõe q̃ stipulatio sit apta ad naturaliter obligãdũ, vt no. in l. j. ff. de pac. ergo idẽ in chirographo. Nec ob. q̃ talis obligatio sit de iuregentiũ: quia cõsiderato cõsensu in genere, est de iuregentiũ tantũ: sed eo cõsiderato in specie certi contractus nõ est de iuregentiũ, vt in stipulatiõe, in chirographo, i emphyteusi, & feudis, vt probatur in l. ex hoc iure in fi. de iusti. & iure. & tamen nemo dubitat, q̃ etiam in cõtractibus incognitis à iure gentiũ inest naturalis obligatio, propter consensum. & facilẽ potest respõderi ad rationes Bart. per curiosum studentẽ. Nec ob. l. qui pecuniã. per eũ allegata: quia ibi agebatur inter partes de contrahendo mutuo, qui cõtractus est alterius generis & formæ. Imò quidam Moderni sequẽtes Bart. dicũt illas leges, quas allegat, potius facere contra eũ. Concludit itaq; Bal. cũ Pe. & citramõtanis nostris, dũmodo obligatio chirographi qd certũ cõtineat: aliàs nulla nascereẽ obligatio, vt l. triticũ. ff. de ver. obli. & quãquam, vt dictũ est, opinio Bar. sit cõmunis, tamẽ d. Ioan. de Imol. in l. j. ff. de fideiuss. dicit posse attentari, q̃ etiã nascatur naturalis obligatio, cũ videatur confitẽs per chirographũ cõsentire obligationẽ oriri, ex quo sponte cõfitetur se recepisse. Et si quæratur, quare ergo obstat exceptio? dicit ideo illud esse, q̃a spe futurę numerationis fuit confessus: vnde, ppter illud effectui exactionis inest tacita cõditio, si sequatur numeratio: & ob hoc obstat exceptio, nõ autẽ q̃ in substãtia obligationis insit conditio, vt volebat Ia. de Ra. quia tũc ipso iure impediretur natiuitas obligationis ab initio, vt d. l. cedere diẽ. sed solũ inest, vt dictũ est, effectui exactionis. Et pro hoc facit optimẽ id, quod no. in simili Bar. in l. iiij. §. filius. ff. de lib. & posth. vbi dicit q̃ cõditio si adeat, tacitẽ inest effectui exhæredationis, nõ aũt substã-
9 tiæ & dispositionis. & ita pertrãsit Imol. †Fulgo sius verò volendo concordare opiniones dicebat, q̃ si in chirographo interueniat stipulatio, oriatur vtraq; ciuilis & naturalis: sed si solus chirographus ciuilis sola: sed quo ad stipulationẽ nõ est dubitatio, vt dictũ est: ideo sua distinctio frustra est, nec est tenenda, imò est tenenda altera duarũ præcedentium opinionum. vellem tamen pro honore nostrorum citramontanorum, suam opinionẽ seruari, quam etiã aliqui vltramontani, vt Bal. & de Imol. sequũtur, & mihi plus placet per suas ratio-
10 nes & iura, quę allegant. Vtrum autem † post biennium sit vtraq; nata? tenẽdo opi. Bart. & sequaciũ,

quòd ante nō ſit nata niſi ciuilis, cōmunis eſt opi-
nio, quòd vtraq; nata eſt: quia ex quo tacet vſq; ad
biennium, videtur conſentire ſe obligari: & ex cō-
ſenſu naſcitur naturalis: vt d. l. j. de pact. vide circa
11 hoc latius Doct. in locis allegatis. † Aliud exemplū
de naturaliter indebito, ſed ciuiliter debito ſecun-
dum gloſ. in dicta l. j. ff. de cond. l. indebi. eſt, quādo
pactum vel iuramentum ſuſtulit naturalem obli-
gationem, vt l. ſi. ff. de iureiur. & l. Stichum. §. natu-
ralis. de ſolu. & ſic gloſ. vult ꝙ per iuramentum &
pactum de non petendo tollatur obligatio natura
lis, & remaneat ciuilis ex præcedenti cōtractu. Hic
autem articulus diſputatur latè per gloſ. & Docto.
in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & ibi gl.
finaliter reſidet in hac ſentētia, & eam ibi ſequitur
Bart. Ang. & communis Doct. ſententia, & eā Bal.
ſequitur in l. pacta quę cōtra. C. de pact. Primò per
tex. duos allegatos. Item facit ratio, quia naturalis
obligatio pacto ſolo nudo inducitur, ergo nudo
pacto tollitur, per l. nihil tam naturale. ſ. c. tit. Item
pro hoc facit tex. in dicto §. pactus ne peteret. ver.
idē dicemus. ibi, totā obligationē ſuſtulerit. & ea.
lege. §. ſed ſi ſtipulatus. ibi, tota obligatio reſolue-
retur. & ibi, totā obligationē ſubmoueri. deducen-
do illum text. hoc modo, ſtipulatio de non petēdo
tollit obligationē naturalem & ciuilem, vt l. eadē.
§. Cato. de ver. obli. & l. amplius. rē ra. ha. ergo nu-
dum pactū de non petendo debet naturalem tolle-
re, arg. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Facit etiam ad
hoc l. ſi tibi. §. quædā. & §. de pignore. ff. de pact. Ta
men Gulielmus de Cugno in §. pactus ne peteret.
12 tenet † ꝙ pactū de nō petendo, non tollat naturalē,
per tex. in d. §. pactus ne peteret. qui dicit, quòd nō
tollit, ſed elidit per exceptionem. Facit quia pactū
de non petēdo interponitur ſuper petitione ſeu a-
ctione, vel exequutione petitionis: ergo nō tollit
obligationē, quia non debet extendi ad aliam rem
quàm ad eam ſuper qua interponitur, vt l. ſi vnus.
§. & in ſumma. ff. de pact. Nō enim dico per pactū
libero te, ſed dico per pactum nō petam. & ſic pa-
ctum non eſt contra obligationem, ſed contra pe-
titionem. Et ad iura in oppoſitum allegata reſpō-
det quòd illa loquuntur in pacto liberatorio, & nō
in pacto de non petendo: ergo ſecundū eum eſt dif
ferentia in modo paciſcendi: aut enim dicit credi-
tor, libero te: & tūc ſublata eſt naturalis. aut dicit,
promitto non petere vel non agere, & tunc rema-
net naturalis obligatio, & producitur ſolum exce-
13 ptio contra petitionem iudicialem. † Sed his non
obſtantibus non videtur eſſe recedendum à cōmu-
ni opinione: pro qua ſunt tex. iam allegati, videli-
cet l. ſi. ff. de iureiur. vbi non erat pactum liberato-
rium, ſed erat conuentum, vt recederetur à contro-
uerſia caſu quo iuraretur. quod pactū reſpicit exe-
quutionem petitionis, non autem obligationē, &
tamē text. ibi dicit naturalem tolli. Itē opinio alia
eſt contra tex. in præallegato verſ. itē dicemus. qui
continuando ad præcedentia loquitur de pacto de
non petendo, & eodē modo debet intelligi §. ſi ſti-
pulatus. Item facit, quia qui vult antecedens, vult
& cōſequēs. l. oratio. ff. de ſpōſ. & l. illud. de aeq. hæ.
ſi ergo creditor vult tollere petitionē, tollet etiam
obligationē, ſine qua petitio eſſe nō poteſt. l. ſi pu-
pilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. & l. quoties. §. itē ſi
pro temporali. de admi. tu. Nec ob. §. pactus ne pe-
teret. quia ibi ponitur vna virtus pacti, quę eſt pro
ducere exceptionē. tamen habet & aliā quia tollit
naturalē. Nec ob. ſi dicatur, ibi remanet actio: er-
go non eſt ſublata obligatio, ſine qua actio eſſe nō
poteſt. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. & habet
Inſti. de oblig. in princ. quia vt dicit Bar. ſufficit ꝙ
in principio ſit nata naturalis & ciuilis, ex quibus
nata eſt actio: licet enim poſtea tollatur natura-
lis remanente ciuili, non tamen tollitur actio, ſed
firma remanet cum obligatione ciuili. Nec obſtat
etiam, ꝙ pactū reſpiciat petitionem, & non obli-
gationem: quia reſpondetur, vt ſuprà, ꝙ qui vult
antecedens, vult & cōſequens. vel aliter non eſt fi-
enda vis in verbis, ſed in intētione paciſcentis, quę
fuit velle ab obligatione recedere, arg. l. cū virum.
C. de fideicommiſ. & c. de his. & c. intelligentiā. ex-
tra de ver. ſig. Sed iſta opinione cōmuni præſupo-
14 ſita pro vera † videtur ꝙ etiam tollat ciuilē ſimul,
quia pactum de non petendo habet fomentū à iu-
re prætorio. l. iuriſgentiū. §. prætor ait. ff. de pact.
quod quidem ius prætorium eſt pars iuris ciuilis,
vt in §. conſtat. & §. prætorū quoq; edicta. Inſti. de
iure na. & ſic ſi tollat naturalē, ergo & ciuilem. Sed
vos reſpondete ad §. prætor. ꝙ prætor fouet pactū
de non petendo, ſeruando eius virtutē in eo robo-
re, in quo adinuenit, videlicet dando ex pacto ex-
ceptionem, vel tollendo naturalem, non autē dan-
do ſibi nouam virtutem tollendi ciuilem. Ideo di-
cit ibi tex. pacta ſeruabo. intelligi debet ſeruabo in
ſua virtute & potentia. Vel poteſt dici, ꝙ prætor
fouendo pactum non poteſt tollere obligationem
ciuilem ipſo iure, ſed bene eam elidere, argu. in §.
quos autem. Inſtit. de bo. poſ. & ita videtur eſſe te-
15 nendū. Item illud quod dictum eſt de † iureiurando,
quod tollat naturalē obligationē, intellige de iura
mento voluntario, & iudiciali, ſecus in neceſſario,
vt no. Bar. poſt Ray. & G. in l. ij. ff. de iureiur. & Io.
de Imol. in d. §. naturalis. Et ſic habetis duo exem-
pla de idebito naturaliter, ſed ciuiliter debito. Bar.
16 autem addit tertium exemplū, ſcilicet † de ſentētia
condemnatoria, quæ producit ſolam ciuilem. nam
abſolutoria tollit ciuilem ſolā, non naturalē. lege,
Iulianus. ff. de condi. indeb. ergo condēnatoria quę
eſt contraria ſolā ciuilem producet, vt contrariorū
cōtrarij ſint effectus. & alia multa motiua adducit
17 ad hoc probandū. † Ia. verò Butr. Pe. & citramon-
tani tenent vtranq; naſci ex ſententia: quia in iudi-
cijs quaſi contrahitur. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pe-
cul. Alia autem eorum motiua videte latè diſpu-
tata per Doct. in l. ab eo. C. quomodo & quādo iu
dex. & ibi Salice. dicit quālibet partē poſſe teneri.
Pro concordia tamen dictarum opinionū do. Ioā.
de Imol. in l. j. ff. de fideiuſſor. dicit poſſe dici, quòd
vera naturalis quæ oritur ex conſenſu non ineſt in
ſententia, cum iudiciū reddatur in inuitum, l. inter
ſtipulantem. §. j. de verb. obliga. Sed ficta naturalis
adeſt propter fictū conſenſum eo caſu tantum, quo
poteſt appellare, & non appellat. & ſic intelligitur
id, quod notatur in dict. l. ab eo. vbi verò appellare
nō poſſet, non eſt ibi ficta naturalis, quia ceſſat ra-
tio illius legis. Quædam autem lata naturalis, quæ
oriri

oriri potest ex illa æquitate iurisgentium, secundũ quam magistratui parere debemus. l.vt vim. ff.de iusti.& iur.potest dici adesse in sententia: & sic cõ
18 cordãtur dicta Doctorũ.† Tertiò aliquid est ciuili ter indebitum,sed debitum naturaliter,vt est legatum relictum in minus solenni voluntate,vt notatur in dicta l.cum quis.per glos.& aliquos Docto. quorum opinio fundari videtur ista ratione, quia hæres adeundo ex voluntate solenni obligatur ex quasi contractu naturaliter & ciuiliter, vt Insti.de oblig.ex quasi cõtractu.§.hæres.ergo ex minus solenni voluntate adeundo obligatur duntaxat naturaliter,ar.l.in his.§.Imperator. ff.de solu.& l.iurisgentium.circa principium.ff.de pact.Sed Pet.&
19 sui sequaces reprehendunt glos. dicentes †relictum in testamẽto minus solenni esse indebitũ omni iure,scilicet ciuili & naturali. Mouetur, quia hic deficit consensus,à quo naturalis obligatio causatur, vt dicta l.j.de pact.Credoquòd velint dicere,quòd deficit consensus:quia si testamentum est minus solenne,hæres grauatus legatis non succedit, sed venientes ab intestato: & hos non intendit testator grauare.l.penult.ff.de iure codic. Secundò dicũt,ꝙ vbi actus peccat in forma, nullus est, & adeo nullus,ꝙ impeditur nasci obligatio.l.j.§. si quis ita.ff. de ver.oblig.& l.j.§.cum qui.de constitu. pecu.Sed in testamẽto minus solẽni deficit forma à lege tradita. ergo nulla nascitur naturalis obligatio.& facit pro hac secũda ratione,quia forma est, quæ dat esse rei,vt lege,Iulianus.§.sed si quis.ff.ad exhi.Gul. de Cug.tenuit partim cũ citramontanis,& partim
20 cũ vltramontanis,videlicet,ꝙ †non nascatur naturalis obligatio,sed quasi naturalis:ista ratiõe,quia hæres adeundo hæreditatem nõ verè contrahit cũ legatarijs,sed quasi cõtrahit.lege,ex maleficijs.§.hę tes.ff.de acti.& obli.& dicto §.hæres.Instit.de obli. ex quasi contractu. & ideo vera naturalis non oritur,sed quasi naturalis, contra id,quod tenet glo. in l.si post diuisionem.C.de iur. & fact.igno. Butr. & Bart.sequuti sunt glos.& eorum sunt hæc motiua,quia hæres eadem persona reputatur cũ defuncto,in authen.de iureiurã.à mo.præsti.§.j. colla.v. sed defunctus voluit talia legata præstari : ergo & velle debet hæres : quia naturalis æquitas iurisgentium,ex qua oritur obligatio naturalis etiam deficiente consensu', vt l.cum amplius. §.is natura debet.†.e.tit. & l.Stichũ.§.natura.is.de solu.dictat,ꝙ succedens defuncto debet seruare eius voluntatem. l.j.& fi.de fideicommis.& l.in conditionibus. ff.de condi.& demonstr.Item testamentum factum cum duobus testibus per militem valet,quia est factum secũdum regulas iurisgentium disponẽtes quòd in ore duorum vel trium stet omne verbum. l.vbi numerus.ff.de testib.& in c.nouit.de iudi.sed sic est,ꝙ testamẽtum factũ cum duobus testibus valet de iure gentium,licet non valeat de iure ciuili: ergo orietur naturalis obligatio,& nõ ciuilis:quia defectus probationum nõ impedit naturalem obligationẽ. l.cõtrahitur.& l.cũ tabernam.§. idem quæsijt.ff.de pigno.secundum vnum intellectum.Item videmus
21 †quòd de iure canonico, quod inhæret iuri diuino & gentium, testamentum factum cum duobus testibus valet,cap.cum esses.& c.relatum. secundum intellectum modernorum Canonistarũ,extra de testa. Item videmus sine consensu in multis casibus in iure ex æquitate nasci naturalẽ obligationẽ,sicut in delictis,in quibus malefactor nõ consentit obli gari ad pœnã cum delinquit,& tamẽ obligatur naturaliter,iuxta ea quę habẽtur per Bar.ĩ l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.videte Bal.& hoc nõ erit sic expeditũ.Item dicit Bart. de hoc esse casum in l.in testamento.ff.de fideicõmis.libert. in l.ij.in l.fideicõmissum.l.fi.C.de fideicõmis.adde text. in l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto. de testa.vbi valet inter filios propter fœdus naturale & debitum,quod est inter patrem & filium,cui filio ex iuregentiũ debetur paterna hæreditas. & hæc est cõmunis opinio. Nec obstant argumenta Pet.Primò, dum dicit deficere consensum, quia responderi potest, illũ non esse necessarium,sed sufficit adesse ęquitatem naturalem,vt d. §.is natura debet.& suprà ostẽsum est. Ad secundum de forma deficiẽte,dicit Bar. duplicem esse formã, vnã quæ respicit essentiã actus,vt puta,ꝙ in stipulatione debeãt esse verba,& in võditione pretiũ merũ,& cõsensus.& si illa deficiãt, nõ nascitur naturalis obligatio.Alia est forma quę non respicit essentiam actus , sed probationem,vt puta,quòd septem testes debeant esse in testamẽto. Hæc enim forma inducta est ad probandum voluntatem defuncti,vt l.fi. C.de fideicõmis. & dato ꝙ illa deficiat,dummodo adsint duo testes, non impeditur nasci naturalis.Et per hoc dicit, quòd si in testamẽto esset præteritus filius, quem pater se habere nesciebat,vt in casu l.sicut certi. C.de testam. mili.vel esset testamentum factum per pupillũ,furiosum,vel dementẽ,nõ nasceretur naturalis obligatio, quia hîc deficeret forma intrinseca substantialis actus,& deficeret volũtas testantis. probatur per l.fi.C.de testa.mili.vbi licet valeat testamentũ militis,factum cum duobus testibus, propter regulas iurisgentium, tamen non valet testamentũ militis pupilli.hæc tamen responsio Bar. non placuit Bal.& Fulg. quia secundum ipsos forma requisita in allegato §.si quis ita.nõ est forma magis substãtialis,quàm forma solẽnitatis probatoria requisitę in testamẽtis.ideo posset aliter responderi,quòd §.si quis ita.loquitur in eo,qui sciẽter gerebat actũ inualidum,vt intelligunt ibi Doct. illum §.per l. an inutilis.ff. de acceptila. Sed si quis vellet tenere contra Bart.& sequaces suos, facilè posset respondere ad rationes suas, & dicere, quòd non nascitur naturalis.Hanc tenet Io.de Imol. in l.cum lex.ff.de fideiusso.quia testator noluit grauare venientes ab intestato,ergo deficit cõsensus. Nec etiam consensus adest ex persona testatoris , quia ad hoc se non voluit obligare. Deficit etiam æquitas naturalis, quia nõ est æquũ,ꝙ scriptus in minus solenni voluntate,ad quem ex illa nõ venit hęreditas, teneat.
22 †pro concordia tamen opinionũ potest distingui, quòd aut testator facit testamentum minus solẽne scienter,& ex eo non oriatur nec naturalis nec ciuilis obligatio:quia gerit actum scienter nullũ.pro hoc in arg.dictus §.si quis ita.& dicta l.an inutilis. Aut facit testamentum minus solenne ignoranter: & dici potest,ꝙ si in hoc minus solẽni testamento sint instituti veniẽtes ab intestato , oriat naturalis

obligatio.Si autẽ instituti sunt extranei,tunc nul-
la oriatur nec ciuilis nec naturalis.& est ratio diffe-
rentiæ,quia quando testator instituit venientes ab
intestato,verum est dicere,ipsum testatorẽ grauas-
se personã instituti, nec ipsum succedere cõtra vo-
luntatẽ defuncti,licet veniat ab intestato. Et ratio,
quia est consensus testatoris in persona succeden-
te,& etiam,quia succedit secundum voluntatẽ de-
functi, hæres erit obligatus naturaliter ad relicta
minus solenniter. Secus autem est,quando nõ sunt
instituti venientes ab intestato, tunc testator nun-
quam grauauit illos,sed solũ institutum: & isti ve-
nientes ab intestato contra defuncti vtilitatem suc-
cedunt:ideo nõ erunt naturaliter obligati. Vult ta-
men Salic.in dicta l.cũ quis. ꝙ si in codicillis sunt
facta legata,quia quilibet veniens ab intestato in-
telligitur grauatus,vel sunt relicta in testamẽto mi
nus solẽni impersonaliter, vel in eo sit clausula co-
dicillaris, oriatur naturalis obligatio, per notata
in l.eam quam.C.de fideicõmis.& l.plena. ff.de iu-
23 re codici.& l.j.in §.fi.de leg.iij.†Quidam etiã Mo-
derni dicunt posse attentari, quòd vbi hæres scri-
ptus in testamento minus solenni,propter defectũ
testiũ succedit,ex illo teneatur naturaliter & ciui-
liter, dũmodo possit constare de relicto,per ea quę
habentur in l.fi.C. de fideicommis. & in §.fi. Insti.
de fideicommis.hæred.Vbi autem non posset pro-
bari relictum, non propter hoc desineret hæres te-
neri naturaliter & ciuiliter, deficeret tamẽ proba-
tio, & sic essemus in terminis l.duo sunt Titij.ff.de
testa.tu.nec obstat quòd desijt solennitas ciuilis,ex
qua oritur obligatio:quia solẽnitas numeri testiũ,
probationem potius respicit quàm essentiã actus
probandi. Vel si velitis distinguatis, vt latè per
24 Bal.in dicta l.cum quis.†Aliud exemplum de de-
bito naturaliter & ciuiliter indebito est secundum
glossas in legatis quę vltra Falcidiam sunt natura-
liter debita,sed ciuiliter indebita.& hanc opinionẽ
sequuntur Iac.Butr.G.Bart. & Sali. Sed Pet.tenuit
contrarium,quia Falcidia resecat ipso iure legata.
l.Plautius. & l.linea margaritarum. ff. ad leg.Falc.
ergo Falcidia circũscribit omnẽ obligationẽ lega
ti vltra dodrantẽ.Item lex Falcidia prohibet legari
vltra dodrãtem.Insti. de lege Falc. post princip.sed
vbi lex ciuilis prohibet actum, ex tali prohibito
actu non nascitur obligatio ciuilis, nec naturalis,
in l.si non sortem.in principio. ff.de condi.indebi.
& l.non dubium.C.de legi.Et facit alia ratio,quæ
fuit Fulgo. nam si oriretur naturalis obligatio,ex
tali legato esset illa naturalis,potens ad compẽsan-
dum,vt l.etiam. ff. de compen. sed ista non est po-
tens ad compensandum,vt lege,Nesennius. ad leg.
Falc.ergo non oritur naturalis. Communis tamen
opinio est contra Pet.& citramontanos multis ra-
tionibus fulcita,quia lex Falcidia est de iure ciuili.
l.j.ff.ad leg.Falc.ergo non potest tollere naturalem
obligationem,quę datur contra hæredem ad lega-
tum integrum.§.sed naturalia.Instit.de iure natur.
& in §.fi.Instit.de legi.agna.tu. etiam est verum di-
cere in vltima voluntate esse consensum,& volun-
tatem testatoris, quæ seruanda est ex æquitate.l.in
conditionibus.alleg.ff.de condi.& demonstr.ergo
est ibi naturalis obligatio,quę oritur ex consensu,
vt l.j.alleg. ff.de pact.eo quàm maximè,quia Fal-
cidia esset contra voluntatem defuncti. l.Titia.ad
leg.Fal.Item pro hoc dicit Bar. esse casum in l.j.C.
ad leg.Falci.vbi dicitur,quòd soluens vltra Falci-
diam non videtur plus debito soluisse. ergo appa-
25 ret †quòd legata vltra Falcidiam sunt debita,sed si
non ciuiliter,ergo naturaliter.Et fortificatur,quia
id dicitur donari,quod nullo iure cogẽte donatur.
l.j.ff.de donat.& l.donari.J.eod.tit.Sed si hæres sol-
uens legata non esset obligatus aliquo iure, dicere-
tur donare, ex quo nullo iure cogeretur: & tamen
dicta l.j.dicit contrarium. Non obstãt argumenta
26 Pet.cum dicebat:† Falcidia resecat ipso iure.Fate-
tur Bart.quo ad dominium vt non transferatur in
legatarium, quatenus est defalcandum, sed nõ quo
ad naturalem obligationem, quæ oritur ex volun-
tate testatoris,quòd legatum integrũ detur legata-
rio,vt dicta l.Titia.Quæ solutio nõ placet quibus-
dã Modernis:quia si Falcidia possit tollere domi-
nium quod est de iure gentium: ergo & naturalem
obligationem,quæ est de iure gentium. Ideo aliter
respõdent,videlicet,quòd resecat ipso iure, scilicet
ciuili. si dicas, ergo dominium remanet penes hæ-
redem si vult illud retinere:ergo resecat id,quod est
de iuregentium:dicunt,quòd licet dominium sit de
iuregentium,tamen potest acquiri per modos ciui
les,vt per vsucapionem.l.traditionibus.C.de pact.
& Instit. de vsuca.in princip. & sic poterit acquiri
mediante auxilio legis Falcidiæ,tamẽ remanet hæ
res naturaliter obligatus ad soluendũ. Non ob.se-
cundum,quando dicitur quòd lex resistit: quia ne-
gatur quòd resistat facultati legandi, sed prouidet
hæredi,quòd non obstante legato possit vti reten-
tione.Sed dubium facit text. alleg.Insti.de leg.Fal.
in principio,qui dicit,quòd lex Fal.prohibuit le-
gari vltra dodrãtem,ergo resistit.Itẽ tex.in l.quod
de bonis.§.j.ff.ad leg. Falc.vbi testator non potest
prohibere Falcidiam. Item posset adduci l. j.alleg.
C.ad leg.Falc. quæ vtitur verbo,videtur,quod est
verbũ improprietatis.& est sensus, soluit vltra de-
bitum,licet non videatur soluisse plus debito. Sed
posset responderi ad istud arg.quòd non est verum
quòd vbicũq; lex resistit,quod ibi non oriatur na-
turalis obligatio.nã videmus quòd lex resistit cõ-
tractibus pupillorũ,& tamen oritur naturalis obli
gatio,vt l.j.in fi.ff. de noua.ideo illud motiuũ non
cõcludit.Nec obst.etiam motiuum de l.Nesennius.
quia respondetur,quòd ibi nõ loquitur de obliga-
tione naturali, quæ oritur inter hæredem, & lega-
tarios, quibus legata erant relicta, sed loquitur de
obligatione quæ erat inter cohæredes, à quibus le-
gata sunt facta ab vno alteri, & inter illos non ori
tur naturalis obligatio nec retentio.Bald.autem in
dicta l.cum quis.distinguit pro concordia,quòd si
hæres vtetur beneficio Fal.cessat in illa omnis obli
gatio: & hoc modo est vera opinio Petri per l.li-
nea margaritarũ. si nõ vtatur, sed soluat integra-
liter ex certa scientia, & naturaliter & ciuiliter cẽ-
setur debitum, cum possit hæres Falcidiæ benefi-
cio renuntiare, & probatur bene in ista regula. Si
verò erroneè soluat, non censetur debitũ ciuiliter,
quia consensus hæredis non roborauit testamentũ
errore impediente.l.error. ad leg.Fal.bene tamẽ est
debitum

debitum naturaliter, quia hæres non est vsus bene-
ficio iuris. & ista fuit intentio glossarũ & Docto-
rum eas tenentium. vel secundum eum est hoc ca-
su naturalis obligatio, stans in suis finibus, nõ ap-
probata nec roborata à iure ciuili. & attẽde, quòd
illa quæ dicuntur de Falcidia, vendicant sibi locũ
in Trebellianica, in l. debitorem. ff. quę in fraudem
27 creditorum. † Vtrum autem virtute talium natu-
ralium tam in legato minus solenni, quàm in Fal-
cidia, quàm etiam in Trebellianica, posẜit quis re-
currere ad denuntiationem euangelicam, & com-
pellere ad soluendum integraliter. vide Doct. in c.
nouit. extra de iud. & ibi Imol. tenet ꝙ nõ. Pro quo
facit dictum Bal. in dicta l. cũ quis. qui dicit, quòd
etiam secundum conscientiam, potest quis detra-
here Falcidiam & Trebellianicam. Fulgosius au-
tem circa hunc articulum habuit consideratione̅,
28 quòd † quatuor sunt species obligationis. Prima
est naturalis & ciuilis, & quia ars imitatur naturã,
vt in §. minorem. Instit. de adop. hæc æquiparatur
filio legitimo & naturali. & sic propriè appellatur
obligatio. & is propriè appellatur creditor, qui
habet vtranq; obligationem naturalem & ciuilẽ.
l. creditor. & ti. proximo. Secunda est obligatio quę
appellatur naturalis, potens ad retinendum & cõ-
pensandum, & hæc æquiparatur filijs natis ex cõ-
cubina, & in tali naturali habili ad retinendum &
compensandum verum dicunt Pet. & sequaces sui.
Tertia est obligatio naturalis, procedẽs in deteriori
gradu, quæ solùm potens est ad retinendũ, non au-
tem ad compensandum, de qua in dicta l. Nesen-
nius. & in hac loquũtur gl. & vltramõtani. Quar-
ta est obligatio naturalis ad antidora, vt bene fa-
ciẽtibus bene faciamus, de qua in l. sed si lege. §. cõ-
suluit. ff. de pet. hæred. Et circa has duas species vl-
timas est considerandum, quòd si fiat datio alicui
ob naturalem obligationem, habilem ad compen
sandum, vel retinendum, tunc talis datio vocatur
solutio, & non donatio. Ita dicit Anton. de Butr.
ex mente Ioan. And. in rubrica de dona. & per hoc
potest dici ex mente Bartoli, quòd soluens obliga-
tione naturali non indiget insinuatione, quia non
est donatio: sed solutio quæ fit ex obligatione na-
turali ad antidora potest dici donatio, licet adhuc
non propriè vocetur donatio. propter quod dicit
Ange. singulariter in d. §. consuluit. ꝙ talis remu-
neratio obligationis ad antidora non indiget in-
sinuatione. de hoc est gl. notabilis in lege, Aquilius
Regulus. ff. de dona. facit quod notat Innoc. in ca.
29 tuam. extra de æta. & quali. vbi dicit † quòd si do-
naueris prælato centum, cum cuius subsidio obti-
nueris beneficium in curia Romana, quòd hęc do-
natio, quia fit ob remuneratione̅ & meritũ, trans-
it in simoniam, & dicitur prælatus ille simonia-
cus. Idem sensit Ang. in dicto §. consuluit. quod est
30 notandũ. † Possunt etiã alia exẽpla poni de debito
naturali tantũ, inter personas inter quas non cadit
vinculũ ciuile, vt l. frater à fratre. ff. de cõdi. indeb.
Item in pacto nudo secundum ius ciuile, quod pa-
rit duntaxat naturalem obligationem, vt l. iurisgẽ-
tiũ. §. quinimo. ff. de pact. & hoc est ratione cõsen-
sus, quòd parit naturalem, sed non parit ciuilem,
quia deficit ciuilis solennitas, ideo agere dicitur de
facto ille qui ex pacto nudo agit, vt l. nuda. C. de
contrahen. stipul. vide circa hoc latius Bal. in dicta
31 l. cum quis. † Quartò aliquid dicitur debitum ciui-
liter & naturaliter, sed est indebitum ope exceptio
nis, vt in Velleiano & Macedoniano, quæ nõ tol-
lunt obligationem naturalem, quia illæ exceptio-
nes non sunt inuentæ naturali æquitate, sed magis
moribus ciuitatis Romanæ, vt l. j. ff. ad Macedon.
vnde ius ciuile non tollit naturalem, vt dicto §. fi.
Insti. de legi. agn. tu. nec etiam tollunt ciuilem: quia
ex verbis legislatoris inducentis illas nõ appare-
ret eius fuisse intentionem, quòd tollerẽt ciuilem,
sed solum quòd inducerẽt exceptionem, vt dicta l.
j. ad Maced. & l. ij. §. j. ff. ad Vellei. His sic præmisẜis
32 videndum est de singulis mẽbris. & primò † quan-
do est indebitum naturaliter & ciuiliter: & in hoc
membro dicit hic glos. quòd ignoranter solutũ re-
petitur, siue sit iuris aut facti ignorantia, vt l. cum
& soluta. C. de cõdi. indeb. & probatur in dicta l. j.
ff. de condict. indeb. cum suis concord. Fallit tamen
hoc in aliquibus casibus, vbi non repetitur etiam
33 errore solutum. † Primò vbi est effectum debitum
per sententiam. l. j. C. de condi. indeb. & l. cum pu-
tarem. ff. fam. ercis. & l. si fideiussor. §. in omnibus. ff.
man. Secundò, si transactũ sit. l. in summa. in princ.
ff. de condict. indeb. Tertiò, vbi fuit iuratum. In-
stitu. de actio. §. item si quis postulante. Quartò, si
soluatur ex causa, quæ per inficiationem crescit. l.
eleganter. §. fi. ff. de condi. indeb. & l. ea quæ. C. eod.
tit. Et est ratio in istis, quia videtur solutum ex no-
ua causa, & sic debita, & non ex illa prima antiqua
indebita. Fallit etiã in alijs casibus notatis per glo.
in dicta l. j. C. de condict. indeb. quos prosequere vt
34 ibi per Doctores. Circa secundum, scilicet † indebi
tum naturaliter, sed ciuiliter debitum, solutum per
errorem an posẜit repeti? conclusio est communis
glos. & Docto. quòd quocunq; errore solutũ repe-
tatur, vt ff. de cõdi. indeb. l. si non sortem. §. indebi-
tum. & probatur in ista l. Fallit autem in casibus
prædictis in præcedenti membro. Et ex hoc habes
quòd solutum vigore chirographi, ante biennium
potest repeti secundũ omnes, sed post biennum nõ:
quia cum creditor habeat post biennium efficacẽ
actionem, multo fortius habere debet retẽtionem.
Vnum tamen est notandum secundum Bald. quòd
35 licet † chirographus ad obligãdum obliget, factus
tamen ad liberandum non liberat, sed probat libe-
rationem, vt ff. de acceptil. l. si accepto latum. §. j. &
de solu. l. si ex pluribus. & sic licet sit reperire litera
rum contractum, non tamen est reperire literarum
distractum: quod nota. & ita intelliguntur notata
in l. generaliter. C. de non nu. pe. Intellige tamen sa-
nè istam conclusionẽ, nisi ciuilis obligatio esset ef-
ficax de iure producens actionem, vt in sententia
condemnatoria, quæ secundum communem opi-
nionem parit solam ciuilem, & ideo si solutum sit
non repetetur hoc casu, quia etiam si non esset so-
lutum posset peti: multo ergo fortius retineri. l. cui
damus. ſ. eod. tit. & l. j. §. quod autem ait prætor. ff.
36 de superficiebus. Circa tertium † scilicet debitum
naturaliter, sed ciuiliter indebitum an solutum per
errorem posẜit repeti? fuit opinio Pla. quòd quo-
cũq; errore solutũ nõ posẜit repeti. Alia est opinio

quę est cõmunis glossarũ, quas sequunt̃ Ia. Bu. Bar.
Bal. & Salice. ꝙ solutũ per errorẽ facti repetatur, si
sit probabilis, si supinus, nõ repetatur, nec etiã per
ignorantiam iuris, vt dicta l. cum quis. Iac. tamen
de Are. Pet. & Cy. tenuerunt opi. Pla. per l. natura-
liter. & l. si pœnæ. ff. de condi. indeb. & facit l. iij. in
fin. ff. quod quisq; iuris. Item quia debetur ex natu-
rali æquitate per §. alleg. is natura debet. & etiam
cõdictio indebiti est introducta æquitate naturali.
l. indebiti. & l. hęc cõdictio. ff. de condi. indeb. Eadẽ
autem æquitas naturalis non debet contrarios effe-
ctus operari, ar. l. vbi repugnantia. ff. eod. Item quia
debitum naturale est compensabile, etiam pro al-
tero debito, vt dicta l. etiam. ff. de compensat. ergo
multo magis pro se ipso poterit cõpensari. Et fa-
cit quia in pari causa melior est conditio possiden-
tis. l. si ob turpem. ff. de cõdi. ob tur. caus. & l. si ser-
uum. §. sequitur videre. ff. de verb. oblig. sed ex vna
parte est ęquitas debiti naturalis, ex altera est æqui-
tas repetentis: ergo erit melior conditio possiden-
37 tis, cum sit par causa. † Ia. de Are. & Guliel. de Cug.
voluerũt cõcordare opiniones. Aut obligatio na-
turalis nunquam habuit concomitantiam ciuilis,
& procedat opinio Pe. Cy. & sequacium, per l. na-
turaliter. alleg. Aut habuit cõcomitantiam ciuilis,
sed ciuilis sublata est: & tunc si sit sublata facto ho-
minis, vt puta iudicis vel principis, tunc quocũq;
errore solutum repeti non potest, vt l. Iulianus. de
condi. indeb. & l. si pœnæ. eod. tit. Si sit sublata per
legẽ, tunc potest repeti. l. si postea q̃. aliàs incipit,
si quis postq̃. ff. de fideiussor. vbi si liberatus tẽpore
soluerit, potest repetere. Sed Barto. & sequaces sui
damnant istam distinctionẽ. Primò, in primo mẽ-
bro, quando naturalis semper sola fuit, quia dicit
hoc esse contra casum l. error. C. ad legẽ Falc. Itẽ fa-
cere differentiam, an sit sublata ciuilis hominis fa-
cto vel legis autoritate, est loqui sine ratione, quia
princeps est lex animata in terris. l. fin. C. de præ-
scrip. longi temp. & in authent. de consul. §. fi. col-
la. iiij. Item iudex est minister legis. l. Celsus. cũ ibi
notatis. ff. de arbitr. & l. si præses. C. de pœnis. Nec
obstare dicit opinioni glossarũ, quam sequitur, ra-
tiones Pet. & sequacium suorum, primò l. natura-
liter. & l. si pœnæ. cum similibus, non obstant, quia
debent declarari & distingui per alias leges. l. quę-
situm. ff. de testib. & cũ aliæ leges sint quæ declarãt
tale debitum ita demum repeti, si solutum sit erro-
re probabili, aliàs non, illę leges declarabunt alias
dicentes talę debitum errore solutum non repeti.
Nec ob. quod dicit̃, ꝙ cõpensatio cũ alio, & in pa-
ri causa melior est conditio possidentis, quia re-
spondet Bartolus, quòd repetitio indebiti est quę-
dam restitutio spoliati: quia qui soluit indebitum
spoliat se errore facti, & censetur spoliari per acci-
38 pientem, & ideo hæc † condictio indebiti est priui-
legiata, vt contra eam nõ admittatur exceptio cõ-
pensationis, nec etiam exceptio ꝙ melior est con-
ditio possidentis: quia contra spoliatum talis ex-
ceptio non admittitur, vt in c. in literis. & per tot.
titul. extra de restit. spoliato. & l. si quid ad se fun-
dum. C. ad legem Iuliam de vi. Bartol. tamen non
faciens differẽtiam inter cõdictionem indebiti, &
spoliationem, contradicit illis, quæ notauit in l. si
ob turpem. ff. de condictio. ob turpem causam. Ideo
dominus Richar. de Salle. sic soluebat: si soluo, di-
cit ipse, indebitum, obligatio naturalis est sublata:
quomodo ergo poterit cõpensari de naturali obli-
gatione, quæ non est, cum hac repetitione, quia il-
la naturalis sublata est, non videtur esse possibile.
Sed hæc responsio videtur tolli per textum in l. si
nõ sortem. §. fi. ff. de condictio. indebiti. & in dicta
39 l. si pœnæ. §. j. vbi habet̃, quòd † vna solutio nõ po-
test parere liberationem & repetitionem, nisi di-
catur quòd eodem tempore non operatur hos effe-
ctus, sed diuerso sic: nam statim cum soluo, sum li-
beratus, & interim non potest obijci de naturali
tali: sed si repetatur, post repetitionem sum natu-
raliter obligatus. Hoc tamen durum esset sustine-
re, per l. qui res. §. aream. de solution. Potest ergo
responderi, secundum quosdam Modernos, quòd
vnius debiti ad alterum admittitur compensatio,
sed non vnius ad se ipsum. l. j. ij. & iij. ff. de compẽ.
& ad l. si ob turpem. respondeatur secundum eos,
quòd maior est ęquitas cõdictionis indebiti, quàm
illa æquitas quæ dictat, quòd in pari causa sit po-
tior conditio possidentis. Hæc est autem commu-
nis opinio: sed si quis vellet disputando posset su-
stinere faciliter opinionem Petri & suorum sequa-
cium, & responderi posset ad opinionẽ Bart. quòd
hic nõ est dolus in eo qui spoliauit, nec aliqua vio-
lentia: imò recepit ipse quod debitum est, saltem
ciuiliter, & sic cessat l. si quis ad se fundum. quoniã
prouisio illius legis datur propter dolũ & violen-
tiam spoliantis. Item posito, quòd adhuc esset ve-
rè spolians is, qui naturaliter debitum, sed ciuili-
ter indebitum recepit, videtur posse sustineri, vt nõ
detur repetitio: quia contra spoliatum potest op-
poni exceptio, quæ sit de iure communi, in capit.
ad decimas. extra de restitution. spoliato. libro vj.
sed exceptio compensationis vel retentionis com-
petit de iure communi. Ideo videtur posse obijci
spoliato. Nec etiam obstat motiuũ, in quo dicitur
quòd maior est æquitas ex parte eius, qui soluit, q̃
ex parte recipientis. quia hoc non videtur verum,
nec probatur lege. nam ille qui recipit debitũ na-
turaliter, ex æquitate recipit: & ille qui soluit, ex
ęquitate tenebatur soluere. vnde potior videtur cau-
sa æquitatis in eo, qui recipit, quàm in eo qui sol-
uit. Et ideo quidam Moderni accedunt opinioni
Pla. Petri, Cyni, & sequacium contra gloss. Bar-
tol. & cõmunem opinionem, scilicet, vt non com-
petat repetitio soluti ex naturali debito, sed ciui-
liter indebito. & potissimè mouentur, quia hodie
de iure canonico illa naturalis potens est ad agen-
dum, vt in capit. j. extra de pactis. vbi per Docto-
res. Ideo hic articulus de iure canonico non haberet
hodie dubium, nec fortè esset inconueniens dice-
40 re, quòd † etiam de iure ciuili non possit repeti:
quia cum magna sit controuersia inter Doctores
iuris ciuilis, & determinatum sit de iure canonico,
naturalem obligationem esse habilem ad agen-
dum, quòd hoc casu non daretur repetitio aliqua.
Cogitate tamen vos, quia fortè non in omni na-
turali hæc ratio haberet locũ propter illa quæ di-
cta sunt, quòd in quibusdam non potest recurri ad
denuntiationem Euangelicam, iuxta notata Ioan.
de Imol.

de Imola, in capit. nouit. extra de iudic. Ideo tenete
quam vultis. Tenendo tamē opinionem commu-
nem quòd naturaliter debitum solutum errore fa-
cti probabili possit repeti, sed non si soluatur er-
41 rore iuris. † Fallit in muliere, & etiam in minore,
qui repetunt naturaliter debitum solutū per igno-
rantiam iuris. ff. ad Velleia. l. quamuis. §. interdum.
& l. interdum. ff. de condict. indeb. & cum hac sen
tentia videntur Doctores transire. Hæc tamē sen-
tentia communis videtur quo ad mulierem aliqui-
bus Modernis dubia: quoniam cauetur lege non
subueniri mulieribus, nisi in casibus specialiter cō-
cessis. l. fi. C. de iur. & facti ignor. sed iure nō reperi-
tur cautum, mulierem soluentem per ignorantiam
posse repetere, ergo non debet iuuari. Et ad l. quā-
uis. §. interdum. respōdent, quòd ibi tex. loquitur in
debito vtroq; iure, scilicet ciuili & naturali, & non
in naturali tantū. & si dicat, si ius toleret ignoran-
tiā iuris in muliere in debito vtroq; iure, multo for
tius in debito naturali tantum: quia secundū eos
hoc non est generale in quocunq; debito vtroq;
iure, sed solum quando mulier intercedit pro alio,
quoniā illo casu lex sibi tribuit specialiter exceptio
nem fauorabilem: vnde casus singularis, & priui-
legium speciale concessum mulieri in intercessio-
ne, non est extendendum ad alios casus, per l. si ve-
rò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. cum similibus.
42 Cogitate. † Item illud quod dicit gloss. de minore,
intelligatis, quòd si est maior quatuordecim annis,
vel adultus, repetit naturaliter solutum per igno-
rantiam iuris, non ipso iure, sed per restitutionem
in integrum. sed pupillus ipso iure absq; restitutio-
ne in integrum, nec habet in libello allegare igno-
rantiam, sed solam personæ facilitatem: de quo
plenè in dicta l. interdum. de condictione indebiti.
Item attendite secundum Baldum in dicta l. j. ff. de
43 condictio. indebi. id quod dictum est de † naturali
debito quod impeditur repeti, quando soluitur er-
rore facti supino, vel iuris ignorantia, esse verum,
vbi debitor soluit. secus si procurator eius specia-
le ad hoc nō habens mandatum, vt ff. de solutio. l.
si is cui. §. Flauius. vbi notabilis casus. Si quæratur
de differētię ratione inter ignorantiā iuris & facti,
dicite quòd difficilius toleratur ignorantia iuris,
44 quàm facti. Circa quartum mēbrum de † debito
omni iure, sed indebito ope exceptionis, vtrum so
lutum per errorem repetatur? Dicunt gloss. & Do-
ctores, quòd si exceptio sit dilatoria, quod potest
esse duobus modis, vel quia est contra excercitium
actionis, vt l. in diem. ff. de condict. indeb. vel quia
concernit ipsam exequutionem, vt l. quod nomine
mariti. eodem titul. solutum per ignorantiam iu-
ris aut errorem facti supinum, non repetitur, vt di
ctis iuribus. secus si per errorem facti probabilem.
imò secundum Bartolū cōdictio indebiti non da-
bitur ratione interusurij medij temporis, vt l. in le-
ge Falcidia. nō habetur pro puro. ff. ad legem Fal-
cidiā. Fulgosius tamen videtur sentire, quòd imò
possit tutus exceptione dilatoria ante diem sol-
uens repetere propter dicta interusuria medij tem-
poris: & quia non potest negari, quin plus debito
saltem tempore soluatur, in §. plus. Instit. de actio.
fatetur tamen, quòd non per condictionem inde-
biti propter iura allegata, sed dabitur repetitio ex
clausula generali, si qua mihi iusta causa videbi-
tur. l. j. in fine. ff. ex quib. cau. maio. Et hanc opinio-
nem Ful. quidam Moderniores sequuntur ratione
interusurij prædicti, sed non ratione debiti princi-
palis, propter dictam l. in diem. quia id quod solu-
tum est, erat debitū. & ita intelligatur prima opi-
nio, de qua latius per Doctores, in l. qui exceptio-
45 nem. ff. de condicti. indebiti. † Si verò exceptio sit
perpetua, & potest esse duplex, quia aut fauorabi-
lis, & tunc quocunq; errore solutum, potest repeti
secundum Bartolum & Baldum, per dictam l. qui
exceptionem. quod videtur mirabile, quòd si erro-
re iuris soluat aliquis, possit repetere, cum in alijs
indebitis, puta in naturaliter debitis, & ciuiliter
indebitis distinguatur inter errorem iuris & facti,
vt suprà visum est: & tamen videtur, quòd sit ma
gis indebitum, quàm istud ope exceptionis. Sed vi
detur esse ratio differentiæ, quia vbi est naturalis si-
ne ciuili, illa naturalis est potens, nec tollitur vel
debilitatur ab aliquo extrinseco: ideo magis potest
dici debitum & minus indebitū, quàm illud, quod
est naturaliter & ciuiliter debitum, sed indebitum
ope exceptionis: nam tunc illa exceptio opponit
se actioni, & sic cōsequenter ciuili & naturali, quæ
ambæ eam produxerunt, licet in generatione ciui-
lis sit potentior, vt dicit Bartolus in §. quinimo. l.
iurisgentium. ff. de pact. & facit l. licet. §. ea obliga-
tio. ff. de procur. licet quandoq; sola ciuilis produ-
cat, vt dicit Barto. in l. j. & l. frater à fratre. de con-
dictio. indeb. propter autoritatem edicti vel rescri
pti principis aut sententiæ iudicis. Vnde cum ista
exceptio maculet ciuilem & naturalem obligatio-
nem, etiam magis inficit & reddit magis indebi-
tum, quàm quando est sola naturalis sine macula.
Ita videtur intelligendū, licet ita clarè à Doctori-
bus non dicatur. Si verò sit exceptio odiosa, tunc
si soluens errauit in iure, non repetit, vt dicta l. qui
exceptionem. in verbo, perperam. Si in facto, repe-
tit, vt l. fina. ff. ad Macedon. est tamen distinguen-
dum inter errorem facti probabilem, vel supinū,
vt dictum est in præcedentibus, & hic dicitur in
glos. Et licet hæc sit communis opinio Doctorum,
46 quòd † tutus exceptione odiosa soluens per errorē
facti probabilis possit repetere: videtur tamē qui-
busdam Modernis dubia. Primò per textum in di-
cta l. qui exceptionem. vbi tex. indistinctè vult sol
uentem per errorem in exceptione Macedoniani
non repetere. Secundò, quoniam Doctores intelli-
gunt illam legem in sui principio generaliter, siue
in errore facti, siue iuris, dum dicunt tutum exce-
ptione fauorabili posse repetere, quocunq; errore
soluerit: ergo secūdus casus illius legis, qui aduer-
satur principio, debebit intelligi generaliter ī quo
cunq; errore, aliàs non esset bona aduersatiua. Nō
obstat l. fin. ad Macedon. propter quam mouentur
gloss. & Doctores: quoniam respondetur, quòd ibi
non loquitur in soluente per errorem facti, sed so-
lum in promittente: vnde differentia est inter sol-
uentem, & promittentem, quia multo facilius da-
mus exceptionem, quàm actionem: & ideo repe-
tere non poterit. Idcirco cogitate: & de hoc mem-
bro dicite latius per Doctores in dicta l. qui exce-

ptionem. & per Baldum in dicta l.cum quis. in fi.
Circa prædicta quærũt Doctores, vtrũ illud quod
dictum est, non esse locũ repetitioni soluti, in casi-
bus superius dictis, habeat locum in clericis. Hosti
ensis in cap.fi.de solu. dicit quòd aliquando lex ci-
uilis procedit introducendo priuilegium, & tale
priuilegium extenditur ad personas ecclesiasticas:
aliquando nõ procedit per viam priuilegij, sed per
dispositionem iuris communis, & tunc dicit ipse,
quòd quatenus concernit fauorem & commodum
ecclesiæ, vel personarum ecclesiasticarum extendi-
tur ad clericos. ar. x. dist. si in adiutorium. non autẽ
quatenus concernit incommodum. & per hoc in-
fert ad declarationem materiæ, quòd l. in contra-
ctibus. C. de non nume. pecun. quæ procedit dando
exceptionẽ non numeratæ pecuniæ intra bienni-
um, habebit locum in clericis, vt possint excipere
de non numerata pecunia. Inquantum autem pro-
greditur vltra restringendo, vt post biennium non
48 possit opponi, eo modo quo ante biennium, † ta-
lis restrictio non concernit personas ecclesiasticas,
imò secundum eum, clerici vltra biennium pote-
runt opponere de non numerata pecunia: quia lex
ciuilis inquantum respicit commoda clericorum,
extenditur ad clericum, sed ei non obstat ad incom
modum. & inducit l. fin. C. in quib. caus. in integr.
restit. non est necessaria. vbi præscriptio tẽporalis
non currit pupillo, ergo nec ecclesię. Itẽ quia cõtra
ecclesiam non sufficit probare mutuum, nisi pro-
betur versum in vtilitatem ecclesiæ, in capit. quod
quibusdam. extra de fideiussorib. Ideo subiungit,
quòd leges loquentes de prohibitione repetitionis
solutæ pecuniæ, non extenduntur ad clericos, nisi
fuerit approbatio illarum legum specialiter subse-
quuta à canone, vt est l. cum de indebito. in princi-
pio. ff. de probatio. quæ approbatur in cap. fin. de
solu. & probatur in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. ex-
tra de constitu. Credunt tamen quidam Moderni,
illa quæ dicta sunt suprà, de naturali debito soluto
non repetendo, secundum opiniones superius reci
tatas habere locum etiam in clericis, ista ratione,
quoniam naturalis obligatio de iure canonico po
tentior est, quàm de iure ciuili, vt dicto c. j. de pact.
& ideo cum naturalis de iure canonico sit potens
ad agendum, solutum non repetetur etiam per cle
ricum: quoniam & si non esset solutum, posset pe-
ti ab ipso. Etiam dominus Antonius de Butrio, in
dicto cap. fi. non approbat dictum Hostiẽ. inquan-
tum vult clericos post biennium posse excipere de
non numerata pecunia. quoniam hoc priuilegium
est vnicum & indiuisibile, vnde non debet fieri se-
paratio. & hæc sententia videtur æquior: quã etiã
sibi dicit Panor. magis placere & esse meliorem in
d. c. fina. nam l. in contractibus. affert priuilegium
debitoribus. vnde in illa lege incũbit debitori onus
probandi pecuniam non esse numeratam: ergo si
ecclesia vel clerici velint vti illo priuilegio, debent
recipere cum sua moderatione. Nec obst. argum.
quod dicitur de versione, quia non indistinctè est
necesse probare versum, iuxta notata per eum, &
alios Doctores, in dicto capit. quod quibusdam. &
per Bartolum in l. ciuitas. ff. si certum petatur. &
ita pertransit. Circa secundam partẽ huius regulæ
49 vbi dicitur, † quòd indebiti cõsultò dati, donatio est,
est aduertendum, quòd in hoc articulo multæ sunt
dubietates, de quibus in l. si procuratori falso. ff. de
condictio. ob causam. & in l. si non sortem. §. qui fi-
lio. & l. quod quis sciens. de condict. indebiti. Pos-
sunt tamen cõcludi per quatuor casus. Primus est,
quòd vbi quis scienter soluit indebitum creditori
non vero, vel procuratori non vero, debitum vel
indebitũ, & creditor non verus recipiens, vel pro-
curator non verus sciat soluentem scienter dare,
tunc illud transit in donum: & si sit omnino inde-
bitum indiget insinuatione, si excedat summam à
iure taxatam, iuxta l. sancimus. C. de donatio. quia
concurrit voluntas vtriusque in isto dono, vt hic &
similibus. & sic non obstat l. si ego. ff. si certum pe-
50 tatur. † Secundus casus est, quando non est omnino
indebitum, sed aliquo modo debitum, & concur-
runt omnes scientiæ prædictæ, tunc non transit in
donum. quia secundum Baldũ & Doctores, ex quo
alia sumi potest coniectura, non transit in donum.
l. si cum aurum. & l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio.
& l. quibus diebus. §. dominus. de condi. & demon.
Hoc autem casu potest sumi alia coniectura, quàm
liberalitatis exercendæ in recipientem, scilicet for-
tè liberandi se à naturali obligatione qua teneba-
tur, licet inefficaciter: vel etiam à sola ciuili eadem
ratione: vel si fortè erat vtroque iure debitũ, & ope
exceptionis indebitum, & tunc clarius non vide-
tur donum ex eisdem rationibus. & per talem so-
lutionem liberatur soluens, & non repetitur, imò
transfertur dominium, vt dicta l. j. & l. quod quis
sciens. de condictio. indeb. & non requirit insinua-
51 tionem, vt suprà. † Tertius casus est, quando quis
soluit scienter, & ille etiã recipit scienter, tamẽ ne-
scit, quòd soluẽs soluat sciẽter, sed putat ipsum errare,
tamẽ nõ errat, quia scit indebitũ esse, vel recipientẽ
nõ esse procuratorem: & tunc non potest esse donũ.
quia licet soluens scienter, videatur habere animũ
donandi omnino indebitum, tamen ille qui reci-
pit, non recipit hac intentione, quia non credit eũ
habere animũ donãdi, sed putat illum errare, & sic
52 non est donum: † quia non potest esse donum sine
consensu recipientis, vt dicta l. si ego. & notatur in
l. illud. C. de sac. sanct. eccles. & l. absenti. ff. de dona.
& tamen trãsfertur dominium, nec repetitur pro-
pter scientiam soluẽtis, nec paratur liberatio, quia
nullo modo erat debitum, vt dictis iuribus. quod
est mirabile, quòd hæc omnia concurrant, & mi-
rabilius, quòd transferatur dominium sine aliqua
causa in vero effectuali, sed sufficit apparens. Cir-
ca hoc videte latius Doctores in locis allegatis,
53 pro intellectu istorum. † Quartus casus potest esse,
quando scienter soluit, tamẽ recipiens omnino in-
debitum, ignoranter recipit. & iste casus est clarus
& similis præcedenti, quòd dominium trãsfertur,
liberatio non sequitur, nulla causa effectualis domi
nij transferendi est, sed illa apparens, donum non
contrahitur, & repetitio cessat, vt dicunt gloss. &
Doctores in prædictis iuribus, vbi videatis. Vbi
pro intelligentia præmissorum, & dictæ l. si ego.
sunt septem consideranda. Primò, contractus. Se-
cundò, dominium. Tertiò, vendicatio re existen-
te. Quartò, exceptio doli cõtra eam. Quintò, con-

sumptio

sumptio. Sextò, condictio. Septimò, exceptio doli contra eam. De primo, tex. est notabilis in l. si ego.
54 quòd dissensus partium in specie contractus, & sic in causa facit eum deficere, sed non faceret deficere quasi cõtractum, vt l. itẽ si cũ putaui. ff. de neg. gest. quod nota. & qualiter probetur iste dissensus, dicit quòd per confessionem partium: & hoc clarũ est, quia illa probat etiam aduersus præsumptionem iuris, & de iure, inductam pro confitente, vt est gloss. in authen. de æqual. do. in §. aliud. ver. sin autem. colla. vij. & pro Cyn. Bald. & Salice. in authentic. sed iam necesse. C. de do. ante nupt. vel per coniecturas, de quibus per Bartol. in dicta l. si ego. & l. inter stipulantem. §. j. de verborum obligatio. & ibi dicit Imola notabiliter, quòd etiam si non fuerit obiectum & fuerit admissa probatio, contra presumptionem iuris, & de iure valet probatio. & ita dicit Innocent. in cap. fraternitatis. gloss. super verbo, non sententiam. extra de frig. & malefi. & c. cum Bertholdus. extra de re iudicata. in gloss. not. quòd post definitiuã. Secunda, de dominio, ex quo impeditur causa, quare debeat transferri, impeditur ipsa translatio, vt l. nunquam nuda. ff. de acquirẽ. rerum do. & habetur in l. traditionibus. C. de pact. De tertio, scilicet vendicatione re existente, clarum est quòd competit, ex quo non est translatum dominium, vt l. j. C. de alie. iudic. mut. causa fact. & l. rogasti. §. fin. ff. si certum petat. De quarto, scilicet de exceptione doli competente contra hanc vendicationem, gloss. & Bartol. in dicta l. si ego. dicunt quòd reconciliatur donum voluntate vtriusq; cõcurrente postea, vt l. si tibi dederim. ff. de donat. & sic datur exceptio doli. sed quidam Moderni dubitant super hoc, quia in l. si tibi dederim. recipiens recipit animo donandi, & non ab eo qui dat. sed in l. si ego. à principio non fuit donatio propter defectum recipientis: ex post facto autem cum concurrit voluntas recipientis, quia excipit: non concurrit voluntas donantis, qui primo vendicat, & res adhuc extat: vnde non videtur tanta æquitas, vt detur exceptio doli hoc casu, de quo non loquitur dicta l. si ego. sicut quando est consumpta, quo casu datur exceptio, vt in illo tex. quia illo casu voluntas donantis semper fuit continuata, donec res extitit. Vnde cogitate, quia textus l. si ego. dicit dari re consumpta exceptionem doli: gl. etiã & Bartol. Idem dicunt, ea etiam extante. Quam gloss. fatetur Iacob. Butr. veram, si accipiens consentiat, antequam voluntas donatoris mutetur, vel ipsum pœniteat. Secus si consentiat recipiens, postquam pœnituit donantem: nam tunc cum nõ concurrat vtriusq; consensus, non conualescit donatio, ar. ff. communia prædi. l. receptum. & C. de nupt. l. & si contra. & hoc sequitur Albericus in dicta l. si ego. & videtur sequi Bal. post Oldra. Quintò, consideranda est consumptio quæ non reconciliat contractum deficientem in consensu à principio. l. si à furioso. in principio. ff. si certum petatur. secundum intellectum verum & communem, quòd ibi non reconcilietur mutuum verum, & licet ibi reconcilietur cõdictio sine causa & certi generalis ex æquitate generali: illud est ideo, quia æquitas subest: sed in casu nostro non subest æquitas effectualiter propter mentem donantis. Hinc est, quòd bene reconciliatur condictio, vt nũc dicetur, sed obstat exceptio doli, & etiam dicetur. Sextum, de condictione sine causa & certi generali illa competit, ex quo sine causa fuit apud illũ, qui cõsumpsit propter dissensum, tamen obstat exceptio doli. Et sic septimũ propter mẽtem donantis, vt non repetat quod donare voluit, & oritur ex æquitate, vt notatur in dictis iuribus.

Summarium.

1 ☞Tutor, vice domini est.
2 Creditor alienare videtur de voluntate debitoris.

Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habeat.

ISTA regula repetitur in ca. nemo potest plus iuris. extra eo. tit. libro vj. & ibi per Dyn. Ioan. Andr. & Ioan. Monach. & quæ hic dicuntur, ibi videri possunt repetita: & hic & ibi latè ponitur casus. In hac l. pone casum etiã per l. si filius. C. de don. Fallit autẽ hęc regula in multis iuribus, vt hic, & ibi notatur per glos. & Doctores. Primò, in lege, lex quæ tutores. & l. fin. C. de admini. tut.
1 Sed ratio est ibi, quia † tutor vice domini est. l. inter dum. §. qui tutelam. ff. de furt. quod dicite vt notatum fuit in l. id quod nostrum. §. eodem titul. & repetere potes hic illa, quæ ibi dicta sunt. Itẽ in §. nihil. Institu. de rerum diui. & ibi secundum gloss. ratio est, quia dominus constituendo procuratorem ad alienandum rem, per se alienasse videtur, per iura allegata ibi in glo. quibus iungatur l. ita tamen. §. gessisse. ff. de administr. tuto. Item §. fi. Insti. de offic. iudic. vbi est sententia iudicis, dominium transfertur: de quo videte latius per gloss. & Docto. in l. j. C. communia vtriusq; iudic. & l. inter officium. ff. de rei vendic. & l. sunt & aliæ. in principio. de publicia. & l. Pomponius. §. si iussu. de acquiren. poss. vide Ioan. de Imol. qui alias fallentias ponit in ca. cum contra. extra de pig. ij. charta. j. columna. Fallit etiam in creditore. Insti. quibus alie. licet. §. j. Dicit tamen Bar. quòd ibi non est fallentia, quia quã-
2 do † creditor alienat, alienare videtur volũtate debitoris, qui obligationi consensit, & ob hoc de euictione tenetur. l. de accessionibus. ff. de diuer. & tẽpor. præscript. & l. rescriptum. §. sed quantum. de distract. pig. & C. de euict. l. si ob causam. Item creditor videtur vendere tanquam procurator debitoris. & facit dicta l. si pignora. & C. si in causa iudicati. l. j. Item fallit secundum glos. in vsufructu formali. l. id quod nostrũ. ff. de vsuf. sed secundum Doctores, illa nõ est propriè fallentia, quia ibi datur id, quod habetur, licet non detur eo modo quo habet, sed aliter: quia vsusfructus causalis habetur & datur formaliter: dominus enim rei habet vsumfructum causalem, non autem formalem: quia est

seruitus,& res sua nemini seruit.l.vti frui.in prin-
cip.ff.si vsusf.pet. Ideo cum constituit vsumfructũ
bene dat quod habet,sed non qualiter habet : nam
habet causaliter , & constituit formaliter. Ita dicit
Albe.secundum Iacob.de Raue.in dicta l.quod no-
strum.Et Bartolus in l.traditio. ff.de acquir.rerum
do.simile notatur in l.manumissiones.ff.de iusti.&
iure.Item fallit in vẽditore malę fidei,qui propter
malam fidem vsucapere non poterat , & si vendat
aliꝫ bona fide ementi,transfert ius vsucapiendi se-
cundum formam §. quòd autem. versi. sed tamen.
Insti.de vsucap.sed ibi propriè non est fallentia,
quia illud non sequitur ex traditione , sed ex legis
dispositione propter titulum & bonam fidẽ ipsius
emptoris : licet hodie videatur esse secus , vt dicit
gloss. in dicta l.traditio.per §.rursus. in authentic.
vt sponsa.largi.aliàs est tit.de appella.colla.ix.vn-
de sumpta est authent. malæ fidei.C.de præscript.
long.tempo. Et ex illa gloss.notabili dicit Bartol.
esse notandum,quòd dicta authent. malæ fidei.ha-
bet locum in vsucapione. facit quod notauit glos.
ff.de iur.& facti ignorantia.l. inquisitioni. Iaco.de
Bellouisu tenet contrarium in dicto §. rursus.vide
Bartolum in l.Pomponius.§.j.ff.de acquirẽ.posses.
Item secundum gloss.fallit in alluuione. de quo vi-
dete latius Bartol.in suo tractatu Tyberiadis,par-
te prima,dum tractat de alluuione. cætera dicite in
glos.& in dicta l.traditio.

Summarium.

1 ☞Præceptori castigatio moderata permittitur.
2 Castigatio dolosa,quomodo præsumatur.
3 Animus admonendi , & non animus iniuriandi
quomódo probetur.
4 Iniuriandi animus fuisse , quando sit libello infe-
rendum.
5 Magister artificiꝫ percutiens puerum , quando te-
neatur.
6 Domum communem,si vnus totam inhabitet alte
ro absente,an debeat pensionem.
7 Domum si duo conducant,& alter recedat,an qui
remanet,totum debeat.
8 Domum communem si vnus vult habitare & al-
ter locare,præfertur primus.
9 Creditores habens,præsumitur donare vel vende
dere in fraudem.
10 Vendens secundo , vbi primus emptor soluit,vel
obtulit pretium,incidit in crimen falsi.

Nullus videtur dolo facere , qui suo iure vtitur.

LVRIBVS modis
glo.ponit exempla in hac
regula. Primò,de l.vnica.
C.de emenda. propinquo
rũ.cui additur lex , diuus.
ff.de parri. Concor. extra
de elect. cap. cum ecclesia
Vulterana.Idem dicẽdum
1 est in† præceptore & ma-
gistro,qui potest inobedientem discipulum corri
gere,moderatè tamen : imò & si modum excedat,
tenetur,non tanquam dolosus,quia non præsumi-
tur in eo dolus,sed tanquam culpabilis, vt proba-
tur in l.sed & si quẽcunqꝫ.§.si magister. ff.ad legem
Aquiliam.& ibi Bal.& Florianus, qui dicit,quòd
hæc correctio pręceptoris dicitur fieri causa admo
nendi,& non ad iniuriam.Quod tamen est verum,
2 nisi ex†qualitate vel modo,aut instrumento, cum
quo castigat,præsumatur dolus, vt si ferro percu-
tiat : nam ex genere instrumenti præsumitur ante-
cedens animus & atrocitas. Casus est notabilis in
cap.significasti.ad fin.extra de homicid. facit l.j.§.
sed si claua.ff.de sicar. cum ibi notatis, per gloss.&
Bartolũ,& per dominum Ioan.de Anania,in cap.
presbyterum. extra de homicid.qui dicit,ideo hãc
castigationem debere esse leuem , quia alibi dicit
text.quòd humilis debet esse doctrina magistri,in
cap.humilis.extra de maiori.& obedien.facit cap.
circuncelliones.xxiꝫ.quæstio.v.vbi vide moralem
text.in fi. Leuiter ergo castigans præceptor,excõ-
municationem non incurrit. extra de senten.excõ-
munic.cap.cum voluntate. & cap.ex tenore.Ratio
autẽ quare permittitur leuis castigatio, potest esse
secundum Florianũ & Anan.vbi suprà,quia dum
nimia seruatur humilitas , regentis frangitur au-
toritas , secundum beatum Augustinum. lxxxvj.
distinct.cap. quando necessitas. Ideo Salomon do-
cet castigare subditum , dũ inquit , Percute filium
virga,& liberabis animam eius à morte. Pro quo
facit illud vulgatum:qui parcit virgæ, odit filium
suum.Vnde allegant isti Doctores beatum Grego-
rium scripsisse in dialogo,quòd beatus Benedictus
quendã monachũ virga percutiẽdo sanauit,quem
crebra monitione curare non potuit. Circa quod
videatur id,quod plenè habetur xlv.distinct. cum
beatus. Sed quæratur pro practica præmissorum
3 †quomodo fiet hæc probatio,quòd animo admo-
nendi,non autẽ animo iniuriandi percusserit.Bar.
cõsuluit,& cõsulendo dicit,quòd pręsumitur factũ
animo monendi & docendi,eo ipso, quòd tempo-
re percussionis eum docebat & monebat vt disci-
pulum.Nam sicut ille,qui ludit, id quod facit præ-
sumitur facere causa ludi. l.iꝫ.& ibi no.ff.de iniur.
ita id,quod fit quãdo docet, præsumitur fieri cau-
sa docendi & monendi, & disciplinandi:& hoc est
quod vult text.in dicto §.si magister. Siue ergo fe-
cerit causa corrigendi de delicto , siue causa disci-
plinandi & reformandi,vtrũqꝫ correctio est,vt di-
cto c. presbyterum. de homi. & dicto c.cum volũ-
tate.Et notanda sunt pro modo probãdi. Nam,vt
inquit Florianus,illa qualitas,quòd animo monẽ-
di,& docendi percusserit,non videtur posse proba
ri per testes , quia animus sensu corporeo percipi
non potest,sed bene per testes potest probari,quòd
eum percussit,cum docebat illum, vt discipulum.
Attende tamen, quia in foro conscientiæ credere-
tur assertioni magistri vel præceptoris:quia vt di-
cit Anania in dicto cap.significasti. iꝫ.in versi.cum
de cęteris,&c.asserenti factum & delictũ suum cum
tali qualitate,quæ reddit ipsum innocentem,in fo-
ro conscientiæ est credendum:non sic in foro iudi-
ciali,sed debet innocentiam suam ostendere , si ex
facto remanet præsumptio contra eum. in l.si non
conuiciꝫ.C.de iniur.in cap.j.extra de præsumptio.

quæ

quæ præsumptio in casu præsenti vel tollitur, vel resultat ex modo, tempore, & instrumento percussionis, vt dictum est, & vt dicit Anania ex qualitate personarum magistri & discipuli, & ex qualitate percussionum præsumitur, quòd non animo iniuriandi, argumen. in l. j. C. de sicar. quibus probatis debebit absolui, vel secundum eum deferri sacramentū purgationis. Et ex prædictis dicunt esse notandum prædicti Doctores, quòd quando in libello narratur factum iniuriosum in personā, quæ facit præsumi, quòd non animo iniuriandi sic fa-
4 ctum, est necesse, quòd tunc † inseratur in libello, animo iniuriandi. ita probatur in dicto §. si magister. & l. iniuriarum. §. j. ff. de iniurijs. per quæ iura ita decidit Cy. in dicta l. si nō conuicij. quæstio. vij. aliàs autem non videretur forte esse necesse addere illa verba in libello, secundum Angelum in dicta l. si non conuicij. argumen. l. fin. C. de annali except. & ibi hoc firmat Ioan. Faber & Salicet. de quo per Angelum Aretinum in sua inquisitione glos. super verbo, verba cōtumeliosa. Vltimò ad id quod dictum est de magistro, refert Anania in dicto cap. presbyterum. Bal. in l. in iudicio. C. locati. mouis-
5 se quæstionē quotidianam: † si quis locauerit puerum suum sutori, cerdoni, vel repetitori, vt illum instruat, ille cum minus benefaceret vel disceret, sic eum percussit, quòd oculum effodit, vel testiculos percussione aridos effecit: quæritur an teneatur: & concludit quòd sic, per tex. notabile in l. item quæritur. §. idem Iulianus. ff. locati. facit dictus §. si magister. & hoc ideo, quia culpa fuit vel lata vel leuis à nimia sæuitia procedens. & hoc etiam tenuit de Anania super rubrica, extra de magistris. Secundò exemplificat glos. de l. meritò. ff. pro socio. vbi socius vtens re communi præsumitur vti iure suo, & parte sua: quia præsumitur propter partem bene vti re communi. facit ad hanc notabilem præsumptionem l. si prior. §. j. ff. qui potiores in pign. habeantur. de distract. pigno. l. j. & l. cum seruus. & l. prior. facit l. duo fratres. ff. de acquiren. hæredit. vult tamen Bald. in dicta l. meritò. quòd hæc præsumptio admittatur ad liberationē, per illum tex. sed non ad condemnationem, vt not. ff. de iureiurando. l. qui iurasse. §. si pater. Quæ faciunt ad quæ-
6 stionem quotidianam, † si sint duo fratres habētes domum communem, quorum altero absente alter inhabitat totam domū, an teneatur ad pensionem pro parte absentis. & facit argumētum dicta l. duo fratres. quòd teneatur, quia plus sua parte vsus est. & facit tex. in l. & hæc distinctio. §. qui fundum. ff. locati. contrarium tenent Bald. Angel. & Paul. de Castro in dicta l. duo fratres. & ipse Bald. in l. Imperialem. §. præterea ducatus. de prohi. feud. aliena. per Frederi. quia potuit vti pro parte sua, qua vti potuit in singulis angulis domus, quia in quolibet angulo habet partem pro indiuiso, vt dicta l. meritò. & l. Pomponius. ff. de rei vendicatio. quod limitat Albericus in dicta l. meritò. nisi fortè socius fuisset aliam conducturus, argumen. ff. de condictione indebi. l. si non sortem. §. libertus. Pro hoc
7 etiam dicit Paulus de Castro responderi posse † ad quæstionem de duobus scholaribus, qui conduxerunt domum, si alter eorum recedat, & alter vtatur tota domo, non propterea teneretur ad totam pensionem, quia censetur vsus ratione suæ partis, per rationem glos. quæ est in l. Sabinus. ff. commu-
8 ni diuidun. Vbi vult etiam Bald. quòd † si sint duo habentes domum communem, & vnus velit habitare, alter pensionare, præfertur volens habitare: quia non debet prohiberi iure suo vti. alleg. l. sæpe. ff. de re iudicata. in fin. Aliud exemplum ponit de l. ij. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. vbi qui constituit seruitutem, non potest agere contra vicinum actione aquæ pluuiæ arcendæ, etiam si sibi noceat habens seruitutem: quia iure suo vtitur, nisi noceat vltra modum seruitutis constitutæ. Ponit etiam exemplum de Leo tempore. in principio. ff. de peculio. vbi vide. In glos. ibi, l. omnes. §. Lucius. No-
9 ta ex ista glos. quòd sicut † habens creditores donando bona sua præsumitur facere in fraudem, ita etiā vendendo præsumitur fraus. & hoc tenet Bar. in dicto §. Lucius. per not. per regulā in l. qui testamentum. ff. de probatio. & not. Cy. in l. j. C. si quid in fraudem patro. fact. in magna distinctione. Hoc etiam tenuit Bartol. in l. post contractum. ff. de donatio. & hoc ibi dicit Imola esse verum, quādo pro valde minori pretio facta est venditio, quàm valeat res, argum. notatorum in l. si debitor. §. de his. ff. de his quæ in fraud. credi. & l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraudem patroni. & in cap. ad nostram. extra de empt. & ven. secus fortè secundum eum, si pro iusto pretio facta esset vēditio, vel pro parum minori pecunia reperiretur, & in aperto fuisset pecunia continuò tenta, fortè quia mutuauit omnibus volentibus: secus fortè si pecunia in occulto est tenta, & nō reperitur vel non potest haberi: & sic etiam posset procedere dictum glos. & Bar. cum tunc videatur eadem ratio, quæ in donatione. In eadem glos. ibi, l. qui duobus &c. dic quòd
10 † si primo vēdidit, & emptor vel obtulit pretium vel soluit, tunc vendens secundo incidit in crimen falsi. & ita intelligatur dicta l. qui duobus. secus si primus emptor nec soluit, nec obtulit pretiū, quia tunc pretium stat in nudis finibus cōuentionis, secundum Odofr. ff. de hæred. vel actio. vendi. l. venditor. ita notauit singulariter Bal. in titul. si de feudo fuerit controuersia inter domi. & agnatos. cap. si facta. & in dicta l. quoties. quod est notandum. Cætera dic vt in glossa.

Summarium.

1 Statuta benignè sunt interpretanda.
2 Statutum puniens extractionē sanguinis, non habet locum in chirurgo.
3 Dolus præsumitur si quis omittat quod sciebat se facere debere.
4 Dolus quando præsumatur in faciente.
5 Dolus cum in animo consistere conuincatur, humano sensu, exteriori saltem, non probatur.
6 Dolo probando regula nulla datur, sed in iudicis arbitrio, eiusdem probatio relinquitur.
7 Animus omnino abesse intelligitur, vbicunq; error interuenire probatur.
8 Actus indifferentes ij censentur, qui aliquando permissi, nonnunquam rursus prohibentur.

Semper in dubijs benigniora præferenda sunt.

CAVTE, vt dicit hic
gl. hęc regula iuxta præ-
cedentē ponitur, quia si-
cut nullus dolo facere vi-
detur, qui iure suo vti-
tur, vt l. meritò. ff. pro so
cio. vide pulchrè limita-
tum hoc per Io. de Ana-
nia, in cap. cùm dilecti.
de accusat. vbi nō præsumitur socius furtum com-
mittere, nec gerere actum illicitū, vtendo re com-
muni, sed iure suo vti videtur: sequitur quòd in du
bio in benigniorem partem interpretamur. & sic
hæc regula bene probat, quòd semper in dubijs be
nigniora præferenda sunt. Probatur etiam in alijs
iuribus hic allegatis in gl. quibus addantur notata
in l. benignius. per glos. & Doct. ff. de legibus. ideo
1 dicit ibi Bal. quòd † statuta benignè sunt interpre-
2 tanda. quod facit ad quæstionē de † statuto dictan-
te, quòd si quis extrahat sanguinem puniatur, certa
pœna, quòd non intelligatur de medico vel bar-
bitonsore, argumen. l. quamuis. ff. de in ius vocan.
¶ Glos. opponit huic regulæ de illo generali, quod
solet dici, dolum præsumi, argum. l. si procurato-
rem. §. dolo. ff. mandati. sed solue, secundum Barto.
in l. dolum. C. de dolo. quòd in omittēte regula est,
3 quòd † si omittat id quod sciebat se debere facere,
pręsumitur dolus. & ita loquitur §. dolo. allegatus
pro contrario. & l. dolo. ff. ad legem Falcid. secus si
4 ignoraret, vt l. qui in alterius. ō. isto titulo. † In fa-
ciente verò est distinctio facienda, quia in his quæ
sunt de genere prohibitorum pręsumitur dolus ex
ipso actu. l. si non conuicij. ff. de iniurijs. In his verò
quæ sunt de genere permissorum, non præsumitur
dolus, vt hic. & l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.
nisi probaretur ex præsumptione resultāte ex in-
dicijs vrgentibus, vt in exemplis positis per glos.
& Docto. in l. dolus. C. de rescin. vendi. & in dicta
5 l. dolum. quia vt dicunt ibi Doct. † dolus non po-
test probari de directo, cū consistat in animo: opor
tet igitur probari eū ex perspicuis indicijs, vt ibi.
faciunt notata in l. interpositas. C. de transactio. &
per Docto. in l. quod Nerua. ff. depositi. & illa quæ
dicta fuerunt in l. contractus. ō. isto titulo, in mate-
ria doli. coniecturæ autem & indicia remanent in
iudicis arbitrio, vt alleg. per Bartol. in l. fin. C. de
quęstio. & facit exēplum quod posuit gl. in dicta l.
dolum. quæ glos. est notanda in exemplo suo, pro
6 similibus casibus, † in quibus non potest dari cer-
ta doctrina probationis doli: ideo remanet in iu-
dicis arbitrio. ff. de pigno. actio. l. si seruos. de iure-
iuran. l. iusiurandum & ad pecunias. §. nō semper.
Tene autem tu menti vnam glos. quòd quæcunq;
causa vel ratio iusta vel iniusta excusat à dolo. l. j.
§. fi. in fi. magnæ glos. ff. si quis ius dicē. non obtem.
& in l. plagij. C. ad legē Flaui. de plagiar. quæcunq;
enim causa etiam bestialis excusat à dolo. Pro quo
allegat Bal. ibi. l. plagij. C. de plagiarijs. & l. j. in fi.
ff. de abigeis. similem glos. habetis in l. cum procu-
rator. §. h. ff. de appel. & facit ff. de fideicom. liber. l.
non tantùm. §. sed & Artificuliano. & est gl. & Bal.
7 in l. j. C. vbi causa status. † quod intellige dummo-
do constet, q; errauerit: quia quocunq; modo erra-
uerit, tollitur animus. l. si per errorem. ff. de iurisd.
omnium iudicum. & l. ij. ff. de iudi. & sic dolus. quia
animus per exteriora probatur. l. Fulcinius. §. j. ff.
ex quibus causis in posses. eatur. & etiam ex verbis
l. Labeo. §. idem Tubero. de supellect. legat. & vide
8 notata per glos. in dicta l. j. ff. de abige. † Aliqui ta-
men sunt actus indifferentes, qui aliquo casu sunt
permissi, aliquo casu prohibiti: & in istis si fiant
palàm, pręsumitur abesse dolus: si verò clam, præ-
sumitur adesse, vt l. fin. ff. de rit. nup. & l. non intel-
ligitur. §. si quis palam. de iure fisci. In quibus locis
videte per Doct. & est gl. in l. j. C. de interdict. matr.

Summarium.

1 ☞ Bis idem quando petatur.
2 Res & æstimatio quando simul petantur.
3 Plus petens quando priuetur toto. & nu. 4. & 5.
6 Pœnæ legales admittunt pœnitentiam vsque ad sententiam.
7 Pœnitens etiam ante litem contestatā condemnatur in simplum expensarum.
8 Pœna tripli non habet locum iure canonico.
9 Pluris petitio quatenus habeat locum iure canonico.
10 Plus petenti iusto errore parcitur.

Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.

VULGATA est hæc
regula, & habet cōsortem
in cap. bona fides. extra
eodem tit. lib. vj. vbi per
Dyn. & Ioan. Andr. Dat
exemplum hic glos. de l.
locum. §. condemnatio. ff.
de tabu. exhiben. & intel-
ligo hanc regulam secun-
dum glos. & Dy. quòd ab eodem bis idem nō exi-
gitur, nec etiā ab eo, qui causam habet ab illo, aut
haberet regressum euictionis contra primum, vt l.
emptor. C. de euictio. l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iudi.
secus à diuersis, vt l. etiam. §. item si quis. ff. de peti.
hæredita. & l. Stichum. §. dolo. ff. de solutionibus.
dummodo is à quo secundo petitur, contra alium
non sit regressum habiturus, vt ff. de rebus eor. qui
sub tut. vel cura sunt. l. illicitæ. & l. quoties. si fami.
furt. fecisse dicatur. & not. per glos. & Angel. in di-
cto §. item si quis. & Bart. in dicto §. condemnatio.
& ibi per Ioā. de Imol. & per eum in alleg. §. dolo.
1 in l. Stichum. Et † præmissa etiam vera sunt, nisi pe
tatur à duobus ex causis diuersis nihil se cōtingen
tibus: quia tunc vtrunq; potest peti. l. fundū Cor-
nelianum. ff. de noua. de quo per Dy. in dicto c. bo-
2 na fides. & per Bar. in dicto §. condemnatio. † Res
enim, & æstimatio ipsius possunt peti per eundem
& ab eodem, quando vtrunq; prædictorū de per se
fuit deductum in obligationem, vt in dicta l. fun-
dum Corneliianū. & idē etiam videtur do. Ioan. de
Imol. ibi, si aliquis promisisset fundū, & eius æsti-
mationem

mationem eadem verborũ conceptione, arg. l. ſcire
debemus. ff. de verb. obli. & hoc ideo quia videtur
eſſe intentio partium vtrunq; præſtari, aliàs autem
vtrunq; peti non poſſet, per iſtam regulã. & not. in
dicto §. condemnatio. & not. Dyn. in dicto c. bona
fides. vbi vide Ioan. And. Pro pleniori declaratio-
ne huius regulæ, & illa quæ notantur in l. i. C. de
condictio. furt. & l. item Mela. §. ſi plures. ff. ad le-
gem Aquiliam. & l. j. §. nunc tractemus. de tutel. &
ra. diſtrahen. & per Innoc. in c. ſicut dignum. in fi.
extra de homicidio. Et quia hic tractari poſſet ma
teria pluris petitionis, de qua in l. vnica. C. de plus
peti. & in cap. vnico, extra eodem tit. Concluſiuè
tamen poteſt ſic dici aſſumẽdo dictum domini Pa-
normitani in dicto c. vnico, & Docto. quòd quan-
doq; quis plus petit exigendo cautionem de pluri,
& etiam plus petendo, & habet locum dicta l. vni-
3 ca, † vt priuetur toto debito, quatuor concurren-
tibus, ſcilicet ꝙ cautio ſit extorta de maiori ſum-
ma. Item quòd per dolũ, & quòd actor perſeueret
in petitione poſt litis conteſtatio. Item ꝙ ex pro-
4 bationibus liqueat de dolo actoris. † Excipiuntur
tamen ibi in text. duo caſus, ſcilicet ſi tranſigatur
poſtea vel reus confiteatur ſe debere ſponte. & hoc
voluit ibi text. in fin. Alius caſus ſecundum Ioan.
Andr. in dicto c. vnico, vt refert dominus Panor-
mitanus poteſt poni, & ſecundum gloſ. & Docto.
in dicta l. vnica, quando poſt litem conteſtatã an-
tequàm actor conuincatur ſuper maiori quantita-
te, ipſemet actor confitetur, tunc non punitur, ſed
conuincit ſe ipſum. Facit l. eum qui. ff. de iureiuran.
Tertius caſus poteſt addi, quãdo actor plus petens
de pluri non probauit, ſed reus eo non probante
abſoluitur à pluri, quo caſu contra gloſ. dictæ l.
vnicæ, Petr. Cy. Bartol. Bald. Salicet. & commu-
niter Doct. tenent, quòd in ſola parte pluris debet
actor ſuccumbere, & vincere in parte probata, per
l. qui ſolidum. in principio. ff. de legat. ij. & in §. tri-
pli. & §. præterea. Inſtit. de actio. & in authenti. de
defen. ciui. §. & iudicare. collat. iij. Licet enim non
potuerit probare, non tamen præſumitur dolus,
nec eſt cõuictus per dolum petijſſe, & in dubio non
eſt præſumendus dolus. l. quoties. §. qui dolo. ff. de
probatio. & dictum fuit in l. præcedẽti. facit l. præ-
ſes. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & c. odia. ex-
tra eodem titu. lib. vj. Ideo enim habet locum pœ-
na dictæ l. vnicæ, quia actor extorſerat cautionem
de pluri, & reus probauerat, quòd erat cautio de
pluri: vnde quia fatigatus erat reus in onere pro-
bandi propter calumniã actoris, meritò habet lo-
cum pœna illius legis, ſed in hoc caſu nihil erat
probatum per reum de calumnia agentis. Ideo pœ
na illius legis non habet locum, ſecundum Docto.
& hoc etiam putat dominus Panormitanus proce
dere de iure canonico, ex quo non reperitur cõtra-
rium, argumen. in cap. j. extra de noui oper. nunt.
quamuis enim in dicto cap. vnico, non impona-
tur pœna dictæ l. vnicæ, ſuppletur tamen ius cano
nicum per illud ius ciuile in hoc, quia iſtud cap. lo
quitur in eo, qui ſolum in vno deliquit plus peten
do, ſed in lege Codicis cautio dolo extorquetur,
& plus petitur, & cõcurrunt alia, de quibus ſuprà:
ideo maior pœna iure ciuili hoc caſu imponitur,

minor verò de iure canonico, vbi ſolum plus pe-
titur. Nam vbi minus delinquitur, mitior debet
exerceri vindicta. xxiiij. quæſtio. j. cap. non afferа-
5 mus. & l. reſpiciendum. ff. de pœnis. † Quandoque
quis per dolum, tantum extorquet cautionem de
pluri, non autem plus petit, & tunc non habet lo-
cum pœna perditionis debiti, ſed punitur crimi-
ne ſtellionatus, ſi dolus ille non cadat in aliquam
ſpeciem delicti. l. j. ij. & iij. §. ij. ff. de crimine ſtellio.
& ibi per Bartolum. Aliquando duntaxat per do-
lum plus petit, non tamẽ exigit cautionem de plu-
ri, & tunc ſecundum gloſ. & Bartol. in dicta l. vni-
ca, punitur in triplo expenſarum, ſed non in per-
ditione debiti, vt in §. tripli. Inſtit. de actio. Licet
Placen. dixerit ſolum in ſimplum expenſarum pu-
niri. & hanc opinionem Placen. vt refert dominus
Panormitanus communiter tenent domini Cano-
niſtæ de iure canonico eſſe veriorem, argumen. in
cap. j. de dolo & contuma. nam ſi autor Decretalis
aliter intellexiſſet, hoc dixiſſet, ſed tantum dicit in
expenſis eum condemnandum, argumẽ. in cap. ad
audiẽtiam. extra de decimis. & l. vnica. §. ſi autem
ad deficientis. C. de caduc. tollen. Item tex. in alleg.
§. tripli. loquitur de expenſis factis nomine ſportu
larum: ſed in eccleſiaſtico foro ſportulæ non præ-
ſtantur, in cap. cùm ab omni. extra de vita & hone
ſtate clericorum. quod ergo non eſt, vel non exigi-
tur, non poteſt triplicari, in cap. cùm acceſsiſſent.
extra de conſtitutio. & propter hoc etiam voluit
Ioan. Andr. quòd in foro ciuili, vbi hodie de con-
ſuetudine ſportulæ non conceduntur, non erit lo-
cus illi pœnæ. quod placet domino Panormitano.
Et eſt hoc intelligendũ, quando petitur plus re vel
cauſa: vbi autem plus petitur loco vel tempore, ha
bent locum aliæ pœnæ, de quibus in dicto c. vni-
co. His tamen caſibus licitum eſt pœnitere vſque
ad litis conteſtatio, ſecundum gloſ. & communiter
Docto. vel ſecundum dominum Panormitanum,
vſque ad ſententiam. quod probat per tex. dicti c.
vnici, qui tantum punit perſiſtentẽ in iudicio. ſed
iudicium dicitur cum diſcutitur cauſa, & ſic vſque
ad ſententiam, in cap. forus. extra de verborum ſi-
gnificatio. Item probatur ſecundum eum in l. qui
cum maior. §. accuſaſſe. & l. in ſeruitutẽ. §. perijſſe.
ff. de bonis libertorum. vbi pœna à iure impoſita,
etiam pro accuſatore vel petente nõ habet locum,
niſi ſit perſeueratum vſq; ad ſententiam. Hinc eſt,
quòd Bartol. in l. in criminali. C. de iuriſdictione
6 omnium iudicum. dat ex his doctrinam, † quòd in
pœnis legalibus locus eſt pœnitentiæ vſq; ad ſen-
tentiam. Et idem refert tenere Dy. in l. amplius. ff.
rem rat. ha. Nec obſtat l. vnica. C. de plus peti. per
quam mouentur gloſ. & Doct. quia ibi delinquit
in duobus, vt dictum eſt. Vnum eſt tamen notan-
7 dum, ſecundum Hoſti. & do. Panor. ꝙ † etiam ante
litem cõteſt. pœnitens non euitat cõdemnationem
in ſimplum expenſarum factarum, quia eſſet ini-
quum, ſi nõ refunderet expenſas reo, quem iniuſtè
vexauit: & licet ad illas non teneatur remedio ti-
tuli de plus petitionibus, cum titulus ille requirat
perſiſtentiam vſq; ad litis conteſtationẽ incluſiuè,
tenebitur tamen alio remedio, quia temerè litiga-
uit. l. eum quem temerè. ff. de iudicijs. & cap. fin. ex-

tra de dolo & contu. & cap.calumniam. de pœnis.
Contra tamen præmissam determinationē, in qua
8 dictum fuit, † non habere locum pœnam tripli ex-
pensarum de iure canonico, potest opponi, quòd
si hoc sit verum, de nihilo prouidet illa decretalis
vnica, de plus petit. respectu petētis plus re vel cau
sa, cum per alia iura etiam canonica sit satis pro-
uisum in condemnatione litigantium, vt in dicto
cap.calumniam. de pœnis. & cap.finem litibus. de
9 dolo & contuma. Ad hoc † respondet dominus Pa-
normitanus, quòd imò de aliquo prouidet, saltem
dando nouum remedium circa condemnationem
in expensis sicut dicimus, quòd cum noua consti-
tutio dicit id quod antiqua, vt operetur saltem in
dando nouam actionem, per notata Bartoli in l.j.
ff. ad legem Falcid. & not. in cap.j. extra de rescrip.
& cap. ex parte. j. de verborum significat. prodest
enim habere plura remedia, vt l.quoties. & l.nun-
quam. ff. de actio. & obligatio. Vel secundò soluit,
& notabilius, quòd per remedium antiquum con-
demnatio expensarum solum veniebat accessoriè.
Vnde post sententiam super principali non posset
amplius iudex cōdemnare, vt l.Paulus. ff. de re iu-
dicata. & l.terminato. C. de fruct. & litiū expensis.
& not. in dicto cap.finem. de dolo & contuma. &
in cap.j. de sequestrat. possess. & l.iij. C. depositi. Sed
ex remedio dicti cap. de plus peti. posset dari no-
uus libellus super expensis quæ petentur vt pœna
principaliter, & non accessoriè. licet dominus An-
tonius de Butr. ibi, tenuerit contrarium per dicta
iura, quæ non obstant, quia ibi veniebant expensæ
accessoriè. Hoc verò casu per modū specialis pro-
uisionis. quod est notabile & menti tenendum, se-
cundum domi. Panormit. Posset tamen pendente
primo iudicio implorari officiū iudicis super ex-
pensis prædictis, sicut nota. in simili in cap. si dili-
genti. extra de foro competen. & in l.in criminali.
C. de iurisdictione omnium iudicum. & l.fin. ff. de
rei vendicat. & voluit Bart. in alleg. l.vnica. & sic
sunt duo modi practicandi remedium istud. Ali-
quando quis non exigit per dolum cautionem de
pluri, nec per dolum plus petit, sed per temeritatē:
& tunc secundum Doct. in alleg. l.vnica, maximè
Bartol. punitur tantùm in expensis, per dictam l.
eum quem temerè. ff. de iudi. quia, vt dicit ibi An-
gelus, temeritas, de qua loquitur illa lex, nō requi-
rit dolum, sed quandam fatuitatē. Et hæc propriè
temeritas est, secundum Ioan. Andr. in cap.j. extra
de sententia excommunicat. libro vj. super verbo,
temerarius. Faciunt notata in cap.nonnulli. extra
de rescriptis. Iungi tamen debet præmissis, quòd
quando petitur plus tempore vel loco per temeri-
tatem, non solum fit expensarum cōdemnatio, sed
habent locum aliæ pœnæ expressæ in dicto c.vni-
co, de plus peti. & Institut. de except. §.temporales.
scilicet vt duplicentur induciæ, & fiat condemna-
tio expensarum, quia secundum domi. Panor. tex.
ille nō requirit dolum, sed importunitatem, vt pa-
tet in eo. Ad hoc propositum dicit Bal. in l.ab exe-
quutione. C. quorum appellationes non reci. quòd
si iudex ad petitionem actoris excedit modum in
exequendo plus tempore, duplicantur induciæ. &
alleg. Specul. in titul. de plus peti. & in l.j. C. de plus
peti. dicit tamen hoc esse petendum oblata super
hoc petitione: nam ad hunc effectum non sufficit
excipere vel appellare, vt not. in authent. de trien.
10 & semis. §.penultim. quod bene nota. † Quandoq;
quis plus debito petijt iusto errore, & secundū do-
minum Panormita. parcitur sibi, quia cessat teme-
ritas, de qua in dictis iuribus, & calumnia, & do-
lus, in cap. sacro. extra de sententia excommunicat.
& cap.fin. de dolo & contuma. & probatur Instit.
de actio. §.si quis agens. cum ibi notatis. Faciunt
notata Bald. in l.generaliter. C. de episcopis & cler.
Adde prædictis, quòd etiam quis dicitur plus cau-
sa petere, & incidit in pœnam pluris petitionis, si
à debitore alternatiuè obligato, etiam vilius pe-
tat: verbi gratia, si sit reus obligatus ad Stichum
vel equum, & petat præcisè actor viliorem equum
mundi, vel ecōuerso. de hoc est tex. expressus Instit.
de actio. §.præterea. nam sæpe accidit, quòd pro-
missori facilius est soluere id quod maioris pretij
est, & sic adimitur sibi vtilitas, & facultas eligen-
di, petendo præcisè vilius. quod notate.

Summarium.

1 ☞ Filio condemnato pater tenetur de peculio vel in factum.
2 Pater tenetur pro filio condemnato actione ciuili descendente ex delicto. & nume.5.
3 Pater æquiparatur fideiussori iudicij, in quem fit exequutio sine noua instantia. & nume.4.
6 Filij delicto si publicentur bona, non publicatur peculium aduentitium, in quo pater habet vsumfructum.
7 Filio cōdemnato de crimine, an pater teneatur tradere legitimam ei debitam. & nume.8.
9 Monachus an æquiparetur filio vel seruo.
10 Monachus in quibus differat à seruo. & nu.11.
11 Filius monachi in monachatu ex scorto natus, est seruus monasterij.
13 Partus sequitur patrem fauore ecclesiæ.

Ex pœnalibus causis, non solet in patrem actio de peculio dari.

CASVM ponatis, vt
in iuribus allegatis in gl.
Pro cuius declaratione
dicite, quòd gl. ista quæ
5 dicit, † Filio condemna-
to patrem teneri de pecu
lio vel in factum, per iu-
ra in ea allegata: intelligi
debet in peculio profecti
tio, non autem de aduentitio. & hoc vult Barto. &
domi. Ioan. de Imola post eum in l.si finita. §.si qua
sunt iura. & §.si de vectigalibus. ff. de damno infe-
cto. per text. cum glos. in l.pater qui castrense. ff. de
castrensi peculio. quam glos. domi. Ioan. de Imola
reputat alibi non reperiri, saltem ita clarè. Sed cer-
tè mihi videtur, quòd glos. etiam hoc clarè dicit
in l.& si condemnatus. ff. de noxalibus. Hoc tamen
intelligunt esse verum, nisi pater concessisset fi-
lio administrationem peculij aduentitij: nam tunc
conse

consequutiuè videtur posse fieri exequutionem in
illo peculio aduentitio. & ita intelligit gl. notabi-
2 lis in dicta l. & si condemnatus. in illa glos. †Et est
aduertendum, quòd si filius condemnetur actione
ciuili descendente ex contractu vel delicto, fit exe-
quutio in patrē de peculio profectitio sine alio no-
uo processu, vt l. iij. §. idē scribit. ff. de pecul. & not.
in dicta l. & si condemnatus. & per Bal. & Paul. de
Castro in l. si filio. ij. ff. soluto matrim. Et ratio est,
3 secundum Bald. ibi, quia †pater æquiparatur fide-
iussori iudicij, in quē fit exequutio sine nouo pro-
cessu, vt not. per Bart. in l. j. ff. iudi. sol. & per Bald.
& Salicet. in l. fin. C. de vsur. rei iudi. Vnde licet in
fideiussorem contractus non fieret exequutio sine
noua instantia, tamen fit in patrem. Et ratio est, se-
cundum Bal. quia ille in quem descendit obligatio
necessaria ex processu causæ patitur exequutionē,
nec est necessarium, quòd fuerit citatus in processu
causæ: quia hoc contingit per obliquum. Item est
alia ratio secundum eum, quia in fideiussore con-
tractus est reperire obligationem extra iudicium
non reductam ad iudicium, nec in iudicis potesta-
te, ideo non patitur exequutionem. Sed in patre &
fideiussore iudicij est reperire obligationem quoti
die nascentē in iudicio: & ideo in iudicis potestate
est, & clauditur in sententia, quod est subtile & no
tabile apud eum. ¶ Attendite etiam, quòd id quod
4 dictum est, in †patrem fieri exequutionē filio con-
demnato, vt vult hic gl. & iura superius allegata,
est verum si filius præsens, & non per cōtumaciam
fuerit condemnatus, vt dicunt Bartol. & Ioan. de
Imola in dicto §. si de vectigalibus. & ita solet no-
tari in §. fin. Instit. de noxalibus. quod intelligite,
quando filius semper fuit absens, secus si fuit litem
contestatus, & postea se absentauit: quia tenetur
propter quasi contractum initum in cōtestatione,
per notata in l. ij. ff. de prætor. stipul. per gl. & Doct.
licet enim in absentia condemnetur, tenebitur pa-
ter. quod tamen vltimum dicit Ioan. de Imola non
esse sine scrupulo: quia sententia non nocet, quan-
do fertur in absentem, licet sit litem contestatus. l.
qui repudiantis. §. j. ff. de inoffic. testamen. vbi text.
singularis, quòd in omnibus casibus, in quibus sen
tentia alteri præiudicat, intelligitur si non feratur
in contumacem, vt dicit idem de Imola in l. sæpe.
in glos. super verbo, experiri. ff. de re iudica. & per
eundem, & Bar. in l. cum filius. ff. de verbor. oblig.
Item quia §. idem scribit. loquitur in quasi contra-
ctu sentētiæ, qui immediate ordinatur ad id quod
deuenit in sententia: quæ ratio cessat in quasi con-
tractu facto per litis contestationē. & ita pertrāsit.
Hæc etiam sunt vera, secundum Bartol. in actione
descendente ex delicto. Pro quo vide latē Bartoli
distinctionem in l. Stichus. ff. de peculio leg. In con
tractu verò indistinctè datur in patrē actio de pe-
culio profectitio vel aduētitio, quod permisit esse
penes filium, vt per totum titulum de peculio. & l.
cum & filij. C. qui bonis cede. pos. Prædicta autem
intelligenda sunt, vt dictum est, in ciuilibus senten
5 tijs. †In criminalibus verò non fit exequutio in pa
trem. l. iij. C. de bonis damnato. quæ dicit damnato
filio nō publicari peculium castrense. quam legem
reputat domi. Ioan. de Imola esse singularem. Et ra
tio redditur eleganter per Bald. in dicta l. si filio.
quia in criminalibus potius ponderatur vindicta,
quæ non potest porrigi ad patrem non delinquen
tem, quàm ponderetur cōmodum peculij. ff. de in
integrum restitu. l. abstinendi. & argumen. ff. quod
quisq; iur. l. iij. §. si filius. & est menti tenendum, se-
cundum quod volunt Bartol. & ipse de Imola in
6 dicto §. si de vectigalibus. quòd † si propter deli-
ctum filijfamilias bona publicentur, non publica-
bitur peculium aduentitium filij, in quo pater ha-
bet vsumfructum, etiam quo ad proprietatē: quia
filio interdicta est omnis alienatio, sine patris con-
sensu. C. de bonis quæ liberis. l. cum non solum. §.
filius. Ergo delinquendo non alienabit, sed rema-
nebit apud patrem, & etiam sicut quando pater
damnatur, non publicatur peculium filij profecti-
tium, vt l. iij. §. sed vtrum. in fin. §. ff. de minorib.
quem tex. de Imola dicit esse singularem. ita multo
minus publicari debet aduentitium. quod latius
prosequitur Bartol. in dicto §. si de vectigalibus.
& Salicet. in dicta l. iij. C. de bonis proscripto. tex.
tamen dicti §. sed vtrū. intelligendus est, secundum
Ioan. de Imola, præter quàm in causa læsæ maiesta
tis, per notata in l. quisquis. C. ad legem Iuliam ma
7 iestatis. An autem pro † filio condemnato de cri-
mine pater teneatur tradere legitimam, quæ debe-
tur filio in bonis patris, Specul. mouet istam quæ-
stionem in titul. de exequutio. sentent. §. sequitur.
versic. quid si filius. & ibi determinat quòd non. Et
etiam Bartol. in dicta l. Stichus. de peculio legat. &
in l. j. §. si impuberi. ff. de collatio. bonorum. & Bal.
in authen. si captiui. C. de episcopis & clericis. & l.
omni modo. §. imputari. C. de inoffic. testamen. &
in l. omnes qui. ff. de procurat. & l. lex Cornelia. de
vulgari & pupilla. & in l. si qua pœna. post glos.
ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & ibi Alberic. &
hoc tenet Angel. in authenti. de hæredi. & Falcid.
§. j. quia viuo patre filius nullum ius habet in bo-
nis patris. Cui tamē obuiare videtur id quod not.
per glos. in §. si quis autem nō implens. in dicta au-
thenti. de hæred. & Falcid. vbi glos. notauit, quòd
viuo patre legitima debetur filio. facit l. in suis. ff.
de libe. & posthu. & Instit. de hære. quæ ab intesta.
defe. §. sui. Sed responderi potest, secundum Bart.
in l. fin. ff. de liberis agnoscen. & per Bal. post glos.
in l. iij. C. de iuris & facti ignorantia. quòd non est
debita viuo patre legitima filio, sed est quasi debi-
ta. quod declarat Angelus in dicto §. j. in authenti.
de hæredib. & Falcid. & dicto §. si quis autem non
implens. quia legitima est debita filijs viuo patre
ad hoc, quòd pater moriens habeat illam necesse
relinquere filio, si non subsit causa in contrarium,
vt in authent. de trien. & semis. §. j. collatio. iij. & in
§. aliud quoque capitulum. cum §§. sequent. in au-
thenti. vt cum de appellat. cognoscitur. collat. viij.
Non autem quo ad alios effectus: quod patet, quia
non est ita debita, quòd extenuet debita aliorum,
imò ipsa extenuatur per debita ipsorum in l. Papi
nianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. & in l. cum à ma
tre. C. de rei vendi. Item secundum cum adeo non
est debita, quòd pater filio delinquēti illam tenea-
tur assignare. Pro quo allegat dictam l. lex Cor-
nelia. ibi, nulla bona. Item non est tantùm debita,

quin per statutum posit in totum tolli, & in par-
tem, per notata Dy. in cap. indultum. extra eod. ti.
lib. vj. de quo dictũ fuit in l. iura sanguinis. ff. eo. ti.
8 vbi videte. † In proposita autẽ quæstione, licet de
iure pater non teneatur filio condemnato legiti-
mam asignare, si tamen esset consuetudo vel statu
tum in contrarium, cogeretur, vt notant Doct. in
prædictis locis, quamuis Cy. dixerit tale statutum
sapere tyrãnidem, vt refert Bal. in dicta l. lex Cor-
nelia. glos. tamen ordinaria dicit tale statutum va-
lere, vt not. per gl. in rubrica, de decre. decur. Cod.
libr. x. Illam cõmuniter sequuntur Docto. vuit ta-
men Ioan. de Imola in l. cum filius. ff. de verb. obli.
quòd dictum statutum tanquam exorbitans à iure
cõmuni sit restringendum & reducendum ad limi-
tes iuris cõmunis, vt sic quantò minus fieri posit
patrem non delinquentẽ lædat: & sic quòd dictum
statutum intelligatur, si filius fuerit condemnatus
præsens, & auditus: non autem si propter contu-
maciam fuerit condemnatus, argumẽ. in cap. dile-
ctus. extra de consuet. & faciunt notata in l. ij. C. de
9 noxali. Vltimò glos. hic in fin. † æquiparat mona-
chum filiofamilias. pro qua facit id quod not. in l.
si longius. §. j. ff. de iudi. per gl. & Doct. dicit tamen
Innocen. in cap. cùm olim. extra de priuileg. quòd
iura loquẽtia in seruis habent locum in monachis.
& hoc etiam dicit glos. in l. cum hæredes. §. fi. ff. de
acquirenda posses. & per Bar. in l. j. §. si fructuarius.
ff. de stipul. seru. Sed illud est intelligendum quo ad
acquisitionem, vt sicut seruus acquirit domino, ita
monachus monasterio: non autẽ quo ad alia, vt di
cit Bar. in dicto §. fin. & ibi Imola. & ipse idem in
dicto §. si fructuarius. nam monachi retinent ius
agnationis & ius succedendi, vt l. Deo nobis. C. de
episc. & cleri. iuncta l. seruus. C. cõmunia de succes.
10 † Item in alio monachus non æquiparatur seruo,
quia secundum Imolã in dicto §. si fructuarius. po-
test testificari, & esse testis, licet sit subiectus alterius
potestati, vt not. in §. cogitandum. in authenti. de
monachis. collatio. j. & ibi per glos. & per glos. &
Docto. in authenti. si dicatur. C. de testib. & in §. si
verò dicatur. in authen. de testib. colla. vij. Secus in
seruo. facit quod not. in l. si ex causa. §. Põponius.
11 ff. de minori. † differunt etiam monachus, & seruus
in institutione hæreditatis, secundum Bal. in l. sed
& si quid. ff. de vsufru. quia in seruo requiritur adi-
tio, cum seruus retineat ea quæ sunt voluntatis, vt
Instit. de stipul. seru. §. si cum factum. & l. cum pro-
ponas. C. de hæredi. instituen. vbi per Bar. secus in
monacho: quia non habet plus iuris ipse, quàm
vnus alius de monasterio. Monachus enim non ha
bet velle nec nolle propter virtutẽ professionis, vt
xij. quæstio. j. cap. non dicatis. & Bald. in l. j. C. qui
admit. ad bo. pos. pos. & per Archi. xviij. quæst. j.
cap. j. vide Albertum de Ferrarijs in tractatu fune-
ralium, & canonicæ portionis, quæstio. xv. vbi di-
cit an seruus & religiosus eligant sibi sepulturam.
Faciunt ad hoc notata per Docto. in dicta l. cum
proponas. & in l. j. ff. de vulga. & in cap. in præsen-
tia. per Innocen. Ioan. Andr. & Modernos extra de
probat. & aliquid de hoc in l. fi. §. vbi autem. C. de
bonis quæ libe. Dicit etiam Ioan. de Imola in cap.
quod quibusdam. extra de fideiussori. quòd in hoc
parificantur serui & monachi: quia nõ possunt fa
cere deteriorem cõditionem domini, vel monaste-
rij. facit l. seruus. C. de pactis. Additur prædictis, quod
12 filius † monachi habitus in monachatu ex dete-
stando cõnubio est seruus monasterij, vt de hoc est
tex. xv. quęstio. vltima. cap. cùm multæ. & ibi spe-
ciale contra determinationem l. partum. C. de rei
13 vendi. quia † partus non sequitur ventrem, sed pa-
trem in fauorem ecclesiæ, vt ibi notauit glos.

Summarium.

1 ☞ Hæres & defunctus eadem persona censentur.
2 Hæres dicitur ab herõ, & idem significat quod do
minus.
3 Hæres dictio, sumitur duobus modis.
4 Viuens an posit habere hæredem.
5 Hæres quando intelligatur de solis filijs. & nume-
ro 6. 7. & 8.
9 Hæredi quando plus iuris competat, quàm defun-
cto. & nume. 10.
11 Hæredi quãdo minus ius competat, quàm defun-
cto. & nume. 12. 13. 14. & 15.

Hæredem eiusdem iuris potestatisque esse, cuius fuit defunctus, constat.

RATIO huius regulæ
redditur hic per glos. quia
1 † hæres & defunctus eadẽ
persona reputantur iuris
fictione, in authent. de iu-
reiurando à mo. præsti. in
prin. collat. v. sermo enim
defuncti dicitur proprius
sermo hæredis eius, nõ ta-
men propriè secundum Angel. ibi, & sic differunt
nomen & aduerbium. concordat ad hanc regulam
ff. eod. l. nemo plus cõmodi. & cap. is qui in ius. ex-
tra eodem tit. lib. vj. Et ibi ponuntur exempla per
Ioan. Andr. in glos. Et per illum tex. & similes di-
cimus, quòd iura & actiones cõpetentes defuncto,
& contra defunctum, competunt hæredi & contra
hæredem, Instit. de perpe. & tempo. acti. circa prin.
& l. vnica. C. vt actio. ab hæredi. & contra hæred.
incip. Et pro intellectu huius termini, hæredẽ, po-
siti in principio huius regulæ, est sciẽdum, secun-
dum quod not. Paul. de Castr. in l. Gallus. §. etiam.
2 ff. de libe. & posthu. quòd hoc nomen † hæres, idem
significat quod dominus: quia dicitur ab hærus,
quod est dominus, vt l. item Mela. §. legis. ff. ad le-
gem Aquil. & Instit. de hæred. quali. & diffe. §. item
3 extraneus. versic. pro hærede. † Et potest sumi duo-
bus modis. vno modo propriè, vt est successor in
vniuersum ius quod defunctus habuit, vt l. hæredi-
tas. ff. eod. ti. & hoc modo sumitur hic: quod patet,
quia loquitur in hærede defuncti, qui propriè di-
citur hæres, quia viuens propriè non habet hære-
dem, vt l. j. ff. pro hærede. & l. nec nos. C. de capt.
& l. j. ff. de hære. vel actio. ven. Alio modo sumitur
impropriè & strictè pro filio vel nepote, vel alio
4 descendente tenente primum locum in suitate: † &
isto modo viuens potest habere hæredem, vt legi-
tur in

tur in dicto §.etiam. quia non posset filius vel de-
scendens alius desinere esse hæres, vt ibi vult text.
per mortem naturalem vel ciuilem,nisi fuisset hæ-
res : quia priuatio præsupponit habitum,vt l.de-
cem. ff.de verborum oblig. sic etiam videmus isto
modo filium viuo patre dici dominum bonorum
paternorum,licet impropriè,vt l.in suis.ff.de libe.
& posthu.& dictum fuit in l.præcedēti.Et ista tra-
hunt Doct.ad quæstionem : si in aliqua dispositio-
ne inter viuos , vel in vltima voluntate ponatur
hoc verbū,hæres,an intelligatur primo modo vel
secundo.& hoc tractant Bart.Bald.& Docto.Mo-
derni in alleg. §.etiam.dat autem regulam Paul.de
Castro ibi suprà,quòd regulariter verbum,hæres,
sumitur primo modo, pro quolibet hærede etiam
extraneo,prout est successor bonorum defuncti,vt
5 l.sciendum.ē.titu.proximo. †Fallit tamen in qua-
tuor casibus , in quibus tantūmodo porrigitur ad
filios,& sic impropriè sumatur. Primus est,quan-
do dispositio refertur in tēpus vitæ alicuius, quia
hoc casu nō potest habere hæredem primo modo,
ideo oportet sumere verba secundo modo , sicut
possunt,vt probatur in tex.dicti §.etiam.vbi Vel-
leius se refert ad tempus vitæ testatoris , quo suus
hæres desinat esse,hæres:ideo si cōcederetur aliquid
alicui , & suis hæredibus quoad vixerit , hoc ver-
bum,hæredibus, sumeretur pro filijs. facit in arg.
l.si quis Titio.cum ibi notatis,secundum vnam le-
cturam. ff.de vsufr.accres. & hoc etiam tenet Bald.
6 Secundò†fallit,quãdo profertur in materia,in qua
extranei nō succedunt,vt in materia feudali : quia
ibi verbū,hæres,sumitur pro filio, vt in c.si clien-
tulus.in titul. de aliena.feud. videte tex.& Bald.in
cap.Titius.si de feudo fuerit controuer.& per eun-
dem in titul.qui feud.dare pos. §.& quia vidimus.
& ibi per Bal. vbi dicit non esse tex.in iure ad hoc
propositum clariorem illo. videte eum in titul.de
natu.succes.feud.& in l.liberti. C.de oper.liberto.
& notata glos.in l.ex facto.§.fin.ff.ad Trebel. Ter-
7 tiò†fallit,quando apponeretur cum hoc adiuncto
masculis, vt si dicatur,concedo tibi aliquam rem,
& tuis hæredibus masculis : nam propter hanc ad-
iunctionem , etiam si sit materia , in qua fœminæ
possint admitti, verisimile est illum, qui hæc ver-
ba addidit, cogitasse de hæredibus proprij corpo-
ris,non de extraneis.& hoc fuit dictū Ray.de For-
liuio, quem sequitur Paulus de Castro in dicto §.
8 etiam.& ita refert Bartol.tenuisse. †Quartò fallit,
quando sequeretur incōueniens,si assumeretur pri-
mo modo pro quocunque hærede extraneo : verbi
gratia, si apponeretur in cōditione, vt si grauetur
hæres institutus de restituēdo alicui hæreditatem,
si decesserit sine hæredibus : nam cum conditio se
debeat habere ad esse,& non esse, si sumeretur pri-
mo modo, nunquam se haberet ad esse : quia gra-
uatus semper institueret hæredem quantumcunq;
extraneum, & testatoris voluntas non seruaretur,
quæ tamen seruanda est. l.j.C.de sacrosanct.eccles.
& §.dispariter.in authē.de nup.collat.iiij.& l.cum
quæsitio.in fin. C.de legat.& l.in conditionibus.in
princip. ff.de condit.& demonstrat. Ideo hoc casu
sumitur secundo modo pro filijs,vt dict.l.ex facto.
in fi.& ibi not. ff.ad Trebel.Vel potest poni aliud
notabile exemplum, secundum Paul.de Castro, si
testator Titium extraneum hæredem instituerit,&
si decesserit sine liberis grauauit eum de restituēdo
hæreditatem Caio,& suis hæredibus. Qualiter su-
mitur illud verbum,hæredibus,& dicit illud sumi
pro liberis.& ita tenent Bart.& Bald.ibi,aliàs se-
queretur inconueniens , quòd si Caius substitutus
prius decederet relictis extraneis hęredibus,postea
decederet Titius institutus sine liberis,& relictis si-
militer hæredibus extraneis,hæreditas veniret re-
stituenda hæredibus extraneis substituti , exclusis
hæredibus extraneis instituti,quod non est creden-
dum fuisse de mente testatoris : quia sicut prædile-
xit institutum primo loco eum hæredem instituen
do,ita credendum est, quòd plus dilexerit hæredes
dicti instituti extraneos, quàm hæredes extraneos
substituti,argumen.l.Publius.in fin.ff.de condi.&
demonstrat. Et ita disputando tenuit Richar.Ma-
lumbra,quem sequuntur Bar.Bald.& Paul.de Ca-
stro.& hoc dicit Barto.tenere Ioan.Andr. in addi.
Specul.tit.de testamen. super rubrica, ante fin.qui
tamen ita non loquitur,si bene videatur.sed Bart.
ita eum intelligit.Et est rationabilis intellectus,se-
cundum Paul.de Castro,quem & alios latius vide
in dicto §.etiam. Fallit autē hæc regula in casibus
hic enumeratis in glos.j.in l.vnica. C.vt actio.ab
hæred.& contra hæred.incip.cui concor.l.scrupu-
losam. C.de contrahen.& commit.stipul. & Instit.
9 de inutil.stip. §.post mortem.vbi†plus iuris com-
petit hæredi quàm defuncto , quãdo stipulatio vel
contractus, aut relictum in vltima voluntate pro-
trahitur post mortem stipulatoris cōtrahentis vel
illius cui relinquitur. Et ratio huius fallentiæ de se
patet , quod confertur effectus actionis in tempus
hæredis,qui nō potuit habere locum tempore de-
10 functi. quod prosequere,vt ibi per Docto. † Item
fallit in l.si per imprudentiam.§.non mirum.ff.de
euictio.& l.reperitur.ff.ad legem Falc.vbi plenior
datur actio hæredi,quàm defuncto. Et est ratio spe
11 cialitatis,sicut in præcedēti,vt ibi notatur.†Fallit
etiam in alijs casibus, in quibus minus iuris cōpe-
tit hæredi quàm defuncto, vt in priuilegio perso-
nali,quod personam non egreditur.l.in omnibus.
J.eod.& de hoc ibi dicetur latius.& in l.priuilegia.
12 J.eod. † Item fallit in vsufructu, qui finitur morte
vsufructuarij,vt in §.finitur.Instit.de vsufruct.& l.
corruptionem.C.de vsufr. Et est ratio ne proprie-
tas inutilis esset proprietario,si vsusfructus transi-
13 ret ad hęredē.†Item fallit in pacto personali,quod
ad hæredē non transit.l.idem.§.personale.ff.de pa-
ctis.& faciunt not.in l.iurisgentium. §.pactorum.
eod.tit.& ibi pulchrè per Bart.& Bald. pro cogni-
tione pactorum realium & personaliū.facit l.plu-
14 ribus.ff.de admini.tut.†Fallit etiam in actionibus
personalibus quæ dantur ad vindictam, vt l.iniu-
riarum.in princi.ff.de iniurijs.& ibi ratio redditur
per glos.quia actio tendens ad vindictam nō est in
bonis nostris,nisi lite contestata,vt eod.tit. l.iniu-
riarum.ij.& l.cum emancipati.§.emancipatus.de
colla.bo.facit l.pœnales.ff.ad legem Falc.& Instit.
de perpe.& tempo.actio.§.non omnes.& l.penult.
ff.de in ius vocan.& l.hæc actio.de calum. Hoc ta-
men etiã prodest hæredibus, quòd sicut actio ten-

dens ad vindictam lite non contestata eis non da-
tur, vt iuribus prædictis, ita etiam nec in eos. & sic
in hoc fallit etiã hęc regula, vt dicto §. non omnes.
15 †Fallit vlterius in l. penult. C. de metatis & epide.
libr. xij. vbi viri consularis vel patriciæ dignitatis
habent immunitatem de non recipiendis hospiti-
bus quo ad tres domos: hæredes verò eorũ descen-
dentes, ascendentes, collaterales vel vxores quo ad
duas duntaxat. & dicit ibi glos. in hoc fallere hanc
regulam. alias fallentias ponit Ioan. Andr. in cap. is
qui in ius. extra eod. tit. quas ibi prosequere.

Summarium.

1 ☞ Fideiubere alium pro se qui patitur, mandare videtur.
2 Patientia habetur pro consensu in ijs, quæ concernunt commodum.
3 Procuratorem falsum qui pro se agere patitur, sibi præiudicat.
4 Patiens alium pro se agere quãdo sibi præiudicet. & nume. 6. 7. & 10.
5 Ratum habere, & non improbare æquiparantur.
8 Coniuncta persona potest agere sine mandato: sed non, si dominus contradicat.
9 Defendi quis potest, etiam inuitus.
11 Procurator falsus an post latam sententiam possit ratificari. & nume. 12. 14. 15. & 16.
13 Exceptio falsi procuratoris potest opponi, etiam post sententiam.
17 Gesta falsi nuntij potest quis ratificare in iudicio vel extra.
18 Recusans suscipere mandatum, potest denuo illud suscipere durante mandantis voluntate.
19 Ratihabitio & mandatũ quatenus æquiparentur.

Semper qui nõ prohibet pro se interuenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit quod gestũ est, obstringitur mandati actione.

HAEC regula duas ha-
bet partes, & regulas. Se-
cunda ibi, sed & si quis.
quoad primã partẽ ponit
glos. casum de l. qui fide.
& l. qui patitur. ff. manda.
& l. si fideiussor. C. mand.
1 vbi ille † qui patitur aliũ
pro se fideiubere, manda-
2 re videtur: quia † patientia habetur pro consensu
in his quæ respiciunt commodum patientis, vt in
dictis iuribus. & de hoc per glos. Alber. in l. Caius.
ff. de pigno. actio. Et per Bar. in l. quæ dotis. soluto
matri. & per Cy. & Salic. in l. inuitus. C. de procur.
& aliquid in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procur.
& per Dy. in cap. qui tacet. extra eodem tit. lib. vj.
Et facere videtur prima pars huius regulæ ad id
quod not. Innocen. in cap. ex parte decani. extra de
3 rescriptis. quòd † si dominus videt causam suo no-
mine agi per falsum procuratorem, & nõ contra-
dicit, quòd fit sibi præiudiciũ, quia creditur agere
ex voluntate sua, cum posset eũ prohibere, & non
prohibuit. pro quo facit l. sæpe. ff. de re iudica. vbi
de materia plenè per Bart. Angel. & Ioan. de Imol.
ipse tamen Innocen. contrariari sibi videtur, & ali-
ter dicere in cap. quamuis. extra de re iudica. quod
fuit extractum de medulla dictæ l. sępe. vt ibi dicit
4 de Imola. † Et quia hæc materia varias patitur do-
ctorum controuersias, potest sic resoluere & con-
cordare, secundum Ioan. de Imola, aut agens nomi
ne alieno est talis, quòd sciens & patiens habet cau
sam ab eo, & præiudicatur patienti, per dictam l.
sæpe. eam sic indistinctè, & generaliter intelligen-
do. Et ita intelligatur dictum Innocẽ. in dicto cap.
ex parte decani. licet Bartol. sentiat contrarium in
dicta l. sæpe. Ange. tamen ibi tenet cõtra eum pro-
pter autoritatem Innocen. Item per text. iuncta gl.
in l. quo enim. §. j. ff. rem ratam ha. quæ dicit, quòd
5 † non improbare, ratihabitioni par est, per l. ij. C.
de filijsfami. & quemadmo. pater pro his te. lib. x.
& l. ij. cum concordan. ibi positis. ff. ad munic. & in
hoc fatetur Ioan. de Imola Angelum melius dixis-
se, quàm Bart. licet ad rationes Angeli posset dari
6 responsum. † Aut patiens non habet causam ab
agente, qui agit nomine patientis: & tunc si agens
fuerit procurator patientis, sed reuocatus, vel in
aliquo excessit mandatũ procuratoris sibi datum:
videtur quòd sciẽs, tacens, & nõ contradicens, vi-
deatur cõsentire, per notata in cap. cùm olim Ab-
bas. vbi est text. notabilis extra de offic. delegat. &
in dicta l. sæpe. & in cap. j. extra vt lite non contest.
Sed si omnino fuit falsus procurator, nec vnquam
habuit mandatum, cõmunis opinio videtur esse,
quòd non inducatur consensus, nec ratihabitio. Et
ratio diuersitatis sit ista: quia facilius inducitur ra-
tihabitio, quando habuit mandatum, sed reuoca-
tum, quàm in eo qui nunquam habuit, argu. huius
regulæ, quam ad hoc allegat Ioan. de Imola, & l. si
pecuniam. C. de negot. gestis. & l. cum filius. §. hæ-
res. ff. de legat. ij. & l. cum quis. §. j. ff. de solut. vt sic
primordium veritatis mandati facilius inducat ra
tihabitionem, argu. notatorum in dictis iuribus.
7 † Fallit tamen secundum domi. Petr. de Anchar. in
Clement. j. extra de procura. post Cy. in dicta l. in-
uitus. vt refert Ioan. de Imola, quãdo esset coniun-
cta persona, vt tunc ratione cõiunctionis, sciẽtiæ,
& patientiæ inducatur ratihabitio, arg. l. si seruus.
cum similibus. ff. de donat. inter virum & vxo. vel
secundum do. Anto. de Butrio in dicta Clement. j.
quando interuenit ex parte rei, vel quando inter-
uenit pro parte actoris post iudicium inchoatum
per dominum. Et ratio primi casus est, secundum
eum, quia cum reus teneatur se defendere (cum iu-
dicium reddatur in inuitum, vt l. inter stipulãtem.
§. j. ff. de verb. obli.) vtiliter videtur geri negotium
eius, si defendatur: ideo eius sciẽtia & patientia in-
ducit ratihabitionem. Ratio secundi est, secundum
eum, quia quando iudicium fuit inchoatum per
dominum agentem, cogitur perseuerare in actio-
ne proposita, in authen. qui semel. C. quomodo &
quando iudex. ideo tunc videtur eadem ratio, sicut
in præcedenti. Ista tamen fallentia do. Antonij vi-
detur do. de Imola colorata, nec sibi placet per tex.
in l. iam tamen. §. in hac. ff. iudi. solui. & l. ex parte.
ff. famil.

ff.famil.erciscundæ. vbi patet, quòd interueniebat
quis ad defensionem, & tamen non intelligitur de-
fensus ratum habere, vt ibi patet. Fallentia etiam
Cy. in dicto casu, licet videatur tolerabilis, nõ be-
ne probatur iure, secundũ ipsum de Imola, & con-
tra eam facit generalitas dicti §. in hac. & quod ha
betur in l. iij. §. j. ff. iudi. sol. Dicit tamẽ esse aduertẽ-
dum, quia contra prædicta fortiter facit ratio tex.
dictæ l. sæpe. & id quod not. in dicta l. Caius. Ideo
secundum eum fortè posset probabiliter dici, quòd
vbi quis sine vllo vnquam habito mãdato, nomi-
ne alieno agit, si dominus sciat & patiatur, præiu-
dicat sibi quod agitur, vt videtur voluisse Innocẽ.
8 In dicto cap. ex parte decani. Nam etiam † coniun-
cta persona, licet posset agere sine mandato, per l.
sed & hæ. ff. de procur. non tamen posset agere con
tradicente vel prohibente domino, vt l. Pompo-
nius. §. fin. ff. de procurat. Ideo iudicium agitatum
cum tali valeret, etiã si sit extraneus, non quòd vi-
deatur sibi integrum datum esse mãdatũ, sed eate-
nus quatenus patitur is cuius nomine agit, per di-
ctam l. sæpe. Et responderi potest ad §. in hac. quòd
ille §. loquitur quando quis venit ad defensionem
9 alterius, † quod potest facere, etiam eo inuito qui
defenditur. l. solutionem. ff. de solut. Vnde non est
mirum, si ibi non inducatur tacitus consensus, ex
quo prohibere non poterat: secus videtur quando
quis agit nomine alterius, cõtra cuius voluntatem
agere non potest, etiam si sit coniuncta persona, vt
dictum est. Vel posset dici, quòd ibi fiebat defensio
absente vel ignorante defenso, ideo tunc non indù
citur consensus. secus si sciuisset, & nõ prohibuisset.
Nam saltem prohibere poterat, ne solus defende-
ret. Et licet hæc solutio videatur diuinatoria, tamẽ
non est omnino extranea propter rationem huius
regulæ, & dictæ l. sæpe. vt sic iura iuribus concor-
dentur. l. j. C. de inoffic. dotibus. Addatis prædictis
secundum Ioan. de Imola, quòd etiam falso procu-
ratore agente, si dominus sciens & patiens non vi-
deatur ratum habere secundum illa quæ dicta sunt:
10 † ex tali tamen patiẽtia insurgit præsumptio con-
tra dominũ, quòd talis fuerit eius procurator, nisi
doceatur de opposito, vt videtur singulariter vo-
luisse Innocen. in c. cùm in iure peritus. In secunda
glos. magna. versic. eodem modo. extra de officio
delegati. allegat etiam notata do. Antonij in Cle. j.
extra de procura. quod bene & singulariter notate.
11 † An autem, si iudicium sit agitatum seu sententia
lata cum falso procuratore domino ignorãte, pos-
sit indifferenter dominus habere ratum: clarum est
quòd sic ad sui præiudicium. l. licet. ff. de iudicijs. &
l. iij. §. falsus. ff. rem ratam haberi. Sed est maius du-
bium, si sententia sit pro eo lata, an in sui fauorem
possit ratũ habere, quia text. in l. licet. alleg. loqui-
tur in ratihabitione facta pendẽte iudicio. §. verò,
falsus. loquitur quando sententiam cum falso pro-
12 curatore cõtra se latam ratam habebat. † Et in hac
quæstione reperiuntur varię glossarum & Docto.
sententiæ. glos. enim in l. si tutor. C. in quibus cau.
in integrum restit. non est necessaria. videtur tene-
re, quòd nõ possit ratificari, quia ibi dicit esse spe-
ciale fauore pupilli: ergo in contrarium est ius cõ-
mune. l. j. in fin. ff. ad municipa. & hanc opinionem

tenuit Petr. Cyn. & citramontani, & hoc suadet
æquitas, quia quilibet sententiam pro se latam ra-
tificaret, non autem contra se latam, & sic daretur
occasio malignandi, & claudicaret iudicium, quia
expectaretur finis litis, & dominus tacens vel rati-
ficaret fauore suo latam sententiam, vel contra se
latam improbaret, contra æquitatem. l. fin. C. de
fruct. & litium expen. & extra de reg. iur. cap. in iu
13 dicijs. cum similibus. Et pro hoc facit, quia † exce-
ptio falsi procuratoris potest opponi quãdocunque,
etiam post sententiam ex vtraque parte. l. licet. C. de
procurat. Et hanc citramontanorum opinionem
sequitur Salicet. multis rationibus, quas videre po
teritis in dict. l. si tutor. & ita dicit se cõsuluisse Fer-
rariæ. Sed gl. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei
iudi. tenet contrariũ. Et illam sequitur Iac. de Aret.
& eam cum distinctione approbat Bart. quia aut
egit vt nullum habens mandatum, & non potest
ratificari, quia tunc fuit procurator funditus fal-
sus, & etiam non potest per dominũ ratificari non
suo nomine gestum. ff. de precario. l. si seruus. & de
negot. gestis. l. si pupilli. §. sed & si ego. & not. in l.
mater. C. de rei ven. Aut egit simpliciter sine com-
memoratione mandati, & tunc potest ratificari,
etiam ad commodum ratificantis. Bald. verò dicit
indistinctè posse ratificari, nisi ratum habens fue-
rit in mora ratificandi. allegat nota. in l. j. ff. de ne-
gotijs gest. & l. at qui natura. §. cum me. eodem tit.
& nota. in l. ratum. ff. de solut. Et est ratio secundum
Bar. quia vbi aliquid est nullum defectu solius con
sensus, superueniẽte consensu illud retro validatur,
vt l. fin. C. ad Macedo. & per regulam, ratihabitio.
14 Hæc opinio etiam placet Angelo, † quãdo senten
tia esset lata, cum procuratore falso contra aduer-
sarium præsentem: secus si contra absentem. & as-
signat rationem: quia citatio non arctauit aduer-
sarium, ex quo ille non erat procurator, & sic fuit
lata contra absentem non cõtumacem: ergo nulla
ratione defectus solẽnitatis, vt C. quomo. & quan-
do iudex. l. ea quæ. & ita dicit se audiente tenuisse
Bald. & hanc opinionem esse verissimam. Nec ob-
stat secundũ eum, quòd sit speciale in minore, quia
hoc falsum est, nec probatur iure. Nõ obstat etiam
æquitas allegata per Petrum: quia imputetur ad-
uersario, cur de potestate vel mandato comparen-
tis diligentius non inquisiuit, vt l. doli mali. exce-
ptio. ff. de nouat. Item sicut secundum omnes sen-
tentiam contra se latã quis ratificare potest, & ali-
quando ratificat, vt dicto §. falsus. Ita conueniens
est, quòd ratificare possit pro se latam. Si tamẽ se-
mel improbasset procuratoris factum, non posset
approbare postea. l. dispensatorem. ff. de solu. & in
regula iur. quod semel placuit. lib. vj. Si etiam iu-
dicium alia ratione, quàm consensus deficeret, esset
omni respectu ipso iure nullũ: ideo ratificari non
posset: quia ibi ratihabitio nihil inuenit quod con
firmet, ideo nihil operatur. Et hæc fuit doctrina
Innocen. in cap. prudentiam. extra de officio deleg.
15 Quidam † verò moderniores dicunt cõtra opinio-
nem Petri, Cyni & sequacium suorum, esse casum
in terminis in l. si sine iudice. in iij. & iiij. responsis.
ff. rem ratam haberi. & l. cum debitore. & l. fin. in
princip. eodem tit. & ita dicunt obtinuisse in præ-

n 2

ctica in hac ciuitate Auenionensi.& hanc opinio-
nem videtur sequi Ioan.de Imola,tanquam magis
16 communem in dicta l.sæpe. de re iudica. † Domi-
nus verò Bonifacius de Amanatis, in cap.ratiha-
bitionem.extra eodem titu.libr.vj.concordare ni-
titur has opiniones, quòd si ratihabitio superue-
niat intra decendiū prosit,& noceat ratum haben-
ti,& sic poterit sententia lata cum falso procura-
tore, per dominum in sui fauorem rata haberi, si-
cut posset ratificari contra se. & ita intelligit glos.
positam in dicta l.si mater.§.hoc iure. Si verò su-
perueniat post decēdium,non prosit ratum habē-
ti, sed bene potest sibi nocere, si ratificet contra se
latam.& pro hoc facit secundum eum dicta l.licet.
de iudic. quæ solum loquitur in iudicio pendente,
iuncta l.j.ff.de re iudicata. vbi res dicitur propriè
iudicata, quando ab ea non potest appellari:& in
hoc differt nomen sententiæ à re iudicata. Ideo ha-
bes titulum de sententia & re iudicata. Quandiu
ergo potest appellari,tandiu dicitur lis pendere,&
in hac re interim nihil est nouandum.l.vnica.ff.nil
no.appel.penden.& c.non solùm.de appel.lib.vj.
vnde propter dubiū vtrum appellabit victus,vel
non, admittitur interim ratihabitio:postquam au-
tem appellari nō potest, lis non pendet,nec re,nec
spe: imputandū erit igitur ei, qui antequam sen-
tentia transiret in rem iudicatā,non habuit ratam
sententiam:quia tunc creditur malitiosè distulisse,
non ratificando tempore,quo sentētia poterat ap-
pellatione vel extingui,vel suspendi. l.j.in fi. ff.ad
Turpilia.& l.per hanc.C.de tempo.appel.l.furti.
in princip. ff.de his qui not.infa. & sic concordat
17 glos.& Docto.contrarios.super quo cogitate. †Et
addatis secundum Angel.in dicta l.licet.quòd si-
cut gesta per falsum procuratorem in iudicio, vel
extra quis ratificare potest,ita etiam gesta per fal-
sum nuntium,per argumentū optimum. C.si quis
alteri vel sibi. l.multum.coniuncto eo quod habe-
tur in l.& licet. ff.de constit.pecu. in glos.ibi,qua-
liter ergo &c. glos.soluit ad cōtrarium tribus mo-
dis,& eisdem modis soluit in contrario: & secun-
dam solutionem dicit Bartol.esse notandam,quòd
18 †ille qui recusauit suscipere mandatum,postea po-
test illud suscipere mandante durante in eadem vo
luntate.& est hoc hodie decisum in cap.licet. extra
de procurat. libr.vj.dicit tamen Alber. quòd hæc
solutio diuinatoria est ad istum tex.quia ex eo non
potest colligi,quòd semel fuerit recusatum manda
tum,& postea susceptum. Ideo aliæ solutiones ma
gis placent, & maximè prima, quòd hæc lex lo-
quitur, vbi gestio & ratihabitio facta fuit inter
præsentes:ideo oritur actio mandati:in l.verò con
traria inter absentes,ideo datur actio negotiorum
gestorum.& hanc dicit Albe. communiter appro-
bari.Vel si vultis,possetis dicere,quòd §.idem ait.
in l.si pupilli.ff.de negotijs gestis.loquitur in eo ge
nere negotiorum,quod ad nos pertinet sola ratiha
bitione.Hic verò alio modo,quàm sola habitione
rati. & hanc solutionem sensit Bal.in §.item quæ-
ritur.in dicta l.si pupilli.post summarium. Vel se-
cundum eum post Dyn.& Bar. potest responderi,
19 quòd † ratihabitio mandato æquiparatur quo ad
roborationem actus & effectus eius, non autē quo
ad actionis speciem inducēdam. Sed cogitate vos,
si hæc solutio sit bona, quia non videtur satisfa-
cere huic textui,imò est contra textum,cum dicit,
astringitur mandati actione. Et sic non solum di-
cit ratihabitionem æquiparari mandato, sed di-
cit etiam actionem mandati cōpetere. Ideo tutius
est tenere vnam aliarum solutionū. Cætera videte
per Dy.in cap.ratihabitionem. extra eodem titul.
& illa quæ dicentur in l.hoc iure.§.deiecit. J.eo.ti.

Summarium.

1 ☞Licet alicui in suo facere,quod alteri noceat.
2 Faciens aliquid in suo, animo nocendi vicino, te-
netur actione iniuriarum.
3 Facere quando quis in suo possit, quod alteri no-
ceat.
4 Areæ meæ quod noceat,non potest aliquid in suo
facere vicinus,fauore frugum.

Domum suam reficere vnicuiq; licet,
dum non officiat inuito alteri, in quo
ius non habet.

DVPLICEM intel-
lectum ponit hic glos. in
hac regula, & vterq; bo-
nus est,& notabilis.Et ex
secundo intellectu nota,
quòd in alieno nihil pos-
sum immittere,vel office
re vicino, in quo ius non
1 habeo.†Et in suo licet ali
cui facere quod sibi prodest, & alteri nocet, dum-
modo non debeat seruitutem, vel nihil immittat,
vel non faciat dolo. Et hæc probantur hic, & in l.
sicuti.§. Aristo.ff.si seruit.vend.& l.j.§.denique.de
aqua pluuia arcenda.l.cum eo.& l.Imperator.ff.de
seruit.vrbano.præd.& l.altius.& l.si in ædibus.C.
2 de seru.& aqua.Et aduerte,quòd †si quis in suo ali-
quid faciat animo nocendi vicino, tenetur actio-
ne iniuriarum.l.penult.ff.de iniurijs. hoc tamen se-
cundum glos. in dicto §.Aristo. recipit distinctio-
nem in exemplis text. dicti §. quia dominus supe-
riorum ædium,nō potest prohibere quo minus do
minus inferiorū faciat ignem in suo proprio:non
tamen cogitur dominus superiorum recipere fu-
mum domini inferiorum, sed debet se munire si-
cut potest,ne fumus ad se transeat:nisi deberet ser-
uitutem recipiēdi fumum, quia tunc cogeretur fu-
mum recipere, sicut in seruitute conuentum esset.
In aqua autem secus esset, secundum glos. quia su-
periorum domorum dominus non posset aquam
proijcere. Et est ratio differentiæ,quia fumus natu
raliter ascendit, aqua autem non rectè proijcitur.
Sed Iacob.de Rauen.Bartol.& Albe.reprehendunt
glos.quia text.in dicto §.Aristo. dicit totum con-
trarium eius, quod dicit glos. Et vt dicunt prædi-
cti Doct.glos.non intellexit dictum tex.quia dicit,
sicut litera sonat,quòd inferior non potest immit-
tere fumum in domum superioris, nec superior
aquam in domum inferioris:& si contra fiat, pos-
sit agi

sit agi negatoria, nisi foret seruitus constituta. Et
sic nulla est differentia inter immissionem fumi &
aquæ. & etiam textus in dicta l. penult. de iniur.
ista æquiparat. Ideo secundum Bartol. pro declara-
tione potest dici, quòd aliquando dominus partis
inferioris facit ignem solitũ ad vtilitatem familiæ
suæ: & hoc licite facit, nec tenetur si fumus ascen-
dat, quia illud est naturale, nisi tamen animo iniu-
riandi id faceret, vt dicta l. penult. sic etiam si do-
minus partis superioris effunderet aquam, vt mo-
ris est, per solarium suum, non tenetur, nisi animo
iniuriandi id faceret. Si autem dominus partis in-
ferioris facere vellet tabernam casariam, vbi con
tinue fieret ignis, & fumus magnus, hoc non lice-
ret. ita loquitur dictus §. Aristo. & ita intelligas.
Postremò hic pro materia, secundum Albericum
3 potest dici, quòd † aut faciens in suo aliquid quod
mihi nocet, & sibi prodest, non relinquit debitam
distantiam inter nos, & possum prohibere. l. final.
ff. finium regundorum. & l. mœniana. C. de ædific.
priuat. Si autem relinquat debitam distantiam, di-
stinguè quia aut immittit in meũ, & possum pro-
hibere, vt dicto §. Aristo. & l. fistulas. eodem titu. &
l. fistulam. ff. de seruit. vrbano. prædi. Aut nihil im-
mittit, sed facit animo iniuriandi, & idẽ dicendum
est, vt l. j. §. denique. de aqua pluuia arcend. & dicta
l. penult. de iniurijs. aut non vult iniuriari, sed sibi
proficere, licet mihi noceat, & tunc si in publico
fiat, prohibere possum. ff. ne quid in loco publico.
l. ij. §. si quis à principe. si in priuato, non possum,
vt ff. de damno infecto. l. fluminum. §. fin. & l. Pro-
4 culus. eodem titul. & dicto §. deniq;. † Fallit tamen
in area fauore fructuum cui nocere non potest. l. fi.
§. fin. C. de seruit. & aqua. vbi est casus singularis,
secundum Baldum ibi & Salicet.

> De solario, vide textũ in l. ij. §. si quis nemine. ff. ne qd in loc. publi.

Summarium.

1 ☞ Prætor non facit hæredem, sed bonorum pos-
sessorem.
2 Hæreditas est ius intellectuale.
3 Testari potest qui nihil habet.
4 Ius adeundi quid.
5 Hæreditas repræsentat personam defuncti, nõ hæ-
redis.
6 Fiscus veniens ad bona vacantia, an soluat legata,
vt hæres. & nu. 8.
7 Fiscus tenetur ad legata, quãdo capit ab indigno.

Hæreditas nil aliud est, quàm suc-cessio in vniuersum ius quod defunctus habuit.

DIFFINITIO hæ-
reditatis hic posita, etiam
ponitur de verbo ad ver-
bum in l. nihil aliud. ff. ti-
tulo proximo. ad quam
hic glos. remittit, & ibi
glos. ad euitandum con-
traria dicit ad hanc diffi-
nitionem esse supplẽdum
scilicet de iure ciuili, inducta ad differentiã bonorũ
1 possessionis, quæ est de iure prætorio, cum † præ-
tor non faciat hæredem, vt Instit. de bono. posses.
§. quos autem. sed bonorum possessorem, vt ibi. &
faciunt notata in l. iij. §. hæreditas. ff. de bonorum
posses. vbi Bar. & etiam super rubrica, de acquirẽ.
hæredi. dicit hanc diffinitionem esse intelligẽdam
de quadam successione iuris, seu quam ius facit ho
mine mortuo, cum patrimonium ipsum defuncti
personam repræsentet. l. cum hæreditas. C. deposi-
ti. & l. mortuo. ff. de fideiussorib. & l. hæreditas. de
acquiren. rerum domi. & illud est ius quod appella
2 tur hæreditas. Hinc est, quòd † hæreditas vocatur
ius intellectuale, vt l. hæreditas. in principio. ff. de
petitio. hæredita. & est hæreditas etiam si nihil sit
in ea, vel non sit soluendo, vt hic, & dicto §. hære-
ditas. dicta l. iij. de bonorum posses. & l. pecuniæ.
3 §. j. ff. titul. proximo. Vnde † nihil habens potest te-
stari. hoc tenet Ioan. de Imola in c. quia ingredien-
tibus. extra de testamẽ. & si dicatur quomodo non
dominus testari possit, vt in authen. ingressi. C. de
sacrosanct. eccle. dic secundum Doct. quòd illa au-
thent. loquitur in eo, qui non est rerũ dominus nec
esse potest, sed sufficit posse. Nõ dominus enim per
abnegationem potentiæ, & actus non potest testa-
ri. & hoc est secundum Bald. quod vult tex. in l. lex
Cornelia. ff. de vulgar. vbi qui nulla bona reliquit
in ciuitate testari non potest, scilicet qui nulla reli-
quit bona actu vel potentia: sed si hoc sit, non per
abnegationem potentiæ, sed per solius facti cõtin-
gentiam, testari potest. Quoniam institutio habet,
vt dictum est, iuris intellectũ, vt dicta l. hæreditas.
de petitio. hæredi. Facit ad hoc l. cum alienam. C.
de legat. & id quod not. glos. magna, in fin. in dicta
authen. ingressi. Et ad consequutionem huiusmodi
hæreditatis habemus beneficium iuris ciuilis, per
aditionem hæreditatis, & sic ius succedendi ante
nobis competit, quàm ad nos pertineat hęreditas.
4 l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. Et † est istud ius
adeundi quædam facultas, quæ se habet ad aditio-
nem, sicut potentia ad actũ, vt dicit Bal. post Bart.
in l. is potest. ff. de acquiren. hæredi. facit l. iam du-
bitari. ff. de hæred. instituen. & illa facultas non di-
citur propterea esse in bonis instituti, quousq; ad
actum fuerit deducta per aditionem, vt dicta l. pre
tia rerum. Non autem dici debet, quòd hæreditas
sit ius succedendi nobis cõpetens, quia tunc seque-
retur, quòd hæreditas nobis competeret antequam
competeret, quod esset repugnantia, vt dicta l. pre
tia rerum. Nec est etiam intelligendum, quòd ista
hæreditas quæ hic à Iuriscõsulto diffinitur sit actus
ipse succedendi, quia actus ille non est iuris, sed fa-
cti & animi, vt l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acquir.
hæredi. Nec etiam quòd post successionem voce-
tur hęreditas prout hic diffinitur, quia post acqui-
sitionem desinit esse hæreditas, nisi impropriè, vt
not. in l. hæres per seruum. ff. de acquiren. hæredita.
& l. j. §. veteres. de acquiren. posses. & confunditur
cum patrimonio hæredis, vt l. fi. in fin. C. de inoffi.
testamen. & l. debitori. C. de pact. & l. sed & si plu-
res. §. filio. ff. de vulg. cum similibus. Hinc est, quòd
vt dictum est, mortuo testatore succedit quoddam
5 ius quod vocatur hæreditas, quæ hæreditas † per-
sonam defuncti, non autem hæredis repræsentat,
vt dicta l. hæreditas. de acquiren. rerum domi. & l.

mortuo.de fideiusso. Aduertendum est tamen quia id quod dictum est, hæreditatem repręsentare personam defuncti, est verum, si non sit repudiata ab omnibus, ita quòd nec agnati nec cognati volunt eam, sed nec fiscus: quia nõ dicitur successio in vniuersum ius quod defunctus habuit. Ideo nõ est hæreditas, sed bona vacãtia. Ita notauit Bar. in l.postquam.in princ. ff.vt leg.no.ca. pro quo allegat l.j. §.an bona.& §.diuus.& l.non possunt.ff.de iure fisci.& l.iiij.§.eadem ratione.de fideicommis.libe.& hoc idem tenet Bar.& Ioã.de Imola in l.fideiussor obligari.§.fi.ff.de fideius.& in dict.l.mortuo.eo.ti.
6 Sed circa hoc vltimum quæritur† si fiscus vocetur ad bona vacantia nemine successore, an vocetur vt hæres, & per consequens teneatur ad legata? & videtur quòd sic, per id quod habetur in l.j.C.vnde vir & vxor.& melius in l.penult.§.cum autem.C. ad Trebel. vbi glos.& Doct. hoc videntur sentire. Sed secundum do.Ioã.de Imola in dicta l.mortuo. contrarium videtur verius.& de hoc videtur text. expressus in l.quod diuo Marco.ff.de ma.testa.& in dicta l.iiij.§.eadem. iuncta glos. de fideicom.liber. vbi hoc videtur sentire Bar.& istud dicit esse mẽti tenendum, quia clarè istud dubium non reperitur tactum. Videte tamen illa quæ circa hoc notauit Bal.in l.executorem. C.de executio.rei iud.& in l. nouatio.& in l.quoties.in fin. ff.de nouat. vbi per Bart.& Ioan.de Imola. Est tamen aduertendum secundum eum, quia licet fiscus nõ teneatur ad lega-
7 ta, quando occupat bona vt vacantia, †tenetur tamen quãdo ex alia causa accipit, vt quia aufert ab indigno.l.iij.§.cum ex causa.ff.de iure fisci. Et est ratio, quia loco hęredis est, ideo tenetur ad ea ad quæ hæres tenebatur. Quod tamen limitationẽ recipit, nisi testamẽtum esset nullum propter delictum testantis: quia tunc legata essent inualida.& sic intelligatur id quod habetur in l.si seruus pluriũ.§.pe.
8 de legat.j. Item illud quod dictum est, †fiscum non teneri ad legata, quando capit bona tanquam vacantia, debet intelligi, saluo nisi testator expressè disposuisset illa à fisco esse præstanda.& de hoc est casus singularis secundum Ioã.de Imola in l.filiusfamilias.§.ij. ff.de legat.j.

Summarium.

1 ☞ Morosus quando teneaẽ de interitu rei.& nu.2.
3 Mora quomodo purgetur quo ad interitum rei.
4 Offerre alius pro alio non potest, sed bene soluere.
5 Pecunia in sacco potest offerri.

Qui sine dolo malo ad iudiciũ prouocat, non videtur moram facere.

PONE casum per iura hic allegata in gl. quibus obuiare videẽ l.nemo.§.j.ff.de verb.obl.vbi ille dicitur facere morã, qui litigare maluit, quàm restituere. Sed ibi iniustè voluit litigare: hic verò & in exemplis gl. habuit iustam litigandi causam, & sine dolo malo ad iudiciũ prouocauit. Et ad euitan-
1 dum contraria, quæ fieri possunt, Si quæratur †an morosus indistinctè teneatur, siue sit res eodẽ modo peritura, siue non, distingue secundũ Doct. quia aut agitur actione reali, aut personali. Primo casu recurrendum est ad gl. l.item si verberatum. §.fin. ff.de rei vendi. vbi glos. distinguit tres casus principales: quia aut quis fuit semper bonæ fidei, & nunquam tenetur de interitu: nam non debuit cõsiderare facilitatem, & ius suũ relinquere indiscussum, vt probatur in l.illud.ff.de peti.hæredi.& hoc modo potest intelligi principium dicti §.fin.in l.item si verberatum. & saluatur opinio illorum plurium Iurisconsultorum, de quibus ibi. sed hoc secundum Angel. fallit in vno solo casu, scilicet quãdo dolus vel culpa possessoris præcessit casum: quia tunc ratione doli vel culpę indistinctè tenetur, vt est casus in dicto §.fin.in prin.& l.seq.in fin. facit l.si vehenda.§.j.ff.ad legẽ Rhod.de iactu. Aut fuit omni tempore malæ fidei, & indistinctè tenetur de interitu, non habita distinctione an res erat eodem modo peritura penes actorem vel nõ. l.j.C.de his quæ vi me.ve causa fi. & dicta l.nemo. §.j.de verb.obli.& ff deposi.l.si in Asia.§.fin.de leg.j.l.cum res.in fi.& l.si seruus legatus.§.seruus legatus.eo.ti. Licet Martinus, & quidam glossatores fuerint in opinione q̃ distingueretur, an res esset eodem modo peritura vel non, cõtra quos facit text. in dicta l.cum res. in fi. Aut à principio fuit bonæ fidei, sed ex post facto lite pendente est effectus malæ fidei, & hoc casũ si iustam habuit litigandi causam, non tenetur indistinctè de casu, exẽplo eius qui fuit omni tẽpore bonæ fidei.& hoc probat tex. in l.vtiq;.versic.non enim.ff.de rei ven. Sed si nõ habuit iustam causam litigandi, eligitur media via, vt teneatur de interitu, si res nõ erat eodem modo peritura penes actorem, & aliter non, vt dicta l.item si verberatũ. §.fi. versic.sed est verius. Sit ergo secundum Angel.ibi, cautus actor, vt deducat, q̃ res nõ fuisset eodẽ modo peritura penes eum: quod probare poterit deducendo, q̃ præcauisset à casu, & quia rem distraxisset, & q̃ eam distrahere volebat.& hæc tenẽt Bal.
2 & Imola in dicta l.nemo.§.j.de ver.obli. †Secundo principali casu, quando agitur actione personali, distinguendũ est, quia aut agitur actione personali descẽdente ex delicto, vt quia reus subtraxit, & tũc regulariter & indistinctè spectat periculum ad debitorem, vt dicta l.j.C.de his quæ vi me.ve cau.fi. & l.subtracto.C.de furt.& l.j.§.rectissimè. ff.de vi & vi ar. Fallit, si agitur actione quod metus causa contra metum inferentem, quia illa est prętoria, & pœnalis: ideo in ea cõsideratur dicta distinctio, an esset eodẽ modo peritura vel non.ff.quod met.cau. l.si cum exceptione.§.quòd si homo.& ibi gl. quia cum sit prætoria & pœnalis, clemẽter voluit agere prætor, vt ead.l. §.satis clementer. vel secundum alium intellectum intelligitur dictus §.quòd si homo. in metum inferente condemnato, apud quem res perijt intra tempora quadrimestria post sententiam: & hoc operetur dilatio legalis secundum dictum intellectum.& in l.quod te. ff.si cert.pet. Aut agitur actione personali descendente ex contractu, & tunc licet sint opiniones, cõmuniter tenetur q̃ periculũ indistinctè pertinet ad morosum, per dictam l.cum res.§.fi.de legat.j. vbi bonus tex.& hoc tenet Bar. in dicta l.nemo. §.j.de verborum oblig.

& ibi Imol. addens rationem, quia fur & is qui est
in mora æquiparātur.l.inter stipulantem.§.penul-
timo.ff.de verb.obligatio. & in l.j.§.rectissimè.&
l.meritò.ff.de vi & vi ar. potest esse ratio differētiæ
inter actionem realem,& personalem,quia fortius
est vinculū obligationis in personali, scilicet obli-
gationis,sed in reali nō est obligatio. Insti. de acti.
§.j.& ideo mora nō est tam efficax in reali,sicut in
personali,secundum Bal.in dicta l.item si verbera-
tum.§.fin.& dicta l.cum res.§.fin.Sed huic opinio-
ni communi dicit Ange.fortissimè obstare l.si plu
res.§.j.ff.depositi.vbi agebat depositi, & sic actio-
ne personali ex eo contractu, & tamen ibi pericu-
lum interitus spectat ad actorem, quando eodem
modo erat peritura penes eum, sicut penes reum.
& sic adhibenda esset distinctio, an eodem modo
res esset peritura vel nō.sed ibi glos. quam appro-
bat Bartol.in alleg.l.nemo.§.j. respondet ad illum
text.scilicet, quòd ibi reus non erat in mora, cum
haberet iustam causam litigandi,quia iustè recusa-
bat restitutionē, forsitan propter sumptus. & eo-
dem modo respondet glos.in dicta l.quòd te.si cer-
tum petatur.Hanc tamen solutionem dicit Ange.
esse diuinatoriam. Bald. verò in dicta l. nemo.§.j.
dicit quòd speciale est in deposito & constituto,vt
ex æquitate succurratur moroso, per l.si duo.§.ait
prætor.ff.de consti.pecun.Angel. autem in discur-
su lectionum suarum, dedit alium intellectum, &
aliam solutionē,videlicet, quòd vbi agitur ex con
tractu bonæ fidei celebrato gratia creditoris tan-
tum, ꝙ distingui debeat, an erat res eodem modo
peritura,quādo perit naturaliter:& ita loquitur di
cta l.si plures.§.j. Si verò naturaliter non perit, sed
casu fortuito,tunc nō est adhibēda dicta distinctio,
sed indistinctè tenetur reus: & ita intelligitur dicta
l.si in Asia. §.fi.Nec obst.secundum eum l.cum res.
in fi. de legat. j. quia ibi fundus non periit natura-
liter, sed casu:& quòd ibi loquitur in quasi contra-
ctu stricti iuris,licet ex eo oriatur actio bonæ fidei.
l.in minorum.C.in quib.caus. in integr.restit.non
est necessaria.Sed hæ solutiones Bal. & Angel.non
placent Ioan.de Imola, quia si in stricti iuris iudi-
cijs indistinctè tenetur morosus, multo fortius in
bonæ fidei iudicijs:quia magis exosus est legi non
seruans fidem in bonæ fidei contractibus,quàm in
stricti iuris. l.furti. §.j. & l.j.ff. de his qui notantur
infa.Item legata habent instar bonæ fidei, vt dicta
l.in minorum. & tamen tenetur indistinctè moro-
sus,vt dicta l. cum res.§.fin. Nec videtur bona ra-
tio diuersitatis inter interitū naturalem, & casum
alium fortuitum.Ideo tutius est tenere opinionem
communem,cum qua resident gloss. & cōmuniter
Doctores,secundum Ioannem de Imol. Baldus ta-
men in alleg.l.cum res.in fine.ad legem,si plures.§.
fin.dat alias solutiones, videlicet, quòd in actione
personali descendente ex cōtractu periculum per-
tinet indistinctè ad morosum, vbi in illa persona-
li actione, venit culpa leuis vel leuissima: secus si
tantum dolus vel lata culpa,vt dicto §.fin.l.si plu-
res.qui loquitur in deposito, vbi tantum venit do
lus & lata culpa.l.quod Nerua.eodem tit.depositi,
& l.contractus.§.isto tit. & Instit. quibus modis re

contrahi.obligatio.§.præterea.Tenere tamen opi-
nionem communem, quæ fuit glossarum, & non
errabitis in iudicando. Aduertatis tamen,vbi di-
3 ctum est morosum teneri de interitu,†quòd potest
mora purgari, quo ad interitum ipsum per obla-
tionem,vt dicta l.subtractio. C.de fur.pluribus ta-
men concurrentibus, videlicet, quòd fuerit facta
oblatio re præsente, vt l. prætor ait. §. si quis pa-
ratus.ff.de noui ope.nuntiatio. & in l. item libera-
tur.§.qui paratus.quib.mod.pignus vel hypo.sol.
& l.qui decem. §.idem respondit. ff.de solut. & ita
intelligitur l.acceptam.C.de vsur. & l.obsignatio-
ne.C.de solutio.Fallit tamen secundum Doctores,
vbi ius actoris non esset omnino liquidum. nam
tunc sufficeret offerre fideiussorem, & liquidum re
ipsa offerre & consignare. facit l. statu liber ratio-
nem.& l.seruus si hęredi.in fi.ff.de statu libe.Vide-
te tamen latius Bald. in dicta l.acceptā.C.de vsur.
Item requiritur,quòd loco & tēpore congruis fiat
oblatio.l.si soluturus.ff.de solut.& dicta l.obsigna-
tione.Item,quòd fiat per debitoremmet,quia quā-
uis alius pro alio soluere possit. l.solutionem. ff.de
4 solut.& l.soluendo.de nego. gest. † non tamen po-
test alius pro alio offerre,vt dicit Hostien. notabi-
liter in summa titul.de solutio.rubricella, de obla-
tionibus.aliàs est §. oblatio.ver.& necesse est simi-
liter.per l.ait prætor.§.illud.ff.quæ in fraudem cre-
dito.communiter tamen tenetur contrariū,vt no-
tatur per Barto.& Ioan.de Imol.in dicta l.solutio-
nem.licet glo.dubitauerit,in l.allegata, obsignatio
ne.C.de solu.sed ibi Ioan.Fab.tenet idem esse,quā-
do alius pro alio offert, ac si debitor per se ipsum
offerret.Et idem tenet ibi Salice. & de hoc dicit esse
casum singularem in dicta l. qui decem.§.j.ff.de so-
lutio.in fi.ver. sed quid si ignorantia. hoc idem te-
net Bald.in l.si filius.quæ est l.fi.de conditio.instit.
5 Sciendum est etiā,quòd†pecunia in marsupio,vel
folle siue sacculo potest offerri,vt nota.in authent.
vt exactione instan.do.§.illud. collat.vij. quod ta-
men intelligit Bartol. in l.cum seruus. ff. de condi.
& demonstratio.quando testes & notarius eam vi-
derunt numerari,& in marsupio poni,& sic sciunt
quanta pecunia est ibi:aliàs si ignoraretur quanti-
tas per testes & notarium,vitiaretur effectus obla-
tionis.l.j.§.si cista. ff.depositi.bene vult Bal.in di-
cta l.acceptam. C. de vsur. quòd si debitor debeat
ex tali causa ex qua oporteat eum non solum sol-
uere pecuniam, sed recognoscere ius creditoris, vt
in emphyteuta & feudatario,non tenetur creditor
recipere tertio offerente, quia nō posset facere ter-
tius antipocham creditori confitenti debitū, cum
non habeat ad hoc mandatum.l.plures apochis.C.
de fide instrumento. aliàs sic, ex quo nil creditori
nocet,arg.l.ij.post principium.ff.solu.matr.

Summarium.

1 ☞ Miraculum quid.
2 Viuere vltra centum annos,nemo secundum leges
præsumitur.
3 Vndecimo mense parere mulierē non præsumitur.
4 Lazarus resuscitatus,an recuperauit bona.
5 Resuscitatus,an recuperet vxorem.

6 Resuscitatus,an sit denuo baptizandus.
7 Mulieribus bonis non fit lex, quia raræ sunt, sed malis.
8 Raro contingentibus,quando aptentur leges.

Ea quæ raro accidunt, non temerè in agendis negotijs computantur.

EX LEGE, iura.cum
duabus sequen. ff.de legi.
sumpta est hæc regula &
nota exemplum hic posi-
tum de Lazaro resuscita-
to, quod etiã ponitur in
glos.l. ex his.ff. de legi.sed
ibi Bal. nõ approbat hoc
exemplũ, quia cũ iura Di
gestorũ essent ante aduentũ Christi, Iurisconsultus
ignorauit hoc exemplũ.facit l.Titia.§.fi.ff.de auro
& argen.legato.dicit tamẽ ibi Bart.ꝙ ille tex.pro-
bat, quòd & Pagani & Iudæi cognouerũt Deum.
Sed quamuis tempore horum iurium non conti-
gisset suscitatio Lazari, exemplum glossæ non est
inconueniens, trahendo exemplum ad quemlibet
hominem,qui à mortuis suscitaretur: quia dr hoc
fienda non est lex, cum id raro accidat, nec posit
1 contingere sine miraculo.† Nam miraculum dici-
tur quod rarò contingit, vt in authent. de consuli-
bus.§.sextum. colla.iiij. imò impossibilis est susci-
tatio mortui per naturam.quia maxima est philo-
sophorum, quòd à priuatione ad habitũ impossi-
bilis est regressus.quę probatur in l.qui res.§.areã.
ff.de solu.Ideo dicit Bald. quòd sicut vna hirundo
non facit ver, & de vno lapide non fit domus,arg.
l.j.C.qui nu.tu.& l.rerum mistura.ff.de vsucap.Ita
de vno casu non fit lex, quia in vno vel raro non
cõsistit publica vtilitas,nec lex aliquid statuit pro
pter raros casus,nec præsumitur super raris,sed su-
per communiter accidentibus,vt l.neq; natales.C.
2 de probatio. vnde secundum eum †lex non præsu-
mit,quòd aliquis viuat vltra centum annos, quia
hoc est magis supra naturam quàm naturale.l.ij.§.
si dubitetur. ff. quemadmodum testamenta ape. &
in l.fi.C.de sac.sanct.eccles.& l.an vsusfructus.ff.de
3 vsufr.Sicut etiam†non præsumit quòd mulier pa-
riat vndecimo mẽse, nec statuit ꝙ talis partus suc-
cedat,vt l.Gallus.ff.de lib. & posthu.quia hoc esset
miraculosum,potius quàm humanum, & de mira
culis non curat lex, vt videmus hic.In exemplo au
4 tem hic posito,vtrũ†Lazarus, seu quiuis alius re-
suscitatus recuperauerit bona sua,glos.hic non de-
terminat, sed in dicta l.ex his. de legib.tenet quòd
sic. Habet tamen aliam glos.cõtrariam in l.seruus.
ff.de actio.& obligatio. & illam sequutus fuit Pet.
Bartol. tamen,Bald. & communiter Doctores te-
nent aliam,scilicet quòd recuperauerit bona:quia
sicut morte priuatus fuerat bonis, ita per restitu-
tionem Dei illa debuit recuperare:sicut dicimus in
eo qui per restitutionem principis id recuperat,
quòd erat perditum morte ciuili.l.fi.C.de sen.pas.
& l.j.ff.de constit. princip.Sed restitutio Dei non
debet esse minoris efficaciæ, quàm principis secu-
laris,imò maioris.C.de hære. authen.Gazaros.&
in authent.neq; virum quod ex dote.§. fina.collat.
vij.& in authent.de monachis. §.sancimus.colla.j.
Et hanc opinionem,vt dicit Albe.sequũtur Theo-
logi, dicẽtes, quòd Lazarus resuscitatus,est idem
specie & numero.Et hoc dicit Bal. esse verum, nisi
dicta bona medio tempore à successoribus distra-
cta fuissent,vt notatur ff.de libe.& posth.l. Gallus.
§.& quid si tantum. & dicta l.fin. C.de sen. pass.&
in cap. quamuis. extra rescript.libr. vj. Subiungit
etiam quòd fructus medio hoc tempore per succes
sores percepti non restituerentur,quia hæc suscita-
tio fuit de gratia, & non de iustitia. allegatur au-
5 thent. idem de Nestorianis.C.de hæret.†Quid au-
tem de vxore,nunquid si habuisset,eam recuperas-
set,sunt opiniones.Bartolus tamen & Baldus post
Guliel.de Cugno,& And.de Pis. tenent quòd non,
quia mors soluit matrimonium, vt in authent. de
nupt.§.deinceps.colla.iiij.& l.eius.ff. si certum pe-
tatur.& l.Antistia. ad Trebellianum.& l.si vero.§.
si res. de iure dot. & allegant textus expressos in l.
non vt à patre.& in l. cum duæ. in fine.ff.de capti.
Canonistæ in hoc sunt diuisi, vt ponit glos.& Ar-
chid.xxxij.quæst.ij.cap.licitè.& ibi videatur.Sub-
iungit tamen Bald.quòd resuscitatus beneficiatus,
non recuperaret benrficium, nec Papa papatum.
6 de quo in dicto cap.licitè. Quæritur etiam,†an sit
iterum baptizandus.& dicit Bald.quod non,quia
baptismus non tollitur morte,cũ sit character ani-
mæ,vt in cap.j. extra de baptis. per Innocent. nec
debet iterari, ne fiat iniuria sacramento, vt notat
glos.penultima in cap. vnico, extra de sacra vn-
ctio.& in l.vnica.C.ne sanctum bapt.reite. & hoc
tenet glos.in dicto cap.licitè.Aliud exemplum po-
test poni in hac regula,quod ponit gloss.in dicta l.
7 ex his.de legi. scilicet,quòd†propter bonas mulie-
res quæ raræ sunt, non est fienda lex, sed propter
malas,quæ multæ sunt. sed secũdum Doctores illa
glossa obscura est,& datur sibi per aliquos malus
intellectus: ideo verus intellectus est, quòd quando
pater non dat testamentarium tutorem filijs in po
testate,mater vel auia admitteitur ad tutelam,si ve-
lit,cum cautione,de qua in l.fin. C. quando mulier
tute.off. fun.pos.scilicet,quòd iurabat,quòd ad se-
cundas nuptias non veniret.& secundum tempora
C.bonæ mulieres, quæ raræ erant, seruabant pro-
missionem:malæ verò, quæ multæ erant,non ser-
uabant,sed erant periuræ. Ideo propter malas fa-
cta fuit lex nouissima, quæ vult, ꝙ mater vel auia
nõ tenetur iurare de nõ conuolando ad secũda vo-
ta, vt in authentico,vt sine prohibit. matres debi.
& credi.§.quia verò.colla.vij.transumptiuè, in au
thent. sacramentum. C. quando mulier tutelæ of-
ficio fungi posit. & hic est verus intellectus dictæ
glossæ. In glossa ibi, si pars hæreditatis petatur.l.
8 antiqui. dic secundum Doctores, quòd †aut raro
contingens est casuale, & contra, vel supra natu-
ram: & ad illud non adaptantur iura, vt hic,& l.
nam ad ea.ff. de legi.Aut est secundum naturam:&
tunc secus, vt dicta l.antiqui libero.& alijs iuribus
allegatis hic in glos. & C. de consul.l.fin. libro xij.
& extra

extra de desponſ.impube.c. literas. Alium intellectum ponit hic gloſſ.ad hanc regulam,de quo plenius fuit dictum in l. contractus. ſ. eodem titulo. vbi videas.

Summarium.

1 ☞ Nullius in bonis, quot modis aliquid eſſe dicatur.
2 Seruo capacis legari poteſt,non ſeruo incapacis.

Ea eſt natura cauillationis, quã Greci σόφισμα appellant,vt ab euidenter veris,per breuiſsimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

ISTA regula etiam ponitur de verbo ad verbũ, in l.natura cauillationis.ſ. ti.proximo.ſed hic largius declaratur per gloſſ. quæ clara eſt. pro.cuius declaratione maiori in primo ſuo exemplo, vide gloſſ. in l.j.
1 ff.de re.di.vbi ponit†quot modis aliquid dicatur eſſe in nullius bonis,pro cuius compendio Alber.ibi aſsignat hos verſus,

Natura,facto,cenſura,tempore,caſu,
Res in nullius dicitur eſſe bonis.

Et addit alios ad gloſ.vt in ſeruo debilitato, extra domum eiecto, qui in nullius bonis eſt, & tamen non cõceditur occupanti,vt C. de Lati. lib.tol.l.j. §.ſed ſcimus.Item in libero homine, vt l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.obligatio.poſſunt tamen iſti duo caſus ſub prædictis comprehendi, ſi bene conſideretur. Nam ſeruus debilitatus extra domini domũ eiectus,dicitur facto domini in nullius bonis eſſe,quia pro derelicto habetur,vt dicto §.ſed ſcimus.Fallit tamen hoc caſu regula,quod in nullius eſt bonis,conceditur occupãti: quia ſeruus efficitur liber,vt ibi.ideo non eſt in cõmercio hominum,vt l.liberi.ff.de contrahen.empt. cum ſimilibus.Alium modum exemplificãdi ponit gloſ. de l.debitor.§.ſeruo alieno.ff.de leg.ij.quem ſic declara,quia obſcurus eſt: Sempronius fecit teſtamentum,& ſeruo Titij legauit rem ipſius Titij, vel id, quod Titio debebatur, valet legatum.quia quamuis legatum ſerui capiat vires ex perſona domini, & domino ſcilicet Titio res ſua, vel quod ſibi debetur, legari non poteſt. l. proprias. cum ſua materia.C.de lega. Illud tamen habet verum, ſcilicet, quòd perſona domini inſpici debet,ad hoc ſolum,
2 vt ſciatur ſi ſit capax vel incapax,vt ſic†ſeruo capacis legari poſsit, nõ autem ſeruo incapacis:non autẽ inſpicitur domini perſona,ad hoc,vt ſciamus, ſi rẽ legatã capere poſsit vel nõ. & ſic interim aliquando res iſta legari poteſt ſeruo, interdum non: quia ſi purè legaretur, nõ valet legatum,quia domino acquireretur,cui res propria legari non poteſt:ſub conditione verò valet legatum, quia ſi tẽpore quo ceſsit dies legati, ſeruus inuentus fuerit liber,habebit legatum,aliãs non. & quia ſic ex perſona ſerui conſiſtit legatum,dicit Iuriſconſultus & bene,quòd illud demũ ſeruo alieno legari poteſt, quod ipſe liber factus capere poſſet:& ſi quis vellet arguere hoc modo,Tu dicis,quòd ea res demũ legari poteſt ſeruo alieno, quã ipſe liber factus capere poſſet:ergo ſibi,ſcilicet ſeruo,quandiu ſeruit, legari non poteſt.Certè legari poſſe ſeruo quandiu ſeruit,iſtud reprehendere cauilloſum eſt. non enim eſt vera reprehenſio legari poſſe ſeruo,quãdiu ſeruit:nã poſſet legari,& ſi aliquis reprehenderet, cauilloſè ſeu calumnioſè,& non verè reprehenderet: nam & hoc legatum ex perſona ſerui capit vires, id eſt,quia talis res eſt,quã liber factus capere poſſet:alioquin ſi reciperetur dicta reprehenſio,eueniret iſtud abſurdũ,quòd ſi ſeruus eſſet talis,qui non poſſet ad libertatem peruenire, ſi legaretur ſibi,nõ valeret legatum.quod non eſt dicendum:quia licet ſeruus liber effici non poſsit, acquirit tamẽ domino:& ſic iſta allegatio eſt ſophiſtica & calumnioſa:quia talis res debet eſſe poſita in legato,quæ caderet in eum ſi eſſet liber:argumentatio autẽ prædicta non reſpicit capacitatem rei, ſed modum legandi. Vnde non eſt bona illatio, quæ eſt de quid ad quale,ſecundum Bald. in dicto §. ſeruo alieno. cætera dic vt in gloſſa.

Summarium.

1 ☞ Macedonianum non eſt introductum naturali æquitate,ſed moribus ciuitatis Romanæ.
2 Exceptionem perpetuam dare poteſt princeps, de plenitudine poteſtatis.
3 Actio an poſsit reſcripto principis tolli.
4 Exceptio ſi ſtatuto tollatur,implorari poteſt officium iudicis.
5 Debitor propriè quis dicatur.
6 Debita ſolui iubens teſtator, de quibus intelligat.
7 Fur in teſtamento iubens debita ſolui, non intelligit de pœna dupli vel quadrupli.

Marcellus ait, Deſinit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

PRIMUM exemplum huius gloſ. fuit latè expeditum in l. cuius per errorem. in proſequutione ſecundi exempli de indebito naturaliter, ſed ciuiliter debito.ſ.eodẽ titu.& ibi ſufficiat remiſsio.& ad gloſ.& Doct. in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret. ff.de pact. Secundum exemplũ quod ponit gloſ.de exceptione Macedoniani poſſet impugnari, per illa quæ dicta fuerunt in dicta l.cuius per errorem.in quarto membro principali de debito naturaliter & ciuiliter, ſed indebito
1 ope exceptionis,quia†Macedonianũ nõ eſt introductũ naturali æquitate,ſed moribus ciuitatis Romanę,vt l.j.ff.ad Mac.Sed gl.hic ſatisfacit,quia cũ

dicta exceptio legi cōcordet & scripta sit in lege nō abhorret, id est, nō discrepat ab æquitate naturali, id est, à iure naturali, quod dicitur id, quod in lege continetur, vt j. distin. ca. ius naturale. & l. cum ratio. in principio. ff. de bo. dam. Tertiò, ponit exemplum glos. in dilatione moratoria concessa à principe, qua pendente debitor conueniri non potest, vt l. quoties. C. de preci. impe. offe. & est ratio, quia in mora modici temporis, nō est magnum præiudicium. l. si debitori. ff. de iudi. & quod differtur nō aufertur. l. nec auus. C. de emancipa. libe. Quod autem sit modicum vel magnum tempus, non potest dari certa regula, ideo relinquitur arbitrio iudicis, sicut in simili dicitur in l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iudi. facit l. j. §. j. ff. de iure delib. Si autē concederetur perpetua dilatio, non valeret, vt dicta l. quoties. nec præsumitur princeps illam cōcedere, quia
2 concedere nō deber. † si tamen concederet de plenitudine potestatis, valeret, vt vult ista glos. secundū Azonem dicendo, non obstante aliqua lege. & hoc sequitur Ang. in l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vendic. per illū tex. & l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. ff. de polli. l. toties. & si serui. ven. l. venditor. §. constat. & Inno. in ca. quæ in ecclesiarum. extra de consti. vbi per Modernos & per glos. & Doctores in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. pu. Habet enim princeps plenitudinem potestatis: de quo vide pulchrè & elegāter Bal. in l. rescripta. C. de preci. impe. offeren. vbi dicit idem Bald. quòd cum ius ciuile consistat in sola principis autoritate, potest illud tollere: ideo actionem alicui de iure ciuili cōpetentem tollere potest. Licet tamen esset principis autoritate actio sublata, posset quis sine actione cōsequi iustitiā misericorditer implorando officium superiorum, secundum Innoc. in dicto c. quæ in ecclesiarum. sicut antequam proditæ essent actiones, fiebat manu regia, vt l. ij. in principio. ff. de ori. iu-
3 ris. quod sic intelligit Bal. videlicet, quòd si † actio innitatur æquitate naturali, per rescriptū tolli non possit, quia tam princeps concedens rescriptum, quàm ille cui conceditur, eo vtendo peccat mortaliter, & sic contra ius diuinum non valeret. Ideo vt notatur in dicto cap. quæ in ecclesiarum. pro quo faciunt notata in cap. fin. extra de consue. ad quod accedat elegans dictum Bal. in l. planè. ff. de peti. hæ-
4 red. vbi dicit † quòd etiam si per statutum tollatur exceptio, poterit implorari iudicis officiū, ne agēs iniquè extorqueat, vel iniquè lucretur, per dictum tex. & l. fi. eo. tit. quod est valde notandum propter stylos curiarum rigorosarum no admittentiū, nisi colligas exceptiones. & hoc sequitur Ang. in dicta l. fin. & l. planè. eod. tit. Si autem actio nō fundetur super æquitate, sed super solo rigore, vt in chirographo post biennium, & in re iudicata contra veritatem: tunc valet rescriptum cū clausula, non obstante. Vide tamen plenius in dicto ca. quæ in ecclesiarum. per Modernos, & per Innoc. in cap. quia plerīq. de immu. eccles. & de senten. excommu. ca. inquisitioni. Et nota secundum glos. hic, quòd iste
5 de quo in hac regula † impropriè dicitur debitor, quia postquam tutus est exceptione, ab eo inuito exigi non potest, & tamen ille dicitur propriè debitor, qui inuitus ad solutionē cogi potest. l. debitor. §. titu. proxi. quia exigere, est ab inuito extorquere. l. xj. §. si rem. ff. de leg. iij. & hoc facit ad quæstionem, de qua per Bartol. in l. legaui. ff. de libera.
6 legata. † testator in suo testamento iussit satisfieri omnibus, qui ab eo recipere debebant, vnus venit cum instrumento, contra quod poterat opponi exceptio, nunquid ei non obstante exceptione, debeat satisfieri. & dicit quod non, per illū tex. in verbo, nullam vtilitatem. quia intelligi debet de his, qui recipere debent naturaliter & ciuiliter, sine exceptionis obstaculo, vt l. si cui. §. si. ff. de solut. Et hoc verum nisi ex qualitate personæ legatarij esset necesse aliter intelligi, vt l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demonstr. Si autem exceptio competens esset præscriptio, distinguit ibi Bal. quòd si testator nullis alijs creditoribus erat obligatus, quòd tunc intelligitur de illis sensisse, contra quos præscripserat, arg. ff. de fun. instru. l. fundus qui locatus. Si verò habebat alios creditores, subdistinguendum est, quia aut præscripserat bona fide, & tunc non sit eis satisfaciendum secundum opinionem Bart. Si verò mala fide, secus est, quia ius canonicum non tenet talem præscriptionem. in c. fi. extra de præscript. & in cap. possessor. de regu. iur. lib. vj. attento enim iure canonico est efficax debitum, & hoc sufficit saltem ad officium episcopi implorandum, arg. ff. de peti. hæred. l. hæreditas. in fi. Faciunt notata Bal. in authent. ad hæc. C. de vsur.

Hance distin. Baldi facit Imol in l. sequi tur. §. si vis. ff. de vsuca. & d. §. dominus.

7 Subiungit etiam Bald. quòd si † testator fecerat furtum alicui, & iussit in suo testamēto satisfieri creditoribus suis, adijciens quòd hoc faciebat pro salute animæ suæ, quòd non debet solui pœna dupli vel quadrupli, quia per ista verba testator se retulit ad forum pœnitentialem, in quo istæ pœnæ non debentur, vt est gloss. singularis, in c. fraternitatis. in fi. xij. quæst. ij. quod notate.

Summarium.

1 ☞ Filiorum plura sunt genera. & nu. 4. & 8.
2 Concubinam vnam licebat habere secundum leges, sed non duas.
3 Concubinatus an sit hodie iure ciuili reprobatus.
5 Spurij qui dicantur.
6 Sacerdotis fornicatio quæuis, an dicatur incestus.
7 Bastardi qui dicantur.
9 Legitimatio per subsequens matrimonium, quid requirat. & nu. 10. & 13.
11 Incestuosi, licet matrimoniū ex dispēsatione sequatur, non legitimantur, nisi aliud dicatur in dispensatione.
12 Saraceni filius & Christianæ, an possit per subsequens matrimonium legitimari.
14 Legitimationem iure canonico non impedit matrimonium aliud intermedium.
15 Habeantur verbum, quando fictionem, & quando veritatem notet. & nu. 16.
17 Legitimatio secundum canones contra ius ciuile facta, an successionem tribuat in terris Imperij. & nu. 19. & 20.
18 Errare an possit Imperator.
21 Papa etiam in terris Imperij legitimat, quo ad successiones.

Legitima

135 Suprema iuriſdictio quando ſit prorogabilis.
137 Papa in ſpiritualibus legitimando, an cenſeatur legitimare in temporalibus.
138 Imperator vel eius comes palatinus, an in terris eccleſiæ legitimare poſsit. & nu. 139.
140 Milites poteſt princeps creare extra terram ſuã.
141 Legitimatus per Imperatorem, non cenſetur legitimatus in ſpiritualibus.
142 Illegitimum non ſufficit quem dicere ad excludendum eum, niſi dicatur quomodo.
143 Filiorum appellatio in contractibus, an extendatur ad illegitimos.
144 Illegitimi an dicantur ciues.
145 Pater an teneatur dotare filiam baſtardam.
146 Alimentorũ cauſa, quãdo ſit fauorabilior quàm cauſa dotis, & quando econtra. & nu. 147.

Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſsimùm accipietur, quę rei gerendæ aptior eſt.

ELEGANS materia poteſt ad hanc regulam applicari. Et pro ampliori declaratione caſus quẽ hic ponit gloſſa in iſta l. præmitto, quòd quo ad
1 propoſitum † plura ſunt genera filiorũ. Nã quidã ſunt legitimi, & non naturales, quaſi per legem, & à lege inducti. vt ſ. C. & Inſtit. de adop. & per Canoniſtas in cap. j. extra de cogna. legali. Alij ſunt legitimi & naturales, vt qui ex legitimo matrimonio procreantur. Inſti. de pat. po. in principio. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Item in poteſtate. & l. filium. & faciunt notata per Canoniſtas in cap. cum haberet. extra de eo qui duxit in matrimoniũ eã, quam prius per adulter. pollu. & in clement. j. de baptiſ. in authen. quib. mod. natu. effic. ſui. §. legitimi. colla. vij. notatur in cap. Michael. extra de filijs presbytero. & in l. quia ſemper. ff. de in ius vocan. Hi autem dicuntur liberi. xxxij. quæſt. iiij. cap. liberi. Et hæc vera ſunt, ſiue ex vero matrimonio, ſiue putatiuo, cuius tamen cõtrahentes ignorabant impedimentum, ſint filij procreati, vt in cap. cum inter. & c. tranmiiſſæ. cum ibi notatis, extra qui filij ſint legi. Alij ſunt naturales, & non legitimi, vt nati ex concubinis, & nati ex ſoluto & ſoluta, quæ poterat eſſe eius vxor. Inſtit. de nupt. §. fin. & in authen. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. colla. iij. & l. cum quis. C. de natu. libe. & in ca. j. extra qui fil. ſint legit. & licet de iure canonico reprobetur concubinatus, quia etiã ſimplex fornicatio prohibetur, vt xxv. diſt. cap. alias. & notatur in clemen. fin. extra de hæret. verſ. ſeptimo. & ibi in gloſ. ſunt concord. & probatur xxxij. quæſt. iiij. c. dicat. & cap. meretrices. & Exodi xx. c. Tamen à legibus nomen aſſumpſit. l. in concubinatu. in fin. ff. de concubi. ſecundum quas leges ſicut non licet duas habere vxores. l. quid ergo. §. j. ff. de his qui notan. infa. & l. eum qui duas. C. de adulte.
2 † ita nec plures concubinas, vt notat gloſ. in l. vnica. C. de concub. & eſt tex. in dicto §. conſideremus. in fin. & vt voluit gloſ. penultima in dicta l. in concubinatu. ſecundum leges, concubinatus erat coitus legitimus, quod quibuſdam, vt dicit ibi Bart. non placet, quia ſi fuiſſet coniunctio legitima, filij fuiſſent legitimi: ideo dicit quòd Marcellus diſputando tenuit concubinatum nõ eſſe legitimum ſecundum leges, niſi de naturali iure primæuo, quo omnes homines legitimi naſcebantur, in authent. quib. mod. natu. effic. legi. §. licebat. colla. vj. qui tamen textus ſecundum Bal. in cap. ſi filij nati. in tit. ſi de feu. fue. contro. quando dicit, quòd omnes homines legitimi naſcebantur, intelligendus eſt, quòd loquatur de tempore illius rudis ſeculi, quãdo matrimonia nõ erant nominata nec cognita: ad quod videte xxxij. quæſt. iiij. cap. dixit ſacra. quia ſtatim quòd ſuperuenerunt leges, matrimonialis coniunctio fuit approbata: & inde ſoli legitimi naſci cœperunt, & quædam coniunctiones cœperunt reprobari, vt adulterium & inceſtus. & ideo duplex genus hominum eſſe cœpit, ſcilicet legitimorum, & illegitimorum, quod nec etiam per ſubſequens matrimonium poterat, nec poteſt legitimari, vt l. qui contra. C. de inceſtis nup. & in cap. tanta. extra qui fi. ſint legi. & hi patri ſuccedere nõ poſſunt. in auth. licet. C. de nat. libe. Quædam etiam coniunctio ſuperuenit non approbata, nec reprobata per leges, vt concubinatus, & ſic debet intelligi ille text. qui dicit, quòd à legibus nomen aſſumpſit, non quòd fuerit per leges approbatus: ſed quia nõ fuit reprobatus niſi in pluralitate cõcubinarum, vt iuribus allegatis. & hoc communiter dicunt Doctores. Sed
3 vos dicite quòd † hodie per leges expreſſe concubinatus reprobatus videtur, quicquid dicant contrarium tenentes, per textum expreſſum in ti. de filijs natis ex matrimonio ad morga. cõtracto. in vſibus feudorum. ad quem multi nõ aduertunt, ſed eſt ad hoc ſingulariter notandus. Filij autem nati ex iſto concubinatu, dicuntur naturales, ſed non legitimi: poſſunt tamen per ſubſequens matrimonium legitimari. Inſtit. de nup. §. fin. & in authent. qui. mod. natu. effi. legi. §. quoniam autem. colla. vj. cum cõ
4 cordã. ſed de hoc dicetur infrà. † Alij ſunt ſpurij, vt nati ex damnato coitu, puta nati ex adulterio ſiue inceſtu, ſiue ſacrilegio, vt ff. de ſta. hom. l. vulgo. facit quod notatur per gloſ. in cap. tãta. extra qui fil. ſint legi. & in cap. niſi cum pridem. extra de renũ. vbi per Innocen. & iſti quandoq; dicuntur ſpurij,
5 quandoq; inceſtuoſi, quandoq; nefarij. hi tamẽ † omnes comprehendũtur generaliter nomine ſpurij, quoniã accipimus ſpuriorũ nomine quoſcunq; natos ex coitu non approbato iure, vt dicit Bart. in l. fin. ff. de his qui. vt indig. nam ex adulterio natus, vel vulgo conceptus, qui patrem certum non habet, ſpurius appellatur, vel etiam natus ex concubina, cum quis plures haberet concubinas: vel ſi ſit natus ex ſoluto & meretrice ſoluta non affectu concubinæ retenta: vt notatur per Dynum, ſuper rubrica. ff. de concub. & notatur in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. Dicitur etiam ſpurius, qui habet certum patrem, ſed talem, quem ſecundum Deum & honeſtatẽ non poteſt demonſtrare, vt filius preſbyteri ſiue monachi, vt dicta l. vulgo. & in authẽ.

quibus

quib.mod.natur.effi.sui.§.fin. dato, quòd sit natus
ex vnica concubina sacerdotis, quia non licet ei ha
bere concubinã.l.eum qui probabilem. C.de episc.
& cler.& extra de cohabit.clericorum & mulierũ.
per totum.non enim videtur esse,qui non est habi-
lis,vel cum honestate monstrari non potest.l.j.§.j.
ff.quod cuiusq; vni.nomine.l.quoties. ff.qui satisd.
cogan.& cap.ij.extra de transla. prælatorum. ideo
dicit canon,quòd satius est sine liberis mori,quàm
eos ex illicito coitu acquirere. xxxij. quæstio. iiij.c.
sicut enim satius. Aduerte tamen, quia glos.in l.ij.
C.de epis.& cler.dicit, quòd clericus in sacris con-
6 stitutus committens fornicationem,†dicitur com-
mittere incestum , & filij inde nati sunt incestuosi.
& illam glos.sequitur Bartol.& Bal. & Angel.sed
Cyn.& Iacob.Butr. eam improbant ibi , & domi-
nus Ioan.de Imol. in c.vt clericorum. extra de vita
& honesta.clericorum.quia hoc non reperitur iure
cautum, ideo videtur quòd sit simplex fornicatio,
dummodo aliàs non committat incestũ vel adul-
terium.filij tamen nati ex illa fornicatione sacerdo
tis vel constituti in sacris spurij nuncupantur,cum
sit coitus reprobatus : nam sacerdotes ex voto te-
nentur seruare castitatem,vt per totum tit.alleg.de
coha.cle.& mul.& notat Ioã.de Imol. in dicto c.vt
clericorum.& hoc tenet dominus Ioã.de Ana.in c.
significasti. extra de adulter. & dicit glos. dictæ le-
gis ij.C.de episc.& cle.esse periculosam ,& plusquã
periculosam:quia si esset verum, quòd constitutus
in sacris, pro simplici fornicatione cõmitteret in-
cestum,non posset absolui,nisi ab episcopo,per id,
quod notatur per glos. in cap.ij.de pœniten. & re-
miss. libr.vj. & sic multi essent illaqueati. ideo illa
glos.per sacerdotes & constitutos in sacris deberet
radi. Addit etiam pro reprobatione illius gl. text.
in cap.si quis Episcopus. xxvij. quæst.j.vbi sacer-
dos,qui mœchatur cum muliere sanctificata, de-
bet deponi:ergo à cõtrario, si fuerit mœchatus cũ
non sanctificata muliere,non debet deponi.Iungit
alium tex.xxx.quæst.j.cap.si quis sacerdos. cum c.
sequen.in quibus dicitur sacerdotem debere depo-
ni,qui mœchatur cum filia spirituali, vel cum illa
quæ ei sua peccata fuerit confessa:ergo secus si cum
alia. & ita pertransit cum hac opinione, quæ ma-
gis fauet & placet sacerdotibus. glos.tamẽ in cap.
per venerabilem.extra qui fil.sint leg.super verbo,
adulterinis.dicit quòd presbyteri cum fornicãtur,
adulterantur,cum sint quasi mariti ecclesiarum,vt
lvj.dist. Cenomanensem. De clericis autem in mi-
noribus ordinibus cõstitutis, minor est dubitatio:
quia licet seruare teneantur castitatem,non tamen
ex voto, sicut constituti in sacris , vt dicto cap.vt
clericorum.vbi per dominũ Ioan.de Imol. Aduer-
ti tamen debet, quòd, vt vult ipse Imol.in repeti-
tione cap.cum contingat.extra de iureiuran.cleri-
catus & minores ordines sunt sacri , licet sacri or-
dines vltra minores appellẽtur magis sacri.sed hoc
est, vt ipse dicit,propter maiorem castitatem, ad
quam sunt magis ligati habentes ordines sacros,
vt notatur per glos.xxxij.distinct.in summa.Bart.
tamen in l.in concubinatu.ff.de concubi. tenuit,ꝙ
si clericus in minoribus constitutus habet concu-
binam ,& ex ea filios sustulit, & postea illam acci-
pit in vxorem,quòd filij nõ legitimantur per sub-
sequens matrimonium : quia illa coniunctio cum
clericis est improbata,vt in authentico,de sanctiss.
episc.§.clericus. & in l.cũ qui probabilem. sed vbi
coitus est improbatus,non potest fieri legitimatio
per matrimonium subsequens.xxxij. quæst. iiij.ca.
nemo. & cap. meretrices. Raynerius autem tenuit
contrarium ,quia licet coitus talis iure sit impro-
batus quo ad pœnam diuinam, non tamen quo ad
corporalem.cap.tanta.extra qui fil. sint legi.& ita
dicit Ioan.And.in regula,sine culpa.lib.vj.in mer-
curialibus.& Panor.in cap.innotuit. col.v.in glo.
coniugata. de elect. & dicto cap. tanta. Et tales di-
cuntur spurij propriè,secundum ius nostrum ciui-
le,nati ex linea trãsuersali in gradu prohibito.Nã
incestus dicitur inter taliter coniunctos.l.si adulte-
rium cum incestu.ff.ad legem Iuliam de adulte. sed
nati ex linea descendenti vel ascendenti , dicuntur
npharij,vt Instit.de nupt.§.si aduersus. ibi tamen
vocantur spurij. & in authent. ex complexu. C.de
incest.nupt.& in authent.de incest. & nepha.nupt.
7 colla.iij.† Bastardus autem, est nomen generale &
vulgare,comprehendens in se omnes illegitimatio
nes,vt dicit Pan. in repetitione. c. per venerabilẽ.
extra qui filij sint legi.& aliquid per Bart.in l.ex fa-
cto.§.si quis rogatus. ff. ad Trebell. qui remittit ad
notata in dicto c.nisi cum pridem.§.personæ.extra
de renun.vbi glos.& Docto.& de istis filijs natis ex
8 coitu illicito habetur xxxij.quæst. iiij.c.fin.†Sunt
etiam alia genera filiorum. quidam enim sunt spi-
rituales. xxxj.quæst.ij.cap.omnes.& xxxiij.quæst.
ij.cap.& per totũ tit.de cogna.spiritu.Quot autem
modis quis efficiatur filius spiritualis alterius, ha-
betur xxx.quæst. j.cap.de his.& cap. omnes quos.
Dicuntur etiam filij secundum leges veteris testa-
menti,qui ex ancillis & patronis de voluntate vxo
rum fuerunt procreati,vt lvj. distin.cap. Ismahel.
xxxij.quæst.iiij.cap.recurrat.Circa autem præmis
9 sa aduertendum est,quòd,vt†filius natus ex soluto
& soluta sit naturalis,& legitimetur per subsequẽs
matrimonium , aliqua requiruntur de iure ciuili.
Primò,quòd sit natus ex soluto & soluta, in auth.
de incest.nupt. §.dubitatur.colla.iij. & in authent.
vt lice.ma.& auiæ.§.ad hæc autem.colla.viij.& in
authentic.item si quis.C.de natura.libe. & l.j.C.de
concubin.Secundò requiritur,quòd mulier illa so-
luta sit in schemate cõcubinæ in domo retenta, vt
in authent.quib.mod.natu. effi.sui.§.si quis autem
defunctus.colla.vij.& in authen. de trien.& semiss.
§.consideremus.versi.& hæc dicimus si vni concu-
binæ.colla.vij.quia schema concubinę adeo est af-
fine & proximũ vxoris schemati, vt propter diffi-
cilem discretionem vnius ab altera lex protestatio
nem requisiuerit,quòd sit concubina.l.in concubi-
natu.ff.de concubi. Tertiò requiritur, quòd vnica
sit cõcubina,& nõ inter plures numerata,vt dicto
vers.& hæc dicimus si vni concubinæ.quod notari
iubet dominus Ioannes Petr. de Ferra. in practica
sua,tit.forma libelli pro hæredi . quæ ab incesta.in
glos. super verbo , nullisq; superstitibus. pro istis
principibus & dominis , qui tenent multas fœmi-
nas,quia filij ex eis nati non efficiuntur naturales.
Requirebatur etiam , quòd fierent dotalia instru-

menta.l.cum quis.& l.nuper. C.de natura.libe.vbi
Bald.Salicet. & Docto. & Angel. in consilio xxix.
ex themate. in secundo dubio. & videtur probari
Instit.de nupt.§. fin.& de hæred. quæ ab intestato
defer.§.i.versic.quibus.& in authent.quib. mo.na-
tural.effic.sui.collat.vj.Bald in cap. naturales. si de
feud.fue.controuer.Sed de iure canonico non pro-
cedit. c. cū inhibitio.de clande.despon.& ibi nota-
tur per Canonistas.& ibi tex.in cap.tanta. qui filij
sint legi.& in cap.innotuit.vbi glos. & Docto. de
elect.vbi Ioan.Andr.in apostilla. & in cap. tanta.
10 vt ibi recitat Panor. ponendo regulam, quòd † ex
quocunq; coitu sit filius natus, dummodo mulier
ex qua natus est, potuisset esse vxor, si consensus
fuisset legitimus, legitimatur per subsequens ma-
trimoniū.secus si tūc non potuisset esse vxor eius,
vt in casu secundo dicti cap. tanta. scilicet quia al-
terius tūc erat vxor,vel quia Saracenus,aut Iudæus
habuit filium ex Christiana:nam licet postea effi-
ciatur Christianus,& cum illa contrahat matrimo
nium, filius antea natus non per hoc legitimatur,
quia tempore coitus vel natiuitatis, non poterat
esse matrimonium,in cap.caue. xxviij. quæsti.j.&
11 j.distinct.Ius gentium Idem dicit Vincē.† in natis
ex incestuoso coitu,licet postmodum contrahatur
matrimonium, per dispensationem ecclesiæ, non
tamē filij ante geniti legitimātur,nisi aliud dicatur
in dispensatione.& hoc etiam notat Bald. in dicto
cap.naturales. si de feud.fuer. controuers. allegat l.
Paulus.& ibi Cy.ff.de sta.hom. & ita dicit habuis-
12 se in facto.† Contrarium tamen eius quod dictum
est de Saraceno post baptismum susceptum, cōtra-
hente cum muliere Christiana, ex qua antè filium
susceperat,tenet Gasp.de Calderinis, dicens, quòd
cum iste casus non excipiatur in dicto cap. tanta.
non debemus impedire legitimationē in casu præ-
dicto:nam poterat esse matrimonium, si ille fuisset
effectus Christianus.Vnde satis est, q; non suberat
impedimentum perpetuum.sed Panor.plus placet
præcedens opinio Ioan.Andr. quia matrimonium
non potest hoc casu retro trahi ad tempus natiui-
tatis:ad hoc enim vt fictio vim suam operetur, re-
quirit extrema habilia,scilicet tēpus à quo,& tem
pus ad quod, vt notatur per Bartol. in l. si is qui
pro emptore. ff.de vsucapi. Igitur stat conclusio,
quòd vbi coitus non poterat esse vxorius, obstan-
te impedimento aliquo perpetuo, non reuocabili
sine dispensatione ecclesiæ, nō legitimātur filij per
subsequens matrimoniū. Et sic debet intelligi text.
in dicto cap.tanta. in secunda parte. nam ea ratio,
quæ est in existentia matrimonij, procedit in quo-
libet alio impedimento perpetuo.faciunt quæ no-
tauit Ioan.And.in regula, sine culpa.li.vj.in mer-
curialibus. Vbi verò poterat esse matrimonium,
licet mulier non fuerit retenta in schemate concu-
binæ,filij nati legitimantur per matrimoniū sub-
sequens de iure canonico,contra ius ciuile,vt notat
glos.in dicto cap.innotuit. de electio.vbi Compo-
stella.Ioan.And.Imol.Panor. & communiter Do-
cto.& Gofre. in summa de filijs presby. versi.quid
si quis.& gl.in dicto c. qualis. xxx.quæst. v.& hoc
etiam tenent Legistæ de iure canonico,quia de hoc
est tex.in allegato cap.tanta.vbi textus non se fun-
dat super concubinatu,sed indistinctè propter po-
tēriam matrimonij legitimae antè genitos:nec de-
bemus attendere ad concubinatum, quia expresse
damnatus est de iure canonico,in cap.nemo.xxxij.
quæst.iiij.Imò de iure ciuili,vt superius dictum est,
per text.in cap.j.de filijs natis ex matri.ad morga.
contracto.& plus,vt dicit Hostiē. quòd etiam ho-
die de iure ciuili omnis coitus est reprobatus præ-
ter vxorium, per authent. de lenonibus.colla.iij.&
in authent.scenicas mulieres.colla.v.& in authent.
de incestis nupt.collat.iij.& in similibus, in quibus
Imperator dicit, q; est amator castitatis, & quòd
in istis spiritualibus vult sequi dispositionem ca-
nonum,vt in authent. de ecclesia.ti. in princ.colla.
ix.Aliàs ex contraria opinione sequeretur, q; ma-
gis faueretur peccato diutino & continuo, quàm
momentaneo,quod non est dicendū,vt in cap.fin.
extra de consuet.& cap. cum haberet.de eo qui du-
xit in matrim.quam prius per adulter. pollu.& c.
13 cum in ecclesiæ.extra de simo.cum similibus.†Nec
etiam requiritur secundum Canones id, quod ius
ciuile requirebat ad legitimationem per matrimo
nium subsequens,scilicet confectionem dotalium,
seu nuptialium instrumentorum,per tex.dict.cap.
tanta.vbi solū ponderatur virtus & potentia ma-
trimonij,ad esse cuius non requiritur instrumentū
dotale seu nuptiale,vt l.nuptias.C.eod.tit.& in au-
thent.de nupt.§.nuptias.colla.iiij.& hoc etiam ho-
die tenent Docto. nostri Legistæ, per dictum cap.
14 tanta.† Quinimo,vt dicunt Docto.ibi, ius cano- *Quæstio.*
nicum non requirit ad legitimationem filiorum,
quòd nullum sit matrimonium intermedium inter
natiuitatem filiorum, & hoc matrimonium cum
illa muliere:ex quo infertur, quòd si solutus habēs
filios ex soluta,contrahat cū alia muliere,qua mor
tua cōtrahat cum illa,ex qua filios naturales susce-
perat, filij illi legitimantur per hoc matrimoniū,
non obstante matrimonio intermedio.& ita tenet
Ioan.And.in dicta regula, sine culpa. in mercuria:
& Angel.consilio mihi xviij. in secunda quæstio-
ne,pro quo allegat in authen.quib. mod. natu.effi.
legi.§.si verò.versi.omnino enim. quem text. dicit
non esse alibi.Addunt plus Hostien.& Docto.in c.
lator.extra qui filij sint legi.quòd talis legitimatio
etiam extenditur ad feuda. nec obstat c. naturales.
si de feud.fue.controuer. quia intelligitur ille text.
in naturalibus legitimatis per principem,quæ di-
spensatio restringenda est in cap. quod dilectio.de
consang.& affini.& hoc tenuit ibi Iacob. de Bel.&
facit quod notatur per glos.in cap.alleg.innotuit.
de elect.Bald.tamen ibi dicit respiciendam esse for-
mam inuestituræ,nā si diceret pro te & filijs tuis le-
gitime natis, non continentur legitimati. Panor.
tamen contradicit in hoc Baldo, in dicto cap.tan-
ta.quia fingitur matrimonium retro fuisse contra-
ctum,& sic sunt habēdi,ac si legitime nati fuissent.
Pro hoc adducit bonum tex.in ca.cum in cunctis.
extra de electio.vbi dicitur,quòd promouendus in
Episcopū,debet esse natus de legitimo matrimo-
nio.& tamē legitimatus per subsequens matrimo-
nium potest eligi in Episcopum, vt notatur per
glos.& Doct.in dicto c.innotuit. ideo tex.in dicto
c.naturales.debet intelligi in legitimatis per rescri-
ptum

Matrimonium intermediū nō impedit legitimationē filiorū naturaliū per subsequens matrimonium.

ptum principis, quia cum illa legitimatio sit stricti iuris, tanquam contra ius est restringenda, vt di cto cap. quod dilectio. de consangui. & affin. Videte tamẽ latius Panor. in dicta repetitione. q. x. super secũda gl. Aduertendum est etiam, quòd isti filij antea geniti secundum quosdam non sunt verè legitimi effecti per subsequẽs matrimonium, sed habentur pro legitimis, & hoc probauit per tex. dicti cap. tanta. vbi text. dicit, legitimi habeantur. ver
15 bum enim † habeãtur, est verbum fictum: & ex hoc dicit ibi dominus Anto. de Butr. quòd si statutum facit mentionem de legitimis, non cõprehendun tur isti legitimati per subsequens matrimonium, quia statutum non videtur loqui in casu ficto. l. iij. §. hæc autem verba. ff. de neg. gest. secus si hæc verba proferantur à iure communi. sed ipsemet tenet cõtrarium in repetitione c. per venerabilem. extra qui filij sint legi. & hoc putat dominus Panor. esse verius, vt ipse notat in allegato c. tanta. Nam isti sunt autoritate iuris verè legitimi. Nec obstat ver
16 bum † habeãtur, quia vbi profertur ab habente potestatem, paria sunt dicere, sint legitimi, & habeantur legitimi. Ad hoc c. ex parte. extra de spõs. sicut in simili dicit Bar. quo ad ius paria esse, quòd statutũ dicat, sint ciues, vel habeantur pro ciuibus, nisi resultaret contrarietas, quæ hic nõ resultat, vt notatur in dicta l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. vbi per Ioã. de Imol. & per eũ in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. & in l. si maritus. §. j. ff. ad legem Iul. de adulte. Adde Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. vbi dicit omnes posse legitimari per matrimonium, præter vulgò conceptos, quia pater est incertus: sed si esset certus per confessionem patris & matris, bene posset legitimari. Exemplum in meretrice, quæ concepit ex scholari, quam ipse postea in vxorẽ accepit. Sed circa præmissa quæritur, cũ de iure canonico filij nati ex soluto & soluta legitimentur, licet non interuenerint nuptialia, seu dotalia instrumenta, quamuis de iure ciuili sit
17 secus: † vtrum legitimatio inducta de iure canonico per subsequens matrimonium, non interueniẽtibus instrumentis nuptialibus prędictis, extendetur ad successiones hæreditarias in terris Imperij? Bald. tenet, quòd in terris ecclesię seruabitur, quo ad successiones & omnem effectũ, ius canonicum: sed in terris Imperij seruabitur ius ciuile, ita quòd in terris Imperij legitimatio ista inducta per Canones intelligitur quo ad dignitates & ordines, sed non quo ad successionem cum legitimis. ita notatur per eum in l. neq;. C. de nupt. quem sequitur de Platea in §. fin. Instit. de nupt. Angel. de Perus. hoc etiam tenet in consilio mihi xxxj. & mouetur, quia in merè temporalibus & foro temporali, vbi ius canonicum contradicit iuri ciuili, in terris ecclesię seruatur ius canonicum, & in terris Imperij ius ciuile, vt notatur per Ioan. And. in regula, possessor. lib. vj. & plenè per eum & Modernos, in cap. j. extra de no. ope. nun. & ideo dicit in merè temporalibus, quia nõ in his in quibus vertitur periculum animæ, secundum eum. Probat etiam Angel. hanc opinionem sequẽti ratione, quia decisio spiritualium & dependentium necessariò ab eisdem pertinet vbiq; ad ecclesiam, & non ad secularem principem, qui est incapax talis iurisdictionis, etiam incidẽter, in c. si iudex laicus. extra de sen. excom. lib. vj. in c. lator. extra qui fi. sint legi. & c. tuã. de ordi. cog. notata per Docto. in l. quoties. C. de iudi. & l. Titia. ff. solut. matr. Decisio verò merè temporaliũ in temporali foro pertinet ad Cęsarẽ in terris suis, & ad Papam in terris suis. nam sunt eorum iurisdictiones distinctę in c. cum ad verum. & c. duo sunt. xcvj. distinct. nec aditur ecclesia in temporalibus, nisi in certis casibus, qui habentur in c. licet. extra de fo. compe. & c. nouit. extra de iudi. & dicto cap. causam quæ. & c. per venerabilem. extra qui fil. sint legi. Sed habere vel non habere potestatem succedendi dependet ab Imperiali statuto. lege, lege obuenire. ff. de ver. sig. vnde omnis hæreditas ad nos pertinet iure xij. tabularum, vel ex testamẽto quod factum est iure. l. j. ff. de peti. hære. & l. iij. §. de illo. ff. pro socio. cum similibus. Vnde secundum aliquos quos sequitur, vt ipse dicit, Ioan. And. inuitare illegitimos inter legitimos ad successionem, per gratiosum rescriptum, aut per statutum generale, non pertinet ad Papam, sed solum ad Cæsarem in terris Imperij. Patet ergo, quòd nullus ad hæreditatẽ vocatur, nisi quatenus eum lex vocat, siue ex testamento, siue ab intestato succedere velit. Cui ergo denegatur legis suffragiũ, denegatur potestas succedendi, quæ iure ciuili introducta est, & coadiuuata in quibusdam iure prætorio, vt patet in titu. de bo. possess. Cum ergo ius ciuile expressè disponat natos ex concubina, aut alia muliere, ad quam homo consuetudinem habebat, non legitimari sine dotalibus instrumentis, nõ videt quo iure tales filij ad successionem inuitentur, ex quo ius ciuile eis resistit. Nec ob. inquit ipse, si dicatur, quòd ius canonicũ facit eos legitimos, quod potest, & ita etiã facere eos legitimos successores, cum posse succedere veniat in consequentiam legitimationis, secundum apostolum, qui dixit, Si filius, ergo hæres per Deum. hæc enim non est necessaria consequentia, Est filius legitimus: ergo lex inuitat eum ad successionem. Nam quidam sunt, qui non inuitantur, vt deportati. l. j. C. de hęre. insti. & alij alia de causa incapaces, vt mendicantes, fratres minores, & similes. in clemen. exiui de paradiso. de ver. sig. & quosdam inuitatos repellit exceptio, vt vitium ingratitudinis. Alia motiua adducit, quæ potestis videre. Fatetur tamen, ꝙ quæstio ista dubia est, & plures inuenirentur contrarium consulentes, inhęrentes opinioni Ioan. Andr. qui tenet legitimationem istam per subsequẽs matrimonium, extendi etiam ad successiones hæreditarias in terris Imperij. Et certè verum dicit Ang. in hoc, licet non credã eius opinionẽ, nec Bal. esse veram. quoniã Sali. ita consuluit de facto Ferrarię, & do. Lau. de Pinu, vt ipse Sali. recitat in auth. maximis. C. de nup. Matrimonium enim, inquit, est quid spirituale: nec est in spiritualibus personarũ acceptio. Ideo inter tales personas valet matrimonium solo affectu non interuenientibus nuptialibus instrumẽtis, nec potuit Imperator hãc solennitatẽ scripturæ addere, quia de spiritualibus non potest se intromittere. Ad quod facit, licet ipse non alleget, id, quod no. per gl. in d. c. cum ad verũ. xcvj. dist. & xxxiij. q. ij. c. inter hæc.

& quos Deus pio affectu cōiunxit, non potuit ipse separare .i. consensu. C. de repud. & xxix. q. ij. c. fi. & ideo cum Imperator hoc statuit, putauit hoc se sta-
18 tuere posse, sed errauit. †Errare enim potest princeps, & cum eo de scientia disputari potest, vt dicit Bald. in l. j. ff de consti. princ. & l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilitatem publicā. & notatur per glos. in l. ij. in fi. ff. de supel. leg. & per glos. xxiij. di. c. præterea. Et de generali mēte etiā suarū legū videtur statuisse, q̄ si quo tempore appareret ipsum hoc statuere non potuisse, q̄ suum statutum non sit seruandum, & perinde esset, ac si hoc nō statuisset, arg. l. j. C. de sum. trin. & fi. ca. & cum etiam dicatur Imperator suas leges non dedignari imitari sacros canones, vt in authē. vt cle. apud proprios episcopos, &c. §. illud. colla. vj. sicut etiam, dicit Salicet. videmus in materia vsurarū. authent. ad hæc. C. de vsur. cum similibus. Et ideo cum in cōsequentiam nullitatis matrimonij super qua Imperator nō potuit statuere, filij non succedebant, quia non erant legitimi, sublata nullitate matrimonij per ius canonicum, debet submoueri impedimentum successionis, quod inductum erat à iure ciuili, in consequentiam dictæ nullitatis: quoniam cessante ratione legis, cessat lex, vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iu-
19 re patro. †Itē pro hoc Sali. allegat hodie tex. quasi expressum, in authen. item si quis. C. de natu. libe. & in cor. vt lice. mat. & auiæ. §. ad hæc. vbi videtur expressum, secundum eum, q̄ hodie sine dotalibus instrumentis filij legitimentur, inducendo illū tex. in versic. quæ ei vxor esse poterat. ex quibus colligit Sali. q̄ lex præsumit patrem dicentē filios dictæ mulieris suos esse filios secūdum formam illius authen. consensisse in matrimonio huiusmodi mulieris. & de hoc est apertus text. in authent. vt lice. mat. & auiæ. §. ad hæc autem. ex quo infert, quòd si matrimonium ex istis verbis sic prolatis præsumptum est causa legitimationis filiorū, sine aliqua requisitione dotalium instrumentorum: multo fortius matrimonium verè per testes probatū. quod est argumentum fortissimum, secundū eum, vt in dicta authent. maximis. per eum nota. Sed q̄ ista legitimatio valeat etiā quo ad successiones hæreditarias, probatur per tex. in dicto c. tāta. & expressius in c. j. eo. ti. vbi est decisio clara, loquens de hæreditaria successione, & ideo seruari debet, licet ius ciuile statuerit contrariū: quoniam, vt dictum est, non statuit hoc, nisi in consequentiam nullitatis matrimonij, qua destructa per ius canonicū, de-
20 struitur & eius accessorium. †Item cū ad ius canonicum pertineat statuere super validitate, vel inualiditate matrimonij, ita etiā super illis quæ dependent ab illo, vt in c. de prudētia. extra de dona. inter vi. & vxo. Igitur & super successione hæreditaria, dependente à validitate dicti matrimonij. nec est verum indistinctè id, quod dicit Ang. cū alleg. Ioan. And. post aliquos dixisse, q̄ Papa non legitimat quo ad hæreditates in terris Imperij, nisi quo ad dignitates & ordines: quoniam ipse Io. And. & Panor. in repetitione c. per venerabilē. qui fil. sint
21 legi. post alios dicunt, q̄ † vbilibet etiam in terris Imperij Papa legitimat illegitimos, etiam quo ad hæreditates, cū disponit in radicem matrimonij, vt dicto c. tanta. vt ibi latè potest videri per Doct. & infrà dicetur. & ista opinio est æquior, & magis fundata iure, quoniam per legitimationem, quę fit per matrimonium, dicetur totale fundamentum vitij, à quo surgit differētia legitimitatis & illegitimitatis: ideo Panor. vbi suprà, vocat eam plenissimam legitimationē. Quapropter ista opinio est amplectēda, quam amplectuntur communiter do-
22 mini Canonistæ, & ita teneatis. Sed dubitatur †an in articulo mortis possit desponsari concubina, vt legitimentur filij nati in concubinatu. Richardus Malumbra, quem recitat de Platea in §. fin. Insti. de nupt. tenet quòd non, quia tunc non fit matrimonium gratia sobolis procreandæ, vt requirit text. in l. nuper. C. de natur. libe. de quo ibi per Doct. & in l. j. ff. de proba. Bal. etiam hoc videtur sequi in l. eam quam. C. de fideicom. propter hoc, quòd dos interuenire nō posset cum vtilitatis effectu. lege, Iulianus. ff. de iure dot. & licet matrimonium teneat in substantia sui, quia vltimo vitæ spiritu potest contrahi. l. iij. & authen. cui relictū. C. de indi. vidu. tollen. tamen non tenet quo ad substantiam dotis, quæ requiritur in legitimatione prolis de iure ciuili, vt suprà dictū est. Dicite autem vos, q̄, quia valet matrimonium in articulo mortis contractum, vt fatetur Bal. per iura superius allegata, nec requiruntur instrumenta dotalia de iure canonico, vt d. c. tanta. si in articulo mortis cōtrahatur matrimonium concubinæ, valebit, & legitimabuntur filij antè geniti. Et hoc tenet Cy. in dicta l. nuper. quia si sint superstites filij naturales ex ipso concubinatu, contrahendo dictū matrimonium, satis spes est procreandæ sobolis legitimæ: nam cū per hoc fiāt legitimi, videntur noui filij, vt probatur in dicta l. nuper. in vers. satis enim, &c. & in authē. qui. mo. nat. effi. sui. §. si quis igitur. Imò, vt dicit Salicet. in alleg. l. nuper. sufficit, q̄ contrahēs in articulo mortis spem habeat procreandæ sobolis, si cōualescat. & ita pertransit. Ad quod facit, quia nō coitus, sed voluntas facit matrimoniū, vt ē. eod. ti. l. nuptias. & l. cum fuerit. ff. de condi. & demon. & xxvij. q. ij.
23 §. ex his omnibus. Item, quia †matrimonium non solum est institutum propter filiorum procreationem, sed etiam in remedium cōcupiscentiæ. xxxij. q. ij. §. his ita. & faciūt notata super rubrica, & in c. j. extra de spons. & hanc etiā opinionē firmat Bal. in dicto c. naturales. si de feu. fuc. controu. Et dicit q̄ tale matrimonium inducit bonum prolis, ex eo quia proles legitimatur: qui legitimatus habetur loco posthumi, vt notatur in dicta regula, sine culpa. li. vj. in mercuriali. per Io. And. ita tenentem, & ita tenendum est. His sic præmissis, ponēdus est ca-
24 sus in hac regula, secundū quod ponit hic gl. †cum enim naturalis filius aliquando dicatur ad differētiā adoptiui, qui tantùm legitimus est, aliquādo ad differentiā illegitimi, qui solū naturalis est, quādo sermo de naturali profertur, ea sententia accipienda est, quæ rei gerēdæ aptior inuenitur. verbi gratia, inquit glos. si dicatur, q̄ filij naturales sunt in potestate parentum, vt dicitur Insti. de adop. in prin. debet intelligi de naturalibus & legitimis, cum illi soli naturales sint in potestate paterna, qui legitimi sunt, & ex legitimo matrimonio procreati, vt Instit.

Insti.de pa.po.in princ.& l.item in potestate. cum l.seq.& l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.& ideo nõ possumus intelligere huius sermonis prolationem in filijs naturalibus tantũ, quoniã illi nõ sunt in parentum potestate,vt §.fi. Insti.de nup.& per tot.ti.C.de natu.libe.& in authen.qui.mo.nat.
25 effi.sui.§.fi.colla.vij.†Item etiam quãdo profertur sermo,ꝙ non licet filijs naturalibus aliquid relinquere,nisi vsq; ad certum modũ, debet intelligi de naturalibus tantum,vt l.si is qui.ff.de vulga.& pu. l.ij.& authen.licet.C.de natu.libe. & in authent. de trien.& semis.§.consideremus.coll. iij.quoniam naturalibus & legitimis potest vniuersa hæreditas relinqui,imò ab intestato sunt hæredes, in authen.de hære.ab Intest.in §.j.cum simil.Hic tamẽ aduertendum est,ꝙ vt dicit Bal.in l.filium.ff.de his qui sunt sui vel ali.iu.quãdo simpliciter vel indefinitè pronuntiamus filium, intelligi debet de naturali & legitimo,vt ibi,secundum Cy.quoniã indefinita loquutio assumit sibi nobilius significatũ, nisi mens
26 loquentis vel vulgi aliud sentiat.Et ideo† bastardi non dicuntur propriè filij patrũ,quia Iurisconsultus,qui tradit diffinitionem filij, quæ est, ꝙ qui ex viro & vxore nascitur est filius,vt dic.l. filiũ.non includit bastardos sub diffinitione.Et est argumen
27 tũ secundũ Bal.ꝙ† bastardi nõ dicerẽtur de casata siue domo, nec possunt portare arma legitimorũ, nisi eis concedatur,ar.ad hoc.ff.de sta.ho.l.lex natu ræ.& hoc tenuit Dy.in l.cũ pater.§.mater.ff.de leg. ij.quia vbicũq; fit mentio filij respectu alicuius dignitatis cõcedendæ,vel pœnæ irrogandæ, intelligitur de legitimo,& naturali. ff.de senat. l.liberos. iuncta gl.j.& ibi per Guli.de Cug.Ideo inquit Bal. fuisse consultũ de quodam domino Lucio de Petra mala,ꝙ nõ intelligeretur de domo de Petra mala, licet esset strenuus miles. Sed aliter est attingendus iste passus, quoniam vario modo ipse Bal. in pluribus locis loquutus videtur, & etiam alij Doct.in ista materia. Ideo videndum est, quid in legibus & statutis? quid in contractibus? quid in vltimis voluntatibus? & quid in priuilegijs dicendũ sit? Pro
28 quorũ expeditione videri debet,primò,an† filij appellatione, bastardus cõprehendatur in legibus & statutis.& de iure videtur ꝙ nõ,quia in dubio,vbi fit mẽtio de filio naturali, subauditur,& legitimo. ad quod faciunt quæ sunt superius allegata. & facit l.verba.C.ad leg.Iul.de adult. & no.per gl. Gul. & Albe.in l.senatoris filiũ.ff.de sena. vbi dicit Alber. se obtinuisse in quæstione facti, in qua facta erat positio,ꝙ Titius fuerat filius Sempronij, nec dicebatur naturalis & legitimus,ꝙ istud subaudiri debebat,& per consequens positio erat apta, quia rectè concludebatur talem debere ad successionem venire.& ita etiam post Gul.tenet Albe. in alleg.l. filium.super gl.quæ hoc vult,dicens,ꝙ si quis simpliciter se probat filiũ, intelligitur probauisse,ꝙ
29 sit naturalis & legitimus.†In contrarium verò videtur,quia naturales filij appellantur,vt l.quicq.in fi.& l.parentes.ff.de in ius vocan.& l.lege Iul.§.j.ff. de rit.nupt.& succedunt etiã patri in certa portione,vt in authen.licet.C.de natu. lib. & in authẽ.de trien.& sem.§.consideremus.colla.iij.not.per gl.in l.qui testamentum.ff. de proba. & facit l. ex facto. §.si quis rogatus.ff.ad Treb.& l.Lucius.§. fi.de leg. ij.& l.cum pater.§.volo.e.ti. Quidam dixerunt,vt refert Albe.in d.l.filium. ꝙ si sit talis filius naturalis natus ex soluto & soluta,ꝙ appellatioæ filij cõtineatur:secus si sit spurius, quia spurij vel ex incestis ac inutilibus nuptijs procreati, non sint filij nominãdi,& omnes substãtiæ paternæ sunt indigni, in authẽ.qui.mo.na.effi.sui.§.fi. colla. vij.& authẽ. ex complexu.C.de incest.nup.& ideo dicit Inno.in
30 c.nonnulli.de rescrip.ꝙ filij† spurij & incestuosi nõ dicuntur coniũctæ personæ,vt possint interuenire pro patre in iudicio,secundũ formã l.sed & hæc.ff. de procu.licet bene fateatur Inno.naturalem tantũ esse coniunctam personã, de quo per Bal. in d.l.sed & hæc.dicẽtem, ꝙ in causa criminali vel capitali, habeatur spurius pro coniuncta persona, vt l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accu.sed in causa merè ciuili,secus, per iura pro hac parte allegata.Dicit autem Gul.de Cug.circa hoc,ꝙ persona,quæ vinculo magnæ amicitiæ astringitur, habetur pro coniuncta persona,vt cauẽdo de rato admittatur sine mandato. & hoc probare nititur pluribus rationibus,quod etiã sensit ibi Cyn.In addi. quod si sit verum,dictũ Inno.vt inquit Bal.est necessariò falsum:quia inter patrem & filiũ licet sit spurius, est
31 amicitia naturalis: & †nullus est melior amicus ꝙ̃ pater,dicit text.& glos.in l. quidam cũ filium.ff.de hære.insti.licet ergo non admitteretur vt persona cõiuncta, admitteretur vt amicus maxima amicitia.Opinio autem Guli.secundũ Bal.est vera,tenẽdo,ꝙ possunt seruari iura dicentia, ꝙ amicus agit sine mandato,vt ff de nego.gest.l.j.& l.at qui natura.§.cum me absente. Ista tamen opinio non satisfacit quæstio nostro,quia nõ decidit planè, an appellatione filij contineatur naturalis, vel spurius.
32 †Ideo pro solutione sumenda sunt verba Doctorũ in multis locis dicentium, consideranda esse verba legis vel statuti,an sint nomina naturæ,& designãtia,ac desiderantia causam naturalem, vel sint nomina iuris ciuilis,& designãtia causam accidentalem.Item an contineant dicta verba fauorem vel odiũ.& etiã inspicere debemus communem vsum loquendi,vt possimus iudicare, si appellatione filiorũ vel parentũ,naturales tantum, vel aliàs illegitimi comprehendantur vel non. Et per ista determinantur multæ quæstiones. Prima est,ꝙ,quia filius de iure non potest testificari pro patre,propter naturalem affectionem, vt l. idonei. & l.testis idoneus.& l.penultima.ff.de testib.& l.ij.C.eod.ti.
33 †certè ita prohibetur à testimonio illegitimus sicut legitimus,vt dicit Bal.in l.parentes.ff.de in ius vocan. Vbi etiam appellatione parentis continetur naturalis tantum:quia ille text. loquitur de reuerentia,quæ iure naturali per filiũ patri debetur,
34 vt l.veluti.ff.de iustit.& iur. † secundum quod ius naturale omnium parentum & filiorum legitimorum,& illegitimorũ est æqua conditio, in authen. quib.mo.nat.effi.legi.§.licebit.colla.vj.Ex quo dicit ibi Bal.& Alber.post Guliel.determinati aliam quæstionem,concessum est Doctoribus vel consulibus alicuius ciuitatis per statutũ,ꝙod ipsi & eorum parẽtes sint immunes à muneribus ciuitatis.
35 †Immunitas ista non conceditur illegitimis, quia

hoc casu non ponderatur ratio naturalis, sed accidentalis qualitas, puta doctoratus, vel consulatus: quo casu intelligi debet de legitimis & naturalibus, non autem illegitimis secundum Docto. secus esset, secundum Bal. in dicta l. parentes. si statutum diceret, quòd filij & nepotes non soluãt gabellam relictorum sibi, quia tunc istud beneficium porrigitur ad bastardos, cũ non possit ipsum statutum habere aliam rationem, nisi quẽdam fauorem, qui naturaliter debetur istis, ideo porrigitur ad istos. Facit l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. Idem dicit Bal. in l. parentes. alleg. in alia quæstione, cõcessum est patri, q̃ possit testari inter liberos cum duobus testibus, vt l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. nunquid intelligitur hoc etiã in filio natu-
36 rali. & †concludit quòd sic, quia istud priuilegium concessum videtur naturæ. l. fi. C. de confir. tut. vbi videtur casus. & ita tenet Specu. ti. de instru. edi. §. compendiosè. vers. quid si pater naturalis. Facit in authẽ. de testa. imperfectã. in princ. colla. vij. vbi videtur Imperator motus ad hoc statuẽdum, potius iure naturæ, q̃ alia ciuili ratione. Itẽ facit pro ista opinione Spe. quia filij naturales per solã nominationem efficiuntur legitimi, iuxta formam authẽ. item si quis. C. de natur. libe. Item, quia tex. in §. ex imperfecto. loquitur in matre, pro quo l. si qua illustris. C. ad Orfi. Ad idẽ facit, quia inter liberos ius ciuile imitatur ius gentium seu naturale, & natura cõmunis est. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus.
37 †Contrariũ verò tenuit Bal. & Ang. in dicto §. ex imperfecto. & clarius in dict. l. si qua illustris. & dicit ita fuisse consultũ per Doctores multos in quæstione facti, cum quis habens bastardũ & sororem, in minus solenni volũtate instituisset dictũ bastardum: soror autem impugnabat de defectu testium, & volebat ab intestato succedere, & consuluerunt pro sorore: quoniam si leges de hoc loquentes videãtur, & earũ tenores, nulla lex loquitur in naturalibus tantum. nostrũ igitur nõ est legem extẽdere, cũ lex exorbitat à iure cõmuni, sicut est lex volens minus solennem voluntatẽ patris valere inter filios. Ideo non est extendenda. l. quod verò cõtra. & l. ius singulare. ff. de legi. Quod corroboratur, quia naturales tantũ id, quod capiunt à patre, capiũt ex quadam humanitate, & iuris dispensatione. l. ij. & l. humanitatis. C. de natu. lib. & sic non debent esse ita priuilegiati, sicut illi qui iure cõmuni sine vlla dispensatione capiũt, ar. l. si quando. in prin. C. de inoffi. testa. & hoc, ne duplex fictio vel specialitas, scilicet ratione personæ, & ratione solẽnitatis cõcurrat, contra illa quæ notantur in l. j. C. de dotis promis. l. ij. ff. de pollicitatio. & l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demonstrat. Confirmatur, quia priuilegium datum liberis, ad iustos debet referri. l. generaliter. §. fin. C. de instit. subsstit. & restitutio. sub conditio. fact. & l. lege Iulia. §. nec distinguitur. ff. de ritu nuptiarum. Et ad legem fin. C. de confir. tuto. vbi ponuntur verba, quocunque modo, &c. respondent, illa verba debere intelligi de quocunque modo, scilicet habili & solenni inter viuos, vel in vltima voluntate. & hoc sentit ibi gl. super verbo, quocunq̃. sic etiam ff. de iure do. l. promittendo. in princip. & de leg. j. l. non quocunq̃ modo. in princ.

Addunt etiam aliam rationem, quia filij non possunt patrem instituere in minus solẽni voluntate, vt dicta l. hac consultissima. §. si quis autem. & voluit Spe. in dicto §. compendiosè. ver. quid si filius. Minus igitur potest bastardum. par nanq̃ pietas inter patrem naturalem & filium naturalem serua-
38 ri debet, vt in authen. licet. C. de natu. libe. †Bald. autem in dicta l. fi. C. fa. ercisc. pro concordia istarũ opinionum distinguit, quia aut loquimur in naturalibus, quibus à matre vel linea materna in minus solenni voluntate relinquitur, & valet minus solẽnis dispositio: quia quantum ad matrem, naturales habent iura legitimorum, vt ff. de inoffic. testa. l. si suspecta. §. de inofficioso. & Insti. ad Orfic. §. nouissimè. nisi tamen mater esset illustris, vt dict. l. si qua illustris. vbi Doct. Faciunt not. in dicta l. cum pater. §. mater. de leg. ij. vbi dicit Bal. vnum notabile verbum, scilicet, q̃ beneficium l. hac edictali. C. de sec. nupt. non habent isti spurij, quia mater potest plus relinquere marito, quàm filijs spurijs vel naturalibus ex antecedenti cõplexu procreatis. quod est notandum. Aut à patre, vel linea paterna eis relinquitur: & tũc aut in testamento in scriptis, & valet, dummodo sit seruata solennitas authent. si modo. posita super dicta l. fi. C. fam. ercisc. & authent. quod sine. signatæ super dicto §. ex imperfecto. & ita seruetur opinio Spec. quæ fuit etiam Placen. in sua summa. aliàs non. Aut testamentum fuit nuncupatiuum: & si sit minus solẽne, filijs naturalibus non prodest, quia sic non debet respici ad naturã, quòd à vinculis legitimi sanguinis discedatur. & ita intellexerunt Docto. hanc opinionem tenentes §. ex imperfecto. qui §. venit ad suppletionem l. fi. C. fa. ercisc. quòd scilicet debet intelligi, in illis filijs, qui habent iura legitimorum: non autem in naturalibus, quibus non debetur hæreditas nec legitima, in bonis patris vel paternæ lineæ. Ideo nõ ha-
* bent contra tabulas bonorum possessionem, si sint præteriti, vt nota. per glos. in l. j. §. j. ff. de bon. poss. contra tabu. nota. per Bald. in l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de libe. & posthu. & Salic. in dicta l. si qua illustris. & in §. tam autem. Instit. de inoffi. testam. Et non est mirum, si iustis liberis magis fauetur, quia in eis & ciuilis & naturalis ratio concurrit, vt l. j. §. lucratiuas. C. de impo. lucrat. descrip. lib. x. facit Insti. de adop. §. si verò naturalis. Itẽ naturales quãtum ad testatorem patrem, non obtinent iura cognationum. l. si spurius. & l. hac parte. ff. vnde cognati. Ex quibus probabiliter concludi videtur,
39 †quòd non valeat paterna dispositio minus solẽnis inter liberos naturales tantum. Attamen, quia opiniones sunt diuersæ, Bal. aliter ibi non determinat, sed relinquit electionem opinionis, volenti eligere. Paul. autem de Cast. in l. qui testamẽto. §. mulier. ff. de testa. sub compendio recitatis opinionibus, dicit esse tenendum id, quod distinguit Bal. in dicta l. fin. C. famil. ercisc. & sic nos in dubio relinquit, vt videtis. Fulgosius in dicto §. ex imperfecto. dicit fortè sentẽtiam Specu. saluari posse, propter cius autoritatẽ in testamento matris, quę non sit illustris: vel fortè si sit illustris, quæ nõ habeat legitimos, vt dicta l. si qua illustris. Salic. verò in dicta l. fi. C. fa. ercisc. post recitationẽ distinctionis ibi

positæ

positæ per Bald. arguendo de parte ad totum, vt l.
quæ de tota. ff. de rei ven. nõ videt quare illã parti-
culam, quam lex ciuilis filijs naturalibus tribuit in
bonis paternis, nõ possint ipsi naturales filij cape-
re de minus solẽni voluntate, sicut legitimi & natu
rales, quia in illa particula lex habet eos pro suffi-
cientibus, & approbatis. Sed hęc ratio fortè nõ va
let, quia licet lex eos approbet quo ad capacitatẽ,
non tamen quo ad reliqua iura legitimorum, cum
non possint præteriti cõtratabulare testamẽtum,
nec rumpere per ius dicendi nullum, per iura supe-
rius allega. Item addit Sali. quia licet naturales per
se nõ sint de iusta sobole, sunt tamen de liberis, vt
dicta l. generaliter. §. fin. Ideo sequitur opinionem
Speculatoris. Difficile est autem inter tantos pa-
40 tres sic varios opinionem eligere. † Dicerem ta-
men, quòd opinio Specul. quam sequitur Salic. sit
æquior, alia verò sit verior de rigore iuris, per iu-
ra & rationes pro illa parte adductas. & hanc tenet
Ioan. de Imola in dicto §. mulier. l. qui testamento.
ff. de testamen. quia de iure ante authent. non pote-
rant naturales instimi, etiam legitimis non extan-
tibus: sed per authent. hoc est introductum. & ita
pertranseo de hac quæstione. Determinatur etiam
41 ex præcedẽtibus alia quæstio, † an appellatione do
mus vel familiæ aut parentelæ bastardi cõprehen-
dantur? Bart. mouet hanc quæstionẽ in l. pronun-
tiatio. §. familiæ. õ. titul. proximo. & l. tutelas. ff. de
capit. dimi. & determinare videtur, quòd multum
inspici debet materia, in qua loquitur statutum, &
42 communis vsus loquendi. † Appellatio enim do-
mus diuersimode sumitur, quandoq; pro agnatio-
ne. l. cum vnus. ff. de ali. & ciba. lega. & l. j. in princ.
ff. ad Silleia. per Iacob. de Are. & i. in lege censoria.
§. tit. proximo. quandoq; sumitur pro omnibus ha
bitantibus in eadem domo. C. ne lice. poten. & l. j.
in fi. C. si quacunq; præd. potesta. Si sumamus vno
modo loquendi pro agnatione non cõprehenditur
bastardus, quia nõ cadit agnatio in ipsis, cum agna
tio sit iuris ciuilis, vt dicto §. familiæ. & dicta l. tu-
telas. Ideo si dicat statutum, quòd capiens aliquem
de tali domo, vel eorum filijs, habeat mille, si quis
capiat bastardũ non debet habere mille, quia non
dicitur de domo. ita not. per Bar. in l. item in pote-
state. & sequitur Panor. in repetitione cap. per ve-
nerabilem. extra qui fil. sint legi. in xix. quæstio. pri
mæ partis. Si autẽ sumatur domus pro vna paren-
tela descendentium ex eodem sanguine, & bastar-
dus potest comprehendi, vt dicit Bar. in dicto §. fa
miliæ. & dicta l. tutelas. Considerari tamen debet
consuetudo patriæ & communis modus loquendi:
quia si de consuetudine reputantur de parentela, &
portant arma domus, tunc veniũt appellatione do
mus & parẽtelæ, licet propriè & de stricto iure non
dicantur de domo, & parentela nobilium, nec pos-
sint arma portare: quia sordes non merentur no-
men inter principes. l. humilem. C. de incest. nup. &
per Bart. in dicta l. item in potestate. & dicto §. fa-
miliæ. & Bald. in alleg. l. filium. & in l. generaliter.
§. cum autem. C. de instit. substit. & Panor. in dicta
quęstione. vbi potest videri latius per eos. & per de
Platea in §. fin. Instit. de nupt. Faciunt etiã ad quæ-
43 stionem, An † filia naturalis vel spuria admittatur
ad vindicandum necem parentũ. & hanc quæstio-
nem tangit Inno. in cap. nonnulli. extra de rescrip.
nec se firmat. Bar. verò in l. j. ff. de accus. dicit, quòd
naturalis admittitur, arg. l. iij. ff. de libe. cau. vbi vi-
detur tex. De spuria autẽ dicit posse dubitari, quia
filia non est nominanda, vt in authent. ex cõplexu.
C. de incest. nup. & in corpore vnde sumitur. Item
potest dubitari de filio sacerdotis & monachi: quia
nefarius est, nec potest demonstrare patrem, vt su-
perius dixi in euidentialibus. Credit tamen omnes
istos admittendos, vt magis idoneos, qui perpenso
dolore ad hoc accedant, arg. l. ij. in fin. ff. de adulte.
Quod confirmat, quia quo ad impediendum ma-
trimonium spurij sunt affines & cõsanguinei. not.
in l. non facilè. §. affines. ff. de gradi. affi. & l. adopti-
uus. §. seruiles. ff. de ritu nupt. vbi est tex. de hoc ex-
pressus & notandus. Itẽ leges, quæ de hac vindican
da nece loquuntur, vtuntur verbo quodã naturali,
scilicet parentum & liberorũ, vt dicta l. j. de accus.
cum similibus. Sed quando lex vtitur talibus ver-
bis, nõ attendimus dispensationem iuris ciuilis. &
44 ita pertransit. Item soluitur alia quæstio, † vtrum
filius naturalis occidens patrẽ naturalem, vel econ
tra an pater occidens filium spuriũ teneatur pœna
legis Pompeiæ de parricidijs? & videbatur quòd
non, quia pater non tenetur alere filium spuriũ iu-
re ciuili & fori, vt dicta authen. licet. C. de nat. libe.
& sic cum non teneatur alere, quod est propriè ne-
care, vt l. necare. ff. de libe. agno. ergo videtur, quòd
non teneatur pœna illius legis. Contrarium tamen
verũ est, vt dicit Bal. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur.
& per eum in alleg. cap. naturales. si de feudo fuerit
contro. vbi recitat in quæstione facti quandam mo
nialem fuisse cõbustam, quæ filium suũ necauerat.
& hoc etiam tenet Albe. in alleg. l. filium. lex enim
Pompeia fundat se super iure naturali, quo pater
non debet filium occidere, Instit. de iustitia & iure.
§. inter præcepta. l. j. §. ius naturale. õ. eodem titu. &
l. diuus. ff. ad legem Pompeiam de parricid. natura
autem cõmunis est, vt dicta l. hos accusare. §. omni-
bus. ff. de accusat. facit Clement. j. extra de homici-
dio. Item vt dicit Bald. si spurius occiditur, offen-
ditur respublica, cuius interest quandoq; habere fi-
lios spurios, vt not. per glos. in l. j. in fin. ff. soluto
matrimonio. & facit l. generaliter. §. spurios. & l.
spurij. in principio. ff. de decurion. Item ciuitas est
minor mũdus, de quo isti sunt naturaliter procrea
ti, & quandoq; sunt summè virtuosi, vt probatur
in cap. nasci de adulterio. lvj. dist. Nec obstat, quòd
non sunt per patrẽ alendi, quia hoc verum est iure
fori & ciuili: secus est de iure poli & canonico, vt
in dicto cap. cùm haberet. extra de eo qui duxit in
matrimo. &c. secundum Bald. in dicta l. ius ciuile.
Vlterius quæritur circa præmissa, an pœna legis,
quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. habeat locum
in naturalibus & illegitimis. Cynus mouet istam
quæstionẽ ibi, & disputat ad partes. Tandem verò
distinguit, aut pater est incertus, & cessat hæc lex:
quia cessat ratio eius secundum cõscientiam legis,
secundũ quam debemus nos informare. in authen.
de iudi. §. oportet. coll. vj. Aut filius natus est ex cer
to cõplexu, vt cõcubinatu vel alio coitu certo, licet
per legẽ damnato: & habet locũ d. l. & ipsius pœna,

cum ratio sua in eo habet locũ, scilicet quia est de sanguine improbato, argumen. ff. de ritu nupt. in l. lege Iulia. §. j. & hoc tenet Io. Faber in dicta l. quisquis. & Alber. in alleg. l. filium. quia est quasi contra ius naturale committere crimen læsæ maiestatis contra principem, qui est communis omnium pater, vt in dicta authent. de incest. nupt. §. penult. & ibi glos. & ff. de vent. in possess. mittendo. l. j. §. & generaliter. & sic continet odium rationabile imi-
45 tans naturam, ideo † filij illegitimi appellatione filiorum continentur: secus autẽ esset si esset odium irrationabile, quia tunc non comprehenderentur. Verbi gratia, si diceret statutum, quòd filij bannitorum non possint in ciuitate morari, vel quòd pater teneatur soluere condemnationẽ filij. Aut si diceat, quòd quis damnetur cum filijs suis, non debẽt cõprehendi illegitimi, quia non gerunt patris imaginem, & abusiuè dicuntur filij. l. j. §. penult. ff. de iustitia & iure. per Iacob. de Aret. & Cyn. irrationabile est enim, quòd quis pro alio, vt filius pro patre condemnetur, cum pœna suos debeat sequi auctores, vt per totum titu. C. ne filius pro patre. & l. adoptiuum. §. fin. ff. de in ius voc. & in l. res vxoris. C. de donat. inter virum & vxorem. & l. sancimus. C. de pœnis. ita not. per Cy. Salicet. & Bald. in l. libertinum. C. de interdict. ma. inter tuto. & pupillã. & per Bald. in l. quod verò. ff. de legibus. & dicta l. parentes. ff. de in ius voc. & faciunt notata per Bar. & Bald. in l. fin. C. de verborum signifi. sed vbi est fauor, aliud dici debet, vt suprà dictum est. Hoc tamen verum est, si nominis diffinitio vel cõmunis modus loquendi id patiatur, vt dicta l. filium. & not. per Bald. in dicta l. quod verò. licet regulariter naturalia nomina sint naturaliter intelligenda, vs l. fin. C. de his qui ven. ætа. impetra. Hoc etiam debet intelligi, quando est ipsius illegitimi filij fauor, cum in statuto fit mentio de filio, vt comprehendatur, vel econuerso in patre. ideo dicit Bal. in l. ij. §. legitimos. ff. de excusat. tutorum. quòd parentes non merentur priuilegium propter numerum bastardorum. Quod facit ad quæstionem statuti dicentis, quòd habens tres filios non teneatur ire ad exercitum. Facit l. qui libertinus. ff. de oper. libert. quia non esset fauor ipsius bastardi. Faciunt notata in l. Senatoris filium. ff. de senato. & l. cum quidam. de liberis & posthumis. cum similibus. Suprã
46 dicta autem habent locum in statutis. † Sed quæritur, quid in vltimis volũtatibus. & videtur quòd in dubio appellatio filij in testamento prolata non complectatur naturales tantum, vt l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. substit. & restit. sub condi. fact. vbi substitutus non excluditur per filios naturales, licet secus per legitimos, vt ibi. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. In contrarium facit l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia. Et quia gl. varias solutiones dat, pro concordia dictarum legum, Dynus approbat vnam solutionem, quæ est quòd §. si quis rogatus. loquitur in conditione per testatorem expressa, si institutus sine liberis decedat: lex verò, generaliter. §. cum autem. loquitur quando illa conditio est à lege tacitè subintellecta. Quæ tamen solutio non placuit Bar. quia quando lex subintelligit dictam cõditionem, si sine liberis decedat, eam intelligit, vt à testatore prolatã, quia præsumit testatorem sic voluisse, ne alienas successiones suis anteponat, vt dicta l. cum acutissimi. & sic idem debet dici vt de prolata ab homine. Sed Bal. in dicta l. generaliter. §. cum autem. & ibi Sali. post dominum patruum suum, dicunt Dy. melius dixisse quàm Bart. & ad rationem Bartoli dicunt, quòd lex, quæ subintelligit dictam conditionem, si institutus decedat sine filijs, intelligit eam tanquam ab homine prolatam, qui sit eius dispositionis & voluntatis, cuius est lex ipsa, quæ hoc subintelligit: sed lex ipsa non afficitur illegitimis vs legitimis, vt l. fin. & authen. licet. C. de natura. liber. Faciunt ea quæ notantur in Clement. vnica, de baptismo. quæ dicit, bastardos nõ includi in dispositione legali quo ad honores, & commoda. Distinguit tamen Bart. in dicto §. si quis rogatus. & ple-
47 nius Salicet. in dicto §. cum autem. quòd † aut loquimur de filio naturali in seruili cognatione concepto, qui si fuerit cõceptus in figura matrimonij, excludit substitutum: aliàs secus, Instit. de seru. cog. in fi. & l. fin. ff. de iure deliberan. & l. Lucius. §. Damæ. de legat. ij. & dicto §. si quis rogatus. & l. ex facto. ad Trebellia. Aut loquimur de filio naturali, extra seruilem cognationem, & tunc aut cõstat de voluntate testatoris, & illam seruamus: ideo si voluerit appellatione filiorum naturales tantum cõprehendi, cõprehendentur: quoniam testatoris voluntas cum iusta sit, semper est sequẽda. l. xj. §. cum in fideicommissis. ff. de legat. iij. & l. iij. §. conditio. de adimen. lega. Et inspici debet, quid testator senserit. l. ex facto. la grande. circa medium. ff. de hære. instit. l. in cõditionibus primum locum. de condi. & demonstrat. l. cum virum. C. de fideicõmiss. l. cum quæstio. in fi. C. de lega. l. j. C. de sacrosanct. eccle. & in §. disponat. in authenti. de nupt. & probatur in dicto §. si quis rogatus. in verbo, voluntate. Et intelligit Bartol. voluntatem testatoris præsumi, si verba dirigebat ad talem, qui alios filios habere non poterat, quàm naturales, vt ad furiosum, qui non potest matrimonium contrahere. l. oratione. §. furor. ff. de ritu nuptia. & l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebellia. vel etiam si in aliqua parte testamẽti de naturali fecit mentionem, argumen. l. qui filiabus. in princ. de legat. j. Si verò non apparet de voluntate testatoris, & tunc inspici debet testatoris qualitas & dignitas vel indignitas: si enim erat testator vir in dignitate positus, naturalis non excludit substitutum, nec continetur appellatione filiorum ex coniecturata testatoris voluntate, qui videtur se retulisse ad filios dignitati suæ cõgruentes, cum in aspersos macula natuiali non transeant priuilegia dignitatũ. l. cum legitimè. & l. lex naturæ. ff. de statu hominũ. Et dicitur homo in dignitate positus, secundum Bar. homo honestæ vitæ, & venerabilis conuersationis, cui opprobrium esset, & verecundum tales filios nominare, & quòd sua agnatio vel domus veniret in bastardos, argu. dictæ l. si qua illustris. & facit ad hoc ff. de vẽtre in possess. mitten. l. j. §. & generaliter. & de ven. inspi. l. j. §. sed & si seruus. veri. publicæ enim interest. & idem dicendum est secundum Salic. si rogatus de restituendo hæreditatem, esset homo in dignitate positus eadem ratione.

tione. Aut testator non erat in dignitate positus, & tunc debet inspici eius conditio, vt vult tex. dicti §. qui rogatus. & cōsiderari debet si erat homo magnæ honestatis & conscientiæ, cui concubinæ vel meretrices abhorribiles erant, & etiam bastardi, & eius volunratem coniecturari debemus fuisse nolle sermonem filiorū prolatum ad naturales tantum porrigi. Si verò erat indignus scortator, seu sectator meretricum, cum illis solitus conuersari, & qui naturales filios, vt legitimos tractabat, verisimile est eum de dictis filijs naturalibus sensisse, & quòd eos voluit præponere extraneo substituto. & hæc in effectu fuit distinctio Odofre. in dicto §.
48 cum autē. licet taceatur per alios.† Aut erat homo mediæ conditionis & indifferentis status, & tunc Sali. facit duo membra: quia aut substitutus instituto erat extraneus, & naturalis excludit substitutum, per rationem l. alleg. cum acutissimi. nam & naturales tantum, sunt de posteritate testatoris, & quia indefinita loquutio verificatur in quibusuis suppositis quantumcunq; minimis, vt ff. manda. l. si fideiussorem. & l. cum incertus. de leg. j. sed negari non potest, quin filius naturalis sit filius, vt per totum titu. C. de natu. libe. Aut substitutus non est extraneus: sed descēdens à testatore, vt quādo frater est substitutus fratri si sine liberis decedat. Et tunc aut iste frater erat æqualis conditionis ad naturalem, quia & ipse naturalis erat tantū, & sermo filij extēditur ad naturalem, qui excludet substitutum, secundum Sali. ne vni concedatur & alteri denegetur, arg. l. assiduis. C. qui potio. in pig. hab. Et quia par affectionis causa est ad vtrunq;. facit in argu. l. non solum. §. de vno. ff. de ric. nup. Aut substitutus non erat æqualis conditionis ad naturales, sed potioris, quia de descendentibus legitimis ipsius testatoris: & tunc aut commodum non redundat naturali, si substitutus excludatur, vt quia rogatus extraneum hæredem sibi instituit, & sic sibi nō succedit filius naturalis, & non continetur tunc appellatione filiorum, nec excludit substitutum, argu. tex. in dicto §. cum autem. ibi, dum dicit: sed ad filios & filias &c. Aut de fauore & commodo ipsius naturalis tractatur, puta si substitutus esset frater instituti, & institutus decederet inrestatus filio naturali tantū relicto: quo casu succederet ab intestato patri naturali, vt dicta authen. licet. C. de nat. libe. & videtur quòd substitutus debet excludi, vt sensisse videtur Cy. in dicto §. cum autem. ipse tamen consuluit contrariū, quia per hanc substitutionem succeditur testatori, vt l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. in cuius successione naturalis non admittitur stantibus alijs descendentibus, vt in prædicta authent. licet. quamuis in alijs bonis patris sui, vel in quarta iure naturæ, vel Trebellianica ipse naturalis patri suo succederet fratre excluso. & ita sequitur Sali. post do. Richardum patruum suum. quod tamen intellige secundum illa quæ inferius dicētur
49 in successione intestati filiorum naturalium.† Sed dubitatur circa hoc, si mortuo testatore naturalis iste legitimatus sit, an excludat substitutum. & vt refert Ioan. Andr. in addi. super Speculo tit. de successio. ab intesta. in fin. Iacob. de Aret. determinat quòd sic, natura & legibus eum coadiuuantibus, vt aliàs dicitur in authenti. de consangui. & vteri. fra. §. j. collat. vj. & ff. de liber. & posthu. l. fin. Nam per principis beneficium macula illegitimationis excluditur, sic quòd legitimatus à legitimis differre non videtur, in authen. quibus modis natu. effi. sui. §. illud. & quib. modis nat. effi. legi. §. si quis autem. & Insti. de hæred. quæ ab intest. defe. §. j. & pro ista parte alleg. Ioan. And. dictum §. si quis rogatus. in l. ex facto. & l. hæredibus. §. fi. ff. ad Trebellia. & dictam l. Lucius. §. Damæ. de lega. ij. & l. cum in adoptiuis. C. de adop. Sali. verò in dicto §. cum autem. putat cōtrarium esse verum: quia si ex coniectura mentis testatoris, filius naturalis nō excludit substitutum: ergo nec legitimatus post eius mortem, cum in morte testatoris testamentū vires assumat, nec voluntas tunc mutari potest. l. j. C. de sacrosan. eccle. & l. omnium. C. de testamen. nec sic principis beneficium interpretādum est, vt quis habeat successorem, quem habere noluit, vt aliàs dicitur in feudo in dicto c. naturales. Facit ff. de condit. & demonstr. l. fideicōmissum. per fideicommissum enim succeditur testatori, vt dicta l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Et etiam sine alterius iniuria priuilegium censetur esse concessum. l. nec auus. C. de emancip. libe. & ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. si quis à principe. Sed quæritur, quid iuris sit in spurio? dicit Bart. in dicto §. si quis rogatus. quòd ille non excludit substitutum, nec cōtinetur appellatione filij, cum non sit filius nominandus, nec patri succedat, vt dicta authē. ex cōplexu. C. de incest. nup. & dicto §. fi. quib. modis nat. effi. sui. & authen. licet. C. de nat. libe. & hoc habet locum in masculo secundum Bar. in muliere verò fortè recurri deberet ad distinctionē dicti §. si quis rogatus. & Instit.
50 de succes. cogna. §. vulgò. † Quidam dixerūt, quòd appellatione filiorum facta in testamento non cōprehenduntur spurij, si materia est merè ciuilis, vt dicta l. in lege. §. j. ff. de ritu nupt. secus si est materia iuris naturalis, argu. dictæ l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. videre notata in l. fin. per Docto. C. de verborum sig. Quæritur post hæc circa præmissa: pater instituit filium in sacris ordinibus constitutum vel monachum, & adiecit, quòd si sine liberis decesserit, bona deueniant ad Titium. Videtur quòd debeat intelligi de liberis spurijs, cum legitimos habere non possit. Bartolus verò in dicta l. hæredibus. §. fina. ff. ad Trebellianum. dicit, quòd debet intelligi de filijs, quos habere potest, scilicet de ecclesia vel monasterio, per quam vel quod excluditur substitutus, in authen. de sanctis. epis. §. sed & hoc præsenti. coll. ix. & authen. nisi rogati. C. ad Trebel. & cap. in præsentia. extra de probat. Quidam autem illud reprehenderunt, asserentes, quòd cōditio ista, si sine liberis decesserit, intelligi debet de liberis habendis, non autem de iam habitis, per l. solemus. & l. si iam facta. ff. de condi. & demonstr. Ideo dixerūt, quòd si aliud monasterium vel ecclesiam ingrediatur, excluderur substitutus, quia aliter liberos habere non potuit, & de illis videtur testator sensisse, argumen. dictæ l. hæredibus. §. fin. Sed hoc Saliceto nō placet in dicto §. cum autem.
51 quia textus volentes† monasteriū haberi loco filij, loquuntur in laico monasterium ingrediēte, & sic

non debent extra suũ casum extendi, cum exorbitent à iure cõmuni, per iura superius allegata. Sed hæc ratio cessat in iam monacho, vel constituto in sacris. Item ratio eorũ in casu isto non videtur vera, quia non solum de futuris filijs, sed etiã de præsentibus, & iam natis debet ista conditio intelligi, & solum notat existentiã vel non existentiam liberorum secundum tẽpus mortis ipsius instituti, vt l.j.C.de condi.insertis.quod non potest dici in illa conditione, cum liberos habueris, de qua in dicta l. solemus. & faciunt notata in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. & l. fin. C. de posthu. hæred. insti. Bal. verò in dicto §. cum autem. dixit, quòd in casu nostræ quæstionis: quia de liberis veris intelligit, vt verba testatoris sonant, qui fortè adiecit, ex suo corpore descẽdentibus: ista verba cõditionem non faciunt, quia ignominiosum est tales liberos habere, vt iuribus superius allegatis. & facit l. penulti. C. quemadmo. testa. aper. & sic vult Bal. quòd hæc conditio reijcietur de medio, & erit fideicõmissum purum, & erit locus restitutioni. Quod tamẽ est dubium do. Sali. quia hic est duplex cõditio, vna explicita & affirmatiuè cõcepta, si decesseris sine liberis restituas. Alia à sensu cõtrario implicita, si cum liberis decesseris nõ restituas. Quo casu, si monasterium debet haberi loco filij, ad restitutionẽ non tenetur, quia in filijs etiã præsentibus locũ sibi vendicat, vt dictũ est. Aut si in casu nostro loco filij nõ habeatur, conditio si sine liberis decesseris, non est turpis, & est de iure necessaria, ideo nõ videtur impedire restitutionem, argu. l. si pupillus. §. sub conditione. ff. de nouat. sed conditio, si cum liberis decesseris, est turpis, & illa debet subduci de medio, & conditio de nõ restituendo, remanet pura, & dubium est quæ istarum debet attendi. Et fortè dicit Sali. quòd implicita, vt fauorabilior monasterio, vt l. ij. C. de instit. & substitu. &c. & quia explicita videtur quasi pœnalis ad implicitã, & in fraudem eius apposita, arg. l. j. C. de his quæ pœ. no. Bar. verò in dicta l. hæredibus. §. fi. dicit tale fideicommissum esse nullum, sicut fideicommissum relictum à muliere sub cõditione si non nupserit, quia per hoc videtur inducere viduitatẽ, ideo est nullum. l. quoties. ff. de condi. & demonst. Ita videtur ista inuitare filium in sacris vel monachum ad fornicationem: & si non faciat, grauat eum fideicommisso, meritò fideicommissum est nullum. Nec obstat dicta l. hæredibus. §. fin. quia loquitur in filia furiosa, in qua peccatum non cadebat: quia sine voluntate non fit peccatum. l. qui iniuriæ causa. in princip. ff. de furt. & l. j. C. ad legem Cornel. de sicar. sed furiosus non habebat voluntatem neq; intellectum, vt l. furiosi. supra isto titul. & l. diuus. ff. de officio præsid. & in Clem. j. de homici. cum similibus. & ita pertransit. Aduertatur tamen ad id quod superius dictum est, ꝙ spurius non est nominandus filius, & tanquam
52 odibilis legi patri in nullo succedit: quoniam † dari potest cõsilium, quòd paterna bona ad eum perueniant, vt notauit Bar. post Dy. in l. si is qui. ff. de liberat. legat. videlicet, quòd pater faciat spurium cõtrahere societatem vniuersarũ fortunarum cum aliquo, & deinde instituat socium spurij hæredem, & tunc transibit medietas ad filium spurium iure societatis, argumen. dictæ l. si is qui. & l. si societatem vniuersarum. ff. pro socio. vbi Salicet. Et hoc dicit Bar. esse verum, nisi ex aliquibus coniecturis appareret de fraude, per ea quæ notantur per eum. & Ioan. de Imola in l. post contractum. ff. de donat. quia tunc filio spurio auferretur, vt l. j. C. de natu. liber. & ibi habetur. Sed Paulus de Castro in l. ij. ff.
53 de liber. & posthu. † dat aliam cautelam, per quam tota hæreditas patris veniet ad filiũ spurium, videlicet, quòd pater instituat eum sub nomine matris, puta dicendo, instituo talem, filium talis mulieris, nec nominet testator eum filium suum, ne ex inspectione testamenti reddatur institutio nulla. nam qui volet eam dicere nullam, habebit necesse probare, quòd ille fuerit filius bastardus testatoris, ex quo testator non appellauit eum filiũ, quod erit valde difficile. Nam si mulier habebat maritũ, qui secum conuersabatur, videtur impossibilis probatio spurietatis: nam ex illo matrimonio cõceptus præsumitur. l. si vicinis. C. de nup. etiam si testator conuersaretur cum illa. l. miles. §. quæ propter. ff. de adulter. vide Innocen. in c. lator. extra qui filij sint legiti. Et sic capiet spurius hæreditatem tanquam ab extraneo: quod potest, licet capere non posset à patre, vt dicit gl. singularis in dicto §. fi. in authen. quibus modis natu. efficiun. sui. quam commendat do. Ioan. de Imola in l. quod conditionis. ff. de donation. causa mort. vbi videte eum post glos. & Bar. Si autem maritus dictæ mulieris erat absens, & sic non poterat esse filius eius, bene probaretur, secundum Paul. de Castro, filius dicti testatoris probata eius conuersatione cum illa, per ea quæ notauit gl. in dicto cap. Michaël. extra de fi. presbyterorum. quam omnino videte. Cauendum tamen est, ne in præiudicium alicuius vel fraudem tale consiliũ donetur propter conscientiã: quia propter malã conscientiam, vel malum consiliũ aliquando quis damnatur, sicut fuit Dynus dãnatus, vt habuit quidam frater Cartusiẽsis in reuelatione, vt refert An-
54 gelus in l. j. C. de fal. causa adiect. leg. † Et vt plenè liqueat sub compendio materia successionis filiorum naturaliũ. Si quæratur qualiter succedant patri, vel ab intestato vel ex testamento, dicendũ est, primò quo ad successionẽ intestati, quòd si pater naturalis habeat filios legitimos, vel coniugem legitimam superstitem, naturales in nullo succedunt ab intestato. Sed tantum debẽt ali à legitimis, vel à veniẽtibus ab intestato, arbitrio boni viri, vt in authent. quibus modis natu. effi. sui. §. si quis igitur habens filios. & intelligit hoc Angel. in §. fi. in dicta authen. etiam si soli supersint legitimi tantum. Puta arrogati, vel adoptiui tales, qui habeant ius intestati, secundum quod habetur in l. si te parens. C. de suis & le. & in l. cum in adoptiuis. §. j. §. sed ne articulum. & §. se. & §. fi. C. de adopt. & in §. sed hodie. Instit. eod. tit. Et est ratio secundum eum, quia litera dicti §. si quis igitur. loquitur generaliter, ꝙ legitimi excludunt naturales: ergo generaliter debet intelligi. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstã. con-
55 tra tab. pos. peri. sed † cõstat filium arrogatũ vel aliquando adoptiuũ in successione intestati æquiparari legitimis, vt not. in dictis iurib. & per Azonẽ in summa illius tit. & Hosti. in summa, de cog. leg. §. quis

§.quis sit effectus. & probatur in adoptiuis, quãdo
sunt in potestate tempore mortis in dicta l.cum in
adoptiuis. §.sed si quidem. ergo idem ius debet in
eis statui, sicut in legitimis & naturalibus. l.aliud.
ff.ad legem Aquil.cum similibus. Vbi verò non su
persunt legitimi filij patri, neq; vxor legitima, na-
turales succedunt patri ab intestato in duabus vn-
cijs tantum, quas cum matre sua partiuntur, vt in
dicta authen.quibus modis nat.effi.sui.§.si quis au
tem defunctus. & hæc probantur in dicta authent.
licet. C.de natura.liber. Licet vt dicit Hostien. in
summa, qui filij sint legiti.§.ij.versicu.quod autem
56 dixi. videtur iniquum, † quòd non stantibus legi-
timis liberis vxor legitima patris naturalis faciat
excludi naturales, quia ipsa vxor stãtibus propin-
quis viri vel agnatis nihil capit, vt l.j.ff.vnde vir
& vxor.& l.vnica.C.eodem titu.& tamen natura-
les in duabus vncijs excludunt agnatos: & sic vide
retur quòd non obstante, quòd vxor superstes sit,
deberent succedere nihilominus in eo, in quo exclu
dunt agnatos, qui excludunt vxorem: quia si vin-
co vincentem te, &c.l.de accessionibus.ff.de diuer.
& tempo.præscript. Illa tamen regula fallit in hoc
casu, vt dicit ibi glos.& dicit Hostiẽ. vbi suprà, &
glos.& Salicet.in dicta authen.licet. sicut & in alijs
multis casibus. Et est ratio fallentiæ, secundũ Ho-
stien.& Docto. fauor matrimonij, propter quem
voluit lex, quòd viuente vxore legitima naturales
non succedant in memoriam præteriti matrimo-
nij, ne castæ vxores scandalizentur, argumen. l.ij.
ff.rerum amo.& sic vxor licet sibi non prosit, præ-
stat tamẽ naturalibus impedimentũ ne succedant.
57 †Si autem quæramus de successione ex testamẽto,
hoc clarum est, quòd vbi superest proles legitima,
pater naturalis tantum vnam vnciam potest natu
ralibus relinquere cum ipsorũ matre partiendam,
vel soli cõcubinæ semiunciam, vt in dicta authen.
quibus modis natu.effi.sui.§.ne igitur.& dicta au-
then.licet.& si plus reliquerit totum applicatur le-
gitimis, vt ibi not. Non existente verò prole legi-
tima, si quidem nõ existunt parentes seu ascenden-
tes patris naturalis, quibus habeat necesse relinque
re, totam substantiã suam potest filijs naturalibus
relinquere: sed vbi supersunt ascendentes patri na-
turali, debet ipsis parẽtibus relinquere legitimam
portionem, & residuũ si velit relinquere potest fi-
lijs naturalibus, vt in alleg.authen. §.si verò habue
rint.& in dicta authen.licet. Et quod dictum est, pa
trem naturalem posse filio naturali vnam vnciam
relinquere stante prole legitima, intelligit Ange-
lus in dicto §.fin. esse verum, nisi pater alicui legi-
58 timorum minus vncia reliquisset, quia tunc † non
posset naturali tantum, vnciam integrã relinque-
re: & mouetur, quia pater naturalis filio etiam le-
gitimato nõ potest relinquere, plus quàm reliquer-
rit vni legitimè natorum minus habenti, vt l.cõ-
munium.§.fin.C.de natura.libe.& in dicta authen.
quibus modis natu.efficiun.sui. §.& quoniam va-
riẽ.& ideo, vt inquit Angelus, multo minus hoc fa
cere potest, quando filius est illegitimus. Et aduer-
tatur circa hoc, quia Angel.in dicto §.& quoniam
variẽ. qui loquitur de legitimatione facta per ob-
lationem curiæ, trahit ad alias legitimationes fa-
ctas per rescriptũ principis siue aliàs, præterquàm
per subsequens matrimoniũ: quia talis legitima-
tio est plenissima, vt superius dictum est, & filij le-
gitimati per matrimonium verè fiunt legitimi, &
cõsequuntur integrum ius legitimorum, quod be-
59 ne notare. †Et sicut, & in quantum, & quando filij
naturales succedunt parentibus, per ea quæ dicta
sunt, ita & in tantum parẽtes liberis succedunt, vt
par inter eos pietas seruetur, vt in dicta authenti.
licet.& in dicto §.si quis habens. Sed videndum est,
60 †quid de nepotibus naturalibus natis ex filijs na-
turalibus, vel ex filijs legitimis, an succedant auo
vel proauo: & circa istas est decisio clara in l.fin.
C.de naturali.liber. quòd ex testamento auus, vel
proauus, non habens sobolem legitimam, non co-
arctatur ad certũ modum relinquere in nepote vel
pronepote, licet coarctetur in filio, vt superius di-
ctum est. In successione verò intestati remanẽt an-
tiqua iura incorrecta, vt ibi. Et nepos natus de le-
gitimo matrimonio ex patre naturali, licet sit le-
gitimus patri suo, non est tamen legitimus auo, vt
dicta l.fin. vbi hoc colligit Salicet. quia ex quo pa-
ter suus non est legitimus successor, nec per conse-
quens descendens ex eo: stipes nanq; illegitimus,
61 ramos non facit legitimos. †Quærit tamen Salic.
circa hoc, quia hodie naturalis filius aliquo casu
ab intestato succedit, puta in duabus vncijs, non
stante legitima prole neq; vxore legitima, an idem
erit in nepote naturali, quia in successionibus pa-
trem repræsentat, & sicut legitima proles in totum
succedit, vt in authen.de hæredi.ab intesta.§.j. col-
latio.ix.& authen.in successione. C.de suis & legi-
timis hæredi. sic naturales in duabus vncijs. & hæc
sentẽtia humanior, æquiorq; videtur. & est de men
62 te dictæ l.fi. secundum Sali. †Secundò quærit Sal.
an nepoti naturali existente legitima sobole possit
per auum vna vncia relinqui, sicut posset filio na-
turali præmortuo. Et putat quòd sic, quia appella
tione filiorum in materia fauorabili continentur
nepotes. l.liberorum. cum ibi notatis per Bartol.
suprà titul.proximo.& l.filij.& l.iusta.eodem titu.
cum similibus. Item probatur per text.dictæ l.fin.
vbi legitima sobole subsistente statuta in filijs lo-
cum habent in nepotibus. Et circa hæc sciendum
est, pro resolutione, vt dicit Paulus de Castro in l.
Gallus.§.quid si is. ff.de liberis & posthumis. quòd
quando stat nepos ex filio naturali nato ex concu-
bina, casus iste nõ habet dubium, quia decisum est
per illam l.fin.C.de natura.liber. quòd possit auus
quicquid vult illi nepoti relinquere, si non habet
prolem legitimam, licet filio naturali non posset
stantibus legitimis. Nam illius impotẽtiæ est ratio
propter patris delictum ad signandum & propul-
sandum vitium incõtinentiæ: non autem propter
demerita vel peccatum filij naturalis, qui in nullo
deliquit, vt dicto cap.nasci. lvj.dist. ideo ab alio,
quàm à patre capere potest, vt not.in dicta glos.§.
fin.in authen. quibus modis natu.effi.sui.& in l.j.
in prin.ff.de iure fisci. Si itaq; non delinquit pater,
nisi circa ipsum filiũ naturalem, non punitur respe
ctu nepotis nati ex eodem filio: ideo potest quic-
quid vult illi relinquere, vt est casus in dicta l.fin.
licet loquatur quando ille nepos erat naturalis, &

legitimus. Idem tamen dicendũ videtur, secundum Salicet. & Paul. de Castro, in naturali tantum: quia licet filius idemq́ pater nepotis in generatione illius deliquerit, nõ sic deliquit auus, ideo ab eo auo capere potest nepos, sicut à quolibet alio, licet non
63 à suo patre. Sed est quæstio, † quid in nepote ex filio spurio, vel incestuoso: isti enim sunt magis odibiles & incapaces, ideo eorum odium vel incapacitas magis debet nocere nepoti etiã legitimè nato, vt non possit institui per auum. Sed dicit Paul. de Cast. adhuc idem esse quod in filio naturali tantum, licet Bal. nitatur dicere contrarium in dicta l. Gallus. §. quidam rectè. vbi verba multa effundit, quæ non sunt vera, dicens quòd vitiũ est in radice. nam si pater non deliquisset generando filiũ illegitimum, nõ fuisset natus nepos ex illo: ideo vitium paternum propagatur de prole in prolẽ, sicut peccatum Adæ quo fuit affectum totum genus humanum. Sed si Bald. verum diceret, dicta l. fin. falsum diceret. ideo Bald. rectè loquitur contra illum tex. in hoc passu, quia quando quis habet filium illegitimum siue sit naturalis tantum, siue ex cõcubina, de quo loquitur alleg. l. fi. C. de nat. libe. siue sit spurius aut incestuosus, de quo quęrit glos. ibi, & Dy. tangit, & Bart. in dicto §. quid si is. in l. Gallus. de liberis & posthu. & ex eo haberet nepotem legitimum vel non legitimum, in cuius differentia non est in hoc insistendum, vt colligitur ex illa l. fi. potest illi nepoti quicquid vult relinquere, licet non
64 posset patri suo filio illegitimo. † Verùm pro pleniori huius articuli doctrina, distinguendum est, q́ aut auus habet prolem legitimam, & non potest plus illi nepoti relinquere, quàm posset patri suo, vt est casus in dicta l. fin. & istũ casum omisit Bar. in dicto §. quid si is. & fuit hoc introductum per illam l. fin. secundum quod dicit Paul. de Castr. quia ante quàm conderet illa lex poterat auus quicquid volebat dicto nepoti relinquere, etiam si sobolem legitimam habebat: non enim debebat puniri, nisi quantum ad ipsum filium, in cuius generatione cõmisit vitium, vt patet ex illo textu: sed per eãdem legem fit extensio prohibitionis stante prole legitima de filio in nepotẽ, vt patet ante finẽ illius legis, in verbo, extendimus. quod ponderat multum dictus Paul. de Castr. nec fuit per alios ponderatum: est tamen necessarium ad decisionem huius & aliorum dubiorũ, quia per hoc apparet illam legẽ esse odiosam & restringibilẽ, quæ non emanauit ad inducendum permissionem & potentiã relinquendi, sed potius ad tollendum vel restringẽdum, sicut bene videatur. Aut auus non habet prolem legitimam, & tunc aut filius illegitimus erat iam mortuus, & potest illi nepoti relinquere quicquid vult sine dubio, per illum tex. vbi hoc vult glos. & ab ea nõ discedit Salicet. & hoc siue illius nepotis pater esset naturalis, siue spurius, vel incestuosus, vt dicit Paulus de Castro post Dy. in dicto §. quid si is. quamuis Cy. post Odofr. in dicta l. fin. in nepote nato ex incestuoso patre, vel aliàs ex damnato coitu susceptum tenuerit contrarium, tamen glos. tenet id quod suprà dictum est, & prædicti Doct. & tangit Bar. Aut viuebat illegitimus pater nepotis, & tunc accipi debet distinctio Bart. quam posuit in dicto §. quid si is. & in quodam consilio suo. Et etiam eam recitat Salicet in dicta l. fin. & faciunt tria mẽbra: nam aut constat, quòd auus instituit nepotem con templatione filij patris ipsius nepotis, & vt ipsi filio eidemq́ patri acquireret, & nõ valet, sicut si reliquisset ipsi patri incapaci: quia incapax est tam per se quàm mediante alterius persona, vt l. j. C. de nat. libe. Et est etiam hoc verum, quãuis ille nepos non esset in patris sui potestate, quia nihilominus teneretur illi restituere, si fuit illi relictum contemplatione ipsius filij, & vt illi acquiratur, vt l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupilla. cum concor. ibi allegatis in glos. Aut constat, quòd fuit sibi relictum non cõtemplatione patris, sed ipsius nepotis, & vt apud eum remaneret, & nihil patri acquiratur: quia fuit sic expressè dictum, licet propter notitiam patris sit institutus, & sine dubio valet institutio, quia tunc patri nihil acquiritur, nec etiam vsusfructus, quamuis esset in eius potestate, obstante prohibitione aui, vt in authen. excipitur. C. de bonis quæ libe. & talis amicitia seu notitia, non facit propterea quæri filio, vt l. socium qui in eo. §. final. ff. pro socio. & sic cessant rationes quædam, quas Rofre. adducebat contra istam partem. Et pro hoc facit secundum Bartol. & Salicet. quia defectus patris nõ nocet filio in prouenientibus ab auo, vt l. iij. ff. de interdict. & relega. sicut deportatio filij non nocet nepoti, quin possit institui ab auo, vt l. j. §. penult. ff. de bono. possess. contra tabul. Item macula patris non nocet filio in his quæ per filium patri non quæruntur, vt l. diui fratres. ff. de iure patro. & not. in l. qui contra. eod. tit. nec fraus præsumitur, cum testator expressè prohibet ne patri eidemq́ filio aliquid acquiratur, vt l. si quis locuples. ff. de ma. testa. Aut dubitatur cuius contem platione voluit relinquere, vel nõ constat, & tunc Bar. dicit se putare nepotem sui ipsius contemplatione præsumi debere fuisse institutum, duplici ratione. Prima est, quia nemo præsumitur delinquere, vt l. meritò. ff. pro socio. Secunda, quia sola affectio inducit pręsumptionem taciti fideicommissi, & sic nec fraudis, vt l. si genero. in princip. ff. de his quibus vt indig. Sed Spec. in tit. de succes. ab intest. §. j. versic. quid si habens spurium. videtur distinguere, an nepos esset in potestate sui patris, & non valeat, an non, & tunc valeat, per l. quæritur. quæ optimè facit. ff. de bo. libe. secundum quam distinctionem videtur, q́ debeat intelligi opinio Angeli, qui tenet contra Bar. in dicto §. quid si is. Sed secundum Paulum de Castro hęc distinctio potuisset procedere de iure veteri, secundum quod si erat nepos in potestate patris, acquirebat sibi proprietatem, & vsumfructum etiam inuito relinquẽte. Hodie verò non est ita, vt l. cum oportet. & dicta authenti. excipitur. C. de bonis quæ liberis. Ideo ipse Paulus de Castro sequitur Bart. quia non videtur quis elegisse viam, per quam impugnetur à se relictum, vt l. si miles qui destinauerat. ff. de testa. militis. sic videtur auus in dubio voluisse, quòd nihil acquiratur patri, etiã vsusfructus, & sic non acquiretur, vt dicta authẽ. excipitur. Nec obstat, inquit, si dicatur, quòd relictum nepoti censetur relictum contemplatione filij, vt l. dedit dotem. ff. de collat. bonorum.

bonorum.nam verum est, quòd propter filium diligitur nepos.l.liberorum.ff.titu.proximo.& propter hanc dilectionem ei relinquit auus: sed non est bona consequentia, quòd videatur eo animo relictum, quòd acquiratur filio. Nam potest esse, quòd filius odio habetur propter suum vitium, vt quia dissipator est. Nepos verò diligitur, quia frugi vitæ est, & honestus. ad quod facit dicta l.socium qui in eo.ff.pro socio. quod etiam probatur, quia filio nō potest acquiri, etiam vsusfructus, quia illius est incapax.l.j.& dicta authenti.licet.C.de nat.libe.& dicta l.si is qui. ff.de vulg.& pupilla. ergo acquiritur illi, cui potest acquiri, scilicet nepoti, sicut in eo quod relinquitur seruo cōmuni, si nō possit acquiri vtrique ex dominis, acquiritur ei cui potest.in l. verum.§.si communi seruo.ff.pro socio.& l.item si seruus.ff.de stipu.seruo.facit l.si seruus.ff.de autori. tuto.& hoc sequitur Salicet.in dicta l.fin.C.de nat.
65 liber. Ibi etiam tangitur casus econuerso, †quando quis habet filium legitimum, & ex eo nepotem bastardum, an possit auus prædictus illi nepoti relinquere quicquid vult, licet pater eius non posset. Et hic breuiter sunt duo casus tantum, aut auus habebat prolem legitimam, & non potest ei relinquere, nisi quatenus pater eius idemq; filius potuisset. & hoc fuit introductum per illam l.fin.ante quam poterat: quia in nepote auus non cōmiserat vitium, etiam dato quòd haberet prolem legitimam, licet filius qui commiserat vitium nō posset, secundum Paulum de Castro. Aut non habebat prolem legitimam, & potest indistinctè nepoti relinquere, siue pater eius viuebat, siue non: nec est hoc casu curandum cuius contemplatione relinquitur: nam multo magis valere debet relictum, si contemplatione legitimi filij nepoti illegitimo relinquatur, cū illi filio iure optimo relinqui possit. & in hoc iste casus differt à præcedenti, nec tangitur per Bar.in dicto §.quid si is. sed Paul.de Castro, dicit se habuisse in facto, & ita cōsuluisse. Quæritur autem quid in muliere. nam illa l.fi.videtur loqui in masculo, dum loquitur in genere masculino, cuidam qui.gl. ibi mouet quæstionem & non plenè soluit. Cy.se infrascat, & non respondet formaliter. Sed an iste nepos possit succedere ab intestato, Paulus de Ca-
66 stro habuit casum, †de quadam muliere, quæ habebat filiam nuptam & dotatā, & ex filio legitimo & naturali pręmortuo habebat nepotē bastardum, quem instituit hæredem, & filiæ aliquid iure institutionis reliquit, quæ filia impugnabat testamentum, quod dicebat non valere, eò quòd mater sua habebat prolem legitimā, nec ideo poterat eidem bastardo nepoti plus relinquere, quàm potuisset pater illius. & hoc plures cōsuluerunt, per illam legem. Contrarium consuluit do. Paulus de Castro, quia cū illa lex sit odiosa, emanauit ad tollendam liberam potestatem, quam habebāt aui ante illam legem: & ideo cum in nepote non cōmittatur delictum, debet restringi ad terminos, de quibus loquitur. Vnde non sine causa gl. ibi quærit quid in fœmina: quia lex odiosa, & pœnalis loquens in masculino genere non comprehendit fœmininum, vt solet notari in l.quicunq;.C.de seruis fugi.& in l.j.
67 §.ti.proximo.& ita residet. Sed quæritur, quid †ab intestato dicendum sit in casu præmisso: an nepos iste succedat vnà cum filia, sicut succederet pater eius si viueret? & dicit Paulus de Castro, quòd nō, quia non potest succedere, nisi ex persona patris. sed ipse non posset patri suo succedere ab intestato: ergo nec auiæ patre mediante, per quem cōiungitur ipsi auiæ. quod corroboratur: quia quando nepos succedit cum patruis vel auunculis, succedit iure repræsentationis paternæ, vt in §.soluto.vers. si verò.in authen.de nupt.& not.Salic.in l.scimus. §.repletionem.C.de inoffi.testamen. sed iste nepos non potest patrē repræsentare, cui non potest suc-
68 cedere ab intestato. † Non sic in nepote bastardo ex filia. nam ille posset succedere matri suæ, si non erat illustris, vel si non erat ex damnato coitu, qui posset per legē puniri, vt Instit. ad Orfic. §.nouissimè.& ibi gl.& dicta l.si qua illustris.tenet Specu. titu.de succes.ab intest.versic.sed nunquid spurius. & versic.sed an nati.& Bar.in l.fin.ff.de his quibus vt indig.& vide notata per Salicet.in dicta l.fin.& alleg.l.si qua illustris.cum ergo possit matri succedere, ita & auiæ maternæ, cui cōiungitur mediante matre.& hoc videtur tenere Cyn.& videtur casus in l.Modestinus.ff.vnde cognati.& eodem modo videtur, secundum Paulum de Castro, si capere velit ab auo materno eadem ratione. Salice.tamen in dicta l.fi.videtur idem sentire in nepote filij spurij vel naturalis in quæstione ista, quādo ipsa auia non habet sobolem legitimam: quia sicut spurius non natus ex dānato coitu succedit matri per Orficianum, vt dicta l.si qua illustris. & ita cōiunctus per spurium. nam licet inter eos nō cadat agnatio, cadit tamen cognatio, vt l.ij.& l.spurius. ff.vnde cognat.& Instit.ad Orficia.in fin. Sed attende, quia si hoc esset verū, non esset fienda differentia, quando auia sobolem haberet legitimam, vel non haberet, vt videtur velle Salicet. quoniam spurij matri non illustri succedunt cum legitimis, vt dicta l. si qua illustris.in fi.& not.Specul.in dicto versic. sed nunquid spurij.& tenet Angel.in dicto §.fi. in authenti.quibus modis nat.effi.sui. Imò admittuntur vt dicit contra testamentum matris, vt l.j. §.sed & vulgò.ff.ad Tertullia.& dicto §. nouissimè. Instit. ad Orficia.& est tex.in l.si suspecta.§.j. de inoffici. testa.& not.glos.& Salicet.in alleg.l.si qua illustris. sed Salicetus verum dicere videtur in nepote legitimo filij naturalis, vel etiā spurij, qui matri succedere potest. In illegitimo verò nepote magis videtur adhærendum opinioni Pauli de Castro, pro-
69 pter rationem suā. Sed quærendum est, † quid iuris in successione intestati aui, qui ex filio spurio habet filiū naturalem: an iste nepos naturalis auo succedet? glos.& Sali. mouent quæstionem in sæpe dicta l.fin.C.de nat.libe.& dicit Salicet.esse aduertendum, ꝗ titulus huius quæstionis potest intelligi dupliciter: vno modo, quòd filius spurius viuit, & tunc quæstio modicæ dubitationis est, quia filius est prior in gradu, ideo de nepote non est curandū. Alio modo potest intelligi, ꝗ filius spurius est præmortuus, & ista fuit mens dictæ glos. quæ distinguit, vt in nepote nato ex naturali, si stet auo legitima soboles vel non: sed illa distinctio habet locum, vbi vterq; est naturalis, & nullus spurius:

sed vbi filius fuit spurius,non credit Salicet. quòd nepos naturalis in aliquo succedat auo ab intestato,quia stipes illegitimus nõ potest habere ramum legitimum,vt dicta l.fi.in fin. vbi, si filius naturalis nõ succedat in aliquo,nec nepos ex eo,& idẽ dicit si ex spurio legitimũ,id est, ex legitimo matrimonio natum quis habeat, quia licet sit legitimus patri,in nihilo tamen succedet auo morienti ab intestato, quia prorsus censetur sibi extraneus propter filium,qui habetur pro extraneo,vt dicta authen.licet.& hæc sunt bene notanda. Nunc autem
70 quæritur,†an illa quæ dicta sunt in patre naturali, qui non potest stante prole legitima filio naturali relinquere, nisi vsq; ad certum modũ, habeant locum etiam per viam substitutionis? Et de hoc est casus singularis in dicta l.si is qui.ff.de vulgari. vbi prohibitus succedere patri,nisi vsq; ad certum modum, si substituatur pupillariter fratri instituto potest ex paterna dispositione,& pupillari substitutione capere bona pupilli,sed nõ bona patris, nisi quatenus est illorum capax. & est ratio secundum Paul.de Castro,quare potest bona pupilli capere etiam ex dispositione patris,quia prohibitio quòd pater non possit relinquere, emanauit propter vitium paternum,vt dicta l.fin.ff.de nat.libe. ergo non extenditur vltra bona paterna. quamuis enim inspecta veritate capere dicatur bona pupilli à patre substituẽte,cum possit ab ipso patre grauari onere fideicommissi, vt l.ij.§.interdum. ff.de vulga.& in l.in ratione. §.quod vulgò.ff.ad legem Falci.tamen inspecta fictione, qua pupillaris substitutio est testamẽtum pupilli,& fungitur ab ipso facta,dicitur habere à pupillo. & magis hoc casu inspicitur fictio,quàm veritas:quia veritas nõ tendit hic ad intentum fictionis, imò illi cõtrariatur, & ideo debet attendi fictio,vt dicit Paulus de Castro ibi,& in l.filio quem pater.ff.de liber.& posthumis.Et ex hoc dicit idẽ Paul.de Castr.per illum
71 text.quòd † si pater fuit relictus in testamento alicuius exequutor cum potestate distribuendi bona amore Dei in pios vsus pro anima defuncti proue sibi videbitur,poterit eligere filium proprium bastardum,si sit pauper & mereatur,quia in istis bonis non viget prohibitio legis. quod dicit esse tenendum menti. Bald.tamen in l.illa institutio.ff.de hæredi.instituen.dicit,quòd filio spurio posset solum distribui vsque ad alimenta,argum.dicti cap. cùm haberet.extra de eo qui duxit in matrimo.&c. sed Bal.loquitur in dispositione testamentaria patris ipsius spurij. Paulus verò de Cast.in testamẽto alterius, in quo pater naturalis filij vel spurij erat datus exequutor, nec prohibetur spurius ab extraneo capere, vt suprà dictum est, per ea quæ notantur per glos.in dicto §.fin.in authen.quibus modis natu.efficiun.sui. Vide notata per Bald.in l.illud. C.de sacrosanct.eccle.& in l.tutor.§.j.ff.de excusat.
72 tuto. † Sed quærunt Docto. an dispositio dictæ l. si is qui. habeat locum in spurio vel incestuoso,an possit fraterna bona fratris sui pupilli ex substitutione pupillari capere? glos.non bene firmat in dicto §.fin.in authen. quibus modis nat.efficiun.sui. & titubat,dicens,quòd lex prædicta,si is qui.fortè habet locum in eo,qui potest aliquid capere:sed dicit Paulus de Castr.idem esse iudicium de parte ad totum,vt l.quæ de tota. de rei vendicat. Ideo tenet idem esse in spurio, sicut & naturali. & idem vult Bart.& Bald.ibi,& Salicet.in l.ij.ff.de natu.liber. & Specul.titu.de succes.ab intesta.versic.quid si pater eum. & Bald.in alleg.l.eam quam. Illa tamen l. si is qui.nõ haberet locum in fideicommissaria vel vulgari substitutione, secundum Bar.& Bald.ibi, & Bartol.& Ioan.de Imola in alleg. l.quod conditionis.ff.de donatio.causa mortis. quia in illis non veniunt,nisi bona paterna,& per eas succeditur patri & non filio,vt dicta l.cohæredi.§.cum filiæ. ff. de vulga.vnde cessat ratio quæ est in substitutione pupillari,quia non potest dici habere à filio.Contrarium tamen tenere videtur Angel.in filio naturali,vt ipse not.in l.Lucius. ff.de vulga. quia sicut à principio,si non extaret legitimus,potuisset naturalis institui in omnibus bonis, vt dicta authen. licet.& superius latè dictum est:ita etiam si ex post facto deficiat legitimus, vel repudiat. & probat, quia substitutio confertur in tẽpus,quo legitimus non erit,argumen.l.in tempus. ff.de hæredi.instit. Posset autem opinio glossæ & Doct. procedere in spurio vel incestuoso,qui etiam nõ stante prole legitima non possent in aliquo institui. Angeli opinio satis placuisset Paulo de Castro, quia est satis æqua,nisi repugnaret text.dictæ l.si is qui. quæ loquitur in filio naturali: & tamẽ ibi legitimus obierat, nec potest filius naturalis habere bona paterna:imò est ibi fienda separatio bonorum paternorum,& pupillariũ, licet impubes adiuisset,& fuissent coniuncta : quamuis regulariter secus sit,quia non possunt diuidi , vt l.sed si plures. §.filio. ff.de vulgari. sed hoc est propter incapacitatem substituti, & sic ex quadam necessitate. Ille ergo tex.obuiat opinioni Angeli, quia naturalis,licet deficiat legitimus, non potest habere paterna bona,nisi dicamus,vt inquit Paulus de Castro,quòd in dicta l. si is qui.fuerat adita hæreditas per pupillum,& sic non deficiebat institutio legitimi. sed Angelus loquitur quãdo defecit propter repudiationem,quo casu erat naturalis totius capax, & tunc admittatur ad vniuersa tam paterna,quàm pupillaria bona : quæ est singularis limitatio ad dictã l.si is qui.
73 Viterius quæritur,†vtrum sicut filius spurius non pòtest institui à patre,ita non possit institui à fratre.dicunt Docto.in dicta l.si is qui.quòd imò potest à fratre institui,quia hoc non reperitur prohibitum.& hoc tenet glos.ordinaria in dicto §.fin.in authen.quibus modis natu.efficiun.sui.quæ est singularis secundum Bald.& tenet Spec.tit.de succes. ab intesta.versic.quid de natis.& Bartol.in dicta l. si is qui.& in l.j.in principio. & l.aufertur. §.quoniam autẽ. ff.de iure fisci.nec impeditur spurius capere ex fratris testamẽto bona,quæ fuerunt patris. Nam illa bona mutatione personæ suam cõditionem mutauerunt,vt l.Paulus.ff.de acquiren.hæred. medij enim successores immutant rei qualitatem.l. licitatio.§.mercatores. ff.de publica.l.si auia. C.de donatio.& l.vnica.C.de impo.lucra.descrip.& facit quod not.in l.in quibus. C.de secund.nupt.& l. Paulo Callimacho. §.j.& l.pater. §.quindecim. de legat.iij.& cap.j.de eo qui sibi vel hæredi. suis masculis

ſculis inueſtitu.accepit. & facit cap. ex tranſmiſſa.
de filijs presbytero. vbi media perſona purgat vi-
tium. & idem dicendum eſt in extraneo inſtituto,
qui moriens fecit ſpurium hæredem,ſecundũ Bar.
& Salic.in dicta l.ij.niſi extraneus accommodaſſet
fidem,& cõſilio habito cum patre ſpurij.& ita de-
bet intelligi Spec.in tit.de ſucceſ.ab inteſta.verſic.
ſed quid ſi pater inſtituit. & tex.in dicta authenti.
quibus modis natu.efficiun.ſui. §.diſcretis.verſicu.
igitur.& verſic.ſi quis. Poteſt etiam,dicit Bal.fra-
ter ipſe dicto ſpurio quicquid vult inter viuos do
nare. ex quibus videtur, vt dicit Bald. aperta via
fraudibus,ſcilicet quòd pater,qui non poteſt inſti-
tuere ſpurium, inſtituat quendam amicum ſuum,
qui poſtea donet ſpurio. ſimile ff.de hæredibus in-
ſtituen.l.quidam cum filium. Sed hoc tolerari po-
teſt, ſi hoc facit inſtitutus proprio motu, & pro-
pria liberalitate, non autem prius accommodata
fide: quia tunc non valeret.l.j.C.de naturali.liber.
& facit l.qui teſtamentum.ff.de probatio.cum ſimi
libus.De hoc vide latius per Bald.in allegat.l.eam
quam.vbi quærit de patre ſpurij,qui donauit eccle
ſiæ,& eccleſia poſtea donauit ſpurio.Et Franciſcus
Accurſius determinauit nõ valere,quia ſecunda do
natio præſumitur renuntiatio, quæ nõ poteſt fieri
in perſona ſpurij. Sed Bal.dicit valere, ſi fuerit ve-
ra donatio per eccleſiã facta ſpurio,quia fuit mota
eccleſia intuitu pietatis, quia eccleſia eſt legitima
mater.in cap.alma.extra de ſententia excommuni.
in principio. libro vj. Sed ſi eſſet renuntiatio eius
quod fecit pater non valeret,ſecundũ Franciſcum
Accurſium & Cy. in additionib. per l.ſi verò non
remunerandi. §.idem Papinianus.ff.mãdati.& ibi
Cy.in addit.ſed Bart.conſuluit contrarium. quod
placet Baldo,ſi cauſa nõ fuit in donatione expreſ-
ſa:ſecus ſi expreſſa fuerit,argumen.l.expreſſa.J.iſto
titul.in dubio autem iudicamus rem valere.l.quo-
ties.ff.de rebus dubijs.& l.quoties.de verb.obligat.
niſi ex celeritate actus fraus præſumeretur. l.ſi ven
tri.in fin. ff.de priuileg.credito. vel ex immodera-
ta liberalitate. l.omnes. §.Lucius. ff.de his quæ in
74 fraudem credito.Sed quærunt Docto.†vtrum ſi-
cut pater ſpurij nõ poteſt illum inſtituere, ita non
poſsit ei inter viuos donare. gloſ.in l.alleg. qui te-
ſtamentum.tenet,quòd ex contractu poteſt capere
ſpurius à patre,quia poteſt pater vendere filio ſpu
rio. Iacobus de Bello viſu diſputauit contrarium,
quia præſumitur factum in fraudem, vt dicta l.j.
C.de naturali.liber.& idem tenet Bartol.in dicta l.
75 ſi is qui. Sed Bald.ibi tenet,†quòd inter patrem &
filium ſpurium poſſunt celebrari cõtractus ex cau-
ſa oneroſa, & inter eos, etiam ſi ſit filius naturalis
tantum,cadit omnis obligatio,vt l.Lucius.ff.man
dati.& l.ſeruum meum. ff.de hæredibus inſtituen.
ſed ex cauſa lucroſa non poteſt fieri contractus,er-
go nec donatio.intelliguntur tamẽ prædicta,quòd
valeat contractus oneroſus inter patrem & filium
ſpurium,ſi non fiat in fraudem, quia tunc non va-
leret per iura allegata. & hoc tenet Bald.in l.perpe
tuo.ff.de condictio.ob turpem cauſam.de donatio-
ne verò hoc certum eſt, quòd non valet,vt firmat
Iacob.de Bello viſu in dicto §.fin.in authenti. qui-
bus modis natu.efficiun.ſui.Specul.in tit.de ſucceſ.
ab inteſta.verſic.ſed cum dicatur.Et idem ſentit in
nepote ſpurio ex filio legitimo,vel in nepote legi-
timo ex filio ſpurio. eodem titul. verſic.quid ergo
ſi habens. Dicit tamen ibi Ioan.Andr. in additio.
76 quòd†ſi talis nepos feciſſet tale ſeruitiũ auo,quod
ſeruitium ſi feciſſet extraneus, idem fuiſſet illi do-
naturus, quòd tenet donatio quaſi facta extraneo,
aliàs non tenet,argumen.l.donationes. C.de dona.
inter virum & vxorem. nepos enim legitimus ex
filio ſpurio odibilis eſt propter patrem,filius ſpu-
rius propter ſe ipſum, vt dicto §.fin.alleg. dictam
l.j.& fin.C.de natura.liber. & facit ad hanc diſtin-
ctionem l.ſi fortè. ff.de caſtren.pecu.& l.ſed ſi plu-
res.§.in arrogato.ff.de vulga.Sed ego puto melius
dici poſſe, vt ſuprà dictum eſt, in materia inſtitu-
tionis nepotum filiorum ſpuriorũ, & ideo dic vt
ibi dixi. Deinde quærit Paulus de Caſtro, quia ſu-
perius dictum eſt, quòd illegitimus filius ex ſub-
ſtitutione pùpillari capit bona pupilli,ſed non pa
terna,niſi vſque ad legitimum modum,ſecundum
quem capere poteſt, per dictam l.ſi is qui. Vtrum
77 ſi † iſta bona paterna perueniſſent ad filium legi-
timum inſtitutum ex cõtractu,an poterit tunc illa
capere ex ſubſtitutione pupillari, in qua veniunt
bona, etiam aliunde quàm à patre ad pupillũ per-
uenta,vt dicta l.ſed & ſi plures. §.ad ſubſtitutos.
ff.de vulgari.Reſpondet dictus dominus Paulus de
Caſtr.quòd inſpicere debemus an ſit præſumptio,
quòd pater ex contractu illa bona tranſtulit in fi-
lium,fraude cõcepta, vt peruenirẽt ad illegitimũ,
& tunc non habeat illa:aut non ſit præſumptio,&
tunc habeat ea. Nec obſtat ſecundum eum dicta l.
ſi is qui. quia maior reſultat præſumptio fraudis,
quando prouenerunt ex vltima voluntate, ex qua
perueniunt ad ſubſtitutum,quàm quando ex con-
tractu dudum inito, quia tunc in illis non reputa-
tur amplius pater, ſed in bonis hæreditarijs ſic,vt
l.hæreditas.ff.de verborum ſignificat.& ita intelli-
git dictam l.ſi is qui. licet cæteri docti nõ tangant,
Tangit tamen Bald.in l.j.in fin.xiiij.quæſtione. ff.
78 pro ſocio.quæſtionem,†ſi filius legitimus,& ſpu-
rius ſint ſocij omnium bonorum, in qua ſocietate
veniunt hæreditates, vt l.iij.§.j. ff.pro ſocio. an ſi
pater legitimũ inſtituat, ſpurio acquiratur media
hæreditatis. Et dicit quòd non vi relicti,ſed vi ſo-
cietatis.& allegat tex.notabilem in l.ſi is qui duos.
ff.de liberat.legat.& iſte modus eſt menti tenendus
ſecundum eum, quòd pater faciat eos inuicem ſo-
ciari,ſi velit quòd perueniat ad ſpurium.hoc reci-
tat Ioan.de Anania in cap.ij.de iudæis. in primo
notabili. vbi allegat Bart.in l.prædicta,qui duos.
dicentem hoc eſſe verum niſi ſocietas, & ſocij in-
ſtitutio fierent in fraudem: quia tunc auferretur à
filio tanquam ab indigno.l.poſt contractum. ff.de
donatio.& l.j.C.de natura.liber. Et aduerte circa
79 præmiſſa,† quia licet filio ſpurio pater nihil poſ-
ſit relinquere, cum non ſit filius nominandus, nec
alendus de iure ciuili: poteſt tamen de iure cano-
nico ſibi relinqui aliquid pro alimentis, cum illo
iure ſit alendus,vt dicto cap.cùm haberet.extra de
eo qui duxit in matrimonium,&c. vt not.Bald.in
dicta l.eam quam.C.de fideicommiſ.Dicit tamen,
quòd ſi ſibi relinqueretur per patrem vnum ma-

gnum pondus ad alimenta,non valeret niſi vſque
ad modum alimẽtorum.alleg.in arg.l.Lucius.ff.de
exercit. Quia cauſa certis finibus circunſcripta re-
ſtringitur ad effectum productiuum.l.ſi is qui ani-
mo. ff.de acquir. poſſeſ. nec tranſit tale pondus ad
hæredem ſpurij:quia non ratione ponderis,in quo
non valet legatum,nec ratione alimentorum,quia
cum ſpurij vita finiuntur. ff.de tranſact. l.cum hi.
§.modus.& l.dominus. §.final. ff.de vſufruct. licet
Bart.aliter videatur loquutus in l.fin.ff.de his qui-
bus vt indig. vbi vide. Item attendite, quòd licet
naturalis non poſsit inſtitui à patre,vt dictum eſt,
80 vbi ſunt legitimi : † tamen vbi hæreditas non eſt
ſoluendo,poſſet : quia quod nihil eſt,non eſt ſupra
modum.de hoc eſt caſus ſingularis in l.ſi quis ſoli-
dum.ff.de hæredibus inſtituen. vbi Paul.de Caſtr.
idem tenet in ſpurio,per illam l.& allegat Bald.ita
tenere in l.eam quam.C.de fideicommiſ.quod non
eſt verum, quia loquitur in naturali, licet moueat
quæſtionem in ſpurio.ſed in dicta l.ſi quis ſolidum.
ipſe tenet quòd illa lex non habet locum in ſpurio,
quia non eſt capax Inſtitutionis, nec alicuius par-
tis.ad hoc facit quod nota.in l.cogi. §.hi qui ſoli-
dum.ff.ad Trebellia.vide Bal.latius in dicta l.eam
81 quam.Sed reſtat videre,†qualiter filij naturales vel
ſpurij inter ſe ſuccedant. Et dic quòd aut ſunt filij
naturales vel ſpurij ex eodem patre,non ex eadem
matre,& vnus alteri non ſuccedit, quia non agna-
ſcuntur inuicẽ : ſtipes enim illegitimus, legitimos
ramos facere non poteſt, vt ſuprà dictum eſt, nec
cadit nomen agnationis in baſtardis , vt nota.per
gloſ.& Docto.in dicta l.fin.C.de natu.liber.& hoc
probatur expreſsè in §.filium.in allegat.authenti.
quibus modis natu.efficiun.ſui. vbi per Angel. &
in §.fin. eodem titu.& tenet Azo in ſumma,de le-
gitimis hæred.in fin.& Hoſtien. in ſumma,de ſuc-
ceſsion.ab inteſta. §.& qualiter.verſic.quid de na-
turalibus tantum.& Specul.eodem tit. verſic.quid
de natis ex eodem patre.& gl.in l.hac parte. ff.vn-
de cognati.& per Cyn.& Salicet.in authen.itaque.
82 C.communia de ſucceſ. † Aut ſunt ex eadem ma-
tre, & tunc vnus alteri ab inteſtato ſuccedit , quia
ſibi agnaſcuntur inuicem,vt l.hac parte. verſicul.
item ipſi fratres. & l.ſi ſpurius. ff.vnde cognati.&
Inſtit.de ſucceſsio.cogna.§.vulgò.& per Alberi.in
dicta l.parentes.in fin. ff.de in ius vocan. prædicta
tamen puto debere intelligi,quãdo eſſent tales ſpu
rij, qui nõ eſſent ex damnato coitu,vel legibus re-
probato ſuſcepti:ex quo mater veniret punienda,
quia tales etiam ipſi matri, per quam coniungun-
tur non ſuccederent, vt ſuprà dictum eſt, per iura
allegata. Dicit etiam Angel.in alleg. §.fin. iſta eſſe
intelligenda, niſi ſpurius, vel naturalis reliquiſſet
vnum fratrem illegitimum ex matre tantum ſibi
coniunctum , & alium legitimum ex eadem matre
eidem coniunctum : quia tunc legitimus exclude-
ret à ſucceſsione ſua ſpurium vel naturalem tan-
tum.Nam vbicunq; de ſucceſsione fraterna tracta-
tur,ille frater vocatur ad ſucceſsionem fratris, qui
pluribus nexibus eſt coniunctus,vt in dicta authẽ.
de conſanguineis & vterinis frat. §.j. collat.vj. ſed
legitimus nexu naturæ, & nexu iuris coniunctus
eſt,& ſic merito præferri debet.quod eſt bene men
83 ti tenendum. Quæro pro materia, † vtrum Papa
vel Imperator poſsint facere legẽ generalem,quòd
omnes illegitimi ſuccedant patribus tanquam le-
gitimi,& pariter admittantur ad honores.Hoſtiẽ.
in ſumma, tit.qui filij ſint legiti. §.qualiter.verſic.
quid ſi Imperator. dicit de Imperatore,quòd non
poſſet ſuper hoc legẽ condere,quia eſſet cauſa mul-
torum peccatorum mortalium,& multi eſſent qui
non curarent vnde haberent filios , ex quo ſcirent
quoſcunq; debere ſibi ſuccedere:abolenda eſſet igi
tur talis lex vel conſtitutio,inducens ad peccatum.
ad quod facit cap.ſi.extra de præſcription.& cap.
cùm infirmitas. de pœniten.& remiſsio.& hoc te-
net Bald.in allegat.l.eam quam. quia talis lex eſſet
contra bonos mores ſaltem indirectè, & eſſet per-
miſsio futuri doli,ideo talis conſtitutio non vale-
ret.l.ſi vnus.§.illud nulla. ff.de pact.cum ſimilibus.
Sicut ſi ſtatueretur, quòd quilibet poſſet adultera-
ri,vel inceſtum committere : quæ lex non eſſet ſer-
uanda,quia inducit ad peccatum,in cap.& ſi Chri
ſtus. extra de iureiurando. xiiij.diſtinct.cap.j. xxij.
quæſtione iiij. cap.j.vbi per Archidia.de ſubſtan-
tia enim legis eſt, quòd ſit iuſta & honeſta, in cap.
fin.extra de conſuetu.& iiij.diſtinct.cap.erit autem
lex. Imò promulgator talis legis tanquam diſpo-
nens contra ius diuinum dicitur errare,& non con
dere legem. xxv.quæſtio.j. cap. ſunt quidam. nec
ſubditi tenentur illi legi parere tanquam contra le-
gem ſuperioris,id eſt,Dei factæ. xj.quæſt.iij. cap.
qui reſiſtit.& cap.ſequenti. & cap.is qui præeſt.&
cap.Imperatores. ix.diſtinct. Et hac ratione dicit
84 Bald.quòd†Imperator non poſſet legitimare ille-
gitimos ex aliqua muliere naſcituros,qui nondum
ſunt concepti in vtero:quia eſſet permiſsio futuri
doli,& inuitare ad peccatũ : ſed ſi ſint nati vel con
cepti,bene poſſet : quia eſt dolus de præterito, cir-
ca quem non remouetur reatus,ſed pœna. ff.de ca-
ptiuis & poſtlimi.reuer.l.in bello. §.factæ.& C.de
nuptijs.l.Imperialis.& eiſdem motiuis idem vide-
tur in Papa dicendum.Contrarium de vtroque te-
nuit Gaſpar de Cald. vt refert Panormita.in repe-
titione dicti cap. per venerabilem. quæſtio.vj. ſu-
per gloſ.ij.dicens,quòd talis conſtitutio fulcitur ra
tione, ne quis puniatur de delicto alieno, vt alleg.
cap.naſci.lvj.diſtinct.& hoc placuit ibi domi.Flo-
rentino,quia inhabilitas illegitimitatis procedit à
iure poſitiuo,ergo princeps poteſt eam tollere,ar-
gumen.cap.propoſuit.extra de conceſsio.præben.
cum ibi notatis.& in cap.ij.de præben.libro vj.&
Clement.j.in fin. vt lite pendente. Et ad rationem
Hoſtien. reſpondet, quòd per hoc non induceren-
tur homines ad delinquendum:nam adulteri & in-
ceſtuoſi per alia iura puniuntur, quarũ pœnarum
metu debent ab illicitis concubitibus abſtinere.&
hanc partem videtur tenere Ioan. Andr. in addit.
titul.de ſucceſsion. ab inteſta.verſicul.item nonne
princeps.cum tales potiſsimè natura & cognatio-
ne ſint filij conſanguinei,licet ad reprimendum il-
licitos concubitus,legiſlator illos à ſucceſsionibus
ſua lege excluſerit,in authenti.quibus modis natu.
efficiun.ſui.§.oportet.ſi igitur eos ad primordium
naturæ reducit,ceſſant illegitimitatis cauſæ à iure
poſitiuo inductæ,vt dicta l.vnica.C.de imponen-

da lu

da lucrati.descriptione. & xxxv.distinctio. cap.ab exordio.cum ibi notatis. Ad hoc facit,quia hæreditates eis non delatæ non sunt in bonis nostris. ff. de acquirendo rerum domi.l.substitutio. Facit l.ij. C.de quadrien. præscriptio. & l.iiij. in principio. C.de præscrip.triginta vel quadraginta annorum. adde tamen istis ea, quæ dicentur in sequenti quæ-
85 stione. Quæritur igitur, † an valeat statutum, per quod spurij admittuntur ad successionem cum legitimis. Bartol.tenet quòd non in l.non ambigitur. ff.de legib. quia hoc est de reseruatis principi. vide eum in l.iij.ff.de testamen. Bald.& Salicet.in l.ij.C.de iure anulorum aureorum.& Ioan.de Imola in l.infamem.ff.de publi.iudic.in fin. & Angel. Aret.Instit.de curatoribus.ij.colum. Idem Bartol. iterum mouit istam quæstionem in l.testamenti factio. ff.de testamen. & dicit, quòd hæc quæstio est multum ardua,& fuit de facto,& disputata,& fuit determinatum, quòd non,per l.j.ff.de nata.restitu. vbi per Bald. post Iacobum Butri. C.de iure anulorum aureorum. & ita consuluit Dyn.per text.in §.fin.in authen. quibus modis natu.efficiuntur sui. vbi dicitur, quòd spurij nullum habent legis participium.Cyn.etiam & Oldra.in l.omnes populi. ff.de iustitia & iure. idem tenuerunt. Et addit Bart. ratione, quam adducebat dominus Recuperus de sancto Miniato, qui ita consuluit, quia tale statutum est cōtra ius diuinum,quo cauetur,quòd non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, Genesis xxj.cap. & ad Galatas iiij.c. dicit Bald.in l.j.C.de summa Trinit. & fide catholica. filius concubinæ non erit hęres cum filio ex matrimonio nato.facit xxxij.quæstio. iiij.cap. dicat aliquis. & quæstio.ij. cap.non omnes.& xxxv.quæstio.vij.cap.quid est. vbi dicit Augustinus de lege Dei statutum esse, vt illi qui incestuoso coitu nascuntur, nullo iure parentibus succedant. Pro quo facit, quia ista pœna imponitur spurio à lege, ergo non potest tolli per statutum.l.j.§.de qua.ff.de postulan.Et hanc rationem adducit etiam Bald. in dicta l.j.C.de summa Trinit. & fide catholi. quia ex quo ita Imperator prohibuit,vt dicto §.fin.in authent.quibus modis nat.efficiuntur sui. soli principi id reseruatum est, igitur nemo inferior disponere potest,vt not.in l. rescripta. C.de precibus imper.offeren.& cap.cùm inferior.extra de maio.& obedien. & xxj.distinct. inferior.& viij.quæstio. j.cap.qualis. Addit Bald. in dicta l.testamenti factio. rationem: quia quòd spurius nō posit institui à patre, est introductum propter turpitudinem testātis, vt iuribus superius allegatis. Sed actus reprobatus propter agētis turpitudinem, nulla constitutione permitti potest,in authenti.vt nulli iudi.§.j. collatio.ix. & dicto cap. erit autem lex. iiij.distinct.cum similibus.Et etiam actus reprobatus propter turpitudinem æquiparatur actui reprobato de iure diuino,in c.ex parte.
86 extra de consuet.& cap.veniens.de simo.†Sed statutum non valet contra ius diuinum,sicut nec consuetudo, vt nota.in cap.quia in omnibus. extra de vsuris.cum ibi notatis.& ita firmat Bal.post Bart. & eos sequitur Paul.de Castro in dicta l.testamenti factio. & hoc videtur sequi dominus Petrus de Anchara. in repetitione cap.canonum statuta. extra de constitu.in prosequutione tertiæ quæstionis principalis.versic.quæro, Perusij est statutū.Istam partem etiam tenuit Freder.de Senis consil.cclxv. vt recitat Panormita.in repetitione dicti cap. per venerabilem.quæstione viij.super secunda glos.dicens, quòd tale statutū dat occasionem delinquendi: ideo non valet. viij.distinct.cap. mala consuetudo.& dicta l.si vnus. §.illud nulla. ff.de pactis.& cap.quemadmodum. extra de iureiurando. & cap. penult.de consuetud.Aliquo enim prohibito prohibetur omne id per quod potest ad illud perueniri,in regula,cum quid.lib.vj.& l.oratio.ff.de spon.
87 ideo†non valent leges permittentes peccatum, vt dicto cap.fi.de præscript.& propter hoc dicit Ioā. Andr.in cap.extirpandæ. extra de præben. super verbo,consuetudin.quòd omnis consuetudo, constitutio, iuramentum vel priuilegiū inducens peccatum vel nutriens,nō valet,& ad Papam,non autem ad Imperatorem recurrendū est:per hoc nanq; statutum datur occasio maritis habētibus vxores steriles accedendi ad alias, quæ occasio debet præscindi,in cap.quanto.extra de diuortijs.ideo caue-
88 tur,quòd†filij suscepti viuēte vxore legitima,non legitimentur per matrimonium subsequens,vt dicto c.tanta. in ij.parte. & de facili cum talibus non dispensatur, vt dicto cap. per venerabilem. in fin. Et etiam statutum vel constitutio non debet esse iniqui dispendij occasio, in cap.quod nōnullis.extra de priuileg.Nec obstat secundum Freder.quòd Imperator potest legitimare per suum rescriptum: ergo super hoc legem condere. quia consequentia non valet: nam episcopi contra iura cum illegitimis possunt in aliquibus casibus dispensare, non tamen possunt super hoc legem condere,vel statuere quòd illegitimi posint promoueri, vt not.in c.j. extra de filijs presbytero.libro vj. Adducit etiam
89 rationes superius allegatas.†Sed contrarium consuluit Ioan.de Cald.& domi.Gaspar,vt refert Bal. in dicta l.j.& Panormita.vbi suprà,quia istud statutum disponit respectu bonorum, sed bona sunt in iurisdictione statuentium,& ideo ratione rerum & bonorum valet statutum,cum super illis statuere posint.viij.distinct.quo iure. xcvj.distinct.cap. bene quidem. & cap.causam. extra qui filij sint legitimi. facit C.de ædifi.priua.l.an in totum.& intellige de habentibus iurisdictionē,qui possunt facere statuta,in l.de quibus.ff.de legi.& l.omnes populi.de iustitia & iure. Item istud statutum non est contra ius naturale,sed contra fictionem iuris ciuilis. Nam omnes homines natura legitimi nascebantur,vt sæpe fuit superius allegatum. Item non est contra ius diuinum tale statutum,quia iura superius allegata dicentia filium ancillæ non debere succedere cum filio liberæ,loquuntur de cōsilio, & non per modum præcepti,vt ibi patet.Et etiam licet ius diuinū non posset tolli per ius positiuum, potest tamen distingui & interpretari,quando dat formam actibus hominum per constitutionem humanam rationabilem,vt not.in cap.quæ in ecclesiarum.extra de constit. per Innocen.& in cap.fin. extra de consuetud. & per Panormi.in cap.ad dissoluendum.extra de desponsatio.impuberū.& per Bald.in l.fin. C.si contra ius vel vtilitatem publi-

cam.& l.rescripta.C.de diuersis rescript. Præterea
statuta de successionibus valent cum pertineāt ad
temporalitatem,licet quo ad spiritualia per laicos
facta non valeant. nota.in cap.statutum. extra de
hæret. libro vj. Necobstat id quod dicit Hostien.
& Freder.de Senis post eum,vt dictum est,in præ-
cedenti quæstione,scilicet cum dicit,quòd tale sta-
tutum inuitat ad peccatum: quoniam hoc non est
verum, quia non approbat nec permittit directè,
neque indirectè adulterium aut peccatum,licet spu
rium admittat ad successionem.nam peccatum fa
cienti non præstat suffragium aliquod contra ius
commune. Imò rationabile videtur hoc statutum,
& conforme iuri diuino dicenti,quòd non porta-
bit filius iniquitatem patris,nec pater filij. Et ani-
ma quæ peccauerit ipsa morietur.Ezechielis xviij.
cap.& j.quæstio. iiij.cap.crimen. & cap.Iudæi. &
cap.sequen.& xxiiij.quęstio.iij.§.his ita respon.&
l.alleg.sancimus.C.de pœnis.& C.ne filius pro pa
tre.cum concordantijs. ne filius illegitimus punia-
tur ex alieno delicto. Et sic nō potest dici,quòd sit
hoc statutum causa peccatorum multorū. Imò ta-
libus filijs nō sectantibus paterna vitia fauendum
est,in cap.nasci.alleg. & cap.dominus noster. lvj.
distinct. Item quia, vt dictum est, adulteri & ince-
stuosi patres poterunt puniri pœnis legalibus. Et
per hoc patet responsio ad cap.si.extra de consuet.
& notata ibi per Ioan.Andr. & alia motiua circa
hoc allegata. Item si propter dubium peccati cō-
mittendi per patrem non valeret statutum admit-
tens spurios ad successionem parentum,dicendum
esset, quòd etiam naturalibus tantū nihil omnino
posset relinqui,cum sit ibi actus fornicationis,quę
est peccatum mortale, vt dixi suprà in euidentia-
libus. Et tamen admittimus iura disponentia ali-
quam portionē posse eis dimitti. Item etiam succe
dunt tales filij matribus suis, vt dicta l.si qua illu-
stris.C.ad senatusconsultum Orfic.& §.nouissimè.
Instit. eod.titu.& tamen etiam mater cum peccato
tales filios concepit.Et cū ista opinione pertransit
Panor.& etiam Ioan.Andr.in addi. Specul.titu.de
succes.ab intesta. vlt.col.versic. item scias.versicul.
item nōne princeps.licet Bal.in dicta l.j.C.de sum-
ma Trinit.& fide cathol.dicat primam esse verio-
rem,per iura & rationes pro illa parte deductas.Et
verè difficile est inter tam solenniū doctorum con-
trarias opiniones,vnam eligere. Saluo tamen iudi
cio meliori, & determinatione sanctæ matris eccle
90 siæ putarem† secundam opinionem posse sustine-
ri per rationes & iura adducta pro ista parte. Nec
obstat,vt dictum est, id quod legitur Genes.xxj.c.
& transsumptiuè in cap.dicat.xxxij.quæst.iiij.vbi
dictū est Abrahæ, Ejice ancillam, & filiū eius,&c.
& cap.quid est hoc. xxxv.quæstio.vij.quoniam vt
dicit do.Ioan.de Imola, qui primam partem tenet
in dicta l.testamenti factio.præcepta iudicialia ve
teris legis non obligant in noua,nisi quatenus sunt
approbata per habentem autoritatē legis conden-
dæ,vt in cap.translato.extra de constit.& per san-
ctum Thomā in prima secundæ,quæst.ciiij.art.iij.
de quo aliquid tangitur in cap.si.extra de consuet.
& in §.his ita.vj.dist. Et etiam illa dicta sunt my-
sterialiter,& in figura, non autem ad statuendū le-
gem successionis inter eos,vt satis probatur in di-
cto c.iiij.ad Galatas.vbi Apostolus dicit illa esse per
allegoriam dicta.Et etiam Ismaēl filius ancillæ ha-
buit hæreditatē,sicut filius Saræ,vt dicit tex. Au-
gustini in cap.quando non vult. xxiij.quæstio.iiij.
sed seorsum ab Isaac.& probatur in c.Ismaēl.lvj.di.
& ibi gl.quia hoc dictum est,vt separaretur Ismaēl
filius Abrahæ ex ancilla Agar, à populo Dei,cui
tamen non obfuit quo ad hoc ipsa mater. Sed fra-
terna discordia,vt ibi dicit tex. & hoc ideo fuit,vt
legitur in historia scholastica,secundum quod He-
bræi tradunt,& habetur xxxij.quæstio.iiij.cap. re-
currat.,in tex.& glos.quia simul ludentibus Ismaēl
& Isaac,ismaēl ipse faciebat imagines luteas, quas
cogebat isaac adorare.Quod cum displicuisset Sa-
ræ matri Isaac, dixit ad Abraham, Ejce ancillā,&
filium eius,&c.nec quo ad ius succedēdi vel legem
statuēdi super successionibus dictum fuit,alioquin
plana videret contrarietas in iure diuino circa hoc.
quoniam legimus, iacob Patriarcham,de duabus
vxoribus liberis Lia & Rachel, & duabus ancillis
Bala & Zelpha, duodecim Patriarchas suscepisse:
nec obfuerūt natis ex ancillis ipsæ matres,quo mi
nus tenerent regnum,& terram promissionis cum
fratribus,vt legitur in dicto c.recurrat.vbi ista ad
literā scribuntur.Præterea corroboratur hoc:quia
video,quòd non obstante legis ciuilis rigore pro-
hibentis spurios nominari filios,& eis alimēta de-
negantis, æquitas canonica ipsos iussit & ordina-
uit alimentari,vt alleg.cap.cùm haberet. extra de
eo qui duxit in matrimo.&c.quod nō esset,si ipsos
omnino pro contemptis, & neglectis haberet ob
peccatum paternū. Item quia cum non sint pater-
ni vitij sectatores, eos excusat,& solum vitium pa
ternum culpat. lvj.distinct. dicto cap.nasci.& cap.
spōsus.& cap.satis. & cap.dominus noster. & cap.
vndecunq;. & cap.nunquam. & quandoq; cum il-
lis dispēsat, vt patet per totā illam distinctionem.
& in cap.innotuit. extra de electione.& per totum
titulum, de filijs presbyteror. & per hoc videntur
euacuata fortiora cōtraria,quæ fiunt pro alia opi-
nione.Et ita etiam tenuit Bal.in l.j.C.de iure anu-
lorum aureorum. in spurijs natis ex non damnato
coitu, sed in natis ex damnato tenet primam opi-
nionem. Et sic saltē reincidit in istam opinionem
secundam quo ad inconueniens allegatum per Do
ctores primam opinionem tenentes, scilicet quòd
daretur occasio maritis vxorum sterilium acceden
di ad alias vxores.Quia si mariti accederēt ad so-
lutas,filij inde suscepti nō essent ex damnato coitu
reputandi,vt clarè dicit Salic.in authent. ex com-
plexu.C.de incest.nupt.& probatur l.inter.§.j.ff.de
adulter.& tenet Paulus de Castro, consil.clxxxiiij.
& probat textus in l.j. C.eodem titulo,de adulte-
rijs.vbi maritus per vxorem nō accusatur de adul-
terio,si solutæ se immisceat: quia vxor non habet
thorum, vt ibi notatur. & facit text. xxxvj.quæ-
stione j. §.cum ergo. Quia in viro non est tantum
periculum, sicut in vxore propter partum alienū,
vt notat Ioannes Faber in dicta l.j.C.de adulterijs.
Licet quo ad peccatum ad paria iudicentur, & ea-
dem à viro,quæ ab vxore debetur castimonia. Te-
xtus & glos. in cap.penultimo. extra de bigamis.

requirit

requirit maiorem castitatem in fœmina, quàm masculo. & idem glossa in l.palam. §.finali. ff.de ritu nuptiarum. sed hoc est secũdum mores hominum. Ioannes de Anania in cap. tãta. extra de simonia. & in cap. nemo sibi blandiatur. xxxij. quæstio. iiij.
91 †Filij tamen nati ex marito & soluta, non sunt de illis, qui de damnato coitu suscepti dicuntur, sicut nec nati ex concubinatu vel fornicatione simplici, quamuis non posint sine peccato, concubinatus vel fornicatio committi, vt dictum est. & ita tenet etiam Salicetus cum Baldo, in dicta l.j. C. de iure anulorum aureorum. Nec obstat alia ratio de potestate Imperatoris: quia per hoc statutum nõ legitimantur illegitimi, sed solũ fiunt succesibiles spurietate non obstante, quod non est derogare summę potestati. Item nec nocet id, quod dicitur, quòd actus reprobatus propter turpitudinem, non potest vlla lege, vel statuto permitti, quia actus succesionis nõ est turpis, licet ad refręnandã incontinentiã patrum sit hoc statutum, ne illegitimi succedant: potest tamen dispensari, quòd succedant, & sic prohibitio non est perpetua, cum aliquo casu posint succedere. Ad quod facit, quod notatur per glos. & Doctores, in cap. cum contingat. extra de iureiuran. Dominus tamen Ioannes de Imola in dicta l. testamenti factio. tenet primam partem, per textum in §.fina. in authent. quibus modis naturales efficiuntur sui. ad quem tamen patet responsio, quoniam nõ loquitur eo modo, quo eam inducit, si bene videatur. Et sic pertrãseo de hac quæstione.
Est præterea videndum pro continuatione mate-
92 riæ filiorum illegitimorum, †quot modis posint legitimari. & certè Angelus in alleg. §.fin. in auth. quib. mod. naturales efficiũ. sui. colligit plures modos legitimationis. & plenius dominus Panormitanus, in dicta repetitione cap. per venerabilem. in secũda quæstione super illa glos. Et primus modus est, quando pater in testamento suo, filium naturalem, filium suum nominat, non adijciendo naturalem, hæredem eum instituendo. C.de natu. libe. authentic. item si quis. quæ sumpta est de corpore, vt lice. mat. & aulæ. §.ad hæc autem. & hoc est verum, quando filios alios legitimos non habebat, vt in authent. quibus modis naturales efficiuntur sui. §.si verò non habuerit. & tenet glos. in cap. per tuas. su-
93 per verbo, filium. extra qui filij sint legitimi. †Secundus modus legitimãdi naturales, est secundum Doctores in dicto c. per tuas. vbi dominus Antonius, quando quis habet filium ex concubina, quæ poterat ei esse vxor, & nominat eum legitimum, quasi ex eius verbis videatur legitimus constitui, & multo fortius, vt suprà dictum est, si eum hæredem instituerer, quia actus institutionis solũ proportionabilis est filio legitimo. Si tamẽ cõcubina, ex qua iste filius susceptus est, esset defuncta, secus esset dicendũ, quasi fictio legitimationis non adaptetur ad imposibile, secundum notata per Bartolum in dicta l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & in cap. is qui. extra de sponsal. & facit id, quod notat Salicetus in dicta authentic. maximis. C. de nupt. & allegat authentci. item si quis. vbi dicit, quòd ex præsumpto matrimonio in casu dictæ authentic. item si quis. fit legitimatio per hanc voca-

Vide Bal. in c. quẽadmodũ. i fi. extra de iureiur.

tionem. & dicit esse expressum in authent. dicta, vt lice. matri & aulæ. §.ad hæc autem. quod tenet Panormitanus vbi suprà esse verum, si tali nominationi concubina consentiat, & quòd tunc legitimus constituatur filius ex præsumpto tacito consensu, & sic præsumpto matrimonio. & hoc vult Angelus in dicto §.ad hæc autem. & ita dicit Bartol. consuluisse, & alios Doctores. Non facit tamen Panormitanus differentiam, an dicta mulier, quæ potuit esse vxor, viuat vel non, ad probandum legitimationẽ. quia omni casu appellatio filij in vltima volũtate & in actu proportionabili & conuenienti filio, puta, instituendo hęredẽ, arguit ipsum esse legitimum: quod placuit dom. Anton. in dicto cap. per tuas. cũ imprimere legitimitatem & probare ipsam, sit idem in effectu, secũdum Panormi. Iste tamen modus intelligi debet, quando nõ stant patri filij legitimi: quia aliàs istos legitimare non posset pater, vt dicit Angelus in alleg. authẽ. quibus modis natur. efficium. sui. §.si quis igitur fuerit. & de hoc est textus in authent. quib. mod. natu. effi.
94 legitimi. §.si verò solum modo. † Tertius modus est, quando pater offert filium naturalem Imperatori, vt fiat curialis, vt in dicta authen. quib. mod. naturales efficiuntur sui. §. si quis igitur ex qualibet. & notatur in dict. c. per tuas. vel si offert ipsum officio curiæ ciuitatis Metropolitanæ, vt l.iij. C. de nat. libe. aut si ipsemet filius naturalis se offerat, quę oblatio fit hoc modo, secundũ Ang. quia ciuitas cũ indiget aliquo officiali, si aliquis filius naturalis vadat ad regentẽ ciuitatis, & dicat, vos egetis tali officio, offero me illi deseruire. hoc facto, si curia recipiat eũ, incontinenti talis oblatus curiæ efficitur legitimus. & hunc modũ legitimationis per oblationem curiæ ponit glos. Insti. de hęre. quæ ab defe. §.j. & ideo suprà dictum est, si curia illum recipiat: quia nisi receperit eum talis oblatio nihil operatur, vt in dicta authen. §.ergo sciendum. in fi. ibi, si hoc imperium annuerit. Et hæc sunt vera, secundum Panor. post alios, etiam si pater habeat alios filios legitimos. Sed hoc intellige in oblatione, quę fit per patrem, etiam inuitis legitimis, si quos habebat. Sed si ipsemet filius naturalis curiæ se offerat, nihil agit, si sint patri alij filij legitimi, vt hæc probantur in dict. §.si quis igitur fuerit. & §.si quis igitur ex qualibet. in dicta authen. qui. mo. nat. effi. sui. vbi dicit esse casum Ang. quòd licet pater posit legitimare filium in pręiudicium legitimorum, tamen filius naturalis per semetipsum hoc nõ potest in præiudicium legitimorũ. quod præstat arg. quòd comes Palatinus, qui habet potestatem legitimandi filios naturales ex priuilegio, nõ posit legitimare naturales ad ipsorũ petitionem existentibus legitimis, sed bene potest ad petitionẽ patris.
95 de hoc magis ĩ. dicetur. † Quartus modus est, si pater copulet filiã suam naturalẽ officiali ciuitatis, de qua oriundus est, vel ciuitatis Metropolitanæ, vt dicta l.iij. C. de naturalibus liberis. & §.fina. Instit. de nuptijs. & succedunt tales cum legitimis, vt in dicta authentica, §. & quoniam variè. Vbi etiam est casus, quòd talibus legitimatis pater non potest plus relinquere, quàm relinquat vni legitimorum minus habẽti, vt superius dictum fuit, imò & plus

ibi singulariter dicitur, secundũ quod colligit Angelus, ꝙ filius qui passus est se legitimari per oblationem curiæ, quia sine patientia sua non valeret ullo modo legitimatio, etiã quæcunq́, vt ibi vult Angelus, & allegat in dicta authentic. §. si verò ab initio. & §. generaliter. & notatur expresse per glo. in authent. quibus modis naturales efficiuntur legitimi. §. si igitur. non potest postea repudiare hæreditatem paternã. Semel enim cõsuetudo se astrinxit curiæ. & secundum hoc ibi datur casus singularis, in quo filius per beneficium prætoris nõ habet ius abstinendi à paterna hæreditate. quod nota: quia regulariter contrarium est verum, vt in l. fin. C. de repudian. hæredita. & Institut. de hæred. qualita. & differentia. §. sed sui quidam. & ff. de acquirenda hæreditate. l. ei qui. & l. necessarijs. Dicit tamen Angelus in §. si quis igitur fuerit, in dicta authent. quibus modis naturales efficiun. sui. quòd hæc legitimatio per oblationem curiæ non est in
96 vsu. † Quintus modus est, si pater in publico instrumento vel subscriptione testium eum nominat filium, nec adijcit naturalem: quia tunc filius dicitur fieri legitimus, vt dicto §. ad hæc autem. in authentic. vt lice. matr. & auiæ. & differt iste modus à primo modo suprà posito, quia ibi loquitur de testamento, hic verò de quolibet alio instrumento. Item ibi instituendo eum hæredem, hic autem aliter eum filium nominando. & dicunt Doctores, in allegato cap. per tuas. quòd non solum erit legitimus ipse nominatus in tali instrumẽto, imò etiam filij ex eadem matre suscepti, dummodo patri non sint filij legitimi, in §. si verò. in authentic. vt lice. matri & auiæ. §. ad hoc. versiculo, si autem pater. &
97 dicta authentic. item si quis. † Sextus modus est legitimandi per subsequens matrimonium, vt dicto cap. tanta. & iuribus suprà allegatis. Hoc tamẽ intelligit Angelus in dicto §. fina. si filij velint, quia eis inuitis non legitimabuntur, vt dicto §. generaliter. & notat Angelus etiam in authentic. quibus modis naturales efficiuntur legitimi. §. j. vbi dicit esse casum. Et de isto modo legitimandi satis fuit dictum superius in præuidẽtialibus, & quòd per hunc modum non legitimantur suscepti ex muliere, cum qua tempore susceptionis liberorum, non
98 poterat esse matrimonium. † Septimus modus est, si pater dicit, se velle, filium naturalem succedere sibi, non dicendo ipsum filium vel legitimum, vt differat ab alijs casibus, postea autem illud approbauit princeps post mortem patris, tunc efficietur legitimus. & hoc probatur in dicta authentic. quibus modis narutales efficiuntur sui. §. si verò is
99 qui solum modo. † Octauus modus est, per rescriptum principis, vt si pater filios non habens legitimos, rescriptum impetrat à principe, quòd filius eius naturalis aut spurius sit legitimatus: & dicitur notanter, de patre filios legitimos non habente, quia hoc videtur esse requisitum de iure, vt probatur per textum in authent. quibus modis naturales efficiuntur legitimi. §. sancimus ergo. ibi, filios non habens legitimos. & §. sic igitur. ibi, qui legitimos non habent filios medemur. vbi per Angelũ. Hoc etiam probat textus, in dicta authentic. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. illud. versic. si quis ergo filios legitimos non habens. & ibi post pauca, legitimis, sicuti prædiximus, non existentibus. & in authen. præterea. C. de natur. libe. ibi, qui legitimam proiem non habet. quæ sumpta est ex dicto §. illud. Hoc etiam dicit Salicetus in allegata authent. item si quis. C. de natura. libe. in illa quæ
100 stione post Iacobum de Bello visu, talem † legitimationem filiorum illegitimorum factam per rescriptum principis, stantibus legitimis filijs nõ valere, nisi in rescripto principis de illis fieret mentio, & diceret princeps, non obstante tali lege, &c. & si ita non diceret, legitimatio non teneret: quia legitimis stantibus, tantum in duobus casibus valet legitimatio, scilicet per oblationem curiæ factam à patre, & per subsequens matrimonium, vt dicto §. generaliter. in fine. Panormitanus verò in repetitione dicti c. per venerabilem. recitatis opinionibus multorum, videlicet Bartoli, Baldi, Angeli, Gasparis de Calderinis, Frederici de Senis, Ioannis Andreæ ibi, & in additione, tit. de successio. ab intestato. versic. Item scias. Antonij de Butrio, & aliorũ vsq; ad tædium, videtur se resoluere, quòd si quæramus quantum ad existentiam legitimationis, non disputando de bonis, sed an persona sit legitima vel non, valet legitimatio, etiam non facta mentione legitimorum vel agnatorum, & eis non citatis, quia hoc publicum est & honestum, vt homines legitimi sint. j. distinctione. cap. ius naturale. & l. j. ff. soluto matrimonio. & erit iste legitimatus habilis ad suscipiendum ordines, cum non tractetur de aliquorum præiudicio, ideo legitimatio non poterit impugnari. Si autem quæramus de legitimatione quo ad bona ratione successionis, si illa fiat ad petitionem patris, & eius voluntatem eo viuo, valet legitimatio, siue sint legitimi, siue non, & siue fuerint citati, siue non. & ita refert tenuisse Fredericum de Senis, consilio ivij. secundum suam quotam. secundum quotam verò aliorũ, clv. qui Fredericus allegat quendam dominum Griffonum ita tenuisse. Hoc etiam tenuit Bartolus & Baldus, in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. Pro hoc allegat in authentic. de incest. nuptijs. §. fina. & Institu. de hæreditatib. quæ ab intestato deferun. §. j. Et est ratio, qua semper legitimatio pendet ex incommodo eorum, qui erant sue cessuri legitimatione non facta. Ideo tunc pater potest disponere quomodo libet in præiudicium sperantium hæreditatem, nec dicitur agi de eorũ præiudicio: quia viuo patre non dicuntur habere aliquod ius ad eius bona. l. post emancipationem. ff. de liberatio. lega. & l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. substit. & pater potest in vita sua filijs & agnatis præiudicare, si vult. l. cum adoptio. ff. de adopt. & sic cõmuniter tenetur secundum do. Ant. de But. Fienda est etiã hoc casu in legitimatione vel rescripto mentio legitimorum. Panormita. tamen post dictum dom. Griffonum dicit contrarium, & allegat hoc nulla lege caueri. Sed certè salua reuerentia hoc satis cautum videtur, per iura superius allegata, quæ loquuntur etiam de legitimatione facta per rescriptum principis in vita patris, & ad eius petitionem. Ideo Angelus in consilio xviij. vult, quòd ad legitimationem per rescriptum principis non de

non 'deueniatur stantibus legitimis, nisi dicatur
legitimis non obstantibus, & quòd cum muliere
tunc ex qua filium suscepit, non possit esse matri-
monium per illa iura, & oportet etiam ipsos filios
legitimandos consentire ab initio, vel ex post fa-
cto, vt alleg. §. illud. & §. generaliter. sufficit tamen
filios illos non contradicere expresse. & allegat gl.
hoc tenentem in alleg. §. liceat. super verbo, frau-
dare. & Azonem in summa, in authen. quib. mod.
naturales efficiuntur sui. Addit etiam aliud Angel.
quòd in hac legitimatione, quæ fit precibus obla-
tis, debet in supplicatione patris contineri per ex-
pressum, quòd vult pater filium illum naturalem
restituere naturæ & antiquæ ingenuitati & legiti-
mo Iuri, vt sub potestate eius cõsistat. Hęc sunt ver
ba, quæ ponit formaliter text. in authentic. quibus
modis naturales efficiuntur legi. dicto §. liceat. ver.
sit igitur. & in auth. quib. mo. natu. effi. sui. §. illud.
versi. sit igitur. vbi sunt similes per omnia text. &
isto modo legitimati in nullo differũt à legitimis,
vt dictis iuribus. Dicit tamen Angel. quòd satis &
compendiosè verba prædicta comprehenduntur,
si pater in supplicatione dicat, quòd petit & sup-
plicat filium illegitimum, fieri legitimum. cũ pro-
prium significatum huius verbi, sit natalibus resti
tutis. l. certum. ff. si certum petat. Item, quia hoc ex-
pressum dicitur, quod inest ex natura verbi hoc
importantis. l. prætor. §. interdum. ff. de noui oper.
nunti. sicut dicimus in substitutionibus contentis
in reciproca vel breuiloqua: namq; omnes dicun-
tur expressæ, licet non verbis specificis fiant, iuxta
notata in l. Lucius. & l. iam hoc iure. ff. de vulga. &
in l. precibus. C. de impu. & alĳs substit. & faciunt
notata per Ioannem de Imola, in capit. Raynutius.
extra de testamen. in materia vulgaris substitutio-
101 nis. vbi dicit † tripliciter aliquid esse expressum in
iure, scilicet in genere. l. si. cum ibi notatis. C. quod
cum eo. secundo specialiter. l. j. §. inter filiũ. ff. ad le-
gem Corneliam de fals. tertio singulariter, & pro-
prio nomine. l. quod in rerum. §. fin. iuncta gloss. ff.
de leg. j. Nec valet secundum Angelum id, quod vo
luit Iacob. de Bel. in §. filium. in authentic. quibus
modis naturales efficiuntur sui. scilicet, quòd legi-
timati per rescriptum principis, non consequun-
tur iura legitimorum, nisi quo ad legitimantem,
non quo ad alios agnatos eius, per illum textum:
quia dicit Angel. suam opinionem nõ esse veram,
nec meminerat Iacob. de dicto Azonis, in summa,
nec ponderauerat dicta iura, quæ dicunt taliter le-
gitimatos, nil à legitimis differre, & §. filium. lo-
quitur in legitimatis per oblationem curiæ, vt pa
tet ibi. & notatur per gl. in dicta l. cum in adopti-
uis. §. sed si quidem. C. de adopt. Et hæc de hoc pri-
mo membro, quando viuo patre, & ad eius petitio
nẽ filĳ legitimantur. Aut talis legitimatio fit prin
cipaliter ad supplicationẽ illegitimi patre adhuc
viuẽte. & post opinionum recitationes, credit Pa-
normit. dici posse, quòd si hæc legitimatio à prin-
cipio de consensu patris facta fuit, de quo cõsensu
legitimationem concedens fuit certificatus, valuit
legitimatio, & præiudicabitur agnatis fratribus,
vel vlterioribus, ex quo pater viuit, quia pater per
suum consensum potest præiudicare filĳs in vita
sua. dicta l. cum adoptio. Aut non apparet, quòd in
hac legitimatione ad instantiã filĳ facta interuene-
rit patris cõsensus, vel cõtradictio, quia ipso igno-
rante facta fuit: & tunc si apparet principem cer-
tificatum fuisse, quòd extabant filĳ legitimi, valet
hæc legitimatio, vt tenet Vbertus de Bobio, secũ-
dum quod recitat Ioannes Andreas in addit. præ-
dicta. Tamen Ioannes Andreas loquitur tantum
ibi de agnatis, & quando mortuus est pater. Aut
principi fuit narratum, quòd nulli extabant legi-
timi, cum tamen extarent: & legitimatio subre-
ptitia est: quia expressio quòd non extabant legi-
timi, induxit facilius principem ad legitimãdum:
ideo precator mendax caret impetratis. l. & si non
cognitio. cum l. sequen. C. si contra ius vel vtilita-
tem publicam. xxv. quæstio. ĳ. cap. & si non cogni
tio. & capit. ĳ. extra de rescript. cum concordantĳs.
Si verò non extarent filĳ, sed vlteriores agnati, de
quibus nihil dictũ est, valet nihilominus legitima-
tio facta in vita patris, nec illorũ requiritur consen
sus, quia in vita illius, de cuius hæreditate agitur,
nullum ius habent. Si verò legitimatio esset facta
proprio motu principis, tũc secundum Panormi-
tanum motus proprius tollit surreptionem in le-
gitimatione, non tamen tollit effectum intentio-
nis principis, secundum ea quæ notantur In cap. si
motu proprio. extra de præbendis. libro vj. Hæc
doctrina non est perfecta. Ideo dominus Paulus de
Castr. succinctè & breuiter in dicto §. & quid si tã-
102 tum. perfectius loquutus est, dicens, † quòd si hæc
legitimatio fiat in vita patris, & ad eius postulatio
nem, siquidem ipse pater non habebat filios legiti
mos, sed bene habebat agnatos, valet legitimatio,
licet de agnatis nullã fecerit mentionẽ, nec consen
serint, nec fuerint requisiti, per dict. legẽ, cum ado-
ptio. quia pater poterat eis auferre bona, extrane-
um Instituendo. ergo etiam filium naturalem legi-
timando, sine illorum iniuria. Si autem habebat
filios legitimos, tunc si de illis non fiat mentio in
genere vel in specie, non valet legitimatio, tanquã
surreptitia, quia non solet fieri, nisi in defectum le-
gitimorum, vt iuribus superius allegatis, in qui-
bus hoc est expressum. vnde creditur, quòd si prin-
ceps sciuisset subesse legitimos, non legitimasset il-
legitimũ, per iura vulgaria. l. nec auus. C. de eman-
cipat. liberor. & l. ĳ. §. si quis à principe. ff. ne quid
In loco publico. Si autem de illis facta fuit mentio,
tunc si fuerit dictum in rescripto, quòd non fiat eis
præiudicium, valet legitimatio, tamen legitima-
tus non succedet cum legitimis ab intestato: sed be-
ne poterit pater in testamento sibi relinquere, dum
modo legitimam filiorum aliorum legitimorũ nõ
minuat, vel relinquat ei plus quàm vni legitimo-
rum minus habenti, vt superius dictum fuit, per l.
communium. §. fina. C. de natur. libe. & dicto §. &
quoniam variè. in authentic. quibus modis natu-
rales efficiuntur sui. & ita intelligit Paulus de Ca-
stro notata Ioann. Andr. in additionibus, titulo, de
successio. ab intestato. ante finem. vbi refert quæ-
stionem disputatam. Si verò non fuerit dictum
in rescripto, quòd non fiat eis præiudicium, tunc
legitimatus iste poterit succedere ab intestato,
vnà cum alĳs legitimis, à quibus in nihilo differt,

per iura superius allegata. & hoc in legitimatione quæ fit per principem: sed in illa, quæ fit per matrimoniū subsequens, potest etiam minui legitima legitimorum aliorum, per dictum §. generaliter. in fin. & hoc etiā voluit Ang. in dicto §. & quoniam varie. vt suprà dictum est: probatur etiam ratione secundum Paul. de Castro, quia pater recipiendo nouam vxorem, & procreando ex ea filios, præiudicat alijs filijs natis in diminuendo legitimam, quia si legitimus esset vnicus, haberet trientem pro legitima: sed si ex nouo matrimonio nascātur duo, triens diuidetur inter tres filios, vt in authent. nouissima. C. de inoff. test. & suprà dicta habent locū, quando legitimatio facta est in vita patris. Si verò
103 † legitimatio fiat post mortē patris, quęstio est, an retro trahatur, & auferat bona venientibus ab intestato. & hæc quæstio fuit disputata, vt recitat Bart. in alleg. §. & quid si tantum. & ibi Doctores. & dicatis resoluendo, quòd si pater mandauit eam fieri post mortē suam, idem per omnia dici debet, sicut quando in vita patris facta fuisset, vt dicit Bartol. & Doctores, vt dicta authent. item si quis. C. de natural. libe. & in §. si verò is qui solum modo. in authentic. quibus modis naturales effi. sui. Si verò non mandauit pater eam fieri, tunc cum ius adeundi & succedēdi post mortem patris sit alteri delatum & quæsitū, si non fiat mētio de illis in genere vel specie, non valet legitimatio, quia non est credēdum, quòd ius alteri quæsitum voluerit princeps auferre. Nec est curandum, vt inquit Paulus de Castro, isto casu, an sint alij filij legitimi, an nō, sed alij consanguinei vel agnati, vt differat iste casus à præcedenti, quando in vita patris, vel eo mandante fit legitimatio, in quo agnati non sunt vocādi, nec est de eis fienda mentio. sed hic, sic propter ius succedendi eis quæsitum, quod sine ipsorum voluntate eis auferri nō debet. l. fi. C. de pact. & l. si filiosa. §. maritum. ff. solu. matrimo. facit l. penult. ff. de natarestit. per quam dicit Bartol. in hac legitimatione consensum agnatorum requiri. Fictio enim non trahitur retro ad illorū præiudicium, quibus medio tempore est ius quæsitum, nisi ad illud specialis fiat restitutio. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & cap. is qui. extra de sponsal. nec etiam curari debet, vt dicit Paul. de Cast. an fuerit adita hęreditas vel non, ante huiusmodi legitimationem, licet hoc voluerit Bald. in l. Deo nobis. C. de episcop. & cle. sed ipsemet aliter loquitur in procemio C. circa fi. & hoc tenuit Hostien. in summa, qui filij sint legit. §. fin. in principio penultimæ columnæ. versi. quid si Imperator. & Ioan. Andr. in cap. quamuis. & cap. si pro te. per illa iura, extra de rescrip. lib. vj. in nouella. & faciunt quæ notauit in principio secundæ quæstionis, positæ in mercurialibus, in regula, sine culpa. libr. vj. & in addit. Specul. de success. ab intesta. §. ij. versic. primam quæstionem. Si autem facta sit mentio, quòd princeps legitimauit, non obstante, quòd sit alijs ius quæsitum & delatū, vt in practica dicit Paulus de Castr. se vidisse in quibusdam legitimationibus, distinguit ipse, an hęreditas esset adita: & putat, quòd nō valeat quantum ad præiudicium illius, qui adiuit: quia licet sit sibi acquisitū dominium, per modum iuris ciuilis: tamen dominium est de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. ideo non potest sibi auferri per principem, sine causa concernente publicam vtilitatem, vt plenē notatur in l. fin. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. & l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vendi. & in cap. quæ in ecclesiarum. extra de constitu. per Innocent. sed si hæreditas non esset adita, licet esset delatū ius adeundi, & succedendi, quia illud est merē de iure ciuili, princeps potest illud auferre, per ea quæ notantur in locis proximè allegatis. & ita dicit dominus Paulus de Castro se consuluisse, licet non reperiat aliquem hoc tangentem. sed certē salua sua reuerentia Baldi fuit hæc distinctio, quam ipse tacuit, vel non est recordatus in l. ij. in fine. C. de iur. & facti ignor. qui ita distinguit ibi. & etiam hoc ponit in cap. j. hic finitur lex, deinde consuetu. regni incipi. vbi potest videri. licet Barto. in alleg. §. & quid si tantum. non distinguendo, an sit adita vel non adita hæreditas, dicat principem præiudicare posse si velit illis, quibus est ius quæsitum, per l. ij. in fi. ff. de nata. restit. sed distinctio prædicta habet magnam æquitatem & rationem. & secundum illam debes intelligi Bar. quia aliàs, vt dicit Bald. in dicto cap. j. inciperet fieri valde iniquum priuilegium principis, argumen. ff. de vulg. l. ex facto. &
104 † quòd legitimatio priuilegiū appelletur, potius, quàm ius commune, patet in dicta authentic. item si quis legitimus. C. de natural. liber. ibi dum dicit text. principis & legis dono. per quod vocabulum significatur quædam liberalitas & priuilegiū principis. facit ca. ex tuarum. extra de autor. & vsu palij. & l. princeps bona. ff. de verb. signi. & l. si quando. C. de bon. vacant. libro x. Addit etiam Paulus de Castro præmissis, quòd in legitimatione facta per comitem palatinum, habentem potestatem legitimandi, debet respici potestas sibi data: quia in dubio nō censetur data potestas legitimādi, nisi eo modo, quo princeps legitimaturus esset ex ordinata potestate, non ex suprema & absoluta, argumē. in l. ex testamento. in fine. C. de testament. militis. & in l. j. in fi. de officio præfecti prætorio orientis & illyrici. & ideo hoc casu, si pater habebat filios legitimos, & naturales, etiam ad supplicationem eius, & eo viuo, non posset dictus comes legitimare bastardum, quia hoc princeps non faceret de or-
105 dinata potestate, cum non sit fienda † legitimatio ordinariē, nisi in defectum legitimorum, vt iuribus allegatis ō. in principio huius octaui modi, licet bene possit de plenitudine potestatis, faciendo de legitimis mentionem, & derogando iuribus in contrarium facientibus. sed iste comes non posset vllo modo, stantibus legitimis, si simpliciter data est sibi potestas legitimādi, nec fuit dictum, etiam existentibus filijs legitimis. quod est bene notandum. Sed vide ad hoc elegantia verba Baldi, in alleg. l. eam quam. C. de fideicommiss. in quæstione, quæ incipit, interrogatus fui, an in priuilegio, &c. Præmissa etiam trahunt Doctores ad quæstionem, quam tractat Ioannes Andreas in Mercurialibus, in dict. regula, sine culpa. si cōsuetudo habeat, quòd
106 primogenitus succedat, an † legitimatus primo natus, excludat secundo genitum legitimum, post cuius natiuitatem fuit legitimatus. & Ioan. And. Quæstio.
ibi

ibi allegat cap. si pro te. & cap. quamuis. extra de rescriptis. libro vj. & per illa iura tenet, quòd non. Nam si iste fuit legitimatus per subsequens matrimonium secundo loco contractum, erit casus in c. si pro te. allegato, quòd debeat præferri secūdo genitus legitimus, cui erat ius quæsitum vigore consuetudinis ante legitimationem istius: si autem fieret legitimatio per viam restitutionis, erit casus in cap. quamuis. præalleg. quia secūdo genitus est primogenitus à iure, vt dicit Bald. in dicta l. eam quā. Item duæ abusiones non sunt simul tolerandæ in alterius præiudicium, nec in derogationem publici iuris, in cap. j. extra de fil. presbytero. lib. vj. Addit aliam rationem Paulus de Castro, in alleg. §. & quid si tantum. quia non videtur, quòd pater possit disponere in iure primogenituræ in præiudiciū filij, sicut nec in feudo. in cap. j. de success. feudo. & hoc tenuit Bartholomæus Brixiensis in suis quæstionibus, quæstio. xlv. quę incipit, quidam habuit filium. vt recitat Albe. est in procemio in fin. principij. & sequitur Bald. in l. quoties. C. de rei vendicatio. quia licet primogenitus sit natura prior, tamen iure fuit posterior: quia naturale & ciuile vinculum, ex quibus constat succesio, prius reperiuntur in legitime nato, quàm in legitimato, secundū

107 eum, post Iaco. But. †Sed contra hoc facit, secundum Paulum prædictum de Castro, id, quod suprà dictum est, quia contrahendo matrimonium vide tur quòd pater potest præiudicare filijs iam natis: quia fit legitimatio viuēte testatore, vel eo, de cuius hæreditate agitur, & sic tempore, quo ius primogenituræ non erat adhuc perfectè quæsitum secundo genito legitimè nato: videtur ergo, quòd licet secūdo genitus, qui incœpisset tenere primum locum in primogenitura, quia primo loco natus est legitimus, excludatur per legitimatum primo natum, licet postea legitimatum, cum legitimatio sit restitutio natalium, vt dicit gloss. in dicto §. & quid si tantum. nec videt Paulus de Cast. quomodo posit responderi ad illam gloss. nisi dicatur, ꝙ non poterat pater disponere in iure primogenituræ, contra illum, cui fuit ius in ea acquisitum. tamen hæc responsio tollitur, per ea, quæ dicta sunt, quia contrahendo matrimonium facit in legitima ius deterius aliorum, quibus nō poterat aliter præiudicare, per authent. nouissima. C. de inoffic. testa. & in §. j. in authent. de trien. & semisse. Obstant tamen isti legitimato aliæ rationes suprà dictæ. Faciunt ad ista, illa, quæ notantur per glos. & Docto. in l. imperialis. §. his illud. C. de nupt. & facit, quia legitimatio dicitur ortus legitimi, vt in euidentialibus dictum fuit: qua ratione dicit Bald. in alleg. l. eam quam. quòd si legitimatio præcessisset natiuitatem legitimi, præferretur tunc legitimatus in iure primogenituræ, quia legitimè natus non habuisset aliquod ius quæsitum ante legitimationem istius, ideo non fieret sibi aliquod præiudicium: & sic secundum eum noua proles legitimorum non excludit præcedentem legitimationem spuriorū, argumen. l. cum quis. C. de natur. libe. Istud tamen non admittit Bald. in bonis patrimonialibus, sed non in dignitatibus regalibus. vide circa hoc Bar. Bald. & Paulum de Castro in l. ex facto. ff. de vul

108 ga. Quærunt deinde Doctores, †nunquid sit necesse, quòd exprimatur qualitas illegitimitatis, puta, dicendo, quòd filius est spurius, filius monachi, vel sacerdotis, aut incestuosus, & similes qualitates habēs. Bal. in c. naturales. si de feu. fue. contro. dicit, ꝙ non, sed sufficit, quòd filius dicatur spurius, licet qualitas spurietatis non exprimatur, puta, non dicatur ex monacha vel adultera. & alleg. Ioan. Andream ita notauisse in cap. fin. de filijs presbytero. libro vj. in nouella. vide Angelum de Aretio Insti. de acti. §. omniū. vj. columna. Sed attende, quia videtur, quòd impetrans hoc debeat exprimere, quia difficilius dispensatur cum incestuoso, vel spurio, quàm cum illo, qui est naturalis tantum, vt patet in alleg. cap. per venerabilem. in fin. & in talibus nil debet taceri. xxv. quæstio. ij. per totum. & capit. super literis. & cap. cum dilecta. extra de rescrip. in cap. j. & ij. extra de confir. vtili vel inutili. & l. vniuersa. C. de precib. Imper. offerend. Et ideo Ioan. Andr. in addit. super rubrica, qui filij sint legitimi. inter cætera quærit, si quis se nominauit spurium, impetrādo legitimationē, & erat spurius duplicatus natus ex vxorato & vxorata, an valeat vel nō valeat impetratio, propter taciturnitatē duplicis spurietatis: & videtur, quòd non, per cap. si motu proprio. ij. responso. extra de præben. lib. vj. & cap. non potest. & cap. j. de fil. presbytero. eod. libr. in clemen. j. extra de præben. & l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adulte. & duplex funiculus difficilius rumpitur, quàm vnicus. in c. j. extra de treuga & pa. & C. de adopt. l. cum in adoptiuis. §. si verò. Item quandoq; spurietas concurrit cum incestu, & quodlibet de per se pœnam meretur. l. si adulteriū cum incestu. ff. de adulte. Facit cap. cum pro causa. extra de senten. excommunica. vbi excommunicatus pro duplici delicto, si absoluatur ab vno, remanet ligatus pro altero. Accedat l. si domus. ff. de ser. vrb. prædio. & cap. pastoralis. extra de priuileg. & l. vnica. in fi. primi responsi. C. de rapt. virg. vbi grauius est adulterium cū raptu, quàm sine raptu. cui concordat xxiij. quæsti. j. cap. non afferamus. Cum igitur vna de rationibus prohibentibus illegitimos promoueri vel succedere, sit odiū paterni criminis, vt dicit glos. in cap. ij. de fil. presbyt. libr. vj. ex grauiori ergo parentum crimine, strictius talis legitimatio est sumenda. & ita concludit Ioan. Andre. in dicta addit. dicens, sic fuisse disputatum per Azon. Et ad hoc bene facit quæstio disputata per Ioan. Calde. quam reassumit Ioan. And. in dict. addit. super rubrica, qui filij sint legic. quam etiam Hostię. fecit certis Doctoribus, vt ibi recitat Ioan.

109 And. †Papa concesit alicui potestatem legitimādi spurios naturales, item incestuosos vel adulterinos, quidā est ex incestu & adulterio simul, an possit ex tali potestate legitimare? & videtur quòd sic, quia gratia Papalis est amplianda, maximè data motu proprio, & est de iure cōcedentis nulli alteri præiudicialis. Facit quod notatur per Inno. in cap. olim. extra de ver. signi. & quod notatur in l. si. vbi per Bar. ff. de consti. principum. & in c. si pluribus. extra de præbē. lib. vj. & c. quia circa. & c. pastoralis. extra de priuil. & l. ij. C. de bo. vacā. li. x. & c. ex tuarum. extra de vsu & autorita. pallij. & faciunt ea

Quæstio.

quæ notantur per glos.& Bar.in l.ij.ff. verb.oblig.
vbi mistum seu compositum cõtinetur sub simpli-
ci.& hoc tenet ibi Bartol.scilicet,quòd posit cum
tali,per illum,cui est concessa talis potestas,dispen
110 sari.& etiam ibi Ange.†Sed his non obstantibus,
Ioan.Calde.in alleg.cap. per venerabilem.& Ioan.
Andr.in præalleg.addi. tenuerũt contrarium:quia
est tertia species non inclusa sub aliqua primarum.
& allegatur casus in dicta l. vim passam.§. pręscri-
ptione.ff.de adul.& casus omissus debet haberi pro
omisso,in l.commodissimè. ff.de libe.& posthum.
& l.si cum dotẽ.in princip.ff. solut. matrimo.& in
cap.susceptum.de rescrip.libro vj. & tenuit etiam
Ioan.Andr.in cap.at si clerici. §.de adulterijs.extra
de iudic. vbi latè per Panor. quia vbi beneficium
principis fit super materia odiosa,non debet extẽ-
di,argu. l.cum quidam.ff.de liber. & posthum.hæc
autem est materia odiosa & restringibilis,vt patet
in cap.j.& ij.de filijs presby. li.vj.& priuilegia nõ
sunt extendẽda,in cap.sanè.& cap. porro. extra de
priuil.Et vltra omnes dominus Ioan. de Imol. qui
aliquando hanc partem tenuit in alleg.l.ij.de verb.
oblig.allegat pro ista opinione casum,qui videtur
decidere hãc quæstionem, in c.quod dilectio.extra
de consan.& affin.vbi in simili deciditur, quòd ta-
lis potestas non est latè intelligenda: nam ibi dici-
tur,quòd si legato à Papa data est potestas dispen-
sandi cum coniunctis in sexto gradu: nã olim pro-
hibitio copulę matrimonialis se extẽdebat vsq; ad
septimum gradũ , licet hodie solum vsq; ad quar-
tum,vt in cap.non debet.de consangui. & affinita.
illa dispẽsatio debet strictè intelligi, quã do vterq;
coniunctorũ distat à stipite sexto gradu:secus quã-
do alter tantum. quamuis aliàs dici consueuerit,ꝙ
vt dicantur in sexto gradu sufficeret alterum dista-
re à stipite in sexto gradu, licet alter non distet,vt
111 ibi dicitur, & eod.tit. cap.fin.†Sed certè dominus
Ioan.de Imola ibi suam opinionem correxit,& te-
nuit opinionem Bartoli & Angeli,quæ subtiliter
intuendo verior est secundum eum. Nam licet legi
timatio considerata respectu eius cui conceditur sit
odiosa, & sic loquitur cap. j.& ij. de filijs presbyt.
libr.vj.& ita debet intelligi opinio Ioan. Andr.&
Docto.aliam partem tenentium,attamen respectu
eius,cui conceditur potestas legitimandi , videtur
fauorabilis, cum sit beneficium principis, per l.fi.
ff.de consti.principum.& per illa quæ habentur in
tex.& glos.& ibi notauit Lapus abbas, in cap.du-
dum.de præben.libr.vj.vbi dicit,quòd licet respe-
ctu eius,cui conceditur beneficium ecclesiasticum,
fiat stricta interpretatio,in cap.quãuis.de rescript.
& in cap.j.de præben.eo.lib.tamen secus est,quan-
do cõceditur alicui potestas beneficium ecclesiasti-
cum conferendi,vt ibi patet,& in cap. is cui.eo.ti.
& libr.& hoc est de mente Archidiac.in hac mate-
ria,vt in cap.j.de fil.presby.,lib.vj.glos.super ver-
bo,beneficiũ,& super ea Ioan.And.Nec obstat di-
ctum cap.quod dilectio.quia,ibi ideo fit illa inter-
pretatio , quia sic erat consuetudo interpretata,&
aliàs ibi surgebat scandalum , vt ibi sonat text. &
voluit Hosti.& Ioan.Andr.post eũ super glos.quæ
incipit,argumentum contra : secus esset,si cessaret
consuetudo & scandalum , & sic à contrario sensu
erit ibi casus pro hac parte.Nec ob.§.pręscriptio-
ne.in l.vim passam. quia ibi in materia odiosa, ne
crimina remaneãt impunita,sed genitus illegitime
non peccauit,vt dicto cap.nasci.lvj.distin.Et hanc
opinionem videtur tenere dominus Anto. de Bu-
trio,& Panor.in repetitione prædicta,hoc acto,ꝙ
non fiat præiudicium tertio per hanc legitimatio-
nem,puta filio legitimo,vel venienti ab intestato,
licet posset præiudicare fisco, cũ contra conceden-
tem sit tale priuilegium interpretandũ , secundum
notata per glos.& Innoc.in dicto cap.olim.de ver-
bo.signif. Sed vbi vellet alteri facere præiudicium
per legitimationem prædictam , sit verior opinio
Ioan.Calde.& sequacium suorum.& ita concordat
112 opiniones.Item†quæritur,nunquid de solennitate
necessaria legitimationis sit, quòd princeps dicat,
non obstante tali lege,vel tali:aut sufficiat, ꝙ gene
raliter dicat, non obstantibus legibus in contra-
rium facientibus.Et de iure nostro ciuili videtur ne-
cesse,quòd dicat specialiter,non obstante tali lege,
&c.Facit in simili l.si non speciali. C. de testamen.
iuncta l.si quando.C.de inoffic. testament.& quod
ibi notatur.Itẽ facit l.rescripta. C. de preci.Imper.
offe.quæ est canonizata xxv.quæst.ij.capit.per re-
scripta. & de iure communi, omnia iura commu-
nem videntur habere clausulam derogatoriã inser
tam respectu rescriptorum,vt non valeant,nisi fa
ciant mentionem de iure,tũ ratione falsitatis præ-
sumptæ , tum ratione defectus voluntatis princi-
pis.l.ij.§.si quis à principe. ff.ne quid in loc.pu.&
authent.hoc inter liberos.C.de testamẽ. & l.si quis
in principio testamenti.ff.de leg.iij.cum similibus.
De iure etiam canonico hoc probatur , scilicet ꝙ
requiratur,quòd fiat specialis mentio de iure,dicẽ-
do,non obstante tali lege,seu canone,in ca. ex par-
te.extra de capel.monacho.& in cap.nonnulli. ex-
tra de rescript.& in cap.j.extra de excess.præla.lib.
113 vj.gloss.in cap.j.de constit.eod. libr.†Et circa hoc
reperiuntur sex opinones,quas recitat Ioan. Andr.
latissimè,in dicto cap.j.extra de exces.prælat. libr.
vj.& ibi dominus Dominicus de sancto Geminia.
post eum,& Panor.vbi suprà. tandem verò distin-
guit,quia aut ius, contra quod scribitur, non ha-
bet clausulam derogatoriam,vel habet: & vbi non
habet,aut scribitur in facto dubio,in quo princeps
potuit errare de facili,& non valet rescriptum vel
priuilegium, nisi dicat,iure non obstante &c.arg.
c.nonnulli.extra de rescrip.& ibi hoc sensit de Bu-
trio,& Ioan.Andr.Si autem concedit priuilegium
siue rescriptum in facto euidentissimo contra ius,
vt quia mandat spurium succedere cum fratribus,
aut quod procedatur appellatiõe remota,vel quid
aliud simile: & tunc aut non tollit in totum ius al-
terius,sed differt,& valet nõ facta mentione de iu-
re.l.quoties.C.de precib.Imper. offe. Si autẽ in to-
tum tollit ius,aut partem iuris, non differendo,sed
auferendo,sicut est,quãdo legitimatur quis, vt suc
cedat cum legitimis vel agnatis,& sic aufertur pars
illis : & tunc aut princeps scribit ex certa scientia,
& taliter, quòd satis constat, quòd informatus est
de facto,& valet,licet nullam de iure, cui derogat,
faciat mentionem,secundum vnam opinionem in
præallegato cap.j.de excess.prælat. libr.vj. & glos.
in ver

in verbo, nostatur. in cap. j. de constitu. eod. lib. & glos. in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. publicā. vbi latè vide Salice. & notata glos. in l. ij. §. si is. ff. quod quisq; iuris. Facit quod notatur per glos. & Doctores, in cap. statutum. in ver. literarū. de rescrip. libr. vj. & in dicto §. fi. in authen. quib. mo. nat. effic. sui. ibi, & nulla penitus ignorātia nostrarum legum, &c. Adducitur etiam ad hoc, l. sed in hoc. ff. de excu sat. tut. aliàs Incipit, Idem Vlpianus. §. sunt & alij. Dicit Panor. in cap. nonnulli. de rescript. quòd intellectus verus dictæ l. est, quòd ibi princeps absoluit aliquem ab onere tutelę, & in facto particulari, & sic est potius beneficium absolutionis à tutela, quàm priuilegium contra ius. & hunc intellectum sentit Bartolus in extrauaganti, ad reprimendum. & l. fin. C. si contra ius vel vtil. publi. vbi dicit tex. quòd si princeps ei quem sciebat tutorem, concessit vt domicilium mutet, videtur eum absoluere ab onere tutelæ, & tamen hoc est contra ius, sed sufficit certa scientia principis, quæ operatur, vt ibi inquit Bald. idem, quod clausula, non obstante. Nam etiam, vt dicit idem Bal. in l. eos. in prin. C. de ap-
114 pella. † quando princeps aliquid facit ex certa scientia, videtur facere de plenitudine potestatis, dum tamen verbs, ex certa scientia, ponantur in rescripto, vt notatur in clemē. j. de iudi. dicit tamen Panor. quòd sufficit isto casu de intentione principis & mente apparere. non enim refert quid ex æquipollentibus fiat. l. certum. ff. si cer. peta. & in cap. licet ex quadam. extra de testib. allegat etiam Bald. in dicto cap. naturales. si de feu. fue. controuer. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ri. nupt. vbi princeps ex certa scientia illegitimos facit legitimos, & nō solum proprio motu, sed ad supplicationē. quod dicit esse notabile. Aut non conceditur ex certa scientia tale priuilegium, sed simpliciter: & tunc sufficit facere mentionem in genere de lege, contra quam scribitur, dicendo, non obstante lege, &c. Ideo dicit dominus Antonius in dicto cap. per venerabilem. quòd in rescripto legitimationis sufficit hoc dicere: quod cōfirmatur, quoniam, vt dicit Oldr. quæstione mihi ix. clausula, nō obstante, videtur apposita, vt gratia vel rescriptum, omnem quem potest melius sortiatur effectum, arg. ff. de testam. ma. l. si quis locuples. & l. j. §. j. ibi, si enim testator, &c. C. cōmunia de lega. faciunt notata in c. cū aliquibus. extra de rescript. libro vj. per Ioann. Mona. & Archid. in glos. j. & Dominic. de sancto Gemi. in cap. j. extra de consti. eo. lib. facit quod notatur in sæpe dict. §. fi. in authen. quib. mod. natur. effic. sui. qui sic potest intelligi. Aut ius contra quod scribitur, habet specificam clausulam derogatoriā: & tunc necesse est, quòd specialiter dicatur, non obstante tali lege, per l. iubemus nullam. C. de sacr. sanct. eccles. l. causas. C. de transact. in c. nonnulli. extra de rescri. in cap. ex parte. de capel. mon. & in cap. j. de excess. prælat. lib. vj. & facit pro hoc ratio l. prout quisq;. ff. de solu. & l. nihil tam naturale. ō. isto tit. secundū Sali. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. vbi ferè si-
115 milem distinctionem ponit. † Hoc tamen ibi intelligit, quando rescriptum conceditur particularibus personis. secus si esset generale quo ad omnes, vel vnam prouinciam aut ciuitatē: quia tunc teneret rescriptum, etiam si non tollatur specialiter lex illa. ad quod allegat glos. singularem, C. de decuri. l. exemplo. lib. x. & hoc facit fauor multorū, secundū And. de Barulo, & Ia. Rebuffi. ibi, sed in particularibus personis habent locum suprà dicta, scilicet, quòd necesse est specialiter tollere legē habentē clausulam derogatoriam. & sic cū sint certi casus speciales habentes dictam clausulā prohibitoriam seu derogatoriam, remanet in alijs regula in contrarium, l. j. in fi. ff. ad municip. & notat glos. Ioan. And. super rubrica, extra isto eo. ti. li. vj. non credit autē, q̄ reperiatur ius in materia successionis disponens, q̄ legitimatus per principē nō possit succedere, nisi fiat specialis mētio de illo iure, ideo sufficit clausula generalis, nō obstante. Si verò reperiretur tale ius, nō sufficeret clausula, nō obstante, nisi adijceretur specialis derogatio illius iuris. Et si fortè diceretur, q̄ reperitur tale ius in hoc articulo, in d. §. fi. vbi dicit tex. q̄ spurij nullum legis habēt participium. & ibi gl. vult, quòd in legitimatione talium facta per principem sit necesse expresse derogare illi authenticæ. & idem voluit gl. in auth. hoc inter liberos. C. de testa. Sed illæ gl. debēt intelligi, quando iura habent clausulas specificas derogatorias, quas dicuntur habere, quando lex supplicari prohibet, & supplicato vel impetrato vti rescripto, vel quòd dicatur specificā illius legis fiendā esse mentionē, si illi derogetur, vt l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. & iuribus superius alleg. & sic intelligatur dict. auth. hoc inter liberos. & licet Imperator dicat in dict. §. fi. quòd ex dānato coitu nati non habent legis participium, non tamen ibi fit prohibitio supplicationis principi porrigēdæ, vel q̄ in tollēdo illā legē requiratur specialis illius mentio. & pro hoc facit, quod not. Bar. & Salicet. in l. fi. alleg. C. si contra ius vel vtilit. public. & per Bart. in extrauaganti, ad reprimendum. super verbo, non obstante. licet Bald. aliter dicere videatur, in alleg. l. eam quā. C. de fideic. & tenendo id, quod dictum est suprà, scilicet, quòd iura habent clausulam derogatoriam, putat do. Panor. sufficere generalem clausulam, non obstante, vt suprà dictū est. Prædicta tamen sunt vera, quo ad legitimationē, quā facit princeps: sed in potestate vel priuilegio legitimandi, quod alteri cōcedit, nō est necesse apponere clausulam, non obstante tali lege, &c. secūdum Ioan. Calde. vt recitat & sequitur Bald. in alleg. l. eam quam. C. de fideicommis. quia istud est mandatum, non legitimatio. Item ordinariæ iurisdictionis collatio non requirit has clausulas. Legitimare autem est volūtariæ iurisdictionis. l. j. C. de eman. libe. & l. ij. ff. de offi. procon. & notat glos. ij. in alleg. c. per venerabilem. & ideo comes palatinus coram se ipso potest filium suum legitimare, & multò magis filium fratris, vel alterius coniuncti, vt notatur per Bald. in l. si consul. ff. de adopt. Vel secundum Bart. in l. imperium. ff. de iuris. om. iudi. est misti imperij. Item cum Imperator concedit potestatem legitimandi, intelligi debet cū effectu. arg. l. ij. ff. de iuris. omn. iudic. & l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; iur. Item quia nō ille qui mādat, sed qui legitimat, debet examinare defectus: & ideo, vt dicit Bal. ab illo posset appellari ad Impe-

ratorem, ſicut à cæteris decretis iniuſtis inferiorũ à
principe. Comes tamẽ palatinus & quicunq; alius
habens poteſtatem legitimandi, debebit habere à
principe facultatem legis tollendæ, ſecundum Pa-
nor. & vbi dicit Bald. debebit in legitimando ap-
ponere clauſulas cõſuetas, in materia ſucceſsionis.
Vltra præmiſſa eſt aduertendum, quòd ſecundum
116 aliquos requiritur, quòd hæc †legitimatio perſo-
naliter & per ſe petatur, ita quòd non per procu-
ratorem, arg. l. neq; abſens. & l. ſi poſt mortem. §. fi.
ff. de adop. & l. nec mulierem. C. de ma. vindic. & l.
iubemus. ibi, precibus à ſemet oblatis. C. de eman.
117 libe. & l. omnes. C. de his qui veni. æta. impe. †Cõ-
trarium determinauit Bart. quem ſequuntur Bald.
& Paul. de Caſt. in l. Gallus. §. forſitan. ff. de liber. &
poſthu. & Bal. & Albe. in dict. l. poſt mortem. §. fi.
& probãt hoc iuribus & rationibus: quia vſus pro
curatoris neceſſarius eſt, & permiſſus, in l. j. §. vſus.
ff. de procurat. Item, quia reſcriptum poteſt à quo-
cunq; impetrari, nec refert à quo. l. vniuerſis. C. de
precib. Imper. offerẽ. & impetratio reſcripti poteſt
fieri per procuratorem. extra de reſcrip. c. ex parte
decani. & iſte impetrator legitimationis, tã reſpe-
ctu patris, quàm filij magis dicitur ſupplicator, q̃
118 procurator. †Itẽ ex parte patris legitimari faciẽ-
tis, non eſt neceſſaria præſentia ipſius, vt probatur
per auth. item ſi quis. alleg. C. de nat. libe. vbi ſuffi-
cit quòd filius oſtendat voluntatẽ patris vltimam
vel præambulã, nec eſt neceſſe, quòd pater ſit præ-
ſens. Itẽ ex parte filij legitimati non requiritur eius
præſentia: quia ſufficit quòd habeat ratam legiti-
mationem, in authen. quib. mod. natura. effic. ſui. §.
& quoniã variẽ. & §. generaliter. Et pro iſta opi-
nione eſt caſus, ſecundum Bald. poſt Huber. de Bo-
bio, & Cy. in dicto cap. per venerabilem. in princ.
vbi etiam hoc tenet Panor. & pro hoc facit ſecun-
dum eum, quia etiam beneficia conferuntur abſen-
tibus. in cap. accedens. extra de præben. & c. ſi tibi
abſenti. eod. tit. libr. vj. Non obſtant iura ſuperius
in oppoſitum allegata, ſcilicet l. poſt mortem. §. fi.
& l. iubemus. quia illa iura loquuntur, quando pa-
ter diſponit, licet autoritate iudicis emancipando
vel adoptando, & illa fieri non poſſunt per procu-
ratorem, quia non ſunt in adminiſtratione patri-
monij, vt notatur per gloſ. & Doctores, in dicta l.
neq; mulierem. ſed in legitimatione pater nihil di-
ſponit, quia ſolum principi legitimanti conſentit,
quia nõ ipſe ſed princeps legitimat. Item l. omnes.
non obſtat, quia ibi erat actus examinationis per-
ſonæ fiendus, & ideo non poteſt fieri per procura-
torem, ſicut dicit ibi Bal. omnes examinãdi & pro-
mouendi in curia Romana, qui examinantur de li-
teratura, cõſtructione, & cantu, nõ poterũt exami-
nari, niſi per ſe ipſos. hoc autem ceſſat, quando ille-
gitimus legitimatur, quia nulla eſt ibi ſuę perſonæ
fienda examinatio. Et ita pertranſeunt Doctores,
quos vide in locis ſuperius allegatis. Et adde nota-
ta per Inno. in cap. cauſam. extra qui filij ſint legit.
vbi tenet, quòd in cauſa legitimitatis admittitur
defenſor ſine mandato, ſicut in cauſa ſtatus. l. nõ ſo-
lum. §. ſi ſtatus. & §. fi. ff. de procur. & l. procurator.
119 §. ſi quis. ff. rem rat. hab. Item nota, † quòd in hac
legitimatione requiritur quòd ſimpliciter fiat, nõ
autem quo ad quid, quia eſſet quoddam mõſtrum,
quòd quo ad quid quis legitimaretur, vt in dicto
cap. per venerabilem. ex quo inferri videtur, quòd
pater non poſſet filium legitimare hoc pacto, vt in
certa parte ſuccedat, tanquam legitimus, & in cer-
ta parte non, quaſi illegitimus. Facit l. ſi tibi filius.
aliàs incipit, quæſitũ. ff. de adop. vbi quo ad vnum
tempus non poteſt quis eſſe alicui adoptiuus, quo
ad aliud non. Dicit tamen Panor. hoc dictum eſſe
verũ, quando ex hoc ſolo nõ poſſet ſuccedere, qua-
ſi quo ad illam partem non poſſet eſſe legitimus,
quia hoc eſſet monſtruoſum, vt dict. cap. per vene-
rabilem. ſed bene poteſt quis legitimari, vt ſit legi-
timus in totum, & tamen quo ad certam partẽ bo-
norum ſolum ſuccedat. Et allegat dominum Anto.
de Butrio, & Bart. ita tenuiſſe. pro quo facit c. j. in
feu. de filijs natis ex matri. ad morga. contracto. Et
ita dicit dominus Anto. ſe reperiſſe in quibuſdam
antiquis recollectis Bartoli, in dicta l. ſi tibi filius.
120 aliàs, quęſitũ. Præterea quæritur, †an Papa poſsit
vbilibet legitimare quo ad omnia, ſcilicet ſpiritua-
lia & temporalia. gloſ. ij. & Doct. in dicto cap. per
venerabilẽ. hoc diſputant, & adducunt ad vtranq;
partem rationes & argumenta. & etiam Iacob. de
Bello viſu in dicta authen. quib. mod. natura. effic.
ſui. & do. Panor. in repetitione prędicta, ſuper dict.
gl. ij. recitat diuerſitates opinionũ, quæ fuerunt ſu-
121 per iſta quęſtione. †Prima fuit, quòd Papa nõ po-
teſt in terris ſibi nõ ſubditis in tẽporalibus legiti-
mare quo ad hæreditatẽ: quia hoc eſſet alterius iuri
dictionem turbare, cum ad ipſum non ſpectet de
temporalibus cognoſcere. in ca. cauſam. & c. lator.
extra qui filij ſint legit. c. nouit. de iudi. & c. ſolitæ.
de maio. & obe. & c. ſi duobus. in fi. de app. & xcvj.
122 diſtin. c. cum ad verum. Item, quia †actus legitima-
tionis eſt actus iuriſdictionis, vt patet in dicto cap.
per venerabilem. ſed in non ſubditum non exer-
cetur iuriſdictio, vt l. fi. ff. de iuriſ. om. iudic. & in c.
ij. extra de conſti. libr. vj. Probatur autem quòd le-
gitimare ſit iuriſdictionis, quia per hoc tolluntur
iura excludẽtia illegitimũ ab hæreditate: ſed tolle-
re illa iura, iuriſdictionis eſt, in c. licet. extra de pœ.
& dict. c. ij. de conſti. lib. vj. & etiã quia præiudica-
tur per legitimationem alijs ſucceſſuris ab inteſta-
to, ergo iuriſdictionis eſt, arg. l. nam ita diuus. ff. de
adopt. & l. de vnoquoq;. ff. de re iudic. Item, quia
Papa ſolum caſualiter exercet iuriſdictionem in
ſubditos Imperij, vt ſunt certi caſus enumerati in
c. licet. & c. cum ſit generale. extra de fo. competen.
& dicto c. ſi duobus. alleg. de appel. & cap. nouit. de
iudi. inter quos non reperitur ius legitimandi quo
ad ſpiritualia, & hęreditates. Et corroboratur, quia
actus faciendi hæredem eſt difficilis, & magnæ po-
teſtatis. Hinc eſt, quòd prætor qui per bonorum
poſſeſsiones facit aliquos poſſeſſores, nõ poteſt eos
facere hæredes, Inſtit. de bo. poſſ. §. quos autem. ſed
actus legitimationis facit hæredem, qui non eſt, &
aufert ei qui eſt, in authent. de inceſt. nupt. §. dubi-
tatum. & ſic cum hoc ſit ſupremæ & maximæ po-
teſtatis, non poteſt exerceri in nõ ſubditum, per iu-
ra allegata. Tandem verò pro iſta opinione vide-
tur caſus in dicto cap. per venerabilem. in ver. in-
ſuper. & hanc opinionem ſequitur gloſſa in ca. al-
legato

123 legato, per venerabilem. †Secunda fuit opinio, quòd
posit in omnibus locis quo ad spiritualitatem &
temporalitatem, & sic quo ad hæreditatem. & in
ista opinione fuit Hostien. dicẽs, quòd nullus alius
habet istam potestatem: quia secundum diuinam
& humanam legem, filij duorum fratrum legitimè
contrahunt, & legitimi essent eorum filij, nisi iuris
Canonici prohibitio obuiaret, vt notatur in c. de
infidelibus. extra de consan. & affi. & sic Papa po-
test facere de legitimo illegitimum, ergo fortius il
legitimos legitimare: quia primum est odiosum,
secundum fauorabile, ideo ampliandum. in l. cum
quidam. ff. de libe. & posthu. & in regula, odia. libr.
vj. Item, quia licet legitimare sit iurisdictionis, est
tamen voluntariæ, quæ extra territorium potest
exerceri, in l. ij. ff. de offic. procons. & l. emancipari.
ff. de adopt. Item, quia voluntaria iurisdictio pro-
rogabilis est fortius, quàm contentiosa. l. j. ff. de iu-
dic. l. si quis ex consensu. C. de episc. audi. & l. j. C. de
emancip. libe. in cap. de causis. & c. P. & G. extra de
offi. dele. & maximè in Papam, cui non deest iuris-
dictio ordinata, etiam in temporalibus habitu, vt
notatur in dict. c. nouit. de iudi. & c. causam. qui fil.
sint legi. & in c. venerabilem. extra de electio. Præ-
terea radix & fundamentum, à quo surgit hæc le-
gitimitatis & illegitimitatis differentia, scilicet
matrimoniũ est in manibus Papæ. ergo potest Pa-
pa vbilibet legitimare, ex quo habet merũ laicum
sibi subditum quo ad matrimonium, vt dicto cap.
causam. & c. j. & c. tuam. extra de ordi. cogni. Item
pro hoc videtur casus in cap. j. c. cum inter. & cap.
quòd nobis. extra qui filij sint legit. vbi Papa sta-
tuendo facit quem legitimum, etiam quo ad hære-
ditates: ergo idem videtur posse indifferenter per
viam priuilegij, quoniam vtrunque dependet ab ea-
dem potestate. & ita residet Hostien. in dicto c. per
venerabilem. & in summa illius ti. §. fi. dicens plus,
124 quòd † licet Imperator sit maior inter principes
temporales. vij. quæst. j. c. in apibus. tamen nõ po-
test legitimare, nec super hoc constitutionem pro-
mulgare, arg. c. tua. extra de deci. quia matrimonia
non sunt de suo foro, vt dicto c. tuã. & extra de se-
cun. nupt. cap. fi. Ergo fortius talis dispensatio nõ
debet esse de suo foro, arg. extra de sentent. excom.
ca. cum illorum. Et ad iura dicentia Imperatorem
posse legitimare, de quibus in alleg. cap. per tuas.
extra qui filij sint legi. & suprà dictum est. Respon-
det Hostien. quòd exponi debẽt, scilicet, quòd legi-
timat Imperator, id est, admittit ad honores & di-
gnitates & actus temporales, ac si essent legitimi,
sed non verè legitimat. Ideo dat Hostiens. pro re-
gula, quòd qui non potest in matrimonio dispen-
sare, non potest etiam cum filio suscepto ex illo: sed
qui potest in principali, potest in accessorio, in re-
gula, accessorium. libr. vj. in cap. prudentiam. §. fi.
extra de offic. deleg. ideo Papa etiam cum filio su-
scepto de matrimonio contracto contra legem di-
uinam, nõ potest verè legitimando dispensare, nec
etiam cum adulterino, vt dicto c. per venerabilem.
in fi. Potest tamen quo ad spiritualia, ac si essent le-
gitimi dispensare, vt ibi. Et hanc opinionẽ secun-
125 dam, scilicet, quòd † Papa vbilibet posit legiti-
mare, etiam quo ad temporalia, sequuti sunt Ioan.
& Gaspar de Calde. dicentes, quòd hęc fuit antiqua
opinio Guli. Nazonis. & mouentur principaliter,
quia actus legitimandi, est actus cuiusdam faculta-
tis, nõ autem iurisdictionis, sicut Doctores facere,
vel milites, præbẽdam cõferre, & similia. Imprimit
enim quendam decorem, & nomen cuiusdam no-
tionis. l. nomen notionis. ẽ. ti. proximo. Ergo nihil
repugnat, quin Papa vbilibet facere posit. Tertia
126 fuit opinio, † quòd Papa directè non potest legi-
timare quo ad temporalia in terris sibi non subdi-
tis in temporalibus, sed per consequentiam & in-
directè legitimando ad spiritualia, legitimat rea-
liter ad temporalia, etiam quo ad hæreditatẽ, aliàs
mõstruosum esset, quòd quis legitimus esset in par
te, scilicet quo ad spiritualia, & remaneret partim
illegitimus, quo ad tẽporalia. quod improbare vi-
detur text. in dicto c. per venerabilem. eadem enim
res non debet diuerso iure censeri, l. cum qui ædes.
ff. de vsucap. Facit ad hoc, quia minus dignum tra-
hitur à magis digno, in c. quod in dubijs. extra de
consecra. eccles. vel alta. & c. vnico. eod. ti. lib. vj. &
c. is cui de canonicatu. de præbẽ. eo. lib. nec per hoc
dicitur Papa exercere iurisdictionẽ temporalẽ, quia
non hoc facit principaliter, sed per consequentiã
127 quandam. Quarta fuit opinio, † quòd etiam inci-
denter seu per consequentiam indirectè non habi-
litat realiter ad temporalia, id est, quo ad hæredi-
tatem, sed bene quo ad ea, quæ personæ cohærent,
& eam concernunt, vt ad honores & munera per-
sonalia vocari posit, & in omni foro illa exerce-
re: quo verò ad effectus reales personæ nõ cohęren-
tes & alteri præiudiciales, vt quo ad hæreditates,
non posit: quia non potest tollere ius quæsitũ non
subdito, cum hoc à iurisdictione pendeat, quã non
potest exercere in non subditum, per iura superius
allegata in prima opinione. Sed ista opinio cõfun-
di videtur, per rationem textus dicti c. per venera-
bilẽ. quia ex hoc sequeretur, quòd partim quis esset
legitimus, & partim illegitimus, quod est quasi
mõstruosum. licet posset respõderi, quòd hoc est di-
uersis respectibus. Et hanc opinionẽ videtur tenere
Inno. in dict. c. per venerabilẽ. in ver. præterea. Ex
quo sequitur, quòd taliter legitimatus poterit esse
iudex in quocunque foro, quia infamia illegitimita-
tis est sublata. Et sic videtis quatuor diuersas opi-
niones rationibus fulcitas. Prima opinio confun-
dit potestatem Papæ in tẽporalibus. Secunda opi-
nio fauet potestati Papæ, sed derogat Imperatori,
vt vult Hostiẽ. quòd non posit legitimare, de quo
esset valde mirandum. Aliæ duæ opiniones tenent
128 mediam quandam viam. †Ideo videndũ est, quid
sit in hac quæstione dicendũ. Et Ioan. And. in sæpe
dict. c. per venerabilem. distinguit, quòd quandoque
illegitimus susceptus est ex affectu nõ coniugali, &
tũc nõ potest Papa quo ad hæreditatẽ legitimare,
quia nõ potest supplere matrimonialem affectum,
seu cõsensum, vbi nõ est neque fuit. Facit in ar. l. qui
ad certũ. ff. locati. & l. sed & si manente. ff. de preca.
vbi eius quod nõ est, non potest fieri extensio. ideo
non potest legitimare, nisi quo ad suum forũ spi-
ritualem, nisi esset locus de sua temporali iurisdi-
ctione, vel nisi teneret locum Imperij, vt alleg. cap.
licet ex suscepto. de foro competen. Aut fuit ma-

trimonium opinatum, ex quo suscepta est proles, & consensus interuenit matrimonialis, sed nullum fuit propter aliquod impedimentum, diuina lege prohibente, vt quia vxoratus cum alia contraxit, & idem dici debet, vt in præcedenti casu: aut impedimentum erat non à lege diuina, sed canonica tantum, vt quia cōtractum cum consanguinea vel affine in gradu lege canonica prohibito: & tunc si Papa legitimet referendo se ad radicem matrimonij, dicēdo, legitimamus matrimonium & prolem, proles illa legitimata erit quo ad vtrunq; forum, cum Papa potuerit tollere impedimentum lege canonica inductum. Si verò Papa vtatur solo verbo dispensationis, & tunc ad illa prohibita solum admittitur, in quibus est dispensatum, cum tales dispensationes sint odiosæ, in c.j. extra de filijs presbytero. libr. vj. & sic sentit, quòd dispensatio non extenditur ad subiectos alteri territorio in temporalibus. Nec obstat secundum eum si dicatur, quòd Papa dispensat ex causa in matrimonio & gradibus diuina lege prohibitis, vt notatur in cap. literas. extra de restit. spoli. quia licet approbet matrimoniū, vt ex nunc, non tamen vt ex tunc. quāuis ex causa in prohibitis per legem canonicā possit approbari vt ex tūc, quia plus potest in illis, q̄ in istis. c. ex parte. ij. extra de offic. dele. & in clemen. vnica. de immu. eccle. Concludit ergo Ioan. Andr. quòd Papa vbiq; legitimat incipiēdo à radice matrimonij, vbi incipere potest: sed vbi non se refert ad radicem, vel vbi non potest se referre, sit potius quædam dispensatio, quæ se non extendit ad terras ecclesiæ non subiectas. Et hæc opinio est æqua secundum dominum Anto. de Butrio, in dicto cap. per venerabilem. refert tamen, quòd dom. Gaspar de Calde. damnat opi. Ioan. Andr. in hoc, quòd dicit Papam non posse legitimare quo ad hæreditatem, vbi non fuit matrimonialis consensus, quia non potest supplere consensum matrimonialē, qui non est: quia secundum eum hoc non potest procedere, quia Imperator legitimare potest, qui tamen super matrimonio non potest dispensare: & aliud est approbare matrimoniū, aliud legitimare prolem. quia hoc vltimum fieri potest mortuis parentibus, vt suprà dictum est. & hac ratione ab olim dominus Anto. dānabat Ioan. And. sed do. Floren. sustinet ipsum Ioan. And. quē dicit non esse reprobandum: quia ipse ponderauit duplicem legitimationem. vnam propriam & restitutiuā legitimitatis, quam propriam vocat, quia disponit in radicem, vnde surgit vitium illegitimitatis. quædam est impropria, quæ nō est restitutiua seu reintegratiua, sed noui iuris legitimitatis collatiua, vt est illa quæ non disponit in radicem matrimonij, imò de nouo confert legitimationem, & illam vocat dispensationem. Vnde fatetur, quòd primam non potest facere Imperator, vt dicebat Hostiē. In secūda opinione superius recitata, nec Papa potest ibi facere matrimoniū, vbi nō est, nec esse potest, cum deficiat principium, vt alleg. ca. tanta. quia ex quo non potest coaptari veritas nec fictio, in dict. cap. is qui. extra de spōsal. & sic dictum Ioan. And. procedit de plano, quia disponēdo in radicem matrimonij, Papa potest vbiq; terrarum legitimare, sed collatiuam legitimationē non potest vbicunq; facere, quia operaretur principaliter effectus imperiales, qui nō sunt suæ potestati subiecti. Circa hoc videte latius Ioā. And. in regula, sine culpa. lib. vj. in Mercurialibus. Ipse verò Gaspar de Calder. vt suprà dictum est, tenet fixè, quòd Papa indistinctè legitimare potest, etiam sibi non subditū in temporalibus, quia cū Imperator possit, hoc fortius debet posse Papa, à quo Imperatoris potestas dependet, vt in extrauagāti Bonifacij octaui, quę incipit, vnam sanctam. Sed dominus Florē. residet in opinione Ioan. And. Dominus autem Anto. de Butr. in hac materia habuit suas cogitationes, & dicit primò esse considerandum, quam potestatem habet Papa in temporalibus. & de hoc est magna & dubitabilis quæstio in iure, & argumentabilis. videtur enim, q̄ æternæ vitæ clauigero, id est, beato Petro & successoribus suis tradita sunt vtriusq; regni gubernacula, cœlestis scilicet & terreni. xxij. distin. omnes. xv. quæst. xj. c. alius. & c. nos sanctorum. & c. iuratos. & j. q. iij. c. præsulatus. in princ. extra de re iudic. c. ad apostolicę. lib. vj. & in omni totius orbis loco Papæ iurisdictio se extendit. ix. quæst. iij. c. cuncta per mundum. & c. per principalem. Et si dicatur, quòd hoc statuerūt Romani Pōtifices in suum fauorem, potest dici, quòd si quis enumeret regna mundi vsq; ad Christū, qui fuit & est dominus naturalis, & rex regū, inueniet ita esse, vt pulchrè deducit Innoc. in cap. licet ex suscepto. extra de foro compet. & Ioan. Fab. in l. j. C. de sum. tri. & fide cathol. nec negari potest, vtrunq; gladiū esse penes ecclesiam, quod notāt verba Apostolorum, in quorū persona designatur ecclesia: ecce duo gladij hic, scilicet in ecclesia: nec Christus alterum nimis, sed satis esse respondit: & ideo cum Petrus gladium exeruit, nequaquam vt abijceret iussit, sed vt in vaginam cōuerteret imperauit, quasi exercitium regulariter prohibens, nō auferens Imperium, vt prosequitur Oldrad. quæstio. mihi cxxx. & habetur ex verbis beati Bernardi, in epistola ad Eugenium Papam, lib. iiij. cap. iij. Et posset probari per multas autoritates sacræ scripturæ. Certum

129 est enim, quòd † Papa est Christi vicarius, Christus autem dominus est cœli & terræ, vt legitur in Psalmo, & c. tua. extra de decl. & legitur Matthæi vltimo, Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra. Ideo ridiculum esset dicere, quòd Papa in vilibus temporalibus non habeat superioritatem, & potestatem, cum omnis iurisdictio transeat in vicariū, arg. in c. ij. extra de offi. vica. & l. j. C. de offic. eius, qui vicem alter. gc. Nec reperitur, quòd potestas beati Petri fuerit à Christo restricta ad spiritualia. Imò si quis euoluat scripturas, videbit q̄ penes eum fuit, & est iurisdictio tēporalis, & principatus. vt enim dicit Inno. in dicto c. licet ex suscepto. & recitat Oldr. quæst. mihi cexcj. Deus à principio per se ipsum rexit mundum, & iurisdictionē exercuit, sicut factor rē suā gubernat, dedit q; præcepta & prohibitiones, vt habetur Genesis iij. c. & peccantibus pœnam imposuit, & tulit contra eos sententiam, vt patet in expulsione primorum parentum de Paradiso, in sententia lata contra Cain. & Lamech, vt ibi habetur, & ibi rexit mundū per se ipsum

se ipsum, vsq; ad Noë. Noë autem qui obtulit holocaustum domino, & ædificauit altare, vt patet Genesis viij.cap.facit c.nuptiæ.xxxij. q.j.quod pertinebat ad solos sacerdotes, habuit regimē omniū qui erant secum in Arca, etiam in temporalibus. Melchisedech etiam, qui fuit sacerdos Dei summi, & fuit rex Salem, sicut legitur in Genesi xiiij. cap. habuit vtranq; iurisdictionem. Moyses postea, de quo dicitur in Psalmo, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, qui etiam Aarō & filios eius in sacerdotes consecrauit. xxj.distinct.c. j.& Exodi xxx.c. notatur in c.porro.lxvj.distinct.per Archid.quem videte, iudicauit populum Israëliticum quo ad tēporalia, etiam in caussis hæreditarijs & merè tēporalibus, vt probatur Numeri xxvij.c. & facit viij. quæstio.j.cap. Moyses. & Deutero.xviij.c.& multis locis apparet etiam in libr. Iudicum de multis. in lib.etiam Regum, Samuel propheta & sacerdos iudicauit populum. Imò quando populus petijt regem, displicuit domino multum, vt legitur j.Regum, viij.cap.nulli autem debet esse dubium, quādo Papa omnium istorum dignitates & potestates habeat, imò plus: quoniam vt dicit beatus Bernardus ad Eugenium Papam, libro ij.capit.vij. Papa est sacerdos magnus, summus pōtifex, princeps Apostolorū, primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, autoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. ipse est, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Et si multæ autoritates contrariari videntur, in capite, nouit.extra de iudi.& dicto c.licet ex suscepto. & c.causam.extra qui fil.sint legit.& c.si duobus. de appel. & alijs pluribus dicētibus Imperium à Deo esse, vt sacerdotium, & ambo à Deo procedere, in authē. quomodo oportet episcopos, & cæteros cleri.in princ. colla.j.in authē.de non alie.aut permu. eccle.rebus. §.finimus. colla.ij.in authē.de consu. §.fi. colla.iiij. in auth.de instru.cau.& fide.§.primò igitur. colla. vj.in l.j.C.de vete.iur.enucle.xcvj. distin.cū ad verum.x.distin.quoniam idem mediator.xj.q.iij.cap. Imperatores. & xxiij.quæst.viij. c.conuenior.cum similibus. Dici tamen debet secundum Doct.quòd illa iura intelliguntur quo ad exercitium, quod tamen recipit Imperator à Papa, qui eū coronat. Ad quod faciunt notata per Archi.in dict.c.quoniam. x.distinct.& in clemen.Romani.de iureiurā. & per Bal.in l.cum multa.C.de bo. quæ libe. Sed habitus penes Papam est, & suo nutu debet per Imperatorem exerceri, vt dicit beatus Bernardus vbi suprà. Papa tamen illius gladij temporalis exercitiū non habet, nisi in certis casibus, & in locis, in quibus Papa habet iurisdictionem temporalem, vt notatur in dicto c.nouit.& c.causam.& c.cum ad verū. Et hæc est cōmunis opinio, quam corroborat Panor.per c.translato.extra de consti.vbi potestas legem condendi sequitur sacerdotiū, & ex illo infertur, ꝙ in habitu etiam respectu laicorum potestas condendi legem est penes Papam, cum indistinctè faciat ibi mentionē de lege. facit quod notatur in clemen.ad nostrum.de hæret.vbi Ioā.And.deducit potestatem militantis ecclesiæ. Et hæc conclusio est approbata per Bonifaciū Octauū, in prædicta extrauaganti, vnā sanctam.per quam, vt ibi dicitur, qui crederet contrariū, aut assereret, foret hęreticū, sed vt dictum est quo ad exercitium Papa non debet se intromittere de temporali iurisdictione, vt etiam dicit eleganter Io. Fab.in dicta l.j.C.de sum. tri.& fi.catho.sed debet tenere gladium in vagina, nisi in casibus, qui tangerent præiudiciū animæ, & iustitiæ subuersionem, vel aliàs pietatem, vt plenè no.in iuribus allegatis. Papa enim tenet locū illius qui iudicari venerat, non iudicare. Ioā. iiij.& vj.& xviij.c. Vnde dicit Clemēs, Neq; iudicē, neq; cognitorem negotiorū secularium, hodie te ordinare vult Christus.xj. q.j.c.te quidem. Ideo dicit Bernardus ad Eugenium Papā libr.vj. c.iiij. Stetisse deniq; lego Apostolos iudicandos, sed iudicantes non lego. & post pauca, In criminibus, non in possessionibus potestas vestra, propter illa, non propter has accepistis claues regni cœlorū prçuaricatores exclusuri, non possessores. quæ nam tibi maior videtur & dignitas & potestas dimittendi peccata, an prędia diuidendi? sed non est comparatio. Habēt hæc infima & terrena iudices suos Reges, & principes terræ.& deinde, Nō quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupati. vnde Apostolus, Si in vobis iudicabitur hic mundus, indigni, qui de minimis iudicetis. hęc Bernardus. Secūdò considerabat do. Anto. id, quod imprimitur per legitimationē, & ex hoc patebit materia, in qua operabitur legitimatio, & eius effectus, per quē poterit discerni, an illa materia sit subiecta ecclesiæ, vel Imperio. Circa quod est considerandū, ꝙ † illegitimitas reddit hominē inhabilem
50 ad dignitates & munera, ita ꝙ non potest promoueri ad clericatum, vt patet in fi.dicti c. per venerabilē. qui fil.sint legi.& c.j.de filijs presby. li.vj. facit l.spurij.ff.de decur. Est enim quædā macula seu nota in personam impressa. Itē priuat illegitimos iure succedendi. & hic aduertēdum est, secundū do: Anto. ꝙ primæuo iure ante naturā corruptam humano generi fuit datus modus à Deo procreādi liberos, scilicet, vt actui matrimonij insisterēt in procreatione prolis, secundū quod tempus fuit matrimonium institutū, non tamen fuit prohibitū adulterium, vt in c.dixit Sara. xxxij.q.iiij.& secundum illud tēpus, non fuit dare ius in rebus, quia nō erat meū nec tuū, cum omnia essent cōmunia. viij.dist. quo iure. post peccatū verò Adæ, & sic post naturam corruptā homines incœperunt inciuiliter viuere, & parū vtebantur matrimonijs, quia nō erat qui eos cohiberet tēporaliter: deinde cœperunt viuere rationabiliter, & incœpit esse meum & tuū, & iusgentiū, vt d.c.quo iure.viij.dist.& l.ex hoc iure. ff.de iusti.& iur.& Insti.de iur.na.gē.& ci.§.ex hoc iure. tunc tamē non erat differentia in successionibus legitimitatis & illegitimitatis, sed solum iure sanguinis & proximitatis nomine succedebant, & hæc successio fit de iuregentium.& probatur Gen. xj.c. Postea verò cœperūt homines ciuiliter viuere, & fuit approbatū matrimonium iure ciuili, vt suadens ciuilitatis & boni politici finē. Videbant enim ex coitu promiscuo mores dānari, surgere rixas, & societatē ciuilem cōfundi, & damnauerunt coitus illicitos. Ad quod facit lvj.dist. c.si gēs Anglorū.& vt ab illicitis coitibus homines retraherentur, puniebāt eos vltra alias pœnas in exclusio-

ne prolis à sua successione, cũ per hoc puniatur pater. xxiij. q. iiij. §. si quis. & l. isti quidẽ. §. fin. ff. quod me. causa. & Institu. de noxali. §. fin. & inuenerunt duo vincula, quibus posset succedi, scilicet agnationis, quo ligãtur ex masculis descendẽtes, & cognationis quo ligantur ex fœminis descendẽtes. & fuit statutũ, ꝙ qui alterũ duorũ vinculorum non haberet, nõ admitteretur ad successionẽ. Postea vidẽtes ꝑpter fœminas hæreditates trahi ad diuersos stipites, hoc immutauerũt de media iuris prudentia, & ad successionẽ cognouit ius ciuile solos agnatos: & sic durauit vsq; ad iura nouissima, intermedijs tamen quibusdã edictis prætorũ & senatusconsultis, vt recitatur per Sali. super rubrica, C. qui admitti ad bo. pos. poss. & in l. qui se patris. C. vnde liberi. & excluserunt illegitimos à successione agnatorũ, priuãdo eos vinculo agnationis, nec cognouerunt eos, vt filios. l. cũ nuptię. ff. de sta. ho. & alleg. l. filiũ. de his qui sunt sui vel alie. iur. Et pro tanto inultabãtur filij illegitimi ad cognitionẽ matris, quasi eã solam habentes, & sic ad eius successionẽ, vt suprà dicta probãtur per totũ ti. Insti. de hær. quæ ab intesta. defe. & de legi. agna. succes. & per ti. ff. C. & Insti. ad Orfi. & ad Tertul. Iura tamẽ Imperatorũ restrinxerunt successionẽ illegitimorum quo ad matrem, distinguẽdo, an esset coitus dãnatus vel non, vt in pręcedẽtibus dictũ est, per l. si qua illustris. C. ad Orfi. Prætores etiã vocauerunt illegitimos ratione proximitatis & sanguinis ad successionem matris & fratrũ eadẽ matre natorũ. l. hac parte. & l. si spurius. ff. vnde cognati. & Insti. de succes. cogna. §. vulgò. Et ex his concludi potest, quid operentur iura ciuilia ad legitimationẽ, quia secundũ naturã ex sola proximitate illegitimi habebant ius succedendi, sed iure ciuili iura agnationis minimè: quoniam iura agnationis sunt eis ablata per dicta iura ciuilia, propter statum naturæ corruptæ. Sed legitimatione reintegrãtur ad primæuũ ius naturæ, in authen. quib. mod. na. effic. legi. §. sancimus. sed iure naturæ nõ erat differẽtia, imò solo propinquitatis iure succedebãt, & vltra hæc iura naturę legitimatio porrigit legitimato remedia, quibus ad se trahat hæreditatẽ, & ius agnationis, cõstituẽdo ius cognationis efficax, quod ante inefficax erat. Ex quibus patet secundũ do. Anto. ꝙ habilitari pñt illegitimi ad successiones & alia iura absq; alia dispositione super matrimonio. Licet etiã per matrimonium fieri possit, attamen primis modis talia iura dare depẽdet à potestate Legislatoris secularis. Et sic contra Hosti. potest Imperator reintegrãdo hoc modo legitimare, vt patet in adoptione, vbi per artificiũ legis iura legitimorũ & agnationũ acquiruntur absq; ecclesiastica dispositione super matrimonio. l. j. C. vnde cognati. & l. qui in adop tionẽ.
131 de adop. Stat ergo conclusio secundũ de Butr. †ꝙ quædam est legitimatio plenissima, delens fundamentũ vitij, vnde surgit differẽtia legitimitatis & illegitimitatis, quæ fit per matrimoniũ. & hãc solus Papa facere potest: quia solus super matrimonio habet potestatem, per iura superius allegata. & xxxv. q. vij. c. j. & extra de consan. & affi. c. quia circa. quædam est legitimatio plenior reintegrans ad iura naturæ cognationis & agnationis, in radice matrimonij nihil disponẽdo, & hanc Papa & Imperator facere potest, secundum ea, quę ad quẽlibet pertinent. Quædã est plena, vt quãdo fit super aliquo effectu legitimationis, nec ex toto restituit vel reintegrat, vt ꝙ illegitimus solum admittatur ad ordines vel honores: & illam potest vterq;, scilicet Papa ad honores ecclesiasticos, & Imperator ad honores tẽporales. Et ideo resoluẽdo opinionẽ domi-
132 ni Antonij, † Papa potest legitimare vbiq; & in terris Imperij disponendo in matrimoniũ quo ad prolẽ futurã, quia suũ est disponere super matrimonio. & ita intelligit Hosti. & Io. An. ideo oẽs filij, qui producũtur ex matrimonio in cõsanguinitate, vltra quartũ gradũ sunt legitimi, etiã in terris Imperij: nati etiã ex pupilla & tutore, & ex contrahentibus sine patris cõsensu, ex rectore prouinciæ cum subdita & similibus, licet Ius ciuile talia matrimonia ꝓhiberet. Sed in hoc stãdum est Canonibus, vt no. Hosti. in summa, qui fil. sint legi. §. qualiter. ver. sed Papa. & vers. si ergo. & per Sali. in l. fi. C. de interdict. ma. inter pupillã &c. quo verò ad prolẽ iam productã, si velit legitimare disponẽdo in radicem matrimonij, in casibus quibus hoc potest, tũc legitimare potest in terris Imperij quo ad omnia, vt satis fuit dictũ in præeuidentialibus, vers. sed circa pręmissa quęrit cũ de iure canonico, &c. In omnibus autẽ alijs casibus in quibus non potest, vt dictũ est suprà, in recitatione secũdæ opinionis, vel nõ vult dispẽsare incipiẽdo à radice matrimonij, potest legitimare quo ad omnia in suis terris, sed nõ Imperij. Et est ratio diuersitatis: quia primo casu principiat in materia sibi subiecta, scilicet in matrimonio, quod in omni loco sibi subijcitur: sed secundo casu materia non est sibi subiecta in terris Imperij. Est ergo eius cõclusio post multas considerationes prolixè deductas, quòd regulariter nõ potest Papa legitimare in terris Imperij, quãdo non incipit à radice matrimonij, & qñ principaliter legitimare intendit, nõ in consequentiã. & hoc, quia præiudicaret superiori in illis terris, id est, Imperatori: & quia hoc est supremi Imperij, quasi nõ ꝓrogabile in aliũ. Et hanc opinionẽ, ꝙ Papa nõ legitimat in terris Imperij quo ad tẽporalia, tenet Bart. in d. l. q in ꝓuincia. ff. ff. de rit. nup. & in l. j. C. de sum. tri. & fi. catho. & cũ illa trãseunt multi Doctores. Sed do. Panor. põderauit fundamẽta huius dubitationis, & Doct. sequentiũ prædictã opinionẽ, scilicet, quia præiudiciũ esset superioris, scilicet Imperatoris, si in terris suis Papa legitimaret in tẽporalibus. quod præiudiciũ cõsiderari debet duplici ratione. Primò, quia in defectũ legitimorũ vel agnatorũ fiscus, & sic Imperator patri succederet per iura vul
133 garia. Secũdò, qa † Papa dispẽsaret cõtra leges ciuiles, & eas tolleret, quod facere nõ potest Papa, nisi in casibus specialibus, vt vacante Imperio, vel vbi agitur de peccato, in c. nouit. extra de iudi. & alijs casibus notatis in c. licet ex suscepto. de fo. cõpe. c. si duobus. de app. cũ si. Itẽ, quia legitimare est supremi Imperij, nec est ꝓrogabile. Itẽ, quia esset præiudiciũ agnatorũ vel aliorũ succedentiũ ab intestato.
134 † Ipse tamẽ Panor. dicit se semper fauisse potestati Papæ, & ideo putat adhærẽdũ esse illorũ opinioni, qui tenẽt eũ posse legitimare in terris Imperij, hoc sic restringendo, vt statim dicet. Tollit tamẽ prius fundamẽta opinionis contrariæ. & primo quo ad

præiudi

præiudicium Imperatoris vel fisci sui quantum ad ius succedẽdi. Respondetur ꝙ hoc præiudiciũ non debet cõsiderari, nec Imperator de hoc curat, ne sit solicitus de hæreditate viuentis, prout esse non debet. l. iuribus. §. interdum. ff. de vulg. & in l. Statius Florus. §. fin. ff. de iure fisci. Ideo dicit Imperator, ꝙ mauult ampliari Imperiũ hominum adiectione, ꝙ pecuniarũ copia. l. cum ratio. ff. de bo. dam. probat tex. in l. j. C. de secun. nup. & l. vnica. § penult. C. de caducis tol. & idem dicendum est in fisco ecclesiæ, argum. cap. vergentis. extra de hæreti. & cap. cùm secundum leges. eodem titu. libro vj. per locum à speciali. Item etiam tollitur aliud fundamẽtum de præiudicio fiendo Imperatori, quia Papa tolleret suas leges: quia non tolluntur, imò secundum eas procederetur, quæ volunt quòd voluntaria iurisdictio exerceri potest in non subditum volentem, etiam extra territorium. l. fin. ff. de offic. præfe. vrb. & cap. pastoralis. extra de offi. ordi. cum similibus. Quia hæc voluntaria iurisdictio prorogabilis est, vt suprà dictũ fuit, & infrà dicetur, maximè quia nihil obstat Papæ, apud quem remansit habitu potestas legitimãdi, ideo cum subditus Imperio patitur se legitimari per Papã iurisdictionẽ eius prorogando, sequitur ꝙ Imperatori non fit iniuria, & nemini facit iniuriã, qui iure suo vtitur. l. iniuriarum. §. j. ff. de iniur. & c. cùm ecclesia Vulterana. extra de elect. Corroboratur hoc, quia res de facili ad suam naturã reuertitur. l. si vnus. §. pactus. versic. ꝙ in specie dotis. ff. de pactis. & xxxv. dist. c. ab exordio. & actus faciliter reuertiẽ ad habitũ, in dicto c. nouit. extra de iud. & c. pastoralis. extra de rescrip. Item submoueri potest aliud fundamẽtum, in quo dicitur, ꝙ ea quæ sunt supremę potestatis sunt improrogabilia, etiam in habentẽ similem potestatẽ. ad quod facit c. rogamus. cap. schisma. & c. quia ex sola. xxiiij. q. j. & xciij. dist. c. cathedrã. & quod not. per gl. in c. cùm nobis. extra de præscript. & in c. j. de cler. ægro. lib. vj. Sed hoc tollitur, quia consensu partium fieri potest prorogatio iurisdictionis contentiosæ & voluntariæ, vt ẽ. probatũ est. & est opinio Hosti. in c. alleg. per venerabilẽ. in ver. rationibus. quia hæc voluntariè prorogantur respectu legitimationis: & si ex hoc quis calumniam sumeret inferre volens, quòd tunc ex tali prorogatione posset quicunque legitimare, male diceret, & non esset verum, quoniam necesse est, quòd is in quem fit prorogatio haberet eandem potestatem, vt not. in l. j. ff. de iudi. vbi Docto. & in cap. P. & G. extra de offic. deleg. faciunt not. in l. vbi. §. fin. & l. diuus. ff. de tuto. & curato. datis ab his. & per Bart. in repetitione l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum. & l. si quis ex cõsensu. C. de epis. audi. Sicut in casu nostro Papa potest hanc legitimationẽ facere respectu suæ potestatis, nisi obstet defectus obiecti, id est, non subditi, sed adueniẽte prorogatione nihil obstat quò minus hoc facere possit. Et ad fundamen-

135 tum quo dicitur, quòd † ea quæ sunt supremæ potestatis sunt improrogabilia, dic secundum Panor. hoc verum esse de his, quæ sunt supremæ potestatis in signũ superioritatis & eminẽtiæ, vt in Papa est superioritas super omnes, & prælatio circa spiritualia, vt not. per glos. in cap. cùm nobis. extra de præscript. & dicto c. cuncta per mundum. ix. q. iij. & dicto c. rogamus. cum suis concordan. & recitat Specul. plenissimè in tit. de legat. §. nunc ostendendum est. Et in Imperatore suprema eminentia respectu tẽporalium. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iactu. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. cum similibus. Hæc enim penitus sunt improrogabilia. Alia autẽ sunt reseruata in priuilegiũ specialẽ, & decorem suæ dignitatis & autoritatis, vt sunt multa reseruata Papæ. Et idem de reseruatis Imperatori, quo ad suos subditos: quoniam vtriꝗ permissum est, & reseruatũ quòd legitimare possint, vt dicto c. per venerabilem. & cap. per tuas. qui fil. sint legitim. & in authen. quib. modis nat. effi. sui. & C. de natali. restit. per totum. sicut est etiam noua vectigalia imponere. C. noua vectigal. instit. non posse. per totũ. & in cap. super quibusdam. §. præterea. extra de verborum signi. sicut est etiam arrogatio, Instit. de adop. §. j. vel concessio veniæ ætatis. l. ij. C. de his qui veniã æta. impe. de quibus per Bar. in l. non ambigitur. ff. de legib. faciunt quæ notantur in cap. quod translationem. extra de officio legat. & in cap. vnico, de cleri. ægro. lib. vj. & dicto cap. cum nobis. & ista dicit Panor. esse prorogabilia in habentem cognitionem similium causarum, vt vult Hostiẽ. in alleg. cap. per venerabilem. quia sicut ista quæruntur tẽpore & priuilegio, vt dictis iuribus, ita ex quadam prorogatione facti. faciunt nota. per Bart. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publica. vectigal. & cõmis. Ad hoc facit, quia in iudices habentes similitudinẽ iurisdictionis valet prorogatio, vt not. in l. j. C. de iurisd. om. iudic. & xj. quæstio. j. c. inolita. cum similibus. Ad fundamentum verò præiudicij agnatorum, dicit Panor. hoc præiudicium posse dupliciter considerari: vno modo prout consistit in sola spe incerta successionis futuræ, vt quia pater viueret, & istud præiudicium nõ debet cõsiderari: quia ex quo pater viuit, & postulat à principe legitimationẽ, valet agnatis inuitis, & eis non vocatis, vt suprà dictum fuit in octauo modo legitimationis. facit in authen. de incestis nupt. §. fi. & quod not. per Bar. & Docto. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de lib. & posth. & l. cum adoptio. ff. de adop. de quo satis & plenè dictũ fuit suprà in dicto octauo modo. & seruiunt ad hoc not. Bar. in l. fi. C. de pact. & l. is potest. ff. de acqui. hære. Aut potest considerari hoc præiudiciũ, non in spe incerta, sed quodã modo certa, vt quia post mortem patris iam eius hæreditate delata ad agnatos petitur legitimatio à Papa: & tunc hoc præiudicium debet attendi secundum mentem omniũ Doctorum, nec posset fieri per Papam legitimatio in terris Imperij in præiudicium istorum, nisi consentirent isti agnati tali legitimationi: quia tunc valeret per Papã facta in terris Imperij, cum sit actus iurisdictionis voluntariæ non requirens causæ cognitionem, nec iudicem sedere pro tribunali, in l. ij. alleg. ff. de offi. procons. & leg. cum similibus supe-

136 rius allegatis. † Igitur resoluendo cõcludit Panor. eligens mediam viam inter opiniones fauorabiles iurisdictioni Papæ, ꝙ aut quæritur, quando Papa legitimat in radicem matrimonij eo casu, quo potest, & potest legitimare vbicunꝗ secundum opinionem Io. And. & sequacium suorũ, de qua suprà plenè dictũ est. Aut vult legitimare Papa in terris

Imperij cōferēdo solū iura legitimationis: & tūc si quæramus de essentia legitimationis respectu personæ solius, non disponēdo de bonis vel successione, & valet legitimatio, etiā in terris Imperij: si verò consideremus bona & successionē, aut fit legitimatio ad supplicationē & voluntatē illius, de cuius bonis & successione agitur, & valebit legitimatio facta per Papam, cum possit ille veniētibus ab intestato prӕiudicare, & prorogare iurisdictionem voluntariam Papæ, vt dictū est. Aut fit legitimatio ad supplicationē filij illegitimi principaliter, & invita patris, & de eius cōsensu, & idem dicendum est, vt in præcedenti mēbro: ad quod faciunt iura allegata š. super octauo modo legitimationis, & in hoc membro. Aut non apparet de cōsensu patris, nec etiam cōtradictione, quia fuit legitimatio obtēta patre ignorāte: & hoc casu licet Papa certificatus fuerit alios filios legitimos vel agnatos extare, non potuit tamē Papa eis præiudicare in iure succedendi, per rationes superius inductas: posset tamen tunc bene legitimare subditum suū, & Imperator suū, vt dictū fuit super octauo modo prædicto, secundum Io. Andr. post Vbert. de Bobio, in addi. super rubrica, de succes. ab intesta. versic. item scias. Aut hæc legitimatio, quam facit Papa in terris Imperij, fit post mortē patris vel illius de cuius hæreditate agitur, & nō valet talis legitimatio, vt retrotrahatur ad eius præiudicium, cui medio tempore ius quæsitum est, etiam si Papa de certa scientia hoc faciat, quia non potest præiudicare nō subdito, nisi ille consentiat: eo verò cōsentiente credit Panor. valere legitimationē. & ita concordat opi-

137 niones. †Quærit autem postea, vtrum Papa legitimando in spiritualibus, videatur in tēporalibus legitimare ipsum laicum. & Ioan. vt refert gl. in di cto c. per venerabilem. tenet quòd sic, & quòd permittitur indirectè id, quod nō permittitur directè, vt suprà tactū in tertia opinione præcedētis quæstionis. & ita tenet Gofr. per dictum c. per venerabilem. per l. j. C. si aduer. ven. & l. petēdæ. C. de tēp. in integ. resti. peten. & cap. qui generaliter. extra de procura. lib. vj. & hæc opinio placet do. Gaspar. de Cald. do. Anto. & do. Flor. ne quis sit legitimus & illegitimus quasi monstrum. Videte latius Panor.

138 vbi suprà. †Consequenter quæritur, nunquid Imperator vel Comes Palatinus ab Imperatore creatus cum potestate legitimandi possit in terris ecclesiæ legitimare. Et Bal. in procemio Digestorum in recollectis tenet quòd non, quia tangit ius aliorum legitimorum successorū, qui priuantur hæreditate quilibet extra territoriū suum Imperator non potest prӕiudicare, per iura in simili allegata in quæstione Papę, an possit legitimare in terris Imperij. Facit in ratione sui l. j. & l. ius dandi. ff. de tu. & cur. datis ab his. Et hoc etiā sentit Bald. ipse in l. j. C. de summa Trinit. & fide catho. quia princeps nō potest legitimare, nisi quo ad bona sui territorij, vt in authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. filiū. & in dicto c. per venerabilem. & idē tenet in l. eam quam. C. de fideicom. adducens rationem, quia præiudicaretur fisco ecclesiæ, qui succedit in loco cæterarū personarum. l. j. C. de natu. libe. dicit tamen, q̄ præmissa intelliguntur, vbi legitimandus & eius bona sunt de terra ecclesię. Sed si bona sint in terra Imperatoris, licet legitimādus sit de terra ecclesiæ, valebit legitimatio per Imperatorē facta quo ad illa bona, & illorum successionē, quæ sunt in terris Imperij. Pro alijs verò bonis existētibus in terra ecclesiæ nō valebit, arg. l. cum vnus. §. is qui. ff. de bo. autori. iudi. possid. quod intelligit in causa testati & intestati. Panor. verò in dicta repetitione istam quæstionem latissimè examinat ad partes arguendo, & recitando opiniones, & inter cæteras recitat Iac. de Bello. in authen. quib. mod. nat. effi. sui. disputādo tenuis-

139 se oppositū, † scilicet quòd possit Imperator vel comes Palatinus ab eo deputatus legitimare in terris ecclesię, quia est actus volūtariæ iurisdictionis, vt dicta authē. §. generaliter. & l. fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ergo corā omni iudice, & omni loco fieri potest, dicta l. ij. ff. de officio proconsul. & l. emancipari. de adop. ipse etiā Panor. considerauit, quòd voluntaria iurisdictio nō adhæreret territorio, sed tantum in volentē potest exerceri, vt notauit gl. in c. nouit. extra de offi. leg. & dicta l. ij. & ius legitimandi est quoddā ius adhærens personæ Imperatoris: aliās sequeretur, q̄ si Imperator donaret aliquam terram, q̄ ius legitimandi in ea transiret cum illa terra, quod est falsum, cum sit sibi specialiter reseruatū, nec potest hoc inferior, per iura allegata in quæstione de Papa. & facit c. sicut vnire. extra de excess. præla. & quod not. per Innocē. in c. cūm P. extra de fide instru. item quòd legitimare est actus cuiusdam facultatis, vt est milites facere, not. in dicto c. nouit. & per Bart. in l. j. C. de dignit. lib. xij. ideo nō videtur dubitandum, quin volens se subijcere in terris ecclesiæ, tali iurisdictioni voluntariæ hoc facere possit. Ad hoc facit cap. penul. versic. delegati. & extra de restit. in integ. ideo dicit,

140 Bar. in dicta l. j. † q̄ si aliquis Rex vel baro trāseat ad alienas partes, extra suū regnum vel dominiū, potest milites creare, cum sit iurisdictionis voluntariæ, quæ extra territorium exercetur. Nec obstant præiudicia fisci, ecclesiæ, vel agnatorum: quia illa non considerantur, quando sunt in spe incerta: sed quādo sunt in spe certa, tunc dici debet, vt in quæstione an Papa possit legitimare in terris Imperij. Et in ista quæstione determinatio fienda est, sicut in prædicta quæstione, & ita restringēda, vt ibi dictum fuit. & ita pertrāsit multas rationes, quas vi-

141 dere potestis. Adde tamen, † quòd legitimatus ab Imperatore nō intelligitur legitimatus in spiritualibus, vt not. per glos. x. dist. c. lege Imperatorū. & Bald. in authen. ex cōplexu. C. de incest. nup. & per Innoc. & Io. Andr. in nouel. in dicto c. per venerabilem. & per Archi. in c. conuenior. xxiij. q. viij. & per glos. lxix. dist. cap. si officia. & Spec. tit. de lega. §. postremò. versi. sed illud quæritur. lungatis præ-

142 missis vnum satis notandum, q̄ † ad excludēdum aliquem ab aliquo actu legitimo, non sufficit eū dicere illegitimū, si non dicat quomodo, vt dicit gl. in Clem. fi. de appel. & not. per Io. And. in c. peruenit. extra qui fil. sint legiti. Superest tandem viden-

143 dum, † an appellatio filiorum in contractibus extendatur ad illegitimos. & possunt videri Doctores in locis superius allegatis in materia statutorum & vltimarum voluntatum. Et circa hoc possunt quæri breuiter aliqua. Pone quòd aliquis recepit emphyteusim pro se & filijs suis, vtrum appel-

latione

latione filiorum veniant naturales. & dicit Specul. secundum quosdam considerandas esse causas concessionis, & dignitates cōcedentis, & illius cui conceditur. Vide per eum in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. lxvij. & per Bal. in l. parētes. ff. de in ius voc. & l. filium. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & per eum in authen. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccle. Adde notata per eundem in l. eam quam. C. de fideicommis. & per Dyn. in l. Lucius. §. Damæ. ff. de legat. ij. & Salicet. in l. generaliter. §. fin. C. de instit.
144 substi. &c. † Item quæritur an illegitimi dicantur cives loci, in quo nascuntur. dic per Bar. in l. j. ff. ad
145 municipa. † Finaliter quæritur an pater teneatur dotare filiam bastardam. dic quòd non, etiam naturalem tantum, vt est tex. & gl. in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de lega. iij. & ita not. Bar. in l. si quis à liberis. §. sed vtrum. ff. de liberis agnosc. & Bal. in
146 l. fi. C. de dotis promis. † Et sic causa alimētorum est fauorabilior in filijs, & filiabus naturalibus tantum, quàm causa dotis vel donationis propter nuptias: quia debent ali. vt in authen. licet. C. de nat.
147 libe. sed non dotari. † In filijs verò & filiabus naturalibus & legitimis est fauorabilior causa dotis, & donationis propter nuptias, quàm alimentorū: quia dotari debent etiam diuites, vt dicta l. fi. C. de dotis promis. & l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. sed non debent ali si habeant vnde se alant, vt dicta l. si quis à liberis. §. si filius. & ita dicit Bald. in alleg. l. fin. Videte Bartol. in l. fin. §. si à socero. ff. quæ in fraudem creditorū. Reliquam verò declarationem huius regulæ dicite, vt in glos. & iuribus in ea allegatis. Et hæc sufficiāt pro repetitione huius legis.

Summarium.

1 ☞ Beneficium quid & quot modis dicatur. & numero 2. 3. 4. 5. 8. & 10.
6 Beneficium, priuilegium, rescriptum, & mādatum differunt.
7 Priuilegium est contra ius, quasi priuans legem.
9 Beneficium ecclesiasticum est multiplex.
11 Beneficium aliquando pro maleficio sumitur.
12 Conueniri qui debeant quatenus facere possunt.
13 Miles cœlestis militiæ, an solum conueniatur quatenus facere potest.
14 Artem habēs de qua viuat, non gaudet priuilegio ne conueniatur vltra, quàm facere potest.
15 Maritus in quibus casibus nō gaudeat priuilegio, ne conueniatur vltra, quàm facere potest. & numero 16. 17. 18. & 19.
20 Deductio ne egeat, quomodo consideranda.
21 Alimentorum modus marito egente.
22 Dignitas prior non consideranda, sed præsens, in deductione ne egeat.
23 Ingratus nō gaudet priuilegio deductiōis ne egeat.
24 Frater an à fratre conueniatur deducto ne egeat. & nume. 25.
26 Dominus & vasallus an agant, deducto ne egeant.
27 Patrinus & filiolus an gaudeant beneficio deductionis ne egeant.
28 Patronus ab ecclesia non debet conueniri, vltra q̄ facere potest.
29 Prælatus à subdito non cōuenitur, vltra quàm facere potest.
30 Doctor si egeat, debet à scholaribus nutriri, nec cōueniri potest, vltra quàm facere possit.
31 Socius etiam rei particularis conuenitur, inquantum facere potest.
32 Canonici eiusdem ecclesiæ, monachi etiā & scholares eiusdem collegij solum in se agunt, quatenus facere possunt.
33 Beneficiū deductionis ne egeat, exigit cautionem de satisfaciendo, si ad pinguiorem veniat fortunā.
34 Satisdandi onere leuatus, debet dare cautionē cum obligatione bonorum.
35 Fideiussor an habeat beneficium rei principalis, ne conueniatur vltra quàm facere potest.
36 Mulieris priuilegium, vt alijs creditoribus præferatur in repetitione dotis, an transeat in cessionarium. & nume. 37.
38 Tacita hypotheca, quam habet mulier pro dote, an transeat in cessionarium.
39 Cessionarius quando habeat priuilegiū cedentis.
40 Cessio dotis fieri à muliere nō potest durante matrimonio.
41 Dotis priuilegium competit etiam patri mulieris viuentis.
42 Pupilli priuilegiū inter plures creditores, an trāseat ad hæredem.
43 Personale priuilegium extinguitur cum persona.
44 Beneficium restitutionis in integrū, transit ad hæredem minoris.
45 Personæ commissum aut concessum, quādo transeat ad hæredes. & nume. 46. & 48.
47 Hæredibus vel hæredi quid cōcedere an differant.
49 Concessio in dubio an intelligatur solum ad vitam. & nume. 50. 51. & 59.
52 Feudum à rege alicui, & eius hæredibus cōcessum, an trāseat ad hæredes extraneos. & nu. 54. 55. & 57.
53 Hæres in feudis intelligitur filius masculus. nu. 56. fallit de hodierna consuetudine. & nu. 58.
60 Priuilegium concessum ciuitati vel castro, an trahatur ad villam propinquam. & nume. 61.

In omnibus causis id obseruatur, vt vbi personæ cōditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficiū quoq; deficiat. Vbi verò genus actionis id desiderat, ibi (ad quēuis persequutio eius deuenerit) non deficiat ratio auxilij.

DIVIDITVR hæc regula in duas partes. Primo loquitur in beneficio personæ. Secundo in beneficio cōcesso actori. secunda est ibi, vbi verò genus. Quo ad primā partem, quæ loquitur de beneficio à iure cōcesso personæ, declarate & dicite, vt in gl. vsq; ad versic. vbi vero genus actionis. Et pro declaratione maiori huius legis, & terminorum eius sciendum est, quòd
1 † beneficium est generale verbum comprehendens quicquid liberaliter & gratis conceditur, vt notat

Archi.in c.gratia.extra de rescrip. lib. vj.& Paul. de Castro in l.maritum. ff.solu.matr.& Alber.in l. beneficium.ff.de cōstit.prin. Et hoc modo sumitur in l.seruus.circa fi.ff.de ser.expor.vbi dicitur quòd interest hominem hominis beneficio affici,ratione cuiusdam cognationis inter homines existētis.l.ve luti.ff.de iusti.& iur.& in cap.cūm in officijs. extra de testa.facit l.in cōmodato.§.sicut autem.ff.cōmo.
2 & C.de neg.gestis.l.officio. Et†dicitur beneficium beneuola actio seu factio gaudiū tribuens capiēti, vt in cap.vnico,de milite vasal.qui contumax est. & in cap.beneficium.st de feudo fuer.contro. & in quibus cau.benefi.amit.in rubro & nigro.&com-
3 prehendit etiam donationē,† quæ beneficium appellatur,vt in cap.cūm dilecti.extra de donatio.& viij.dist.cap.Moyses.ideo vbi non est beneficium, non dicitur propriè liberalitas.l.vnum ex familia. §.j.ff.de legat.ij.facit l.rem legatam.ff.de adimē.vel
4 transfe.leg.Comprehendit etiam † priuilegiū largo sumpto vocabulo,quod est cōtra ius,& lex priuata,& ius singulare,vt l.ius singulare. ff.de legib.
5 & iij.dist.cap.priuilegia.Item cōprehendit†rescriptum,quod est secundum ius,& ad iuris obseruantiam,vt C.de diuer.rescrip.l.si qua beneficia.& l.si. & not.in c.j.extra de rescrip. Item plus cōplectitur beneficium principis, quod non est secundum ius, nec cōtra ius,sed præter ius,vt si princeps bona fiscalia concedat.l.si quando.j. C.de bo.vacā.lib.x. Comprehendit etiam ius defalcandi vel detrahēdi de aliquo,vt l.beneficio. ff.ad legem Falc.vbi Bar. hoc inducit ad quæstionem facti,quam ibi videte. Propriè tamen sumendo quatuor sunt, quorum
6 vnum non est alterum,scilicet,†beneficium,priuilegium,rescriptum,& mandatum,vt not. per Bal. in l.beneficium. ff.de constit.prin. ideo dicit Ioan. Andr.in cap.causam.extra de rescrip.quem recitat do.Ioā.de Imola in dicto cap.cūm dilecti. extra de donat.& do.Bonifa.de Amanatis,in regula,priuilegium.libro vj. quòd propriè sumpto vocabulo,
7 aliud est beneficium,aliud priuilegium : nam† priuilegium conceditur contra ius cōmune,quia dicitur quasi priuans legē vel priuata lex,vt in dicto c. priuilegia.sed beneficiū est præter ius, vt patet in dicta l.beneficium.& dicta l.si quando. C.de bon. vacan.lib.x.Larga tamen significatione potest appellari priuilegiū omne quod emanat à principe, vt notauit Ioan.Andr.in c.olim.extra de verb.sig. in nouel.& Bald.in præludijs feudorū.tertia charta.vbi quærit, an feudū quod dicitur beneficium, vt iuribus superius allegatis , possit dici priuilegium.& cōcludit priuilegium posse dici,quādo fit à principe ex plenitudine potestatis de rebus, quæ non sunt infeudabiles,vel si fiat feudi cōcessio fœminæ contra rigorem consuetudinis feudorum,de quo in cap.j.§.hoc autem notandum. qui feu.dare possunt.Et de istis cōcessionibus nō cognoscit aliquis nisi princeps,si de earū subsistentia dubitetur, in c.cūm venissent.extra de iudi.& c.j.apud quem, vel quos contro.feud.termine. vbi plenè circa hoc
8 per Bal. †Sumitur etiam beneficium in iure canonico pro beneficio ecclesiastico,& largam tunc habet significationem , vt in cap.tua nobis. extra de ver.sig.& in regula,beneficiū.lib.vj.& j.quæst.iij. cap.si quis episcopus.& Clem.si Romanus. extra
9 de præben. †Et beneficium istud ecclesiasticum est multiplex,quia quandoq; temporale est,quandoq; perpetuum,vt not.per Innocē.Hostien.& Modernos,in cap.ex diligēti.extra de simo.in c.j.de elect. lib.vj.& c.j.de æta.& quali.& temp.ordi. eod.lib.
10 & c.conquerente.extra de cler.non residē. †Quandoq; sumitur beneficium pro sacramento ecclesiastico. dicuntur enim sacramenta ecclesiastica, ideo beneficia : quia medicina Dei sunt. sanant nanque vulnera peccatorum,vt in tex.& gl.xxiij.dist.cap.
11 his ergo. †Quandoq; verò beneficiū ironice sumitur pro maleficio,vt est text.& gl.in l.fratres.C.de inoffici.testa.& l.ex damni. §.quoties. ff.de damno infecto.& l.inter omnes.in princ.& l.si pignore.in prin.versic.species est enim. ff.de furtis.qualiter autem in hac l.sumatur,patebit ex dicēdis.Venio ad glos. quæ ponit casum in prima parte huius legis, in personis quibus à iure beneficium illud cōceditur,vt non condemnentur , nisi inquantum facere possunt,hoc est,deducto,ne egeant.l.in condemnatione.j.eod.titu.Vel quatenus cōmodè facere possunt.l.nepos Proculo.ō.tj.proximo.Et pro clariori intellectu gl.sciendum est,vt colligit do.Ioan.de Imola in l.sunt qui in Id. ff.de re iudi. super gl.posita super verbo,ferē. & dictū fuit in l.diuus. ō.eo. quòd quidam sunt habentes hoc beneficium iuris, scilicet vt non condemnentur, nisi inquantum cōmode facere possunt, propter reuerētiam eis debi-
12 tam,vt sunt†parētes,patroni,socer,maritus,& similes.l.patronus.& l.non tantum. ff.de re iudi.& l. maritum.& l.alia.§.eleganter.& l.etiam.§.licet.ff. sol.matr.cum similibus.Quidam verò hoc habent ex natura contractus,vt socij, cum societas habeat vim fraternitatis.l.verum.ff.pro socio.& etiā mater.l.inter eos.§.is quoque. ff.de re iudic.& l.diuus. ō.eod. Quidam autē sunt hoc habentes ex facti accidentia,vt est videre in his qui cesserunt bonis,vt not.in §.fin. Instit.de actio. quibusdam etiam hoc datur propter vtilitatem reipublicæ, vt est videre in milite,qui in castris militat. l.miles.& l.item miles.ff.de re iudi.& hoc extēdit glos.in dicta l.miles.
13 ad aduocatos, & milites cœlestis militiæ. † Illi tamen glos.quidam contradicunt, propter verba posita in text.in dicta l.miles.ibi,dum dicit text.qui sub armata militia,&c. Quasi voluerit legislator aliam militiam excludere. Ad quod facit,quia hoc est priuilegium inductum contra ius cōmune,ideo non debet extendi.l.quod verò. ff.de legibus.& l.si verò.§.de viro. ff.soluto mat.& ita videtur sentire Bar.in l.j.in fin.C.de iuris & facti igno.in priuilegio ibi militibus cōcesso. dicit tamen domi.Ioan. de Imola glos.dictę l.miles.posse saluari,quia in dicta l.j.loquitur de alio priuilegio , quod est magis strictum,& paucissimas habet fallentias : secus est in isto,quod videtur magis latum,cum plures habeat fallentias,& sic est magis extendibile,vt dicta l.sunt qui in id. cum legibus sequent. Videte latius per Ioann.de Imola in dicto §. de viro. in secundo membro principali, quando tractat de extensione fienda in exorbitantibus.Et istam partem videtur tenere simpliciter idem Bart.in alleg.l.miles. quod est bene notandum,vt dicit dominus de Imol.post do.Petr.

do.Petr.de Ancha.in cap.Odoardus.extra de ſolu.
& per eundem de Imola, qui ita reſidet in cap.epi-
ſcopus.extra de præben. & ita cõmuniter tenetur.
clericus enim miles dicitur, in cap.j. extra de cleri.
ægro.lib.vj.in c.cũm ex officij.extra de præſcript.
in cap.degradatio.de pœnis.lib.vj.& xj.quæſt.j.c.
Chriſtianus.cum ſimilibus. De aduocato habetur
in l.aduocati.C.de aduo.diuer.iudi.Dicite tamen,
& menti tenete,quòd in his caſibus,in quibus quis
non poteſt condemnari,niſi inquantum facere po-
teſt,id eſt, deducto ne egeat, quòd hoc habet locũ,
14 niſi † eſſet artifex,qui poſſet de arte ſua viuere:quia
tunc nihil deduceretur de facultatibus ſuis,vt vult
gloſ.notabilis in l.ſi maritus in id quod facere po-
teſt.ff.ſoluto matr.& idem notauit gloſ.in l.ſi quis
argentum.§.ſinautem.C.de donat.argum.l.ſi quis
à liberis. §.ſed ſi filius. ff.de liberis agnoſcen.nota.
Angelus de Aret. Inſtit.de actio.§.item ſi de dote.
Sed in contrarium facit glóſ.allegata in quæſtione
præcedenti in l.miles.de re iudic. quæ dicit aduo-
catos gaudere hoc priuilegio, & etiam clericos mi
lites Chriſti. Sed hoc eſt intelligendum,ſecundum
Paul.de Caſtro in dicta l.maritum. ff.ſolu.matr.in
aduocato, qui de aduocatione viuere cõmodè non
poteſt,& in clerico non habente beneficiũ,de quo
viuere poſſet, iuxta dictũ cap.Odoardus. cum ſua
materia.extra de ſolu. Item aduertatur,nam vbi di
15 ctum eſt, † iſtud beneficium competere marito,po
teſt limitari & dici illud fallere in aliquibus caſi-
bus.Primo ſecundum Iacob.de Aret.& Bar.in di-
cta l.maritum.quos recitat Angel.Aret.& ſequitur
in dicto §. item ſi de dote. ſi mulier eſſet pauper,&
non haberet vnde ſe poſſet alere : quia tunc inſoli-
dum exigitur maritus , propter ordinatã charita-
tem,quę incipit à ſe ipſo.l.prꝺſes.C.de ſer.& aqua.
& idẽ dici debet in hęrede muliere:quia æquius eſt,
quòd maritus mendicet, quàm mulier de ſuo pro-
prio,arg.l.ſi quis à liberis.§.alimentis.ff.de liberis
agnoſcen.& quod ibi not.& ff.de mino.l.verum.§.
penul.addatis Bal.in l.j.§.officio.circa fi.ff.de tute.
& ra.diſtra.vbi per illum tex. quem dicit alibi ra-
ro reperiri,colligit quòd quis nõ tenetur coarctare
victum ſuum,propter alimenta illorum quibus ea
præſtare tenetur:quia alere nõ tenetur, niſi habeat
largas facultates ad victum vtriuſq;,ſecundũ eum.
vide Bald.circa hoc in l.quod nomine.ff.de condi.
indebiti. & in l.ſi quis crediderit. ff.de pactis. poſt
Gul.de Cug. vbi dicit,quòd ſi ponamus conſtante
matrimonio, quòd mulier repetat dotẽ ſecundum
formam.l.vbi.C.de iure do.& l.ſi cõſtante.in prin.
ff.ſol.mat. quæſtio eſſet ſuperuacua:quia debet de-
ſeruire cõmunibus alimentis. vnde debet formari
quæſtio ſecundum iura vetera in caſu diuortij.vel
ſecundum iura canonica poſſet procedere quæſtio
vtroq; viuente quando matrimoniũ eſt ſeparatum
ante carnalem copulam per ſuſceptionẽ ſacri ordi
nis,vel religionis ingreſſum, in c.j.& c.vxoratus.
extra de cõuer.coniug.& xxvij.q.ij.c.Agathoſa.&
cap.deſponſatam. vel poteſt intelligi hæc quæſtio
mortua muliere, & ſic ſoluto matrimonio per eius
obitum,& reliquit hęredes filios,& alterius mariti
qui ſunt inopes,& repetunt maternã dotem,argu.
16 C.qui pot.in pig.ha.l.aſsiduis.§.exceptis.† Secun-
dò fallit, quando matrimonio adhuc cõſtante dos
petitur propter viri inopiã:quia tunc,vt ſuprà di-
ctum eſt,agit ad dotis conſignationẽ, vt deſeruiat
oneribus matrimonij,& ſic vt vir inde cum vxore
alatur.not.in dicta l.ſi conſtante.in prin.ff.ſol.mat.
per Bar.& in l.vbi.C.de iure dot.per Doct.& c.per
17 veſtras.extra de dona.inter virum & vxo.† Tertia
fallentia eſt,ſi maritus doloſè cõſumpſit bona ſua,
vt l.etiam.§.licet.ff.ſolu.mat.facit l.fi.§.fin. ff.quæ
in fraudem cred.& not.Angel.Aret.in dicto §.item
ſi de dote.& Doct.in dicto §.licet.debet tamen con
ſumptio illa eſſe facta animo doloſo per maritum,
qui animus doloſus probabitur , vt dicit ibi Paul.
de Caſtro poſt Bald.per teſtes dicentes ſe audiuiſſe
à marito,ꝙ bona ſua diſsipabat,ne vxor dotẽ con
ſequeretur:ad quod facit dictum notabile gloſ.in l.
Fulcinius.§.quid ſit latitare. ff.ex quib.cau.in poſ.
eatur.& l.apud Celſum.in princi. ff.de excep.doli.
vide Bal.in l.pro hærede. ff.de acquir.hæred.& te-
net gl.in authẽ.de fideiuſ.§.quod autem. colla.j.ſu-
18 per verbo,credere.† Quartò fallit,ſi maritus ſciens
ſe non poſſe ſoluere, dotem recepiſſet,arg.l.penul.
ff.de iure dot. hoc tamen non placuit Raphaeli de
Fulgo. quia dicta l.penult. loquitur in ſocero viri
patre vxoris : ſed in marito videtur ſecus,per l.ſed
hoc ita.ff.de re iudi.gl.tamen in alleg.l.penul.tenet
idem eſſe in marito,& cæteris perſonis habentibus
hoc beneficiũ,& eam ibi recitat & ſequitur Alber.
pro qua faciunt iura ibi allegata per gloſ.& hoc ſa
tis videtur de mente do.Ioan.de Imola in dicta l.ſi-
cut.de re iudi.cum ſit vtrobiq; eadem ratio,& per
conſequens idem ius dici debet.l.illud. ff.ad legem
Aquil.& l.j.§.hoc autem interdictum. ff.de fonte.
cum concor.ibi alleg.in gloſ.& facit bene tex.in di
cta l.etiam.§.licet. cum ſua materia. ff.ſolu.matri.
19 † Quinto nõ habet hoc priuilegiũ ſeu beneficium,
ſi res dotalis extet,& ad eam cõueniatur,quia eſſet
in dolo nõ reſtituendo rem.l.in bonæ fidei.ff.de pe-
cul.& probatur in l.Neſennius. §.fundum. ff.de re
iudic.quæ loquit̃ in donatore.& ita tenet Bar.poſt
Guliel.de Cug.in l.ſi conſtante.in fin.prin.ſol.ma.
& Paul.de Caſt.poſt Bar. in dicta l.maritum.Idem
poſſe dici videtur,quãuis res dotalis non extet,ſed
alia res ex ipſa re dotali acquiſita. quod probatur
in l.vxor marito.ff.de dona.inter virum & vxo.&
l.ſi cum dotem.§.fi. ff.ſolu.mat.& facit in ſimili, l.
Imperator.§.fin.cum legib.ſeq.& cum ibi notatis.
ff.de legat.ij. vbi notat Bal.quòd non dicitur dila-
pidaſſe vel diminuiſſe, qui res conſimiles cõpara-
uit vel permutauit,per illũ tex.Sed attendite circa
hoc,quia Dy.in l.quod nomine.ff.de cõdi.indebi.
tenet quòd ſiue res dotalis extet, ſiue non, maritus
habet hoc beneficium,vt inquantum facere poſsit
condemnetur. Ideo ſi maritus habuit domũ in do-
tem,matrimonio ſoluto nõ tenetur eam reſtituere,
ſi nihil aliud habeat vnde ſe poſsit alimentare. &
pro hoc dicit eſſe caſum in l.ſi filio.ij.ff.ſol.ma.Nec
obſtat l.ſi cum dotẽ.§.fi.vbi videtur prima opinio
probari, quia ſecundũ eum, & etiã Bal.ibi nõ erat
verum matrimoniũ.Vel ibi loquitur in exceptio-
ne,per quam ius vxoris abſorbebatur,hoc caſu ſe-
cus, quia ſi peruenerit maritus ad pinguiorẽ fortu-
nam,non vtetur priuilegio,ſecundũ Paul.de Caſt.

Nec etiam nocet opinioni Dy. l. Nesennius. §. fundum. de re iudica. quia ibi interuenerat traditio rei donatæ, & post eam res donata reuersa erat ad donatorem: vnde tunc cõueniebatur non vt donator, sed vt quilibet extraneus possessor. Recessum enim erat per traditionẽ à priuilegio seu beneficio isto, argu. C. ad legem Falcid. authen. sed cum testator. Sed pro alia opinione videtur esse casus in alleg. l. etiam. §. licet. versic. Offilius. ff. soluto matr. vbi si dolo mariti res dotalis interijt, tenetur insolidum. Sed paria sunt quem verè possidere, & dolo possidere desijsse. l. sinautem. ff. de rei vendica. §. sed & is. & in regula, pro possessore. extra lib. vj. & l. qui dolo. & l. parem. J. eod. tit. Bar. verò in alleg. l. si filio. concordat opiniones, quòd si loquamur de alia re vxoris, quæ peruenit ad maritum, si cõueniatur rei vendicatione, non habebit maritus hoc beneficiũ. Si autem loquamur de re dotali, cõsiderandum est, ꝙ secundum iura ista Digestorum vxor rem dotalem soluto matrimonio nõ poterat vẽdicare, quia in eam nõ transibat dominium dotis. l. & si dotis. C. de iure dor. & not. per Docto. in l. si mora. ff. sol. matrimo. Hodie verò secus, vt l. in rebus. C. de iure dotium. habet tamen necesse vxor agere & dicere in libello & iudicio, quòd fuit vxor: ideo nõ agit vt quilibet extraneus: & sic quamuis maritus conueniatur vt quilibet possessor. l. de eo. §. finali. ff. ad exhiben. vtetur tamen & excipiet de suo priuilegio, per dictam l. si filio. quæ sic debet intelligi, secundum Bart. & Doct. Nec obstat l. etiam. §. licet. quia propter dolum ibi grauius punitur, quàm si possideret. Vbi verò vxor ageret vt quilibet extraneus, quod posset esse secundum Bald. in dicta l. si filio. quem sequitur Paulus de Castro, si possessio vltra dominium rei dotalis transiret in vxorẽ soluto matrimonio, vt quia maritus qui dotem restituere promisit, cõstituisset se nomine precario vxoris possidere, hoc casu maritus nõ vteretur isto beneficio, quia tunc possessio illa traheret secum exequutionem, & faceret cessare priuilegium. C. solut. matrimo. l. dotis. & facit argum. ad hoc dicta l. Nesennius. §. fundum. Et istam cautelam dat Bald. de precarij constitutione ad faciendũ cessare istud beneficium, & euitãdum inuolutionem opinionum. & hoc sequitur Paulus de Castro, & domi. Ioan. de

20 Imola, in alleg. l. si filio. quod notate. † Item est aduertendum in ista deductione, ne egeat, quòd non debet omnino attendi prior personæ deductis dignitas, in qua fuerat ante quàm deueniret ad paupertatem, vt exemplificat Paul. de Castr. in dicta l. si maritus in id. ff. soluto matr. si tenebat tunc plures famulos electos, nõ debeat sibi tantum dimitti, quòd possit eos tenere, sed attenditur præsens status, vt de minori sit contentus: quod arbitrio iudicis relinquitur. facit l. j. in fin. ff. de iure deliber. cum similibus. Intelligite tamen secundum Ang. & do. Ioan. de Imola in alleg. l. Nesennius. §. fi. de re iudi. quòd haberi debebit aliqualis consideratio, vt aliquam personam habere possit sibi seruientem ratione dignitatis suę personę. ad quod facit id quod not. in l. si stipulatus fuero per te nõ fieri. ff. de verborum oblig. quia satis esset turpe, quòd maritus digna persona, licet non cogatur mendicare, cogeretur solus viuere, & cum dedecore. Non autem sibi relinquetur tantũ, quòd inde nutriatur familia reliqua, puta vxor vel liberi, vt volunt Ioan. Fab. & Ioan. de Platea in dicto §. fi. vers. item si de dote. Instit. de actio. quos sequitur Ang. Are. ibi. quãuis enim ipse teneretur alere vxorem & liberos, vt l. si quis à liberis. §. non tantum. ff. de libe. agnoscen. in glos. & l. ij. ff. de vsu & habi. tamen nõ in omnibus, qui hoc beneficio gaudent, habetur ratio æris alieni, nisi in donatore, vt l. inter eos. §. fi. ff. de re iudi.

11 † Circa tamen modum alimẽtorum istorum præstandorum debet haberi, vt dictum est, aliqua consideratio personæ, & cõditionis eius: alia enim cibaria præstãda sunt militi vel nobili, & alia rustico, alia seni, & alia iuueni, vt not. per Dy. & Ang. Areti. in dicto versic. item si de dote. & domi. Ioan. de Imola in alleg. l. Nesennius. §. fin. satis est enim, quòd rusticus comedat caseum, cæpe & fabas, not. per glos. in l. seruis vrbanis. ff. de legat. iij. Imò pauperibus parare deliciosa cibaria est veniale peccatum, vt dicit tex. xxv. dist. §. nunc autem. prope fi. secundum vnum intellectum. Facit ad præmissa l. tutor secundum dignitatem. ff. de admi. tuto. & l. j. §. mulier. & l. habitatio. ff. de ventre in pos. mitten. Attendi tamen debet ad ea, quæ superius dicta fue-

12 runt, scilicet † quòd non sit habenda consideratio dignitatis prioris. quia Bal. in dicta l. quod nomine. ff. de condict. indebiti. & dicta l. si maritus in id. soluto matr. mouet quæstionem de marito, qui habet domum pretiosam, quæ sibi sola remansit, ex qua posset tantum pretium consequi, quod sufficeret & sibi & doti, an cogatur vendere; & idem de alijs qui hoc beneficio gaudent, ne exigantur, nisi quantum facere possunt. & videbatur quòd non: quia rei qualitas non est consideranda, sed redituum quantitas. l. qui bonis. ff. de cessio. bono. vbi Bartol. hic tenet dicens debere inspici, quantum ex fructibus potest redigi, non autem quantũ ex venditione rerũ redigeretur. facit ad hoc l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educa. debe. & quod nota. per Bar. in l. Imperator. ff. ad Trebel. & Ioan. de Imola in l. Nesennius. §. fin. ff. de re iudic. Contrarium tamen tenet Bal. in dicta l. quod nomine. sed in l. fin. C. qui bo. cede. possunt. concludit hoc esse arbitrarium, quia delicatus debitor non est audiendus, nec creditor onerosus. l. si seruos pignoratos. in fi. ff. de pigno. actio. Ita quòd vbi non esset magnus excessus, sed modicus, patienter ferri debet à creditore. Non obstat dicta l. qui bonis. secundum eum, quia non inspicitur rei qualitas, scilicet si res est pretiosa vel non, sed bene quantitas, scilicet quanti valoris est, & hoc debet arbitrari iudex secundum conditiones personarũ: esset enim iniquè arbitratum, si vni rustico permitteretur habitare domum multum valentem, puta turrim in damnum creditorum: sed non esset iniquũ in milite, ideo arbitrium iudici datur. facit in authent. de aliena. & emphyt. §. j. & in authent. de fideius. §. quòd autem. collat. j. & hoc videtur sequi Angel. Aret. in dicto §. fi. vers. item si de dote. Et est notandum, quòd hoc beneficium illud operatur ne is, qui cõdemnandus est in quantum facere potest, cogatur cedere bonis, cum non possit pro tali debito carcerari, vt nota. per Angel.

Angel. Aret. in dicto §. fin. versic. sed si quis. Instit. de actio. & glos. in dicto §. quod autem. super verbo, credere. in authen. de fideiuss. collat. j. dicens vite rius hæc omnia intelligi debere fore vera, nisi vo-
23 lens vti hoc beneficio fuerit † ingratus, quia tunc careret beneficio, vt l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de libe. agnosc. & in l. fin. & ibi per glos. C. de alendis libe. cum etiam propter causas ingratitudinis possint alimenta filio denegari per patrem, sicut posset exhæredari, vt not. Ioan. Andr. in cap. Quintauallis. & ibi Benedictus. extra de iureiuran. & per Spec. qui fil. sint legiti. versic. quid si filia. & per Bar. in l. diuus. ff. ad legem Pompeiam de parri. per dictum §. si quis ex his. Item cum pater & patronus habeāt hoc beneficium, vt l. patronus. ff. de re iudica. intelligite parentes vtriusq; sexus, vt ibi. Item intelligite quando pater agit contra filium emancipatum. nam contra filium in potestate non potest agere. l. lis nulla. ff. de iudi. & l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. nisi in casibus notatis in dicta l. lis nulla. & l. si lenones. C. de episc. audiē. & Instit. de patr. potesta. §. fi. idem est si pater agat contra alios descendentes emancipatos, vel qui non sunt in sua potestate, secundum Ioan. Fabr. in dicto §. fin. Vel econuerso cum istud beneficiū sit reciprocum, arg. l. j. ff. quod quisq; iuris. & quia pater tenetur alere filium emancipatum, si non habeat vnde se alat, vt dicta l. si quis à liberis. §. si vel parens. & sic nihil refert si filius se ipsum alat, cum per aliā viam id foret cōsequuturus, arg. l. si filius. ff. de vulg. & pupil.
24 substit. † Vtrum autem hoc locum habeat in fratre quæstio est. Et tenet glos. in l. verum. ff. pro socio. quòd non. & eam sequitur ibi Bar. & Bal. post Petrum, quia hoc beneficium iure speciali cōceditur: ideo non debet extendi. l. j. ff. de constit. princi. & l. quod verò. & l. ius singulare. ff. de legib. regulariter enim quilibet insolidum cōdemnatur. fallit in quibusdam casibus exceptis, inter quos nō numerantur fratres: vnde nō est nostrum legem extendere. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matr. & l. de pretio. ff. de publicia. Iacob. verò de Rauen. tenuit contra glos. quia socio datur, eò quòd societas vim fraternitatis habet, vt dicta l. verum. ergo multo magis videtur dandum veris fratribus, argu. authen. multo magis. C. de sacrosan. eccl. Item frater tenetur alere fratrem secundum glos. quam sequitur Sali. & Ioā. Fab. in l. j. C. de alen. libe. & dicta l. si quis à liberis. in princi. & probatur in l. qui filium. ff. vbi pupil. educa. debe. & l. j. §. j. ff. de tute. & rat. distra. ergo si iure agendi frater à fratre petere possit alimenta, multo fortius iure excipiendi, argumē. l. dolo. ff. de excep. doli. in l. j. §. quod autem. ff. de superficiebus. & facit l. cui domus. j. isto tit. Sed Iacob. But. tenuit opinionem glos. & respondet ad rationes in oppositum factas, scilicet ad authen. multo magis. quòd non ea sola ratione, quòd societas habeat vim fraternitatis hoc beneficium cōceditur socio, sed alia quam ponit gl. in alleg. l. verum. ergo cessat in fratre. Ad rationem alimentorum quæ tenetur frater præstare fratri, Respondet quòd nō tenetur statim frater ad alimenta fratri præstanda pro tota vita sua, sed per tempora successiua, vt l. fin. ff. de liberis agnosc. & sic non obstat l. dolo. de excep. doli. quia ibi loquitur, vbi quis est restituturus incontinenti, & eodem modo quo petitur: quod cessat hic, vt dictum est. & cum ista opinione pertransit Alber. in
25 dicta l. verum. † Ioan. Fab. verò in alleg. §. fi. Instit. de actio. versic. sed si quis. tenet contra glos. prædictam, scilicet quòd frater contra fratrem gaudeat hoc beneficio, ea ratione, quia tenetur frater alere fratrem. & eum ibi sequitur Angel. Areti. Non tamen aliter respōdent ad motiua glos. & suorum sequacium. Sed certè iudicio meo textus respondet pro ista parte in dicta l. verum. quoniam licet ibi glos. dicat rationem illius legis esse, eò quòd inter socios fuit societas honesta ob cōmodiorem vsum & vberiorem quæstū, nihil tamē allegat, ideo parua est in hoc autoritas glos. iuxta not. in l. sed licet. ff. de offic. præsid. & maior imò necessaria est autoritas legislatoris, qui in dicto textu dicit huius beneficij in socijs summam esse rationem, cum societas ius quodam modo fraternitatis in se habeat. Et sic ibi videtur decisio clara in ratione tex. quòd fratres hoc beneficio potiantur: quoniam ratio legis est eius decisio, vt solet notari in l. non dubium. C. de legibus. facit l. scire leges. §. illo eod. tit. & l. scire oportet. §. j. versic. sed & si maximè. ff. de excus. tut. & l. cum ratio. in prin. ff. de bo. dam. Ideo putarem istam opinionem esse veriorē de iure. Et idem iuris putat Ioan. Fab. quem recitat Angel. Areti. esse in
26 † domino & vasallo, cum inuicē se alere teneantur, vt not. per Spec. tit. qui fil. sint legi. versic. sed nunquid dominus. & per Bart. post Dy. in l. alimenta. ff. de libe. agnos. & facit ad hoc in ratione sui cap. vnicum. de for. fideli. Contrarium tamen tenuit gl. & Sal. in l. solo. C. de libe. caus. quia nulla lege nec consuetudine vel vsu feudorū hoc cauetur. & facit etiam ad hoc, quia regula tradita videtur ꝙ amicus non tenetur amicum alimentare, nec tutor pupillum ad egestatē redactum. l. iij. in fi. ff. vbi pupil. educa. debeat. & l. à tutoribus. in fin. ff. de admi. tut.
27 † Quid autem in patrino & filiolo, an inuicē gaudeant hoc beneficio. Ioan. Fab. tenet quod sic, cum in subsidium se inuicē alere teneantur, vt ipse not. in dicto §. fin. de actio. & in l. j. C. de alen. libe. quod & tenet Bal. sub verbo, fortè. in authen. nisi rogati. C. ad Trebel. & recitando sequitur Angel. Aret. in alleg. §. fin. versic. sed si quis. Ad quod facit secundum eum, quia ita debet homo eum diligere, qui ipsum de sacro fonte suscepit, sicut patrē, vt dicit text. xxx. quæst. iij. cap. ita diligere. facit ad hoc l. si
28 quis alumnā. in fin. C. de nuptijs. † Idem dicendū est in patrono ecclesiæ, qui debet ali ab ecclesia: quamuis enim ecclesia teneatur pauperibus subuenire, pinguius tamē & abundantius patrono. xvj. q. vij. cap. piæ. in glos. & cap. quicunq; ij. & extra de iure
29 patro. cap. nobis fuit. † Simile dici debet in prælato, si subditus eum conueniat, & ratione fortiori, quia gaudet priuilegio cœlestis militiæ, vt superius dictum fuit, vt alleg. l. miles. ff. de re iudi. Idem de scholari & suo Doctore. non enim potest capi personaliter Doctor vel duci ad curiā, aut alio modo vexari: quod intelligit Bart. in Doctore actu legente, vt ipse notauit. & post eum Iacob. Rebuf. in l. medicos. C. de profes. & medicis. lib. x. & Angel. Aret. in dicto §. fin. versic. sed si quis. facit etiam ad

r

30 hoc. Quoniam † doctor si egeat, debet ali à suis scholaribus, vt not. Alber. ff. in procemio. §. quibus. & l. ij. §. primus diuus. ff. de origi. iur. & est glos. quam miror non allegatam per dictū Alber. qui fuit magnus Canonista in cap. reuertimini. super verbo,
31 à quibus. xvj. q. j. † Item superius dicta de socio intelligi debent siue sit socius omnium bonorū, siue vnius rei particularis, quia conuenit tali socio hoc beneficium, secundum Io. Fab. de Platea, & Angel. Aretinum, vt dicta l. verum. in prin. nec obstat dicta l. sunt quæ in id. ff. de re iudica. vbi dicit tex. socius autem omniū bonorum accipiendus est: quia
32 ibi debet subaudiri maximè, vt ibi not. in gl. † Et idem dici potest secundum prædictos Doct. in pluribus canonicis vnius ecclesiæ, & pluribus prioribus & monachis eiusdē monasterij, pluribusq́ scholaribus habitantibus in eodem loco, pro quibus facit generalitas. l. verum. ff. pro socio. & dicto §. fin. in ver. item si socius. Instit. de actio. Ista enim conueniunt bonis moribus, igitur debent extendi. l. eleganter. §. j. ff. sol. mat. & dicta l. patronus. de re iudi. facit ad hoc id quod notauit Compostellanus in c. nonnulli. §. fi. extra de rescrip. vbi dicit, quòd inter Canonicos eiusdē ecclesiæ est proximitas quædam spiritualis, quæ maior est carnali. xxx. quæstio. iij. cap. j. & ij. & vinculum fraternitatis inter eos esse videtur, arg. dictæ l. verum. Non tamē in omnibus habentur pro coniunctis proximis've personis, vt puta in casu illius cap. nonnulli. §. fi. vbi coniuncta persona potest impetrare rescriptum sine mādato pro coniuncta persona, sed canonicus pro cōcanonico impetrare nō potest: nam illa coniunctio intelligitur de cōiunctione sanguinis, secundū Compostel. ibi post Gofr. & hoc tenet Specul. titu. de rescripti præsentatione. §. ratione autē impetrantis. versic. sed an pro concanonico. & facit quod not. per glos. in c. ij. extra de postulā. quod est notandū.
33 † Item est aduertendū, quòd ad hoc vt quis hoc beneficio gaudeat, requiritur q̄ prestet cautionem de satisfaciendo, si ad pinguiorem fortunam peruenerit, sed cautio illa debet esse sine fideiussore, vt in dicta l. verum. §. id quod. ff. pro socio. & tenet glos. in dicto §. fi. vers. item si de dote. super verbo, facultates. vbi Ange. de Aretio ita tenet. & hoc si nō possit satisdare, aliàs teneretur dare fideiussorem cum possit, vt in dicto c. Odoardus. extra de sol. vbi gl. ita illum tex. intelligit. volunt tamen Docto. quòd etiam vbi fideiussorem non inuenit, debet cauere sub hypotheca bonorum suorum, cum sic regulare
34 in iure, † quòd omnis qui releuatur ab onere satisdandi, non releuatur à cautione propria cum obligatione bonorū, vt etiam dictum fuit in l. plus cautionis. ē. isto titu. & de hoc est singularis tex. in l. filio. ff. vt leg. no. caue. & not. per gl. in l. iij. §. quāuis. ff. si cui plus quàm, per legē Falci. quam regularem doctrinam ponit Bart. in l. prætoriæ. ff. de præto. stipula. & eum ibi sequitur Angel. dicens, quòd ita obseruat cōmunis consuetudo, & est æquum, cum hoc sit facile, & nō præiudiciabile cauēti. Dicit tamen Ioan. de Imola in dicta l. prætoriæ. quòd vbi consuetudo ita obseruat, standum est cōsuetudini: sed de veritate iure non tenetur obligare bona ille, qui tenetur ad cautionem nō fideiussoriā, nisi essemus in casu, in quo contra regularē dispositionem iuris habentē, quòd debeat dari fideiussor, sufficiat cauere sine fideiussore: quia tunc cum promissor in vno releuetur, grauatur in alio, scilicet in obligatione bonorum, arg. l. eum qui. ff. de iureiurā. & iste est secundum eum verus intellectus dictæ l. filio. & l. iij. §. quamuis. ff. si cui plus quàm, per legem Falc. nec potest negari istam obligationem bonorū esse præiudicialem promissori saltem quo ad hoc, quia ex quo bona essent obligata, non sic faciliter inueniret promissor subuenientē sibi, sicut si non'essent obligata. & ita pertransit. Communiter tamen tenetur opinio Bar. vt not. Angel. Aret. in dicto §. fi. vers. item si de dote. Adde hic not. in l. plus cautionis. ē. eod. tit. Nunc autem reuertendo ad primam partem huius regulæ cum in prædictis casibus cōditio personarum locū faciat huic beneficio, ne in plus condemnentur, quàm facere possint, deficientibus istis personis, beneficiū deficit: quia nō transit ad hæredes, vt l. sciendū. ff. de re iudi. & dicta l. maritum. cum l. seq. ff. solu. matr. Fallit tamen hoc in hæredibus mariti cōmunibus cum vxore quæ dotem repetit, vt l. etiam. in prin. ff. solu. matr. Ista tamen glos. videtur contraria glos. positæ in dicta l. sciendum. & in l. si cum procuratore. in fin. ff. de re iudica. & in dicto §. fi. vers. item si de dote. Instit. de actio. cum velit hoc priuilegiū extendi ad filios natos etiam ex alio matrimonio. dictæ tamen gl. tenent oppositū, quas cōmuniter sequuntur Docto. Sed Salice. in l. vnica. C. de priuileg. dotis. dicit eas sanè intellectas non contrariari, quoniam licet dictæ glos. dicant hoc beneficium cōpetere filijs communibus viri & vxoris, non excludunt tamē filios ex alio matrimonio natos secundū eum. Vnde ponit casum de marito decedente & instituente hæredem filiū vxoris suæ ex alio viro, & dicit matrem non posse à filio suo insolidum dotem exigere, sed inquantum facere potest, quia erubescit lex, q̄ mater tantum exigat, quòd filius non habeat vnde se alat, per ea quæ superius dicta sunt. Et ita intelligit glos. in l. etiam. alleg. In filio verò mariti defuncti, qui fuisset alterius vxoris fatetur, quòd aliæ glos. procedunt, & dicta Docto. eas sequentium: quæ distinctio parum habet subtilitatis bene intellecta, quia eo casu, quo filius vxoris ex alio marito non potest cōueniri insolidum à matre dotē repetente, hoc non est quia sit hæres mariti defuncti, sed ideo quia filius, qui ex persona sua, non autē eius à quo est hęres institutus gaudet hoc beneficio, ideo regula ista in hoc non habet fallentiam. & ita tenet Bal. post disputationē & recitationem opinionū in di-
35 cta l. etiam. in prin. ff. sol. matr. † Non transit etiam hoc beneficium ad fideiussorē. l. & si fideiussor. ff. de re iudi. dicit tamen ibi do. Io. de Imola post Barto. q̄ si conuento fideiussore reus principalis pro suo interesse cōpareat ad defensionem fideiussoris, poterit obijcere exceptionem sibi cōpetentem, & hoc medio per indirectum cōpetet hoc beneficiū fideiussori, licet non ex persona sua, vt probatur in l. idemq́. §. generaliter. ff. mādati. & l. procurator ad exhibendum. §. j. ff. rem ra. hab. est itaq; consilium, vt fideiussor cōuentus denuntiet principali, vt veniat suscepturus causæ defensionē. facit ad hoc l. fideiussor.

deiussor.§.quædam.ff.manda.hoc etiam tenet Bal.
& Sali.post Cy.in l.quoties.C.de preci.impe.offe.
& Ioan.Fab.Instit.de iure nat.§.sed quod principi.
& Bal.in l.tam mandatori. C.de nō nume.pecu.&
do.Ioan.de Ana.in c.ad liberandam.in fin.extra de
Iudæis.aliàs verò si reus non susciperet defensionē,
fideiussori non prodesset beneficium istud,neq; le-
galis dilatio,quando illa cōceditur personæ, secus
si causæ.& ita debet intelligi.l.fi.§.fi.C.de vsur.rei
iudi.vt dicit Cy.& Bal.in alleg.l.quoties.Nec ob-
stat præmissis l.Græcè.§.illud. ff.de fideiuss. vbi fi-
deiussor nō potest in plus obligari,quàm reus prin
cipalis,cum isto casu videatur oppositum, ex quo
insolidum cōdemnatur , reus verò quatenus facere
potest. sed vt dicit do.Ioā.de Imola,in alleg. l.& si
fideiussor. non in plus obligatur fideiussor quàm
reus,sed bene efficacius,quia non habet ex persona
sua beneficiū,quod habet principalis. Aliud exem
plum ponit glos.in priuilegio mulieribus cōcesso,
vt alijs creditoribus præferantur,in dotiū suarum
repetitione:quod nō transit ad hæredes extraneos,
vt dicta l.vnica.C.de priuileg.dot. ad filios tamen
bene transit,vt l.assiduis.§.exceptis. C.qui pot.in
pig.hab. ad quos tamē transit non vt hæredes, sed
vt filios,vt not.per glos.in dicta l.j.ff.de priuileg.
36 dot. †Vtrum autem hoc priuilegium dotis possit
per mulierē cedi. Cy.post Pet.mouet quæstionem
in dicta l.vnica.C.de priuileg.dot. & Bar.ibi,Bal.
& Sali.qui disputant ad partes.Primò quòd sic ad
similitudinem fisci,cum dos & fiscus æquiparētur
in l.iij.& fin. C.de priuile.fisci.& quia beneficium
speciale restitutionis in integrum transit in cessio-
narium.ff.de minori.l.quòd si minor.& ff.de admi.
tuto.l.si minor. & pactū personale prodest empto-
ri.l.si tibi.§.pactum.ff.de pact.saltem quandiu ven
ditor viuit,vt eod.tit.de pact.l.hæredi. In prin.er-
go similiter & istud beneficium prodesse debet ces-
37 sionario,saltem quandiu viuit mulier.†In contra-
rium verò facit tex.in authen.vt exacti.instan.do.
circa principiū.ibi,non autem alijs,&c.& faciunt
not.in §.fuerat.Insti.de actio.Item,quia vt dictum
est,hoc priuilegium non habent extranei hæredes,
ergo nec cessionarij, qui habent debiliora iura, q̃
hæredes : quoniam in hæredē transeunt omnia iu-
ra,in l.hæredem.ō.isto titu.& ibi dictum est,in ces-
sionarium autem solæ vtiles actiones trāseunt.l.iij.
ff.pro socio.& not.in l.j.C.de actio.& oblig. Facit
ad hoc l.ex pluribus.ff.de admi.tuto.& ibi videtur
casus pro ista parte,per quē tex.eam sequitur Dy.
Cy.autem tenet primā partem, scilicet ꝙ transeat
priuilegium in cessionarium viuente muliere,per
iura superius allegata,& arg.l.non solum.§.penul.
ff.de ritu nup. Bal.verò dicit,quòd mortua mulie-
re extinguitur dictum priuilegiū:ea verò viuente,
si cessionarius directis vtatur nomine cedentis ha-
bet priuilegium, sed si vtilem intētat suo nomine,
secus est per dictā l.ex pluribus.&hanc disputatio-
nem dicit notabilem,vbi tractamus de priuilegio
38 prælationis.†Sed in priuilegio tacitę hypothecæ,
quam habet mulier à iure, vt l.vnica. §.j.C.de rei
vxo.actio. tenet ꝙ tacita hypotheca transit in ces-
sionarium sicut expressa,sine tamē priuilegio præ-
lationis,vbi mortua muliere agit,vel ea viuēte in-
tentat vtiles suo nomine. Et est ratio differentiæ,
quia priuilegium hypothecæ tacitæ inductum est
sine alicuius iniuria. Priuilegium verò prælationis
cum iniuria aliorum creditorū,ideo debet restrin-
gi.& ita etiam tenet Salice.& hoc voluisse videtur
Angel.de Perusio,in dicta authen. vt exact.instan.
do.in princi. vbi dicit,ꝙ licet mulier priuilegium
habeat,vt cæteris creditoribus præferatur : tamen
creditores mulieris exigentes dotē in bonis mariti,
non habent illud priuilegium, vt probatur in illo
tex.quod dicit esse notandum.Bar.autem in l.post
39 dotem.in fin.ff.sol.mat.aliter distinguit,quòd †aut
cessio fit ex necessitate ab vtraq; parte,vt quia ce-
dens cogitur cedere, & cessionarius emere, & tunc
iura cessa transeunt cum eorū priuilegio.& ita in-
telligatur tex.in dicta l.fin.C.de priuileg.fisci.Aut
cessio fit ex voluntate, & nō transeat priuilegium
in cessionarium,per tex.in dicta authen.vt exacti.
instan.do.circa principium.Sed do.Io.de Imola in
dicta l.post dotem. tenet indistinctè,quòd priuile-
gium nō transeat in cessionarium,per dictam au-
then.in prin.vbi cessio fit ex necessitate,quia inter
creditores,vt ibi patet in verbo,creditoribus.& ta
men non transit priuilegium.& respondet ad l.fin.
C.de priuil.fisci.quod loquitur in priuilegio fisci,
quod de sui natura est perpetuum,cum fiscus nun-
quam moriatur,arg.c.si gratiosè.de rescrip.lib.vj.
& l.proponebatur.ff.de iudic.ideo non est mirum,
si facilius priuilegiū fisci transit ad alium.Sed pri-
uilegium mulieris extinguendum est cum persona
moritura,igitur nō transit.Sed do.Ang.de Aretio
in dicto §.fuerat. magis videtur placere distinctio
Bar.scilicet quādo ex necessitate fit cessio ex vtra-
que parte transeat priuilegiū, vt in casu dictæ l.fi.
C.de priuil.fi.sicut potest fieri,vt in l.Modestinus.
ff.de solu.cum ibi notatis per Bar.& ad tex. authē.
prædictæ,vt exacti.instan.do.in princi. respondet
quòd ibi nō probatur fuisse cessionem necessariā,
sed voluntariā, ideo imputari debet creditoribus,
quare cōtraxerunt cum muliere voluntariè,& non
40 de necessitate:& ita pertransit.†Prædicta autē in-
telligunt Bal.& Salic.in dicta l.vnica.C.de priuil.
dotis. quando mulier matrimonio soluto cessit do
tem,quoniam non potest eam cedere matrimonio
cōstante,si vir fortè vergeret ad inopiam, quia est
merum priuilegiū mulieris pro dote,quæ tunc de-
bet deseruire oneribus matrimonij,vt l.vbi. C.de
iure dot. ideo cohæret sic personæ, quòd ad alium
transire nō potest, maximè in præiudicium tertij,
scilicet mariti,argu.l.dominus.§.fin.ff.de vsufr.sed
spes repetendæ dotis constante matrimonio bene
potest cedi,secundum Bal.qui allegat in argu. l.ij.
versic.nec cogitur.ff.solu.mat.cui addo not.per gl.
& Docto.in l.constante.C.de dona. Attendi etiam
41 debet circa præmissa, quòd†priuilegiū dotis non
tantum datur mulieri, sed etiā patri agenti pro fi-
lia,vel actione cōmuni sibi & filiæ, vt not.glos.in
dicto §.fuerat. quæ semper allegatur,quam tamen
ibi intelligit do.Ang.de Gambilonibus de Aretio,
quando pater agit filia viuente, quia tunc ad filiæ
vtilitatem agit.Secus si ea mortua pater ageret,vt
suprà dictum est,de hæredibus extraneis filiæ,qui-
bus non datur hoc priuilegiū.quod est notandum.

41 Aliud † exemplum ponit hic glos. in prima parte
huius regulæ, in priuilegio concesso pupillo inter
creditores in actionibus personalibus, quod non
transit in hæredem, vt l. dabimus. §. j. ff. de priuileg.
credi. nisi esset suus hæres, vt dicit ibi glos. cui glos.
ibi contradicit Bart. & in dicta l. ex pluribus. post
glos. ibi, quæ dicit, etiam hæredi pupilli suo nõ da
ri illud priuilegium, per istam l. quam allegat. & l.
priuilegia. §. eo. allegat etiam Bart. ad hoc l. penult.
§. si puellæ. ff. de ritu nupti. vbi est expressum, iun-
cta ibi gl. j. Nec obstat l. assiduis. §. exceptis. C. qui
pot. in pig. ha. vbi priuilegiũ dotis transit in hæ-
redem suum. Quia filij sunt vnũ de bonis matrimo
nij, in quibus cõsistit maxima vtilitas, vt l. j. ff. so-
luto mat. & l. cum ratio. §. penult. de bo. dam. pro-
pter quod matrimoniũ datur dictum priuilegium
dotis, vt ibi not. & per Alber. in l. non solum. ff. de
resti. in integrum. & per Bal. in dicta l. vnica. C. de
priuileg. dotis. & facit dicta l. assiduis. in verb. quis
enim. Sed nõ sic est in alijs priuilegijs, quæ nõ dan-
tur nisi ratione personæ solius priuilegiatæ, vt in
ista regula. Ideo diuersa est ratio, & per consequens
diuersum ius, vt dicto §. si puellę. vbi hoc tenet Bal.
Item potest poni exemplum in vtraq; parte huius
regulæ, de l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotidia. &
æsti. vbi beneficium alicui datum de aqua ducẽda,
si personæ datur, extinguitur cum persona. secus
si sit datum prædio. ad idem l. licitatio. §. fi. ff. de pu
blica. & de l. ætatem. §. fi. & l. forma. §. quanquàm.
43 ff. de censi. in quibus probatur, quòd † priuilegium
personale extinguitur cum persona. Ad quod vide
latius notata in regula, priuilegiũ personale. extra
eodem. libr. vj. & in l. sordidorũ. C. de excus. mune.
libr. x. vbi videte bonam gl. in hac materia, & ali-
44 quid statim dicetur. † Opponit glos. contra istam
primam partẽ, de l. non solum ff. de restit. in integ.
vbi beneficium restitutionis in integrum, quod da-
tur minori, transit ad hæredem. ad idẽ facit l. si in-
tra legitimam. & l. si ea. C. de tempo. in integ. resti.
peten. & tamen constat, quòd est beneficium perso
nale, quia cohęret personæ. l. exceptiones quæ per-
sonæ. in prin. & §. j. ff. de excep. iuncto §. fi. dictæ l.
Ideo non transit ad fideiussorem, quãdo minor sua
facilitate fuit læsus, secus si dolo aduersarij, vt ibi.
& l. in causæ. j. §. j. ff. de mino. Similiter opponit gl.
de l. hæredes. C. ad Velleia. vbi beneficiũ Senatus-
consulti Velleiani transit ad hæredem, & sic defi-
ciente persona nõ deficit beneficium contra istam
regulam. gl. hic, & in dicta l. hæredes. soluit per spe-
ciale & fallentiam, dicens in his casibus regulã fal-
lere. Sed hæc solutio non placuit Dy. tanquam ni-
mis generalis. Ideo pro solutione horum cõtrario-
rum ex sententia ipsius Dy. & Doct. in dicto c. pri
uilegium. extra eod. lib. vj. & Docto. in l. maritum.
alleg. solu. matr. & in dicta l. non solum. de restit. in
integrum. & dicta l. sordidorũ. de excus. mune. vbi
per Iaco. Rebuf. post Bar. & alios, possumus sic cõ-
45 cludere, † quòd aut loquimur in commissione, aut
in concessione vel priuilegio. Si in commissione,
nunquam trãsit ad hæredem, vt l. cuius bonis. ff. de
cura. furio. quæ ad hoc allegatur, secundum Oldr.
46 vt ibi dicit Bal. † Si in cõcessione, distinguendum
est, quia aut cõceditur personæ aut rei, aut loco vel
ciuitati. Primo casu, aut conceditur personæ pro-
pter personam, aut personæ propter causam, aut
simpliciter conceditur. Si personæ propter ipsam
personam, non transit ad aliam personã, vt hic &
iuribus allegatis, nisi alia persona sit causa priuile
gij concedendi, vt l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot.
in pig. ha. cum similibus. Si verò personæ cõceda-
tur propter causam, aut illa causa cohęret personę,
& nõ transit ad alium, vt l. iij. §. si quid. ff. de mino.
Aut non cohæret personæ, sed respicit rei familia-
ris damnum vel interesse, & tunc transit ad alium,
vt dicta l. non solum. ff. de restit. in integ. l. hæredes.
C. ad Velleia. l. interdũ. ff. de mino. & l. Pantonius.
ff. de acquir. hæredi. cum similibus. Læsio enim est
causa restitutionis dandæ, non sola persona. l. nam
postea. §. si minor. ff. de iureiurã. & etiam persuasio
æquitatis naturalis. l. j. de mino. Tertio casu, quan-
do simpliciter conceditur, inspicienda sunt verba
priuilegij, quæ debent maxime attendi, vt in cap.
porrò. & cap. recepimus. extra de priuileg. & cap. j.
eodem tit. libro vj. & cap. accepimus. extra de fide
instru. & in authent. de mand. prin. §. si quis autem.
colla. iiij. Ideo debet attẽdi, si in priuilegio fit men
tio de successoribus. Quo casu inspiciendũ est, si lo
quatur priuilegiũ per verbum posteritatis vel ge-
neris: quia extenderetur ad descẽdentes ex linea ma
sculina nõ fœminina, vt l. j. in fin. & l. iiij. ff. de iure
immu. vbi de hoc. Et est ratio secundum Alber. in
dicta l. nõ solum. quia posteritas vel genus impor-
tat eos, qui sequuntur familiam, sed descẽdentes ex
fœmina nõ sunt de familia illius, sed patrũ suorũ.
Instit. de pat. potesta. in fine. & Instit. de adop. §. fœ-
minę. & hoc tenet do. Bonif. de Amanatis, in alleg.
cap. priuilegium. Si autem dicat, sibi & hæredibus
suis, in plurali esse cõcessum, tunc quicunq; sint hæ-
redes, gaudent priuilegio, vt l. sciẽdum. ff. de verb.
signifi. Sed si in priuilegij concessione, adijcitur in
singulari, sibi & hęredi suo, & intelligi debet de pri
mo, & non de vlterioribus, vt l. antiquitas. C. de
vsufr. & facit in l. in annalibus. C. de legat. & quod
47 not. per Albe. in l. j. C. de epis. & cler. † Sed Bartolo
non placent ista verba in l. quia tale. ff. solu. mat. &
remittit ad ea quæ dixit in l. Gallus. §. nunc de lege
Velleia. versic. etiam. ff. de libe. & posthu. vbi dicit,
quòd tantum est dicere hæredi, quantũ est hæredi-
bus, vt in l. si plures. ff. de leg. iij. & l. hæredis appel-
latio. de verb. sig. Ideo dicẽdum est secundum eum,
quòd aut apponitur nomẽ hæredis circa rem, quæ
de sui natura non transit ad hæredẽ, & tunc de pri-
mo intelligitur, vt dicta l. antiquitas. C. de vsufru.
Aut super re quæ transire potest, & tunc cõprehen
dit omnes, vt dicta l. sciendum. & ita tenet Salic. in
dicta l. antiquitas. Nec obstat, vt Bar. dicit, dicta l.
in annalibus. vbi legatũ annuum, licet nõ transeat
de sui natura, cum sit conditionale pro sequẽtibus
annis, tamen vbi fit mentio hęredum, transit ad o-
mnes. Quia ibi res legata erat de sui natura transi-
toria ad omnes, ideo transit vbi dicitur de hæredi-
bus. secus esset si non diceretur, vt ibi not. & in l. si
Stichum. §. j. ff. de verb. oblig. Saliceto tamen post
Bal. in dicta l. in annalibus. & Bonifacio in alleg.
regula, priuilegiũ. non placet ista solutio Bar. quia
legata annua, vt plurimum interpretantur ad ali-
menta,

menta,vt l.cum hi. §.j.ff.de transact.quæ alimenta
non sunt sui natura transitoria. Ideo stant cum gl.
dictæ l.in annalibus. vbi dicit,quòd ideo trãsit le-
gatum annuum ad hæredes, quia de hæredibus fa-
cta est mentio. Videte subtiliter per Bal.in dicta l.
in annalibus.vbi soluit cõtrarium,de l.antiquitas.
quòd ideo ibi non fit extensio ad hæredes propter
ius proprietatis,quod est apud alterũ, & quod est
potentius & principalius : ideo subalternum eius,
quod est vsusfructus non debet illud attrahere, sed
econuerso. l.iij. §.ne esset ei inutilis proprietas, si
aliud disponeretur. l.Titio centum. §.Titio. ff.de
condi.& demonstr.sed in annuo legato non est ali-
quod ius extra rem legatam quod se obijciat trans-
missioni, ideo ad omnem hæredem fit transmis-
sio.l.vnica.C.vt actio.ab hæredi. secundum Bald.
48 quem videatis. †Si autẽ concessio fiat rei,aut con
ceditur simpliciter, & transit ad omnes successores
illius rei.l.iij.in fin. ff.de censi.& l.j.§.permutator.
ff.de aqua quoti.& æsti. Aut concedit rei contem-
platione certæ personæ,& tunc non extenditur ad
successores.l. pecoris. ij.respon.ff.de ser.rusti.præd.
49 secundũ Iac.Rebuf.in dict.l.sordidorũ.†Et si quæ-
ramus an cõcessio præsumatur in dubio realis vel
personalis,scilicet tantum ad vitam illius cui con-
ceditur, recurratis ad cap.cùm venissent. vbi glos.
& Docto.extra de Iniit.& ad Bart.in l.pater. ff.de
ser.lega.& l.quia tale.sol.mat.& Bal.in l.maritum.
ff.sol.mat.& in l.liberti libertæq;.vers.denuo quæ-
ro.C.de ope.liber.& in l.beneficium.de cõsti.prin.
Et resoluẽdo dicit Bal.aut est simplex cõmissio,&
censetur personalis,vt dictũ est, extra de offi.deleg.
cap.vno delegatorũ.Aut est concessio,& debet at-
tendi an fiat personæ, & præsumatur personalis.l.
vt pomum.ff.de seru.& dict.l. pecoris.de ser.rusti.
prædio. nisi vt dicit do.Ioan.de Imola post glos.in
dicto c.cùm venissent. alia præsumptio sit in con-
trarium, vt quia quis & sui antecessores fuerint in
quieta possessione.& ita intelligatur dictum c.cùm
50 venissent.†Si verò fiat ecclesiæ vel dignitati,præ-
sumitur realis & perpetua.Idem secundũ Bal.si ter-
ritorium territorio concedatur. & ita voluit glos.
in alleg.cap.cùm venissent.& etiam gl.in cap.tua.
extra de his quæ fiunt à præla.sine consensu ca.Sed
glos.xxv.q.ij.in summa,videtur velle,quòd in du-
bio præsumatur personalis.At Spec.de instru.edi.
§.nunc autem.vers.item quòd fuit concessio.vide-
tur velle,quòd in dubio præsumatur realis.Et hoc
idem tenet gl.in l.forma. §.quanquàm. ff.de censi.
& idem Ioan.Andr.in dicto c.priuilegiũ.in mercu
rialibus.circa finẽ.& facit quod not.Hosti.in sum-
ma.de pactis.§.quæ sunt diuisiones.vers.si. Innoc.
verò,vt tangit do.Flor.& do.Io.de Imola in alleg.
cap.cùm venissent. refert aliquos dixisse, ꝙ etiam
concessio facta personæ ecclesiasticæ, censetur rea-
lis, arg.l.iurisgentium.§.pactorum. ff.de pact.& l.
annua.§.j.ff.de annu.legat. Quod dicit domi.Flor.
esse verũ, dummodo ille qui cõcedit possit in per-
petuum concedere. Vel potest dici secundum Bar.
in dicta l.pater.de ser.lega.quem recitat & sequitur
do.Pet.de Ancha.& do.Ioã.de Imola in sæpe dicto
c.cùm venissent.quòd quandoq; cõceditur benefi-
cium,quod non est cõtra ius,& in dubio præsumi-
tur reale : quia tale beneficiũ latissimè est interpre-
tandum,vt dicta l.beneficium. ff.de constit.princi.
Interdum conceditur contra ius commune,& tunc
aut cõceditur ecclesiæ vel dignitati,& censetur cõ-
cessio realis,vt dicit gl.in dicto cap.cùm venissent.
Facit quod habetur in cap.si gratiosè. extra de re-
scrip.lib.vj.Aut conceditur personæ,& tunc idem
scilicet ꝙ realis censeatur in dubio,vt dicit glos.in
dicta l.forma.§.quanquàm.ff.de cẽsi.& facit etiam
quod not.gl. xxv.q.ij.in summa. Oldradus tenuit
oppositum,vt dicit Bart.in dicta l.pater.quod vi-
detur verius secundum do.Ioan.de Imola,quia pri
uilegia quæ sunt cõtra ius,sunt restringẽda,vt not.
in c.olim.super si.gl.per Io.And.extra de verb.sig.
& per glos.prædictam.xxv.q.ij.in summa. Et ma-
ximè vbi tangunt iura aliorũ, in cap.ex tuarum.
extra de auto.& vsu pallij.non tamen fienda est ca
lumniosa interpretatio,secundum do.Io.de Imola
in alleg.cap.cùm dilecti.extra de donat. & proba-
tur in c.in his. extra de priuileg.& facit quod not.
in cap.si.extra de transla.præla. & in cap.causam.
extra de rescrip.vbi aliquid per Ioan.And. Et pro
hac opinione secundum dictum de Imola,videtur
casus expressus nõ diuinando nec violando literã,
in dicto §.quanquàm.quod tamẽ intelligit,nisi ex
coniecturis aliud sit præsumẽdum,vt patet ex his,
quæ tetigit gl.in alleg.cap.cùm venissent.& in di-
cta regula,priuilegium.lib.vj.& Bar.in alleg.l.pa-
51 ter.quem ibi plenius videatis. †Et prædicta proce
dunt in concessione facta à principe, si autem fiat
per priuatam personam,& dici potest ꝙ in aliena
tione transit ad successores,quia realis præsumitur
l.si pactum.ff.de proba. quia persona nõ facit alie-
nationem personalem,secundum Bal.in dicta l.be-
neficium. nisi quando hoc dicitur in contractu,vt
dicto §.pactorum.in l.iurisgentium. In alijs autem
cõcessionibus dici potest,quòd aut fiunt,ita quòd
debeantur à re rei, & tunc sunt reales, nisi ex cõie-
cturis aliud appareret,vt ponit Bar.exemplum in
dicta l.pater.Aut à persona personæ,& sunt perso
nalissimæ,secundum Bal.in dicta l.beneficiũ.sed si
à re personæ,vt in vsufructu, sunt personales con-
cessiones,vt dicta l.pecoris.& l.vt pomum.& facit
quod not.ff.de vsufr.l.si quis ita.sciẽdum est tamen
secundum Bal.ꝙ in personalissimis actibus insepa
rabiles personæ includuntur,vt vxor,& similes.l.
si stipulatus fuero per te nõ fieri.ij. ff.de verb.obli.
& dicta l.pater.Sed circa præmissa quærit de pul-
chra quæstione,quæ mouetur per Doct.in diuersis
52 locis:†pone quòd rex Frãciæ concessit cuidam no
bili,& suis hæredibus castrũ in feudum.Iste cui cõ-
cessum est decessit sine liberis,& reliquit extraneos
hæredes,rex dicit feudum ad se reuersum : hæredes
hoc negant.quæritur quid iuris.Glos.in l.etiam.in
prin.ff.sol.mat.& in l.ex facto.§.si. ff.ad Treb.per
illum tex.tenent pro rege,quia vt ibi not.appella-
tione hęredum soli filij intelliguntur.& istam par-
tem tenuit Dy.in l.in conuentionibus. §.si.proxi-
mo.Quia quæstio loquitur in cõtractu feudali,qui
de sui natura nõ transit ad hæredem extraneũ,quia
feudum non transfertur per testamentũ,vt in prin.
feudorum.gl.super verbo,frater fratri.vbi per Bal.
53 Vnde†in feudis quoties de hærede tractatur, intel-

ligitur de filio maſculo,& nõ de fœmina,ſiue hære
dibus extraneis, vt in c.j.§.& ſi clientulus. de alie.
feudi. Sed ſic eſt de iure, ꝙ quotieſcunq; cõceditur
aliquid, videtur concedi ſecundum naturã eius,de
quo agitur,vt l.ſi quando.C.de inoffi.teſta.Ita con
cedendo ſibi feudũ,& hęredibus, intelligi debet de
hæredibus, quos admittit natura feudorũ, ſcilicet
liberis maſculis,per dictum §.& ſi clientulus.& ita
fuit iudicatum in Parlamento Pariſien. vt recitat
54 Henri.in cap.cũm dilecti.in fi.extra de dona. †Sed
Iaco.de Rauẽ.Pet.& Cy.tenent cõtrariũ,& dicunt
fuiſſe malè iudicatũ.quos ſequitur Henri. in alleg.
cap.cũm dilecti.& mouentur,quia adiectio,de hę-
redibus,facta in cõceſsione feudi fuit appoſita ad
ampliandum & augmentũ,ideo debet aliquid ope
rari vltra ſtrictam naturã feudi,vt l.ſi quãdo.ff.de
legat.j.& l.ſi ſtipulatus.ff.de vſuris.facit c.ſi Papa.
extra de priuileg.lib.vj.vbi dicitur ꝙ verba nõ de-
bent eſſe ſine virtute aliquid operandi,& pręcipuè
ita interpretandum eſt,quando verba proferuntur
à tali perſona,in qua debet liberalitas præſumi,ſi-
cut eſſet rex, vt in authẽ.de non alienã.aut permu.
eccle.re.§. ſinimus.colla.ij. facit c.j.extra de donat.
Et ad rationes contrarias reſpondetur ſecundũ eos,
primò ad legẽ,ex facto.§.fi.ad Treb.ꝙ ideo ibi no
men hæredis reſtringitur ad filios,ne fideicommiſ-
ſum reddatur inutile,cum aliàs conditio nunq̃ vel
raro poſſet exiſtere,cum ſaltẽ moriens,ſi aliũ hære
dem habere nõ poſsit,habebit fiſcũ hæredẽ,vt l.j.
C.vnde vir & vxor.vt dicit gl.in dicto §.fi. Itẽ ad
§.& ſi clientulus. reſpondet Henricus ꝙ procedit,
quando res ſimpliciter infeudatur,quia tunc vide-
tur infeudata iure ſuo, & ſecundũ naturam ſuã, vt
de hæredibus maſculis filijs intelligatur:ſed cũ ex-
primitur nomẽ hæredis,ampliatur eius natura,vt
dictum eſt.Ideo iſtam partẽ putãt eſſe veriorẽ,ma-
ximè Henri.per dictum c.cũm dilecti.vbi in bene-
ficijs fit largiſsima interpretatio. & dicta l.benefi-
cium.ff.de conſti.princip.& quia nomẽ hæredis ge
neraliter prolatum,cõprehendit omnem hæredem
ſiue ſuũ ſiue extraneũ, vt dicta l.in cõuentionibus.
& l.ſciendũ.ĩ.ti.proximo.& l.cum patronus. ff.de
oper.liber. & ita cõcludunt fuiſſe malè iudicatum
55 per Parlamentũ.†Communis autẽ ſchola Docto-
rum tenet primam partem,videlicet Bar.Bald.&
Paul.de Caſt.in dicta l.Gallus.§.etiam.ff.de libe.&
poſthu.& Bart.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de
ope.liber.& Bal.in l.etiam.in prin.ff.ſol.mat.& in
l.liberti libertæq;.C.de ope.liber.& Ioan.Andr.in
addi.Spec.tit.de teſta.ſuper rubrica,ad fi.& dicunt
non obſtare rationes Iac.Pet.& Cy.non primò id
quod dicitur, quòd hæc adiectio, de hæredibus,fit
ad ampliandũ & augmentũ.Quoniam hoc non eſt
verum, imò adiecta fuit ad ſpecificandũ naturam
feudi,arg.l.qui mutuã.in prin.ff.manda.& de aſsig.
liber.l.alimentorũ.Item licet tolerari poſſet reſpõ-
ſio,quam faciunt Iac.Pet.Cy.& Henri.ad §.fi. Lex
facto.Attamen ipſi nõ reſpondent ad §. & ſi clien-
tulus.in c.j.de alie.feu.vbi eſt expreſſa deciſio huius
caſus.Nec valet id quod dicit Henricus,ꝙ ibi ſim-
plex fuit infeudatio nõ expreſſo nomine hæredis:
quoniam tex.ibi eſt apertus cõtra eum,quem text.
malè ponderauit ibi , eo mortuo ſine hærede ma-
ſculo.Quod verbum ita intelligẽdum eſt in feudo,
id eſt,ſine filio maſculo,&c. Vult enim apertè iſte
tex.ꝙ verbum,hęredis,fuit appoſitũ in conceſsio-
56 ne feudali,& intelligatur de maſculo filio.†Item li
cet regulariter nomen hæredis cõprehendat hære-
dem etiam extraneũ:Fallit tamẽ in materia feudo-
rum,in qua extranei nõ ſuccedunt, vt dicto §.& ſi
clientulus.& ita dicunt Doct.in alleg.§.etiã.l.Gal-
lus.& dictum fuit in l.hæredem.ĩ.iſto ti.Et quãuis
largiſsima fiat extẽſio in beneficijs principum per
iura alleg.Hoc eſt intelligendum ſecundũ perſonę,
cui conceditur,habilitatẽ,non immutata rei natu-
ta,vt probatur in l.vt gradatim. §.j.ff. de mune.&
honori.& vt dicit Ioan. Mona. in c.ij.extra vt lite
pendẽ.lib.vj. quem recitat do.Boniſ.de Amanatis
in alleg.regula,priuilegiũ.libr.vj. id quod dicitur,
beneficium principis debere largiſsimè interpre-
tari:Fallit quando fit conceſsio ſuper eo quod non
eſt tranſmiſsibile ad quempiã iure hæreditario vel
ceſsionario,vt eſt beneficium eccleſiaſticũ,& etiam
feudum.Et hoc tenet Bal.in l.iuriſgentiũ.§.pacto-
rum.ff.de pactis.cum de natura feudi ſit,quòd non
tranſeat in hæredem extraneũ : ideo non intelligi-
tur eius natura immutara per huiuſmodi conceſ-
ſionem,imò verbum,hęredis,indefinitè prolatum
reſtringitur ad naturã rei deductæ in contractũ,vt
dictũ eſt.ad quod allegatur Bal.in dicta l.etiã.ff.ſo-
luto matr.in arg.l.damni.iij.in prin.ibi,& quod in
ſtipulatione &c. ff.de dam.infect. Et ab iſta cõmu-
ni opinione non putarem eſſe recedẽdum, cum ſit
opinio gloſſarum, à quibus in iudicando nõ debet
in dubio recedi,vt not. Iaco.But.in l.vnica.C.qui
pro ſua iuri.iudi.da.darive poſ.& Cyn.in l.j.C.de
actio.& obli.& Bal.in l.cum hæreditas.C.de peti.
hæredi. Et ideo dicendũ eſt,quòd de veritate iuris
57 fuit bene iudicatum per Parlamentum.†Verunta-
men,quia hodie in multis locis,circa feuda hoc de
conſuetudine vſurpatum eſt,quòd ad inſtar patri-
moniorum redacta ſunt,& diſponitur de ipſis tan-
quam de pecore in ouili, vt not.per Innocentium
in cap.in præſentia. extra de probat. & Hoſtien.in
ſumma,de immu.eccle.§.inquantum.verſi.ſed nec
illa.& Ioan.Andr.in addi.Specul.tit.de feu.verſic.
nec omittenda. & Ioan.Faber in authent.ingreſsi.
C.de ſacroſanct.eccle. & Inſtit.de rerum diuiſio.in
princip. & Pet.Iacob.in additione magna arboris
Franciæ. & Bald.in cap.vnico, de feud.Marchiæ.
& in titul.de lege Conradi.§. ex eadem lege. Et ſic
hodie rectam feudorum naturam in illis locis ami
ſerunt, ideo in illis ſicut de patrimonialibus iudi-
58 caretur, & tunc † verbum,hæredis,in conceſsione
prædicta appoſitum fortè intelligeretur de omni
hærede,etiam extraneo,per iura ſuperius allegata.
Sed in locis vbi ceſſat dicta conſuetudo , & feuda
ſuam propriam naturam retinent , ſeruanda eſſet
59 prædicta alia opinio gloſſarum,& Doctorũ.†Re-
uertor ad vltimum membrum diſtinctionis ſuprà
poſitæ,quia quandoq; fit conceſsio ciuitati vel di-
gnitati ſeu loco aut collegio , & iſto caſu cenſetur
eſſe,vt dictum eſt,realis,& perpetua,vt eſt text.in
dicta l.forma.§.quanquàm.ff.de cenſi.quia ſemper
cenſetur eſſe idem populus, vt l.proponebatur. ff.
de iudi.vniuerſitas enim vel collegiũ aut dignitas
non

non moritur. facit c. mandata. extra de praescrip. & dictum c. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. & ff. de ann. lega. l. annua. §. à Titia. Imò durat concessio facta locis vel collegijs, licet occupētur ab hostibus, nisi superioris autoritate desererētur, vt pulchrè notatur per Inno. in c. ij. extra de no. ope. nun. & Archi. in c. & haec diximus. xvj. q. vij. & Io. And. in dicta regula, priuilegium. & vij. q. j. in c. pastoralis. in gl. & de consecra. distin. j. c. placuit. & est ratio secundum do. Bonifa. de Ama. quia collegio vel templo superioris autoritate destructo nihil remanet re vel spe, quod sit collegij, & sic extinguitur priuilegiū. l. pater. §. Tusculanus. ff. de lega. iij. facit l. si vsusfructus ciuitati. ff. quib. mod. vsusf. ami. cum ibi nota. per glos. & Albe. quod intellige, nisi reaedificaretur secundū gl. in d. l. si vsusfructus. de quo vide ibi per Alber. & glos. fi. in c. abbate. extra de verb. signifi. sed quando occupatur ab hostibus, remanēt aliqua vestigia & spes postliminij, vt l. id quod apud hostes. ff. de leg. j. & idem est, si terraemotu vel alio casu fortuito disrūperetur, vt notatur in l. aede sacra.
60 ff. de contrahen. empti. † Virum autem priuilegiū concessum ciuitati vel castro, trahatur ad villā illi propinquam, mouetur quaestio per Bart. in l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de damn. infecto. & l. ij. ff. de verbo. significa. & concludit, quòd in priuilegio si accipitur castrum pro loco, non continebitur villa vel vicus, licet in beneficio secus esset, cum sit latissimè interpretādum, sed priuilegium strictè, per dictam l. fi. cum ibi notatis. ff. de consti. prin. iuncta l. si quando. C. de inoffi. testam. & l. si quando. C. de bo. vacan. libr. x. facit c. si ciuitas. extra de sentent. excom. libr. vj. Si autē sumatur castrū pro hominibus loci, tunc comprehendit villam. & si conceditur ciuitati, comprehendit comitatū, etiam in priuilegijs, per l. qui ex vico. ff. ad municipa. & l. ciuitatibus. de lega. j. Et faciunt notata in l. quicūq. C. de fundis limitroph. lib. xj. & l. Seiae. §. Tyrandae.
61 ff. de fund. instru. † Sed do. Ioan. de Imol. post Iac. de Bello visu, in dict. §. ex hoc edicto. inquantū de priuilegijs loquimur, tenet cōtra Bar. quia in eis, vt dictū est, fieri debet stricta interpretatio, ex quo sunt contra ius commune, vt dicto c. priuilegia. iij. dist. & notatur per Ioan. And. in alleg. c. olim. extra de verb. signi. Et per haec sit expedita prima pars huius regulae, & etiam secunda, quae per exempla expeditur in glos. in versu, vbi autem genus actionis. & dicite vt in ea, quia clara est, nec eget alia declaratione. ad quam adde nunc notata in l. licet. C. qui po. in pigno. hab. & authent. quo iure. eodem titu.

Summarium.

1 ☞ Inuitus quis manumittitur.
2 Priuilegio fori non potest clericus renuntiare.
3 Inuitus quis liberatur à debito.
4 Domino inuito acquiritur per seruum.
5 Filij sui inuiti fiunt haeredes, nisi habeant substitutum vulgarem. & nu. 6. & 7.
8 Seruus necessarius haeres, an abstinere possit.
9 Suus haeres abstinere potest iure ciuili, quando est feudum annexum haereditati.
10 Filius an praesumatur se immiscuisse haereditati patris, vbi comparet in iudicio contra creditores.
11 Iudicandi munus, quis inuitus assumit.
12 Iudex dicitur ciuitatis princeps.
13 Appellare quis potest pro condemnato ad mortē, etiam inuito.
14 Membri abscissio, morti aequiparatur.
15 Coniunctus soluēs pro inuito in casu magni periculi, an repetat.
16 Clericus, an citra irregularitatē possit pro condemnato ad mortem appellare. & nu. 17.
18 Inuitus an quis cogatur acceptare episcopatū, praebendam, vel aliud ecclesiasticum beneficium. & numero 19.
20 Inuitum potest Papa priuare beneficio de plenitudine potestatis.

Inuito beneficium non datur.

ISTA regula fallit: quia
1 † inuitus quis manumittitur, vt notat Flori. in l. ait lex. §. idē Iulianus. ff. ad legē Aquil. per text. l. fi. §. licet enim. C. de ma. testa. & notatur per glos. in l. quae sub conditione. §. quoties. ff. de condi. insti. Breuis autem est haec regula, & clara in suo textu, & gl. eam bene declarat. quam notate in primo exemplo suo cautè fuisse loquutam, cum dicit regulam istā veram in omni priuilegio fauore alicuius indulto, vt l. si quis in cōscribendo. C. de pact. & de epis. & cle. vbi eadē lex repetitur. Quoniā aliud est dicēdum, quando priuilegiū non est indultū solius renūtiantis fauore, sed iure publico & alterius fauore, vt in priuilegio fori, quod habent clerici, quod est cōces
2 sum fauore totius ordinis clericalis. † Ideo illi non potest per clericū renuntiari, vt in c. si diligēti. & c. significasti. extra de fo. cōpet. Licet ius ciuile aliud voluerit, vt dict. l. si quis in conscribendo. Sed iuri canonico in hoc stare debemus, quo iure iudex secularis est incapax iurisdictionis in clericū, vt in dictis iuribus, & c. at si clerici. extra de iudic. & xj. q. j. c. inolita. & c. placuit. cū simi. & etiā iure ciuili nouissimo, vt in auth. statuimus. & ibi no. & auth. clericus quoq. vbi Bal. C. de epi. & cle. & dictum fuit in l. nemo qui condemnare. in fin. s. isto titulo. Est autem ratio huius regulae secundum glos. hic, quia beneficiū est beneuola actio tribuens gaudiū capiēti, vt in c. j. qui. mo. feu. amit. & dictū fuit in regula praecedēti. sed nemo inuitus gaudet, vt no. in l. soluendo. ff. de neg. gest. cum talia ex animi voluntate procedāt: quae volūtas, vt inquit beatus Augustinus in libr. j. retractationū, est animi motus ad aliquid imitandū vel non imitandū, adipiscendū vel non adipiscendū, vt scribitur xv. q. j. c. j. in princi. Nemo autem inuitus adipiscitur, neq. cōtrahit, vt l. sicut. C. de acti. & oblig. & l. hoc iure. §. nō potest. ff. de don. vnde sumpta est hęc regula. vbi dicit, donationē seu liberalitatē non acquiri inuito, nec etiā haereditatem, vt l. nec emere. C. de iur. deli. nec bonorū possessionē, vt l. iij. §. inuito. ff. de bon. pos. & l. certū. C. vnde legi. & vnde cog. cōcor. l. inuitus. §. fi. j. eod. titu. Ista tamen regula habet oppositiones

3 de l.soluendo. ff.de nego.gest.†vbi quis liberat debitorem inuitum soluẽdo pro eo. Ad idẽ de l.si debitor tuus.ff.de solu.Sed soluunt Doctores,& glos. quòd ibi beneficium directò non confertur in inuitum,sed per indirectum,secundum Bald.in dicta l.soluendo.loquitur in distractu, qui nõ fit per modum consensus , sed re ipsa per solutionem. facit l. Labeo.ff.de iureiur. Et eodem modo, vt primo dictum est,soluunt ad l.etiam inuitis. ff. de acquiren. rerum do.& ad l.seruus vetante.ff.de verb.obligat.
4 †vbi domino inuito acquiritur per seruum.sed hoc est per indirectũ.vel potest solui,q̃ non acquiritur necessariò irreuocabiliter,quia dominus inuitus nõ retinet acquisitum per seruum,vt dicit gl.in dict.l. seruus vetante. Sed extra glos.opponit contra istã regulam,de l.necessarijs.ff.de acquiren.hæredita.&
5 Insti.de hæred.quali.& differen.§.sui. †vbi in filios suos inuitos transit beneficium , quia sunt hæredes sui & necessarij.& probatur in l.j.§.qui sunt in potestate. ff.si quis omissa causa testa. & sic beneficiũ datur inuito,quia esse hæredẽ est honor. l.Iulianus. in principio.ff.si quis omissa cau.testa. Solutio est, q̃ licet filiusfamilias sit suus & necessarius, non est tamen inuitus,si velit vti iure abstinendi sibi concesso de iure prætorio,quo iure prætorio nemo est necessarius successor,vt probatur in dictis iuribus, & l.nã nec emancipatus.ff.de leg.j.& §.sed his permittit prætor.Insti.de hære.qualit.& differen. Attendite tamen circa ista,quòd licet filiusfamilias sit suus & necessarius hæres , si non vtatur iure absti-
6 nendi de iure prætorio : †secus tamen esset,si filiofamilias instituto datus esset substitutus vulgaris: quia per dationẽ talis substituti, videtur pater dedisse filio licentiam abstinendi. Qua data licentia facit eum de necessario voluntarium,vt l.j.§.si proponatur.ff.si quis omissa caus.testa.& l. Cornelius. & l.iam dubitari.ff.de hæred.instituen.notatur per glos.in l.Papinianus. §.quoniam autem quarta.ff. de inoffic.testamen.& in l. si filius hæres. ff.de libe.
7 & posthum.†Hoc tamen limitat ibi Paul. de Cast. esse verum,quando fit substitutio vulgaris expressa,secus in tacita vulgari,quæ in pupillari expressa continetur,vt l. Iulianus. & ibi notatur. ff.de acquiren.hæredi.ratio autem differentiæ est,quia tacita vulgaris inducitur à lege,nec potest dici,quòd per eam testator ius abstinendi concesserit , secundum Paul. de Cast.dicentem etiam ibi,& in l.Gallus.§.quidam rectè. ff.de libe. & posth. hoc esse verum,quando substitutio vulgaris fit in hæreditate, secus si in suitate , vt si dixerit pater , si filius meus me viuo decesserit, substituo nepotem.nam si non decesserit filius testatore viuo , erit hæres suus non obstante substitutione,vt l.si mater.§.fi.& ibi gl.ff. de vulga.quia patre viuente non posset adire,ergo nec repudiare. frustra ergo esset dicere , quòd tunc videretur data licentia abstinendi , vt l.is potest.ff. de acquiren. hæred. Per dationem autem substituti fideicommissarij , non videtur data licentia abstinendi,vt l.non iustam.& ibi per Bal.C. ad Trebellia.Idem dicendum est in substitutione vulgari cõtenta in reciproca seu breuiloqua & compendiosa, quia non esset omnino expressa,vt notat Angel.in
8 dicto §.quoniã autem quarta. †Seruus verò est necessarius,nec habet ius abstinendi, vt dicta l.necessarijs. & per totum tit.C.de necessa.ser.hære. instit. & Insti.de hær.quali.& diff.§.j.dici tamẽ potest seruum posse abstinere , si datus esset sibi substitutus vulgaris , per iura superius allegata , quæ licet loquantur in filio,habent tamen locum etiam in seruo,vt dicit Paul.de Castr.in l.inde Neratius.§.j.ff. ad legem Aquiliã. vbi dicit esse casum in materia peregrina bene notandum. Et ita ibi intelligit dominus Florianus,& allegat glos.in alleg. §.quoniã autem quarta.licet glos.Instit.de vulga.in princip. sentiat contrarium, quæ communiter reprehenditur secundũ Paul. Videte tamen do. Ioan. de Imol. in l.si filius qui patri.fi.columna.ff. de vulga.& di-
9 cta l.si filius hæres.de liber.& posthu. †Addo præmissis casum,in quo fortè seruus de iure ciuili potest abstinere,scilicet quando feudum est annexum hæreditati,vt dicit Bald.esse casum in tit.an agnatus vel fil.defuncti repud.hæred. possit , & feudum reti.& licet ille text. loquatur de consuetudine feudorum , consuetudo tamen est de iure ciuili, vt Instit.de iure natu. §.ex non scripto.quæ consuetudo ibi dat suo licentiã abstinendi.Putarem tamẽ illud esse verum,nisi in regionibus,in quibus feuda sunt ad instar patrimonialium redacta:quia tunc de eis vt cæteris patrimonialibus esset iudicandum , vt
10 dixi in l. proxima præcedenti. †Circa præmissa quæritur , si mortuo patre creditores egerunt contra filium,tãquam filium & hæredem patris, filius verò comparuit in iudicio tãquam filius,nec se asseruit hæredem patris,nec etiam negauit,vtrũ creditores videãtur suam intentionẽ probauisse cõtra dictũ filiũ,qui non allegauit se abstinuisse ab hæreditate paterna,& sic debeat cõtra ipsum,tanquam cõtra hæredẽ patris ferri sententia.In ista quæstione gl.& Doct.contraria senserunt.Quidã enim tenuerunt , q̃ præsumitur filius se immiscuisse paternæ hæreditati,nisi probet se abstinuisse,eò q̃ est hęres ipso iure,per iura superius allegata , & l. liber homo.§.j.ff.de stipu.seru. Alij tenent contrariũ,q̃ nisi creditores probent immistionem filij,sit absoluendus filius.& ita tenet glos.in l.si cum dotem.§.trãsgrediamur.ff.solu.matrimo. & in dict.l.necessarijs. ff.de acquirend.hæredita. & in l.j. C. si vt ab hære. se absti.quia filius non tenetur creditoribus,nisi ex quasi contractu, qui fit per immistionem , vt l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de acti.& obliga.& l.apud Iulianum.§.fi.cum l.sequent. ff.ex quib.cau.in posses. eatur.& Insti.de obliga.ex qua. contractu.§.hæres. Ergo si se non immisceat , non quasi contrahit. & videtur hoc probari in l.cum bonis.ff.de acqu.hære. & ista opinio est communior. Licet enim filius suus sit hæres nomine & effectu de iure ciuili,habet tamen , vt dictũ est, ius abstinendi de iure prætorio:quod beneficiũ non est necesse exprimi per hominem,vt probat text.in dicta l.j.C.si vt ab hære. se absti.ibi,dũ dicit text.Fides veritatis verborum adminicula non desiderat.& ibi hoc firmat egregie Bal.& in dict.§.trãsgrediamur.& ibi Pau.de Cast. post gl.& Bart.in alleg. l.necessarijs.vbi videte latius Ioan.de Imol.ibi,& in l.si filius qui patri.ff.de vulga.sequitur Bar.& Bal.in alleg.l.certũ.C.vnde legi.& cog.Opponitur de l.as si quis.§.Labeo.ff.de religi.

relig. sed ibi est speciale in funeraria, quæ non tolli tur per specialem prohibitionẽ: nam publicè interest mortuorum cadauera tumulari. l. iij. §. diuus. ff. de sepulc. viol. Opponitur vlterius de lege, quia poterat. & l. ille à quo. §. tempestiuũ. ff. ad Trebellia. vbi hæres institutus per fideicommissum grauatus cogitur adire & restituere. Sed soluitur per fallentiam, vt dicit gloss. in alleg. l. nec emere. C. de iur. deli. ratio fallentiæ est, quia non ad suum commodum, sed fideicõmissarij cogitur adire: & ideo quia non suo periculo, sed fideicõmissarij adit hæreditatẽ, priuatur cõmodo quartæ Trebellianicæ, vt dicta l. quia poterat. Ideo Bar. in dicta l. soluẽdo. ff. de nego. gest. limitat istã regulam, & dicit eã esse verã, nisi beneficiũ concernat cõmodum alterius, quàm illius qui cõtradicit. Ad hoc facit titulus totus de mune. & hono. in quo honores conferuntur
11 in inuitũ, videlicet † in munere iudicandi, ad quod quis inuitus assumitur, vt l. munerũ. §. iudicandi. ff. eod. ti. & tamen iudicare est honor, vt l. obseruãdum. ff. de offic. præsi. & l. omnem honorẽ. C. quando prouo. nõ est necesse. & in cap. vt debitus. extra de appel. & in c. quàuis. de offi. dele. lib. vj. per Ioan. Mo. & c. si contra vnum. eo. ti. & lib. & viij. q. j. qui
12 episcopatum. † Hinc est, quòd iudex appellatur ciuitatis princeps, vt l. spadonẽ. §. si ciuitatis princeps. ff. de excu. tuto. Sed habet etiam cum honore onus & famulatũ, vt l. sed & reprobari. §. sunt autem. eod. tit. de excus. tuto. & est debitor iustitiæ, vt dicit beatus Paulus in epistola ad Rõ. c. j. Sapiẽtibus
13 & insipientibus debitor sum. † Deinde opponitur contra istam regulam, de lege, non tantũ. ff. de app. vbi inuito & reluctante reo condemnato ad mortem, potest quilibet de populo appellare, etiã non coniunctus ei, & sic beneficium datur inuito. Sed hoc est propter humanitatis officium, quod homo homini debet, vt dicta l. non tantum. & l. addictos. C. de appella. & l. addictos. C. de episc. audi. vbi per Bal. & dictum fuit in l. nec ex prætorio. ẽ. eod. titu. ita dicit Angelus de Perusio in dicta l. non tantum. & etiam habet locum, si morte ciuili quis condemnetur, per no. Bar. in simili. in l. Stichus. de pecul. lega. & Bal. in l. fi. C. de neg. gest. Et habet hoc locũ siue sit ad mortẽ quis dãnatus, siue ad mẽbri abscis-
14 sionẽ. † Mẽbri enim abscisio morti æquiparatur, cum moriatur illud membrum, vt notatur in l. ij. C. de offic. eius, qui vicem alter. ge. Facit in authen. de collato. §. ad hæc verò prohibemus. collatio. ix.
15 vbi mouet quæstionem, † si cõiunctus meus erat in periculo perdendi personam, nisi pro eo soluerem certam summam, quam eo vetante solui, nunquid repetam? & tenet quòd sic, quia nõ minus interest rei publicæ homines viuentes conseruari, quàm mortuos tumulari: & dicit esse casum in ea tione sui & dicto §. Idem Labeo. & etiam facit ratio coniũctionis & amicitiç, vt dicta l. non tantum. & l. ij. & iij. ff. de libe. causa. Et faciunt notata per Bartolum in dicta l. Stichus. qui præmissa trahit ad mortem ciuilem, vt puta, ademptionem libertatis vel ciuitatis. Imò & in casu cõdemnationis mortis, vel abscisionis membri, secundum do. Ioann. de Imol.
16 in dicta l. non tantum. † clericus posset appellationem interponere sine metu irregularitatis, cũ appellatio tendat ad defensionẽ: & pro defensione talium potest se clericus intromittere, vt xxiij. quæst. v. cap. reos. & ad hoc facit dicta l. non tantum. & hoc sequitur Ang. Aret. in sua inquisitione gl. finali. licet Angel. de Perusio in dicta l. non tantum. & Specul. ti. de aduocato. §. j. vers. in causa autem criminali. dicant tutius esse clerico, à tali causa abstinere, per ea quæ habentur in cap. sententiam. extra ne cler. vel monac. Sed aduertendum est, quòd for-
17 tè prẽmissa tolerari possent, † si ex tali appellatione non contingeret accusatorem, qui se ad pœnã talionis obligauerat, condemnari: quia vbi hoc contingeret, tunc videretur irregularitatem incurrere, sicut in simili aduocatus irregularitatem incurreret, vt notatur per Panormita. post Ioan. Andr. & alios, in dicto cap. sententiam. de quo videte text. & glos. ij. distinct. cap. j. & 50. distin. cap. si quis viduam. licet aliqui tenuerint contra, quia ecclesia reum defendit. xxiij. quæstio. v. cap. reos sanguinis. Tamen Ioan. And. tenendo quod dictum est, dicit, quòd hoc genus defensionis clerico non pertinet, & c. reos sanguinis. loquitur de alia defensione, vt notatur in cap. inter alia. de immuni. eccle. & cap. nouimus. de verbo. signific. & cum hoc dicto Ioã. Andr. communiter transeunt Docto. Ad quod videte notata in cap. j. de postula. vbi clerico nõ licet postulare in foro ciuili. Quam opinionẽ putat dominus Panor. indistinctè verã, quia daret operam rei illicitæ, ideo ei omnia imputari debẽt, quæ inde sequũtur. ad quod faciunt notata per Bartolum & Ioann. de Imol. in l. Inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. & l. diuortio. de nego. gest. Prædicta autem procedunt in prohibitis postulare coram iudice seculari, vt sunt constituti in subdiaconatu, & suprà, & etiam in minoribus ordinibus, qui sustentantur stipendijs ecclesiæ. Sed de alijs qui postulare possunt esset maius dubium, cum sint ex parte rei, qui principaliter tendit ad defensionẽ, nõ autẽ vt accusator puniatur de calumnia: absit enim vt ea quę propter bonũ facimus, si præter nostram intẽtionem aliquid mali accidat alicui, nobis imputetur, vt dicit text. in cap. de occidendis. xxiij. q. v. facit quod in simili habetur in capi. penultimo. de homicid. libro vj. Et dicit Panorm. istam opinionem esse veriorem de subtilitate iuris, licet alia sit tutior, quam tenet glos. in dicto cap. j. de postulan. vide glos. xv. quæstio. ij. in summa. Postremo
18 facit hæc regula, † quòd quis non cogatur acceptare episcopatum, præbendam, vel beneficium ecclesiasticum. & ita tenet Baldus in dicta l. nec emere. C. de iure deliberan. & ipse Bald. in alleg. l. certum. C. vnde legi. & vnde cogn. & videtur in cap. quàm sit. extra de electio. libro vj. & cap. si tibi absenti. extra de præbend. eodem libr. & lxxxiij. distinctio. cap. gesta. licet vt dictum est in honoribus secularibus aliud videatur, vt iuribus superius allegatis. & notauit Innocentius in capit. j. de his quæ fiunt
19 à maiori parte capituli. † Sed contra hoc facit textus in l. si quenquam. C. de episcopis & clericis. & viij. quæst. j. c. in scripturis. & xl. distinct. cap. ante omnia. & ibi glos. & Archid. & lxj. dist. cap. Cathinensis. vbi de hoc. & xxiij. quæst. iiij. cap. displicet. Sed soluit glos. ibi, & in cap. ante omnia. quòd ab

initio quis cogi potest,vt de nolente efficiatur vo-
lens:verum si perseueret nolendo , non est præcise
cogendus: & ita tenet Archid.ibi,& in cap.j.in fi.
extra de postula.libr.vj. Ad hoc facit dictum cap.
gesta.& c.vbi ista.lxxiiij.dist.& notatur per gl.in l.
sicut is.j.quæst.j.Vide notata Doct. ad ista,in cap.
quæsitum.& c.fi.extra de rer.permuta.& Innoc.in
c.nisi cum pridem.§.propter malitiam.ver.prose-
quutio.extra de renuntia. & in c.si electio.extra de
electio. libr.vj. vbi notat Archi. quòd electus qui
recusat,peccat,si nõ possit alius æquè idoneus repe
riri. iuxta c. in scripturis.alleg. sed magis peccat si
acceptet, sentiens se indignum. notat Ioan.Fab.in
20 dicta l.si quencp. C.de episco. & cler.†Licet autem
inuito non cõferatur beneficium ecclesiasticũ præ-
cisa coactione,vt dictum est,posset tamen Papa de
plenitudine potestatis priuare aliquem inuitũ be-
neficio, & alteri dare , cum habeat in istis plenitu-
dinem potestatis,vt in c.proposuit.extra de cõces.
præben.& cap.ij.de præben. libr.vj.& in clemen.
j.in fi.vt lite penden.vbi hoc colligit dominus Io.
de Imol.post Paul.de Eleazar.per illum text. Facit
quod habetur ij.quæst.vj.c.decreto. & c.qui se scit.
cum simil. Addi possunt notata pulchrè per Bald.
de potestate Papæ,in l.rescripta.C.de preci. impe.
offerẽ.vbi etiam inter cætera dicit,quòd Papa po-
test interdicere matrimonium clerico , etiam non
constituto in sacris ordinibus:quia etiam per con-
suetudinem alicuius ecclesiæ hoc potest induci , vt
notat Archidiac. xxxij.distinctio. cap. placuit.per
iura ibi allegata in glos.

Summarium.

1 ☞Gladij potestas quid.
2 Merum Imperium multas habet species.
3 Maximum Imperium quid.
4 Maius Imperium quid.
5 Carceratio perpetua,est maioris Imperij.
6 Carceri perpetuo addictis , nihil potest relinqui, præter alimenta.
7 Tortura,an sit meri Imperij.
8 Delegatus nõ potest torquere testem coram se vacillantem,sed bene ordinarius.
9 Sententiæ capitalis exequutio,an sit meri Imperij.
10 Suspendere condemnatum , an quis cogatur,deficiente carnifice.
11 Membri abscisionem esse meri Imperij , de quo membro intelligatur.
12 Auris abscisio,an sit meri Imperij.
13 Imperium merum maximum & maius,quomodo inueniantur in iure canonico.
14 Mẽbri abscisio , nõ omnino æquiparatur morti.
15 Merum Imperium maximum quid.
16 Merum Imperium paruum quid.
17 Merum Imperium minus.
18 Merum Imperium minimum.
19 Mistum,quare dicatur Imperium.
20 Misti maximi Imperij exempla.
21 Mistum Imperium maius.
22 Mistum Imperium magnum.
23 Mistum Imperium paruum.
24 Mistum Imperium , minus , & minimum. & numero 25.
26 Iurisdictio maxima,maior,magna,parua,minor, minima.& nu.27.28.29.& 30.
31 Capitale quando dicitur crimen.
32 Mors ciuilis & naturalis, quomodo æquiparẽtur.
33 Capitalis vel capitis pœna , an intelligatur mors naturalis.& nu.34.
35 Meri Imperij causæ,quãdo possint delegari. & nu. 40.41.& 42.
36 Delegatus principis , an causam meri Imperij sibi delegatam subdeleget.& nu.37.
38 Meri Imperij causæ,sunt delegabiles de iure canonico.
39 Causæ criminales possunt delegari de iure canonico.
43 Infirmus,habetur pro absente.
44 Locuntenẽs,potest de causis meri Imperij cognoscere.
45 Inquisitores hæreticæ prauitatis,an possint alteri committere vices suas.

Nemo potest gladij potestatem sibi datam,vel cuiuslibet alterius coërtionis ad alium transferre.

1 GLADII †potestas,vt
hic dicit gloss. est potestas
animaduertẽdi in facino-
rosos homines,per impo-
sitionẽ corporalis pœnæ
in corpora animata , vt
l.Imperium.ff.de iur. om.
iudi.Aliam verò coërtio-
nem vocat , per quã cor-
pus non affligitur naturaliter , sed adimitur liber-
tas vel ciuitas : quæ libertatis vel ciuitatis adẽptio
pœna capitalis vocatur,vt l.ij.ff.de pu.iudic.Quæ
omnia consistunt,vt dicit gl.in mero Imperio,per
dict.legẽ,Imperiũ.Et hęc probãtur in l.si quis for-
tè.§.fi.cũ l.seq.& l.aut damnũ.ff.de pœ.Et ita decla
rat hic gl.terminos huius legis, addens,ꝙ etiam est
alia modica coërtio,quæ inest iurisdictioni,de qua
loquitur l.fi.ff.de offi.eius,cui mand. est iurisd. Sed
ista requirunt maiorem declarationẽ, pro quorum
declaratione attingenda est materia meri & misti
Imperij,atq; iurisdictionis, quã plenissimè tractãt
2 Doct.in alleg.l.Imperium. † Et est sciendũ sub cõ-
pendio,ꝙ merum Imperium multas habet species.
3 †Est enim quoddam maximũ Imperium, quod se-
cundum Bart. consistit in potestate legis generalis
condendæ,quæ competit principi & senatui.l.non
ambigitur.ff.de legi.& prǽfecto prætorio,vt l.for-
4 mam.C.de offi.prǽf.præto.orien.†Secũdò aliud est
maius,quod est habere gladij potestatẽ, de qua lo-
quitur hæc regula , ad animaduertendũ in facino-
rosos homines:& intellige de tali animaduersione,
per quam vita naturaliter adimitur , vel membrũ
abscinditur, vt notatur in l.fin.C.de offic.eius,qui
vicem alter. gerit. & in authent. de collato. §.pro-
hibemus.& notat Bart.in l.ij.ff.de publi.iudi.Idem
est,si adimatur vita ciuilis , vt quia perditur liber-
tas,vt l. illicitas. §.qui vniuersas.ff. de offi. præsid.

Idem

5 †Idē eſt de carceratione perpetuæ pœnæ,ſecundū Bartol.& Bald. quæ carceratio eſt in vſu apud iudices eccleſiaſticos,& æquiparatur morti,vt notatur per Inno.in c.qualiter & quando.extra de accuſat. quamuis iſta pœna non poſsit imponi de iure ciuili,vt l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pœ.ſecūdum Bart.& l.ius ciuile.C.de pœnis.limitat do.Ioan.de Imol.in l.ij.ff.de pu.iudi. præter quàm in ſeruo,vt dicta l.aut damnum.§.fi.tamē tunc remanet ſeruus domini ſui: ſecus autē eſſet, ſi eſſet dānatus in metallum.licet autem in tali ſeruo cōdemnato in publica vincula dominus nō perdat dominium,tamē per talem ſeruū dominus non poteſt acquirere: nā talis eſt incapax,nec attenditur perſona domini ad faciendum eum capacem.allegat de Imol.text.in l.j.C.de his qui non poſſ.ad liberta.perue.per quem text. alleg.dom.Benedictum de Plumbino dixiſſe, quòd damnatus ad perpetuum carcerem,vel ſecūdum Canoniſtas, vel ex forma ſtatuti eſt incapax,

6 †ita,quòd nil ei poteſt relinqui præter alimenta. Imò ſecundum eum,etiam nec alimenta de iure canonico poſſunt ei relinqui,cum deputetur ſibi panis doloris,& aqua anguſtiæ, in c. nouimus. extra de verb.ſignifi.& notatur in c.quamuis.de pœnis. lib.vj.& hoc eſt clarum,tenendo opinionem Inno. in c.prædicto,qualiter & quando.inquantū æquiparat tales damnatis in metallum, quòd ſint incapaces, licet quo ad alimenta poſsint recipere,vt l. ſi in metallum.ff.de his,quæ pro non ſcrip. habentur.& l.is cui.ff.de alimē. legat. Addite vos, quòd hæc fuit opinio Bald.in dicta l.j.C.de his,qui non poſſ.ad liber.perue. in ver. & notat hanc legem,ad quæſt.de clerico dānato ad carcerē epiſcopi perpetuum, qui eſt actiuè & paſsiuè inteſtabilis, nec aliquid poteſt ſibi legari præter alimenta.l.legatū. ff.de capitr. di. quia illa capit natura,non perſona, quia non cenſetur perſona, ſed natura eſuriens.facit l.ſi victum.ff.de re iudi. Et hoc recitat dominus Ioan.de Ana.in dic.c.qualiter & quādo. §.ad corrigendos. extra de accuſa. dicens, quòd poteſt dici valere legatum alimentorum, etiam de iure canonico,quod dicit fuiſſe de mente Inno.ibi,inquantū æquiparat tales damnatis in metallū, quibus poteſt relinqui pro alimentis, vt iuribus ſuprà alleg. Et hoc putarem eſſe tenendum, non obſtāte ratione do.Ioan.de Imol. Vnde dicit,quòd alimenta ſua ſunt panis doloris & aqua anguſtiæ, quia ſaltē illa debebuntur, cū in alimentis præſtandis ſit habenda perſonæ conſideratio, iuxta illa quæ dicta fuerūt ſ.in l.in omnibus cauſis id obſeruatur.& etiam appellatione alimentorum veniunt veſtes corporis.l.verbo,victus.ſ.tit.proximo.Si verò eſſet carcer pro modica coërtione, vt ſi quis propter inobedietiam factam iudici carceraretur, vel poneretur in compedibus, non eſſet meri Imperij,ſed mi nimi.& de hoc poteſt loqui l.ij. C. de ſportu. quia ſit propter contemptam iuriſdictionem. l.ſi familia.ff.de iuriſd.om. iudic. Aliquando fit carceratio pro cuſtodia.& iſtam voluit Guliel.de Cug.vt refert Bal.& etiam Alb.eſſe eiuſdem ſpeciei, cuius eſt cauſa principalis, vt ſi ſit cauſa pecuniaria,ſit iuriſdictionis.ad quod facit in authen.de defen.ciuit. §.audient.colla.iij.vbi defenſor ciuitatis habēs ſolam cognitionem cauſarū ciuiliū, poteſt carcerare. facit l.ij.ff.de ſer.fugi.Si verò ſit cauſa criminalis,ſit carceratio meri Imperij. facit quod notatur in l.ij. ff.de iuriſ.omn.iudi.& l.ij.§.exactis. de origi.iur.& l.iij.ff.de cuſtod.reorum,cum ſimilibus. Quandoq; verò carcer eſt domeſticus & illicitus.l.j.C. de priua.car. inhi.niſi in caſibus expreſsis in iure.l.diuus. ff.de offic.præſid.& in caſu permiſſo non cadit iſte carcer ſub aliquo gradu iuriſdictionis,quia compe

7 tit priuato,ſecundum Bald.De † quæſtione autem ſeu tortura , an ſit de mero Imperio, fuit dubitatū: quia dominus poteſt habere quæſtionem de ſeruis, vt l.& ſi percuſſor.ff.ad Silleia.& l.penultima.ff.de condi.ob cauſam.& l.iij.§.effracturæ.de offi.præfe. vigil.& l.item apud Labeonem.§.quæſtionis.ff.de iniur.& etiam in ciuili cauſa, vt in authentic.de teſtib.§.ſi verò ignoti. Alber.dicit, quòd eſt de mero Imperio, ſi cauſa propter quā adhibetur ſit de mero Imperio, aliàs ſecus: ſicut dictum eſt in carcere.

8 Non poteſt tamē† delegatus teſtē corā eo vacillantem torquere,licet ordinarius hoc poſsit,vt l.ex libello.ff.de quæſt.ſed debet ad ordinariū remittere, in authent.de teſtib.dicto §.ſi verò ignoti. verſi.& iudices.colla.vij. Vide ad iſta, notata in l.defenſores.C.de defenſo.ciuita.& per Alberic.in l.fin.§.fi.

9 ff.de offi. eius cui manda. eſt iuriſ. †Quid autem de exequutione ſententiæ capitis , an ſit de mero Imperio,concludit Bal.quòd ſic,prout refertur ad iudicem,vt probatur in dicta l.Imperium. quia animaduertere propriè notat exequutionem,vt dicta l.& ſi percuſſor.in fin.ff. ad Silleia. ſed prout refertur ad ſpiculatorem ſeu carnificem merum & nudum miniſteriū facti reſpicit,in quo non fundatur iuriſdictio nec autoritas.l.fin.ff.de iudi.& ff.de obſequiis.l.Titius puerum. Faciūt notata in l.omnes qui vbiq;.§.exequutoribus.C.de epiſcop.& cleric. Autoritas enim exequendi,à iudice dependet , non ab exequutore.Hinc eſt,quòd iudicis mandato pro exequutione publicæ iuſtitiæ fienda , poteſt capi aſinus vel equus,aut plauſtrum alicuius,dato tamē cōpetente ſalario,quod ſine iudicis autoritate aliùs facere non poſſet , vt notauit dominus Florianus in l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquili.argu.C.pro qui.cau.ſer.acci.pro præ. liber.l.j.& ff.quemadmodū ſer.amit.l.ſi locus.§.j.& quod ibi notatur.& de rei vendi. l.item ſi verberatum. §.j.& dicit Guliel. de Cugno ita notauiſſe in l.fina.§.fina.ff.de pigno.

10 actio.& ibi per Albericum,qui etiam addit,†quòd ſi non inueniretur qui ſuſpēderet condemnatum ad ſuſpendium,poſſet vnum cogere ad hoc officium, quia ſubditi tenentur obedire. l. ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cleric.& l.ij.C. de his qui latro. de hoc tamen non eſt lex expreſſa.& contra hoc facit l.j.C.ne quis liber inuit. actum rei public. gere. cogatur.vbi per Iaco.Rebuff.qui dicit,quòd nemo cogitur gerere officium publicū, quod redundaret in dedecus electi ad illud officiū. & ita etiam intelligit Guliel.de Cugno, quòd ſoli viles homines ad hoc poſſent cogi. & ita dicit Albe. vidiſſe in facto.

11 †Item circa id,quod dictum eſt,abſciſsionē mēbri eſſe de mero Imperio,eſt aduertendū, quòd vt dicit domin.Ioan.de Imol.in alleg.l.ij.ff.de public.iudi. poſt Bartol. Bald. & Angel. membrum propriè

dicitur id, quod in corpore nostro habet propriã & distinctam operationem, vt tangit Aristoteles iiij. Metaphi. ad fin. sicut est oculus ad videndum, manus ad palpãdum, pes ad ambulandum, & sic de similibus. Facit quod habetur in l. is qui seruum. ff. ad legem Cornel. de sicar. Oculus verò effossus vel obscuratus, nõ dicitur oculus, vt dicit Albe. secundum quosdam, in l. sed & si pupillus. §. præscribere. de instito. per illum textum, in verbo, obscurara. sed Ray. & Gulielmus contrariũ tenuerunt, per legem iij. §. j. ff. arbo. furt. cæsa. vbi arbor arida dicitur arbor, quandiu terræ cohæret. & quod notatur in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugit. licet pro prima parte faciat ff. de interro. acti. l. de ętate. §. nihil. & de his, quæ in testamen. delen. l. j. §. fi. Dici potest melius secundum Imol. in l. ij. alleg. de pu. iudic. ꝙ si habet vitã membri, dicitur membrũ: sicut sterilis mulier, dicitur mulier. l. quęritur. §. quid si de sterili. ff. de ædil. edict. Si autem non habet vitam membri, vt oculus pictus vel lapideus, nõ dicitur membrum, secundum Aristotelem, in secũdo de Anima. Idem notat dominus Ioan. de Anania, in c. j. extra de calũ. Barba autem non est membrũ, prout pro pilis accipitur. l. item apud Labeonem. §. generaliter. ff. de iniur. & c. clericus. extra de vita & honest. cle. Vbi etiam accipitur pro mento, sicut accipitur in tit. de pa. tenen. & eius viola. §. si quis aliquem. Similiter non est membrum, quia nõ habet distinctã operationem in corpore nostro, quod intelligi debet, scilicet quòd non est membrum instrumẽtale, sed bene est formale, quia dat formam corpori: nam sine illa parte, corpus esset difforme & imperfectum. facit l. in rem. §. j. ff. de rei vendica. & idem dici debet de labijs, quæ sunt ianuæ gutturis & palati. Et idẽ iudicatur de ianua, sicut de interioribus, vt l. si vitem meam. §. si ad ianuam. ff. quod vi aut clam. Idem de dentibus iudicandum est, quia non sunt membra, sed infra alia membra existunt. l. cui dens. ff. de ædil. edict. Similiter & de digitis, qui licet præstent officium membro, scilicet manui, tamen non sunt membra. l. non sunt liberi. ff. de sta. homin. & facit l. idem Offilius. ff. de ædil. edict. vbi inter membrum & digitum ponitur alternatiua. Idem vult Alber. post Oldr. in dicta l. Imperium. de auricula, quòd non sit membrum, cum æquiparetur dolor auris & dẽtis. l. vel proterui. & dicta l. cui dens. ff. de ædil. edict. Et quia licet auditus sit vnus de sensibus corporeis, auricula tamen non est principale membrum, per quod audimus: quod patet, quia ea pręscissa nõ impeditur au-
12 ditus. †Ideo concludit, quòd abscisio auriculæ vel similium, quæ non sunt membra, sed officia membrorum, non sit de mero Imperio, licet sit de Imperio, sed non mero. & iura quæ æquiparant vltimum suppliciũ & membri abscisionem, vt in dicto §. prohibemus. in authẽ. de collato. intelligi debent de principalibus mẽbris, sicut dicitur de milite vẽdente arma. l. qui commeatus. §. penultimo. ff. de re milit. Nec obst. l. vulgaris. ff. de fur. in prin. vbi dicitur, quòd qui aurem alicuius attigerit, totum eũ videtur attigisse: quia hoc intelligitur quo ad cõtrectationem, sicut sufficit glebam attingere ad acquirendam possessionem. l. iij. §. j. ff. de acqui. possess. & ita tenuit Oldra. Vide Alber. in l. ij. C. de offic. eius, qui vicem alter. gerit. Angelus tamen in authen. vt nulli iudicum. §. quia verò. dicit aurẽ esse membrum, quia per eam fit operatio auditus. Bal. autem in l. j. C. de ma. vindic. dicit aurem esse partem faciei, & ideo, quòd iudicibus non est licitum facere alicui amputari aures, eò quòd nõ debet deturpari facies hominis. l. si quis in metallum. C. de pœnis. Hoc tamẽ male seruatur de facto: quia quotidie furibus faciunt iudices amputari aurem vel aures, secundum qualitatem delicti, & consuetudinem delinquendi, quæ debet attendi, iuxta notata in dicta authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & l. iij.
13 C. de episco. audi. † Et prædicta duo membra, scilicet de maximo & maiore mero Imperio, etiam de iure canonico inueniuntur, vt notat Panor. in dicto c. quod sedem. extra de offic. ordi. Nam maximum inuenitur, quia Papa facit constitutionem vniuersalem, in cap. j. & fi. extra de constit. De maiore etiam habetur, quãdo fit degradatio alicuius, & traditur brachio seculari, vt in cap. cum non ab homine. extra de iudi. cum ibi notatis. quæ æquiparatur morti, secundum Inno. in dicto cap. qualiter & quando. circa quod vide plenè Angelũ Are. in sua inquisitione glo. & ibi, caput à spatulis am-
14 putetur. †Item aduerte ad id, quod suprã dictũ est, mortem naturalem & membri abscisionẽ ęquiparari, quia hoc nõ est omnino verum, secundũ Bart. in alleg. l. ij. ff. de pub. iudi. quia ille cui abscinditur manus ꝓpter crimẽ potest testari, vt l. qui manus. ff. de testa. quæ isto modo potest intelligi secũdum Pau. de Cast. ibi, cũ tamen hoc non posset damnatus ad mortem, vt l. eius. §. j. eodẽ tit. de testament. vbi per Docto. & per Bartol. in l. qui vltimo. ff. de pœnis. licet Salicet. teneat, quòd hodie posset, per authent. sed hodie. C. de dona. inter vi. & vxo. Cõmunis tamen opinio est contra Salice. vt plenè dicit dominus Ioan. de Imol. in dicta l. eius. §. j. Sed id, quod dictum est, mortem & abscisionem membri æquiparari, per §. prohibemus. in authent. de colla. & l. ij. C. de offic. eius qui vicem alter. ger. saluatur quo ad competentiam iudicij: quia qui non potest condemnare ad mortem, non potest condemnare ad abscisionem membri, secundum Doct. in dicta l. qui manus. & Bartol. in dicta l. qui vltimo. Videte Specul. ti. de instru. edi. §. compendiosè. ver. quid
15 de exoculatis. † Tertiò est merum imperium magnum, quod est, quando perditur ciuitas tantum, vt per deportationem, vel ignis & aquæ interdictionem, vt notat glos. in dicta l. Imperium. facit l. edicto. §. rei autem capitalis. ff. de bo. possess. & l. sed & si quis. §. rei capitalis. ff. si quis cauti. hoc etiã inuenitur iure canonico, vt in c. j. extra de calumnia. vbi etiam imponitur per iudicem ecclesiasticũ fustigatio, citra tamen sanguinis effusionẽ, & nedum potest imponi propter euidẽtem calumniã, in causa criminali, de iure canonico, sed etiam ciuili, vt probat singulariter text. iuncta glos. fin. in cap. finem. extra de do. & contuma. quæ non est alibi, secundum Imolam ibi. & de Anania in dicto cap. j.
16 †Quartò est merum Imperium paruum, vt est relegare aliquem, in quo requiritur plena causæ cognitio, & expeditur officio iudicis nobili, respicitq; public

publicam vtilitatem, vt notatur per glos.Institu.
quib.mod.ius pa po.sol. §.relegati. & l.nulli.C.de
senten.& interlo.omn. iudic. Potest tamen in rele-
gatione ferri sententia in absentem,& causa agita-
ri per procuratorē, eò quòd non est de magno Im-
perio,vt notatur in l.seruum.§.publicæ.ff. de pro-
cura.& l.absentem.ff.de pœnis.Et hoc etiam de iu-
re canonico inuenitur,quia ecclesiasticus potest re-
legare & afficere verberibus, vt in ca.accedens.50.
distinct.cap.in archiepiscopatu. extra de rapto.fa-
cit text.& gloss.in cap.Probinum.xvj.quæstione j.
& glos.iij.q.iiij.c.hi qui.& lxiij.distin.c.in synodo.
17 †Quintū est Imperiū minus, quod cōsistit in mo-
dica coërtione, respiciente tamen publicam vin-
dictam principaliter, & istud competit omnibus
magistratibus,vt l.magistratibus.ff.de iuris.o.iudi.
Consistit etiam in cognitione leuium criminum,
vt l.leuia.ff.de accusa.& in authent. de defen.ciuita.
§. audiant.& ideo dicuntur de mero Imperio, quia
personam coërcent,& expediuntur officio nobili,
& respiciunt publicam vtilitatem.facit cap.ex lite
18 ris.extra de offic.deleg.†Sextū est minimū merum
Imperium,secundum Bartol.quod est leuis mulcta
pecuniaria,de qua in l.fi. C.de sportu.& l.fin.C.de
mo.mulcta.& l.j. ff. si quis ius di. non obtempera.
Ad hoc tamen contrarium facit l.fi. in fi.ff.de offic.
eius,cui manda.est.vbi dicitur,quòd modica coër-
tio non est merum Imperium,sed satisfacit Barto.
quòd ibi non loquitur de modica coërtione,vindi-
cante maleficium,sed de quadam coërtione verba-
li,quæ fit iudicis officio mercenario ad expeditio-
nem causę.Ad hoc facit quod legitur & notatur in
dicto cap.ex literis.& c.pastoralis. extra de officio
delega.& in cap.j.eodem tit. vbi notat Panor.post
Inno.quòd delegatus potest mulctare. & Inno.in c.
de causis.eod.tit.& per Archidia.in cap. ij.extra de
appell.libr.vj.& hæc de mero Imperio. †Videndū
19 restat de misto, quod ideo dicitur mistum,vt dicit
glos.in l.iubere cauere. ff.de iuris.om.iudic.quia si-
cut participium mistim capit à verbo & à nomi-
ne,ita mistum Imperiū capit partim à mero, quia
non potest delegari,& partim à iurisdictione,quia
in pecuniario commodo cōsistit.Bartol. autem di-
cit melius posse dici,ꝙ capit à mero Imperio,quia
iudicis officio nobili expeditur: & hoc est melius
dicere,q̃ id quod dicit gl. ꝙ demandari nō potest,
quia merū Imperiū quādoq; delegatur, vt patebit
in dicēdis,à iurisdictione verò capit, quia respicit
priuatā vtilitatem. †Et habet etiā multas species,
20 quia quoddā est maximū mistum Imperium,quod
soli principi cōpetit,vt legitimare illegitimos, in
auth.qui.mod.na.effi.legi.§.penultimo & fi.nec in
ferior hoc potest,nisi ex speciali cōmissione princi
pis.Restituere famæ,vt l.j.§.de qua. ff.de postulan.
Restituere in integrum per viam gratiæ cōtra sen-
tentias criminales, vt l.relegati. ff.de pœ.& per to-
tum tit.C.de senten.pas. & restitu.Item dare veniā
ætatis,vt l.ij.C.de his qui veni.æta.impe.Interpo-
nere etiā decretū super arrogatione.l.ij. ff.de adop.
& l.ij.& l.arrogationes.C.eod.tit. Item interpone-
re autoritatem & decretum super emancipatione
absentis,vel infantis,vt l.iubemus. C.de emancip.
libe.Item restituere natalibus,vt l.quæris.ff.de na-
tal. resti.& l.qui in prouincia.§.diuus.ff. de ri.nup.
Item in creatione tabellionum generalium, vt no-
tat Innoc.in c.cum P. tabellio. extra de fide instru.
Itē in impositione superindicti, quod solus prin-
ceps facit,vt l.j.C. de superindicto. libro x.Item in
suppletione defectus solennitatis.l.omniū.C.de te-
sta.& in clemen. pastoralis. de sen.& re iudi.& per
Specul.tit.ij.§.nunc ostendēdum.ver.xviij.Item in
confirmatione magnarum dignitatum,in l.proba-
torias.C.de diuer.offic.libro xij. Hæc enim omnia
expediuntur officio nobili, & concernunt priuatā
21 vtilitatem. † Aliud est mistum Imperium maius,
vt est cognoscere cōtra sententiam ex supplicatio-
ne,quod competit soli principi,vel præfecto prę-
torio,vt in authent.quæ supplicatio. C.de precib.
22 Imper.offe.& l.j.C.de sen. præfe.præto.†Tertium
est mistum Imperium magnū,in quo versatur cau-
sæ cognitio,& coërtio realis & personalis,vt in dā
da restitutione in integrum, in missione in posses-
sionē ex secundo decreto,& similibus.Ista enim nō
competunt iure magistratus. l.ea quæ. ff.ad muni-
cipa.& dicta l.iubere cauere.vide notata in l.fin.C.
vbi & apud quos in integ.resti.sit agitā. & plenius
23 dicetur in sequēti regula. † Quartum est mistū Im-
perium paruum,vbi est plena causæ cognitio,sine
coërtione reali vel personali, vt dare bonorū pos-
sessiones,quæ tribuunt ius pronuntiare de mitten-
do in possessionem ex secundo decreto,interpone-
re autoritatem in alienationibus,vel transactioni-
bus super alimentis.& ista similiter non competūt
iure magistratus,vt dict.l.iubere.& l.iiij.ff.de dam.
infect.& l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.
proconsu.& lega. Fallit in datione tutoris,fauore
24 pupilli,vt l.j.ff.de iurisdi.om.iudic.† Quintum est
mistum Imperium minus,quod cōsistit in his,quæ
iudicis officio nobili expediuntur, & summariam
cognitionem requirunt, vt l.cognitio. §.vt bono-
25 rum.ff.de offic.eius,cui māda.est iuris. †Sextum est
minimum mistum Imperium, quod cōsistit in his
quæ expediuntur iudicis officio, sine causæ cogni-
tione, vt interponere autoritatem manumissioni-
26 bus & emācipationibus,& similibus. †Iurisdictio
etiam strictè sumpta,habet plures species,quędam
est maxima,vt in causis maximi pręiudicij,vt sunt
causæ status & liberales,quę expediūtur iure actio-
27 nis,Insti.de actio.§.præiudiciales. †Alia est maior
vt si quis vigore sententiæ latæ super aliqua actio-
ne non possit soluere,& ideo luat in corpore.l.quis-
cunq;.C.de ser.fugi.& ff.de iniur.l.diuus.vide circa
28 hoc plenius Imol. in l.ij.de publ.iudi.†Alia est ma
gna iurisdictio,vsq; ad trecētos aureos, in authē.de
29 defen.ciuita. §.& iudicare.†Alia est parua,quæ est
30 infra trecētos aureos.†Alia est minor vel minima,
quæ cōsistit in causis,in quibus si obseruaretur or-
do iudiciarius,esset plus damnū,quàm emolumen-
tum,in authen.nisi breuiores. C.de sent. ex pericu.
reci.& l.mediterraneæ.cum ibi notatis per Bar.C.
31 de anno.& tribu.libr.x.†Vlterius est hic aduerten-
dum ad glos. quæ dicit, quòd crimen dicitur capi-
tale,quādo pœna,quæ pro eo imponitur est corpo
ralis,vel mors ciuilis,per quā perditur libertas vel
ciuitas,vt l.ij.ff.de publi.iudi.& sic,vt ibi dicit do.
Ioan.de Imol. ex maioritate pœnæ maius censetur

esse delictum. Facit optimè xxiiij.q.j.c. non afferamus.in fi.& sic mors ciuilis & naturalis æquiparā-
32 tur,per glos.hic,& in dicta l.ij.de publi.iudic.†An
autem indistinctè æquiparētur, mouet gl. xvj.q.j.
c.placuit.ij.vbi dicit tenendū esse pro regula, quòd
in illis solis casibus ciuilis mors ęquiparatur naturali,vbi hoc iure cautū inuenitur, vt l.Deo nobis.
C.de episc.& cler.vbi per Cy.& l.res vxoris. C.de
dona.inter vi.& vxo.sed in alijs nō. Ad hoc videte notata in l.ex ea parte. §.in insulam.ff.de verbo.
obliga.per glos.& Doct.& per Io. And.in gl.ordinaria in c.susceptum. extra de rescript.libr.vj.vbi
vacatio beneficij per mortem & per resignationē
sunt diuersa.& c.quamuis tibi.de præben.& c.fi.de
33 verb.signific.eod.libr. †Sed circa præmissa quæritur,si lex,vel statutum imponat pœnā capitalem,
an debeat imponi pœna amputationis capitis,vel
alia minor.& gl. reputatur notabilis & singularis
in l.j.C.ne Christi.man.hære.vel paga.habe.q̄ intelligatur de minori, & sic de pœna exilij, vel deportationis. l.si de interpretatione.& l.si præses.ff.
de pœ.argumento regulæ,in pœnis.libro vj. & de
pœnit.distinct.j. pœnæ, ita dicit do.Ioan.de Imol.
in dicta l.ij.de publi.iudi.quem recitat do. Ioan.de
Ana.in dicto c.qualiter & quādo.§.ad corrigēdos.
vide tex.in l.licet capitalis.ō.ti.proximo.& secundum eos,nō est in hoc inter Doctores discrepantia.
34 †Sed maius dubiū esset secūdum eos, si lex vel statutum diceret de pœna capitis, an intelligatur, q̄
amputetur caput,an verò verificet in capitali minori, & sic in exilio vel deportatione: & si clara
sint mens & verba legis,quòd de vltimo supplicio
intelligatur, illud sequi debemus,vt dicta l.relegati.iuncta glos.ff.de pœ.Sed in dubio referunt prædicti Doctores,Hostiē.& Gofr.dixisse, quòd Ioan.
Glossator semel defenderat quēdam à pœna amputationis capitis, qui falsauerat monetam ciuitatis
Bononiensis,cū statutum diceret, quòd capite puniretur, quasi illa verba intelligi debeāt de pœna
capitali,quæ verificatur in mitiori.& ita refert Io.
And.in c.quanto.super illa glos.extra de iureiurā.
quē ibi sequuntur Moderni.ad hoc allegat de Imol.
tex.bene facientem in l.qui cum maior.§.is demū.
cum sequen.ff.de bo.liber.& tex. iuncta glos.in l.j.
C.de fal.Addit de Ana. text. iuncta glos.in l.eos.§.
super his.C.de appella. & text.iuncta gl.in verbo,
capitis.in l.hos accusare.§.omnibus. ff.de accus.&
l.capitis.eod.tit.& meliorem text. in l. cum patronum.ff.de iure patro.& est text.& glos.in l.fi.& ibi
Bald.C.quæ res vendi non poss. Addite vos optimam glo.quam audiui in simili casu de facto falsæ
monetæ in hac ciuitate allegari à recolēdæ memoriæ domino Iacobo Guilleti, in l.fin. C. de veteris
numismatis potesta.libro xj.Adde & optimum ad
hoc tex.& gl.super verbo, capitis. & super verbo,
vltimo supplicio.in l.penultima.§.qui alias personas.ff.ad legem Pompe.de parric.Nam ibi tex.facit differentiam inter pœnam capitis,& pœnā vltimi supplicij. Et hæc sunt perpetuò menti tenenda,secundum prędictos Doct.Quia vna die posse-
tis vnum à morte liberare, qui daret vobis decem
millia ducatorum,vel vnā bonam vestem,quia in
maiori casu nō posset alicui succurri.videte Ange.
Are.Insti.de iniur.§.in summa.Et ideo cōcludit do.
Io.de Ana.quòd si statuentes intendāt pœnam esse
vltimū suppliciū,clarè dicatur in statuto, caput à
spatulis amputetur:vel loquatur statutū per verbū
vltimi supplicij,quod sola mors naturalis interpretatur.l.vltimum suppliciū. ff.de pœnis. Terminis
huius regulæ sic declaratis,reuertor ad eā, quæ di-
35 cit†causas quæ concernunt gladij potestatem,vel
aliam coërtionem nō posse delegari.Sed quia multa cōtraria patitur hæc regula, pro eorum euacuatione, sciendum est quo ad istas causas meri Imperij,quòd si loquamur in principe,possunt quæcūq;
causæ criminales per eū delegari, quia in eius persona Imperium est merū, & liberum ab omni necessitate abstractū,l.princeps.ff. de legi. & l. digna
vox.C.eod.tit. & probatur hoc secundum Alber.
in l.j.§.fi.ff.de offic.eius, cui manda. est iurisdictio.
& l.fi.C.vbi sena.vel clariss.& l.j.C.qui pro sua iuris.iudi.dare dari've poss. & notatur in dicta l.Imperium.per Bart.& Docto.& per Salic.in l.placet.
C.de peda.iudic.vt enim inquit eleganter Bald.in
ti.de pac.iura.firm.§.ad hæc. omnes iurisdictiones
suut apud principem,tāquam apud fontem,à quo
fluunt & refluūt, sicut flumina ad mare, & à mari.
Fluunt nanq; ab eo per cōmissiones, confirmationes,& delegationes,& refluunt ad eum,per appellationes, nullitates & querelas. Ideo nō est dubitādum,quin posit delegare causas meri Imperij, &
quascunq; alias,vt dicūt Doctores,cum ipse faciat
ordinarios & maiores magistratus, vt in dicto tit.
de pa.iura.fir.§.iudices.sic etiam potest facere delegatos.& ad hoc facit l.iij.§.verba epistolæ.ff.de testib.quoniam princeps est lex animata in terris,in
36 authen.de consuli.§.fin.colla.iiij. †Et idem dicendū est in delegato principis,qui potest causam meri Imperij, sibi delegatam subdelegare, vt notatur
per glos.quam ibi sequitur Bal. post Guli.de Cug.
C.qui pro sua iuris.per illum text. dum dicit nullo
personarum causarum've habito tractatu. Et suadent ratione,quia causa talis mutauit naturā suam
per delegationem principis,& de indelegabili fuit
effecta delegabilis. ad quod facit in simili text.in l.
37 pater.§.quindecim.ff.de lega.iij.†Sed Iaco.de Are.
Pet.Cy.& Iacob.de But.quos sequitur Salic. in dicta l.vnica. & Alb.in dic.l.j.§.fi.C.de offi.eius,cui
man.est. tenent contrarium per rationes, quia ordinarius hoc nō potest.l.placet. C.de peda. iudi.ne
plus operetur delegatio principis, quàm legis. Et
isti opinioni adhæret dominus Anto. de Bu.& do.
Pet.de Ancha.vt recitat do.Ioan.de Imol.in clemē.
j.de officio deleg. & Panor.in dicto cap.quod sedē.
de offi.ordi.quia vbi maius est periculum,ibi cautius est agendū,in c.vbi maius.extra de elect.li.vj.
& l.addictos.C.de ap.& l.j. §.sed si quis.ff.de carb.
edict.vnde cū causa criminalis sit magis ardua,videtur electa industria delegari.facit l.inter artifices.
ff.de solu.& extra de offi. deleg.c.quoniā abbas.&
facit ista regula,quæ generaliter loquitur.& etiam
videtur text.pro ista opinione in dicta clement. in
verbo,ciuili,à cōtrario sensu.Paul.de Liaza.in dicta clement. tenet istam opinionem.tamē do. Florent.quem recitat dominus Ioā.de Ana. in c.in archiepiscopatu.extra de rapto. tenet primam,& di-
cit

cit,quòd in dicta clement. ceſſat argumentũ à con-
trario ſenſu,quia ſumi nõ debet,vbi reſultaret ab-
ſonus intellectus.l.ij.C.de condici.inſer.& notatur
in c.publicato.extra de electi.& in cap.j. de æta.&
quali.libro vj.Dominus Ioan.de Imol.in dicta cle-
men.concordat opiniones, videlicet,quòd opinio
prima procedit de iure canonico, ſecũda de iure ci-
38 uili. † De iure enim canonico, cauſæ meri Imperij
ſunt delegabiles, vt probatur in dict.c.in archiepi-
ſcopatu.& in c.venerabili.& c.ſuper quæſtionũ.de
offi.dele.& notatur in dicto c.quod ſedem.de offic.
ordi.& xxiij.q.iiij.c.illud.& per Spec.tit.j.§.excipi
poteſt.verſi. itẽ ꝙ eſt delegatus in cauſa criminali.
& notatur per Bal.in authẽ.ſed nouo iure.in prin.
C.de ſer.fugi. vbi tamen ab ordinario ſecundũ ius
canonicũ delegaretur cauſa meri Imperij , nõ poſ-
ſet delegare.l.à iudice. C.de iudi. quia tũc eſt electa
induſtria. Vel aliter poteſt dici ſecundũ Io.de Imol.
quòd etiam de iure canonico regulariter nõ poſsit
delegari cauſa meri Imperij ſiue criminalis. Fallit,
ſi à principe delegetur,in dicto c.illud.& cap.in ar-
chiepiſcopatu.vbi conſiderandum eſt,ſecundũ do.
Ioan.de Ana.quòd ille tex. loquitur in rege Siciliæ,
qui nõ eſt ſubditus Imperatori,ſed Papæ,vt in cle-
ment.paſtoralis.de re iudi.& tales reges ſibi cõmu-
niter præſcripſerunt iura Imperij.Bart.in l.hoſtes.
ff.de capti. Facit quod notat Innoc. in c.cum te.ex-
tra de re iudi.& ideo ibi delegata fuit cauſa crimi-
nalis à principe. Sed iſtam opinionem probat ca.
ſi.extra ne cle.vel mona.lib.vj. vbi de iure canoni-
co per ordinarium delegatur cauſa criminalis. Sed
ſecundum Imo.in dict.clemen.j. poteſt dici,ibi eſſe
fallẽtiam propter neceſsitatem,vt prælatus habẽs
iuriſdictionem temporalem illam ſeculari cõmit-
tat exercendam,cum per ſe ipſum non poſsit illam
exercere. Item etiã poſsit de iure canonico fieri cõ-
miſsio cauſæ criminalis vicario, in cap. ij.extra de
offic.vicar.libr.vj.nec mirum,ſi aliqua poſsint cõ-
mitti vicario,quæ non alteri, quia etiam hoc aliàs
contingit,vt patet ex notatis in dicto c.ij.& fin.de
offic.vica.libr.vj.& c.ſtatutum.de præben.eod.lib.
39 †Communiter tamen tenetur , quòd de iure cano-
nico cauſæ criminales poſſunt delegari,vt notatur
in iuribus ſuperius alleg. & notatur per Bald. in l.
ſolent. ff.de offic. proconſul. & lega.& eam firmat
Panor.in alleg. c.quod ſedẽ. & allegatur quaſi pro
caſu clement.j.extra de hære. vbi patet quòd cauſa
hæreſis eſt delegabilis , & tamen eſt indubiè meri
Imperij. Adducit etiã dictũ c.licet.de offi. vica.lib.
vj.In quæſtione autem delegati à principe in cauſa
criminali,an poſsit ſubdelegare.firmat etiã ibi Pa-
nor.contra do.Anto. ꝙ ſic,per tex.in c.venerabili.
extra de offi.deleg.vbi etiam per eũ poſt Inno.Vel
poteſt dici ſecundũ Ioã.de Imol.in dict.cle.j.ꝙ vbi
ſemel cauſa criminalis eſt delegata per principem,
poſsit ſubdelegari,& procedat opinio gl.ſed iuxta
caſum dictæ clemẽt. vbi ſemel eſt cõmiſſa receptio
teſtiũ in cauſa criminali,in qua teſtes ſunt exhibẽdi
coram iudice,in auth.de iudi.§.& quoniã.colla.vij.
& authẽ.apud eloquentiſsimũ.C.de fi.inſtru.& no.
iij.q.ix.c.teſtes.& c.at ſi clerici.extra de iudic.& c.j.
extra de teſtib.cogen. tunc quia ſignanter iſte arti-
culus eſt tantũ commiſſus , in quo multũ conſueuit
operari induſtria ad veritatis indaginẽ , procedat
opinio Pauli de Leazar.& aliorum tenentiũ,quòd
non poſsit ſubdelegari.& ita dicamus,quòd de iu-
re canonico opinio gl.eſt verior, ſed de iure ciuili,
40 alia eſt tutior.†Si autem quæramus de alijs iudici-
bus,vt præſidibus & alijs ordinarijs,an poſsint cau-
ſas meri Imperij delegare,dicite de iure ciuili,quòd
antequam præſes ſit ingreſſus prouinciam , poteſt
delegare cauſas criminales, exceptis cauſis mortis,
& mutilationis membri. & ita intelligitur §.pro-
hibemus. in auth.de collato. colla.ix.vt dicit Albe.
in dict.l.j.§.fi.ff.de offi.eius,cui mã. eſt iuriſ. poſtꝗ
verò eſt ingreſſus prouinciam,tũc de iure ciuili re-
gulariter non poteſt delegare cauſas meri Imperij,
41 per iſtam regulam. † Fallit ſi præſes ſit occupatus
cauſa abſentiæ rei publicæ , vt l.j.§. huius rei.ff.de
offic.eius, cui man.eſt iuriſ.quod intelligunt gloſſ.
quo ad cognitionẽ tantum,vt ibi notatur, ſed non
quantum ad pronuntiationem,vt notatur in dict.
42 §.prohibemus.†Hoc tamẽ fallit in legato procon-
ſulis,cui procõſul delegat cauſas meri Imperij,etiã
ſi ſit præſens,vt dicta l.ſolent. §.j.ff.de offi.procõſ.
& legati. Aliqui tamen dicunt etiam quo ad pro-
nuntiationem poſſe delegari in cauſa abſentiæ,vbi
maximè eſſet inſignis latro vel malefactor , cuius
differre ſententiam eſſet periculoſum, arg.l. de pu-
pillo.§.ſi quis riuos.ff.de no.oper.nunti.& l.ſi quis
filio exhæredato.§.hi autem omnes. ver.niſi fortè.
ff.de iniu.rup.& irri.teſta.ſed hoc non placet Albe.
quia illa iura loquũtur in ordinario.Cauſam tamẽ
infirmitatis grauis in præſide,æquiparat cauſę ab-
43 ſentiæ.& facit,quia † infirmus habetur pro abſen-
te.l.quæſitũ.ff.de re iudi.& pro hoc Inſti.de excuſa.
tutorũ.§.Item propter aduerſam. & l.ſi longius.in
44 prin. ff. de iudi.†Item etiã fallit in ſubrogato vel
ſuppoſito, aut locũtenente, qui de his cauſis meri
Imperij poteſt cognoſcere.l.ij.ff.de offi.eius, qui vi.
alter.gerit.vt dicit Bald.& Salice. in dicta l.placet.
C.de peda.iudi.quia habent ordinariã iuriſdictio-
nem.l.j.§.à præfectis. ff.de legat. iij.& notatur per
gloſ.in l.fi.ff.de officio eius,cui mand. eſt iuriſ. At-
tamen Bald. de locũtenente aliter dicit in dicta au-
thent.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi. ſcilicet,quòd nõ
poteſt imponere pœnam mortis, vel truncationis
membri de iure ciuili,per dictã l.ij. ff. de offic.eius,
qui vicem alter.gerit.Contrarium tamen,vt dictũ
eſt,tenuit in dicta l.placet. quod ſeruatur.& ita vi-
detur loqui Bald.in l. data opera. C.qui accuſ. non
poſſunt.in ver.reuertor ad thema noſtrum.vbi cõ-
cludit,ꝙ ſecundũ Canones , locũtenens hoc facere
poteſt.ita notatur xxiij.q.iiij.c.illud.in glo.hic ha-
bes.& maximè,vbi autoritate principis locũtenẽs
deputatur,quia talis eſt ordinarius, nec poteſt per
illum cuius eſt locũtenens reuocari, vt notat Inno.
in cap.j.extra de offic.vicar. libro vj.& Angel. in l.
iudicium ſoluitur.ff.de iudi.& dictum fuit in l.eius
eſt nolle.ſ.iſto ti. Faciunt notata per Innocentium
in ca.ſuper quæſtionum.in verbo,coram. extra de
offi.dele.In locũtenente autem facto ab ordinario,
Bart.tenet,quòd non poteſt imponere pœnã mor-
tis vel mutilationis mẽbri,in l.obſeruare. in princ.
de offic.proconſul.& gloſ.& Bart. in l.j.ff.de offic.
eius,cui manda.eſt iuriſdictio.& recitat Ang. Are.

gloſ.ſuper verbo, hæc eſt quædam ſentētia. De iure verò canonico ceſſat iſta difficultas, quia ſecundum quod communiter tenetur, omnes iſtæ cauſæ criminales poſſunt quo ad cognitionem & pronunciationem delegari, per iura ſuperius allegata. Imò fuit opinio quorundam, quòd etiam hodie de iure ciuili poſſunt quo ad totum delegari cauſæ criminales, ſi non exigant pœnam mortis, vel mutilationis membri, per dictum §. prohibemus. & hoc tenuit Odof. & Hoſtien. in ſumma, de offi. deleg. §. quæ poſſunt delegari. ver. cognitio. & Ioan. Andr. in dicta clemen. j. gloſ. ij. de offic. dele. & per Archid. in dicto c. illud. & per eundem. de offic. vica. libr. vj. c. licet. Sed hæc opinio non eſt vera ſecundū Albe. in dicta l. j. §. ſi. de offic. eius, cui māda. eſt iuriſ. quia ille §. prohibemus. loquitur, quando præſes nondū eſt ingreſſus prouinciam, ſecus quādo eſſet in prouincia, quia de iure ciuili tunc non poteſt delegare cauſas meri Imperij, requirentes magnam coërtionem: ſecus in modica coërtione, quæ venit in conſequentiā iuriſdictionis delegatæ, vel in pœna pecuniaria fiſco applicanda, vt notatur in l. fin. ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſ. & l. magiſtratibus. de
45 iuriſ. omn. iudic. † Vtrum autem inquiſitores hæreticæ prauitatis poſsint alteri committere vices ſuas. gloſ. dicit quòd ſic, in clemēt. ij. in verbo, ipſorum commiſſarius. extra de hæreticis. quam videſe, & ibi Docto. de cauſis verò miſſi Imperij & iuriſdictionis, dicetur in ſequenti regula.

Summarium.

1 ☞ Libellus ſumit multis modis. & nu. 2. 4. 5. 6. & 7.
3 Inſinuatio donationis qualiter fiat.
8 Interlocutoria qñq; valet parte abſente. & nu. 18.
9 Sentētia qñ valeat parte abſente. & nu. 13. 14. & 18.
10 Citatio præſentis non eſt neceſſaria, niſi vbi recedere vult. & nu. 11.
12 Citationis effectus.
25 Sententia pro abſente non citato lata, an valeat.
25 Citari ad ſententiam ille ſolus debet, contra quem eſt lis ordinata, non alij quorum intereſt.
16 Sententia principis parte non citata, an valeat.
27 Citatio nec conſuetudine, nec ſtatuto tolli poteſt.
29 Sententia non lata in termino citationis, an die ſequēti ferri poſsit pte cōtumace nō amplius citata.
20 Interlocutoria ſine cauſæ cognitione lata, poteſt per iudicē reuocari ſine cauſæ cognitione, & parte non citata.
21 Libellus an ſit offerendus, quando imploratur iudicis officium. & nu. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.
23 Actionis verbo iudicis officium continetur.
24 Libellus quomodo formetur in officio iudicis implorando.
30 Libellus licet non requiratur in iudicis officio, requiritur tamen petitio.
31 Officium iudicis non imploratum, quando ſe exhibet. & nu. 34. 35. & 38.
32 Infamiā poteſt iudex teſti obijcere parte nō petēte.
33 Teſtem inhabilem iudex ex officio repellit.
36 Iudex quanquàm officium ſuum nō petenti poſsit aliquando impartiri, ſi tamē non faciat, nō punit.
37 Iudex non condemnans in expenſis vt debebat, an teneatur ſi non eſt petitum.
38 Officium iudicis mercenarium, quando poſsit impartiri non petenti. & nu. 39. 41. & 42.
40 Iuramentum calumniæ, quando non defertur, niſi à parte petatur.
45 Exceptionē notam iudici vt iudici, cui opponat parte non petente. & nu. 44.
45 Iudex in notorijs poteſt de facto ſupplere, etiam vbi non apparet ex actis.
46 Notorium licet releuet ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi.
47 Iudex poteſt interrogationes facere ſuper facto, vbicunq; eum mouet æquitas.
48 Princeps poteſt de facto ſupplere.
49 Iudex in quibus cauſis de facto ſupplere poteſt.
50 Delegari non poſſunt ea, quæ cauſæ cognitionem deſiderant in officio iudicis.
51 Delegari poſſunt ea, quę cōpetūt iure magiſtratus.
52 Miſsio in poſſeſsionem, an poſsit delegari.
53 Magiſtratus municipales non poſſunt delegare ea, quæ habēt ex cōmiſsione prętoris mortui vel legis.
54 Magiſtratus municipales qui olim dicerentur.
55 Defenſorum ciuitatum origo.
56 Datio tutorum, an ſit miſti Imperij.
57 Tutorum dationē, an hodie delegare poſsint magiſtratus municipales, vbi bona non excedūt quingentos aureos.
58 Miſti Imperij cauſæ, quando poſsint delegari. & nu. 59. 60. 61.
62 Epiſcopus poteſt alteri committere ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis.
63 Ingenuitatis cauſæ, an poſsint delegari. & nu. 64.
65 Delegatio an ſit probanda per literas. & nu. 66.
67 Tenor inſtrumēti, an probetur per notarij ad acta reductionem. & nu. 68.
69 Iuriſdictio præſumitur ex comparitione partis non opponentis. & nu. 70.
71 Contumax condēnatus abſens, an opponere poſſit de defectu iuriſdictionis.
72 Exceptio incōpetētis iudicis ſemp poteſt opponi.
73 Legati iuriſdictio probatur ex eo, quòd reputabatur legatus.
74 Legato Cardinali creditur de iuriſdictione ſua.
75 Scriptura vbi requirit, ſufficit ꝓbare eā amiſſam.
76 Scriptura an requiratur in gratia, collatione beneficij aut priuilegij.
77 Sententiam per ſe ipſum debet iudex proferre.
78 Iudex non poteſt proferre ſententiam per aliū iudicem, ſed bene per miniſtrum, ſi ſit ipſe de iudicibus maioribus.
79 Ep̄s vt illuſtris poteſt ſentētiam per aliū recitare.
80 Epiſcopi prærogatiua non datur electo & confirmato, vel adminiſtratori perpetuo nō conſecrato.
81 Sententia an præſumatur de ſcripto recitata.
82 Sententia quando non ſit in ſcriptis recitanda. & nu. 84. 85. 97. 98. 103. 107. 108. & 113.
83 Vilis cauſæ idem poteſt eſſe iudex & tabellio ſi ferat conſuetudo.
84 Epiſcopus inter ſuos clericos non cogitur in ſcriptis ferre ſententiam.
85 Syndicatus ſententiæ feruntur ſine ſcripto.
86 Iudices iudicum in ſyndicatu qui ſunt.
87 Syndicandi non ſunt iudices de ijs, quæ extra officium commiſerunt.

Syndi

Omnia quęcūq; causæ cognitionem desiderant, per libellū expediri non pn̄t.

PRAEMITTO pro
declaratione regulæ, quòd
secundū Bal. in l. nec quic-
quam. §. vbi decretū. ff. de
1 offic. proconsf. & lega. †li-
bellus in iure, sumitur mul
tis modis. Primò enim su-
mitur pro quadā epistola
cōtinente sentētiam latam
partibus habentibus, & ita sumitur hic secundum
primam expositionē glos. & in dicto §. vbi decre-
tum. secundum primam lecturā. & dicitur libellus
verbo diminutiuo, propter paucitatē literarum. l.
fi. C. cōmina. epistolas. & c. facit l. iudex. eod. titu. &
2 totus titulus. †Secundò dicitur libellus supplicato-
rius, vt C. quādo libellus principi da. litem cōtest.
sa. & faciunt notata glos. in l. cum precum. C. de li-
be. cau. Itē dicitur libellus requisitorius, vt quando
iudex requiritur, ꝙ interponat decretum in aliquo
actu, puta in insinuatione donationis secundū ali-
3 quos, vt not. in l. illud. C. de sac. sanct. eccle. †Secun-
dum verò alios, non requiritur decretū, sed sufficit
ꝙ iudicis mādato registretur in actis, vt C. qui ad-
mitti ad bo. posse. pos. l. fi. per Cy. vel sufficit, quòd
fiat præsente iudice loci contractus donationis, vt
l. secundum diui Leonis. C. de dona. facit l. data. l. in
hac. eo. ti. & ita no. do. Ioan. de Imol. post Bart. in l.
Modestinus. ff. de donat. Vel potest dici secundum
Bald. in dicto §. decretum. pro concordia, quòd si
insinuatio donationis contradicta sit per aliquos,
qui dicant eam fieri per ebrietatem, fraudem, faci
litatem, metū, vel errorem, vel ex turpi causa, aut
calore iracūdiæ, arg. l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua. re.
actio nō da. & l. fi. ff. de fur. & l. fi. de actio. & oblig.
& l. cum hoc. §. eam. de transact. post examinatio-
nem causarum confirmanda vel infirmanda est. &
hoc appellatur decretum. & ita intelligitur glos. in
authen. vt non fi. pign. §. illud. collat. v. Aut non est
cōtradicta, & sufficit quòd in actis registretur, per
4 iura allegata. †Item dicitur libellus conuentionalis,
& contradictorius, in authent. offeratur. C. de litis
5 conte. & extra de libelli obla. per totum. †& quan-
doq; reconuentionalis, de quo habetur in c. ij. extra
de mutu. peti. & in c. dispendia. §. reus quoq;. extra
de rescrip. libr. vj. & l. cūm Papinianus. & authent.
& consequenter. C. de senten. & interlo. omn. iudic.
6 †Dicitur etiā libellus excusatorius, in l. scire opor-
tet. §. oportet. ij. ver. potest autem. ff. de excus. tuto.
Item accusatorius. l. liberorum. ff. de accusa. & ff. de
adul. l. miles. §. sexaginta. & ij. q. viij. libellorū. Item
est titulus recusatorius, de quo in l. apertissimi. C.
de iudic. & in c. secundò requiris. & c. cum speciali.
extra de appel. & c. legitima. eod. tit. libr. vj. & cap.
suspicionis. extra de offi. deleg. Item denūtiatorius,
in l. vt perfectius. C. de ann. excep. Itē dicitur libel-
lus appellatorius. C. de appel. l. si quis libellos. Item
dimissorius, qui aliàs dicitur apostoli. ff. de libel. di-
misso. in rubro & nigro. & in clemen. quamuis ri-
gor. de appell. Item alius est libellus inquisitorius,
in l. congruit. ff. de offi. præsid. & per Bar. in l. ij. §. si
publico. ff. de adult. & c. qualiter & quādo. §. debet.
extra de accusat. Item dicitur libellus citatorius, &
nil aliud est, quàm literæ citationis missę ad domū
alicuius, vel ad fores ecclesiæ destinatæ, vt notatur
in l. fi. C. de anna. except. & c. ij. extra de dila. & no-
tatur in c. fi. extra de eo, qui mit. in pos. & cap. cau-
sam. extra de dolo & contuma. & in clement. cau-
sam. extra de electi. Et ita est de æqua & bona con-
suetudine in quibusdam partibus, secundum Bald.
quòd substantia petitionis dirigitur cum citatio-
ne. vnde maximè tales literæ possunt dici libellus
secundum eum, quem vide egregiè circa hoc, in l.
7 consentaneum. C. quomodo & quando iudex. †Ali-
quando dicitur libellus concessio facta in emphy-
teusim ad tēpus, puta ad xxix. annos, vt l. codicil-
lis. §. instituto. ff. de leg. ij. & in tit. quib. mod. feud.
ami. §. rursus. vbi dicit Bal. quod dicatur cōtractus
libellarius, & per Bar. in l. si finita. §. si de vectigali-
bus. ff. de dam. infect. & ibi Ioan. de Imol. & in cap.
fi. extra de preca. & cap. potuit. de loca. in princip.
& per glos. in authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccles.
vbi videatis. Secundum primam igitur expositio-
nem glos. intelligit istam regulā, quòd omnia quæ-
cunq; causæ cognitionem desiderant, non possunt

expedici per libellū, id est, per sententiā absentibus partibus latam, & ad eos missam, velut epistolam: quia hoc fieri nō potest, vt l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. cum similibus. quod intelligit glos. de diffini-
8 tiua. †Interlocutoriā verò dicit quādoq; ferri posse absente parte, vt l. diem proferre. in principio. ff. de arbi. & hoc tenet Innocent. in cap. auditis. & ibi Ioan. Andr. & cap. querelam. extra de procura. Sed hoc non est vndiq; verum, vt statim dicetur, & notat Bar. & post eum Ioan. de Imol. in l. si opus. ff. de noui ope. nunciatio. & in l. quod iussit. & dicta l. de
9 vnoquoq;. ff. de re iudi. †Ideo vt ista materia liqueat, dici potest, quòd aut vtraq; pars abest à iudicio, & non valet sententia, quia ibi non est iudiciū nec actus, cum debeant esse tres personæ, in cap. forus. extra de verbor. significatio. & l. ij. in fi. C. de asser. tollen. ad hoc quod notatur in rubrica extra de iudic. per Doctores, & in l. properandum. in principio. C. eodem tit. vbi per glos. Fallit tamen hoc secundum Angelum, & dominum Ioann. de Imola in allegata l. de vnoquoque. in causa appellationis deuolutæ ad Papam, in qua iudex ex mero officio potest procedere ad sententiam. allegat Angelus cap. cupientes. §. quòd si per viginti. sed melius facit secundum Ioannem de Imol. quod habetur in §. cæterum. extra de electione. libro vj. & ibi glos. super verbo, contumacia. Aut vtraq; pars est præsens, & valet etiam sine vlla citatione iudicium, vt ff. de ferijs. l. j. §. primo. Imò & sententia, quamuis neutra pars illam petat, secus si altera absente, secundum Baldum in l. vnica. C. vt quæ desunt aduo. par. iudex supple. Item etiam testis, si dum producitur in iudicio, est tunc præsens, potest iurare & deponere sine vlla citatione, secundum Bald. in dicto §. vbi decretum. alleg. l. post legatum. §. his verò. ff. de his, quibus vt indign. nam cum finis cita-
10 tionis sit comparitio, † frustra citatur præsens, vt dicit Ioan. Andr. in cap. fin. extra de electio. libr. vj. in nouella. vnde lex præsentiam ponderat in dicta l. de vnoquoq;. vbi dicit Angel. quòd stultus est iudex, qui facit partem citari, quam habet præsentialiter. ad quod allegat l. ij. C. quomodo & quādo iudex. & l. etiam. §. fi. ff. de mino. & glos. in dict. l. properandum. §. fi. & Ioan. Andr. in additio. tit. de sent. §. vt autem. ver. & nota. Dicit tamen dominus Ioannes de Imola ibi, quòd non videtur stultus iudex, qui etiā partes præsentes citari facit, vel monet eas ad audiēdum sententiā. Imò est hoc de cautela, vt vult Ioan. And. in dicto ver. & nota. in fin. quod placet Panormita. in cap. tenor. extra de sen.
11 & re iudi. †Imò videretur hoc necessariū, si pars altera nollet ibi stare, per id, quod notauit Bartol. in l. furioso. ff. de re iudicata. Adde Bald. in l. cūm fratrem. C. de his, qui vt indig. vbi dicit, quòd si quis est in præsentia iudicis ob aliam causam, iudex nō potest eum reluctantem cogere respondere ad aliquod nouum, puta, ad inquisitionem vel libellum, nisi citetur vel moneatur. Et hoc vult etiā Paul. de Castr. in l. hęredes palam. §. in testamētis. ff. de testa. per illum text. versic. quod secus accipiendum est.
12 †Quia citatio tendit ad duos effectus, scilicet comparitionis, & interim præparandæ defensionis, & muniendi se testibus, & alijs necessarijs, vt notatur in dicta l. j. §. j. ff. de fer. Ipse tamen Bald. post Bart. super rubrica. C. de in ius vocan. tenet, quòd à præsentia partis potest iudicium incipere, sicut incipit à citatione. ad quod allegat l. j. ff. de in ius vocand. & glos. in l. fi. §. illud. C. de tempo. appell. sed intelligi possunt ista secūdum suprà dicta, vbi præsens non reluctatur neq; contradicit: quia tūc quamuis præsens, debet citari vel moneri per iudicem. Bal. in tit. de milite vas. qui contumax est. viij. colūna. dicit, quòd præsens in iudicio, non est citandus, si aliās comparuit, & est instructus, aliàs potest declinare mandatum, quod fit sibi ex improuiso, cap. j. extra de iudi. in nouella. Et per hæc dicit dominus Ioann. de Imol. patere, quòd non est stultus iudex, imò valde cautus, qui ita facit propter opiniones
13 euitandas: quod bene notate. †Aut vna pars abest, altera est pręsens & petēs, & tunc si feratur pro absente etiam eo, secūdum aliquos, non citato, valet, quia requiritur citatio fauore absentis: ideo si non valeret, retorqueretur in eius odium, quod esse non debet, vt notatur in alleg. l. properandum. §. sin autem reus. facit l. quod fauore. C. de legi. sed contrarium notatur in alleg. l. furioso. ff. de re iudica. vbi hoc tenet de Imol. post Bartol. & glos. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. & hoc tenet Bal. in dicto §. vbi decretum. in causa ciuili: quia vbi pars non est præsens, vel absens per contumaciam, non est actus trium personarum: sed in criminali dicit valere sententiam pro fisco latam. ad hoc alleg. l. quamuis indubitati. C. ad legē Iuliam de adul. quia fiscus est vbiq; præsens, vt notatur in l. j. C. de quadri. præscrip. & hoc tenet Salice. in dicta l. quamuis indubitati. & Angel. Aretinus in sua inquisitione
14 gl. super verbo, hæc est quędā sententia. in fi. †Si verò feratur sententia cōtra absentem peremptorio non citatum, non valet sententia, si sit diffinitiua. l. j. §. item cum ex edicto. ff. quæ senten. sine appell. rescin. & notatur in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. Secus si interuenerit citatio legitima ad audiendum sententiam, vt ibi notatur. Attende ta-
15 men circa hoc, quòd † solum ille citandus est, contra quem lis ordinatur, & dirigitur petitio, nō autem alius, qui prætendit interesse: vt si cōuenio debitorem meum, & contra eum feratur sententia, alij creditores eiusdem debitoris non poterunt opponere, quòd non fuerint citati ad processum, vt notatur per Innocentium in cap. humilis. extra de maiorit. & obedient. & per Bald. in titul. de milite vas. qui cōtumax est. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & Angel. & Ioan. de Imol. in dicta l. de vnoquoq;. & l. in decem. ff. de verbor. obligatio. nisi ageretur de extensione iudicij & excussione bonorum debitoris, per notata in dicta l. decem. Faciunt notata in l. si deserta. C. si propter pu. pensita. & in l. cum miles. ff. ex quib. cau. maio. & in authent. hoc si debitor. C. de pigno. & in corpore, de fideiuss. §. sed neq;. per Angelum, collat. j. & per Angel. de Aretio Institut. de actio. §. itē Seruiana. Attēdite etiam ad hoc quod dictum est, sententiam diffinitiuam non valere parte non citata:
16 quoniam hoc † fallit in sentētia lata per principē, vt dicit Bald. in l. ne causas. C. de appellat. vbi dicit sententiam principis latam causa non cognita valere,

valere, sicut valet eius priuilegium, vt notatur in
l.is qui reipublicæ causa abest. ff. ex quibus causis
maio.vbi dicit glos.quòd si causa est iusta, valet fa
ctum principis etiam sine citatione. Nec obstat se-
cundum eum Clement.pastoralis.§.cæterum.de re
iudi.quia ibi Imperator processit contra non sibi
subditum, sed ecclesiæ Romanæ. Ipse tamen Bald.
tenet contrarium, & melius in l.fin.C.de legib.vbi
dicit, quòd quamuis processus Imperatoris nõ sit
astrictus sub ordine iudiciorum, vt nota.in cap.in
causis.extra de senten.& re iudi.per Innoc.& Doct.
debet tamen partes citare, aliàs non valet sentẽtia,
& potest opponi de nullitate, per text.dictæ l.fina.
cum sua glos. & probatur in dicto c.in causis. quia
si pars nõ citaretur, auferretur sibi defensio iuris na
turalis vel gentium, quod fieri nõ potest per prin-
cipem.l.iij.§.si ad diem.ff.de re mili.& probatur in
dicta Clement.pastoralis.§.cæterum.vbi hoc tenet
do.Ioan.de Imola, quòd etiam Papa sententiando,
vel statuendo nõ potest tollere, ea quæ sunt iuris na
turalis, vt ibi est casus, & not.per Innocẽ.in c.quæ
in ecclesiarum.extra de constit. addens post domi.
17 Anto. quòd † non valet statutum vel consuetudo,
quòd quis non citetur ad sentẽtiam vel actum iu-
dicialem.& hoc idẽ tenuit Bald.in l.j.C.quomodo
& quando iudex.quem recitat & sequitur do.Petr.
de Ancha.in repetitione cap.canonum statuta. ex-
tra de constitu.in prosequutione tertiæ quæstionis
principalis in materia statutorum. Quæ sunt bene
notanda, ad confutationẽ aliquorum statutorum,
vt est vnũ in comitatu Venaissini, quæ nolunt ali-
quando partes citari ad actus præiudiciabiles, quæ
18 sunt nulla, per suprà dicta. † Aut loquimur in in-
terloquutoria: & dicendum est, quòd vbi interlo-
quutoria requirit plenam causæ cognitionem, vel
cõtinet aliquid dari vel fieri, non valet nisi absente
legitimè citato. ita intelligitur dicta l.de vnoquo-
que.& l.fi.C.si per vim vel alio modo. facit l.nam
ita diuus.ff.de adop.& quod not.in l.à procedente.
C.de dila.vel secundũ aliquos valebit interloquu-
toria talis, si absens sit citatus ad processum, licet
non ad interloquutoriã, dum tamẽ postea intime-
tur.facit quod not.per glos.in c.cõstitutis.extra de
procurato.vbi vult, quòd sententia super expensis
ferri potest pro cõtumacia in absentẽ, quod intel-
ligitur si sit citatus ad sententiam, in c.calumniam.
extra de poenis. & ita intelligatur Innocen. in di-
cto cap.auditis.& cap.querelam. extra de procura.
& per eum in cap.consuluit. extra de officio deleg.
& glos.hic. sed hoc non placet Alberic. in dicto §.
vbi decretum.quia tam interloquutoria, quæ cau-
sæ cognitionem desiderat, quàm diffinitiua, debet
ferri partibus præsentibus vel citatis. facit ff.de iu
dicijs.l.ad peremptorium.faciunt etiam iura supe-
rius allegata. & hoc tenet Barto.in dicto §.vbi de-
cretum.vbi dicit glos. huius regulæ, quæ loquitur
de interloquutoria, intellexisse de ea quæ modi-
cum præiudicium affert: ideo non loquitur indi-
stinctè, sed vtitur dictione, quandoque. & facit l.
diem proferre.in principio.ff.de arbitr.quam alle-
gat ista glos.quæ loquitur in dilatione comparito-
ria, quæ meritò fertur parte absente, quia nõ com-
petit talis dilatio præsenti, sed absenti. Sed in dila-
tione probatoria, & alijs interloquutorijs, conside
randum est secundum Iacob.Butr. vt recitat Bart.
quòd quædam sunt, quæ non requirunt causæ co-
gnitionem ante se, vt est interloquutoria de citan-
do.l.cum clericis.C.de epis.& cler.vt est etiam sta-
tutio termini comparitionis vel eius prorogatio,
vt l.qualem.§.fi.& dicta l.diem proferre.& ista fie-
ri possunt etiam parte absente, & sufficit intimari
per nuntium vel epistolam. Vel etiam pone, quòd
iudex per actitata in causa cognoscit dilationẽ esse
dandam ad probationes faciendas, potest eam da-
re absente parte cui dat, intimatione postea sibi fa
cta.& ita potest intelligi dicta l.diem proferre.& l.
sed interpellatur.§.j.eod.titu.de arbit. Sed si iudici
non constaret de causa dandi dilationem, non pos-
set dare, vt dicta l.à procedẽte.præmissa tamẽ cau-
sæ cognitione, si ferretur interloquutoria de dan-
do dilationem, posset mitti ad partes absentes per
nuntium vel epistolã, & valeret, vt dictis iuribus.
facit l.si ea. C.qui accusare non possunt. & l.ij. de
exhiben.reis.& l.fin.C.commina.episto. Nisi esset
talis interloquutoria, quæ æquipolleret diffiniti-
uæ, vt interloquutoria secundi decreti, de qua in l.
minor.ff.de bonis autorit.iudi.possid. & not.glos.
in l.præsenti.§.j.C.de his qui ad eccl.confu.vel in-
terloquutoria super desertione appellationis. Idem
in alijs interloquutorijs prægnantibus requirenti-
bus causæ cognitionem, vt illę quæ decidunt inci-
dentia vel emergentia causæ: quia de eis iudicatur,
vt de diffinitiuis. Adeo absente parte nõ citata fer-
ri nõ debent, & si ferantur, nõ valent, per iura alle-
gata, & plenius potest videri in dicto §.vbi decre-
tum.per Docto.& per Specul.titu.de dilat. §.nunc
videamus.versic.sed pone. Vide etiam Innocen.in
cap.tua.de cohabita.cleri.& mulie.vbi dicit, quòd
mandata & decreta, quæ fiunt sine causæ cognitio-
ne non habentur etiam pro nuda citatione, & reci
tantur per Bald.in l.iij. ff.vbi pupil.educa.debeat.
19 † Circa quæ quæritur, si sententia vel diffinitiua,
vel interloquutoria nõ est lata in termino citatio-
nis, an poterit sequenti die ferri parte contumace
amplius non citata? & videtur casus quòd sic, in
capit. consuluit. extra de officio delegati. & notat
Speculat. de senten. §.iuxta.versic. est etiam nulla.
& hoc fatebatur Angelus in dicta l.de vnoquoq.
fore verũ, si iudex in termino prorogauit in diem
sequentem, quod potuit, vt in dicto cap.consuluit.
aliàs secundum eum edictum citationis esset circũ-
ductum, & non posset ferri sententia sine noua ci-
tatione, per l. & post edictum. §.circunducto. ff.de
iudicijs. ibi tamen, secundum Ioann.de Imola, lo-
quitur quando non cõparuit similiter altera pars,
quæ citationem obtinuit, vel illicentiata recessit:
quia aliàs non diceretur altera pars contumax, vt
probatur ibi, & in dicta l.properandũ. §.& si qui-
dem.in verbo, incusante.& ibi Bald.& l.consenta-
neum.& authent.qui semel. C.quomodo & quan-
do iudex. per eundem, quem vide in titul. de mi-
lite vasallo qui contumax est. qui allegat gloss. in
l.penultima.§.primo.C.ad Trebellianum. Et ideo
videtur, quòd si comparuit, & institit pro senten-
tia ferenda, & non potuit obtinere, & licentiatus
pro tunc recessit, accusata pro tunc cõtumacia ci-

tati, quòd posſit inſtare die ſequenti, vt ſentētia fe-
ratur, ſine noua citatione: quia iudex videtur taci-
tè prorogaſſe in ſequentem diem. Et ad materiam
facit quod not. Innocen. in alleg. cap. cōſuluit. & in
c. calumniam. extra de pœnis. & Angel. in dicto §.
circunducto. & conſilio mihi tertiodecimo. & in c.
actor. extra de dolo & contu. lib. vj. & per Io. Andr.
in addi. Spec. tit. de ſent. prola. §. iuxta propoſitio-
nis. verſ. eſt etiam nulla. & verſic. ſeq. vide Imolā in
Clement. ſæpe. ſuper gl. non peremptoriè, vbi mo-
20 net & fore idem decidit. Item addit, † quòd ſi inter-
loquutoria aliqua fuit à iudice lata ſine cauſæ co-
gnitione, quòd etiam cauſa non cognita, & parte
non citata poterit per iudicem reuocari, vt voluit
Ioan. Andr. in addi. Spec. tit. de ſenten. prola. §. ſpe-
cies. verſ. eſt quoq;. & hoc ſentit Bar. in l. quod iuſ-
ſit. ff. de re iudic. & tenet do. Benedictus in cap. cùm
ceſſante. extra de appel. Ad hoc quod not. per Bal.
in l. ſi aquam. C. de ſer. & aqua. verſ. quartò quæri-
tur ſi iudex. facit quod not. per Innocē. in cap. que-
relam. extra de electio. & hæc de prima lectura. Se-
cunda lectura eſt in iſta regula, quòd ea quæ cogni-
tionem cauſæ deſiderant: id eſt, quæ expediuntur
mero iudicis officio, & per decretum, per libellum
expediri nō poſſunt, & quòd non debet dari libel-
lus, vt in tranſactione alimentorum. ff. de tranſact.
l. cum hic. §. ſi prætor. & in alienationibus rerū mi-
norum, vt C. de prædi. mino. l. minorum. ſed gloſ.
hic iſtam lecturam improbat propter l. ſcire opor
tet. §. oportet. ij. verſic. poteſt autem. ff. de excuſ. tu.
vbi libellus offertur in excuſatione à tutela, & ta-
men excuſatio à tutela nō datur, niſi cauſa cogni-
ta. Nec obſtat l. excuſare. eod. titu. quia ibi loquitur
in abſente, qui ſe non excuſat per libellum: id eſt,
nuntium vel epiſtolā, ſed præſens ſic per libellum:
id eſt, per ſcripturam cōtinentē ſuam excuſationē.
Docto. dicunt, quòd malè reprobatur iſta lectura
per gloſ. & ad §. oportet. reſpōdent quòd ibi libel-
lus offertur voluntariè, non autem de neceſsitate.
21 † Et an ſit libellus offerendus, quando imploratur
iudicis officium, gloſ. videtur tenere quòd nō. ff. de
interrog. actio. ſuper rubrica, & in authen. de trien.
& ſemiſ. §. illud. in fin. collat. iij. & l. iiij. C. depoſiti.
Sed gloſ. in l. de ſubmerſis. C. de naufra. lib. xj. tenet
contrarium, & gloſ. in l. ij. §. dies. ff. quis ordo in bo
22 norum poſ. ſer. & l. j. in princi. ff. de eden. † Sed pro
concordia dicendū eſt, quòd quoddam eſt officium
quod datur loco deficientis actionis, & tunc ſi à
parte petitur aliquid dari vel fieri, vt eſt in honora
rio aduocatorum, philāthropia proxenetarum, &
nutritio nutricum, & ſimilibus, quæ petuntur iudi
cis officio, de quibus in l. j. ff. de varijs & extraordi.
cog. & reſtitutio in integrū pro minore lęſo, neceſ-
ſarius eſt libellus: quia requiritur deliberatio par-
tis, an cedat vel cōtendat: & requiritur plena cauſæ
cognitio, & datur ſententia diffinitiua. Vnde non
eſt mirum, ſi libellus ſit offerendus, vt in authenti.
23 offeratur. C. de litis conteſta. cum † actionis verbo
officium iudicis contineatur. l. actionis verbo. ff. de
actio. & oblig. & not. Inſtit. de actio. in princ. & §.
præterea. in fin. per gl. idem in alijs, in quibus offi-
cium iudicis imploratum plenum præiudiciū pa-
rat aduerſario, & requirunt cauſæ cognitionem ex
parte implorantis, vt ſi petatur reſtitutio in inte-
grum, vel cautio damni infecti: nam reſtitutio fit
cauſa cognita. l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de mi-
nori. & l. Papinianus exuli. eo. tit. & l. nā & poſtea.
24 §. ſi minor. ff. de iureiurā. & ibi not. in gloſ. † Quo-
modo autem tunc formari debeat libellus, videte
Bart. & Bal. in l. j. C. ſi aduer. rem iudica. & l. diuus.
ff. de in integ. reſti. mino. & l. j. ff. de iuriſd. omnium
iudi. & Angel. Are. Inſtit. de actio. §. j. iij. col. Aliud
25 eſt † officium, quod imploratum nō requirit cauſæ
cognitionem ex parte implorantis, vt quādo im-
ploratur iudicis officiū pro tutore dando: quia ex
parte ſupplicantis non requiritur cauſæ cognitio,
ſed ſolum ex parte tutoris: & in iſto nō requiritur
libellus. l. diuus. §. j. ij. reſponſo. ff. qui pet. tut. & arg.
ff. de ferijs. l. ij. & l. iij. §. præterea. ff. de ſuſpect. tuto.
26 † Quādoq; nulla requiritur cauſæ cognitio, nec ex
parte implorantis, neq; alterius, vt ſi petatur, quòd
patri præſtetur reuerentia & obediētia per filium,
quæ ſibi debetur. l. veluti. ff. de iuſti. & iure. vel pa-
tronus petit ſe ali à liberto, vel petitur dari aduoca
tus, vel ſimile: & in hoc non eſt neceſſarius libellus,
vt dicta l. nec quicquam. §. de plano. & §. aduoca-
tos. ff. de offi. procōſ. & leg. & dicta l. ij. ff. quis ordo
in bo. poſ. ſer. & facit quod not. per Innocen. in c. j.
27 extra de libel. obla. † Aliquando imploratur offi-
cium iudicis per modū exceptionis, & in iſto non
requiritur libellus, vt ff. de pet. hære. l. planè. & l. ſi.
poſſet tamē à volente porrigi, vt dicta l. ſcire opor
tet. §. oportet. ij. & dict. l. excuſare. cum ibi notatis.
28 ff. de excuſ. tut. † Aliud eſt officium iudicis requirēs
cauſæ cognitionem, per implorationē tamen nul-
lus læditur, vt in decreto interponēdo ſuper tranſ-
actione alimentorum, & alienatione rerum mino-
rum, & in iſto nō requiritur libellus neceſſariò, per
dictam l. minorū. C. de prædijs mino. & l. cum his.
§. ſi prætor. ff. de tranſacti. Cauſæ autem ſolius co-
gnitio in alienatione rerum minorum, non ſolum
requiritur, vt dictū eſt, ſed etiam probatio, vt pro-
batur in dicta l. minorū. quæ eſt ad hoc notabilis.
& ibi videte Doct. & Bal. & Sali. in l. j. C. ſi aduer.
29 donat. † Quoddam eſt officium iudicis quod deſer-
uit actioni, vt ſi petatur officio iudicis aliquem in-
terrogari, & non eſt neceſſarius libellus. ita intelli-
gatur gloſ. ſuper rubrica ff. de interrog. actio. Idem
ſi imploretur iudicis officium, vt mandetur ſenten
tia exequutioni: quia non eſt dandus libellus, vt ff.
de mino. l. minor xxv. annis, cui fideicōmiſſum. &
ff. ne vis fi. ei qui in poſ. miſſus eſt. l. ſi quis miſſum.
in prin. & l. iij. §. j. & l. j. §. hæc verba. vbi Bar. Simi
liter dicendum eſt, ſi petantur fructus vel acceſsio-
nes poſt litem conteſt. vt l. ædiles. §. item ſciendum.
ff. de ædil. edict. & not. per Innoc. in cap. grauis. ex-
tra de reſtit. ſpol. cum vt dicit Bald. iſta videantur
petita tanquam annexa rebus petitis, per iura prę-
dicta. Et iſta hortatur Bar. notari tanquam notabi
lia, quæ fuerunt Guliel. de Cug. & Iac. But. & idem
recitat & ſequitur Alber. in alleg. §. vbi decretum.
30 † Addens, quòd vbicunq; dictum eſt, libellum non
exigi, requiritur tamen petitio ſeu declaratio, ſu-
per qua poſsit intelligi quid petitur, vt in Clemē.
ſæpe. extra de verborum ſignifi. de hoc etiam not.
per Specul. tit. de in integ. reſtit. §. j. verſic. fin. & de
libel.

31 libel.concep.§.nunc dicendum.verſ.octauo. †Ali-
quos etiã addit Bal.caſus in dicto §.vbi decretum.
in quibus iudicis officium non imploratũ ſe exhi-
bet,in quibus per conſequens non eſt opus libello,
& in illis eſt ſpeciale fauore pietatis,videlicet in l.
Quintus Mutius.§.ad autoritatem.& §.ſequẽ.ff.de
annu.leg.& l.ciuitatibus.de legat.j.in prin. facit in
authen.de eccle.tit.§.in omnibus.colla.ix.vbi epi-
ſcopus exequitur pias teſtatoris voluntates ex offi
cio,etiã ſi teſtator inhibeat,ne ſe epiſcopus intro-
mittat de exequutione teſtamẽti, quem tex.ibi cõ-
mendat Ang. facit quod legitur & not. in cap.nos
quidem.cap.ſi hæredes.& c.Ioannes.extra de teſta.
addi etiam poteſt id quod not.in cap.ad noſtrã. ij.
extra de iureiuran.& ibi per Innocen.& Doct.vbi
odio vſurarum ſine petitione, & vltra petitionem
iudex poteſt inquirere ex officio, etiã infamia non
præcedẽti,vt ibi plenius in gloſ.& per modernos.
quod eſt notabile.Imò ibi eſt elegans textus cõmen
datus à doctoribus,pro optima practica citandi te
ſtes,quando ignotum eſt qui ſint.tunc enim iudicis
mandato fit generale præceptum ſub pœna excõ-
municationis,vt cõpareant ad perhibendum teſti-
monium, qui ſuper tali facto nouerunt veritatem.
quod dicunt ibi Docto. locũ habere,non ſolum in
caſu illius decretalis, ſed vbicunq; teſtes cogi poſ-
ſunt, cum tacere veritatẽ ſit peccatum mortale, in
cap.j. extra de cri.fal.& xj.q.iij.c.quiſquis. de quo
in c.j.& fin.extra de teſti.cog.faciunt not.in l.preſ-
byteri.C.de epiſ.& cler.quæ habetur tráſſumptiuẽ
v.q.vj.c.presbyteri.Idem dicendum eſt de eo quod
habetur in l.quos prohibet.ff.de poſtulã.vbi iudex
ex officio nemine poſtulante,imò cõtradicẽte pro-
hibitos remouet à poſtulando , & hoc eſt propter
prætoris maieſtatem cõſeruandam,quia polluitur
32 dignitas conſortio infamium.†Et idem eſt in teſte
infame,cui iudex ex officio poteſt opponere infa-
miam,licet aduerſarius non opponat,vt dicit Bal.
in dicta l.quos prohibet. & allegat Innocen.ita te-
nuiſſe,per dictam l.in c.intimauit.& c.per tuas.ex-
tra de teſtib. & eſt gloſ.ordinaria ſingularis in l.j.
§.ſi curatores.ſuper verbo,de nominibus. ff.de ma
giſtra.conue.videte Innocen.in c.cùm tua.extra de
ſponſali. qui dicit, ꝙ iudex ex officio debet inqui-
rere de cõditione teſtis,vt ſciat quibus teſtibus cre-
dere debeat.l.iij.§.tu magis ſcire potes. ff.de teſtib.
facit ij.q.vij.c.quærẽdum.& cap.alieni erroris.vbi
per Archid.& quod not.per gl.in cap.pia.extra de
excep.lib.vj. Idem dicit Bal.in dicta l.quos prohi-
bet.quòd officio ſuperioris infames ab honoribus
& dignitatibus repelluntur. facit quod not.per In-
nocen.in c.dilectus.extra de pœnis.& c.nulli epi-
ſcoporum.extra de accuſ.idẽ eſt in tabellione pro-
hibito artẽ exercere vel caſſato de matricula , quia
cum fiat in odium,poteſt à iudice ſupplente oppo-
33 ni,arg.dictæ l.quos prohibet.†Attendite tamen ad
id quod dictũ eſt, de teſte inhabili, quem iudex ex
officio poteſt repellere : quia hoc verum eſt, quan-
do eſt omnino inhabilis,ſed ſi non ſit ita inhabilis
quin per partem poſsit legitimari aut approbari,
vt in proxeneta, vt dicit gloſ.notabilis in cap.Ro-
mana. extra de teſtibus. libro vj. non poſſet iudex
eum ex officio parte non opponente repellere , ſe-
cundum Ioan.Andr.in addi.ti.de teſte.§.j.verſ.ſed
quid de domeſtico.& eod.tit. §.opponitur.verſic.
ſed pone. & facit quod notauit gloſ.in c.licet cau-
ſam.ſuper verbo,aſtrinxit.extra de probat.& hæc
34 ſunt menti tenenda.†In cauſis etiam orphanorum
& miſerabilium perſonarũ , & eorum qui ſuis ne-
gotijs ſupereſſe nõ poſſunt, pro quibus abſentibus
iudex ex officio poteſt de facto ſupplere , ſecus ſi
ſuis negotijs ſupereſſe poſſunt,& nolunt,arg.l.item
quibus.& l.ſeq.ff.de poſtulan.ſecundum Bal.in di-
cto §.vbi decretum.Simile dicit in curatore bonis
dando pro eis conſeruandis,& etiam diſtrahendis,
ſi res vrgeat.l.debitor.ff.de negot.geſtis. Nam hoc
poteſt iudex ex officio, cum bona ipſa hoc petere
35 non poſsint.l.ij. ff.de curat.bonis dan.†Idem putat
vnica ratione, quãdo infans litigaturus eſt cum tu
tore, quòd iudex ex officio poſsit dare curatorem
liti:ſi tamen eſſet maior infante,non poſſet niſi pe-
teretur,vt l.qui habet.§.ſi pupillus.ff.de tutelis.vel
poteſt iudex pro remedio exhortari propinquos
infantis,qui petant & caueant de rato,per not.in l.
mutus.§.is qui. ff.de procur.quæ dicit eſſe notãda.
Addatis Bar.in l.iiij.§.hoc autẽ iudicium.ff.de da-
mno infecto.vbi dicit,quòd ad publicã vtilitatem
iudex tenetur impertiri officium ſuum nõ petenti,
vt l.congruit. ff.de offi.præſid.& in authẽ. vt nulli
iudi.§.j.& §.quoniam verò.collat.ix.Idem eſt ſi re-
ſpiciat officium eius priuatam vtilitatem,& reue-
rentiam alterius iudicis,vt dare Apoſtolos nõ pe-
tenti.l.eos.in fi. & l.iudicibus.C.de appel.& etiam
tenetur officium non petitum impertiri ad priua-
tam vtilitatem,ſi actus ſit pius, puta dare aduoca-
tum miſerabilibus perſonis.l.nec quicquam. §.ad-
uocatos. ff.de officio proconſul.& in cauſis earum
ex officio procedendo.l.mulierem.& ibi Cyn.poſt
Doctores.gloſ.C.ſi mancip.ita venie.ne proſti.vel
dare curatorem furioſo. l.ſancimus.§.penult.C.de
admi.tutorum.& facit gloſ. notabilis in l.hæc au-
tem.in princip.& l.Fulcinius. §.item. ff.ex quibus
36 cauſis in poſſeſ.eatur. † Circa hoc autem dicit do-
minus Ioann.de Imola in dicto §.hoc autem iudi-
cium. quòd licet in caſibus prædictis iudex tenea-
tur,& poſsit officium ſuum impertiri nemine pe-
tente,non tamen punitur, ſi non impertiatur non
petitum,vt videtur probari in l.j.§.magiſtratibus.
ff.de ma.conue. licet Bart.intelligat illum §.quan-
do iudex ignorantiam probabilem poterat præ-
tendere,vt quia pupillus cui erat prouidendum de
tutore,non fuit in iudicio coram eo.textus tamen
ibi in verbo,ſi moniti nõ dederint, videtur requi-
rere, quòd iudicis officium imploretur : aliàs non
ſit iudici imputandum.Et pro iſto intellectu facit,
ſecundum Ioan.de Imola,id quod ibi not.Bartol.
37 †quòd ſi iudex non condemnauerit victum victo-
ri in expenſis , ſicut debet, per l.properandum. §.
ſinautem alterutra. C.de iudicijs. non punitur nec
ſibi imputatur,ſi nõ fuerit petitum. Sed certè hæc
ratio non videtur bona ad dictum §. magiſtrati-
bus.quoniam §.ſinautem alterutra.loquitur in iu-
re partis, quod iudex non poteſt exercere proprio
motu ſecundum aliquos.Licet alij contra,quia ve-
niunt expenſæ in conſequentiam petitorum , vt l.
ædiles.§.item ſciendum. ff.de ædil.edict.vt not.per

Bald.in dicto §.finautem alterutra. & l.sancimus.
C.de iudi.& dicto §.vbi decretũ. & l.j.ff.de iurisd.
omnium iudi.in fin.cautius est tamen, quòd petatur.ad euitandum opiniones,vide Innocen.in cap.
grauis.extra de restitu.spol. quicquid tamen sit loquitur in iure partis, nõ in mero iudicis officio.di
ctus verò §.magistratibus. loquitur in his,in quibus nõ solum est permissa, sed etiam iussa inquisitio,vt ibi dicit egregiè Bal.dicens, ꝙ si illud quod
incumbit iudicis officio,sit tale,in quo posit prætendi ignorantia,excusatur iudex, si non faciat: si
verò non posit prætendi ignorantia, refert,quia
aut consistit in iure partis,& requiritur quòd pars
petat,aliàs excusatur iudex,vt dicta l.iiij.§.hoc autem iudicium.de damno infecto.Si verò constet in
mero iudicis officio, non est necesse quòd petatur,
secundum Bal.post Old.Vel dicite secundũ Ludo.
Ponta.in dicto §.hoc autem iudicium.quòd iudex
debet interponere officium suum nõ petitum: & si
non faciat,puniatur,vbicunque sumus in materia
peccati,extra de regula.cap.ad nostram. & per gl.
in cap.quia frustra.extra de vsuris.Item & in causa
matrimoniali in aliquibus casibus,in c.j.extra qui
ma.accus.pos. & cap.ad dissoluendum. de despon.
impube.& c.cùm inhibitio. de clandc.desponsa.&
hoc secundum do.Anto.in c.bonæ.extra de postu.
38 prælat. †Item etiam in dicto §.hoc autẽ iudicium.
tangit plenè Bar.de officio iudicis mercenario deseruiẽte actioni,de quo in l.iiij.C.depositi.an possit iudex illud impertiri si nõ petatur, & dicit ꝙ si
consistat circa id quod principaliter inducitur in
persona iudicis, vt in libellis malè conceptis reijciendis,vt l.j.ff.de officio assesso. & l.ij.C.vt nemo
priua. in fin.& in positionibus etiam, & articulis
impertinentibus ex officio iudicis repellendis, vt
probatur in l.si duo patroni. §.idem Iulianus scribit.versic.nec pati.ff.de iureiuran.& ibi per Doct.
Item in denegando iurisdictionẽ suam contumaci,
vel aliàs inobedienti,vt not.in l.sed & si per prætorem.§.sed si dum decreto.ff.ex quib.cau.ma.Item
in exigẽdo iuramẽtum calumniæ,vt l.ij.§.sed quia
veremur. C.de iuramẽ.cal.& dandis dilationibus,
ne lites fiant immortales,vt dicta l.properandum.
§.j.& authent.iubemus.C.de iudi.& in cap.pastoralis.extra de excep.& l.fi.in fin.C.vt intra certum
tempus crim.actio termi.& dandæ sunt secundum
locorum distantiam,personarum & negotij qualitatem,in cap.cùm sit Romana.extra de appel.& l.
nonnunquam. ff.de iudi.not.gl.in cap.dilectus.extra de procur.Et in istis concludit,quòd si tale officium exerceatur contra partem contumacem, non
valeret,nisi parte petẽte, vt dicta l.properandum.
§.sed si quidem. & l.ad peremptorium. ff.de iudic.
39 †Si verò partibus præsentibus exerceatũ, aut exercetur ad litis ordinationẽ, & respicit iuris publici
obseruantiam, vt in libellis, dilationibus,& iuramento calumniæ,& similibus,& valet etiam parte non petente,vt iuribus s.alleg. Si verò respiciat
partis vtilitatem, non valet,nisi petatur.l.iam tamen.§.penult.ff.iudi.solui.& ibi Bar.aut exercetur
ad litis decisionẽ,& tunc in his quæ emergunt ante
litem contestatam non valet, si non petatur: in his
autem,quæ post litem contesta.emergunt,non requiritur petitio,vt l.ædiles. §.item sciendum. ff.de
40 ædil.edicto.†Nec aduersatur illi quod dictum est,
de iuramento calumniæ. l.de pupillo. §.qui opus.
ff.de noui ope.nunt.vbi iuramentũ calumniæ non
defertur,nisi à parte exigatur: quia ibi loquitur de
iuramento particulari calumniæ cõcernente solam
partis vtilitatem. Aliud verò de quo dictum est,est
vniuersale super tota causa quod respicit publicam
vtilitatem & obseruantiã iuris, vt dicto §.sed quia
41 veremur. †Aliquãdo officium iudicis principaliter consistit circa ea quæ sunt in persona partis,vt
opponere exceptiones,inducere testes,& producere instrumẽta,& alias probationes.& cõcludit Bar.
quòd si in istis iudex velit exercere officiũ suum ad
tuendam publicam vtilitatẽ,vel suum decorẽ,vt
inhabiles repellendo,hoc facere potest nemine petente,per dictam l.quos prohibet. & l.filius. §.veterani.ff.de procur. Si verò velit exercere circa respicientia priuatum cõmodum,si hoc faciat interrogando partes,hoc potest.l.voluit.ff.de interrog.
actio.vel etiã testes obscurè deponẽtes repellendo,
vel reexaminando, vt clarius deponant,potest facere sine partis petitione, iuxta not.in c.per tuas.
& c.cùm clamor. extra de testi.& c.præterea.extra
de testi.cog.& l.fi.C.de testib.& l.produci.ẽ.eo.tit.
& per glos.in authent.de testib.§.quia verò multi.
colla.vij. Aut vult ex officio suo testes de nouo inducere,vel producere instrumẽta, & hoc pro parte
absente in casu,quo potest ad diffinitiuam sententiam procedere,& facere potest,per authen.qui semel. C.quomodo & quando iudex.ibi,perquisita
veritate,&c.sicut etiam in causa appellationis, vt
in c.sæpe.extra de appel.& l.ampliorẽ.§.j.C.eo.ti.
de appel.quãuis glos.ibi dicat speciale esse in causa appellationis: sed nõ est vndiq; vera,secundum
Bar.vt patet ex prædictis.Sed istud dictũ non placet Baldo in l.vnica. C.vt quæ desunt aduo.iudex
supple.quia pro absente iudex non potest de facto
supplere,nisi ex actitatis & percunctatione actitatorum.Bene enim poterit iudex dicere,quòd producatur processus, per ea quæ leguntur in dicta l.
properandum. §.cum autẽ eremodicium.ibi,terribiles in medio propõnãtur scripturæ,&c.Si tamen
pars produxerit acta inquantũ faciunt pro se, poterit etiam iudex inquantum faciunt cõtra se actis
inhærere: quia cõstat sibi vt iudici, secundum Bal.
qui dicit esse text.in dicto §.cum autem.& not.per
glos.in l.j.§.editiones.ff.de eden.& Innoc.in c.cùm
olim.extra de censi. Ipse tamen Bal.in l.fi.in prin.
C.de appel. aliter loquitur verius, secundũ Ludo.
Ponta. ꝙ pro absente ex iusta causa, posit iudex
de facto supplere nouas probationes inducendo.&
ita intelligit dictam l.fi.& authẽ.qui semel.C.quomodo & quando iudex. secus si sit absẽns cõtumaciter,ne ei faueat iudex, quem ob cõtumaciam lex
habet odio,vt in dicta l.sed & si per prætorẽ.§.sed
si dum decreto. ff.ex quibus causis ma. & l.de ætate.§.qui tacuit. de interrog.actio. & c.si post præ
42 stitum. extra de confes. libro vj. †Aut vult iudex
ex officio pro pręsente producere testes,instrumẽta vel probationes, quæ nunquàm fuerunt in iudicio productæ,& quæ consistunt in facto,& non
potest regulariter,per iura allegata,dicentia,quòd

de facto

de facto iudex non poteſt ſupplere. Et hoc dicit do-
minus Ioann. de Imola in dicto §. hoc autem iudi-
cium. eſſe verum, niſi factum illud eſſet notum iu-
dici vt iudici, per l. vbi pactum. cum ſua gloſ. C. de
tranſact. & per l. ſi irruptione. §. ad officium. ff. fini.
regundo. & in l. ij. per gloſ. ff. de dila. Licet gloſ. vi-
deatur contraria in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pactis.
43 quæ dicit † exceptionem pacti de non petendo no-
83 nō vilis, interloquaf esse vilem. † Et in istis causis vilibus pñt ṫdem esse iudices & tabelliones, si hoc dictat consuetudo, argum. C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. §. his tabellionibus. & ibi Barto. post glos. & Bald. in l. iij. ff. de adoptio. & in dicta authen. nisi breuiores. vel inspici debet in istis consuetudo loci, & fori, secundū glos. in dicto cap. fina. quæ allegat xj. dist. c. consuetudinis. Aduerte tamen quia dom. Ioan. de Imola in clemen. sæpe in gl. super verbo, in scriptis, recitat opinionem Ioan. de Lignano, qui tenuit, quòd in causis summarijs non requiritur, sententiam de scripto recitatione proferri, quia satis est, quòd redigatur in scriptis, vt possit probari, cum aliàs assertioni iudicis non crederetur, vt in cap. quoniam contra falsam. extra de probatio. nisi esset assertio principis, & de facto suo proprio, vt in clemen. literis. de proba. & eandem opinionem reprobat per text. dictæ clem. sæpe. qui vult aptè quòd iudex in talibus causis summarijs sententiā proferat in scriptis, per rationem ibi positam in gloss. dicit igitur aliud esse de iure canonico, & aliud de iure ciuili: ex quo videtur dicere quòd in causis summarijs, & breuioribus de iure canonico debeat sententia ferri in scriptis. quod puto intelligendum de summarijs causis, in quibus submouetur strepitus & figura, quæ ponuntur in clemen. dispendiosam. de iudic. & quę non obstante summarietate sunt de magno præiudicio & emolumēto. in causis aūt vilibus, & paruę summæ etiam de iure canonico non requiritur sententiam in scriptis proferri, vt tenet glos. in dicto cap. fin. & ita debet intelligi id quod notauit do. Ioan. de Imol. ad quod faciunt not. per Bart. in extrauagan. ad reprimendum. super verbo, figura. & per Hostiē. in summa de libelli obla. §. verum libellus. vers. item fallit in casibus. & Specu. tit. de libel. concept. §. nunc dicendum.
84 vers. tertio. & ibi Ioan. And. in addit. † Item secundo fallit in episcopo cognoscente inter suos clericos, vt dicta authent. nisi breuiores. & in authent. vt cleri. apud proprios episcopos. collatio. vj. in princip. vbi gloss. quam sequitur ibi Angelus, dicit hoc procedere de iure ciuili. sed secus esse de iure canonico. per ca. quoniā contra falsam. extra de probatio. tamen Ioan. And. & Archid. in alleg. c. fina. dicunt episcopum cognoscentem inter suos clericos ferre sententiam sine scriptis. & allegant text. xj. q. j. ca. si quis cum clerico. vbi etiam glos. hoc tenet, & dicit cap. in primis. ij. q. j. vbi requiritur sententiam scriptam ferri, loqui in criminalibus, & maioribus causis. & etiam gloss. in dicto cap. in primis. super verbo, in scriptis dicit illud esse speciale in episcopo. Ad quod facit dictum cap. finale. de re iudic. libro vj. Vel intelligi potest hoc secundum Hostien. in dicto §. verum libellus. vers. dicebantur etiam, in causis non excedentibus trecentos aureos, in quibus episcopus cognoscēs inter clericos suos sine scriptis pronuntiat. vel dicit esse speciale in episcopo quòd ex non scripto procedat, sicut & in sequenti fallentia. Specul. tamen restringit istud dictum ad causas viles, vt ipse notauit in tit. de libel. concep. dicto §. nunc dicendū. vers. quarto. & tenet Ioan. Fab. in alleg. authē. nisi breuiores. Et istud tenere videtur Innocen. & Hostien. in cap. j. extra de libelli oblat. Ioan. autem de Fantucijs idem sequitur super dicto cap. fin. dicēs, quòd glos. ibi in hac fallentia posita loquitur, cōtra illum text. nisi intelligatur, in causis ciuilibus. & hoc sequitur Imola, post Gulielmū de Montelaudano & Matthęū in dicta cle.
85 sæpe. de verbo. sig. super gloss. necessario. † Tertio fallit, quando iudex deposito officio conuenitur, vt reddat rationē suæ administrationis, & stet ad syndicatū: quia pcedit ex nō scripto, vt in aut. vt iudi. sine quo suffrag. fiāt. §. necessitatem. coll. ij. & no. per glos. in dicta auth. vt cler. apud proprios epos. colla. vj. in princ. & in dicta auth. nisi breuiores. & per glos. in l. j. C. vt oēs tam ciuiles q̄ milita. iudi. & in dicto cap. fina. Et circa hūc articulum possunt adduci elegantia dicta Baldi in l. obseruare. §. pficisci. ff. de offic. proconsul. & lega. quæ ponit per modū summæ huius materiæ syndica-
86 tus. † Et primo quærit, qui sint iudices horum iudiciū qui stant ad syndicatū: & cōcludit, q̄ de iure cōmuni, princeps, & præfectus prætorio, vel epus, vt dicta l. vnica. C. vt omnes tam ciuiles, quàm milita. in fi. & in dicto §. necessitatem. sed de cōsuetudine iurisdictio epi in hoc recessit ab aula: & qa hodie nō habemus præfectos prætorio, successor in officio prædecessorem syndicabit: quia finito officio pōt cōueniri coram ordinario loci. l. pars literarū. ff. de iudic. & l. senatus. de offic. præsidis. & sic coram eo qui habet gladij potestatem sicut debet habere syndicator, vt dicto §. necessitatem. quia aliquando stans ad syndicatum posset puniri capite: puta si tēpore officij hominē iniustē occidisset, vt l. antepen. §. fin. ff. ad l. Iul. repetun. & hoc tenet Io. And. in addit. tit. de syndico. Sed si lex municipalis daret formā syndicatui, illa esset seruāda, & nullus se deberet intromittere, nisi à statuto deputatus vel deputati,
87 arg. l. n. & de execu. & exactio. lib. xj. † Tangit etiā Bal. de quibus rebus syndicetur. & dicit q̄ de cōmissis prętextu officij, vt de sententijs malè latis, & baraterijs, cōcussionibus, & similibus, vt si inquisiuit temere cōtra aliquē, quem tandem absoluit: quia tenet ad expensas inquisito secūdū Bald. & etiā in dānis, vt not. in l. non est vbilo. Fab. & doc. C. de admi. tu. & l. seuerlier. C. de exe. tu. & facit l. j. C. sump. iniuncti mune. li. xj. vel etiā si noluit audire allegationes, vel probationes partiū: quia facit litem suam, & tenetur in syndicatu. l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo. Idem secundum Bald. si nō admittit exceptiones iurisdictiōis. in l. si qs in conscribendo. in fi. ff. de pact. Si autem extra officiū delinqueret, dicit Gulielm. de Cugn. in l. nulli. C. quorum appellat. non recipi. hoc non pertinere ad syndicatores: quia non proceditur contra eum vt iudicem, sed vt priuatum ibi delinquentem vsq; ad xx. annos. iuxta l. querelam. C. de fal. hoc tamen dicit Bald. esse verū de factis extra terminos temporis, & loci officij, puta si conueniatur: quia ibi ante promiserat soluere, vt l. eum qui. §. Iulianus. ff. de constit. pecu. sed de his quæ facta, vel commissa sunt durante officio, debet de toto syndicari, vt de furto, iniuria, & similibus, vt dicta l. vnica. vt omnes tam ciuiles quàm milita. & dicto §. necessitatem. finito verò officio, si delinquat, nō pertinet hoc ad syndicatores, sed ad ordinarium. argumen. l. item eorum. §. si decuriones. versiculo, sed si ita. ff.
88 quod cuiuscp vniuersita. nomi. † Et est notandū, quòd licet lex dicat eos intra qnquaginta dies syndicādos, hoc debet intelligi secundum Baldum, quòd intra hos dies debent libelli querimoniarum offerri, & oblato libello debent intra viginti dies terminari, vt dicta l. vnica. & not. per gl. in l. ij. ff. ad l. Iul. repet. si tñ non sit expeditus, pcessus itra hos dies, poterit postea expedi-ri, vt

ri,vt d.l.vnica.& hoc tenet Io.An.in addi.Spe.ti.de iu
di.dele.§ restat.ver.qd si in statuto.qa tẽpus illud iussũ
89 nõ est postea ꝓhibitũ,vt ibi in ver.q̧ si itra.† Itẽ quæ
rit Bald.vtrũ ille q gessit administrationẽ iudicaturę
possit de cõmissis in ea i loco suę originia vel domici
lij post ꝓdictoa qnq̃ginta dies cõueniri.& videt̃,q̧ sic p
l.j.cũ ibi notatia.C.vbi de crimi.agi opor.& hoc vide
tur velle glo.ordinaria in dicta l.ij.ff.ad l.Iul.repetun.
in fine magnę glos.Sed in ꝯtrarium facit,quia elapsis
quinquagi nta diebua post quos reuersus est in pa-
triam suam cessat terminus querelandi, post quẽ nul-
lus auditur.l.cum Titia.ff.de accusa.l.si ea.C.qui ac
cusa.non pos.& capit.cum in tua.extra qui ma.accu-
sa.pos.& cap.licet.extra de accusa.Item quia iudex do
micilij,vel originia præuentus est saltim per generalẽ
inquisitionem quam faciunt syndicatores cõtra dictũ
olim iudicem deposito officio. Ad hoc l. vbi cœptũ.
ff.de iudi.& l.j.in fin.C.de asser.tollend.& de delicto
eodem nõ debet sæpiua inquiri.l.licet.§.fi.ff.nau.cau.
stabula.Item quia vt dicit §.necessitatem.de hoc est in-
quirẽdum in loco gestę administrationis,& potest pe-
tere se remitti ad illum locum.facit l.j.C.vbi de ratioci.
agi opor.si ibi remitteretur,post terminũ effluxũ, nõ
posset ibi syndicari.Et istam partem credit Bald.esse
veram,si ratione officij conueniatur:sed si ex delictia,
in quibus non prætenditur nomen officij,vt in homi
cidio,adulterio,& similibus,putat posse ibi cõueniri:
quia tale delictum quod prętextu officij non est com-
missum,nihil habet commune cum administratione
prædicta,& in generali absolutione non veniunt im-
prouisa,arg.ff.de transact.l.cũ Aquiliana.& l.si vnus.
§.in summa.versicu.ante omnia.ff.de pact.cum simili-
90 bus.† Dicit etiam Bal.quòd si tempore syndicatus ali
quis offendat illum qui stat in syndicatu, vel fami-
liam suam,punitur ac si offendisset eum tempore offi-
cij:quia adhuc remanent reliquię & appẽdices officij,
arg.C.vt causæ post puber.assit tutor.l.vnica. Quod
tamen intelligit,si occasione officij præteriti sit offen-
sus:aliàs si statuto puniretur offendens magistratum,
intelligi debet de eo qui est,non qui fuit quondam, ar
91 gum.l.cui eorum.§.affinitates.ff.de postulan.† Addit
etiam quòd tempore syndicatus si stans ad syndicatũ
non inuenit fideiussorẽ,non debet personaliter detine-
ri,sed committi cautioni iuratorię,nisi esset causa capi
92 talis,vt dicta l.vnica.† Et inter maximas causaa capita
les dicit esse barattariam in officio commissam,quia te-
netur crimine falsi, not.in l.j. post princip.ff. de fals.
93 † Non debet autem secundũ eum libellus in scriptia in
causis syndicatus offerri,sed sufficit simplex & verba-
lia facti narratio,vel si detur petitio scripta,summaria
danda est,vt not.in dicta authen.nisi breuiores.& di-
cto §.necessitatem.& facit quod not.j.q.iiij.cap.quia
94 præsulatus.† Et secundũ eum in his causis syndicat⁹
poterit procedi tempore feriarum etiam in honorem
Dei,cum causa sit breuissimo tempore finienda.alle-
gat l.ij.& iij.ff.de fe.Sed certe isti dicto obuiat fortiter l.
fi.C.de ferijs.& l.j.& ij.ff.de ferijs.loquunt̃ in ferijs ob
hoim necessitates introductis.Nec obstat ratio Bal.q̧
cũ sit breui tempore finienda,quia,vt supradictũ est,si
non expediatur causa intra tẽpua statutũ,post tẽpua
poterit expediri.& facit quod notauit ipse Bald.in l.si
vt proponis.C.quomodo & quãdo iudex.vbi dicit
ferijs in honorẽ dei introductis non posse renũtiari,vt
probatur in dicto ca.fi.& tenet Specu.eo.tit.§.fi. circa
prin.& Host.in summa illius titu.§.& an renũtiari.in
prin.& hoc videtur tutius,salua reuerentia do. Baldi.
lia aũt debet cõtestari,vt no.gl.in d.l.vnica,sup verbò,
orta.qd' est notãdũ.Probatiões verò in istis debẽt esse
euidentes,qa ꝓ iudicibus & officialibua multũ præsu
mit.l.ij.C.de off.ciuili.iudi.& l.Herẽniua.§.Caia.ff.de
euict.& no.p gl.in c.ad reprimendã.extra de offi.ordi.
& c.post cessionem.de proba.& c.sicut.extra de sen.&
re iudi.Et quãuia in istia non debeat ordo seruari,si ta
men seruetur de facto non ruit processus,secundũ Bal.
ad quod facit qd' notauit Inno.in cap.nouit.extra de
iudi.& quod no.in dicta clemen.sæpe.de verb.signifi.
95 † Vtrum autem familiares stantia ad syndicatum pos-
sint testificari pro eo.dicit Bal.quòd sic,si quæstio eos
non tangat:nam in factis domesticis nõ repellitur testi
monium domesticum.l.consensu.§.super seruis.C.de
repudi.facit cap.veniens.extra de testi.in fi.adde præ-
missis quòd si per statutum sententia syndicatus feren
da sit in præsentia consulum vel syndicorum ciuita-
tis,& consules vel syndici noliint interesse,vel fuerint
vocati aut legitimè requisiti,valebit nihilominua sen
tentia,quia contumacia pro pręsentia reputatur,in au
then.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet.& ar
gu.in cap.fi.extra de arbi.lib.vj.& cap.cum in veteri.
96 extra de elect.† Vltimo nota,q̧ iudex stans ad syndi-
catum debet totam familiam suam in syndicatu exhi-
bere,vt super gestia possit ab ea veritas inueniri,vt
not.Azo in summa de assesso.Facit quod not.in l.ni-
mis graue.C.de testib.& per Barto.in l.cum si exhi-
buissent.ff.de publica.Officiarij autem Regum & prin
cipum possunt syndicari quandocunq̧ placet prin-
cipi,vt not.in authentica, vt iudi.sine quoquo suf-
fragi.fiant.§.si quis.in gloss.durante,secundum Bal-
dum in dicto §.proficisci.qui potest ibi eleganter vi-
97 deri.† Quartò fallit secundum aliquos hæc regula
in isto quarto intellectu in causa matrimoniali, in
qua valet sententia lata sine scriptura,per cap. Alberi-
cus.extra de testib.sed hoc ibi non placet Panormita-
no, imo dicit requiri scripturam in sententia causa-
rum matrimonialium,sicut & in alija causis quæ tra-
ctantur simpliciter,& de plano,vt colligitur in clemẽ.
dispendiosam.extra de iudi.& alleg.clemen.sæpe.circa
fi.de verborum significa.& ad cap.Albericus.dicit esse
ponderandum,quòd text.solum dicit quòd sententia
ibi non fuit in scriptis redacta:non autem dicit,recita-
ta.& in fin.decretalis mandat sententiam redigi in pu-
blicam scripturam, quasi priua non interuenisset pu
blica, sed priuata scriptura. Ex quo dicit esse notan-
dum,quòd licet de solẽnitate iuris sententia in scriptia
sit pronuntianda,non est necesse,quòd sit scriptura pu
blica:sed sufficit priuata manu forte iudicis vel alte-
rius scripta: vt autem fides ei adhibeatur,bene debet
per notarium in scriptis publicis redigi,vt dicto cap.
quoniam contra falsam.& hoc vult Bald.in l.cum sen
tentia.C.de senten.& interlocutio.om.iudi.post Iaco.
Butriga.& tenet Specu.in dicto §.iuxta propositio-
nis.versi.item fallit in causa matrimoniali.& Io.And.
in alle.c.fi.de sen.& re iudi.lib.vj.post Host.vel distin-
98 guendum est,vt ibi per eũdem.† Quintò fallit in sen-
tentia interlocutoria,quæ non est necessario de scri-
pti recitatione proferenda,sed ea prolata in actis per
notarium redigitur,vt notat glo.in dicto ca.fi.& pro-

batur in dicto c.quoniã cõtra falſam.vbi per gl.& hoc
eſt ad effectũ ꝓbatiõis de ea fiẽdæ: aliàs nõ eſſet neceſ
ſe eã in ſcriptis redigi,vt dicit gl.prædicta.facit qđ no.
Bar.in l.Titia.ff.de accuſa.& in l.fi.C.de priuile.ſchola
rũ.lib.xij.Et poteſt dicta interlocutoria per aliũ recita
ri,vt no.per gl.& Doct.in l.fi.C.de ſentẽ.ex peri.reci-
tan.& l.ij.ff.de appella. Et lata etiam probari poteſt
per teſtes in l.quoniam.C.de hæreti.facit l.defendente.
ff.de auto.tuto.circa quod vide Baldum in dicta l.fin.
& ibi Salicetũ, & Bald.in l.prolatam.C.de ſenten. &
99 interloc.omnium iudi.vbi dicit,quòd iſtud fallit † in
tribus interlocutorijs,quę debent in ſcriptis proferri,
ſcilicet excommunicationis,ſuſpenſionis, & interdicti
in cap.j.extra de ſenten.excommunica.lib.vj.iſtę enim
100 tres dicuntur † Cenſuræ,vt dicit Bald.in l.fin.C.ſi à
non competenti iudi. & probatur in capit.querenti.
extra de verborum ſignifi.& habent ſimilitudinem,de
qua per Imol.in cap.ad hæc,quoniam.extra de appel-
et plenè ponitur per Ioã.de Calde.in ſuo tractatu in
terdicti eccleſiaſtici,circa principium.Sententia enim
excommunicationis vel cenſuræ potius trahitur ad na
turam interloquutorię,quàm diffinitiuę,vt no.domi.
Benedict.in cap.paſtoralis.§.verum.extra de appella.
qui allegat notata in cap.per tuas.extra de ſenten.excõ
munic.et cap.venerabilibus.eo.titu.lib.vj.vide quæ
101 not.in dicto cap.j.eo.titu.lib.vj.†Et poteſt hæc ſentẽ
tia excõmunicationis per laicum infligi ſi Papa hanc
ſibi dederit poteſtatem,vt not.domi.Panor.in cap.ec-
cleſia ſanctæ Mariæ.extra de conſtitu.et pro hoc facit
glo.xxxij.diſtinct.§.verum.Idem not.per glo.xciiij.di.
102 cap.j.et xcvj.diſtinct.c.j.quod eſt notandũ.†Licet au-
tem excõmunicationis ſententia ſit in ſcriptis ferenda,
tenet tamen lata ſine ſcriptis,ſed punitur excõmunica-
tor,vt habetur in dicto cap.j.de ſenten.excommunic.
lib.vj.per glo.et Doct.et per Hoſti. in ſumma,de ſen-
ten.et re iudi.§.qualis. verſic. quid ergo.et §. qualiter.
verſic.iiij.ibi,vnde nec ſententia excommunicationis
103 &c. † Sextò fallit in ſententia lata per principem vel
Papam,quam nõ eſt neceſſe de ſcripti recitatione pro-
ferri,cum ſit ipſe ſolutus legibus.l.digna vox.C.de le-
gi.et ff.eo.titu.l.princeps.et hoc eſt quia iſta ſolẽnitas
eſt de iure poſitiuo,cui non ſubeſt princeps,in dicto c.
104 in cauſis.extra de ſen.et re iudic.per Imo.† Et in præ
ſentia ſua ſupplet omnẽ defectũ ſolẽnitatis.l.omniũ.
C.de teſta.not.glo.in ſæpe dicto cap.fi.nec eſt hoc mi
rum in ſententia Papæ,quoniam ipſe poteſt ſententiã
inferioris confirmare ſine ordine iudiciario: imo ex-
traiudicialiter,vt not.per Panor.et Modernos in cap.
ea quæ.extra de ſenten.et re iudica.dummodo ex certa
ſcientia hoc faciat,vt not.ibi,& cap.j.& ij.extra de con
105 fir.vti.vel inuti. Quinimo dicunt plus Doct.ꝙ† Pa-
pa poterit ſententiam quantũuis iniuſtam & ſine ordi
ne iudiciario prolatam confirmare,vt not.per glo.ix.
q.ij.c.nullus. facit quod habetur in cap.ad petitionẽ.
extra de accuſa.& hoc ſecundũ Panor.& Bened.in di-
cto cap.ea quæ.dummodo ex certa ſcientia hoc faciat:
ad quod facit glo.in ca.ad hæc.extra de reſcrip. Quod
eſt etiam intelligendum,ſi clauſula certæ ſcientiæ ſit in
literis expreſſa,prout voluit glo.quæ incipit,ſed po-
ne.in cap.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.& in clementi.ij.
106 eo.titu.† Quæ vera ſunt in dependentibus à libera
Papæ poteſtate,vt in beneficialibus & alijs quæ defi-
ciunt ex defectu ordinis poſitiui:ſecus ſi deficerẽt in iu-
ſtitia naturali,vt quia ſine citatione facta fuiſſent:quia
tunc etiam de plenitudine poteſtatis non poſſent per
papam vel principem confirmari vel ſuppleri, vt ſu-
perius dictum fuit in prima lectura. per ea quæ ha-
bentur in clemen.paſtoralis.§.cęterum.extra de ſenten.
& re iudi.ſecundum Panor.in alleg.cap.ea quæ.& ibi
107 per do.Benedictum.† Septimò fallit in illiteratis,qui
poſſunt eſſe iudices,vt no.per glo.in cap.ſciſcitatus.ex
tra de reſcrip.& in l.certi iuris. de iudi.& per do.Io.de
Imol.poſt Ange.in l.quidam conſulebant.in princi.ff.
de re iudi.& per Specu.titu.de iudi.dele.§. excipitur.
verſi.quòd eſt illiteratus.& ideo poſſunt recitare ſentẽ
tiam per alios,vt not.per glo.in dicta l.fi.C.de ſenten.
ex pericu. recitan.quod dicit ibi Salicetus intelligen-
dum eſſe de maioribus,vt de habentibus merũ impe-
rium:non in minoribus,per ea quæ dicta ſunt. Cõſue
tudo tamen ſeruat in quocunq; iudice illiterato,vt per
alium ferat ſententiam,vt reſidet Salice.& Bal.per Bar
to.in l.cęcus.ff.de iudi.ex quo concludit,quòd ſi durã
te officio iudex efficeretur cæcus,ferret quãlibet ſenten
tiam etiam corporalem per alium qui eã legeret,arg.l.
hac cõſultiſsima.§.at cum humana.C.qui teſta.fa.poſ
ſunt.Debet tamen proferre per ſe ipſum verba diffini-
tionis,ſcilicet condẽno vel abſoluo,vt not.per gloſ.in
dicto cap.fi.vbi per Archi.qui dicit hoc eſſe de cõſue
tudine.de rigore verò iuris ſecus eſſet,vt notauit Hoſt.
in ſumma,de ſenten.& re iudi.§.qualiter.verſi.quandò.
Stabitur tamen cõſuetudini ſecundũ Doct.vide Spec.
tit.de ſent.prola.§.ſequitur videre.verſi.quid ſi neſcit
108 legere.† Octauò fallit ſecundũ aliquos ſi de partiũ cõ
ſenſu ferať ſentẽtia ſine ſcripto,vt videtur notaſſe gl.
in alle.l.fi.C.de priui.ſchola.lib.xij.& no.ij.q.j.in pri
mis.in fi.& recitatur per gl.in dicto c.fi.de ſenten.& re
109 iudi.lib.vj.† Et ſic ſecundũ iſtorum opinionẽ de cõ-
ſenſu partium poſſet omitti ordo iuris.Glo.tamẽ tenet
contrariũ in c.de cauſis.extra de offi.dele.& tria eſſe de
ordine iudiciario,ſcilicet libelli oblationem,litis cõte-
ſtationem,& ꝙ ſententia feratur in ſcriptis. Quidã ta-
mẽ canoniſtæ dicunt libelli oblationẽ eſſe de ordine
ſubſtãtiali iudicij,ſi petať,aliàs ſufficeret qualiſqualis
petitio,de qua in actis appareret,vt no.per Io.And.
in cap.j.extra de libel.obla.& in clemẽ.ſæpe. in verbo,
neceſſario.de verbo.ſignifi.vbi videte per Docto.&
per Imol.in l.qui bona fide.§.ſi alieno.ff.de dã.infecto.
ſed latius videte ea quæ ſunt de ſubſtantia ordinis iu-
diciarij,per glo.& Doct.in l. prolatam.C.de ſenten.&
110 interl.om.iudi.† An verò ordini iſti iudiciali poſsit ꝑ
partes renũtiari,videtis duas opiniones cõtrarias.Ho
ſtien.verò in dicto c.de cauſis.ſecundũ quoſdam eũ ita
intelligentes,fuit in opinione ꝙ glo.ibi intelligatur
quòd alicui particulari ſolẽnitati iudiciarij ordinis nõ
poſsit renuntiari, ſcilicet ꝙ partim ſeruetur ordo , &
partim non,vt ꝙ libellus offeratur,ſed lis nõ conteſte
tur:vel lis conteſtetur,ſed ſententia de ſcripti recitatiõe
non proferatur,ſed toto ordini iudiciario bene poſ-
ſit renuntiari,ita quòd nec libellus offeratur,nec lis cõ
teſtetur,nec ſit locus prolationi ſententiæ,ſed de pla-
no veritas inquiratur,& det iudex ſua mandata. Et ita
recitat gl.in d.c.fi.Hoſt.dixiſſe.Et iſtã opi. Hoſt.intelli
gunt aliqui reſolutiue,ꝙ parti ordinis iudiciarij re-
nũtiari non poteſt,ſed bene toti ordini. Et hoc tenuiſſe
videtur domi. Anto.de Butrio in alleg.c.de cauſis.Sed
domi.Ioan.de Imol.ibi dicit ꝙ iſtud dictũ ſonat in ab
ſurdum

surdū: quia si non possit parti ordinis iudiciarij renun
tiari, multo minus toti ordini. Si enim non licet quod
est minus, multò fortius id quod est maius, cap. cum
in cūctis. extra de elect. † Ideo cōcludit, quod si in causa ple
naria omiserit iudex ordinē iudiciariū de partiū volū
tate, nō valebunt quae gesta erūt, nec etiā in summarijs
causis tollēdo ea substātialia quae ponūtur in alle. cle.
saepe. de ver. sig. nisi partes cōsentirēt, quod pcederet tanquam
arbiter, i. arbitrator, per ea quae habentur in l. sed si in
seruum. §. si quis iudex. & l. diē proferre. §. si quis. ff. de
arbitr. & in authenti. vt differen. iudi. §. si vero contige
rit. colla. ix. & capite, nisi essent. & cap. non sine. extra
de arbitris. & cap. Quintauallis. & cap. veniens. extra
de iureiuran. & ita secundum eum sentire voluit Host.
& Io. And. in glo. dicti cap. fin. Domi. Petr. de Anch.
transit cum opinione praedicta. Bar. verò in l. si societa
tem. §. arbitrorum. ff. pro socio. in versicu. quid si est
dictum quòd possit cognosci de iure & de facto. dicere
& concludere videtur, quòd partes non possunt re
mittere ordinem iudiciorum, per dictam l. ij. §. sed quia
veremur. C. de iura. calum. & authen. offeratur. C. de li
tis contest. & hoc quando litigant coram iudice haben
te iurisdictionem à superiore: secus quando ei datur
notio à partium consensu, de quo in l. ait praetor. in
prin. ff. de re iudic. & l. non distinguemus. §. de officio.
ff. de arbi. vbi potestas arbitri dependet à potestate si
bi data per partes. & ita dicit, quòd seruat cōsuetudo.
& istam opi. videtur sequi domi. Benedictus in dicto
cap. Quintauallis. Et sic ista opinio concordat cū opi.
Hostien. & quāuis aliqui recitent eum, quòd intellexe
rit partes posse in totum ordini iudiciario renuntiare,
sed non in parte, vt quod lis non contestetur, vel iuramen
tum calumniae non praestetur. attamen, vt intelligit do.
Ioan. de Imol. sicut suprà dictum est, haec non fuit mēs
neque sententia Hostien. vt clarè sonant verba sua in di
cto cap. de causis. & clarius atque expressius per eum in
summa de libelli obla. §. vtrum libellus. versicu. idem
si partes. & versicu. consuetudo tamen. vbi clarissimè
& expressè tenat, quòd per pactum expressum nō pos
sunt facere partes quòd iudex in litem vt iudex proce
dat, & ipsam de stricto iure ac diffinitionè pronuntiet
sine ordine iudiciario, sed voluntati & arbitrio eius
possunt se submittere, ita quòd vt arbitrator, non vt
iudex procedat. Et ita intelligit ea quae habentur in di
cta l. fina. C. de priuileg. scholarum. & authen. generali
ter. in fi. C. de episc. & clericis. & in corpore de litigi. §.
ad excludendas. versicu. omne autem dispendium. col
la. viij. & rationem assignat, quia ordo iudiciarius
est iure publico autoritate & vtilitate introductus:
ideo illi renuntiari non potest. l. neque pignus. §. priua
torum. ff. eod. titu. & l. ius publicum. & l. si vnus. §. il
lud. de pact. & hoc idem firmat ipse Hostien. in titu. de
renun. §. quae possunt. versic. ius verò humanum pu
blicū. ibi, Item vt ordo iudiciarius obseruetur. vbi re
mittit ad ea quę dixit in dicto. §. vt libellus. in hoc vt di
xi residet domi. Ioan. de Imol. & videntur residere do
112 mini de Rota decisione lxxxiiij. † Quia iuris publici
est ordo iudiciarius, cui partes, vt dictum est, renuntia
re non possunt, in capite, si diligenti. extra de foro cō
petenti. & cap. contingit. extra de senten. excommunic.
& cap. fi. de ferijs. & allegant not. in dicto cap. de cau
sis. per glo. & in dicto capite fi. de re iudica. lib. vj. &
per Ioan. andr. in clemen. alleg. saepe. de verbo. signifi.

& certè hoc idē tenere videtur, imò tenet Spec. ti. de sen.
prola. §. iuxta. ver. quid si de partiū volūtate. vbi tenet
quod snia lata sine litis cōtestatione, de volūtate partiū ta
cita vel expressa, est nulla: quia nō possunt partes suo cō
sensu viciare regulas iuris. l. quidā decedēs. ff. de admi.
tuto. & ipse idem Insti. de libel. concep. §. nunc. versi. tx.
vbi sequitur Hostiem. & remittit ad eū in dicto §. vtrū
libellus. tit. de libel. ob. In hac etiā sententia videtur esse
Bald. & post eum, Salice. in authen. offeratur. C. de li
tis contesta. licet loquantur in oblatione libelli, & sic
in parte ordinis iudiciarij, in qua non dissentiunt alij
tenentes, quòd parti non potest renuntiari, sed bene to
talitati iudiciarij ordinis: sed certè eadē ratio est de to
to quae de pte. l. quae de tota. ff. de rei vēd. Itē ratio quae
habet locum in parte, habet locum in toto, scilicet
quia in libelli oblatione si omittatur, aut praedicta of
feratur. annullādo procedit cōtra factum. ideo nō po
test remitti. l. nō dubium. C. de legi. & l. cum hi. §. si prae
tor. ff. de transact. secundum Sali. sed idem facit lex vbi
contra totum ordinem iudiciorum solitum fertur sen
tentia, vt dicit tex. formatus in dicta l. prolatam. C. de
senten. & interlocutio. omn. iudi. ideo idem dici debet
l. illud. ff. ad l. Aquil. cū cōcord. Et haec intelligēda sunt
vbi iudex, vt iudex procedit, ex iurisdictione sibi data
à superiore. secus vbi pcederet ex arbitrio sibi dato à
partibus vel notiōe vt arbitrator, per ea quae dicta sunt.
Et ita puto esse tenēdū & cōsulēdo & iudicādo. Et ita
sequitur Guliel. de Mōtelauduno in dicta cle. saepe. &
113 ibi eū sequit Imo. † Vltimo fallit, vbi cōsuetudo loci
& fori habet, quòd sententia nō ferat in scriptis. ad hoc
facit xj. distinct. cap. consuetudinis. & ita seruatur in
curia Franciae, vt recitat Specu. in dicto §. iuxta. versi.
quid de interlocutoria. & ita tenēt dicti Doct. in alleg.
clemen. saepe. dicentes quòd solēnitas iudiciorum po
test omitti virtute consuetudinis & legis municipalis
per notata in cap. cum venissent. extra de eo qui mitti
tur in posses. causa rei seru. Adde casum, in quo non re
quiritur obseruantia ordinis iudiciarij, nec debet sen
tentia de scripti recitatione proferri, scilicet vbi bona
alicuius sunt confiscata, si vxor aut creditores confi
scati comparent cum instrumento aduersus fiscum, nō
debent compelli dare libellum neque litigare ordine iu
diciario, seruato imo fiscus debet eis summariè satisfa
cere, visis iuribus eorū, sine alio iudicio & sine senten
tia, vt not. per Bart. in l. res quae. § res autem. ff. de iu
re fisci. l. si quis posthac. C. de bo. proscripto. dum di
cit, statim, quod importat summariam cognitionem,
vt l. momentariae. C. vnde vi. secundum Bartol. quem
recitat & sequitur Pau. de Castr. in l. si marito. in prin.
ff. soluto matrimo. quod dicit esse singulare & pul
114 chrū. Idē tenet Salic. in dicta l. si quis posthac. † Quid
autē vbi sunt plures iudices ordinarij vel delegati vel
arbitri de eadem causa simul cognoscentes, an sit neces
se, quòd omnes sententiam de scripti recitatione pro
nuntiēt, & loquantur, vel sufficiat aliquem eorum vel
maiorem partem pronuntiare alijs tacentibus & prae
sentibus, glo. in l. tunc autem. quę est continuatiua ad
l. Pomponius. quae aliàs incipit, si vni. ff. de re iudi. &
glos. in l. sicuti. ff. de arbitr. tenet quòd sufficit vnum
ferre sententiam alijs praesentibus, & consentientibus
pronuntianti. sed glo. in l. cū magistratus. C. quando
prouo. nō est neces. tenet cōtrariū, scilicet quod sit necesse
oēs pronūtiare, & loqui. & illā sequitur Bar. in dicta l.

Pomponius si vni. per dictā l. cū magistratus. & dictā l. sicuti. vbi Bal. idem tenere videtur. primas glo. tenet Albe. in l. itē si vnus. §. itē si plures. & l. si in tres. ff. de arbi. & Io. an. in c. sicut cum per formā. extra de elect. lib. vj. & in addi. Spec. tit. de senten. prola. §. sequitur videre. versicu. sed si iudices. Et in hoc residet domi. Ioan. de Imola in dicta l. tunc autem. & facit text. & glo. & quod ibi not. in capite, cum ab vno. extra de sen. & rei iudica. lib. vj. vbi plenius videatis. & in authen. vt differen. iudi. §. si vero. colla. ix. Quinto modo ista regula intelligitur, quòd omnia quæcunq; causæ cognitionem desiderant, expediri non possunt per libellū & per delegationē cognitionis causæ reseruata

13 deleganti sententia: † nisi ter iudex delegans causam audierit, scilicet in contestatione litis, in medio vt in probationibus recipiendis, & in fine, vt in authen. ad hæc. C. de iudi. quæ sumpta est in authen. vt defuncti seu eorum funera. §. illud. colla. v. totam verò causam sine retentione sententiæ posset delegare, sed non reseruata sententia nisi modo supradicto, vt not. per glo. in dicta authenti. ad hæc. sed hoc de iure canonico nō procedit, quia illi qui possunt delegare, delegare possunt in totū & in partē, nec habēt necesse seruare dictā authenti. vt est. tex. & glo. in cap. super quæstionum. extra de offi. delega. & possunt adijcere modum in delegatione, puta quòd delegatus non ferat sententiam sine consilio sapiētis, vt not. per Innocen. in cap. si pro debilitate. extra de offi. delega. & Bald. in dicta authen. ad hæc. vbi videatis, & in l. qui procuratorem dat. ff. de procurato. quæ sufficiant pro præsentis regulæ materia loco repetitionis.

Summarium.

1 ☞ Vel dictio, capitur pro etiam, & pro saltem.
2 Pignori incumbere melius est quàm in personā agere.
3 Incorporalia an possint pignori dari.
4 Vsusfructus an posit impignorari.
5 Vsusfructus ius vendi non potest, sed bene commoditas ipsa vtendi.
6 Seruitus rustica potest pignori obligari, secus in vrbana. & nume. 8.
7 Seruitus vrbana non potest ad tempus constitui.
9 Seruitute debita creditor vti tenetur, & sibi imputabitur si per non vsum pereat.
10 Decimæ an possint obligari.
11 Nomina debitorum an posint pignori obligari.

Fructus rei est, vel pignori dare licere.

1 H AEC dictio † vel, hic in textu sumitur pro salsim secundū glo. vel potest lumi melius pro etiam, sicut in illo versu Vergilij, Carmina vel cœlo possunt deducere lunam. Et Hieronymus inquit, quæ satis vel hominibus vtilia sunt. vbi vel, sumitur quæ est dictio implicatiua, vt l. etiam. cū ibi notatis per glo. & Salice. C. de fur. & erit sensus quòd fructus non solum in his consistit quæ ex ipsa re proueniunt, vel capiuntur à re, sed etiam, vt pignori liceat dare: quoniam in hoc consistit magna vtilitas in hac nostra ætate tenacissima, vt dicit hic glos. vt creditor magis de debitore confidat, vt l. qui autem. §. j. ff. de cō

2 stitu. pecu. † Cum melius sit in pignus incumbere, q̄ in personam agere, vt Institu. de obliga. ex malefi. §. furti. & Insti. quib. mo. re cōtrah. obli. §. fi. Et hæc vtilitas præcipue, vt inquit gl. est scholaribus deputata, vt eis liceat pignori dare & pecuniā accipere, pro studij sui cōtinuatione. Sed pfectò vtilius foret pignus accipere quàm pignori dare, quicquid dicat glo. vt patet ad sensum. Facit quod not. per Cyn. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cle. vbi optat ab vtilitate & prodesse paupertatis liberari. quā paupertatem & pignori res suas dandi necessitatem euitabunt scholares si bene & diligenter studio operam impenderint, quo mediante poterunt ditari, vt in authenti. de hære. & falci. in fin. colla. j. si non sint desides & pigri scholares, de quibus meminit tex. & glo. in authenti. de quæstore. §. si vero aliquos. colla. vj. est tamen opus expensa in studio, ideo bona consequentia est, vbi quis stetit in studio longo tempore, quòd fecit magnas expensas, per locū à cōmuniter accidētibus. quod facit pro fratribus scholarium qui remanserunt domi, secundū Bal. in authen. habita. sup. verbo, pauperes. C. ne fili. pro patre. sumitur ista regula ex l. fin. ff. de vsur. vbi ad literam ponitur. Quære & oppone atq; solue in

3 glo. † Circa quam quæritur, an iura incorporalia possint pignori obligari, vt sunt iurisdictiones, ius patronatus, pedagium & seruitutes reales & personales. Bartol. hanc quæstio. mouit in l. si is qui. §. vsusfructus. & §. iura. cum l. sequen. ff. de pigno. quem recitat domi. Ioan. de Imol. in cap. j. extra eo. titu. de pigno. & dicit quòd quædam sunt iura consistentia in hominibus, vt iurisdictio, & ius quod habet dominus in vasallo, vel patronus in liberto. & hæc non possunt obligari, nisi causante magna necessitate. per id quod habetur in l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acquirenda hæred. l. prima. C. de ope. liber. cum similibus. Quædā sunt iura quæ consistunt in re, vt ius patronatus in ecclesia, & ius percipiendi vectigal seu pedagium in aliquo loco, & ista si sint talia, ex quibus non percipitur aliquod commodum pecuniarium, non possunt obligari. facit quod habetur in l. plane. ff. de lega. j. vt puta in iure patronatus ecclesiastico, quando respicit ius præsentandi: quia tunc cum sit inæstimabile, nec minuat quantitatem debiti, sicut debet diminuere fructus qui ex re pignorata percipiuntur, vt l. j. & ij. C. de pig. acti. & cap. j. & ij. extra de vsur. pignorari non potest, vt probatur in cap. cum Bertoldus. extra de senten. & re iudicata. vbi singulariter not. quòd licet ius patronatus transeat cum vniuersitate vendita vel locata, nisi nominatim excipiatur, vt not. in l. in modicis. ff. de contrahē. empt. & cap. ex literis. & cap. cum seculum. extra de iure patrona. non tamen transit ex contractu pignoris in creditorem, vt probatur in dicto cap. cum Bertoldus. vbi per glo. & Docto. faciunt notata xvj. quæstione vij. cap. piæ mentis. Vbi autem ex dictis iuribus aliquod commodum pecuniarium percipitur, possunt pignorari, vt dicto §. vsusfructus. & l. sed an viæ. & l. grege. §. in superficiarijs. ff. de pignoribus.

& prob

& probatur in pedagio seu vectigali per text.l.tutor.
§ fin.ff.de pignora.acti.& ideo vt dicunt Doct.in di-
cto capite,cum Bertoldus.si ius patronatus cōtineret
commoditatem æstimabilem, quæ percepta posset
debitum æstimare, prout est ius percipiendæ pensio-
nis seu census,quod quandoq; potest imponi,vt not.
in glo.dicti c.cum Bertoldus.& probatur xviij.q.ij.
c.Eleutherius.& c.præterea.extra de iure pa.posset ta-
le ius pignorari,& cōmoditas transiret in creditorem,
cum talis cōmoditas sit æstimabilis, & minuat sortē.
Ad hoc facit l.quāuis.C.in qui.cau.pig.tacitē contra-
hitur.& quod no.in c.ad nostram.j.extra de iureiuran.
4 †Sic etiam vsusfructus potest pignori obligari,vt di-
cto §.vsusfructus.cōtrarium tamē videbatur, quoniā
id potest pignorari,quod potest emi & vendi. vt l.sed
& quod.§.fi.ff.de pigno.sed vsusfructus nō potest ven
di,vt l.si vsusfructus.ff.de iure do.& Instit.de vsufru.
5 §.itē finitur. † Sed licet ipsum ius vsusfructus cedi vel
vendi nō potest,ipsa tamē cōmoditas vtendi & fruen
di bene ceditur vēditur & locatur atq; pignoratur,vt
dicit Bartol.in dicto §.vsusfructus. & probatur in l.
arboribus §. vsufructuarius. ff.de vsufru. & not.per
Salice.in l.interest.hic allegata in glo.C.eo.ti.qui ita di
6 cit esse istam regulā intelligendā.† Seruitutes autē rea-
les rusticæ, vt itineris, viæ, actus, & similes possunt
pignori obligari,secus in seruitutibus vrbanorū præ-
diorū,per id quod habetur in dicta l.si is qui.§.fi.cū l.
se.& ratio differētiæ ibi redditur per glo.& Bart.quo-
niam seruitutes vrbanæ sub quadā perpetuitate cōsti-
tui debent,ne vrbs deformetur ruinis,vt l.fi.ff.ne quid
in loc.pu.& l.ij.C.de ædifi.priua.Insti.de re.di.§ cū in
suo.& l.j.ff.de tigno iniuncto.cū similibus. esset enim
incongruū,q; postq; tignū immissum est cogeretur im
7 mittens illud tollere.†Et sic istæ vrbanæ seruitutes nō
possunt ad tempus cōstitui:secus est in rusticis,in qui-
bus cessat incōgruitas prædicta,vt in seruitute itineris
8 & similibus.† Vult tamē Bart.quē sequitur do.Io.de
Imo.q; etiam vrbanæ seruitutes, in quibus cessat di-
cta incōgruitas, possint pignorari,vt si cōstitueret cre
ditori per debitorē seruitus altius nō tollendi ædificiū
donec soluatur pecunia creditori.Nam tunc est eadem
ratio quæ in rusticis.ergo & idem ius.l.illud.ff. ad legē
Aquil.& c.ij.extra de transla.& est aduertendum circa
seruitutes rusticas pignori datas,q; creditor illis vti po
test,imo debet,licet gl.dixerit cōtrariū,sed nō bene,in
dicto c.cum Bertoldus.vt ibi no.per do.Io.de Imo.&
9 do.Benedictū.Quinimo quod est fortius,si creditor
seruitute debita fundo pignorato nō vtatur,per cuius
nō vsum seruitus perdatur,imputabitur creditori per
tex.l.creditor cum pignus.ff.de pigno.acti.vbi est deci
10 sio.†Sed quærit̄,an decimæ possint obligari.& refert
Spec.ti.de pigno.§.j.quosdam dixisse q; non,cum sint
res spirituales,nec possint per laicū possideri, vt in c.
causam.extra de præscrip. & de deci.c.prohibemus.&
c.q̄; quis.facit ad hoc l.qui vniuersas. §.j.ff.de acq. pos.
quod fatetur esse verū de iure decimæ,sed fructus deci-
marū dicit posse obligari & locari,per text.in c.vestra.
extra de loca.& arg.dict.l.si vsusfructus.ff. de iure do.
quod intellige,vbi interuenit vtilitas ecclesiæ,& fit lo
catio ad modicū tempus,secundū Doct.in dicto c.ve-
stra.Et quod sit modicū tempus,recurre ad not.per gl.
in Clemen.j.de rebus eccle.nō alien.& in l.fi.ff.si ager
vectiga.& l.j.§.quod autē ait prætor.ff.de superficie.
Ad prædicta facit quod habetur in c.querelam. extra
ne præla.vices suas.vide latius de Imola & Docto.in
11 alleg.c.vestra.† Quæstio etiā est de nominib⁹. sed dici
tecā posse obligari, vt l.nomen.C.quæ res pig.oblig.
possunt.& no.per glo.in l.hæredē.C. de acti.hæredi-
ta.facit l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudica.

Summarium.

1 ☞Tutela ad proximiorē pertinet,sicut & hæreditas excepta fœmina.
2 Minor non potest esse tutor,licet succedere possit.
3 Tutores sunt multiplices.& nu.17.
4 Tutores per epistolam vel ab intestato non possunt dari.
5 Tutores dati per patrem in codicillis non confirmatis per testamentum,quomodo valeant.
6 Codicilli quando dicantur confirmari.
7 Tutela testamentaria cōsonat substitutioni pupillari.
8 Tutela potest dari posthumis nascituris,tribus cōcurrentibus.
9 Tutorem filijs dare non potest mater nec auia.
10 Tutorem an det pater filio emancipato, naturali, vel spurio.& nu.11.& 12.
13 Tutor à patre filijs datus quando indigeat confirmatione.
14 Tutor confirmatus an dicatur testamentarius.
25 Tutor datus à patre an præferatur legitimo.
16 Tutor datus ab alio q̄; à patre an præferat̄ legitimo.
17 Legitimi tutores qui dicantur.
28 Agnati cognatis statuto prælati in successione, debēt etiam præferri in tutela.
29 Tutela quæ cognatis defertur,an dici possit legitima vel prætoria.
20 Tutela legitima multiplex.& nu.21.22.& 23.
24 Tutores datiui à quibus dentur.
25 Tutores qui esse possint.
26 Tutelæ aliquod genus an gerere possit creditor vel debitor pupilli.
27 Creditor vel debitor an ipso iure prohibeatur esse tutor,vel an solum perdat debitum.& nu.28.29.& 30.
31 Tutor debitor ex tutela non potest esse curator.
32 Tutor ex legato patris factus creditor an ob id prohibeatur à tutela.
33 Tutelam an impediat debitum vbi paratus est soluere vel remittere.
34 Pater iure paterno administrans non tenetur reddere rationem,secus si tutorio nomine.
33 Filius furiosi an possit esse eius curator,si sit eius creditor vel debitor.& nu.36.
37 Frater debitor vel creditor an possit esse tutor.
38 Tutor creditor an sibi ipsi possit soluere.
39 Tutoris vel tutorio nomine administrātis bona sunt tacitè hypothecata pupillo.& nu.40.
41 Tutor eo ipso q; creatus est,habet liberam administrationem.
42 Tutorum quilibet insolidum constitutus videtur.
43 Tutori quid incumbat anteq; administret.
44 Satisdare qui tutores debeant & quomodo.& numero 46.& 47.
45 Tutorum plurium testamentariorū qui satisdat,præfertur in administratione.

48 Decretum duplex in datione tutelæ.
49 Decretum necessarium etiam in testamentaria tutela.
50 Tutorem quando sit opus mitti in possessionem per ministros iudicis.
51 Tutor qñ detur causa cognita et citatis alijs.& nu.52.
53 Inuentarij confectionem quæ præcedant.
54 Inuentarium quomodo fieri debeat.
55 Debitores an sint citandi in confectione inuentarij.
56 Inuentarium an continere debeat instrumenta quibus pupillus est debitor.
57 Inuentarium quare dicatur.
58 Inueniri propriè dicitur quod manibus capitur.
59 Inuentario descriptæ res an debeant æstimari.
60 Tutor,qui non posuit omnes res pupilli in inuentario quomodo teneatur & nu.61.
62 Inuentarij omissi iustæ causæ.& nu.63.67.& 68.
64 Testator an remittere possit inuentarij cōfectionem.
65 Testator si disponat se nolle tutores teneri reddere rationem,quid iuris.
66 Testator nō potest legare tutori liberationem à futura tutela.
67 Consuetudo an excuset à non conficiendo inuētariū.
68 Iudex an remittere possit confectionem inuentarij.
69 Tutor datus ad vnum articulū non tenetur conficere inuentarium.
70 Tutor honorarius tenetur conficere inuentarium.
71 Inuentarium an vna vice debeat compleri.
72 Curator tenetur ad inuentarium sicut tutor.
73 Tutor agens tenetur exhibere copiā inuentarij,si petatur,sed non totius. & nu.74.
75 Tutori agenti si opponatur,q̄ nō fecit inuentarium, quis hoc probet.& nu.76.
77 Tutori an possit salarium constitui.
78 Expensarum à tutore factarum quæ ratio habenda.
79 Tutor debet conficere codicem rationum.
80 Rationum reddendarum officium quid exigat.
81 Tutelam susceptam nō licet dimittere,licet antea esset excusatio.
82 Tutor non legitimè datus non potest desistere anteq̄ alius detur legitimus.
83 Tutor non potest præstare autoritatem pupillo,nisi præsens.
84 Tutor negotiando de communi aut pupilli pecunia cui acquirat lucrum.
85 Pupilli efficitur res à tutore empta de eius pecunia,secus si ab extraneo.
86 Tutore sinistrè negotiante cuius erit damnum.
87 Tutor datur inuitus,sed non curator.
88 Tutor datur absens,non curator.
89 Curator quando detur inuitus.
90 Tutores plures vnius pupilli quō teneant. & nu.91.
92 Tutorum remedia quando conueniuntur.
93 Tutores plures an simul agant vel conueniantur.
94 Tutela quando finiatur.
95 Tutore bannito an finiatur tutela.
96 Regis tutela an eius pubertate finiatur.& nu.99.
97 Rex esse potest infans.
98 Mulier administrationem iudicaturæ habere potest ex successione.
100 Regi inuito aliquando datur coadiutor.
101 Regum primogeniti viuis patribus possunt reges nūcupari.
102 Tutor an detur filio ingredientis religionem.
103 Tutela anomala matris & auiæ.
104 Mulier est capax omnis generis tutelarum.
105 Mater præfertur legitimis tutoribus si velit.
106 Mater testamento facta tutrix an egeat cōfirmatione.
107 Auiæ tutela an habeat locum in proauia.
108 Extensio iuris correctorij quomodo fiat.
109 Mater naturalis potest esse tutrix.
110 Tutrix filij potest esse meretrix,nisi sit illustris, aut dānatus coitus.& nu.111.& 112.
113 Tutela pupilli defuncto auo,in cuius erat potestate, an patri emancipato vel matri competat.
114 Auus paternus an excludat matrē à tutela.& nu.115.
116 Mater an excludat auum maternum.
117 Auus & auia an simul veniant ad tutelam.& nu.118. & 119.
120 Auia & frater pupilli quomodo veniant ad tutelā.
121 Mater statuto exclusa à successione pupilli non ideo excluditur à tutela.
122 Curatrix potest esse mater vel auia sicut & tutrix.
123 Mater tutelam sumens quid obseruare debeat. & nu. 125.127.& 131.
124 Mater affectans secundas nuptias est tutrix suspecta.
125 Velleiano & omni alij auxilio debet mater renūtiare in assumptione tutelæ.
126 Conditio imposita per legem nō est leuis solēnitas.
128 Mulier pro debito incarcerari non potest.
129 Mulier non debet conueniri vltra q̄ facere possit.
130 Renuntiatio generalis nullo specificato an valeat.
132 Tutricis bona sunt tacite obligata.
133 Tutoris datio pupillo habēti matrem,nulla de ea facta mentione an valeat.& nu.134.
135 Tutela dari potest die feriato.
136 Tutorem legitimum narrare oportet nolle anteq̄ datiuus habeat locum.
137 Mater & extraneus si simul dentur in testamento tutores,an ambo erunt.
138 Matre tutrice cōuolāte ad secūda vota finitur tutela.
139 Tutrix testamentaria secundò nubēs an perdat tutelā.
140 Mater sponsalia solum contrahens an perdat tutelā.
141 Matre tutelam perdente ad quem deuoluatur.& nu. 142.& 143.
144 Mater secundò nubens desinit ipso iure esse tutrix.
145 Matre secūdò nubēte,auia præfertur alijs tutoribus.
146 Tutelam an recuperare possit mater mortuo secundo viro. & nu.147.
148 Tutor liberorum primi mariti qualiter esse possit secundus.
149 Mater an possit tutorem nominare.
150 Mater tutrix si ad secunda vota transeat non petito tutore,quomodo puniatur.
151 Mater priuatur successione filij pupilli,si eius nō fuit tutrix,nec petijt dari tutorem.
152 Auia an esse possit minor xxv.annis.
153 Mater non petito intra annum tutore priuatur successione filij,etiam si esset ei pupillariter substituta. & numero 156.
154 Pupillus si post pubertatem decedat,mater non punitur de non petito tutore.
155 Pupillum intra pubertatem decessisse quis probare teneatur.
157 Mater petens tutorem non idoneum,vel qui nō administrauit,an excusetur.
158 Bona fide factum dicitur perfectè fieri.

Mater

Quò tutela redit, eò & hęreditas peruenit, nisi cum fœminæ hæredes intercedunt. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei quem in suis hæredibus, cum moritur, habuerit, habiturus've esset, si vixisset.

ISTA regula, in principio secundum glos. filia est legis, secundum naturam. s. eod. ti. vbi videatis, quæ dicta fuerũt. Et ponit duas
1 regulas, † & à prima exceptione hęc ratio exceptionis posita fuit, iuncta l. secundum naturã. quia circa emolumentum & onus supplendi tutelam, non est eadem conditio & habilitas personæ: quoniam regulariter fœminæ non possunt esse tutrices. l. j. C. quando mul. tutel. offi. fun. potest. & l. iure nostro. ff. de testam. tutel. cum similibus. Et tamen fœminæ possunt, si sint proximæ, succedere. l. j. §. interdũ. ff. de legiti. tutel. & Instit. de fideius. tut. §. fi. sed in masculo secus est: quia qui tanquam proximior vocatur ad tutelam, similiter vocatur ad successionem, vt hic. & in authenti. de hæredi. ab intesta. §. ex his.
2 collat. ix. † Fallit hoc in minore, qui non potest esse
Fallentia. tutor, & tamen potest succedere, vt l. fi. C. de legiti. tutel. glos. hęc exponit tex. sic, quò: id est, ad quem locũ, tutela redit: id est, peruenit, eò, id est, ad quem locum peruenit hæreditas. Sed dicite, quòd Iurisconsultus promiscuè his verbis vtitur, vt ostendat alterum sine altero non debere cõtingere. Pro examinatione istius materiæ tutelaris, quæ quotidiana est, ideo plenius attingenda, vt dicit tex. in l. legaui. ff. de libe. leg. & in ea cõtingunt magnæ quæ-
3 stiones. Sciendum est, † quòd multiplices sunt tutores. Quidam sunt testamentarij, qui dantur in testamento vel codicillis testametuo cõfirmatis, vt l. iij.
4 ff. de testa. tutel. † Per epistolam autem vel ab intestato non possunt dari, dicta l. iij. & C. de cõfir. tut.
5 l. ij. † Sed si dati fuerint per patrẽ in codicillis non confirmatis testamento, licet non valeat datio, tamen per iudicẽ debeat cõfirmari. l. j. circa medium.
6 ff. de confir. tut. & l. ij. vbi Sali. C. de testa. tutel. † Et dicuntur hodie codicilli tacitè confirmari, quando factum est testamentum, vt Institu. de codicil. §. j. & §. penult. Nullo igitur facto testamento habent locum, quæ dicta sunt de cõfirmatione fienda, secun-
7 dum Sali. in dicta l. ij. † Et habet datio tutelæ testamentariæ quandam consonantiã cum substitutione pupillari, vt in hoc tex. quia sicut illa nõ potest fieri, nisi à patre vel auo habente filium, vel nepotem in sua potestate, vt l. moribus. in princi. & §. j. ff. de vulg. & pupil. substi. & Instit. de pupil. substi. in prin. ita testamentaria tutela datur in testamẽto per patrem vel auum habentem pupillũ in sua potestate, vt in ista l. & l. j. cũ ibi notatis. ff. de testa. tu.
8 † Et potest etiam dari posthumis nascituris tribus concurrentibus, quæ ponuntur in text. dictæ l. j. & colliguntur ibi per Bal. Primò, quòd sint tales, qui nascendo viuo testatore essent in potestate. Secundò, quòd sint tales, qui agnascendo nõ rumperent testamentum. Etiam quòd non sunt recasuri in alterius potestatẽ. Concordat etiam tutela testamẽtaria cũ pupillari substitutione: quia sicut illa potest fieri filio etiã exhæredato, vt l. sed & si plures. §. ad substitutionem. ff. de vulg. ita etiam potest dari tutor testamentarius per patrem vel auum impuberi exhæredato. l. pater. ff. de testa. tutel. Dicit tamẽ ibi Bald. q hodie pupillus non potest exhæredari, nisi sit proximus pubertati. Ad quod allegat l. si rogati. ff. de tutel. sed melius facit l. si quis in suo. §. fina.
9 C. de inoffic. testa. † Ex præmissis sequitur, q cum mater & auia non habeant filios in potestate, vt in §. fœminæ. Instit. de adopt. quòd non possunt filijs dare tutores, si tamen fuerint dati per matres filijs institutis erunt cõfirmandi cum inquisitione: aliàs non, vt dicta l. pater. versic. mater. & l. mater. C. de testa. tutel. vbi Sali. & l. j. §. fi. ff. de confir. tut. Sed gl. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. tenet hodie tutorẽ posse dari à matre, per illũ tex. qui in vtroq parente loquitur. Cui gl. obuiat tex. in l. pero. §. mater. ff. de legat. ij. quam euadit gl. per correctionem dicens, illum §. esse correctũ per allegatum §. ex imperfecto. Sed cõmunis sentẽtia doct. est cõtra glos. quia §. ex imperfecto. loquitur in suis terminis in institutione, & in casu, quem non cogitauerat ius antiquum. & ita tenet Spec. tit. de tuto. §. j. vers. quid si detur. Io. Fab. Bal. & Sali. in dicto §.
candum,vt l.foeminę.cum ibi notatis.s̃.isto titu.& l.

in multis.

in multis.ff.de sta.homi.Tamen si succedat in dignita-
te seculari habente administrationem, vel iurisdictio-
nem annexam ipsa iudicare potest, vt in cap. dilecti.ex
tra de arbi.& xij.quæstio.ij.capi.cum deuotissimã.&
facit cap.ex parte.extra de priuileg.sic dicendum vide-
tur in rege, quòd licet per ætatem videatur inhabilis:
quia tamẽ hoc habet ex successione, & quasi natura
possit administrare.facit etiam,quia l.cũ prætor.ff.de
iudi.solum impuberem arcet à iudicando,ergo pube-
ribus hoc permittere videtur.Item quia rex nunq̃ est
solus,sed plures proceres, & sapientes secum habet
quorum consilio omnia gerere potest l.humanum.C.
de legi.& l.omnium.C.de testa.nec cogitur habere cu-
ratorem. Insti.de cura.§ inuiti.& hanc partem videtur
probare l.quidam consulebant.ff.de re iudica.& id po
tissimum videtur posse dici,quando in tali rege discre
tio supplet ætatem.argu.cap.tuæ.extra de despon.im-
pub.& septuagesimaseptima distin.c.monachus.& l.
vnicuiq;.& l.in sacris.C.de proxi.sa.scri.lib.xij. Nam
tali potest conuenire illud quod scribitur Lucæ ij.cap.
Puer crescebat,& cõfortabatur,plenus sapiẽtia. Nam
& Salomonem adhuc tenellum puerum elegit deus,
vt regnaret,vt scribitur in primo Paralipomenõ, cap.
vicesimonono. Accedat illud, quod habet Ecclesia-
stes iiij.ca. Melior est puer sapiens sene stulto. & Pro-
uerbiorum xx.Ex studijs suis intelligitur puer.trãsum
99 ptiue in cap.ex studijs.extra de præsump. ¶ † In con-
trarium verò facit, quia huius ætatis fragile est, & in-
firmum consilium,multis captionibus,& multorum
insidijs expositum, ideo rerum suarum eis administra
tio committi non debet, vt l.j.ff.de minori.inde est,q̃
quantũcunq; discretus ante vicesimum annum veniã
ætatis impetrare non potest.l.omnes.C.de his qui ve-
nia ætatis impetra. Tales enim propria negotia administrare
nesciũt,quorũ tñ quilibet est moderator, & rector.l.in
re mandata.C.manda.& l. Posta.C.de his quib.vt in
dig.& tamen in eis non læditur res publica. Multo igi
tur magis publica negotia non poterunt administra-
re,in quibus imminet maius periculum.ad quod etiã
facit cap.vbi maius.extra de elect.lib.vj. & l.secunda.
§.secundo.ff.de carbo.edict. & septima.qõ.j.cap. fin.
stabilem enim mentem non habens,non debet sapien-
tum hominum iura pertractare.l.fina.C.de testa.mili.
Item facit quia ad rem publicam administrandam mi-
nores ante xxv.annum admitti non debent.ff.de mu.
& hono.l.ad rem publicam. Præterea indecorum esset
vt hi debeant rem publicam gerere qui non nouerunt
gubernare seipsos,vt cap.indecorum.extra de æta. &
qualita.ordi.& qui alieno auxilio in suis rebus egent,
aliorum curam gerere non debent. Institu. de execu.tu.
§.minores.& in authenti.de sanctissi.episco.§. primo.
colla.ix. Item præsumptio violenta est contra iuuenes,
quòd nesciunt prudẽter regere. Ideo sapiens Hebræus,
licet tria dicat sibi difficilia,tamen quartum fatetur se
penitus ignorare,scilicet viam iuuenis in adolescentia.
Prouerbiorum xxx. cap.& in allegato cap.ex studijs.
& not.per gloss.Insti.de iusti.& iur.§.j.scribitur etiam
Prouerbiorum xxij.quòd stultitia colligata est in pe-
de pueri. Dicit etiam Franciscus Petrarca in inuectiuis
contra procacem medicum, quòd stultorum senum
infinitus est numerus, rationem reddens: quia sapien-
tum iuuenum est, vniuersa penuria. Et Dominus
ruinas inferens peruersis regionibus inquit, Isaiæ iij.
cap. Dabo pueros principes eorũ. & Ecclesiastes ter-
tio scriptũ est, Væ tibi terra cuius rex puer est. Regum
enim officium est facere iudiciũ, & iustitiam.xxiij.qõ.
v.cap. Regum. Nec est eadem ratio in rege quæ est in
alijs priuatis,cum error ipsius non possit emendari,
nec sit ad quem possit appellari, cum nõ recognoscat
superiorem saltem de facto.argumen.extra de donat.
inter virum & vxorem. cap.& si necesse.& extra qui
fil.sint legi.capitu.per venerabilem. & septuagesima-
tertia distinct.capitu.Adrianus.& ibi notatur.& pro
ista parte facit capitu.grandi.extra de supplen.neglig.
100 præla.libr.vj. † Vbi regi inuito datur coadiutor. &
ibi per Innocen.& Archidiaco.qui ibi dicit, quòd da-
tio tutoris,& curatoris,& coadiutoris,qui datur regi
fieri debet cũ causæ cognitiõe.& erat ibi causa quia rex
ille Portugalliæ erat valde negligens,& male admini-
strabat iura Regum,& negligebat defensionem eccle-
siarum, monasteriorum,& suorum locorum,& perso
narũ ecclesiasticarũ.ppter negligentiam enim quæ ten
dit in neglectum potest deponi.facit lxxxj.distinct. ca.
dictum est nobis.& extra de offic.archidiaco.capi. ea
quæ.& de offic.custo.cap.j.& extra eo.titu.ca.quãuis.
& C.de fund. patrimo.l. secunda.lib.xj.quia negligen
tia punitur, vt factum.de consecra.distinct.j.ca.nemo.
lo ij.& hoc quando monitus se non corrrexit. xj.quæ-
stio.iij.cap.placuit.vide Bald.circa hoc in l. non ambi
gitur.in lectura, & additionibus.ff.de legi.& ipsum in
l.post susceptam.ff.de execu.tu.& eundem in cap.j.si de
inuesti.inter do.& vasal.lis ori.& Ioan. Fab.Instit.de
iur.natu.§.sed quod princip.& Ioan.Andr.in capitu.
ad apostolicæ.extra de re iudica.libr.vj.cum ibi nota-
tis.& quamuis iura prædicta pro maiori parte loquã
tur in ecclesiasticis, optimè applicantur ad reges: quia
reges dicuntur prælati,vt xj.quæst.iij.cap. præcipuè.
& etiam curati.secundum Dominic.de sanct.Gemi.in
allegato cap.grandi.vbi eum,& Docto.plenius vide,
& vt dicit Ioan.Andr.in additione prædicta, ista pars
fuit electa. Barto.hanc quæstionem tangit in l.quidã
consulebant.ff.de re iudic.& cõcludit quòd ea quæ sunt Cõclusio.
simplicis iurisdictionis,rex per se exercebit, sed ea quæ
sunt administrationis non faciet,vel ordinabit sine cu
ratore, vel consilio.argum.l.spurij.§.j.ff.de decurio.&
certe opinio supradicta quam dicit Ioan. Andr.fuisse
electam limitata secundum conclusionem Bart.ratio-
nabilis videtur,& bene consona iuri per iura,& ratio
nes quæ pro hac parte adducuntur.& hoc erit specia-
le in rege, sicut & alia plura specialia inueniuntur in re
101 gibus, vt est illud † quòd filij primò geniti Regum vi Specialia in rege.
uis patribus possint reges nuncupari, vt xxiiij.q.j.ca.
si.& ibi gloss.& no.Bald.in l.in suis.ff.de libe.& posthu.
sicut etiam quòd legitima filio regis non debeatur
in regni dignitate,vt not.per gloss.in capit.licet. extra
de voto.& ibi Innocen.& Io.de Imo.post Florenti.in
cap.ij.extra de feudis.& Per.Iacob.in arbore Franciæ
additione magna quæstio.j.& Ioan.Renal.super l.Im-
perialem.§. præterea ducatus. versicu.quæro quid de
regno.de prohib.feud.alie.per Frederic.& Iaco.Rebuf.
in l.ij.§.ad filiorum. C.quãdo & quib.quar.pars deb.
lib.xj.per iura quæ alleg. & etiam sicut est illud,quòd
rex non possit pro sua voluntate priuare regno nedũ
filios,sed nec fratres vel alios consanguineos de stirpe
paterna descendentes,licet papa vel alius superior ex
causa hoc facere possit,vt in dicto cap.licet.& no.per

Innocen.in allegato capitu.grandi.& ibi per Archidia
co.& facit text.& glos xv.quaest.vj.cap.alius. quod ta
men dicit Innocen.esse verum,vt regnum deuoluatur
per successionem.secus esset si per electionem deferre-
tur.in capitu.venerabilem.extra de elect.& in dicto ca.
101 alius. Alber.tamen s.in proce.in principio,tenet † q
ex causa possit rex filium primogenitum priuare re-
gno,vt colligitur Genesis xlviij.cap.& primi Parali-
pomenō ca.v.vbi Ruben primogenitus Iacob,quia
violauit thorum patris priuatus fuit iure primogeni
turę.Probat etiam quòd minor filius regis possit in re
gno praeferri primogenito,per tex.tertij Regum ca.j.
vbi Dauid praetulit Salomonē Adoniae filio suo pri-
mogenito. Sed hic esset cogitandū:quoniam quāuis
autoritates sacrę scripturę possint allegari in causis tā-
quàm lex ciuilis scripta secundum Bald.in authen. ad
hoc.C.de vsur.& facit tex.in authen.vt iudi.sine quo-
quo suffra.fi.§.cogitatio.ibi,diuinorum eloquiorum.
colla.ij.& in authen.vt cleri.apud pro.episc.in fi.coll.
vj.& in authen.de ecclesiast.ti.in princip.coll.ix.& no.
per Innocē.in cap.quia plerique.extra de immuni.eccles.
tamen autoritates allegatae per Alberi.sunt de veteri te
stamento,nec concernunt praecepta moralia,ideo non
obligant in nouo testamento,nisi illarum probaretur
approbatio per habentem autoritatem condendae le-
gis,vt in cap.translato.extra de constitu.& aliquid tā-
gitur in cap.fi.extra de cōsuetu.& vj.distinct.§.his ita.
ideo forte tutius est tenere aliam opinionem:quia nō
videtur,quòd pater possit in iure primogeniturę dis-
ponere in praeiudicium filij primogeniti, sicut nec in
feudo paterno. in cap.j.de success.feu.nisi,vt dicit Bal.
in authen.hoc amplius.C.de fideicommis.primogeni-
tus regis esset insufficients,& inutilis:quia tunc posset
rex secundogenito regnum dare sufficienti,& vtili, vt
fecit rex Dauid,de quo arguit Alberic. Ad quod facit
cap.alius. superius allegatū.Consuetudo nanque regni
de praeferendo primogenitum non est interpretanda
contra voluntatem,vel in praeiudicium totius regni.
argumen.l. quod fauore.C. de legibus. Dicit tamen
Bald.in cap.j.de feudo Marchię,Duca.& comit.quòd
consuetudo seruanda est in successione Regni.iste autē
casus de quo principaliter quaesitum est, an puberta-
te finiatur tutela regis, nuper quidē cōtigit in Christia
nissimo rege Francorum Carolo octauo feliciter re-
gnante qui successit patri Ludouico xj. existens supra
annum decimūquartum, & per tres status regni fuit
sapientissimè vtraque opinio seruata, & regi regnoque
prouisum quāuis non fuerit datus curator,aut coad-
iutor regi iuueni circa administrationem regni,sed fuit
dictum quòd erat habilis ad administrādum, per pro-
ceres tamen,& consilium grauiora fierent, & admini-
102 strarētur.& hęc satis sint de hac quaestione.¶ † Sed quę
stio est verū sit dandus tutor filio impuberi illius qui
ingreditur monasterium. quā mouet Spe.ti.de tutore.
§.si autem.versicu.sed quaeritur.& fuit ratio dubitan-
di:quia ingressus monasterium transit in potestatem
Abbatis,vt xviij.quęstio.ij. capit. abbatem.ideo vi-
detur quòd filium in sua potestate habere non possit.
l.sic eueniet.ff.ad l.Iul.de adulte.& ff.de acquiren.pos.
l.cum haeredes.& de acquirē.re.do.l.liber homo . imo
seruus efficitur,vt quinquagesimaquarta distinct.cap.
multos.Ipse tamen concludit per hoc non liberari fi-
lium à patria potestate:quia ingressus religionis non
est de modis liberandi ab ea,qui ponuntur Institu.
quib.mod.ius pa.po.sol.§.fin.& idem notat ipse Spe-
cu.titu.de statu monacho.versi.xij. Non tamen dabi-
tur tutor impuberi,sed bene curator. argumen.l.si.§.
sin autē à patre. C.de bo.quae libe.& l.iij.C. de capti.
103 & postli.reuer.¶ † Nunc veniamus ad aliam tutelam
quam s.dictum est esse anomalam seu extraordina-
riam matris scilicet & auię,quae secundum Spec.titu.
de tutore.§.nunc dicendum.in principio.sic vocatur:
quia non videtur esse testamentaria neque legitima
neque datiua: quoniam foemina à lege regulariter pro
hibetur dari tutrix in testamento.l. tutela. & l.fin.ff.de
tutel.& l.iure nostro.ff.de testamen.tutel.& l.j.C.quā-
do mul.tu.offi.fungi po.cum concordantijs ibi allega
tis in gloss.Nec potest dici legitima vel datiua,quādo
lex dicit eam esse praeponendam omnibus legitimis
& datiuis,vt in authen.matri & auię.C.quando mul.
tu.offic.in corpore de haered. ab intest.§.ex his.colla.
ix.& si esset legitima vel datiua,cogeretur inuita,vt l.
legitimos.ff.de legit.tuto.cum munus sit necessarium.
l.fin.C.de administra.tu.in principio. sed mulier non
cogitur inuita,vt l.ij.& d.authē.matri & auiae.C.quā
do mul.tu.offi.glos.vero in l.si quis sub conditione.
ff.de testa.tute.mouet hanc quaestionem,& dubitat. Et
videtur quòd sit legitima persona,per tex.l.omnem.C.
ad Tertul.& l.secunda.§.mater.versic.quid si pater.ff.
eod.titu.& l.pe.C.in quib.cau.pig.ta.contrahi.in qui
bus iuribus vocatur legitima.econtra quòd sit datiua
videtur:quia iure Codicis legitimi praecedebant eam,
vt dicta l.secunda. Ideo propter ista, gloss.vocat eam
anomalā,vt dicta authen.matri & auiae. & idē Specu.
vbi s. Dyn.tenuit eā legitimam.& hoc putat Bart.ve
rum in dicta l.si quis sub conditione.& hoc per iura
nouissima.quod apparet:quia alijs legitimis praefert.
Non autem videtur legitima, per l.xij.tab.sed per con
stitutiones principum,vt iuribus superius allegatis.
hoc quidem tenet Salice.in dicta l.omnem. & in dicta
authen.matri & auiae.quaestio.xiij. & Angel. Areti.in
d. §.actionum.habet tamen naturam extraordinariā,
vt in contrarijs.& licet admittatur volens,non desinit
esse legitima: sicut dicimus,quòd haeredes legitimi qui
dam sunt necessarij, & inuiti: quidam verò volentes,
vt ff.de legi.haere.p totū.hoc idē Host.Io.And.Pan.&
Bndict.post gl.voluerūt in c.ex parte. extra de appel.
Bal.vero in d.l.omnem.& alleg.l.si quis sub cōditiōe.
104 † dicūt eā esse capacē omnis generis tutelarū. Potest
enim esse testamentaria,quādo per verba cōgrua in te
stamēto pater pupilli facit eā tutricē secus.si apponerē
tur verba denotātia solicitudinē quādam,vt l.qui alie
na.§.quāque. ff.de nego. gest. & l.filiae.ff. de solu. & l.
quidam decedens . in princ.ff. de administratio.tuto.
105 † vocat etiā tutrix legitima,i. praelata omnibus legi-
timis si tutelam velit acceptare,vt dicta l.omnē.dicto
versi.quid si pater.& d.l.pe. Potest etiam esse datiua,si
remoto,vel excusato testamentario detur tutrix à iudi
ce.gloss.vero in dicta authen. matri & auiae.circa hoc
106 quod dictū est ipsam esse posse testamētariā addit † q
tūc eget cōfirmatione iudicis secūdū Azo. quod Bar.
reprehēdit dicēs sufficere q ipsa in psntia iudicis tute-
lam tūc agnoscat,& renūtiet secūdis nuptijs,& Vellea
no senatuscōsulto iuxta formā traditā in d.§.ex his.&
in authent.praedicta,matri & auiae. & etiam omni alij
auxilio,vt authent.vt sine prohib.mat. debit.§. quia
verò

De tutela anomala matris.

verò.colla.vij.Salic.post patruum suum ibi in quæ-
stione xx.saluabat gloss.exponendo cum loquitur de
confirmatione,i. acceptatione, & sicut non data à
patre, vel minus legitima data est legitima, si velit, sic
testamento solenniter data est testamentaria si velit, nō
quòd cogatur: & est verisimile, quod pater faciēs eā tu
tricem disposuit secundum legem quæ non facit eam
tutricem, sed voluntariam, argumen. l. si quando. in
principio. C. de inoffic. testamen. & l. quęro. §. interlo-
cutorem. ff. loc. Panormit. autem in allegato capitu. ex
parte. dicit quod hodie talis testamentaria tutela non
sortitur per omnia naturam testamentarię tutelæ, cum
illa tutela sit in suspenso, donec seruet solennitatem su-
perius declaratam, de qua inferius plenius dicet. Vi-
dete circa hoc Specul. in dicto §. nunc dicendum. vers.
107 sed nunquid mater. † Sed dubitatur, an illa quæ hic
dicūtur in auia, locum habeant in proauia. Bartol. in
l. si quis sub conditione. ff. de testamen. tutel. tenet, q
sic per text. l. cui eorum. §. j. versicul. item quod Pom-
ponius. ff. de postulan. vbi idem tenet & sequitur ibi
Bald. & ipse Bartol. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber.
& posth. ita dicit se in quæstione facti consuluisse. sed
Angelus de Perusio ibi tenet contrariū. & in §. idem
credendum. ea. l. & sequi videtur Paul. de Castro in di
cto §. instituens. qui tamen non bene firmat, sed recitat
rationem Angeli, quę est, quòd dicta authent. matri
& auiæ. & §. ex his. sunt iura correctoria corrigentia
ius antiquum, ideo non debent extēdi. & pro sua opi-
nione dicit esse casum in d. §. ex his. in ver. his enim solis.
qui text. solas matrē & auiam vocat ad tutelā, igitur
alijs denegat. argum. l. cum prætor. ff. de iudic. Ioan.
verò de Imol. in dicto §. instituens. dicit posse sustineri
Bart. quoniā dictio, solis, posita in allegato §. ex his.
non excludit similē casum per illud quod habetur in l.
ob æs. C. de prædi. mi. & in l. illud. C. de sacrosanctis
eccles. & etiam quia ex vi regulæ antiquę fit extensio
in materia correctoria, vt notatur in l. si quis seruo. C.
de furt. & sic videtur posse isto casu fieri extensionem
per regulam dictę l. cui eorum. §. j. Item licet à l. sola
mater & auia pręferatur, eadem tamen ratio videtur
de proauia, ideo potest ad eam fieri extensio, argumē.
l. filiū habeo. ff. ad Macedo. & facit pro hoc, quia quā-
uis ex identitate vel maioritate ratiōis non possit in-
duci legum correctio, vt not. per gloss. & Docto. in au
108 then. quas actiones. C. de sacrosanc. eccl. † pōt tamen
fieri extensio vbi non inducitur correctio tota, sed di-
stinctio vel declaratio, vt nota. per Bart. in l. si cōstan-
te. in princ. q. ix. ff. solu. matri. & ibi Ioan. de Imol. & in
l. si verò. §. de viro. eo. tit. Extendere autem dictum in
matre vel auia ad proauiā, non est corrigere in totum
legē antiquā dicentē virile esse officium suscipere tu-
telam, vt iuribus allegatis, sed est eam distinguere, &
declarare ad fœminas ascendētes inter quas est ꝓauia,
109 Institu. de grad. §. proauia. & l. j. §. iij. ff. eod. tit. † Iura
autem prædicta loquentia de matre, etiam locum ha-
bent in matre naturali tantum. vt l. finali. C. quando
mul. tute. offic. & vult gloss. in dicta authentic. matri
& auiæ. & ibi Salic. & Bartol. in allegata l. si quis sub
conditione. & facit textus in authentic. vt sine prohi-
bit. mat. debit. §. j. in fi. & intelligi debet de naturali tā-
tum quæ legitima concubina fuit. quod est secundum
ista ciuilia iura, quæ plura requirunt, vt filius dicatur
naturalis tantū, qui per subsequens matrimonium le-
gitimatur, scilicet primo q ex soluto & soluta nascat:
vt in authen. de incest. nup. §. dubitatum. collat. iij. &
authē. vt lice. matri & auiæ. §. ad hæc autem. colla. viij.
& authen. item si quis. C. de nat. liber. & l. ista. C. de cō-
cub. secundo quòd mulier illa sit retenta in domo viri
in habitu affectuq; concubinę, vt in auth. quib. mod.
nat. effic. sui. §. si quis autē defunctus. coll. vij. & in aut.
de trien. & semis. §. cōsideremus. ver. & hęc dicimus. col
la. iij. & tertiò q sit vnica, & non inter plures cōcubi-
nas numerata. d. ver. & hęc dicimus. & quarto, q fierēt
dotalia instrumenta. l. cum quis. & l. nuper. C. de nat.
liber. & ibi Doct. & Insti. de nup. §. fi. Sed de iure cano
nico hæc omnia non sunt requisita, imò sufficit, q ex
soluto simpliciter, & soluta nascat filius, dūmodo in-
ter patrē & matrem nullū sit impedimētum matrimo-
nij contrahendi, vt est text. & ibi Docto. in cap. tanta.
extra qui filij sint legit. & nota. per gloss. & Doctores
in capit. innotuit. extra de elect. & plenius dictum fuit
in l. quotiens idem sermo. circa principium. ff. eo. Suf-
ficit ergo vt matrem dicamus naturalem tātum, quòd
ipsa soluta ex soluto, cum quo poterat matrimoniali-
ter iungi, ꝓlem susceperit, cuius potest esse tutrix secū
110 dum formam superius dictam. † & etiam potest intel
ligi de ea matre soluta quę more meretricio viuit, & fi-
lium vulgo concepit, vt tenet gloss. in dicta l. fina. C.
quando mul. tut. offic. dicitur tamen ille filius spurius, Spurius dicitur.
cuius mater indistincte omnibus se supponit, etiam si
vno tempore cum vno, & alio tempore cum alio com
misceatur, vt l. hac parte. & l. si spurius. ff. vnde cogn. ta
men talis mater, & filius inuicē succedere possunt, vt
Institu. ad Orfic. §. nouissimē. ideo ad tutelam filij talis
mater videtur vocanda. facit authen. sicut. C. de legiti.
tut. & ita tenet gloss. & Salic. eam sustinet in dicta l. fin.
quæ de spurijs prædictis loqui videtur in nato scilicet
ex publica meretrice soluta, qui dicitur vulgo conce-
111 ptus, vt l. vulgo. ff. de statu hom. † Quod intelligendū
est nisi mater esset illustris, per text. l. si qua illustris. C.
112 ad Orfic. secundū Docto. † sed natorū ex punibili da
mnatoq; coitu non potest esse mater tutrix, quoniam
ipsa illis, neq; ecōtra illi succedere possunt, vt notatur
per gloss. & Docto. in dicta l. si qua illustris. & facit in
authen. quib. mod. naturales effic. sui. §. fin. & satis di-
ctum fuit in allegata l. quoties idē sermo. & ita vide-
113 tur tenendum. ¶ † Quid autem si est mater, & pater pu
pilli emancipati, vel aliās effecti sui iuris, vt quia mo-
ritur auus, in cuius potestate retentus fuit pupillus pa
tre eodemq; filio prius emācipato. gl. in d. auth. matri
& auiæ. dicit patrē præferendū, vt l. ij. C. eo. tit. & facit
ratio, quia tutor datus à patre repellit matrē. vt dicta
authen. matri & auię. ergo fortius ipse pater. Cyn. ve-
rò dicit illa iura parum facere, quoniam dicta aut. in-
nouat iura vetera, & præfert matrem legitimis qui an-
tiquo iure eam excludebant, ideo vult ambos vocari,
quia ambo simul succedunt, in authen. defuncto. C. ad
Tertul. & dicta authen. de hæred. ab intesta. §. conse-
quens. & ideo ad tutelam simul vocandi sunt, vt dicta
authentic. sicut. C. de legitima tutel. quamuis patri vt
magis idoneo videretur in dubio administratio com-
mittenda, vt ibi in secundo responso, & argu. l. j. C. qñ
mul. tut. offic. & C. de confirmā. tuto. l. j. & ff. de statu
114 homi. l. in multis. † Sed Bartol. in dicta l. si quis sub
conditione. Ioan. Fab. & Salic. in dicta authen. matri
& auiæ. & Iacob. de Bello viso, in corpore, & Practi-

ƈus Ferrarieñ̃s,in tit.forma libelli, quo agitur actione
tutelæ.gloſſ.ꝗ.tenent cum gloſſ.cõtra Cyn.ſcilicet pa-
trem eſſe præferendum in tutela matri: quoniam ſi be
ne ponderetur text.in corpore.§.ex his. & alleg.authẽ.
matri,& auiæ. non admittit illa conſtitutio matrem,
niſi quando pater nõ extat.qđ ex duobus in illo tex.
colligitur.primo ex renuntiatione ſecundarũ nuptia-
rum quã debet facere mater.Item & ſecũdo,quia præ-
fert matri tutorem teſtamentariũ.qđ eſſe non põt niſi
pater moriaẽ.Nec obſtat ratio Cyn.dũ dicit ꝗ pariter
ambo ſuccedunt,ergo pariter ambo vocandi ſunt ad
tutelã,qm̃ illud procedit,qñ ſuccedentes pariter eſſent
idonei & habiles, vt dicta auẽ. ſicut. ſed ſi mater non
reputatur æque habilis, & idonea,ſicut pater ꝓpter
virilitatem patris,& quia tex.in corpore,dicit matrem
eſſe præferendã alijs legitimis,hoc intelligendũ eſt ſe-
cundum Bar. ſcilicet à latere veniẽtibus,ſicut exprimit
text.in d.§.ex his.ergo in aſcẽdentibus iura vetera re-
manent incorrecta.& hanc opinionẽ glo. quę cõis eſt
tenuerunt Odofr.& Alber.in d.auth. matri, & auię.
& hoc tenet Salic.ſiue pater ſit legitimus,& naturalis,
ſiue naturalis tm̃,dũmodo ex legitimo cõcubinatu,vt
vult gloſ.in d.auth.relata ad text. & facit ad hoc.l. fin.
alleg.C.qñ mul.tu.offic. licet ibi Bart.& in d.l. ſi quis
ſub conditione.teneat cõtrariũ in patre naturali tantũ
cui dicit matrem præferri, ſicut præferẽ in ſucceſsione,
vt Inſtit.de ſucceſsione cog.l.vulgo.ſed vt dicit Salic.
ille text.loquiẽ in vulgo cõceptis quibus pater nõ ſuc-
cedit,cum patrem nõ poſsint demõſtrare,ſed bene ma-
trem,vt Inſtit.ad Orficia.§.nouiſsime.& l.vulgo.ff.de
115 ſtatu homi.& ita pertrãſit.quod verius videẽ. ¶ †Sed
ſicut pater excludit matrẽ, vtrum auus paternus eam
excludat, intelligendo ſemper ꝗ pupillus ſit emãcipa-
tus,qa ſi eſſet in aui paterni poteſtate fruſtra fieret qõ
de tutela.Bar.in d.auth.& alleg.l.ſi quis ſub cõditione.
recitat glo.in d.auth.tenere ꝗ auus paternus excludat
matrem.qđ ſibi non placet ex eo,quia ad quem perue-
nit hęreditas, ꝑuenit & tutela,vt in iſta regula, & d.§.
ex his.& d.auth.ſicut.Sed mater ſine dubio ab hęredi-
tate excludit auũ,vt in auẽ.de hęred.ab inteſta.§.conſe-
quens.& dicta auth.defuncto.igitur præfertur in tute-
la.quod ſequitur Salic.in alleg. auth.matri,& auiæ.ꝑ
illum text.qui poſtponit legitimos matri,inter quos
eſt auus paternus.& dicit gl.ita voluiſſe ſi bene videa-
tur,& ſic aliter intellecta ꝗ̃ Bart.illam intellexerit.Ioã.
Fab.ſub verbo,forte.ibi tenet aliã opinionem,ſed ſibi
obſtat text.dictæ authen.qui facit pro opinione Bar.
116 & Salic.quę verior videẽ. † & eiſdẽ rationibus,& mo-
tiuis videtur dicẽdum in auo materno, vt excludatur
à tutela per matrem,ſicut dictum eſt excludi paternũ.
ſed vt dicit Salic. in cõtrarium facere videẽ, quia auus
maternus nõ eſt de legitimis,vt Inſti.de legit.ag.ſucceſ.
in princ.& de legit.ag.tu.per totũ. Mater autẽ præfer-
tur legitimo,igitur nõ auo materno qui non eſt legi-
timus.& facit,quia erubeſcentia videtur ꝗ filia præ-
ponatur patri ſuo in adminiſtratione.l.fin.§.vbi autẽ.
lo premier.& §.filijs.C.de bon.quæ liber.ſed his non
obſtantibus tenete quod dictum eſt matrem ſcilicet in
tutela pręponendam auo materno.quãuis enim olim
auus maternus non eſſet legitimus per iura alleg.ſecus
eſt hodie de iure nouiſsimo per principium cõſtitutio
nis.ideo vocaretur ad tutelã,ex mẽte generali legis xij.
tab.arg.l.ne lucrum.C.de cura.furio.& d.§.ex his.Nec
etiã erubeſcendũ eſt,ꝗ filia præponatur patri poſtꝗ̃
ſic l.prouiſum eſt,& iura in aduerſum alleg. loquunẽ
in adminiſtratione bonorũ filij,in quibus pater habet
vſumfructum: hic verò ſumus in alio caſu,ſcilicet offi
cij tutelaris.Dicta autẽ ſuperius in patre qui pręfertur
matri locũ habent in auia materna, vel etiam paterna
vt excludatur à patre.ita tenet Io.Fab.in d.auẽ. matri,
& auiæ.licet gl.ibi malẽ,vt dicit Salic.intellecta in ver.
ſed ſi erit. videatur dicere cõtrariũ,ſed nõ dicit,ſecundũ
eum qui iſtã partem tenet, vt auia ſcilicet excludatur
per patrem,quia ſi excludaẽ mater,vt dictũ eſt, multo
fortius auia quæ eſt remotioris gradus, & quia ſimul
cũ patre ad hæreditatẽ pupilli nõ vocatur,vt d.auẽ.de
functo.& in corpore vnde ſumitur. & facit pro hoc,
quia pater propter virilitatem eſt magis idoneus ideo
debet præponi,vt dicta authen. ſicut. vt dictum eſt ſ.
117 in qõne,vbi eſt pater,& mater. ¶ †Vbi verò ſuperſint
auus paternus,& auia paterna,quidam vt dicit gloſſ.
prædicta dixerunt eos pariter admittendos ad tutelam
cum ambo pariter ſuccedant pupillo,vt ſ.dicta auth.
defuncto.Sed Bar.& Salic.tenent cõtrarium. quia tex.
in corpore,& in dicta authen.matri,& auiæ.ſtatuit ꝗ
mater,& auia renuntient ſecundis nuptijs. & ſic vbi
auiæ defertur tutela loquitur de vidua:in iſta autẽ lo-
quimur de auia paterna quæ nupta eſt cũ viuat auus
paternus de quo quæritur.& facit pro iſta opinione,
quia iure Codicis ita prouiſum erat de matre,ꝗ mor-
tuo marito impetrare poſſet à principe tutelam pupil
lorum renuntiãdo ſecundis nuptijs,vt l.ij. C.qñ mul.
tu.offic.de matre autem ad auiam per ius nouiſsimũ
facta fuit extẽſio,vt in §.ex his.alleg. ergo debet intel-
ligi eodem caſu quo de matre,ſcilicet vidua fuerat diſ-
poſitũ,vt lex interpretans eodẽ iure intelligaẽ quo lex
interpretata,vt in authenti.de fil.nat.ante dota.inſtru.
118 ante finem. colla.iij. ¶ †Et idem dicunt prædicti Do-
ctores vbi eſt auus maternus & auia materna per ea-
119 dem iura & rationes,vt ſcilicet auus pręferaẽ. ¶ †Vbi
autem cõcurrunt,auus paternus,& auia materna, vel
ecõtra, dubitatio eſt,quia auus paternus tanꝗ̃ legiti-
mus excludebat iure Codicis matrẽ,vt dicta l.ij.C. qñ
mul.tute.offic.ſed Salic.concludit, quòd auia volens
concurrit cum auo.Bart.verò in dicta l.ſi quis ſub cõ
ditione.tenet auum præferendum per text.in corpore
qui dicit matrem, & auiam præferri legitimis à latere,
non autem ex linea aſcendentiũ. & quamuis lex Co-
dicis quæ dicebat legitimos præferri, vt alleg.l.ij.non
loqueretur de auia,eadem tamen eſt ratio in auia quæ
in matre arg.l.ij.§.ſi mater.verſ.filij autem.ff. ad Tert.
Nec fuit intentio legis meliorẽ conditionẽ facere auię
ꝗ̃ matris.Salic.verò vt dictum eſt ſtat in opinione cõ
traria ꝗ̃uis Odof.ibi recitatus per Alber. non audeat
120 eligere partẽ. ¶ †Et vt ſupradicta clarius pateant mo-
net ipſe Salic. ꝗ in caſu in quo ſuperſunt auia, & fra-
ter pupilli vtrinq; coniuncti ꝑatis legitimę iuxta l.ſi.
C.de legit.tutel. vtrum ſimul admittanẽ vel auia fra-
tri, vel frater auiæ præferatur,& concludit ambos ſi-
mul vocari ad tutelam, ſicut ad hæreditatẽ,in d.auth.
defuncto.iuncta d.auẽ.ſicut.Item qa tex.in corpore di-
cit quòd mater, vel auia omnibus ex latere cognatis
præferẽ,ſed frater nõ eſt cognatus, imò agnatus, ideo
in eo non habet dicta cõſtitutio locũ,ſed remanet ſub
regula dictæ auth.ſicut.& ſic cum ea cõcurrit. Sed iſta
reuolutio Salic.non videtur vera. Mater enim etiam
ſuccedit

succedit pupillo cum fratre vtrinq; coniuncto', vt al-
legata authen.defuncto.& tamen mater in tutela præ
fertur fratri.& q̃uis Salic.ad hoc nitaẽ respondere, sua
responsio bene visa non satisfacit: qm̃ q̃ frater vtrinq;
cõiunctus succedat cum matre sit ius speciale, vt vult
Salic. qđ non est trahendũ ad cõsequentiã. vt l.ius sin
gulare.ff.de legi.idem dispositũ est in auia. nec per eũ
assignatur bona ratio diuersitatis. Item qñ alleg.d.aut.
sicut.illa facit cõtra eum. sumpta est em̃ ex d.§.ex his.
in prima illius parte.deinde in vers.mulieribus.de ma
tre & auia fit declaratio, q̃ vocaẽ ad tutelam secundũ
ordinẽ hæreditatis.& certũ est q̃ nõ existẽte matre, sed
auia, ipsa auia in successiõe tenet locũ quẽ teneret ma-
ter, quia salua gradus prærogatiua succedunt ascẽden
tes cũ fratribus vtrinq; cõiunctis, vt in d.auth. de hæ-
re.ab intest.§.consequens.& allega. authen.defuncto.
vult tñ text.in d.§.ex his.matrẽ, & auiam esse præferen
das in tutela ex latere cognatis. Nec obstat ratio Salic.
cũ dicit, q̃ frater est agnatus, & nõ cognatus, & tamen
de cognatis ex latere loquitur tex.in alleg.§.ex his. hęc
enim ratio videtur inanis: qm̃ agnati etiã sunt cogna-
ti, licet nõ econtra. Instit.de legi.agn.tut.§.j. Sunt enim
agnati cognati per virilis sexus cognationẽ cõiuncti,
vt ibi dicit litera.facit text.in l.inter agnatos.ff.vnde le
git.& etiam text.in d.§.consequens.versic.si igitur.ap-
pellatione cognatorũ includit fratres vtrinq; coniun-
ctos.dicit enim, q̃ pater, mater, aut alij parentes super-
stites defuncto, de cuius successione agitur, omnibus
ex latere cognatis præponuntur. & sequitur in textu,
exceptis solis fratribus, ex vtroq; cõiunctis defuncto.
cum igitur exceptio debeat esse de regula, vt dictũ fuit
in l.j.ff.eo.tit.postq̃ à regula cognatorũ ibi supra po-
sita excipit fratres vtrinq; cõiunctos, fratres illi cognati
sunt, & sic cõprehendũtur in cõtextu.d.§.ex his.in vers.
hæc em̃ seruãtes. Ne videatur Iustinianus incontinẽti
seipsum correxisse, quod non est dicendũ. argu.l. non
ad ea.cum cõcor.ibi alleg.in glos.ff.de condi.& demõ.
& ita in præcedenti qõne videtur verior Bart.opinio
per rationes suas, & per ea quæ dicta sunt ff.in qõne,
vbi supersunt pater, & mater vel auus & auia. Sed se-
cundum eum, si poneremus auum, & auiã naturales
tm̃ auia esset pręferẽda, sicut superius dictũ est in qõne
patris, & matris naturalis tm̃: de quo tamen dicite vt
121 ibi dictum fuit. †Vult tamen Salic. vnum, quod est
notandũ, q̃ si per statutũ mater excluderetẽ à successio-
ne pupilli, ita q̃ statutum præferret fratrem in succes-
sione, vel alium cui de iure cõmuni ipsa mater præfe-
rebatur, per hoc nõ postponeretẽ illi in tutela, quoniã
tutela non defertur matri iure successionis, sed quia ma
ter est. quod patet euidenter ex consideratione iuris,
quoniã per Tertulianũ S.C. matri deferebatur hære-
ditas, & tñ non tutela legitima extantibus testamen-
tarijs, vel legitimis, vt alleg.l.ij.C.quando mul.tu. of-
fic.& in ista regula, & etiam iure nouissimo non nisi
volens, & petens admittitur ad tutelam, nec inuita co-
gitur etiam si hęreditas ad eam deuoluatur: irregularis
igitur extraordinaria & anomala vocatur hęc tutela,
122 vt satis fuit superius explanatũ. †Est vlterius circa istã
tutelam anomalam aduertendũ, q̃ ea quæ dicta sunt
ff.in tutela, habent locũ in cura, scilicet quod mater &
auia possunt esse curatrices sicut possunt esse tutrices,
quamuis text.clare non hoc exprimat. tamen glos.&
Dyn.quos sequitur Bart.& Docto. idem dicunt esse

Vt mater, vel auia, posit assumere tutelam qd requiritur.

identitate rationis, vt notaẽ in d.auth. matri & auiæ.
vbi Salic.post glos.& Bart.& ipse Bart.in alleg.l.si qs
sub conditione.& Practicus Forliuiensis in tit.forma
libelli, quo agitur actione tutelæ.glos.ij. versic. & eo-
123 dem modo. †Sed ad hoc, vt tutelã posit assumere ma
ter, vel auia, requiriẽ de iure Codicis, qđ renũtiet secũ-
dis nuptijs cum iureiurando, sed nouissimo iure, sine
illo, vt habetur in l.ij.alleg.& auth.sacramentũ.C.qñ
mul.tu.offic.& in corpore, vt sine prohibi.matr. debi.
§.quia vero. lo ij.collat. vij.debet tamen ipsis nuptijs
secundis renuntiare: quia quãuis iusiurandum tolla-
tur, ne aperiatur via periurio, nõ tolliẽ tñ effectus ex-
pulsionis à tutela, vt dictis iuribus. & licet quibusdã
visum fuerit, quòd ista renuntiatio sit modicæ solenni
tatis, cuius omissio non vitiat, vt l.j.ff. de vent.inspi-
cien.in fin. Bart.tamen in dicta authen.matri, & auiæ.
& allegata l.si quis sub conditione. tenet contrarium.
error enim adhibitus in datione tutelæ, facit eam non
valere.l.tutor si petitus.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.
& potest omissio dictæ renuntiationis secundarum
nuptiarum esse multum pręiudicabilis pupillo, igitur
videtur necessaria, argumen.l.diuus.ff.de in integrum
124 restitu.& l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact. †Ma-
ter enim non renuntiando, videtur secundas nuptias
concupiscere, & est suspecta legi, ne bona filij secum
trahat ad secundum virum l.lex.quæ tutores. ante ff.
C.de administratio.tuto.& nota.in authen.ad hæc.C.
quando mul.tute. offic.facit quod habetur in dicto §.
quia verò. versicu.mox tamen.ibi dum dicit, secundas
concupiscentias. quæ verba demonstrant secundum
Barto.concupiscentiã secũdarũ nuptiarũ æque redde-
re matrẽ inhabilem ad tutelam sicut ipsas secundas nu
ptias.& hoc sequitur Salic.in allegata authent.matri,
& auiæ.rationibus prædictis, & quia permittitur ma-
tri conditionaliter accipere tutelam, scilicet si inter ge-
sta renuntiauerit nuptijs secundis. Non implens igi-
tur conditionem non potest illam subire, cum non sit
eidem matri permissum, sed prohibitum, vt erat olim
iure antiquo, nisi conditione impleta. Ad quod facit
illud quod habetur in l.j.C.de institu.substitu.& resti.
sub condit.fac. Non impleta enim conditione resisti-
tur potentiæ, & sic non valet quod geritur, l.non du-
bium.C.de legi.& l.cum lex.ff.de fideiuss.cum ibi no-
tatis.& istam partem tenet glo. & ibi Docto.in cap.ex
125 parte. lo ij. extra de appellatio. † Debet etiam dicta
mater, vel auia, renũtiare Velleiano senatuscõsulto, vt
allegatis iuribus.quãuis Cyn.in dicta authentic. ma-
tri, & auiæ.dixerit dictam renuntiationem modicum
releuare, & quòd omissio' illius non vitiet assumptio
nem tutelæ, & ita etiam aliqui consuluerunt. Sed secũ-
dum Bartol.quem sequitur ibi Bald. & Salic. non est
omittenda præfata renuntiatio, cum omissio illius
esset magni præiudicij.quod ostendunt, quoniam si
mater obligaret se pro pupillo, qđ potest euenire', vel
non exigeret debitores pupilli, vel pro pupillo con-
stituisset actorem, & sic intercederet pro illo, sibi non
præiudicaret, sed iuuareẽ Velleiano, nisi renuntiasset
Velleiani beneficio.ideo non est leuis solennitatis, si-
cut volebat Cyn.& sui sequaces.& ita videtur reside-
re gloss.in dicta authentic.matri, & auiæ. & gloss.&
Doctores in allegato cap. ex parte. & adducit ratio-
nem Bal.superius recitatã, quia tutela deferẽ matri, vel
126 auiæ, sub cõditiõe renũtiationis p̃dictę. †Cõditio aũt

impoſita per l.nunq̃.dicit leuis ſolennitatis,ſed opor-
tet conditionem exiſtere,arg.l.prætor.in princip.ff.de
collat.bon.& faciunt iura ſuperius allegata,in renun-
tiatione ſecundarũ nuptiarũ:& quia omiſsio ſolenni-
tatis vitiat actum.l.ſi vnus.C.de teſta.& cap. quia ꝓ-
pter.extra de elect.& ita concludunt prædicti Docto.
127 †Adijcientes ꝙ vltra præmiſſa debet etiam renũtiare
omni alij auxilio,vt allegato.§.quia verò.q̃uis quidã
dixerint id non eſſe neceſſarium.ſed Bart.Bal.& Salyc.
contra.& gloſ.& docto.in dicto cap.ex parte.quia mu
lier in multis alijs auxilium iuris habet',quod non ha-
bet maſculus, vt in iuris ignorantia l.ſi.C. de iuris &
fact.igno.& alijs caſibus ibi in gl.notatis.& per Doct.
128 & vltra illos † ne pro debito mulier carcerari poſsit,
vt l.j.& auth .ibi poſita.C.de offic. diuer.iudic. habet
etiam beneficiũ l.antiquę.§.ſi C.ad Velleia.& ideo re-
nuntiatio eſt neceſſaria,& omiſsio eſſet magni præiu-
dicij:& ſecundũ Bald.de conſenſu Docto.cõmuniter
Caute- eſt cautela quod dictę renũtiationes ponant,alias nõ
la. valet decretum tutelę quę permittitur matri,& auię,ꝑ
quas renũtiationes omnia dicta auxilia tolluntur au-
toritate legis:vt patet in Velleiano,in l.ſi.C.ad Vellei.
facit l.doli mali exceptio.ver. diuerſum.ff.de nouatio.
& per Cyn.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſc.&
cler.Non tamen per has renuntiationes videt mulier
129 renuntiaſſe beneficio quod habet, † ne vltra quã fa-
cere poſsit cõueniat,de quo in l.ex diuerſo. §.itẽ ſi mu-
lier.ff.ſol.matr. & l.non tantum.in fin.ff.de re iudic.ſe-
cundum Bart.quia iſtud beneficium non cõpetit ſibi
130 quia mater,ſed quia mulier.& hoc ſequit Salic.†Vult
tamen Bart.ꝙ iſtę renuntiationes poſſunt ſub inuolu
tione verborum fieri generaliter ſine expreſsione ſpe-
cifica,vt quia mater non expreſsit renuntiationẽ ſecũ-
darũ nuptiarum, nec Velleiani,ſed renuntiauit omni
auxilio.in quo formidat Salic.qm̃ hæc ſpecificatio vi
detur de forma,& poſtea ſubijcitur clauſula generalis,
vt patet in l.ſi.C.qñ mul.tu.offic.& dicta auth.vt ſine
prohib.§.quia verò.& ita reſidet ipſe Salyc.& etiã Bal.
in allegata auth.matri.quod eſt tutius per ſ.dicta.At-
tendite etiam,quia mater auię præponitur,vt ſæpe di-
cta auth matri, & auię.& ibi concludit gloſ hunc or-
131 dinem eſſe ſeruandũ.†Et debet mater vel auia, expreſ-
ſe obligare , & hypothecare bona ſua, vt allegato §.
quia verò.quod tamen ſi non ſit ſeruatum,ſecundum
132 quoſdam non vitiatur tutela , † cum tacitè ſint obliga
ta bona tutricis,vt l.pro officio.C.de admini.tuto.ſed
Bart.& Salic.contradicunt: quia expreſſa hypotheca
maioris eſt virtutis q̃ tacita,per ea quæ notant in l.aſ-
ſiduis.C. qui potio.in pig.hab.& per Angel de Are-
tio in § fuerat. Inſtitu.de actio.& facit ſecũdum Salic.
dicta l.fin. C.qñ mul.tut.offic.ibi dum dicit text.& ita
filiorum, vel filiarum tutricem eam exiſtere. & in cor-
pore, vt hi qui oblig.§ quia vero.verſic.ideoq; licen-
tia ſit matribus ſecundũ antiquam obſeruationem à
renuntiantibus & obligãtibus ſuas res &c.quod par-
ticipium habet vim conditionis.facit qd' not.in l.à te-
ſtatore.ff.de condi.& demõſt.& ſic expreſſa obligatio
videt requiſita.Nec eſt mirandũ,vt dicit Sali.quia hęc
tutela eſt anomala exorbitans à iure cõmuni, ideo ex
preſſa obligatio reqritur ſicut in cura legitima furio-
ſorum & mente captorum,quæ exorbitat à iure com-
muni,cum alię curæ non ſint legitimę, ſicut iſta,& ta-
men requirit expreſſam hypothecam. vt l.de creatio-
nibus.in fin.C.de epiſco.audien.& ibi notatur per gl.
quamuis in teſtamentario curatore ſufficiat tacita, vt
ead.l.in principio.& l fina.§.ſed cum antiquitas.C.de
curato.furio.vbi etiam per Salic. & idem dicit in ma-
tre vel auia data in teſtamento,ſecundũ Salic. qui hor-
133 tatur hæc teneri memoriter. † Quæſtio etiam eſt mo-
ta per gloſſ.& Docto.de tutore dato per iudicem pu-
pillo habenti matrem nulla de dicta matre facta men-
tione,an valeat datio. in qua ipſę gloſ.varię repetiun-
tur.Nam in l.tutor ſi petitus.ff de tuto.& curator.da.
ab his.tenet quòd non valeat datio per illum text. &
l.ſcire oportet.§ ſed & ſi quis.eodem titu. & quia fa-
ctum eſt contra l.quæ præfert eã legitimis, & datiuis,
vt d.§. ex his.& authen.matri,& auiæ. ideo debet ha-
beri pro non dato,vt cap.quod autem.in fin. extra de
iure patrona.facit ff.de rebus eo.qui ſub tute . vel cur.
ſunt .l.magis puto.§.ſi æs alienum.& in argumẽ l.iij.
§.fin.ff.de arbitr. & iſta opinio placuit Dyn. & Oldr.
dicentibus,quòd licet mater antequam aſſumat tutelã
non ſit tutrix,vt iuribus allegatis, tamen ex quo eam
poſtea petit incipit eſſe legitima,vt ff.ad Tertul.l.ſecũ-
da.§ mater.verſicu. quòd ſi pater. legitimo autem ſu-
perueniente excluditur datiuus. l.ſi tutor reipublicæ.
§.j.ff.de tute. & ratio.diſtrahen. & l.non ſolum.§.ſi li-
bertus.ff.de excuſa.tuto. cum ſimilibus. & hoc ſequi
videtur Bald. in dicta l.tutor ſi petitus.gloſ.verò in di
cta authen.matri , & auiæ.licet arguat pro dicta opi-
nione,reſidet tamen poſtea quod valeat datio per l.ſi
vt proponis. C.de confirma.tuto. ad quem reſpon-
dent tenentes aliam opinionẽ,quod illa lex loquitur
in tutore confirmato qui non habetur loco legitimi,
ſed re vera datiuus eſt,vt in præcedentibus dictum eſt,
& tenet Bart.in l.j.ff.de confirm.tuto .qui in dicta l.ſi
tutor petitus.conſiderauit verba Doctorum non ſe re
ferre pertinenter ad intentionem glo.ibi poſitę quæ lo
quitur in matre præuenta cui non nocet præcipitata
feſtinatio,cum ſibi mora non poſsit imputari , & illa
fuit intentio dictæ gl.quã ſequuntur cõiter Docto. &
maxime Cy. dicens quod ſicut dictũ eſt mater non eſt
tutrix niſi velit,ſed non poteſt dici non velle vbi præ-
cipitata feſtinatione præuenitur,vt dicta l.ij.§. ſi ma-
ter.verſ.ſed ſi fortè.& in hoc reſidebat Ricard.de Salic.
allegatus per Salic.in dicta authen.matri,& auiæ xxj.
134 qõ.†Ideo Odofr.diſtinguebat ,quod aut mater fuit
in mora petẽdi tutelã,& illi præferatur datiuus . quo-
niam illa quę tempus fruſtratur,& cõmittit morã,di-
citur nonvelle,argumen.l.alienationis verbum.ſ.tit.
proximo.& dicitur moram committere, ſi per qua-
tuor menſes diſtulit,vt in auth . presbyteros. la ſecun-
da.C.de epiſcop.& cler.niſi aliqua iuſta cauſa excuſe-
tur .vbi verò non fuit in mora tunc ſit vera opinio gl.
in dicta l.tutor ſi petitus.vbi Bartolus iſtam quæſtio
nem diuidit in duas.prima eſt ſi mater poſt dationem
tutoris nulla prius de ea facta mentione veniat & pe-
tat tutelam,an ſit audienda. Alia quæſtio eſt, vtrum Duæ
teneat datio tutelæ facta per iudicem modo præmiſſo qõnes.
etiam ſi non petat tutelam,& hoc eſt ſecundum eum
quod quęrit gloſ in ſæpe dicta l.tutor ſi petitus.& ad
hoc ſe reſoluit,ꝙ ſi tacitum fuerit de matre in petitione
tutoris dati datio ſit nulla:quia hoc erat iudici expri-
mendum.vt l quod dicis.C qui da. tuto. poſſ. vbi ſa-
tis innuitur,quòd ſi de matre ſit facta mentio in peti-
tione tutoris,ſit mater prius requirenda , & inquirere
debet

debet iudex an hoc sit verum, vt patet, quod putat
ipse Bart. esse verũ si ex inquisitione iudex daret tuto-
rem. l. naturali. ff. de cõfir. tuto. Sed si sine inquisitione
vellet dare tutorem sufficeret coram eo sic esse narratũ
nec necesse habet vlterius inquirere: qm̃ quolibet lo-
co, et tempore illud fieri potest. l. qui habet. §. si pupil
135 lus. lo. ij. vers. quolibet. ff. de tuto. vbi † notauit Bald.
id fieri posse die feriato etiam in honorem Dei. & fuit
dictum Azo. in summa de ferijs. facit tex. in l. nec mã-
dante. §. penul. ff. de tuto. et cura. da. ab his. & C. de fe-
rijs. l. actus. vbi verò narratione facta iudex sine in-
quisitione daret tutorem, an praeiudicet matri postea
venienti. isto casu dicit recurrendum ad distinctionem
Odof. si mater fuerit in mora p̃ lapsum quatuor men
sium, et non audiatur: quia vt dictum est videtur no-
luisse propter moram. & hoc voluit Ioan. And. in ad-
dit. Specul. titu. de tuto. §. nunc dicendum. versic. quid
si mater petit. post Cyn. quem alleg. videtur enim re-
nuntiasse tutelę, nec potest petendo redire ad illam. ar-
gumẽ. l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit. & iure-
iu. facit l. quaeritur. §. si venditor. ff. de ędil. edic. & capi
te, admonet. & cap. quod in dubijs. extra de renuntia.
cum similibus. Aut non fuit in mora, & procedat gl.
in dicta l. tutor si petitus. Salic. tñ in alleg. auth. matri,
& auię. dissentit à Bart. in hoc quòd dicit decretum tu-
telę tenere etiam matre non requisita, quãdo facta fuit
de ea narratio, licet iudex non aliter cognouit de veri-
tate narratorũ. q̃uis enim ob causam narratam in pe-
titione intelligatur tutor datus à iudice, tamẽ causa nõ
existente vera erratum est in causa, ergo datio nulla est,
vt allegata l. tutor si petitus. ideo sola distinctio Doct.
post Odof. videtur sufficere. Et procedunt supra dicta,
secundum Io. And. vbi s. post Guido. de Suza. quan-
do mater non erat data tutrix in testamento patris pu
pilli, & quando sciuit alium petere tutelam, quia pa-
tientia sibi nocet. arg. C. ad Vellei. l. si fine. & C. de iu-
re do. impet. l. j. & l. saepe. ff. de re iudic. & cap. fin. extra
de sen. & re iudic. Si vero ignorauerit, non praeiudicat
matri. l. fin. ff. de transact. & l. genero. ff. de his qui not.
infa. quod intelligendum videtur nisi mater sit in mo-
ra, vt dictum est. Si verò mater sit data tutrix in testa-
mento solenni datio tutoris de alio à iudice facta non
valet. C. qui da. tut. poss. l. sororis. & ita pertranseunt.
136 † Addunt Docto. quod dicta superius in matre pro-
cedunt in caeteris tutoribus, quia si petatur à iudice tu
torem dari pupillo habenti legitimos, narrandum est
ipsos legitimos cessare etiam requisitos à petitione, vel
susceptione tutelę, ne erretur in causa facti. & allegat
Bart. Dyn. ita tenuisse in l. iij. §. si quis. ff. qui pet. tuto.
Imò si pupillus habeat tutorem de facto non de iure,
de hoc fieri debet narratio iudici, qui postquam hoc
notum factum est poterit sine magna inquisitione da-
re tutorem, & tenebit datio. Quãuis secũdo datus nõ
possit sua autoritate expellere primũ, qui est in quasi
possessiõe tutelę ne illi fiat iniuria, ideo debet circa hoc
adhiberi causae cognitio. arg. l. pe. ff. de aqua quoti. &
ęst. & facit c. licet episcopus. extra de pręben. lib. vj. &
in c. cõperimus. extra de praebẽ. & c. cũ nostris. c. post
electionẽ. & c. literas. extra de cõces. p̃b. vbi vero vacat
tutela de facto licet nõ de iure, vt quia tutor rite datus
nõ administrat, ibi de hoc debet fieri mẽtio, & inq̃sitio
ne erretur in causa, quoniam habenti tutorem tutor
non debet dari regulariter, vt per totum tit. C. in qui.
cau. hab. tut. sed habere tam ad factum q̃ ad ius refer-
tur, vt l. stipulatio ista. §. his quoq;. & §. seq. ff. de ver-
137 borum obligation. † Sed quaeritur quid iuris si ma-
ter, & extraneus sint dati tutores in testamento, dicen-
dum est secundum gloss. in allegata authentic. matri &
auię. quòd vterq; erit tutor. & gloss. ibi sequuntur Do-
138 cto. & Bart. in allegata l. si quis sub cõditione. † Ad-
uertendum est tñ circa praemissa, quòd si mater tutrix
filiorũ cõuolet ad secũda vota finit tutela, vt in corp.
vt sine prohibit. mat. debi. §. quia verò. lo ij. & in au-
then. sacramentum. C. quando mul. tut. offic. & idem
dicendum est si non nubat secundo, sed luxurietur, vt
notat ibi gloss. quam sequuntur Docto. & Bartol. in
dicta l. si quis sub conditione. & Angel. Aret. in dicto
§. actionum. in verbo, tutelę. versic. xix. Ad quod facit
in argum. in authen. de restitu. & ea quae parit. §. fin. &
probatur in l. fina. C. quando mul. tu. offic. facit quod
nota. per gloss. valde notabilem in l. sororem. C. de
his quibus vt indign. & in l. fideicommissum. per glos.
& Salic. C. de fideicommis. & per Bartol. & Docto. in
l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & ita tenet Spe
cul. in dicto §. nunc dicendum. vers. item excipnur. qđ
139 est notandum. ¶ † Sed quęritur, an illud quod dictum
est, matrem secundo nubẽtem ejci à tutela, habeat lo-
cum in matre testamentaria tutrice, hoc est, an perdat
tutelam si secundo nubat. gloss. in l. omnem. C. ad Ter
tul. ponit duas opiniones. prima fuit, quod non ejcia
tur, eo quod tunc nõ beneficio legis, sed à testatore vo
catur ad tutelam qui approbauit fidem vxoris. & hãc
opinionem sequuti sunt Pet. Cyn. Ioan. Fab. & nostri
Citramontani. Sed Salic. & communiter Doct. Vltra-
montani tenẽt aliam opinionem primę cõtrariam, sci-
licet quòd tutela testamentaria matris etiã finiatur per
transitum ad secunda vota: quia eadem ratio suspicio-
nis est in testamentaria quae in legitima, secundo nubẽ-
te. Praesumitur enim, quod mater contaminata amore Mater
secundi mariti per fas, & nefas filios praedabitur, vt di secũdo
uitem faciat secundũ virum, vt dicta l. lex quae tutores. nubẽs.
ergo vtroq; casu idem ius statui debet. l. illud. ff. ad La-
quil. l. à Titio. ff. de verbo. obligat. & in capit. ij. extra
de translat. praelato. & hoc sequutus est Bald. in allega-
ta l. omnẽ. quamuis ratio suspicionis allegata sibi nõ
placeat. dicit tamen istam secũdam opinionem esse ve-
riorem quae fuit Ioannis, dum tamen per iudicẽ depo-
sitio tutelę fiat, per text. in authentic. de nup. §. si autẽ
tutelam. colla. quarta. & in hanc inclinat Bart. in dicta
l. omnem. & ibi glos. hanc secundã opinionẽ vltimam
ponit, & sic videtur eã approbasse per illa quae notã-
tur per gl. notãdã in l. quidã filiũ. §. Sabinus. ff. ad Tre
bel. ista opinio secundũ Ang. Aret. vbi s. seruat in pra
ctica, q̃uis vt ipse dicit quicquid dicat Bal. prima opi
nio forte de iure est verior, quia iure cautum non repe
ritur q; testamentaria tutela finiatur per transitum ad
secũda vota, sed ipse nõ respõdet ad identitatẽ ratiõis.
de qua superius fuit argumẽtatũ. nec est dicendũ q; ma
ter testamẽtaria tutrix nõ habeat tutelam à lege sed à te
statore, qm̃ imò lege nouissima hoc ei cõcedit, q; pos-
sit dari tutrix in testõ quod iure veteri erat prohibitũ,
vt allegata l. iure nostro. ff. de testamen. tutel. & l. fin. ff.
de tutel. ideo secunda opinio seruãda est, quam seruat
communis iudiciorum consuetudo, argum. l. minime.
140 ff. de legi. † Vtrum autem praedicta locũ habeant vbi
mr̃ spõsalia cõtraxit, sed nõ matrimoniũ. Spec. mouet

quæstionem, in d. §. nunc dicendum. vers. quid si non-
dum. qui dicere videtur quòd si nondum tutelam ha-
bebat non debet admitti si illam petat: sed si iam erat
tutrix, illam non perdit, nisi contrahat matrimonium:
quia potest renuntiare sponsalibus. et facilius impedi-
tur tutela habenda, quàm habita perdatur. facit l. j. §.
casum. ff. de postul. et l. ij. ff. de adulter. Et hoc sequitur
Io. Fab. et Salic. in dicta auth. sacramēto. Bart. verò in
dicta l. si quis sub conditione. fuit in opinione quòd
quàm primum mater coram iudice dicit se velle secun-
do nubere, et petit tutorē filio dari, desinit esse tutrix:
quis glos. in l. protelare. C. in quib. cau. tu. hab. videat
tenere contrarium, et alleg. l. omnem. C. ad Tertul. et d.
§. si autem tutelam. sed vt dictum est quod non pla-
cuit Bart. eo quòd lex non vocat eam ad tutelam nisi
prius renuntiato secundis nuptijs, cum verò venit ei
animus nubendi, incipit suspicio. Sed hæc ratio nō est
bona, secūdum Salic. qm̄ non sufficiunt ad hoc primi
motus matris. l. cogitationis. ff. de pœnis. Alias ratio-
nes adducit Bart. quas cōfutat Salic. qm̄ quando petit
tutorē pupillo dari obtemperat legi, per quā petitio-
nem tollitur suspicio. Item quia pœnę molliēdę sunt. l.
interpretatione. ff. de poen. et ita residet: quis Angel.
141 Aret. sequatur Bart. ¶ † Sed vidēdū est matre expulsa
à tutela ꝓpter transitum ad secunda vota, ad quē tute-
la reuertetur, scilicet an ad legitimū vel datiuum. glos.
mouet quæstionem in d. l. si quis sub conditione. et re-
spondet, qd' ex præmisis ipsius gl. dictis colligi potest
responsio, et eisdem verbis vtitur Spec. in dicto §. nunc
dicendum. vers. pen. glos. vero in dicta auth. sacramen-
tum. dicit quòd erit tunc locus tutelæ datiuæ. Pro cu-
ius quæstionis elucidatione, sciēdum est ex resolutio-
ne glos. Bart. & doc. in d. l. si quis sub cōditione. & d. c.
ex parte. extra de app. q ꝟ quando testamentaria tutela
nunquam fuit acceptata, est tn̄ eius spes, vt quia tutor
datus fuit in testamento sub conditione, interim est lo-
cus datiuę, vt allegata l. si quis sub conditione. in prin-
cip. & Instit. de Attiliano tu. §. j. & idē est vbi tutor te-
stamentarius assumpsit tutelam, sed postea desinit iu-
dice principaliter id agente: quia locus est datiuo, vt ea-
dem l. secundo responso. & idem etiam vbi casu natu-
rali vel ciuili iudice id principaliter nō agente quādo
alius contutor testamētarius adhuc remanet: quia in
locum remoti locus est datiuo, vt eadem l. in fin. sed si
nullus alius testamētarius superest tutor, & nulla spes
sit quòd testamentaria tutela reassumat qm̄ omnes de-
cesserunt, est locus tunc legitimo, vt dicta l. vers. quod
si tutor. Si verò supersit spes aliqua quæ procedat à iu-
re cōmuni, vt in tutore capto ab hostibus, q iure post
liminij potest om̄ia iura recuperare, vt in §. si quis ab
hostibus. Institu. quib. mod. ius patr. potest. sol. & l.
postliminium. in princip. ff. de rapto. adhuc est locus
datiuo, vt l. j. §. si apud hostes. ff. de legit. tutel. secus di-
ci debet vbi spes illa est de iure speciali, vt in tutore de-
putato qui perdit ciuitatē, Institu. quibus modis ius
patr. potest. sol. §. cum autem. licet possit esse spes, qd'
restituatur in pristinum statum, vt eodem titu. §. sed
si ex indulgentia. & l. j. & per totum titu. C. de senten.
pass. & restit. & tunc est locus legitimo non datiuo, vt
dicta l. si quis sub conditione. responso fi. & l. ij. §. nō
tantum. ff. de legit. tutel. & est ratio, quia talis spes im-
possibilis reputat, qm̄ dicta restitutio est soli principi
reseruata, vt dictis iuribus: & l. j. §. de qua. ff. de postu.
cum ibi not. & l. idem Vlpianus. ff. de excu. tu. & l. Im-
perialis. C. de nup. & l. si qua mulier. C. ad Tertul. vbi
ita colligit Bald. ex illo text. & Bart. & Io. de Imol. in l.
infamē. ff. de publi. iudi. & l. acta. §. amplianda. ff. de re
iud. & dicit gl. in d. l. j. §. si qs vltro. ff. de pœn. q multa
licent principi quę nō aliis, vt l. ij. §. fin. ff. si lib. inge. esse
dicet. & l. itaq. ff. de fideicom. liber. Omne autē reser-
uatum principi reputat impossibile. l. apud Iulianū.
§. fi. vbi Bald. ff. de lega. j. & in l. ergo. §. si is cui. ff. de fi-
deicō. liber. & idem dicit Io. de Imola, in. l. continuus.
§. cum quis. ff. de verb. oblig. & Innoc. in c. filius. ex-
142 tra de testa. ¶ † Ex istis sic resolute discussis, dicit glos.
Spec. vbi s. siue matrem testamentariā tutricem siue le-
gitimam, vel datiuam, dicimus patere responsionem
ad quæstionē propositā qn̄ mater per transitum ad se-
cūda vota desinit esse tutrix, cum legitimo vel datiuo
sit locus, & vt dictum est gl. in allegata authent. sacra-
mentū. simpliciter respondet locū esse datiuo, sed glos.
in alleg. l. si quis sub conditione. obscurius videtur lo-
quuta, & vt ibi dicit Bartol. ista quæstione occurrente
in facto fuit cōmissa decidenda quatuor Doctoribus
Ricard. Malumb. Iac. de bello vis. Iac. Butrig. & Rayne.
de Forliu. qui in decisione, & consulendo fuerunt dis-
cordes, qm̄ Iaco. de Bello vis. & Rayne. dicebant esse lo-
cum datiuo. & hanc opinionem dicit Cyn. in d. auth.
sacramentū. esse magis cōmunem, & fuit opinio Dy.
Iac. de Are. Iac. de Raue. & Pet. Iacob. autem Butrig. &
Ricard. Malumb. tenuerūt esse locum legitimo, & qui-
dam docto. eos sequuti sunt eo qd' mater non admitti-
tur de iure cōmuni, quia fœmina, vt l. j. C. qn̄ mul. tut.
offic. & d. l. iure nostro. ff. de testa. tutel. cum similibus.
Sed admissa fuit iure speciali, si renuntiet secundis nu-
ptijs, & illis se abstineat: contractis igitur nuptijs desi-
nit omnino ipso iure esse tutrix, ita qd' nullę reliquię
remanent, & per cōsequens perueniri debet ad legiti-
mum, per notata in d. l. si quis sub conditione. & quia
de facili res reuertitur ad suam naturā. l. si vnus. §. pa-
ctus. versic. quod in specie dotis. ff. de pact. Et respon-
debant ad omnia iura in cōtrariū alleg. quòd illa intel-
ligi debent vbi non supersunt aliqui legitimi. Salicet.
verò in dicta auth. sacramētum. dicit esse formidabile
inter tantos maiores opinionem eligere, pręsupponit
tamen quod leges ff. orum, & C. non bene possunt in
hoc proposito allegari, quia secūdum illas mater non
admittebatur ad tutelam nisi vbi nullus extabat legi-
timus, vt l. ij. & fi. C. quando mul. tut. offic. Ea tamen
refutante, quia nō cogebatur sicut nec hodie cogitur
inuita, necessariū erat venire ad datiuū, vt d. l. ij. & alle-
gata l. omniū. & l. pe. C. in quib. cau. pig. tac. cōtrahi.
Sed secundum iura nouissima præponit ipsa volens le-
gitimis, in quo stat nūc quæstio nostra. Pro cuius so- Respõ-
lutione ipse Salyc. capit distinctionē Bart. positā in al- sio ad
leg. l. si quis sub cōditione. qui in effectu considerauit quæsti-
143 tres casus. † Primus est qn̄ mater expresse vel tacite onem.
noluit esse tutrix, & ita expressit corā iudice vel fuit ex-
clusa sua mora vel dilatiōe, & tūc deferē tutela legiti-
mo, & nō peruenitur ad datiuū. l. ij. ff. qui pet. tut. Se-
cundus casus est, quando mater fuit admissa ad tutelā,
& illam assumpsit, sed desinit esse tutrix altero de duo-
bus modis: primo quia corā iudice exposuit se velle
nubere, secūdo si petijt tutorem dari filio pupillo cui
reddat rationes, et isto casu voluit Bart. esse locū dati-
uo, et ita intelligitur gl. in alleg. auth. sacramentū. et gl.
in dicta

in dicta l.si quis sub conditione.& l.iij.§.quæri po-
test.ff.de legi.tutel. & est ratio,quia factum iudicis
interuenit, ipsa matre iuuante ad dandum tutorẽ,
& adhuc in ea remanẽt reliquię prioris tutelæ,quæ
non desinit ipso iure ,priusq̃ alius tutor detur.& hoc
sequitur Sali. dicẽs, ideo nõ esse tũc locũ legitimo,
nec postea q̃ datus est, secundum eum , quia datus
surrogatur in locũ matris, quæ excludit omnes le-
gitimos.& surrogatũ sapit naturam illius,in cuius
locum surrogatur.l. si eum. §. qui iniuriarum. ff.si
quis cautio.cum similibus.& debet esse eius condi-
tionis,cuius fuit ille,in cuius locum surrogatur,se-
cundum Iacob. Rebuf.in l.decernimus.C.de aquæ
du.lib.xj.Secundò,nõ potest mater desinere esse tu-
trix spreto iudice, ad quem non iuit, sed contraxit
144 de facto secundas nuptias, †& tunc ipso iure de-
sinit esse tutrix,per tex.dict.authen.sacramentũ.qui
loquitur de expulsione facti.Et facit ratio,quia sub
conditione datur tutrix , si secundò non nubat,ea
igitur nubente de facto,deficit conditio,& per cõ-
sequens tutela.l.tutor datus. in prin. ff.de testa.tut.
& sic iudicis factum in hoc non interuenit, sed mi-
nisterium iuris,ideo ad legitimũ deuenitur, secun-
dum Bart.cuius opinionem dicit esse veram. Ang.
de Perus.in consilio cccix.quod incipit,Puer dece-
dens.Sed in hoc vltimo membro Sali. post domi-
num suũ aduersatur Bart.ista ratione,quia authen.
sacramentum.seruat pupillo isto casu omnẽ aliam
cautelam.quod intelligendum est secundum eum,
vt bona secũdi mariti sint obligata pupillo , vt d.
l.ij.C.quando mul.tu.offi.& in d.§. sin autẽ tutelã.
Sed si finiretur tutela ipso iure,nõ bene videt quo-
modo obligatio ista noua induceatur , qa si finitur
tutela modo præmisso,debet hypotheca, qua tenet
maritus,accedere actioni psonali,qua mater tenet;
& sic videtur reliquiæ prioris tutelæ durare, ergo
puenitur ad datiuũ,per superius alleg.Item text.in
corpore.§.quia verò.lo ij.in authen .vt sine prohi.
ma.debi.vult idem fiendum esse,quod fiebat olim,
quando mater iurabat nõ nubere secũdò. Sec hoc
casu olim perueniebatur ad datiuũ, vt dicta l.ij.C.
quando mul.tut.offi.& per has duas rationes Sali.
sequitur opinionem gl. indistinctè, & dicit esse se-
quendã in iudicijs & consilijs:vt tamen vtraq; ser-
uetur opinio, iudex poterit dare legitimum,& sic
satisfaciet vtriq; opinioni. & ita videtur seruare
145 communiter cõsuetudo. †Notate tamen,quòd in
prædictis casibus matre transeunte ad secunda vo-
ta,quæ petijt dari filio tutorẽ , si supersit auia,quæ
vult esse tutrix , audienda est,& præferenda legiti-
mis & datiuis,secundũ Bar.vt d.l.si quis sub cõdi-
tione.per text.in d.authẽ.de hære. ab intest.in §.ex
his.qui dicit eum præferendum omnibus,exceptis
146 testamẽtarijs.quod est notandũ.†Deinde quęritur,
si mater transiens ad secunda vota,mortuo secũdo
marito,possit redire ad tutelã semel dimissam.Hãc
quæstionẽ mouet Spec.in d.§.nunc dicendũ. versi.
quid si mater suscepit.& arguit ad partes,& tandẽ
se resoluẽdo distinguit,ꝙ si res sit integra,eò ꝙ nõ
fuit ꝓuisum de alio tutore,nec potest ꝓuideri,ipsa
debet admitti iterũ ad tutelã filiorũ:secus si sit alius
tutor,arg.ff.de procu.l. fœminas. & qui satis. cog.
l.fideiussor.in prin.& §.j.ff.de mu. & hon.l.vt gra-
datim.§.quoties.& l.honor.§.fi.Pet. & Cy.tenue-
runt, ꝙ iterum nunq̃ admittatur , quoniam causa
suspicionis durat,& etiã potest statim ad aliud ma
trimoniũ conuolare. & ita præsumi debet,quia in
eodẽ genere mali semel malus ita esse præsumitur,
l.si cui,§. ijsdẽ.ver.si tñ.ff.de accusa. & l.nõ omnes.
§.à barbaris.ff.de re mili.& in regulis,semel malus.
lib.vj. & istã opi.dicebat Ray.esse veram,si mater
habebat liberos ex primo viro : aliàs sit vera opi-
nio Spec.quæ distinctio nõ placuit Sali. quia pro-
pter liberos primi matrimonij non impediret ma-
ter esse tutrix liberorũ secundi viri,ergo nec econ-
tra.Ideo ipse Sali. reuocat in dubium verba Spec.
dum dicit, ꝙ mater nõ admittitur iterum ad tute-
lam filiorũ dimissam,si aliũ tutorẽ habẽt legitimũ,
vel habere possunt. vtrum intelligitur de legitimo
respectu datiui, vel generaliter de legitimo , id est,
dato legibus,vel approbato.& secundũ eũ Specu.
intelligit generaliter , vt patet ex præcedẽtibus &
sequentibus verbis suis, & videtur velle sequi opi-
nionẽ Pet.& sequaciũ suorũ , ꝙ mater postea nũq̃
admittitur nisi in subsidium ,vbi pupilli alium nõ
147 habent,nec habere possunt.†Quidam alij recita-
ti per Salic.fuerunt in opinione,ꝙ si tutor quẽ ha-
bẽt pupilli, sit datiuus,ꝙ mater redire volẽs mor-
tuo secundo marito,debet admitti:quia vbi est le-
gitimus,cessat datiuus.l.nõ solum.§.si libertus.ff.de
excu.tuto.& l.si tutor reipublicæ. ff.de tutel.& ra-
tio.distr.secus, secundum eos, si tutor ille erat legi-
timus.cui opinioni contradicit Salic.qa legitimus
cessat,vbi alius proximior legitimus superuenit.l.
iij.§.non tantũ. ff.de leg.tutel. & etiam videtur,ꝙ
matri superuenienti post mortẽ secundi viri,tutor
datiuus cedere nõ debeat,qm̃ ipsa nubendo,sponte
renuntiauit, & priuauit se tutela. Renuntianti autẽ
iuri suo non facilis datur redeũdi facultas. vij. q.j.
c.q̃ periculosum.& ibi gl.& vj.q.iij.c. deniq;.& fa-
cit quod habet in c.ex transmissa. & c. quod in du-
bijs.extra de renũt. & ff.de ædi. edict. l.quæritur.§.
si venditor.& C.de reb.cre.& iureiu.l. si quis iusiu-
randũ.& C. de cõdi.inser.l.cum quidã.ante fi.& fi-
naliter concludit pro opinione Specu.quẽ plenius
148 videatis.†Nõ est tamẽ obliuioni tradendũ,ꝙ vi-
tricus,hoc est,secundus maritus matris, potest esse
tutor suorũ priuignorũ, sed nõ debent apud illum
educari.C.de contrar.iudi.tutel.l.si patri. & C.vbi
pupil.edu.deb.l.j.In arbitrio tamẽ iudicis est,apud
quẽ pupillus educet,qui etiam causa cognita, à vo
luntate patris pupilli potest discedere,vt est bonus
tex.in d.l.j.& l.j.in prin.ff.de pu.edu.deb. Et debet
esse iudex prudẽs , ꝙ non faciat pupillum educari
apud illũ,cuius proximior est causa succedendi ipsi
pupillo,vel vbi pudicitiæ suspicio foret,ne det oc-
casio delinquẽdi contra pupillũ vel pupillã, vt est
tex.mẽt.l tenendus in l.ij.C.vbi pup.edu.deb.quod
Ang.Aret.in d.§.actionũ.dicit esse bene notãdum.
149 †Circa præmissa vertit quęstio,vtrũ mater pos-
sit expressum nominare tutorẽ,& sit ille dãdus,quẽ
mater nominauit.gl.in alleg.l. si qs sub cõditione.
in fi.magnæ gl.videt tenere ꝙ sic. idẽ tenet Spe.in
d.§.nũc dicendũ.ver.fi.Sed Iac.de Rauẽ. Pe.& Cy.
tenẽt cõtrariũ.& refert Cy. cõtra d.gl.fuisse cõsul-
tum & determinatũ Bononię,per quendã aduoca-

tum.ad quod facit.l.credẽdum.in fi.ff. q pe.tu.vbi
dicit,ꝙ matris consiliũ non est sufficiẽs ad eligen-
dum tutores,& videt arbitrio iudicis relinquendũ,
vt l.matris.C.qui pe.tu.& l.ij.ff.ad Tertu.& huius
opinionis fuit Bar. in d.l.si quis sub conditione.&
idẽ tenebat Rich.de Sali. qui cõsentiebat,ꝙ mater
possit nominare quem vult,sed iudex nõ necessitat
illũ dare,sed inquirere quis erit vtilior pupillo,&
illũ vel aliũ dare,siue matri nullus resistat, siue re-
sistant amici & noti pupilli, quos debet iudex vo-
care pro informatione super istis habẽda. facit l.ij.
C.qui pe.tu.Bal.verò in alleg.l.si quis sub cõditio-
ne.dicit,ꝙ si mater honestè deponit tutelã,petitus
à matre,dãdus est,nisi iudici aliud appareat & cõ-
stet,secundũ Iac. de Aret. & refert ita sibi fuisse re-
spõsum per Bar.quãuis Bar.in lectura dicat vt su-
perius fuit recitatum. vbi verò ex causa inhonesta
remouet mater à tutela,non est sibi credendũ, cũ se
suspectã reddiderit & indignã. qd' bene põderatũ
nõ discordat à prędictis opin.Cy.Bar.& sequaciũ.
Quæ dicit Bal.esse vera,vbi mater semel assumpsit
tutelã,& illã dimisit. Sed si nunq̃ assumpsit, tutor
petitus à matre non excluderet legitimos, quibus
existẽtibus nõ pertinet ad officiũ matris petere tu-
torẽ,vt l.ij.§.si mater.ff.ad Tert.& no.in l.iij.C.ad
Tert.de quo ibi plenius dicet. Sed cũ mater est tu-
trix,petit vt tutrix. Ideo superius dicta in hoc ca-
150 su ꝓcedũt.q̃ no.†Præterea sciẽdũ est,ꝙ mater quę
semel pupillorũ tutelã assumpsit,anteq̃ secũdo nu
bat,debet petere pupillis tutorẽ dari,vt reddat ad-
ministrationis suę rationẽ,aliàs sua & secũdi mari-
ti bona sunt tacitè pupillis obligata,vt d.§.sin aũt
tutela.& l.iij.C.in qui.cau.pig.ta.contrah. & d.l.ij.
C.qñ mul.tu.offi.& ipsa mater pupilli successione
priuat,si pupillus in ætate pupillari decedat, vt d.
151 l.omnẽ.C.ad Tert.†qua successione etiã priuatur
mr̃,si mortuo pr̃e pupilli,marito suo ipsa nõ assu-
mat tutelã,nullo ꝑ patrẽ dato testamẽtario,vel nõ
petat intra annũ,aliũ tutorẽ dari,vt l.sciãt.C.de le
gi.hær.& l.matres.C.ad Ter.Quod ꝓcedit, si ma-
ter est maior xxv.annorũ.minor enim excusat, se-
cundũ gl.in d.l.matres.& facit l.fi. cum ibi not.C.si
aduer.delic.vbi vult etiã Bal.& Sali.idẽ,ꝙ sufficit
matrẽ esse minorẽ in initio,vt excuset,licet postea
maior effecta non petierit tutorẽ intra annũ, vt te-
net gl.in l.j.C.in quib.cau.in inte.resti. nõ est nece.
& d.l.minoribus.C.de his qui.vt indig. vbi Doct.
dicũt,ꝙ spectari debet initiũ.arg.l.iij. ff.de tutel.in
prin.Nec ob.l.Titia Seio. §.vsuras.ff. de leg.ij.vbi
beneficiũ qd' datur ratione minoris ætatis expirat
adueniẽte ætate maiore,quia ibi allegata erat ætas
ad impugnandũ, hic verò ad defendendũ: defensio
autẽ quę semel cœpit,debet esse perpetua.l.pure.in
fi.ff.de except.dol.ita beneficia liberantia à pœna,
debent esse ꝑpetua,vt in auth.cõstitutio quæ de di
gni.§.illud.coll.vj.& in c.decet.extra eo.ti. li.vj.&
ita pluries consuluit Bal.& tenet Spe.tit.de resti.in
integ.Sed hæc excusatio,secundũ aliquos, inter q̃s
152 fuit Salic.in d.l.sciant. †nõ ꝓcedit in auia,quæ nõ
potest inueniri minor. quod salua reuerentia non
videtur verũ,nec impossibile, quoniam in xij. an-
no mulier pubes est.Insti.quib.mo.tu. fi.in prin.&
C.qñ tut.vel cu.esse desi.l.fi.imò qñq; malitia sup-
plet ætatẽ,in c.veniens.extra de sponsa.c.puberes.
& c.de illis.extra de despõs.impu.& c.clerico.eo.ti.
lib. vj.Si itaq; auia in xij. anno genuit filiam, quæ
xij.anno peperit filiũ, qui intra annum decesserit,
tutore non petito, adhuc auia esset minor, & ideo
excusata,per ea,quę superius alleg.fuere.Si verò sit
mater,& auia,& neutra petijt tutorẽ,an vtraq; ex-
cludat,& auia excusata videtur,matre exclusa,vt l.
ij.§.fi.ff.ad Tert.& hoc tenuit Bal. in l.precibus.ff.
de impu.& alijs substi.quia text.ille dicit, ꝙ matre
repulsa ipso iure nõ fit locus fisco, sed proximiori-
bus gradibus.Nec dicit,quòd proximiores gradus
si sint in mora,successione priuent. Ideo secundum
eum mater sola excludit, quia eis nõ potest impu-
tari matre eos præcedente, quam cogi facere non
poterãt,cum inuita non detur, vt in dicta authen.
matri & auiæ. in verbo, permittimus.Itẽ alij con-
sanguinei,ex quo mater viuit,nõ sperãt successio-
nẽ pupilli, q̃a pupillus præsumit pubescere.l.hæ-
reditatũ.ff.ad leg.Falc.Sed eo pubescente, vocatur
mater,vt d.l.matres.Auia verò vel alij,interim nõ
expectãt hæreditatẽ pupilli, igit nec tenentur pe-
tere tutorẽ,arg.huius regulæ,& l.j.in prin.ff.de le-
gi.tut.Sed Bart.in l.quid ergo.§.j.ff. de his q notã.
infa.secus dicit esse in patre matris negligẽtis,quẽ
dicit excludendũ, q̃a matrẽ habebat in potestate,
& vt legitimus administrator hoc facere poterat
pro matre.& cũ passus fuerit eã esse negligentẽ,pu
nietur,ꝑ illũ tex.& l.liberorũ.§.fi.eo.tit.Mater em̃
prædicta etiã dũ cõiugata erat, remansit in patria
potestate.l.filiæ licet.C.de colla.cũ sim.In masculo
verò,qui successurus est pupillo, nõ videt admitti
excusatio minoris ætatis,secundũ Salic. in alleg.l.
sciãt.q̃a l.fi.C.si aduer.delict.ponit casum specialẽ
in matre,fœmina minore. Ius autẽ speciale nõ tra-
hitur ad consequentiã.l.ius singulare.ff.de legi.Sed
Bal.in alleg.l.sciãt.idẽ dicit esse in masculo sicut in
fœmina,cũ sit eadẽ ratio, vel vt tandẽ dicit Salic.
mater minor ipso iure excusatur,sed masculus be-
153 neficio restitutionis in integrũ. †Vlterius aduertẽ
dum est,ꝙ mater nõ petito tutore intra annũ,pri-
uatur successione filij in ętate pupillari decedentis.
qd' intelligẽdũ est,etiã si esset filio pupillariter sub-
stituta,vt d.l.sciãt. q̃a per pupillarẽ substitutionẽ
succedet pupillo.l. Papinianus. §. sed nec impube-
ris.ff.de inof. testa.& l.ex tribus. C.eo.ti.cũ simili-
bus multis. Sed nõ priuat fideicõmisso vel alio re-
licto facto sibi ꝑ maritũ,vt d.l.credendũ. §.si verò.
ff.qui pe.tu.secundũ gl.ibi,& Doct.in alleg.l.sciãt.
vbi text.debet intelligi in dictione substitutionis,
scilicet pupillaris, ꝑ quã succedit pupillo,nõ autẽ
de substitutiõe fideicõmissaria,ꝑ quã succedit testa
tori,vt l.cohęredi.§.cũ filię.ff.de vulg.q̃uis etiã in
fideicõmisso vel relicto à pr̃e pupillorũ facto ipsa
mr̃ priuet ꝓprietate,si secundò nubat, & vsusfru-
ctus solus sibi remanet, donec vixerit, vbi supsunt
liberi illius matrimonij,vt l.fœminę. cũ suis auth.
C.de secund.nupt.Aduertatis etiã,ꝙ aliquorũ fuit
opinio,ꝙ mater tutrix testamẽtaria, ex quo trãsit
ad secũda vota,nõ petito tutore neq; rõne reddita,
nõ priuat successione pupilli.qm̃ tex.in d.l.omnẽ.
loquit de tutrice legitima. pœnæ aũt sunt odiosæ,
& restringẽdæ.l.cũ quidã. ff.de libe. & posthu.& l.

inter

interpretatione.ff.de pœ.& in c.odia.extra eod.tit.
libr.vj.Sed Doct. cõmuniter tenẽt contrariũ,quo-
niam eadẽ est ratio vtroq; casu.Ideo idẽ ius esse de-
bet.l.illud.ff.ad leg.Aqui.cum si.Nec ob.d.l.omnẽ.
quæ loquit̃ de legitima tutrice,qm̃ illa l.fuit Theo-
dosij Imperatoris, qui locutus fuisset de testamẽta-
ria sicut legitima,si suo tp̃e mater in testamẽto po
tuisset dari tutrix,qđ fuit introductũ à Iustiniano,
154 vt in iuribus superius alleg.†Sciendũ est vlterius,
ꝙ si pupillus adolescat , si mater prædicta vel alius
proximus,ad quẽ ꝑtinebat petere tutorẽ,nõ petijt
nõ priuat̃ successione, & pubertas excusat delictũ,
sicut à principio impediret cõmitti, vt l.ij.§.cura-
tores.ff.q pe.tut.Ideo,vt dicit Bal.in alleg.l.preci-
155 bus.†ille qui tendit,vel agit ad priuationẽ succes-
sionis, ꝓbare debet pupillũ in pupillari ætate de-
cessisse,qa in delictis p̄sumi debet pro excusatio
ne delicti.l.merito.ff.pro socio.& hoc tenet glos.&
Doct.in alleg.l.sciãt.vbi tex.dicit pupilli mortui,
& impubes morit̃.Ideo secus videt̃ in mortuo pu-
bere.&facit ratio:quoniam pupillus quãdo mori-
tur effectus pubes,aut testatur, instituendo matrẽ,
& non habet tunc mater vel alius institutus locum
querelæ.facit ad hoc authen.ex testamento. ff.de se-
cun.nup. Aut morit̃ intestatus,& tunc ab intestato
videtur matrẽ aut aliũ ꝓximũ vocare, arg.l.confi-
ciunt̃.ff.de iur.codi. Sed pupillus vbi morit̃ ĩpubes
nõ habito tutore,est iuris p̄sumptio,ꝙ ꝑ incuriã
vel negligentiam matris nõ petẽtis tutorẽ,obierit,
156 ideo excludit̃ ab eius successione. †Prædicta ꝓce-
dunt,qñ pupillus decedit post annũ,intra quẽ ma-
ter nõ petijt tutorẽ. Si aũt decesserit pupillus intra
annũ,añq; sit petitus tutor à matre, nõ priuat̃ suc-
cessione,vt voluit Io. And.in addi.prædicta.§.nũc
dicendũ.in fi.& Bar.in l.nepotibus.C.q pe.tu.& d.
l.qd ergo.§.j.ff.de his qui no.infa.& Bal.in d.l.ma-
tres.& d.l.precibus.& Ang.in alleg.l.sciãt.Sed quã-
uis ista opinio sit æqua,contrariũ tñ videt̃ verius,
scđm Io.de Imol.in alleg.c.ex parte.extra de appe.
vbi eũ sequit̃ Benedict.& hoc ꝑ tex.in alleg.l.ij.§.si
mater.§.idoneos.& §.cõfestim.ff.ad Tert.vbi Bar.
ita tenere videt̃.& facit d.l.ij.§. quæ aũt dicta sunt.
ff.qui pe.tu.Cõfestim em̃ petere debet,sed dicit̃ cõ-
festim,vt ibi habet̃, q̃ primũ potuit copiã iudicis
habere,quãuis aliqui illos tex. intellexerint in m̃re
& auia.sed l.sciãt.intelligat̃ in alijs succedẽtibus ab
intestato.quæ solutio durissima est. Nõ est em̃ ve-
risimile,ꝙ lex sit acrior cõtra matrẽ,cui potius lu-
ctuosa filij successio debet̃ , q̃ cõtra alios successo-
res ab intestato,arg.l.fi.C.de insti. & substi.sub cõ
di.fa.Richar.malũ.cuius opi.seq videt̃ Bart.in d.l.
ij.§.mater.dicebat, ꝙ m̃r debet cõfestim petere tu-
torem,& etiam alij successores intestati,per iura al-
leg.Sed si matri,vel alijs proximis superueniat im-
pedimentũ excusantur, dũmodo nõ excedat annũ.
& sic loquit̃ d.l.sciãt. quæ venit ad declarationẽ iu-
riũ antiquorũ,& ecõtra.l.sed & posteriores.ff.de le-
gi.& in hoc inclinat Bal.in alleg.l.p̃cibus.& Ang.
in d.l.sciãt.Sali.aũt residere videt̃,ꝙ opinio quę fa
uet pupillis est tutior añ factũ,sed ex post facto es-
set excusata mater,quæ intra annũ petisset tutorẽ.
157 †Quid aũt iuris sit , si m̃r petijt tutorẽ , qui datus
fuit nõ idoneus,vel non administrauit,aut se excu-
sauit,an sit excusata m̃r? videt̃ ꝙ non:qm̃ text.d.l.
sciãt.dicit,tutorẽ scđm leges non petierint.qđ de-
darat̃ in alleg.l.ij.§.nõ solũ.ver.sed qđ diximus.&
d.§.quæ aũt dicta sunt.& ita residẽt aliqui Docto.
Bal.verò in alleg.l.p̃cibus.aliter loquitur,dicens,ꝙ
si bona fide m̃r verset̃ in petitione tutoris , & eius
petitionẽ sit iudex sequutus,ipsa excusatur, vbi pe
158 titus nõ erat idoneus,†qa ꝑfectẽ fit,qđ fit bona fi
de.l.quãuis.ff.de cõdi.& demõ. & no. in l.eũ q.§.in
popularibus.ff.de iureiur.Secus si dolosẽ & temere
oĩ diligẽtia prætermissa,petijt tutorẽ nõ idoneum,
qa tũc nõ excusat̃,vt d.l.ij.§.nõ solũ.hoc tñ est mẽ-
ti tenendũ,qa,vt dicit Bal.in dubio bõa fides p̄-
sumit̃ in m̃re inducta præsumptiõe,à rõne natura-
li & imbecillitate sexus.l.vbi.in prin.& ibi gl.ff.de
eden.facit l.Aurelius.§.Titius Caius.ff.de lib.lega.
& hoc,nisi m̃r trãseat ad secũda vota, qa ꝓpt̃ hoc
præsumit̃ ardere igne amoris,q̃ nihil est vehemen-
tius.in auth.qui.mo.na.effi.legi.§.illud quoq;. coll.
vj.& Insti.de suc.subla.q̃ fie.in gl. sup verbo,bac-
chata.& C.de S.C.claud.l.vnica. in gl.sup verbo,
159 decepta.†Sed si m̃r testamẽtariũ tutorẽ vel datiuũ
nõ petat cõpelli ad administrãdũ,nõ priuat̃ succes
siõe pupilli,scđm Cy.in l.fi. §.ꝑsonis. C.de admi.
tu.q tex.licet videat̃ obuiare,nõ obuiat,qa loquit̃
in tutore,q petit̃ à m̃re,& nõ ĩ testamẽtario, vel iã
dato.arg.l. cũ prætor.ff.de iudi.Et facit, qa habẽti
tutorẽ,tutor dari nõ debet.& facit l.cũ p̃r. C.q pe.
tu.& idẽ tenet Sali.in alleg. §.ꝑsonis.qa lege nõ ca
uet̃,sine qua loq erubescendũ est.l.illã.C.de colla.&
qa priuatio matris à successiõe pupilli est odiosa,
ideo restringẽda,ꝑ iura in simili superius alleg.etiã
nõ obstat,id qđ dicit gl. in l.m̃ris. C.q pe.tu.quæ
videt̃ huic dicto cõtraria.qm̃ tex.illũ intelligit alit̃
Sali.q̃ dicat illa gl.scilicet ꝙ loquit̃ in petito à ma
tre,& nõ alijs.& hoc etiã videt̃ dicere gl.in d.l.ma-
tres.C.ad Ter.vbi ponit quinq; casus, ĩ quibus m̃r
excusat̃,& inter cęteros in q̃rto casu,dicit esse excu
satã,si nõ petijt tutorẽ dari pupillo, hñti legitimũ.
quæ tñ gl.scđm Bar.& Bald. ibi ꝓcedit scđm tp̃a
illius legis,quæ fuit Diocletiani, scđm quę m̃r nõ
poterat esse tutrix, nisi illud impetraret à pricipe.
Ideo succedebat tutela legitima. Sed cũ hodie præ-
ferat̃ cũctis legitimis & datiuis si velit,vt in sępius
alleg.auth.matri & auię.necesse est,ꝙ aut suscipiat
tutelã, vel declaret se nolle illã accipere, de quo ꝓ-
testet̃ corã iudice, vel petat aliũ tutorẽ dari filio,si
legitimi nõ sunt idonei,aliàs excludit̃ à successione
filij,vt alleg.l.ij. §.si m̃r. iũcto ver.qd ergo.vbi ita
tenet gl.sed gl.d.l.m̃ris.scđm Bald.põt esse vera in
duobus casibus.Primò qñ filius impubes est emã-
cipatus à p̃re , q̃ casu statim p̃r est fiduciarius tu-
tor ipsius filij,vt Insti.de fid.tu. in prin.Secũdò qñ
p̃r voluit,ꝙ legitimus administraret tutelã,qa fa-
cere põt, vt ille matri in tutela præponat̃. & si di-
catur,ꝙ ille tũc erit testamẽtarius,& nõ legitimus,
potest dici,scđm eũ, ꝙ aliud est,qm̃ ille nõ datur à
p̃re,sed solũ ꝑ eũ alijs quibuscũq; præfert̃, qđ fieri
põt,arg.l.si qs ita hæres instituat̃,si legitimus. ff.de
hære.insti.vel potest aliud exẽplũ dari in isto casu,
scilicet, qñ p̃r in minus solẽni testamẽto daret tu-
torẽ legitimũ,iuxta illa quę habẽtur in l.hac cõsul-
tissima.§.ex imperfecto.C.de testa.Dicit etiã Sali.
sub verbo,fortè,in d.l. sciãt. ꝙ licet m̃r non recusa-
uerit nec administrauerit,qa supersunt legitimi,nõ

puniat,qa illis cõtinuò est aperta via,eò ꝙ ipsa le-
gitimũ excludit,si hoc dicat,& non aliter,vt d.au-
thẽ.mři & auiæ.Ipsa igit tacẽte nõ fuit tutrix legi-
tima,& ꝑ cõsequẽs alius fuit tutor legitimus.& sic
gl.d.l.mřes.erit simpliciter vera,& eã sequutus fuit
Cy.& Bar.in l.ij.ff.qui pe.tu. Et respõdet ad gl.d.l.
ij.§.si mater.ꝙ ibi non erat locus legitimo propter
voluntatẽ testatoris,qui volebat ꝙ mater admini-
straret:vel ibi nullus erat legitimus. & ad hoc tan-
dẽ se resoluit,& tenet hãc partẽ,tanq̃ magis ęquã,
circa quã vide plenius ipm & alios in locis alleg.
Debet etiã mater excusari propter hoc,si nõ petijt
tutorẽ pupillo dari,quia sibi nõ expediebat illum
habere,vt no.gl.in d.l.matres. de quo dãt exemplũ
Doctores,qa nõ expediebat apud extraneũ tutorẽ
detegi pompã rerum pupillariũ.& consuluit Sali.
ꝙ mater de hoc faciat protestationẽ coram probis
viris,& notario,qui de hoc conficiat instrumentũ.
160 vel vt dicit Ang.de Peru.in d.l.matres.†potest da
ri aliud exemplum, ꝙ nõ expediat pupillo habere
tutorẽ,qm̃ aliq volebãt pupillo mouere quęstionẽ
status vel bonorũ,ideo noluit mater sibi petere,ne
posset pupillus in iudicio facilẽ cõueniri, vel vt di
cit Hosti.in summa,de delict.pue.ver.viij. si legatũ
maius hęreditate factũ erat pupillo sub cõditione,
si nõ haberet tutorem.Est tñ aduertendũ ad ea,quæ
dicta sunt,aliud iuris esse in petito à matre, si non
sit idoneus,vel non administret, & aliud in legiti-
mis vel datiuis non administrantibus, vel excusa-
tis,quoniã secundũ sententiã Doct.in d.l.sciãt.vbi
maximẽ Sali.si testamẽtarij tutores vel alij mortui
essent,vel remoti,matris & aliorũ proximorũ offi
cio incũbit petere alios tutores, quod si nõ faciant
priuãtur successione pupilli, vt d.l.ij.§.si mater.&
161 §.nõ solũ.ver.sed & si priori.ff.ad Ter.†Nõ est etiã
tacendũ,ꝙ si mater de facto administret tutelã filij,
eò ꝙ ipsa volens alijs præfertur, exceptis testamẽ-
tarijs,vt sępe dictũ fuit,non sufficeret ei ad excusa-
tonẽ,quãuis bene administraret sec'm aliquos,nisi
obseruaret solẽnitates iuris,de quibus superius di-
ctũ est.& adducũt isti autoritatẽ gl.in d.§.si mater.
ver.ꝙ si pater. super verbo, nec legitimẽ.quos se-
quitur Sali.in d.l.sciãt.vbi mater administrasset ex
abrupto tãq̃ tutrix:secus si iudex administrationẽ
ei decreuisset, qm̃ tunc omissio solennitatũ potius
iudici,q̃ matri, debet imputari,cum ipsa per iuris
ignorãtiã excusetur.l.regula. circa principiũ. ff.de
iur.& fact.igno. Adiuit enim iudicẽ,qui iuris solẽ-
nia scire debuit,& mater, quæ iudicem consuluit,
ꝓpter imperitũ consiliũ remanet excusata, secũdũ
Bal.& Sali.in l.iuris ignorantiã. C.q admi.ad bo.
pos.pos.& Bar.in l.i bonorũ.in fi. ff.de bo.pos.qd'
162 est notãdũ.†Vlterius videndũ est,si ille,q primus
est in gradu,fuerit negligẽs in petẽdo tutorẽ,an al-
terius anni tempus incipiat currere sequẽti in gra-
du,& sic deinceps.gl.in l.ij.in fi.ff. qui pe. tut.tenet
ꝙ nõ.& idẽ dicit in l.nepotibus.C.e.ti.per d.l.ij.in
fi.ff.ad Ter.vbi Bar.tñ tenet contrariũ.sed Docto.
antiqui,& Sali.in alleg.l.sciãt. & d.l.nepotibus. se-
quuntur gl.nisi ille,cui primo hoc onus iniunctum
est,interim moreretur,quia tũc ab illius morte inci
piet currere tẽpus anni, & nõ ante, quia tũc non est
sequẽtibus in gradu spes successionis pupilli, quæ
requiritur,vt d.l.sciãt.vbi ad hoc propositũ dicit
163 Ang.de Peru.†ꝙ si pupillus habet expressum pu
pillarẽ substitutũ,qui præfertur matri,vt no.in d.
l.ꝑcibus.& l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de
inoffi.testa.& in c.si potest.extra de testa. lib.vj.nõ
curreret matri tẽpus petẽdi tutorẽ,nisi postq̃ sub-
stitutus pupillaris esset exclusus morte,quia ante
mortẽ dicti pupillaris substituti, nõ pertinet ad eã
cõmodũ successionis, & eo viuo nõ debuit esse so-
licita de hæreditate viuentis.l. moribus. §.interdũ.
164 ff.de vul.& pu.†Sed quęritur,an mora vel negli-
gentia matris in petẽdo tutorẽ posit ꝓrogari?qd'
videtur,qa vbi à lege apponitur dies & pœna,ad-
mittitur purgatio morę, per no.in l.si cũ dies.§.fi.
& l.Celsus.ff.de arbi.facit qd' no.in simili in c.po-
tuit.extra de loc.Imò etiã,vbi apponit dies ab ho-
mine,& pœna à lege, potest purgari mora. l.si ita
qs.§.Seia. ff.de verb.obli. q̃uis secus sit qñ vtraq̃
apponitur ab homine.l.& si post tres. cũ ibi no.ff.
165 si quis cautio. †His tñ non obstãtibus,Sali.in al-
leg.l.sciãt. tenet isto casu morã non posse purgari
ꝑ matrẽ,maximẽ vbi post annũ mater fuit ab alio
præuenta in petẽdo tutorẽ,vel vbi pupillus deces-
sit.quod dicit probari in alleg. §.confestim.ver.ita
tñ.qm̃ hoc fauore pupilli inductũ est,vt illi, q pete
re debẽt tutores magis terreãtur,& sint ꝓniores ad
petendũ.Nec ob. ꝙ isto casu lex imponat diem &
pœnã,quia iura ad hoc alleg.loquunt in debitore,
volente purgare morã,sed mater non vt soluat qd'
debet, sed vt lucretur, tractat de mora purganda,
166 †qm̃ succedere,vel esse hæredẽ, est titulus lucrati-
uus,vt ꝓbatur in l.fi.in verbo,lucratur.& ibi Sali.
C.de fideicõ.facit ad ista l.inter stipulantẽ. §.pe.cũ
ibi no.ff.de verb.oblig. & in hoc dicit mater quo-
dã modo creditrix futura,sed creditor futurus non
põt morã purgare ad acquirendũ sibi actionẽ,vt l.
Thais.§. intra certa.ff.de fideic.liber. videte Hosti.
in summa,extra de delict.puero.ver.hæc quæ dixi.
167 †vbi ponit decẽ casus,in quibus mater excusatur
si nõ petijt tutorem pupillo, quorũ aliqui fuerunt
superius recitati,videlicet si filius pubes,vel si intra
annũ moriat,si mater sit minor,si pupillo non ex-
pediat habere tutorẽ. Alij sunt casus, si mater non
habuit copiã iudicis, vel infirmitate fuit ipedita,
vel si procurator quẽ cõstituerat ad petendũ tuto-
rẽ sit mortuus, vt l.cũ à matribus. C.qui pet.tuto.
nisi eodẽ mortuo procuratore fuisset in mora pe-
tẽdi tutorẽ,vel mittẽdi aliũ procuratorẽ. Item ex-
cusatur, si filio penitus egeno nõ petijt tutorẽ, vel
si ipsa non existente in mora,præuenitur à libertis
vel amicis pupilli,in petitione tutoris,vel vbi mř
est instituta cohæres cũ filio, ita ꝙ,vt eo facto pu-
bere hæreditatem restituat, si tñ satisdatio ei remis
sa fuerit,& etiã si ignorante petijt indignũ. qui ca-
sus ꝓbatur per contextũ d.l.ij.ff.ad Ter. iuxta pręe-
dicta,qa dictũ est in præcedentibus, ꝙ per trãsitũ
ad secũda vota,mater priuatur tutela filiorũ,& bo
168 norũ ipsorũ administratione, †Quæritur,an di-
cta mater posit substituere exemplariẽ filio mẽte
capto,vel furioso.Bart. tenet ꝙ nõ,in l.ex facto.ff.
de vulga.& pu.subsli. qm̃ tali matri administratio
bonorũ filij est interdicta, vt authẽ. matri & auiæ.
& auth.sacramentum. C.qñ mul.tu.offi.& hoc se-
quitur Ang.de Perus.in l.humanitatis.C.de impu.
& alijs substit. quãuis secus dicat in patre binubo,
qui

qui superinduxit nouercā filio furioso, vel mente
capto, reddēs rōnē diuersitatis inter patrē & matrē
sec̄do nubentes, q̄a mater efficit se suspectā, p̄ trans-
itū ad secunda vota, vt d.l. lex quæ tutores. ꝓpe fi.
C. de admi. tu. secus in p̄re, cuius animus est cōstan-
tior. Ad quod facit, qd̄ not. per gl. in auth. qd̄ m̄r.
C. de reuo. dona. Nec p̄dit administratiōnē bono-
rū filij p̄ trāsitū ad sec̄da vota, vt l. fi. C. de bo. mat.
& l. generaliter. ver. negotia verò. C. de sec. nup. &
in §. si verò expectet. ver. sed qd̄ sancitū est. in auth.
de nupt. coll. iiij. Sed q̄uis Bar. & Ang. cōcordēt in
m̄re binuba, vt nō possit exēplariē substituere, tñ
idē videt̄ de sententia iuris esse dicendū in ea sicut
in p̄re, vt hoc facere possit, si priusq̄ nuberet sec̄do,
petijt dari curatorē filio mēte capto: q̄m si m̄r se-
cūdò nubēs petat prius tutorē dari filio, nō priuat̄
eius successione, etiā si moriat̄ in ætate pupillari, p̄
iura superius alleg. Multo igit̄ minus debet priuari
potestate substituēdi exēplariè, q̄a substitutionē il-
lā facere, est potius ad vtilitatē filij mente capti, q̄
incōmodū, vt scilicet moriat̄ testatus ad similitudi
nē substitutiōis pupillaris, q̄ est ad vtilitatē pupilli
q̄ ꝓpter ætatē testari nō potest Insti. de pu. subst. in
prin. & C. de inof. testa. l. ex tribus. Itē d.l. humani-
tatis. indistinctè loquit̄, p̄mittēs m̄ri exēplariè sub-
stituere filio mēte capto, nō distiguēs an ip̄a trāsi-
uerit vel nō ad sec̄das nūptias, & sic indistinctè de-
bet intelligi, arg. l. de pretio. ff. de public. & in c. q̄a
circa. extra de priui. Itē nō est eadē iuris rō priuādi
matrē successione filij, q̄ cōcernit cōmodū m̄ris, &
priuādi eā p̄tāte substituendi exēplariè, q̄ est cōmo
dū filij mēte capti, q̄ aliàs moreret̄ intestatus, cū nō
possit ꝓpter morbū testari, vt d.l. humanitatis. &
l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. & §. itē furiosi. Insti.
qui. nō est p̄mis. fa. test. Ideo p̄missum est p̄ri & m̄ri
furiosi vel mēte capti, vt ꝓ eo testari possint, sec̄d'm
formā traditam in alleg. l. humanitatis. & Insti. de
pu. substi. §. qua rōne. & etiā facit ratio ꝓ ista p̄te,
q̄m licet p̄r exhæredādo filiū dicat̄ illi inferre iniu-
riā, vt l. cū quidā. C. de lega. tñ ꝓpter hoc nō pri-
uat̄ potestate substituēdi illi pupillariter, vt l. j. §. j.
ff. de vul. & pu. Eadē ratione videt̄ dicendū in m̄re
binuba, quę p̄ sec̄das nuptias videt̄ iiuriari filijs, vt
in auth. de nō elig. sec̄do nub. §. Gregoria. ver. ꝓspe-
ximus. colla. j. & in auth. de nup. §. sin autē. coll. iiij.
Non tñ debet p̄ hoc priuari potestate substituendi
ad vtilitatē filij, & maximè, q̄a hoc nullo iure ca-
uet̄. Ideo sine lege dicere nō debemus. l. illā. C. de col
la. & in auth. de triē. & semis. §. cōsideremus. coll. iij.
& extra de trās. p̄rēla. c. inter corporalia. §. sed neq̄.
ꝓpe fi. & ij. q. v. c. consuluisti. & sciuisset legislator
illud exprimere, si ita voluisset. l. vnica. §. sin autem
ad deficientis. C. de cad. tollen. Nec ob. ratio Bart.
& Ang. quia licet matri transeunti ad secūdas nu-
ptias interdicatur administratio bonorū filij, hoc
ratione bona constitutū est, vt non possit bona fi-
lij vsurpare, quod est ipsius filij fauore & cōmodo
ordinatū à iure. quæ ratio cessat in potestate faciē-
di substitutionē exēplariam, per quam prouidetur
filio, vt habeat hæredē ex testamento. cessante igi-
tur ratione legis, cessat ipsa lex. l. adigere. §. quāuis.
ff. de iur. pat. & in c. cū cessante. extra de app. & istā
opinionē, quę verior videtur, contra Bar. & Ang.
tenuerunt Bal. & Salic. in d.l. humanitatis. & Io. de
Imol. cuius ꝓ maxima p̄te sunt rōnes, & considera-
tiōes superius alleg. in c. Raynutius. in articulo ex-
emplaris substitutiōis, extra de testa. & in d.l. ex fa-
169 cto. ff. de vul. & pup. †Vlterius pro cōtinuatione
materiæ tutelarū sciendum est, q̄ finita demum tu-
tela & non ante tenetur tutor reddere rationē suæ
administrationis, sicut in præcedētibus dictū fuit.
facit l. nisi finita. ff. de tutel. & ratio. distr. & cōpetit
actio tutelę, quę generalis est, cum plurīū capitulo-
170 rum administrationē contineat. †Ideo sufficit li-
bellus generalis, vt no. per gl. Bar. Bal. & Alber. in
l. j. in prin. ff. de eden. & per Rofre. in libellis suis, ti.
de actione generali. dicētem, sufficere q̄ dicat̄ in li-
bello, peto mihi rationē reddi tutelaris administra
tionis tuæ, q̄a fuisti tutor meus testamētarius, vel
legitimus, vel datiuus. & idē dicit Ang. Aret. in d.
171 §. actionū. †Dicit tñ Albe. tutius esse, q̄ petat̄ gene
raliter reddi rationē administrationis generalis, q̄
simpliciter tutelę, q̄a potest esse, q̄ extra tutelā ali-
qua sunt administrata, & in ꝓsequutione causę fiet
rerū singulariū declaratio. Ad hoc faciūt no. in l. li
cet. C. de iudi. & Bal. dat in d.l. j. ff. de edē. regulā, q̄
omne iudiciū de cuius natura venit rationis reddi-
tio est gñale iudiciū, q̄a est implicitū ad plura, vt ī
ista actione tutelę, negotiorū gestorū, mādati, & ꝓ
socio, vt l. pro socio arbiter. ff. ꝓ socio. Sed in pro-
bādo actor certa capitula specificabit, vt d.l. licet.
vult tñ Bal. q̄ si sit lata sentētia generalis, vt q̄a tu
tor condemnatus est reddere rōnes in exequutione
sentētię poterūt capitula liq̄dari, sicut confessio, q̄
habet vim sententię. l. cū fideicōmissum. ff. de cōfes.
facit qd̄ no. per Bar. in l. si id, qd̄ ex Pāphila. ff. de
lega. ij. & per Bal. in l. ij. C. de rescin. vēdi. & p̄ eun-
dem Bar. in l. semp. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut
clā. Est etiā notandū, q̄ in redditione rōnis impu-
tatur tutori, si q̄d male gesserit, vel neglexerit ad-
ministrare, vt l. j. §. officio. cū ibi no. ff. de tu. & rat.
distra. no. per gl. & Bar. in l. quinquaginta. ff. de ex-
cu. tu. & facit l. j. cū ibi no. & l. quidā decedēs. §. fi. ff.
de admi. tut. Mala em̄ administratio est tutori im-
172 putāda. †Ideo tutor vel curator q̄ iustam causam
litigādi nō habebat, si egerit noīe pupilli vel mi-
noris, debet in expēsis ꝓprio nomine cōdemnari,
vt notabiliter ꝓbat̄ in l. nō est ignotū. C. de admi.
tu. vbi Sali. & Doct. imò sec̄d'm Sali. si tutor aut cu-
rator simpliciter sit in expēsis cōdemnatus, nō im-
putat̄ pupillo vel adulto, cuius noīe instituta fuit
actio calūniosa. q̄uis Io. Fab. dicat contra pupillū
vel adultū esse fiendā exequutionē expēsarum, sed
pupillus vel adultus habebit regressum cōtra tuto
rem vel curatorē, vt l. ꝓperandū. §. fi. C. de iudi. &
alleg. Spec. ita tenere, in ti. de sentētiæ exequutione.
§. sequit̄. ver. sed pone. sed Spec. ibi loquit̄ de expē-
sis contumacialibus factis p̄ tutorē in causa, quam
mouit tutor noīe pupilli, q̄a cōtra pupillū fiet exe-
quutio, licet tutori imputet̄ cōtumacia, & si velit
ille q̄ obtinuit in expēsis recta via exequtionē fieri
faciet in bonis tutoris. arg. l. seuerīter. C. de exe. tu.
sed Sali. loquit̄ in calūniosa institutione actionis,
quā facit tutor vel curator, ꝓ pupillo vel adulto, q̄
institutio calūniosa imputat̄ illis, & nō minoribus
p̄ d.l. nō est ignotū. & hoc seq̄t̄ Io. de Imol. in l. iiij.
in prin. ff. de re iud. vbi scilicet cōstat de euidēti calu
mnia tutoris vel curatoris, q̄a tūc in bōis ipsius fit

exequutio,& ita loqt̃ d.l.nõ est ignotũ.& idẽ dicẽ-
dũ est in ꝓcuratore gñali,nõ hñte mandatũ specia-
le ad illã causam,qa non est ei cõmissum instituere
vel intẽtare actionẽ calumniosam, vt dicit Bar.in
d.l.iiij.Ideo idẽ dici debet in eo, quod in tutore vel
curatore.Ad quod facit text.per eũ non allegatus,
in l.ꝙ si nolit.§.quod in ꝓcuratore.ff.de ædi.edict.
circa quod videte Inno. in c.j.ad fi.extra vt lite nõ
cõtesta.& ibi Docto.& Bar.Ang.de Perus.& Io.de
Imol.in d.l.iiij.& Bal.qui in aliquibus contradicit
Inno.in l.j.§.si procurator.ff.si quis ius di. nõ obtẽ.
173 Vult autẽ Bar.ꝙ fuit dictũ Inno.in d.c.j.†ꝙ con-
tumacia procuratoris non nocet dño,quãdo aliqd
incũbebat procuratori,& nõ dño, vt quia lite per
eum cõtestata fuit sibi iussum per iudicẽ,ꝙ aliquid
faceret,puta, ꝙ produceret acta vel alia instrumẽ-
ta,quia illa cõtumacia sibi, nõ autẽ dño nocet.qđ
scd'm Io.de Imol.intelligendũ est,qñ pœna contu-
maciȩ cadere potest in procuratorẽ,sed si nõ posset
cadere nisi in dñm,tũc noceret dño,vt videt̃ esse ca
sus singularis in c.ij.extra de cõfes.lib.vj. vbi cõtu-
macia ꝓcuratoris in nõ respõdendo positionibus,
iudice iubẽte facit illas haberi ꝓ cõfessis. facit qđ
no.in l.Polla.C.de his qb.vt indig.& hoc etiã fuit
dictũ Bar.in d.l.j.§.si ꝓcurator.Addi põt illud qđ
no.Spe.in d.§.seqt̃. ver.sed qd si ꝓcurator. vbi reci
tat do.Clemẽtẽ Papã quartũ,voluisse,ꝙ ꝓcurator
malitiosè appellãs añ sententiã,debeat in expensis
cõdẽnari,nec in suis bonis esse fiẽdã executionẽ,si-
cut ĩ tutore dicimus,vel curatore,calũniosam actio
nẽ ꝓponẽte,arg.l.si pr̃ puellæ.ꝓpe fi.C.de inof.te-
sta.facit qđ habet̃ in l.fi.ff.an ꝑ aliũ cau.appel.red.
pos.& habent supradicta locũ,etiã in iudicibus vel
ꝓcuratoribus fiscalibus curiarũ cõtra aliquẽ calũ-
niosè vel malitiosè ꝓcedẽtibus,scd'm Io.Fab.in d.
l.non est ignotũ.& Bal.in auth. gñaliter.C.de epis.
& cle.ver.extra quȩrit̃ qd de iudice:quæ sunt bene
174 notãda.†Et gñaliter ad qd,& de quo tutor tenet̃
& eius hæredes,vide no.in l.curatoris.C.de nego.
gest.& l.quicquid.C.arbi.tu. & l.j.C.de hær.tu.gl.
ij.& l.j.in prin.& §.hãc actionẽ.ff. de tu.& ra.distr.
& extra de offi.archid.c.dilecto.in glos.sup verbo,
negligentia.& ibi Doct.& lxxxvij.dist.c.irreligio-
sum.gl.ij.& quæ not.fuerunt in l.cõtractus.in ver-
bo,tutelæ.ſ.isto tit.& per Bar. in l.quod Nerua.ff.
175 depo. †Postremo gl.hic in fin. quæ ꝑ Dy.allegat̃
pro singulari vult, ꝙ tutor testamentarius vel da-
tiuus,cessantibus legitimis successoribus ab intesta
to succedit pupillo.quã gl.Bald.in l. nutritoribus.
C.cõmunia de succes.dicit esse intelligendam, si in
ætate pupillari decedat pupillus: secus si postea.&
pro ista gl.facere videbat̃, quia tutor habet pote-
statẽ in ꝑsona pupilli,vt l.j.ff.de tute.& Insti.eo.ti.
in prin.ꝓpter quod videbat̃ posse succedere pupil
lo,ad similitudinẽ patroni.sed Bar.hic tenet cõtra
riũ,post Iac. de Are.& Oldr. qa etiã ciuitas habet
in suo ciue potestatẽ.l.j.§.ꝑ hãc.ff.de rei vẽd.& l.de
iure.ff.ad municip.cũ ibi no.& tñ nõ succedit ciui.
l.j.C.de bo.vacã.lib.x.arg. autem de patrono nõ
ꝓcedit, quia seruus ꝓ nihilo reputat̃. l.quod atti-
net.ſ.isto ti.& manumittens illũ dñs, de nihilo fa-
cit eũ aliquid,ideo meritò succedit:sed non sic dici
potest in tutore.Ideo reprobat Bar. istã gl.per tex.
in d.l.nutritorib.vbi nutritor nõ succedit nutrito,
igitur nec tutor pupillo.& Bartolũ sequit̃ ibi Bal.
176 ea ratione,†quia iure cautũ non reperitur, ꝙ tu-
tor excludat fiscum.facit l.j.C.vnde vir & vxor.&
idem tenet ipse Bal.in l.cũ in eo.ff.de pact.licȩt ipe
ibi dicat istã gl. posse procedere in patre tutore fi-
lij spurij,vt in l.si quis filio exhȩredato.§.eius.ff.de
iniust.rup.& irri.test.dicit facilè posse respõderi ad
d.l.nutritoribus.per quã contra istam gl. se fundat
Bar.scilicet,quòd aliud sit in simplici nutritore, &
aliud in tutore.& ibi Io.de Imol.recitans Bald.vi-
det̃ eũ illo dicto transire:& videtur tenere idẽ Bal.
in l.si qua.C.ad Orfic. Opinio verò Bar.cõtra istã
gl.videtur esse cõlor illa ratione,quia nõ inuenitur
iste modus succedẽdi positus inter successiones iu-
ris ciuilis vel prȩtorij:igitur non est capitanea opi
nione,sine lege proponendus, per iura superius al
leg.& est dictum Baldi in l.certum.C. vnde legi.&
vnde cog. & hæc sufficiant super hac regula,loco
repetitionis. Cætera videte plenius per Doctores
in locis allegatis.Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Nuntiatio quid.
2 Nuntiatio & prohibitio an differant.
3 Noui operis nuntiatio fit tribus modis.
4 Noui operis nuntiatio,quando competat.
5 Opus nouum quid.
6 Nuntiatio noui operis est triplex,naturalis,publi-
ca & impositiua.
7 Nuntiatio noui operis fit tribus de causis.
8 Nuntiatio fit nudo sermone per prætorem & ia-
ctum lapilli.
9 Lapilli iaciendi modus in nouo opere.
10 Aedificatũ in re mea,à me possessa, possum autori
tate propria destruere. fallit fauore religionis, ibi.
& nu.13.
11 Possessionis commodum,mirabile.
12 Possidens potest propria autoritate resistere, si so-
lus sit possessor.
14 Destruere propria autoritate non possum quod fit
in re mea,quam non possideo,nisi in casu.
15 Ramum arboris vicini mihi impendentem tollere
possum propria autoritate, si ei prius denuntiaui.
16 Aedificatum in publico, si mihi nocet, possum
propria autoritate destruere.
17 Detentor nudus potest destruere qđ ibi ȩdificatur.
18 Projiciens immunda in aquæductu, publico fonte
aut puteo,punitur corporaliter.
19 Nuntiatio iactus lapilli,an exigat verba.
20 Nuntiatio per prætorem requirit verba.
21 Nuntiatio personaliter,an impersonaliter sit con-
cipienda,& an successorem liget.
22 Nũtiatio noui operis,quibus verbis sit cõcipiẽda.
23 Nuntians nudo sermone perdit possessionem, se-
cus si per lapillum vel prætorem.
24 Nuntians nudo sermone, videtur vi ciectus à pos-
sessione.
25 Nuntiatio noui operis,fieri debet in re præsenti.
26 Inchoari quando dicatur ædificium.
27 Nuntiatio nõ requirit præsentiam eius, qui ædi-
ficat,aut ædificare facit.
28 Nũtiatio facta nemine existente in opere,an valeat.
29 Nũtiatio sortitur effectum à tempore, quo domi-
nus certioratus,potuit operarios prohibere.

Nuntia-

30 Nuntiatio operariis facta absente domino, quãdo eis noceat.& nume.31.
32 Operantes in re aliena vel litigiosa cõducti à non domino,an excusentur.
33 Nuntiãs nouũ opus,an debeat causam exprimere.
34 Nuntiatio noui operis in publico facti cui cõpetat.& nume.35.
36 Appẽsum in via publica, quod nocere potest trãseunti,potest quilibet petere vt tollatur.
37 Pupillus an cum tutoris autoritate possit nũtiare nouum opus.
38 Tutoris autoritas an possit retro trahi.
39 Decretum, autoritas & consensus differunt.
40 Nuntiatio imposititia.
41 Seruitutem habens an possit nouũ opus nuntiare.& nume.46.48.49.& 50.
42 Vsufructuarius non domino, sed alteri potest nouum opus nuntiare.
43 Vsufructuarius est largè procurator.
44 Seruitutis ius est debilius vsufructu.
45 Seruitus vrbana & rustica,an differant in iure nuntiandi nouum opus.& nume.47.
51 Nuntiatio ex parte nuntiati est in rẽ,ex parte nuntiantis est in personam.
52 Vasalli filij oẽs an filijs oĩbus dñi iurent fidelitatẽ.
53 Nuntians nouum opus debet iurare de calumnia.
54 Nuntians alieno nomine,quando satisdet.
55 Nuntiatio potest sperni vbi est periculũ in mora.
56 Moræ periculum facit à regulis iuris recedi.
57 Remissio nuntiationis fit pluribus modis.
58 Remissione nuntiationis facta,an sit aliquod tempus expectandum antequàm ædificetur.

Vi factum videtur id esse, quod quis, cùm prohiberetẽ,fecit. Clam,quod quisque cùm cõtrouersiam haberet, habiturum've se speraret,fecit.

SEquemur hic tractatũ gl. deinde
aliqua ad materiã faciẽtia oppor
tunè dicentẽ. Primo igitẽ gl.decla-
rat hãc regulã exẽplificando eam
in noui opis nũtiatione: qm̃ si in
meo ædificare volentẽ prohibue-
ro ne ędificet,& ille ædificat,vel facit cõtra prohi-
bitionẽ,vim facere videtur.nec mirũ,si sic exẽpli-
ficet gl. in noui operis nuntiatione, quoniã in hac
materia nũtiare idẽ est,quod ꝓhibere,vt l.j.§.nun-
tiamus.ff.de no.ope.nun.& c.significantibus.extra
eo.ti.vt dicit Hosti.in summa illius tit.§.j.qui sub-
1 iungit†nuntiationẽ noui operis esse illi,qui de no-
uo in alterius præiudiciũ ædificat,legaliter factam
2 prohibitionẽ.quãuis Bar.in d.l.j.in prin.†differre
dicat nuntiationẽ & ꝓhibitionẽ:quia ꝓhibere in-
telligitur cũ effectu, ita ꝙ nõ sit locus remissioni,
de qua ĩ.dicetẽ.nuntiare vero est inspecta ꝓmissione
iuris,sed potest esse locus remissiõi.quod dicit col-
ligi ex illo tex.& l.de pupillo.§.si pluriũ.eo.ti.Cõ-
cludit tñ ipse Bar.ꝙ dicta verba pñt sumi æquoce.
3 quod in idẽ recidit cũ dicto Hosti.† Fit aũt illa nũ-
tiatio,vt subiũgit gl.tribus modis positis in d.l.de
pupillo.§.meminisse.scilicet per prætorẽ vel iactũ
lapilli vel simplici verbo.q modi ĩ.plenius explica-
buntur.vbi autẽ aliquorũ ꝓdictorũ modorũ nõ fit
ꝓhibitio seu nũtiatio noui opis,ille tñ cui nũtiatũ
vel ꝓhibitũ nõ est,sciuit sibi mouẽdã esse cõtrouer
siam,vel credere debuit,&cõtra fecit,clã fecisse vĩ,
vt dicit hic gl.& cõpetit interdictũ, qđ vi aut clã,
vt l.iij.§.fi.& l.Seruius.ff.quod vi aut clã.& ita ex-
pianatẽ per gl.ista litera. Ad quã facit d.l.j.in prin.
4 & §.j.ff.de noui ope.nun.†Nõ enim pertinet noui
operis nũtiatio,nisi vt vox sonat, scilicet ad noua
opera:quia q iã facta intẽdit facere demoliri,recur
rere debet ad interdictũ,quod vi aut clã,& alia re-
media, vt d.§.j.& ꝑtinet ad ea quæ in solo fiũt,&
ibi sunt visibiliter remãsura,vt d.l.j.§.hoc aũt deli
5 ctum.lo ij.†Opus aũt dicitẽ nouũ,vbi ædificãdo de
nouo vel demoliẽdo pristina facies operis immu-
tatur,vt ead.l.j.§.opus nouũ.secus est si reficiatẽ,vt
alleg.l.j.§.si quis ędificiũ.& l.stipulatio.§.opus aũt
nouũ.eo.ti.& sic aliud est facere,aliud reficere,vt ff.
de iti.actuq; pri.l.vnde etiã.§.reficere.& c.cõsuluit.
& c.Iudæi.extra de Iudæ.& c.cũ accessissent. extra
de consti.& c.ij.extra de feud.& declarat Hostiẽ.in
summa,vbi s. §.ij.& in summa,de Iud.§.iij.in pri.
Et pro declaratione præmissorũ & materiæ,Scien
6 dum est,†ꝙ triplex est species nuntiationis,vt de-
clarat Rofr.in libellis suis in hoc titulo nũtiationis
noui opis,post Iuriscõsultũ in d.l.de pupillo.§.Se-
xtus Pædius.Quædã est naturalis,quædã publica,
quædã impositiua. Naturalis vocatẽ,eo quia natu-
rali iure secundario,quod est iusgentiũ,vt l.ex hoc
iure.ff.de iusti.& iur.& Insti.de rer.diuis.§.singulo-
rum.inducta fuit.& hæc est cũ in nostras ædes ali-
quid immittitẽ,vel in nostro ædificatẽ, vt ea.l.de pu
pillo.§.naturalẽ.& ibi gl. Publica vero est,quãdo
per leges,Senatuscõsulta,& cõstitutiones principũ
55 pro socio. ¶ † Præterea notandū est, q̄ vt dicit hic glo. nuntiatio noui operis potest sperni vbi dilatio est periculum allatura, vt in riuis, & cloacis, vt dicta l. de pupillo. §. si quis riuos. quod quidam intellexerunt in riuis, & cloacis etiam de nouo ædificandis, quia aliâs non esset speciale, si de reficiendis solum intelligeretur per dictā l. j. §. si quis ædificium. quod reprobat Bart. in alleg. §. si quis riuos. per l. ij. §. fin. ff. de riuis. secundum quam debet intelligi de habente ius cloacę vel riui, cui reficienti non potest nuntiari nouum opus. & in d. §. si quis ædificium. est malè positum verbū, reficiat, quia qui reficit, de nouo facit. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. obl. & debet esse verbum, fulciat, quia qui fulcit, nihil de nouo facit. & hoc explanat Io. de Imol. in d. §. si quis riuos. dicens q̄ reficiēti pōt nouum opus nuntiari dūmodo non reficiat fulciēdo antiquum. vt d. §. si quis ędificium. vbi melior esset litera fulciat, q̄ reficiat. vel si sit reficiat, intelligatur fulciendo, & sic sit speciale in reficiendis cloacis vel riuis. vt
56 d. §. si quis riuos. & est ratio specialitatis, † quia à regulis iuris communis recedi pōt vbicunq; periculum est in mora, vt ibi & l. si quis filio exhæredato. §. ij autem omnes. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. & l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quę in fraud. cred. & l. diuus. in prin. ff. de pet. hæred. & faciunt not. per gl. & Doct. in l. fin. C. de ferijs. Aliâs autem facta nuntiatione non licet nuntiato vlterius ædificare. & si cōtra faciat, opus factum debet demoliri siue iure siue iniuria apparuerit ædificatum. vt d. l. j. in princ. quod est verum, si ædificium factum sit ante remissionem nuntiationis. quæ remissio, vt dicit hic glos. & Bart. & Doct. in d. l. j. in princi. fit pluribus modis. q̄nq; à parte nuntiante ad preces forte nuntiati sibi illam remittente, de qua remissione loquitur totus ti. ff. de remis. & l. vim facit. §. tandiu. ff.

Remissio nūciatiōis fit pluribus modis.

57 quod vi aut clam. † Aliquādo fit remissio à lege quæ duobus modis procedit secundum Bart. primo quando nuntiatio potest dici nulla propter defectum personæ nuntiantis, quia certum est, nuntiantem ius non habere, vt l. ij. ff. ne quis eum qui in ius voca. est. vel quādo est nulla nuntiatio ratione rei vel causę, vt prosequitur Bart. in dicta l. j. in princ. quarta, quinta, & sexta oppositionibus primę partis. Alio mō fit à lege remissio pręstita satisdatione per nuntiatū, vel illa per eum oblata, & per nuntiantem refutata, quæ satisdatio est de demoliendo opere, si apparuerit nuntiatum iniuste ædificasse, & de hac satisdatione vel illius oblatione, & refutatione loquitur l. prætor. §. deinde. cū §. seq. & l. stipulatio. §. habet autem. e. tit. Alio modo fit ista remissio à iudice, quod contingit dupliciter secundum Bar. & Doc. Primò si partibus eūtibus ad iudicem qui reperit nuntiantem non habere ius nuntiandi, ideo remittit nuntiationem, & etiam nulla pręstita satisdatione dat nuntiato licentiam ædificandi. & de hac remissiōe loquitur d. l. de pupillo. §. qui opus. & §. remissionem. & etiam tit. de remiss. secūdo modo fit à iudice remissio postq̄ nuntiatione facta, & præstita satisdatione nuntiatus processit in opere partibusq; ad plenum auditis, cum plena causæ cognitiōe pronuntiat iudex nuntiantem ius nuntiandi non habuisse. & de hac loquitur d. l. prætor. §. deinde. & d. l. stipulatio. §. habet autem. vt hęc plenius tractātur per
58 Bart. in d. l. j. in prin. ver. deinde. † Sed hic occurrit vnū dubiū satis, vt videtur, intricatum circa illud qđ dictū est à lege fieri remissionem vbi nuntiatus offert satisdationem de opere demoliendo. An saltem debeat expectare per tres menses anteq̄ ædificetur, per l. fin. C. de ædifi. priua. aliâs est l. vnica, de no. oper. nunt. & c. pen. & fi. extra de no. oper. nunt. qđ tenent omnes canonistę. Sed inter legistas sunt diuersę opiniones postę per glos. in d. l. fi. & varij varia dixerunt. sed Salic. clariorem reddit istum articulū iura iuribus, & opiniōes cōcordando. Dicens q̄ aut denuntiatus offert satisdationem quę acceptatur per nuntiantē, & tūc ille nullo tempore expectato ędificare pōt quasi per acceptationem satisdationis sit remissio facta. & ita procedunt iura antiqua. l. pretor. §. si quis paratus. & §. hoc aūt interdictū. & d. l. de pupillo. §. is cui. Aut nuntiator non acceptat satisdationem oblatam per nuntiatū, imò se offert paratum incontinenti de suo iure docere. & debet expectari vsq; ad tres menses, vt d. l. fin. & d. cap. fi. vel nuntiator refutando satisdationem sibi oblatā nō dicit nec offert se alibi de suo iure probaturū, & tunc procedat opinio Ioan. Glossatoris posita in d. l. fi. scilicet q̄ nisi nuntiator dicat aliquam iustā causam quare refutet satisdationem sibi oblatam, nuntiatus illam offerens sit audiendus, & possit nullo alio expectato ædificare, vt in dictis iuribus antiquis. & est ratio secūdum Salic. quia tunc sine causa refutans satisdationem sibi oblatam non videtur illam refutare sui iuris tuendi causa, sed ad hoc, vt aduersarium molestet vbi vero nuntiatus non offerret satisdationem, tunc absq; eo q̄ nuntians aliquid se dicat velle probare de iure suo, nūtiatus debet abstinere ab ædificio, alioquin sine remissione sibi facta postea ædificatum demoliendum est per iura superius allegata. & ista resolutio Salic. videtur notabilis, & tenenda. & per hæc fit expeditus iste §. cum sua glos.

Summarium.

1 ☞ Deletio in testamento facta quando noceat. nu. 2. 8. 9. & 12.

3 Ademptio per delationē facta an teneat ipso iure, vel ope exceptionis.

4 Testamentum non obstante cancellatura, vel deletione an teneat ipso iure.

9 Cancellatura vel deletio quando praesumatur inconsultè facta. num. 6. & 7.
10 Generalitas non trahitur ad inconsultè cogitata.
11 Notario in margine instrumenti scribēti, an credatur.
13 Testatore cancellante aut delente, cui haereditas applicetur. nu. 14. 16. 18.
15 Fiscus in dubio debet succumbere.
17 Legata non debentur, vbi ex testamento non aditur haereditas.
19 Testamento cancellato, quod solum valebat iure pretorio, quomodo succurratur haeredi.
20 Testamenti vnius si fiant plures scripturae, vna cancellata alijs non nocet.
21 Notario cancellante instrumentum in imbreuiatura, & ponente ad extensum in libro magno, non nocet cancellatio.
22 Notarij imbreuiatura non signata an faciat fidem.
23 Debitum vno loco libri rationū cancellatum, & alio scriptum, non liberat.
24 Testamento nuncupatiuo scripto, & cancellato haeres an obtinebit si probet. & nu. 25.
26 Visus tripliciter sumitur.

Quae in testamento ita scripta sunt, vt intelligi non possint, perinde sunt ac si scripta non essent.

Q VOS intellectus ponit hic gloss. & vltimus quem ponit in fi. ibi, vel dic secundo. est magis amicus isti literę, scilicet quòd ea quae scripta sunt in testamento, sed non possunt intelligi, habenda sunt pro non scriptis, vel nō dispositis. & est litera plana. Cui concordat illud qd' habetur in l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. & in l. in tempus. §. quoties. ff. de haered. instit. Alium & primum intellectum ponit hic glos. de his quae scripta sunt in testamento, sed sunt deleta, sic q̄ legi, & ideo intelligi nō possunt, q̄ perinde haberi debēt ac si scripta non essent, per ea quae habentur in l. j. & per totum tit. ff. de his quae in testa. delen. & in l. vnica. ff. si tab. testa. extan. & l. j. §. si linum. & §. si rosę. & l. ij. §. si consulto. ff. de bon. pos. secundum tab. & l. i. §. si haeres. ff. si tab. testa. nul. extan. & l. si vnus. & l. nostrā. C. de testa. Prosequendo igitur istum intellectum glos. & materiā quā adducit, quae intricata est, vt dicit Paul. de Cast. super dicta l. j. ff. de his quae in testa. delen. & ibi Bart. Bald. Angel. Paul de Cast. & Io. de Imol. Ex quorum verbis
2 sciendum est, † q̄ q̄n̄q; ante completum testamentum fit deletio sic, quòd non potest legi, & tunc non potest peti id quod in eo relictū est, etiam si inconsultè deletum sit illud quod scriptum erat, vt d. l. j. versic. sed si legi. & ibi rationem reddit glo. & post eam Paul. de Castro, quia cum testamentum esset in fieri, & nondum in completo esse, testator postquam videbat legi non posse si volebat valere debebat reficere, & quia nō fecit, licet ipse aut alius incōsultè deleuit, videtur voluisse illam deletionē valere, & mutasse voluntatē. Q̄n̄q; potest legi id quod deletum est ante completum testamentum, & sunt hic tres casus: quia aut per inaduertentiam fuit factum à testatore, aut ab alio ipsius testatoris voluntate, & non nocet, vt d. l. j in princip. Aut cōsulte à testatore vel alio eius iussu deletum est, & nocet deletio ipso iure, vt tenet glos. ij. in princip. d. l. j. & not. in l. ad testium. §. si signa. ff. de testamen. de quo tamen infrà plenius dicetur. Aut deleta fuit scriptura nō à testatore, sed ab alio praeter eius voluntatem, & non
2 nocet deletio sicut quādo inconsultè delentur. † Post factum verò testamentum facta deletio consultè à testatore vel alio eius voluntate, indistinctè nocet, vt dicta l. j. §. sed & consulto. vbi dicit Paulus de Castro tunc non esse curandum an legi vel non legi possit illud quod erat prius scriptum, sed solum debet attēdi consultè vel inconsultè facta fuerit deletio, vt si consulte fiat, nihil debeatur ex testamēto, etiam si legi possit, quādo scilicet per ipsum testatorem, aut alium eius voluntate fit deletio. Sed si sine voluntate sua hoc fieret, non valeret deletio, & deberetur haereditas vel relictum ex testamento, vt dicta l. j. versi. & si quidem. & hoc verum nisi ille cui factum erat relictum deleuerit, quia etiam si esset haereditas vel portio illius, & institutus vel substitutus deleuerit, censetur adēpta in odiū eius, vt est tex. in d. l. j. vers. & haereditatis portio. quod dicit Paul. de Castr. esse singulariter menti tenendum. Nota singulariter.
Nec obstat huic dicto quòd haereditas semel data nuda voluntate non potest adimi, vel. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testamen. milit. & facit l. haeredes palam. §. j. ff. de testa. quia illud procederet vbi per solū actum verbi fieret reuocatio testamēti vel ademptio. Sed si peruenitur ad actum facti, vt in hoc casu, bene adimitur, & fingitur haereditas non data potius quàm adempta, vt ibi dicit text. facit text. in dicta l. j. §. si haeres. ff. si tab. testa nullae extan. vel dici potest secundum quod explanat Paul. de Castr. quod ista ademptio in casu praedicto non fit per testatorem qui non deleuit, sed fit à iure propter culpam haeredis, vel substituti
3 cancellantis vel delentis. † Sed est hic vnum dubium, An ademptio ista quae fit per deletionē procedat ipso iure vel ope exceptionis. & in hoc passu sunt glos. cōtrarię, quoniam gloss. in dicta l. nostram. tenet quòd ope exceptionis. & adducit rationes, quia sicut nuda voluntate non potest testamentum constitui, ita nec tolli, vt contrariorum sit eadem ratio. l. nihil tam naturale ē. isto titu. & pro hoc etiam allegat dictō §. sed & consulto. & l. pe. §. testamento. ff. de bon. possess. secund. tab. sed gloss. in l. iij. §. non solum. ff. de adimend. & transfer. lega. tenet ipso iure non valere testamentū deletum voluntate testatoris. Barto. etiam sibi ipsi cōtradicit, quia in dicta l. j. ff. de his quae in testamm. delen. & in dicto §. non solum. tenet vnum, & contrariū tenet in dicto §. testamento. gloss. verò in dicta l. ad testium. §. si signa. ff. de testa. concordat opiniones distinguendo de deletione quae fit ante completum testamētum quo casu testamētum non valeat ipso iure, vt superius dictum est. facit l. contractus. C. de fide instrum. & l. eleganter. in princ. ff. de condi. indebi. sed si fiat deletio testamento completo ope exceptionis testamentum non valeat, vt dicta gloss. in allegata l. nostram. testamentum enim valet ipso iure, sed obstat exceptio. & hanc distinctionem Docto. cōiter sequi videntur.
4 † Intelligendum est tamen, quòd non obstante deletione testamentum valeat ipso iure, scilicet ciuili, sed de iure praetorio non posset peti bon. possessio secundum tabu.

rab.si in testamēto sit cancellatura,vel deletio,vt dicta
l.j.§. si linum .ff.de bono.possess.secundum tabu.& l.
5 vnica.ff.si tabu.testa.exta.& notatur hic in glo.† No.
tamen pro declaratione prædictorum, quòd cancella-
tura seu deletio testamenti in dubio præsumitur à te-
statore consultè facta secundum Bartol.in l.proxime.
in fin.ff.de his quæ in testamen.delen. quod dicit pro-
bari in illo tex.per locum à speciali,quia ibi est specia-
le in legato libertatis,vt inconsultè videatur facta de-
letio:ergo in contrarium est ius commune.l.i. in fin.ff.
ad municipa.& l.ius singulare.ff.de legib. & hoc tenet
Bald.in dicta l.nostram.quia sicut nemo præsumitur
ore proferre quod mente non cogitauerit,vt l.Labeo.
§.Tubero.ff.de supel.leg. Ita nemo præsumitur facere
6 quod non vult.† Intelligite tamen,quòd præsumitur
consulte deletio facta à testatore si scriptura testamen-
ti erat apud eum.aliâs secus, secūdum aliquos in dicta
l.si vnus.& Paul.de Castr.in allegato §.sed & consul-
to.facit in argum.l.j.§.ille autem.C.de Lati.liber.tollē.
& quod habetur in l.ij.& iij.ff.de pact. vel vt dicit Io.
de Imol.in dicta l.proximè. in fin. potest dici , quod si
testamentum reperitur clausum,& sigillatum, sed dele
tum, tūc indistinctè penes quemcunque reperiatur, pręsumetur consulte factum. argum . notatorum in cap.
ex literis.in gloss.extra de fide instrum. & in capi.licet.
in gloss.extra de crim.fal. Si verò nō esset clausum nec
sigillatum, est maius dubiū, quia,vt dictum est,Bar.
indistinctè transit,quòd consultè præsumatur factum
per dictā l.proximè.in fin.Paul.de Cast. & quidā alij
fatentur hoc si reperitur penes testatorem.secus si a-
pud alium.quod procedit secundum Io. de Imol.nisi
persona apud quam reperitur esset suspecta. argumē.
7 dictę l. vnicæ.§.ille autem.† Et etiam præsumitur in-
consulte facta deletio in legatis ad pias causas, per d.l.
proxime.in fin.quoniam legatum libertatis dicitur fa-
ctum in piam causam.vt l.vnica.§.fi. C. de communi
ser.manu. & ibi per Bal.& Bar.in l.Titio fundus.ff. de
condi.& demonstra.& Bald.in l.ij.C. de fideicom.lib.
& per ipsum in l.vnica. §.in primo.C.de cadu. tollen.
vbi dicit in vltima columna,quòd libertas, & ecclesia
æquiparantur.facit quod not. Bart.in repetitione l.j.
8 C.de sacrosanct. eccles.† Si verò extraneus deleuit vel
rasit scripta in testamento,vel partem illorum, sine te-
statoris volūtate non præiudicat,vt dicta l.si vnus. &
d.§.si rosę.nisi esset deletio vel tāta rasura,quòd legi nō
posset,quia tunc licet non deficeret ius,deficeret tamē
probatio iuris, vt allegata l. duo sunt Titij. & dicta l.
in tempus.§.quoties.& probatur in dicto §. sed & cō
sulto.vbi Paul.de Castr.dicit hoc verū,nisi posset ꝓ-
bari illud quod ibi scriptum erat,quia si tota scriptura
esset perdita,probari posset per testes,per nota.in l.in
exceptionibus.ff.de probatio. in fi.& in l. emancipa-
tione.C.eo.tit.per Cyn.Qui tamen testes debent depo
nere de toto tenore,aliâs eis nō creditur.facit quod ha-
betur in cap.cum olim . in primo. extra de priuileg. &
not.per domi.Bened. & Docto.in simili in cap.cum
dilecta.extra de confirma.vtil.vel inutil. fortius igitur
secundum eum si particula testamenti deleta sit argu-
gumen.l. quę de tota.ff.de rei vendicatio. ¶ Sed est ad-
uertendum,quòd instrumētum præsumitur vitiosum
propter rasuram, vt notatur per gloss.& Docto.in l.
iubemus.C.de probatio.facit quod nota. per Baldū,
in l.si veritas.C.de fideicōmiss.& in cap. inter dilectos.

Limitatio.

9 extra de fide instrum.† vbi tamen tabellio rasit vel de-
leuit ,si ipse apponat fidem faciendo mētionem,quòd
errore,& non vitio deletiones vel rasurę processerunt,
excusatur suspicio testamenti,vel instrumenti,vt d.l.j.
in princ.vers.& ideo si nouissime.ff. de his quæ in te-
stamen.delen.per illum text . qui non est alibi secundū
Dyn.& Io.de Imol.ibi,debet tamen fieri specifica men
tio de deletione aut rasura aut cancellatione,vt ibi di-
cit Ioan.de Imol.& Docto.& nota.in dicto cap. ex li-
10 teris. † quia generalitas non referretur ad inconsulte
cogitata per illum text. Accedant nota.per Bartol. &
Bald.in l.in fraudem. §.j.ff. de testamen.milit.& in l.si
quis ex argentarijs.§.cogentur. ff.de edend.Sed vbi in
margine instrumenti inuenirētur scripta manu notarij
hæc quæ sequuntur verba,cancellatum,quia per erro-
rem scriptum &c.tenet Bart.in dicta l.in fraudem.§.j.
quòd talis scriptura etiam scripta in margine facit fidē.
& hoc sequitur Bald.super rubr.C.de fide instru.dum
modo constet certissime, quòd sit scriptura dr manu
eiusdem tabellionis,quamuis in dicta l.si vnus. C.de
testamen.ipse Bald.teneat,quod si notarius in corpo-
re instrumenti dicat se rasisse vel interlineasse,aut illa di
11 cat in corpore subscriptiōis, sibi credi debeat;† nō au-
tem si in margine illa verba scripta essent. Sed præce-
dens opinio videtur verior,si notarius sit bonę famæ
& opinionis,quoniam in dubio nō præsumitur do-
lus. l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba.faciunt not. per
Barto.in l.quoties.§.j.ff.de hæred.instit.& nota. in l.si
12 ex falsis.C.de transact.† Prædicta autem locum habe-
rent in iudicio petitorio, sed non procederent in pos-
sessorio,per l.fi.C.de ædi.diui Adri.tol.vbi indistincte
instrumentum testamenti rasum , vel interletum non
sufficit ad mittendum in possessionem hæreditatis be-
neficio illius legis.quod est ibi speciale in possessorio
adipiscendę possessionis:quoniam illud possessorium
summariū est.ideo ostenso instrumento testamenti ra-
so,interleto aut cancellato non proceditur ad inquisi-
tionem veritatis quę respicit petitorium,vt iuribus su
perius allegatis,quæ sunt notanda secundum Docto.
13 ¶ † Sed est dubitatio circa hoc quod dictum est,quod
deletio vel rasura aut cancellatura facta à testatore vel
alio eius volūtate si consultè fiat nocet indistinctè, vt
dicto §.sed & consulto.cui tunc applicetur hæreditas.
gloss.in dicta l.nostram.& ibi Docto.mouent qōnem
& in l.proxime.ff.de his quæ in testa.delen.& post lō-
ga verba videtur esse resolutio , ꝙ vbi testator delet
vel cancellat testamētum ad hoc vt decedat intestatus,
tunc venientes ab intestato succedent,& eis applicabi
tur hæreditas,vt l.fi.ff.de his quæ in testa.delen. Si ve-
rò cancellauit vel deleuit ideo,qui ascriptos in testamē-
to reputabat indignos.quod intelligūt Paul. de Cast.
& Doct.in allegata l. proxime. quando testator illos
expresse reputauit indignos,vel qn̄ subest aliqua cau-
sa quare hoc præsumatur,vt quia ortę erāt inimicitiæ
capitales inter testatorē,& hæredes scriptos,& tūc ap-
plicat̃ fisco, vt l.hæreditas.C. de his qb. vt indig. facit
quod habet̃ in dicta l.iij.§.fin.ff.de adi.vel transfer.le-
ga.quod procedit etiam si talis hæreditas nō erat adi-
ta per hæredem scriptum,vt colligitur ex text. dictæ
l. proxime.in princip. dum dicit,vt caduca &c.quo-
niam si esset adita hæreditas,non dicerentur bona ca-
duca,vt l.vnica.§.& cum triplici.C.de cad.tollen.imò
etiam si talis hæres repudiasset hęreditatem in præiu-

Vbi tabellio rasit vel deleuit dumtaxat faciat mētionē &c.

dicium fisci nō tolerarerur dicta repudiatio, quoniam
si vellet institutus posset adire, & efficeretur hæres,
eiq; postea auferretur hæreditas per fiscū, quia nō effi-
citur incapax ipso iure, vt superius dictum fuit. facit l.
ex facto. §. Iulius Longinus. ff. de vulga. & pup. substi.
Repudiādo igitur hoc facere videtur in præiudicium
fisci, vt illo excluso hæreditas perueniat ad venientes
ab intestato, ideo talis repudiatio non est admittenda,
sed perinde habetur ac si non renuntiasset, & excludun
tur venientes ab intestato, & vocatur fiscus. facit l. si se
quens. ff. ad sen. consul. Sille. vbi per Bart. secus esset in
debitore obligato, qui potest repudiare hæreditatem
vel legatum in præiudicium suorum creditorū, secun-
dum Bald. in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eo.
qui sub tut. vel cur. sunt. & est text. in l. qui autem. in
14 princ. & §. j ff. quæ in fraud. cred. † Vbi autem est du-
biū, an voluerit testator decedere intestatus, vel repu-
tauerit hæredes indignos, est qō. in qua dicit glo. in d. l.
nostram. & alleg. l. pxime. q in dubio præsumitur in-
stitutos reputatos indignos fauore legatorū. & succe-
det fiscus. qui soluet legata per ea quæ habētur in d. l.
hæreditas. sed illas glos. reprehēdunt Dy. & Cyn. post
Odof. ea ratione, quia nullus psumitur indignus nisi
appareat. l. cū quidā ita. & l. cum pater. §. rogo. ff. de le
ga ij. Et pro ista opinione facit l. ij. in fi. ff. de his quę in
In dubio cōtra fiscū iudicatur. 15 testa. delen. † Itē q̄a cōtra fiscū in dubio debet iudicari.
l. nō puto. ff. de iur. fis. & ideo secundū istā opinionem
in casu dubij hęreditas deferet venietibus ab intestato.
& q̄uis tunc legata nō debeant, hoc tū est vt dicūt prę
fati Doct. quia magis fauendū est venientibus ab in-
testato, q̄ legatarijs. arg. l. fi. C. de codicil. & l. hac con-
sulutissima. §. si quis. C. de testa. dicit tū Io. de Imol. in al
leg. l. proxime. q saluari posset opinio glossarū in duo
bus casibus. vno qn pbaret institutos fuisse indignos.
secundo qn scripti hæredes fuissent illi qui ab intesta-
to erant successuri. & ita intelligi, & limitari pōt d. l. p-
xime. Petrus verò ibi recitatus per Bald. dicebat, q ab
institutis venietibus ab intestato videnf legata repeti-
ta, cum tū regulariter sit contrariū, vt solet notari in l.
eam quā. C. de fideicō. & l fi. ff. de hære. instit. & p Bar.
in d. l. cum pater. §. cū existimaret. ff. de leg. ij. & per glo.
ij. in l. si docueris. C. ad l. Cor. de fal. qd' placet Bal. ea
ratione, quia limitata parere debēt effectū limitatū. l. j.
§. Iulianus. ff. de itin. actuq; priua. cū similibus, tum q̄a
in d. l. proxime. fiscus non videtur auferre hæreditatem
tanq; ab indigno, sed tanq; caducum. & sic videtur q
fiscus debeat legata etiā si nō adeat hęreditas, & per cō
16 sequens eadem debebunt venientes ab intestato. † Iste
articulus dubius est propter multa iura quæ contra-
riari vidētur prædictæ opinioni, vt in l. cum quidam.
vers. quod diuus Marcus. & l. cum in tabulis. §. fi. ff. de
his quib. vt indign. vbi probari videtur, q eo ipso q
nomen hæredis inducitur seu cancellatur, venit illius
portio applicanda fisco. facit ad hoc l. j. § pe. ff. si tab.
testa. nul. extra. à contrario sensu. nec secundum Ioan.
de Imol. videtur bona opinio Petri, & sequacium, vi-
delicet quòd legata tacite videantur repetita à venien-
17 tibus ab intestato: quoniam vt dictum est † vbi ex te-
stamento non potest adiri hæreditas, non debentur le-
gata, per notata in dicta l. eam quam. & iuribus supe-
18 rius allegatis. ¶ † Sed pro declaratione huius mate-
riæ, & opinionum concordia etiā ex opinione do. Io.
de Imol. in allegata l. proxime. & Bald. & Salic. in di-

cta l. nostram. quòd quandoq; testator instituit venie-
tes ab intestato, quādoq; extraneos. primo casu, si can
cellauerit sola nomina hæredum, pręsumi debet quòd
illi sunt à testatore indigni reputati, ideo venient ad fi-
scum, vt dicta l. proxime. versic. sed nonnullos. vsq; ad
fin. & dicta l. cum quidam. §. j. ff. de his quib. vt indig.
& ita debet intelligi illud quod habetur in dicta l. hæ-
reditas. C. de his quib. vt indig. in prima solutione gl.
Si verò totum testamentum cancellauit vel incidit aut
deleuit, vel chordulas, & sigilla, ita q non potest præ
sumi magis odium hęredum quàm legatariorum, imò
potius debet præsumi fauor scriptorum, vt totum ca
piant ab intestato, quia nō est verisimile quòd omnes
voluerit reputare indignos. argumen. l. sed ex dolo. ff.
de dolo. & hoc verum, nisi pbari posset quòd aliqui
illorum institutorum offendissent testatorem, vt di-
cta l. ij. in fin. ff. de his quæ in testamen. delen. & l. iij. §.
fin. ff. de adimen. vel transfer. lega. Aliquando autem
testator instituit extraneos: quo casu si totum testamē-
tum vel sigilla aut chordulas incidit, vel cācellauit, prę
sumi debet quòd voluerit decedere intestatus. argum.
l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & hoc benigno
fauore interpretandum est secundum Salic. Sed si sola
nomina hæredum cancellauit, si legata sint repetita à
venientibus ab intestato, succedent ipsi venientes ab
intestato, quia tacite videntur inuitari. & hoc sentit gl.
in dicta l. si docueris. & cessat ratio dictarum gloss. in
l. nostram. & l. proxime. quia legata sunt ab eis repeti-
ta, vt dictum est. vbi verò ab ipsis venietibus ab inte-
stato non essent legata repetita, tunc si veniētes ab in-
testato sint de liberis, videtur testator voluisse decedere
intestatus fauore liberorum, qui debet præferri fauori
legatariorum. argumen. dictę l. hac consulutissima. §. ex
imperfecto. C. de testamen. & dictę l. cum acutissimi. &
l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. substitu. & resti.
sub condi. fac. & l. cum auus. ff. de condi. & demon. Sed
si venientes ab intestato non sint de liberis, imò sunt
agnati vel cognati, prædictæ glo. in l. nostram. & l. pro
xime. possent sustineri. dicit tamen Salic. in d. l. nostrā.
quod ex quo alius extat qui scripto hæredi, cuius no-
men cancellatum est, qui est de successoribus intestati,
præferri debet fisco: quia, vt dictum est, quilibet præ-
sumitur dignus qui non probatur indignus. & sic re-
sidere videtur cum opinione Dy. & Odof. quicquid
dixerint illæ glos. scilicet q nō fiscus, sed venientes ab
intestato succedent. & ita etiam residere videtur Paul.
de cast. in dicta l. proxime. vbi scilicet non apparet cau
sa quare institutos reputare debeamus indignos. Nec
obstat secundū cum l. fi. ff. de his quę in testa. delen. vbi
innuitur, quod nō præsumitur testatorem voluisse de-
cedere intestatum nisi expresse dicat, quia ibi de testō fa
ctæ erāt plures scripturæ, & testator vnā duntaxat cā-
cellauit. ideo nō pręsumitur, q voluerit intestatus de-
cedere si esset vnica tantū scriptura: sed innuitur, q vo-
luerit intestatus mori, & cōcludit etiam isto casu lega-
ta deberi ab intestato, licet non fuerint repetita, cōtra l.
j. ff. de iure codicil. & rationem reddit, quia testator
cancellando nomina hæredum, & non legatariorum
censetur voluisse, quòd legata debeantur ab intestato.
argumen. l. tribunus. §. j. ff. de testamen. milit. vbi can-
cellando quędā videtur alia cōfirmasse. ita in proposi-
to. Testatoris tamen voluntas si de ea cōstet semper in
ipsis, & alijs debet seruari, in §. disponat. in authent. de
nup.

nup.colla.iiij.l.in conditionibus primū locū.ff.de cō
di.& demon.& l.fi.C.de lega.ita not.per Ioan.de Imo.
19 in d.l.proxime.quā plenius videatis.¶ †Sed hic quae
ritur:quia superius dictum fuit quòd si viuo testatore
cancellatę sunt tabulae testamenti,nō datur bo.posses.
secundum tab.vt d.l.j.§.si linum.ff.de bo.pos.secundū
tab.& notauit hic glo.ponatur quòd per casum for
tuitum est deletū testamentū,quod erat nullum de iu
re ciuili sed validū de iure praetorio,vt in casu l.posthu
mus.& l.filio p̄terito.ff.de iniust.rup.& irri.testa.quo
modo subuenietur haeredi scripto:quia de iure ciuili non
pōt adire haereditatē,vt no.in dictis iuribus.de iure ve
ro praetorio nō pōt peti bonor.pos secūdū tab.pro
pter deletionē & cācellationē testamēti.Quid erit er
go.Cy.in d.l.nostrā.cōsulit q̄ adeatur princeps,& ab il
lo impetretur,vt deletio fortuita nō noceat scripto haere
di ex quo ipse habet p̄ se volūtatē testatoris.vel secun
dū quosdā nouissimos pōt intētari officiū iudicis.ar.
l.Quintus.ff.de ann.lega.ne aduersarius iniquū lucrū
faciat,p̄ no.p̄ Ang.& Doct.in l.plane.& l.fi.ff.de peti.
haeredi.vel poterit procedi ad denūtiationē euāgelicā
iuxta not.in c.nouit.extra de iudi.& per Bal.in aut.ad
haec.C.de vsur.& per Bal.in extrauagāti,ad reprimen
20 dū.sup̄ verbo,denūtiationē.quae sunt notāda.¶ †VI
terius aduertēdū est,q̄ si de eodē testō factę sint plures
scripturę,p̄ cācellationē vni⁹ alię nō irritantur,nisi appa
reat q̄ testator hoc fecit,qa voluit decedere intestatus,
quo casu cācellatio cōcerneret omnes scripturas,vt est
tex.in l.fi.ff.de his q̄ in test.delē.vbi volūt Doct.p̄ illū
21 tex.†q̄ si notarius cācellauit instrm̄ de bastardello suo
vel imbreuiatura,& posuit ad extensum in libro ma
gno,illa cācellatio nō nocet quo minus p̄bet illud qđ
scriptū est in extēso,qđ tñ dicit Io.de Imo.in d.l.fi.pos
se limitari verū esse,nisi sit adiecta cā cācellatiōis respi
22 ciēs oēs scripturas,vt d.l.fi.vbi Bar.& doct.¶ †Vtrū
autem imbreuiatura fidem faciat,vbi non est signata,
Bald.tangit in l.Lucius.in princip.ff.de testa.mili.&
habetur in l.chirographis.ff.de admi.tuto.& l.illa
tae.C.de fide instru.vbi videtur probari q̄ sic:sed con
trariū est verius secūdū Doct.per text.in aut.de instru.
cau.& fide.§.oportet.coll.vj.& C.de asses.l.nemo.ibi,
signū consuetū apponi.& C.de aq̄duc.l.decernimus.
li.xj.& l.xj.§.j.ff.de leg.iij.& d.l.cōtractus.vbi Bar.C.
de fide instr.& Specu.de instru.edi.§.instrumēta.versi.
item opponitur.& §.ostēso.ver.quid sit imbreuiatura.
vide Bal.super rubrica.C.de fide instr.vbi vult in ver.
quaero dixi superius,q̄ protocollum debet reseruari:
aliàs notarius est in periculo:qa q̄uis in alijs locis q̄
in ciuitate Cōstātinopolitana,non praecipiatur dimitti
protocolla,vt in aut.de tabellio.coll.iiij.& d.aut.de
instr.cau.& fi.cōsuetudo tñ generalis seruat,q̄ reseruē
tur.& ideo notarius nō dimittēs est trāgressor cōsuetu
dinis,& puniri debet,vt in aut.vt praepo.no.Imperat.
§.& si qua vero.in prin.ibi dū dicit,obseruantia custo
diatur.coll.v.& erit poena iudicis arbitrio imponēda
postq̄ à iure determinata nō inuenitur.l.sanctio legū.ff.
de poe.& l.j.§.expilatores.ff.de effractο.imò si qua sit
suspicio,& reuocatur veritas in dubiū,ex aliqua verisi
mili cōiectura posset tabellio torqueri,vt l.si qs decu
rio.C.ad l.Cor.de fal.& l.ij.C.de nume.& actua.li.xij.
vbi Iac.Rebuf.post Bar.sed vbi nō apparet protocol
lū,instrumētū redditur suspectū secūdū Bal.in l.cassius.
ff.de senato.cū sit ad illud recurrendū in casu suspicio
nis.de quo vide Bar.& Bal.in l.Sempronius.& ipsum
Bal.in l.cū proponeretur.ff.de lega.ij.& l.si quis ex argē
tarijs.§.praetor ait.ff.de eden.& gl.ix.distinct.c.vt ve
teri.& gl.& Archid.100.distinct.c.cōtra morē.& in c.
quoniā cōtra falsam.ver.itē q̄ originalia.extra de pro
batio.quae sunt bene notāda.¶Sed reuertēdo ad illud
quod dictū est,de pluribus scripturis super eodē testa
mento factis,q̄ vna cancellata alię nō irritentur,nisi de
cōtraria volūtate cōstaret,vt d.l.fi.de his quę in test.de
len.quoniā haec trahit Paul.de cast.ad q̄ōnē quotidie
23 cōtingentē inter mercatores,† qui cācellant in suis li
bris rationē vnius positā in vno folio,& eā transpor
tant ad aliud foliū,quoniam per illam cācellationem
non censetur debitor liberatus:quia non fit illa cācel
latio ad finem liberandi debitorem,sed vt illa ratio ad
alium locum transferatur.Actus vero agentium non
operātur vltra eorum intentionem.l.non omnis.ff.si
cer.pet.quāuis ipse Paul.referat se vidisse quēdam pro
curatorem qui dicebat ex hoc debitorem fore libera
24 tum,sed male,per rationē d.l.fi.¶ †Quae etiam facit ad
aliam quaestionē,videlicet q̄ si de testō nūcupatiuo fa
ctum fuit instrumētū,vt cōiter fit,q̄uis illud cācelletur
nihilominus haeres in eo scriptus habebit haereditatē,
si possit probare per testes se haeredē institutum:quia
scriptura testamēti nuncupatiui nō est de eius substan
tia,sicut in testō cōfecto per scripturam,vt haec probā
tur in l.hac cōsultissima.in prin.& §.per nūcupationē
C.de testa.& in nuncupatiuo scriptura solū fit ad pro
bationē,& cum sint plures species probationis,vt per
testes,& instrumēta,irritata vna specie p̄bationis alia
non irritatur.arg.d.l.fi.& refert ita vidisse consultū Flo
25 rentię per aliquos,† cui tamē consilio fuit cōtradictū
per alios,& putat quòd melius,quia testator faciendo
fieri instrumentum de testamēto nuncupatiuo,cēsetur
totam vim probationū illius posuisse in illo,sicut ser
uat generalis consuetudo.de qua per Salice.in l.j.C.de
testa.& per glo.& Docto.in l.fin.C.de fideicom.vnde
si illud instrumentum consulte cācellaret,videretur vo
luisse irritare totam suam voluntatē.nō autem sic vbi
essent plura instrumenta vnius testamēti,& vnum cā
cellasset.quod dicit esse menti tenendum.¶Postremo,
quia tex.iste dicit quae in testamēto ita scripta sunt,vt
intelligi non possint,aduertendum est ad exemplum
quod hic ponit glo.in d.l.j.ff.de his quae in testa.delen.
quia ibi tex.loquitur de his quae legi non possunt.Illud
autem dicitur posse legi,quod oculis corporeis perci
pi potest ex his quae praecedunt vel sequuntur,ideo
sensus visus consistit in oculari inspectione,& non in
intuitu rationis.& hoc facit quòd testis deponens de
visu debeat reddere rationem interrogatus per visum
oculi corporei,non autem intellectualis.Aliud esset
vbi deponeret de eo,quod nō est obiectum sensus cor
porei,sed intellectus,vt est dñium rei.de quo per Inno.
in c.cū cām quae inter archiep̄m.extra de testi.& Bald.
in l.solā.C.e.ti.& per d.de Rota deci.ccccxxx.in nouis.
vt enim dicit Bald.in d.l.j.ff.de his quae in testa.delen.
& post eum Angel.Paul.de castro,& Ioan.de Imol.
26 †Triplex est visus.quidam proprius,quando scilicet — triplex est visus.
aliquid inspicitur oculis corporeis.alius improprius,
vt ille qui sumitur pro omni sensu corporeo,iuxta no
tata per glo.iij.q.ix.cap.testes.& Cy.Bald.& Docto.
in l.testium.& Bald.in dicta l.solam.C.de testi.Quis
dam improprijssimus,vt qñ aliqd inspicitur oculo

intellectuali.l.quid tamen.§.si arbiter.ff.de arbi.l.si Titio,& mihi.ibi,placere videor. & d.l.cum,proponeretur.ff.de lega.ij.& l.licet Imperator.ff.de lega.j.cum similibus. Quod facit secundum prædictos Docto.q̄ si testis examinatus super articulo dicat contenta in eo esse vera,& sunt talia quæ per sensum visus potuit percipere.interrogatus vero de causa scientiæ dicat,quia video sic esse.nō probet:quia istud verbum, video, videtur referri ad iudicium intellectus,ex quo res nō erat in præsentia,& debent reddere ratione᷑ per sensum corporeum,vt l.qui in testamēto.§.fi.ff.de testa.Sensus vero corporis sunt quinq;,vt notauit gl.in l.quod meo.§ fi.ff.de acqui. posses.illud autē quod scriptum est in hoc tex.intelligi non possunt, &c.vtroq; mō potest sumi,vt hic intendit glo.facit quod habetur in tex.& gl. & per Bar.in l.coram.ū.ti.proxi.Gulid.Mainerius.

Quot sint sensus corporis.

Summarium.

1 ☞ Alteri stipulari,pacisci, vel contrahere, in cuius nō est potestate,regulariter nemo potest.
2 Alteri dari,cum sit factum,potest quis stipulari,si sua intersit.
3 Pœna adiecta potest quis alteri stipulari.
4 Alteri dari,licet à principio non intersit,sed postea,potest quis stipulari.& nu.5.
6 Alteri stipulans an saltem quærat naturalem obligationem.& nume.8.
7 Præter legem & contra legem quando quid dicatur.
9 Stipulans alteri quomodo debet verba concipere.
10 Procurator an stipulari debeat q̄ sibi detur,vel quòd domino.& nu.11.12.& 13.
14 Tutor & procurator an differāt in modo acquirendi pupillo vel domino.& nu.15.
16 Alteri in quibus casibus quis stipuletur.
17 Ascriptitij sunt liberi potius quàm serui.
18 Tabellio an alteri stipuletur in iudicialibus & extraiudicialibus.& nu.19.20.22.& 23.
21 Serui reipublicę non personis singularibus acquirūt, sed ipsi reipublicæ.
24 Alteri stipulari vel pacisci an q̄s possit iure canonico.
25 Renuntiatio euangelica an habeat locum,vbi quis alteri stipulatur.
26 Iuramentum an faciat vt alter alteri stipulari possit.

Nec paciscendo,nec legem dicendo, nec stipulādo quisq; alteri cauere potest.

ISTE tex.generaliter loquitur in pacto, conuētione,& stipulatione, per quos modos quis alteri acquirere nō potest.& ad hoc allegat̄ iste tex.in l.stipulatio ista.§.alteri.in j.glo.ff.de verb.obliga. & in l.quæcunq;.in j.ff.de actio.& obliga. † quia sicut
1 quis nō potest regulariter alteri stipulari, ita nec pacisci,nec cōtrahere,vt hic,& d l.quęcūq;.& alleg.§.alteri. & Insti.de inuti.stip.§.alteri.& §.si quis alij. in quibus iuribus colligit̄ ratio,quia inuētę sunt stipulatiōes,& obligationes,vt vnusquisq; sibi acquirat quod sua interest.& ideo si intersit stipulantis,aut cōtrahentis alteri dari vel fieri,valet stipulatio,vt explanat glo.in d.§. si quis alij.& §.alteri.vbi est valde bona glo.& Barto. & Doct.in d.l.stipulatio ista.§.si stipuler.vbi dicit Io. de Imo.hoc procedere nedum per stipulationem,sed etiam per aliū cōtractū,vt in isto tex.& ea.l.stipulatio
2 ista.§.Item si quis.† Et redditur ratio quare stipulator de dando alteri agere potest si sua intersit,quia dare alteri respectu stipulantis est factum,in obligationibus autem facti inspicitur an intersit,vel nō.l.liber homo. §.fin.& l.stipulationes nō diuiduntur.§.Celsus.ff.de verbo.obliga.& l.si quis ab alio.ff.de re iudi. Hoc ta-
3 men est † quòd si quis stipuletur alteri,& adijciat pœnam, valet stipulatio:quo casu non inspicitur an intersit stipulantis,vt dicto §.alteri.versicu.plane.quod debet intelligi,scilicet an intersit,vel non respectu principalis obligationis, vt ibi, sed bene debet inspici an intersit respectu pœnalis stipulatiōis. quia si illo respectu non interesset,non valeret stipulatio penalis sicut nec principalis:quia eodem morbo laboraret, secundum aliquos nouissimos.de quo plene vide per Bar. in l.ij.§.item si in facto.ff.de verborum obliga.& ibi Ioan.de Imol.& per gloss.in l.cum pœna.ff.de arbi.& l.aduersus.eo.titu.& sic vbi non valet principalis stipulatio,valet pœnalis.de quo per Bart.in l.ita stipulatus.in xij.oppositione primæ partis.ff.de verb.obliga.& per Bald.in l.non dubium.xiiij.oppositione.C.
4 de legi.& in l.pacta quæ contra.C.de pac. ¶ † Sciendum est etiam,quòd si tempore quo is alteri stipulatur dari,non intersit stipulantis, superueniente tamen interesse valebit stipulatio,vt dicit glo.in dicto §.alteri.super verbo,interest mea.& tenuit Cy.in l.pacto successorum.ff.de pac.& Barto.& Ioan.de Imo.in allegato §.alteri.fundant se per l.si remunerandi.§.si tibi.ff. man.& per §.quæsitum.in ea.l.stipulatio ista.quod facit secundum Ioan.de Imol.ad l.si rem meam.eo.titu. vt non habeat locum in casu in quo stipulatio à principio nō valet propter solum defectum interesse: quia vbi superuenit interesse, inspici debet tēpus illius interesse superuenientis,et nō tempus stipulationis,licet
5 Rapha.Cuma.tenuerit cōtrariū,scilicet † q̄ non recōualescat stipulatio propter superueniens interesse. ad quod alle.l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac.& d.l.si rē meā. & adducit rationem,quia qn̄ quis stipulatur alteri,habet animum alteri acquirendi.& hoc facere nō potest per iura allegata,& per istū text.Nec sibi acquirit,quia sua nō interest.sin autē superueniat interesse, non debet nasci obligatio:quia noluit sibi obligationē acqrere.nec alteri,quia nō potuit.& sic vendicat sibi locum illud quod dicitur, quod potui nolui,& quod volui implere nequiui.de quo in l.multū.in tex.& gloss.& per Docto.C.si quis alte.vel sibi.Sed hæc ratio nō bene quadrat:quia ꝓcedere posset vbi stipulator voluisset alteri stipulationē acquirere,secus vbi sibi,nō alteri voluit acquirere.quod in dubio præsumi debet secundū Doct.cū obligatio,& ꝓmissio cōcipiat̄ in personā stipulatoris,& sola illius executio in personā alterius. Nec obstat l.si rē meā.bene intellecta,imo potius probat oppositū cōtra allegātē,vel secūdū Io.de Imo.in l. existimo.ff.de verb.oblig.quandoq; deficit interesse ab initio ex eo,quia stipulator penes se habet illud quod stipulatur,vt quando stipulatur rem suā,licet possit desinere esse sua, & tunc stipulatio est penitus nulla, vt d.l.si rem meā.quoniā intus habet quod extra quærit,

rit,ideo lex sibi non subuenit nisi in tempore quo desi
nit esse sua,vt vult ille text. Interdũ deficit interesse ex
alio capite, & tunc valet stipulatio si superueniat in-
teresse,cum illius solius defectu nõ valeret stipulatio
à principio.Pariter non obstat.§. si tibi pactus.quia
ibi solum fit differẽtia secundũ intellectũ glo.ibi Bart.
& Docto.an pater stipuletur filio vt hæredi,an vt fi-
lio vel tanq̃ extraneo.& primo casu quæritur filio di-
recta actio:secũdo vtilis:tertio nulla:quia consideran-
do illum vt extraneũ non interest stipulãtis,quamuis
ille sit eius hæres,ideo non est recedendũ ab opinione
glo.Cy.Bar.& Io.de Imol.quæ est cõmunis,& quam
etiam tenuerunt Bar.& Bal.in l.j.in princ.ff.de pac.&
Bal.in l.j.C.per quas perso.nob.acqui.& in l.certi cõ-
dictio.§.quoniam igitur.ff.si cert.pet.pro qua opinio
ne facit l.quoties.in prima.ff.de seruitu.& ibi gloss.&
Bal.& Ioan.de Imo.in c.accedens.extra de præben.
6 †Sed quæstio est an stipulanti alteri quæratur saltẽ na
turalis obligatio.& glo.in d.versi.plane.in §.alteri.su-
per verbo,cuius nihil interest.vult quòd sic,quam ibi
sequitur Barto.Ange.vero tenuit contrariũ qui alle-
gat pro sua opinione text.in l.j.§.quod seruus meus.
ibi,nullius momenti.ff.de stipul.ser.& d.§.si quis alij.
& §.alteri.Insti.de inuti.stipu.vbi dicit tex.nihil agit.&
l.certi condictio.§.quoniã igitur.in verbo,nulla.ff.si
cer.pe.vbi idem tenet Bal.qui alleg.l.debitor.§ fin.ff.
ad Trebel.facit secũdũ istos l.si ita stipulatus.§.Chryso
gonus.ff.de ver.obl.ibi,obligationẽ nullã acquirere
possumus.Itẽ q̃a,vt dictũ est,q stipulatᷓ alteri,nõ videtᷓ
sibi acq̃rere.ergo citra cõsensum suũ nõ potuit q̃ri na-
turalis obligatio.ar.l.nõ ois.ff.si cert.pe.qua rõne Cu
ma.sequutus est opinionem Ang & idẽ Pau.de cast.
quia ista obligatio naturalis nõ posset esse alicuius bo
ni effectus dicto stipulanti,nec quo ad retentionẽ,nec
cõpensationẽ,iuxta l.etiam.ff.de cõpensatio.Promis-
sor autẽ si esset obligatus naturaliter,& solueret,repe
tere nõ posset,iuxta no.in l.j.ff.de condi.indeb.& l.cu
ius per errorem.ẽ.isto.tit.Sed opinio glo.& Bar.istis
non obstãtibus,videtur verior de iure,quam etiam se-
quuntur quidã nouissime:quia quãuis ista dispositio
legis isti stipulationi,pacto,vel cõuẽtioni nõ assistat,
tamen nõ resistit,vt vult glo.in d.§.alteri.super verbo,
conuenier,ita q̃ non est cõtra l.sed præter legem.dicit
7 enim ibi ipse Ange.†q̃ quãdo lex nõ prohibet aliq̃d,
sed ratio legis in eo nõ habet locũ,vt in casu isto,dicitᷓ
præter legẽ,& nõ contra legẽ.lex enim ista nõ prohi-
bet alteri stipulari,sed non assistit stipulationi eo quia
ratio quare inuẽtę sunt stipulationes locũ nõ habet in
stipulatione alteri facta,sed vbi non est resistentia le-
gis,quãuis lex non assistat,oritur naturalis obligatio.
l.j.in fi.& ibi Bart.ff.de nouatio.functa l.obligari.in
prin.ff.de auto.tu.facit l.si non sortem.in princi.& ibi
Bar.ff.de condi.indeb.& ipse Barto.in l.cum lex.§.j.si
quis pro eo.in sexto mẽbro.ff.de fideic.Continet em̃
hæc stipulatio cõsensum duorũ,ergo debet oriri natu-
ralis obligatio.l.j.ff.de pac.cũ similibus.& intelligi de
8 bet † q̃ acquiritᷓ naturalis obligatio stipulãti,sed nõ al
teri.& ita intelligãtur iura in cõtrariũ alle.per Ang.&
Bal.& sequaces suos,qui intelligunt q̃ nõ oritur obli
gatio,scilicet efficax si nõ intersit stipulãtis.& etiã de-
9 bet intelligi,† quòd oritᷓ naturalis obligatio,q̃n verba
stipulatiõis obligatiua fuerunt concepta in personã
stipulantis,vt quia dictum fuit,promittis mihi quòd
dabis Titio decem:quia tũc constat,q̃ voluit stipula-
tor promissorẽ sibi obligare.& sic cessat argu.Cuma.
aliud esset si diceretur,promittis Titio q̃ sibi dabis de-
cem:quia tũc inutiliter & nulliter stipulatᷓ.facit quod
habetᷓ in d.l.stipulatio ista.§.si quis insulã.& l.liber ho
mo.eo.ti.& hoc tenet gl.in d.§.si stipuler.super verbo,
fieri.qđ isto casu verũ est,si stipulãtis intersit.p d.l.quæ-
cunq̃.ff.de actio.& obli.in princ.quod cõiter tenetᷓ,&
tenet glo.in l.ij.C.de inutil.stipul.vbi Salice.idẽ dicit
scilicet stipulationẽ,cuius obligatoria verba concipiũ
tur in personã alterius,nõ valere etiam si stipulãtis in-
tersit,nisi in casibus in quibus stipulari potest quis al
teri,notatis per gloss.in d.§.si quis alij.Insti.de inutil.
stipul.& iuribus hic in glo.alle.Et ex istis videtᷓ resolu-
tiue dicendũ,quòd q̃n quis alteri stipulatᷓ,licet verba
obligatiua cõferantᷓ in personã ipsius stipulãtis,& exe
cutiua in personã alterius nõ tamẽ tenet stipulatio nisi
intersit stipulãtis.propter quod voluit Ange.in d.§.si
10 stipuler.† quòd si ꝓcurator stipuletᷓ dari domino vel Si procurator stipuletᷓ.
fieri,nõ tenet stipulatio,nisi intersit ꝓcuratoris.secus
si verba obligatiua,& executiua cõferret in personam
suã,vt quia diceret,promittis mihi dare,vel facere no
mine ꝓcuratorio talis dñi:quia valeret stipulatio etiã
si procurator nõ habeat interesse:quia isto casu nõ sti-
pulatur alteri,sed sibi,& sibi acquirit,licet dño cedere
teneatᷓ & ita dicit Ang.quosdam tenuisse,quos nõ no
minat,fundãt tamẽ se per tex.l.eum qui.§.Iulianus.lo
ij.ff.de consti.pec.vbi videtur expressum secũdũ Ang.
qui hanc opinionẽ sequitᷓ.Bar.vero in d §.si stipuler.
11 sentit cõtrariũ,scilicet † q̃ vbi etiã interest procurato-
ris stipulãtis,nihilominus teneat stipulatio,q̃n verba
stipulationis obligatiua cõferuntᷓ in personã suam,&
executiua in personã dñi.sed vt dicit Io.de Imo.contra
Bar.videtᷓ tex.in d.§.si stipuler.qui vult q̃ qui alteri sti
pulatᷓ,si sua intersit,agit ex stipulatiõe,& debet intelli-
gi de eo qui cõcipit verba obligatiõis in personã suã,
& executiua in personã alterius.Nec põt intelligi,vbi
obligatio,& executio cõferuntᷓ in personam dñi:quia
tũc stipulatio esset nulla,etiã si interesset stipulãtis,vt
11 dictũ est.† quia vbi nõ interest stipulãtis verba obli-
gatiua cõcepta in ꝑsonã ipsius,& executiua in ꝑsonã
alteriꝰ nõ faciũt stipulationẽ valere.dicit tñ Io.de Imo.
q̃ intẽtio Bar fuit ista,quã dicit Ang.videlicet q̃ va-
leat stipulatio ꝓcuratoris eo casu quo ipsius stipulan
tis intersit,& nõ aliàs,vel si Bar.voluerit stipulationẽ
prædictam valere etiam si ꝓcuratoris stipulãtis nõ in-
tersit,videtᷓ posse dici stipulationẽ nõ valere:q̃a procu
rator tenetᷓ cedere dño.sed hoc dicere nõ est tutũ secũ
dũ ipsum de Imo.quia si nõ intersit ꝓcuratoris,nõ ac-
quirit sibi actionem ex illa stipulatione,ideo non po-
test illam cedere:quia nemo potest cedere vel trãsferre
quod nõ habet.l.traditio.ff.de acqui.re.do.& l.nemo
plus iuris.ẽ.isto tit.ideo dicit ipse stipulationem pro-
curatoris valere,si habeat mandatũ etiã generale:quia
sibi videtur data potestas acquirẽdi,ideo eius interest,
vel etiam valet stipulatio,quam facit habens speciale
mandatũ,quando stipulatur circa ea quæ sunt annexa
mandato.generale enim mandatum,& speciale in hoc
æquiparantur,vt notat Salice.in l.solutum.§.per libe
ram.ff.de pignorat.acti.Sed vide melius,& plenius
Bartolum & Ioan.de Imol.in l.qui mihi donatum.
ff.de donatio:& l.si rem.vbi text.gloss.& Docto.ff.de
vsuris.& per glo.in l.si ego.ff.de nego.gest.& l.si ego.

ff.si cer.pet.extra vero ea non valet stipulatio si stipu-
lantis non intersit nisi ratihabitione sequuta: ea tamen
sequuta valeret, quia æquiparatur mandato, vt l.fina.
C.ad Macedo.facit l.si inter.in princi.ff.de pigno. vel
etiam, vt dicit Angel.recitatus per Ioan. de Imol.sunt
aliqui casus speciales in quibus procurator quærit do
mino, scilicet quando stipulatur rem domini, vt l.pe.
C.ad exhiben.vel si stipuletur ex re domini, vt l.quod
procurator ex re.ff.de procura. Idem etiam si prætoria
sit stipulatio, vt l.in omnibus.la prima.ff.de præto.sti
pul.& similiter si dominus sit præsens, vt l.si procura-
tori præsentis.ff.de verbo.obliga.& in l.Iulianus.§.si
procurator.ff.de actio.emp.& vendi.not.in dict.l.mul
tum.C.si quis alte.vel sibi. in quibus locis, vide doct.
& gloss.& Docto.in l.j.ff.de stipu.ser.& in dicta l.j.C.
per quas perso.nob.acqui.& per Innocen.& Docto.
in allegato c.accedens.extra de præben.& glo.in l.da-
mni infecti stipulatio cōpetit.§.fin.ff.de damno infec.
& Barto. & Docto.plenissimè in dicto §.si stipuler.
vbi vltra prædicta glo.videtur velle, quòd quando tu
tor pupilli, vel curator furiosi vel similis persona, vt
actor vniuersitatis confert verba obligatiua, & exe-
quutiua in personā pupilli, furiosi, aut vniuersitatis,
tenet stipulatio.& illam gloss.sequitur Barto.& post
eum Angel.per text.l.eum qui.d.§.Iulianus.versicu.si
actori.ff.de consti.pec.& l.ij.C.quando ex fac.tu. Idē
13 voluit gloss.in fi.magnæ glo.in dicta l.multum.† Sed
Iacob.de Aret.tenuit stipulationē non valere nisi saltē
verba obligatiua in psonā tutoris, curatoris, vel acto
ris cōferanī.pro quo facit d.l.quęcūq;.& d.§.p liberā.
& allegatus §.si stipuler.vbi videtur probari, q tutor
debet sibi stipulari ad vtilitatē pupilli: quia sibi acqui
ritur obligatio, non autem pupillo, & quādo interest
ipsius tutoris.nō obstat d.versi.si actori.quia ibi ver-
ba exequutiua conferuntur in personam pupilli tan-
tum, non autem obligatiua.& si dicatur, quòd in dict.
§.Iulianus.& suis versi.fit differentia inter procurato-
rem & tutorē, & sibi similes, sed procurator, vt dictū
est, potest recipere constitutū vel stipulari conferendo
verba obligatiua in suam personam, & exequutiua
in personam domini, ergo vt sit differentia, tutor & si-
bi similes debent hoc posse conferēdo omnia in perso-
nam pupilli, furiosi vel municipū. Sed certe iste §.Iu-
lianus.non facit hanc differentiā, imo expresse dicit q
nisi verba obligatiua, & executiua cōferantur in per-
14 sonam procuratoris nō tenet cōstitutū.† Et sic erit dif
ferentia inter procuratorem, & tutorem, sibiq; similes,
quia procurator non poterit recipere cōstitutum nisi
omnia verba conferat in personam suā, sed tutor & si-
miles poterunt conferēdo verba obligatiua in perso-
nam suā, & executiua in personā aliorū. vel secūdū ali
quos aliud est in cōstituto de quo ibi, & aliud in stipu
latione: quia cōstitutū est de iure prætorio, & in pręto
rijs facilius quæritur alteri per alterū quàm in alijs, vt
d.l.j.de stipul.ser.in prin.& l.quoties quis.ff.de verbo.
oblig.quia stipulationes sunt stricti iuris, & procedūt
per rigorē, vt d.l.quęcūq;.vel vt dicit Ioā.de Imo.in d.
§.si stipuler.post Bal.quē recitat tenēdo opinio.Iaco.
de Are.satis est differētiæ inter pcuratorē, & tutorem
sibiq; similes: quia si tutor, & sibi cōsimiles stipulan-
tur sibi dari pro illis, & sic verba obligatiua cōcipian-
tur in personas suas, & executiua in alios, valet stipu-
latio etiam si stipulantiū nō intersit.secus in procura-
tore, nisi in casibus superius dictis, & notatis per glos.
in d.§.si quis alij.Insti.de inuti.stipu.& idē sentit Ang.
15 in d.§.si stipuler.† Addit etiam Io.de Imol.aliam diffe
rentiam: quia tutor, & similes acquirunt illis, in quos
verba executiua conferūtur, vtilem actionē sine cessio
ne, vt d.ver.si actori.& d.l.ij.C.quādo ex fac.tu. Secus
in procuratore, nisi in casibus specialibus, de quibus
in d.§.si quis alij. Et est ratio diuersitatis quā assignat
Salice.in d.l.eum qui.§.item si mihi.ff.de constitu.pe.
quia maior est potestas tutoris in pupillum, vel cura-
toris in furiosum quàm procuratoris in dnm, qui nul
lam habet.& si dicatur q actor municipum in eos pa
riter nullam habet potestatē, & tamē quærit vtilē mu-
nicipibus sicut tutor pupillo.Respōdet Sali.quòd hoc
ideo est, quia isti omnes, pupillus, furiosus, & munici
pes necessario regūtur per alios, quod nō est in dño re
spectu procuratoris.vel dici pōt q pcurator secūdū
suam naturā agit sibi quærere, licet nomine procura-
torio, nec aliter potest propter mādatum ad hoc susce
ptū, sed alij agūt quærere alteri, qd' possunt ex māda-
16 to, & dispositione legis, secūdū eum.† Hæc autē regu
la fallit in casibus multis, vt patet in iuribus hic alleg.
in glo.& positis per glo.in d.§.si quis alij. Insti. de in-
util.stip.& per Bart.post Guliel.de Cun.in d.§.si sti-
puler.vbi est vnus casus fallentiæ, scilicet vt dictū est
quando stipulator habet interesse, vt ibi cum concor.
Item fallit quando quis stipulatur ei cuius iuri subie-
ctus est, vt filiusfa.seruus, & monachus, vt in d.§.alte-
ri.vbi Doct.& facit quod habetur in d.l.j.§.si fructua
rius.ff.de stipul.ser.vbi per Ioan.de Imol.post Bartol.
Et est ratio fallentiæ in his casibus: quia filius eadem
persona reputatur cum patre.l.in suis.ff. de liber.&
posthu.& l.fin.C.de impub.& alijs sub.& seruus cū
domino.l.si Pamphilo.ff.de opti.leg.& monachus
non sibi, sed monasterio acquirit, in authē.ingressi.C.
de sacrosanct.eccle.& cap.cum ad monasterium.extra
de sta.mo.dicit tamen Bal.in l.j.C.per quas perso.no.
acqui.q hoc procedit quando stipulātes sunt subditi
respectu ptātis, & acqsitionis, secus si sint capaces acq
sitiōis in propria persona, vt sunt liberti & ascriptitij.
17 † Tales enim ascriptitij, & similes, de quib' loquit glo.
magistra sup rubr.C.de agri.& censi.lib.xj.nō sunt ser- de liber
ui, sed liberi, vt est tex.& ibi gl.ij.in c.ij.extra de Iudæ. tis et a-
& not.per gloss.super rubr.in verbo, artificibus.ff. de scripti-
ser.fugi.quod tamen dicunt ibi Docto.esse verū scili- tijs.
cet q nō sunt serui simpliciter, sed secūdū qd. quo mō
loquēdi vtitur gl.in l.cū satis.§.cū aūt.C.de agri.& cē
si.quę vult tales ascriptitios posse testari inter suos, nō
inter extraneos. Et idē dicit in l.ij.C.in quib.cau. colo.
censi.&c.& Spec.tit.de instru.edi.§.cōpendiose. vers.
quid de ascriptitio.glo.tamen Insti.de iu.per.tenet sim
pliciter eos posse testari.sed intelligenda est secundum
alias glossas, vt voluit egregiè Bal.in l.j.C.de hæred.
decurio.& facit gloss.in l.vnica.C.vnde vir & vxo.di
cit tamen Hostien.in summa de nat. ex libe.ven.quòd
in pluribus locis est consuetudo, q si talis ascriptitius,
vel colonus decedat sine filio vel descēdētibus, dñs po
test omnia occupare iure peculij. accedat id qd' nota.
Spec.ti.de feu.§.j.versi.xix.Consuetudinibus enim pa
triarū ista regūtur, quæ sunt notāda.cæteros casus vi-
18 de prosequutos per glo. & Docto.vbi s. † Aduerta-
tis tamen quòd inter istos casus glo.in d.§.si quis alij.
tenet q tabellio pōt alteri stipulari.& idem tenet glo.
in l.

in l.ij.ff.rem pupil.sal.fo. & in l.j.§.exigere.ff.de ma-
gist.conuenien.& gloss.in l.peto.§.fratre.quæ incipit,
publico seruo.& alia gl.in l.cũ pater.§.Titio.quę inci-
pit, quo casu.ff.de lega.ij.& glos.in l.Caius.ff.de vsur.
19 † Hoc tamen dixerũt multi esse verũ in iudicialibus &
prætorijs stipulatiõibus: secus in cõtractib⁹ extraiudi
cialibus.hoc sentit Inn.in c.dudũ.extra de cõuer.cõiu.
& glo.Io.And.in c.quãq̃.extra de vsur.lib.vj.& dicũt
q̃ nulla lex dicit q̃ tabellio in istis extraiudicialibus
posit alteri stipulari: ideo standũ est isti regulæ quòd
alteri per alterum nõ quęritur actio sine cessione. Dy.
verò tenuit opinionẽ prædictarum glo.per iura supe-
rius alleg.& per §.ex his.in aut.de hære.ab intes.colla.
ix.& in authent.vt sine prohi.ma.debi.§.quia vero
coll.vij.& authen.generaliter.C.de epis.& cleri.& aut.
libellum.C.de litis contes.& l.nõ enim aliter.ff.de ado
ptio.Sed alij tenentes cõtrarium dicunt,quòd illa iura
loquuntur quando in iudicio interuenit promissio.
Addentes,quòd officiũ tabellionatus non est princi-
paliter inuentũ ad stipulandũ,sed ad scribendũ & redi
gẽdũ in scriptis, quæ vident,& audiũt,& sunt rogati.
& nisi deputẽtur à iure vel iudice,rediguntur ad instar
priuatorũ.Ad quod facit qd' no.Inn.in c.qm̃ cõtra fal
20 sam.extra de proba.† Opinionẽ glo.& Dyn.sequitur
Bar.in d.l.ij.ff rem pup.sal.fo.ex eo quia stipulatiões
conuẽtionales,& prætoriæ extra iudicium interpositę
videntur æquiparari,sed per stipulationẽ prætoriam
extra iudiciũ interpositam tabellio nobis acquirit,vt
Inst.de satisda.§.si vero aliquis.& hoc quãdo stipula
tur tanq̃ publica persona,quod semper pręsumit, vbi
tanq̃ notarius stipulatur,per l.fi.ff.de instito.& l.cum
post mortẽ.§.j.ff.de admi.tu.& hęc fuit etiam opinio
Guliel.de Cun.& Raine.quibus Iaco.Butr.& Guido
de Suza.cũ suis sequacibus contradixerũt dicentes, q̃
text.in d.l.nõ enim aliter.de adoptio.& d.l.Caius.de
vsur.& verba prædictarum glo.quę loquunt de seruo
publico,non debẽt intelligi de tabellione,sed de seruo
De seruis rei publicæ. reipublicæ, de quo loquit l.j.§.seruũ municipum.ff.
de quæstio.& l.j.& ij.C.de ser.rei pub.manumit. tales
enim dicuntur posse alijs stipulari,secundum Alberic.
21 In d.l.non enim aliter.istud est falsum: † quia per tales
seruos nõ quæritur personis singularibus,sed reipubli
cæ,vel vniuersitati,vt dictis iuribus,& l.in tantũ.§.vni
uersitatis.ff.de re.diuis.Imò q̃ debeat intelligi tabellio
seruus publicus,tex.est qui nõ potest cauillari,Insti.de
adoptio.§.cũ autẽ.ibi dum dicit tex.psonæ publicę,i.
tabulario.ideo ipse Albe.quicquid dicãt oppositum
22 tenentes,credit † q̃ in omni actu,& cõtractu etiam ex
traiudiciali posit tabellio alteri stipulari,& acquirere.
ideo dicit seruus publicus,qa publicẽ seruit,vt d.gl.in
d.§.cũ aũt.vnde lex voluit inducere aliquã specialitatẽ
in tabellione.nõ esset autẽ spãlitas aliqua si nõ posset
in oĩbus stipulari,quia in pręstorijs & iudicialibus qui
libet etiã nõ tabellio potest acquirere,vt d.l.in oĩbus.
ff.de præto.stipul.& l.fi.ff.si quis cautio.& ita dicit ser
uare cõsuetudinẽ.Sali.verò in d.l.Caius.ff.de vsur.re-
citat concordiã opinionũ ab aliquibus positã dicen-
tibus,quòd vbi tabellio stipulat sibi,vt publicæ per-
sonæ recipiẽti vice & nomine illius ad cuius vtilitatẽ
stipulatur,valet stipulatio illo ratũ habente,cuius no-
mine & vice stipulatur,quia illius negotium gerit:sed
non valet si notarius nõ sibi,sed alteri directo stipule-
tur,vt dictis iuribus.Bal.autem in l.j.alle.C.per quas
23 perso.no.acqui.& ipse in d.§.exigere.inclinãt † quòd
de mero iure tabellio non quæreret alteri sine cessione
nisi esset consuetudo quæ seruat cõmuniter q̃ ex con-
tractu tabellionis quæratur actio sine cessione,in tan-
tũ q̃ etiã vno momẽto nõ remanet actio penes ipsum
notarium:quia si resideret,non posset ipsemet de iure
suo conficere instrumentũ.l.exemplo.C.de probatio.
& l.inter chartulas confiscati.C.de conue.fis.debi.lib.
x.facit quod not.in l.generali.C.de tabula.co.xi.& Ins-
stit.de satisda.§.si verò aliquis.Ad eundẽ enim notariũ
solum nudum ministeriũ,& nõ cõmodum dicitur per
tinere.& ita residet.Vide Ioan.Fabr.circa hoc in d.§.si
quis alij.& ipsum in procemio Inst.ver.hoc hortor.&
quæ habent in l si quis donaturus.ff.de vsufruct.vbi
videtur tex.quòd vsitata in stipulationibus seruanda
24 sunt:ideo consuetudo debet seruari.† ista autem regu
la,an procedat de iure canonico,sunt opiniones.nam
Ange.in d.§.alteri.tenet quòd sic,sed ipsemet tenet con
trariũ in l.j.ff.de pac.per ea quæ notant per glo.& Do
cto.in c.j.extra de pac.vbi cõmuniter dicitur,q̃ ex pa-
cto nudo oritur actio de æquitate canonica.superius
enim dictũ fuit q̃ ex hac stipulatione quæritur stipulã
ti naturalis obligatio,ideo illa potest corã ecclesiastico
iudice deduci,per not.in d.c.j.Et pro ista opinione est
glo.quę reputatur singularis in c.quoties cordis ocu-
lus.q.vij.cũ qua communiter trãseunt Docto.vt dicit
Io.de Imo.in d.§.si stipuler.sed ipsemet in d.§.alteri.te-
net cõtra illã glo.quia sicut iure ciuili non auditur nisi
ille cu⁹ interest,vt d.§ si stipuler.& l.j.in pri.ff.de app.
rec.vel nõ. ita nec iure canõico,vt ij.q.vj.c.nõ solẽt.&
extra de elect.c.cũ inter R.seniorẽ.& idẽ voluit Panor.
in c.si cautio. extra de fide instr.& pro hoc contra illã
glo.alleg.tex.in d.c.quãq̃.extra de vsur.libr.vj.vbi in
facto etiam vsurario requirit persona publica ad susci
piendũ stipulationẽ.& idẽ notauit ipse in c.fi.extra de
confes.dicit tamẽ Ioan.de Imo.in d.§.alteri. illã gloss.
saluari poss. in foro conscientiæ, in quo promittens
debet seruare promissa.sed in puncto iuris secus vide-
tur secundum eum:quia iura allegata per glo.in dicto
cap.quoties cordis oculus.bene visa,& ponderata nõ
probant intentionem suam.putat etiam ipse de Imol.
25 † quòd posit de iure canonico agi per viam denuntia
tionis euangelicæ ex tali stipulatione, quod tenere
videtur Bartol.in extrauaganti,ad reprimendum.su-
per verbo,denuntiationem.quod satis videtur æquũ
postq̃ oritur naturalis obligatio,vt dictum est,pro
qua procedit denuntiatio euangelica,per no.per Do-
cto.in cap.nouit.extra de iudi.& per Bald.in authen.
ad hæc.C.de vsuris.dicunt autem Docto.& etiam
26 vult dicta gloss.in dicto capit.quoties.† quòd vbi in
promissione ista interuenirет iuramentũ, stipulator
agere posset etiam sine forma denuntiationis euange-
licæ,ad hoc vt promissor cogeretur seruare iuramẽtũ,
cum posit seruari sine interitu salutis æternę,vt in ca.
si vero.extra de iureiurã.cum similibus. & hoc firmat
Bart.in l.si quis pro eo.in sexto membro.ff.de fideius
so.quia lex non resistit dictę obligationi,licet illi nõ as-
sistat, vt superius dictum fuit.Et idem tenet do.Bene-
dict.in capite,cum contingat.extra de iureiurando.in
octauo membro,post Anto.de Butr.& Ioan.de Imol.
in dicto c.cum contingat.in sexto mẽbro.& per Rai-
mundum de Planaforti in summa de periurio.circa
fi.tale enim iuramentum obligat iurantem, sicut &

stipulatio poenalis, vt superius dictum est per dict. §. alteri. versic. plane. & in l. nuda. C. de contr. & cõmit. stipu. & ita potest intelligi in glos. in c. quoties cordis oculus. & no. per Spec. tit. de lega. §. nũc ostẽdendum. versi. xxiij. circa fi. vbi inter caetera dicit iuramentum esse de iure naturali, per c. & si christus. extra de iureiur. tale enim iuramentũ videtur praestitũ deo, vt in c. debitores. extra de iureiu. dei verò praesentia supplet absentiam alterius, vt l. properandum. §. sin autẽ reus. C. de iudi. & ad premissa facit illud, quod no. Bal. in aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. vltima colũna. vbi alleg. gl. d. c. quoties cordis oculus. quã etiã ipse alleg. & sequitur in l. pactum. C. de colla. q. ix. & Pet. de Ancha. in cle. j. extra de vsur. q. iiij. & ista sunt notãda, vt etiã de rigore iuris seruet dicta glo. in duobus casibus, scilicet vbi iurat. & secũdo sine iuramento per viã denũtiationis euangelicę, quia inter simplicem loquelã, & iuramentum deus non facit differentiã. xxij. q. v. ca. iuramentum. & istud tenet Panor. in d. c. si cautio. quẽ pro clariori doctrina latius vide, & circa hoc notata in d. c. nouit. extra de iudi. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Alteri per alterũ nõ debet iniqua conditio afferri.
2 Iustitiae commendatio.
3 Colonus rem negligens vel prodens non praeiudicat domino. & nu. 4.
5 Possessionem acquisiturus potest alter alteri praeiudicare, secus in seruante.
6 Colonus quando possit domino praeiudicare in possessione.
7 Seruus potest prodesse domino, nõ obesse, nisi in casibus. & nume. 11.
8 Clericus seipsum percutiens an sit excõmunicatus.
9 Membrorum suorum nemo est dominus.
10 Seruus in re peculiari praeiudicat domino.
12 Monachus an magis aequiparetur seruo q̃ filio. & numero 13. & 15.
14 Monacho instituto adire nolente an monasteriũ adeat & excludat substitutum. & nu. 16.
17 Monachus & seruus in quibus differant, & parificentur. & nu. 18. & 19.
20 Filius non potest pacisci in praeiudicium patris.
21 Debitores nõ possunt pacisci in pręiudiciũ creditoris.
22 Pactum inter futuros successores quomodo valeat.
23 Alienans rem dolo malo causa iudicij mutandi tenetur aduersario ad interesse.
24 Ecclesia interpretatur aduersarius durus.
25 Agrum suum non licet meliorem facere vicino deteriorando.
26 Filia in dote profectitia non potest officere patri.
27 Adulterãte filia an pater perdat dotẽ. & nu. 28. & 29.
30 Mater non potest infantem exhaeredare ob patris ingratitudinem.
31 Filij quomodo puniantur pro patre in crimine haereseos & laesae maiestatis. & nu. 32.
33 Filius an propter delictum patris priuetur feudo. & numero 34. 35. 38. & 45.
36 Emphyteota faciens rem cadere in commissum quando noceat filijs. & nu. 37. 38. 39. & 43.
40 Feudorum natura instar patrimoniorum.
41 Patris delictum quando noceat filijs. & nume. 42. 43. 45. & 48.
44 Emphyteosis debet confiscari saluo iure proprietatis domini directi.
46 Feudum in crimine laesae maiestatis non applicat. fisco, sed ad dominum reuertitur. & nu. 47.
49 Iudici dans pecunias, vt liberetur à crimine falsò imposito, potest repetere.
50 Auaritia est in iudice maximè reprehensibilis.
51 Iudex delinquens in officio potest simul & semel ciuiliter & criminaliter puniri.
52 Fideiussor qui soluit pro condẽnato potest à iudice maleficiorum implorare, vt seruetur indemnis.
53 Minantem sibi quando quis possit mox interficere.
54 Defensio violenta an sit permissa iure diuino.
55 Inculpata tutela quae dicatur.
56 Interficere quis aliũ potest anteq̃ patiatur se percuti.
57 Occidere quem licet pro rerum suarum defensione in foro contentioso. fallit in clerico.
58 Moderamẽ inculpatae tutelae circa quae consideretur. & nume. 65. & 66.
59 Arma quae dicantur.
60 Armorum idem genus non requiritur ad inculpatã tutelam.
61 Armis inuasus in dubio praesumitur non posse se sine armis defendere.
62 Inuasus si euitare potest, tenetur.
63 Fugere an quis non debeat. & nu. 64.
67 Defendendo si quis excedat modum, quomodo puniatur.
68 Defendendo quando liceat modum excedere.
69 Dolose modum defensionis excedens punitur.
70 Dolus quid.
71 Vulneratus si vulnerantem fugiẽtem sequitur & vulneret, an puniatur.
72 Lata culpa an puniatur in modo defensionis.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

CONFORMITA- tem habere videtur cũ ista regula illa quę ponitur extra eo. titu. c. non debet aliquis alterius odio praegrauari. libr. vj. † quia vbi quis alterius odio grauaret, alteri per alterum iniqua cõditio afferretur. quod vt dicit hic glo. esset contra iustitiam quę vnicuiq; ius suum tribuit, vt l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & Insti. eo. tit. in princip. & contra praecepta iuris & maxime contra mediũ quod est alterum non laedere, vt dictis iuribus. §. iuris praecepta. † Summum enim in rebus bonũ est colere iustitiam. xij. q. ij. c. cũ deuotissimam. remota nãq; iustitia nil aliud sunt regna quàm latrocinia, secundum Augu. lib. iiij. de ciuitate Dei, cap. iiij. & ipsa iustitia sine personarũ acceptione reddi debet, in c. nouit. versi. sed forsan. extra de iudi. & cap. in iudicijs. extra eo. tit. lib. vj. & c. nuper. extra de do. inter vir. & vxo. facit c. ex tenore. de foro cõpe. cum similibus. in iudicijs enim nihil habere debet locum nisi iustitia, vt dicit text. in l. eos. §. j. C. de appel. & in omni gente acceptus est deo, qui facit iustitiam. extra de Institutio. c. ad decorẽ. facit

quod

quod habetur in authen. vt omnes obed.iudi.pro-
uin.in princ.collat.v.& non dicitur iudex aliquis,
niſi ſit in eo iuſticia.xxiij.quæſt.ij.c.iuſtum. vbi per
Archi.& xxiij.q.j.c.vbi ſana fides.& per Albe.in
dicta l.iuſticia. Declarari autem poteſt hæc regula
per multa exempla poſita in corpore iuris. Primo
ſecundum gloſ.hic,per l.ex libris.§.ſi autem.C.de
3 acquir.poſ.†vbi tenẽs rem alieno nomine vel poſ-
ſidens negligendo vel prodendo nõ præiudicat do
mino,licet teneatur ei actione mandati vel alia de-
ſcendente ex contractu inter eos inito. & ponit ibi
Bal.exẽplum de negligentia,quando quis locat ali-
cui agrum, quem putat à conductore laborari vel
coli,ipſe vero conductor hoc negligebat facere,&
4 quilibet agrũ poterat intrare.†De proditiõe vero
dat exẽplum in colono recedente,ad hoc vt aliquis
alter illum ingrederetur,& illius contẽplatione co-
lonus receſsit de fundo, ſicut in ſimili in l.ſi quis
Barbaris.C.de re mili. lib.xij.& iſtis caſibus domi
nus per factũ illius coloni vel conductoris nõ per-
dit poſſeſsionem ſuam.& rationẽ reddit Sali.in di
cta l.ex libris.per iſtam regulam,ne alteri per alte-
rum iniqua conditio afferatur,vt hic.& in l.memi
5 nerint.C.vnde vi. † quod procedit in poſſeſsione
quæſita ſeruanda. In acquirẽda autem poteſt alteri
per alterũ præiudicari.Ratio diuerſitatis eſt ſecun-
dum Salic.vbi ſ.quia primo caſu tractatur de da-
mno vitando,in ſecundo de lucro captando,quo-
6 rum nõ eſt eadem ratio,vt l.fi.C.de codicil. †Sunt
tamen aliqui caſus , in quibus per colonũ domino
præiudicium afferri videtur in ſua poſſeſsione, vt
quãdo colonus deijcitur à poſſeſsione vel illã poſ-
ſeſsionem naturalem alij verè tradit, de quibus in
l.ſi colonus. & l.ſi de eo.§.ſi fortè.& l.peregrè. §.
quibus.ff.de acquir.poſ. vbi per Bar.& Docto.di-
centes,quòd etiam in illis caſibus non affertur ini-
qua cõditio vel præiudicium domino per factum
coloni quo ad effectũ: quoniam domino datur re-
medium,ſcilicet cõdictio ex dict.l.ex libris.pro re-
cuperanda ſua poſſeſsione.vide ibi,& in locis alle-
gatis per Docto.Secundo exẽplificat gloſ.hic,de l.
tranſactione matris.C.de tranſacti. vbi tranſactio
matris ſuper ſuo ſtatu nõ nocet filijs ſuis. & ibi gl.
reddit rationẽ per iſtam regulam.Status enim libe
rorum ex contractu matris non læditur.facit quod
7 habetur in l.poſt certi.C.de libe.cau.†Aliud exem
plum ponit gl.de l.ſeruus.C.de pact.vbi ſeruus po
teſt prodeſſe domino,ſed nõ obeſſe in iure quæſito,
quod eſt verũ in re dominica,niſi in ſeipſo in duo-
bus caſibus , qui ſunt facti & non iuris,vt ibi not.
per gl.Bald.& Doct.puta ſi ſeruus delinquat vel ſe
præcipitet aut occidat. l.aut damnũ.§.ſeruos. ff.de
pœnis.& l.ſed ſi damnum.§.ſi ipſe.ff.de pecul.quia
ſeruo naturaliter in ſeipſum ſæuire licet, vt ibi di-
8 cit tex.qui allegatur,†quòd clericus ſeipſum percu
tiens non ſit excõmunicatus.ſed in contrariũ facit
l.cum autem.§.excipitur.ff.de ædil.edict.& l.fi.§.ſi
quis.verſ.Adrianus.in fin.ff.de bo.eo.qui mor.ſibi
conſciue.& l.omne delictum.§.qui ſe vulnerauerit.
ff.de re mili.& hoc verius eſt,quòd ſit excõmunica
tus,per c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.ſecundũ Albe.
in d.§.ſi ipſe. qui allegat not.per Archi.xxiij.q.v.
cap.de occidendis.in fin.cum c.ſeq.& ad tex.d.§.ſi

ipſe.vbi tex. dicit,licet ſæuire,i.licitũ eſt.dicit hoc
verum de facto,ſed non de iure,vt ibi dicit gloſ.&
9 Archi.vbi ſ.†Nemo enim membrorum ſuorũ do
minus eſt.l.liber homo.la j. ff.ad legem Aquil.Imò
ſi quis ſibi manus intulerit,nõ poteſt promoueri ad
ordines ſacros, & ſi ſit promotus eijcitur, vt dicit
Alber.in d.§.excipitur.allegat Gofr.ita tenuiſſe in
ſumma de corpore vitiatis. §.in ſumma ſciẽdũ eſt.
& idẽ tenet Hoſti. in ſumma illius tit.§.& qui im-
pediat.facit quod habetur in c.ſignificauit. eod.ti.
per gloſ.& Doct.& lv.diſt.c.ſi quis abſciderit.& c.
10 qui partem. † In re verò peculiari regulariter ſer-
uus præiudicat domino quatenus eſt in peculio,
niſi in ſeptem caſibus explanatis per gl.& Docto.
in d.l.ſeruus. facit in ratione ſui l.debitor.§. ſeruo.
11 ff.de leg.ij.†Poteſt etiam ſeruus præiudicare domi
no in iure per eum acquirendo,vt in l.cum propo
nas.C.de hæredi.inſtit. vbi hæreditas delata ſeruo
nõ poteſt acquiri domino,niſi per ſeruum adeatur
iubente domino,& tamẽ ſeruus etiam domino iu-
bente poteſt nolle adire,& facere locum ſubſtituto
vulgari.ſeruus enim retinet ea quæ ſunt volũtatis,
vt ibi eſt tex.& Inſtit.de ſtipul.ſer. §.ſed cum factũ.
& not.Bal.in l.ſed & ſi quid.in prin.ff.de vſufruct.
12 †quod nõ eſt in monacho , qui nõ habet velle nec
nolle. xij.q.j.c.nolo.& cap.non dicatis.licet Innoc.
æquiparet eum ſeruo,in c.cùm olim.lo ij. extra de
priuileg.& pro eius opinione facit illud quod not.
in l.ſi longius.§.j.ff.de iudi.per gl.& Docto.& in l.
cum hæredes.§.fi.ff.de acquir.poſ.& per Bar.in l.j.
§.ſi fructuarius.ff.de ſtipu.ſer.Bar.tamen in l.j.ff.de
13 vulg.& pupil.ſubſtit.†æquiparat monachũ magis
14 filio quàm ſeruo.Ideo ibi vult,†quòd ſi monachus
inſtituatur hæres dato ſibi ſubſtituto vulgari, ſi ipſe
nolit adire,monaſteriũ adire poterit,& præcludet
viam ſubſtituto, ſicut pater præcludit repudiante
filio,vt no.per gloſ.in l.fi.in prin. iuncto §.ſimili-
que modo. C.de bo.quæ libe.quamuis Ange.poſt
Guido.de Suſa.quos recitat Io.de Imol.in dicta l.j.
ff.de vulga.& Spec.tit.de ſtatu monacho.verſ.viij.
teneant contrariũ:ideo quia ſecundum eos quo ad
acquiſitionẽ monachus æquiparatur ſeruo,vt vult
Innoc.in loco allegato.& ipſemet Bar.in d.§.ſi fru
15 ctuarius.†Nec videtur vt ipſi dicunt ex toto bona
æquiparatio de monacho ad filium. Nam non po
teſt vendi monachus per monaſterium propter fa-
mem,& tamen filius poteſt vendi,vt l.ij.C.de pat.
qui fil.diſtr.& quia dicta l.fi.C.de bo.quæ libe.po-
nit ius nouum corrigẽs antiquũ, quod diſponebat
patrem non poſſe agnoſcere hæreditatem delatam
filio,ſed filius iuſſu præcedente paterno illã agno-
ſcere debebat,vt l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de
acquir.hæred.Ideo illud ius nouũ diſpenſans in pa
tre & filio nõ extenditur ad monachũ, nec mona-
ſterium.Sed Io.de Imol.in d.l.j.ff.de vulg.& in cap.
Raynutius.extra de teſta.in articulo vulgaris ſub-
16 ſtitutionis.dicit opi.Bar.eſſe veriorem,ſcilicet†quòd
hæreditas delata monacho,non poteſt à monaſte-
rio auferri, ſed acquiritur ſibi etiã nolente mona-
cho,non ex eo quòd æquiparetur filio,ſed quia,vt
dictum eſt,monachus in hoc differt à ſeruo,quia li
cet ſeruus poſsit velle vel nolle , vt iuribus allega.
non tamẽ monachus:quia omnis eius voluntas re-

posita est in voluntate superioris, vt d.c.nolo.& c.
non dicatis.& c.si religiosus. extra de elect. li.vj.&
istud tenuit Archi.xviij.q.j.c.j.& Inno.& Io.And.
in nouel.& Doct.in c.in præsentia.extra de proba.
& Bal.& Sali.in d.l.cum proponas.& ipse Bald.in
l.j.C.qui admit.ad bo.pos.pos.& sic differunt mo-
nachus & seruus in aditione hæreditatis alteri illo-
rum delata: quia in hoc seruus potest præiudicare
domino,& iniquam conditionem afferre, sed non
17 monachus monasterio per suprà dicta. †Item diffe
runt in testimonio ferendo, secundum Io.de Imol.
in d.§.si fructuarius. quia monachus potest esse te-
stis,quãuis subijciatur alterius potestati,vt not.per
glos.in authen.de mona.§.cogitandũ.colla.j.& gl.
& Doct.in authẽ.si dicatur. C.de testi.& in authẽ.
de testi.§.si verò dicatur.coll.vij. secus est in seruo.
facit quod not.in l.si ex causa. §.Pomponius. ff.de
18 minori.†Differunt etiam monachus & seruus:quia
monachus retinet ius agnationis,& ius succedẽdi.
l.Deo nobis.C.de episc.& cleri.secus in seruo,vt l.
19 seruus.C.cõmunia de succes.†Sed in hoc parifican
tur,vt dicit Io.de Imol.in c.quod quibusdã. extra
de fideius.quia neuter eorum potest conditionẽ do
mini vel monasterij facere deteriorem,& sic nõ po
test per eos domino vel monasterio iniqua cõditio
afferri, & in hoc verificatur hæc regula. Exẽplum
aliud ponitur per gl.in hac regula,per l.filius.C.de
20 pact.† vbi filius nõ potest pacisci in præiudicium
patris.de quo ibi per glos.& Doct.Addi potest ad
21 glos.exẽplum de l.debitorum.eod.ti.†vbi debito-
res nõ possunt pacisci super iure creditorũ in ipsius
præiudicium,nec iniquam conditionem ei afferre.
22 Similiter de l.fi.eod.tit.†in qua pactum factũ inter
futuros successores alicuius super hæreditate ipsius
viuentis certo modo inter eos diuidenda,nõ valet
sine voluntate ipsius de cuius hæreditate agitur,&
illius perseuerantia vsq; ad mortem. super quo vi-
dendi sunt ibi Doct.& in l.stipulatio hoc modo cõ
cepta. ff.de verb.obli.& l.pactũ quod dotali. C.de
pactis.& l.pactum. C.de collatio.& l.iij.§.de illo.
ff.pro socio.& in c.quãuis pactum.extra de pactis.
lib.vj.Dat etiam exẽplum glos.de l.j.ff.de alie.iud.
23 mutan.cau.fact. †vbi alienãs rem dolo malo causa
iudicij mutãdi tenetur aduersario ad interesse:quia
hoc facit,vt alteri iniquam conditionẽ afferat con
tra istam regulam,& exẽplificat ibi tex.in fi.in eo
qui alterius prouinciæ hominẽ , aut potentiorem
opponit aduersariũ.idem dicit ibi Bal.si alienet in
clericum : quia est alterius fori,vt in c.fi.extra illo
24 eod.tit.†idem est de ecclesia,quæ interpretatur ad-
uersarius valde durus,vt not.in l.si ita quis. §.ea le
ge.ff.de verb.obli. Simile dicendũ est secundũ Bal.
de minore propter hoc, quòd habet beneficiũ resti
tutionis in integrũ, & expedit magis litigare cum
maiore,q̃ cum minore,vt not.in l.ij.§.quod obser
uari. C.de iureiur. propter cal.da. Accedat ad ista
totus tit.C.ne lice.potẽ.cum ibi notatis per Doct.
Adducit etiã gl.hic pro exẽplo illud quod habetur
25 in l.j.§.de eo opere. ff.de aqua plu.arcẽ.†vbi quisq;
potest agrum suũ facere meliorẽ sic,ne vicini dete-
riorem faciat.& ibi gl.super verbo,deteriorẽ. alle-
gat istã regulam.& l.sicuti.§.Aristo.ff.si serui.ven.
cum similibus.& ibi.vide Doct. Finaliter exẽplifi-
26 cat gl.de l.si filia.ff.de diuor.†vbi filia in dote pro-
fectitia nõ potest facere deteriorẽ conditionem pa-
tris.cõcordat l.non solum.& l.filiæ meæ emãcipa-
27 tæ.ff.solu.mat.Quod facit ad quæstionẽ,† q; si filia
adulteretur,nõ propter hoc pater perdat dotẽ.licet
glos.dixerit cõtrariũ in l.si dotẽ.C.de iure dot.& l.
consensu.C.de repud.cõtra quam glos.tenuit Dy.
quem sequunẽ Bar.Bal.Io.de Imol.& Paul.de Cast.
in l.ij.§.quòd si in patris.vers.sed verũ.ff.sol.matr.
Dicunt tamen,q; si mulier adultera superuiuat pa-
tri, vir lucrabitur dotẽ propter vxoris adulteriũ.
facit tex.pro ista opinione in authen.de nupt.§.est
quoq;.collat.iiij.transsumptiuẽ in authen.econtra.
C.de repud.& dicit clarẽ Paul.de Castr.in d.§.q; si
in patris. q; cõstante matrimonio, etiam viuo pa-
tre vxoris,poterit maritus in curia ecclesiastica age
re ad separationẽ thori,& petere declarari dotẽ sibi
esse lucratam eo casu,quo esset ad vxorẽ prędictam
reuersura, si adulteriũ non cõmisisset , vt si efficiatẽ
sui iuris morte patris vel emancipatione.& ita fiet
declaratio iuxta ea,quæ habẽtur in c.plerunq;. ex-
tra de dona.inter virũ & vxo.ita q; illo casu adue-
niẽte dos cedet lucro viri,etiã si de dote in sentẽtia
non esset facta mẽtio,sed solũ de adulterio,& sepa-
ratione thori,vt habetur in simili in l.in cognitio
ne.ff.ad Sillela.Si verò maritus cõstante matrimo-
nio nihil peteret,illo mortuo eius hæres nõ audire-
tur super hoc,vt l.rei iudicatæ.§.j.in fi.ff.solu.mat.
vbi per Doct.Sali.verò in d.l.si dotẽ.recitatis opi-
nionibus sequi videtur illã gl.quę facit differentiã,
28 †An pater nitatur ex prouisione legis,& tunc no-
ceat sibi adulteriũ filiæ. Aut ex prouisione cõuen-
tionis,& nõ noceat secundum opi. Dy.& Doct.&
idem dicit Bal.in d.l.si dotẽ.quãuis ipse in d.l.si fi-
lia.ff.de diuor. simpliciter sequatur cõmunem opi.
29 Dy.& Doct. †quam putarẽ veriorẽ esse,& sequen
dam quoniã iura quæ allegat Sali.nõ bene probãt
differẽtiam inter prouisionẽ legis, & prouisionem
cõuentionis.siue enim à lege,siue à cõuentione de-
tur patri actio pro dote,ista regula vult,q; per filiã
non fiat iniqua cõditio patri.& idem vult firmiter
tex.in d.l.nõ solum.Item regula alia iuris est,quòd
pœna infligenda est sceleris autoribus,& nõ alijs,
vt per totum tit.C.ne vxor pro ma.& maximẽ in
l.ij.& C.de donat.inter virũ & vxo. l.res vxoris.&
C.de pœnis.l.sancimus.vbi gl.allegat cõcordãtes.
faciunt ea quæ habentur in c.quæsiui. extra de his
quæ fi.à maio.par.capi.& ibi Ioã.de Imol.in gl.ij.
delinquens enim solũ obligatur naturaliter ad pœ
nam,per illud quod notauit gl.in l.j.§.bestias.ff.de
postul.& facit text.notabilis in l.Imperatorẽ. ff.de
iure fisci. ibi dum dicit text. te pœnæ subiecisti.&
quod habetur in §.quia verò Leonis.lo ij.in authẽ.
de non alie.coll.ij.Ideo opinio Dy.& Doct.& pra-
ctica Paul.de Cast.superius recitata videtur tutior
& tenenda.Adduci potest etiã exẽplum de l.si quis
30 in suo.§.legis.C.de inoffi.testa.†vbi nõ potest ma-
ter filiũ suum infantẽ exhęredare propter delictum
mariti sui patris infantis:quia non cadit in infan-
te causa ingratitudinis.Nec etiã propter idem deli
ctum mariti potest ipsa mater filiũ cuiuscũq; æta-
tis exhæredare, ne per patrem iniqua cõditio filio
afferatur. Non enim debet filius portare iniquita-
tem

tem patris. Ezechielis xviij.c.& j.q.iiij.c.j.& ſeq.&
cap.non imputanti.& quæſtio.vij.c.conuenientis.
circa medium. lvj.diſt.c.vndecunq;.cum ibi notatis
per gl.& Archi. Macula enim parentū filijs non
imputatur, vt l.ij.§.in filijs.in fin. ff.de decur.& l.j.
31 in fi.ff.de ſer.fugi.†Hoc tamē fallit in crimine læſæ
maieſta.vt l.quiſquis.C.ad legē Iul.maieſt.vbi filij
puniuntur propter crimen patris, idem in crimine
hæreſis, vt in authen.Gazaros.C.de hæret.& extra
32 eod.tit.c.vergenti.†Sed nō puniuntur pœna mortis,
quando nō ſunt cōſcij vel participes delicti, ſed
ſunt infames, & inteſtabiles actiuè & paſſiuè, &
perpetuo egētes, vt dictis iuribus. quod eſt ſpeciale
ſecundum Doct. propter immanitatē criminis, &
offenſam diuinæ & terrenæ maieſtatis. Princeps
enim habetur quaſi Deus in terris, in authē.de con
ſuli.§.fi.colla.iiij.& etiā pœna illa, quæ filijs impo
nitur propter delictū patris ſtatuitur à lege in acer
biorem patrum vindictam & punitionē, cum pa
ter per pœnam filij magis terreatur. l.iſti quidem.
in fi.ff.quod met.cau.& Inſtit.de noxali.§.fin. facit
quod habetur in c.felicis.extra de pœnis.lib.vj. In
cæteris autē delictis ſecus eſt, vt l.crimen.ff.de pœ
nis.& d.l.ſancimus.C.eo.ti.& iuribus ſuperius alle
gatis.& facit l.ij.§.fratris autē factum.ff.ſi quis ali.
teſta.prohi. Iſta etiam regula facit ſecundū Dy.ad
33 quæſtionem, † an filius propter delictū patris pri
uetur feudo. de qua habetur per gloſ.in l.ſi quis pa
tris. ff.ad legē Cornel. de fal.& l.emancipatū. §.fi.
ff.de ſenato.& l.adoptiuū.§.fi.ff.de in ius vocan.&
in l.ij.C.de liber.& eo.liber. vbi etiā gl.& Cy. atq;
Doct.& in l.diui.ff.de iure patr.& per Bar.in l.iij.
ff.de interdict.& releg.& vt refert Cy.in d.l.ij.quiſ
34 dam diſtinguebāt, † q; aut filius vel nepos iure hæ
reditario, & ſucceſſorio veniebat ad feudum, & eo
caſu delictū patris nocet filio, & omnibus per ſuā
lineam deſcendentibus, arg.in authē.de iureiuran.
à morien.præſti.in prin.coll.v. Aut aliunde venit
filius & deſcēdentes, vt quia pater acquiſiuerat feu
dum pro ſe & filijs ſuis, & tunc delictū patris non
nocet filio, argu.l.ſtipulatio iſta, habere licere.§.ſi
quis ita.ff.de verb.obli. Sed iſta diſtinctio videtur
contra tex.in c.vnico, ſi vaſal.feud.priue.cui deſe.
vbi tex.dicit indiſtinctè, quòd patre perdente feu
dum filius eius excluditur ab eo, & collaterales tā
quam agnati ſuccedent, & ſic neceſſe eſt, vt intelli
gatur de feudo auito, poſtquam, vt ibi dicitur, ex
cluſis filijs ſuccedunt agnati. idem notauit gloſ.&
Iacob.de Bello viſu in cap.ſi vaſallus culpam.ſi de
feud.fue.controuer. dicens eſſe ſpeciale in feudo pa
terno, vt filius excludatur propter magnam præ
ſumptionem malitiæ de patre in filium, vt l.quòd
ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edicto. Sed vt di
cit Bonifacius de Amanatis in dicta regula, nō de
bet aliquis.extra eod.tit.lib.vj. Iſta ratio etiam vi
deretur habere locū etiam in caſu, in quo filius ex
ſua propria perſona ad ſucceſſionē vocaretur, ſed
per iſtam & illam regulam hoc eſſet iniuſtū. quod
ſatis videtur ſentire Bar.in dicta l.iij.ff.de interdict.
& releg. Ex cuius & ſequacium ſuorum verbis vi
35 detur poſſe dici, † quòd aliquando pater iam actu
vaſallus committit delictum ſeu feloniam contra
dominum vel contra naturam feudi, ita quòd ipſo
feudo priuādus eſt, & priuatur, & tunc illud nocet
1 filijs nō diſtincto, an ſit auitum vel paternum feu
dum, & an filij iure paterno vel alio ſuccedere de
beant, vt dicto c.vnico, ſi vaſal.feud.pri.cui deſe.
quod velle videtur ibi Bal.poſt Doct.quos allegat
& hoc vt habeat dominus ſuæ iniuriæ vltionē ſe
cundum eum.pro quo facit l.fin.ff.de bo.damnat.
Aliquando verò pater non eſt actu vaſallus, ſed ſpe
tantum: quia viuo patre ſuo eodemq; auo reſpectu
nepotis commiſit feloniam contra dominum, quę
commiſsio feloniæ facit eum ſola ſpe priuari, quo
caſu delictū illud non nocet nepoti ex eo: quia ipſe
incipit tenere primū locum, vt l.Gallus. §.& quid
ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.& facit l.nō tantum.
§.ſi emancipatus.ff.de bo.poſ.cōtra tab. Quandoq;
vaſallus cōmittit delictum non contra dominum,
ſed aliud propter quod bona ſua, & etiam feudum
confiſcantur, & iſto caſu procedat diſtinctio Petri
& Cyn. quia ſi filius veniat vt ſucceſſor, ſiue iure
ſucceſsionis, priuatur filius illa ſucceſsione: aliàs ſe
36 cus. Per quæ dicit Bart.in dicta l.iij. † quòd ſi pater
emphyteota, facit contra contractum emphyteo
ticum, vt non ſoluendo penſionem, deteriorando
rem emphyteoticariam, vel alienādo ſine domini
voluntate, quibus caſibus res cadit in cōmiſſum, Caſus qb' res cadit i cōmiſſum.
vt per totum titu.C.de iure emphy.& authen.qui
rem.C.de ſacroſanct.eccle.& in §.adeò.Inſtit.loca.
& in cap.potuit. extra eod.tit.res ipſa cadet in cō
miſſum, etiam ad pręiudicium filiorum vel nepo
tum, pro quibus etiā pater vel auus recepit in em
phyteuſim: ſecus ſi propter aliam cauſam ſit pri
uandus: quia tunc procederet diſtinctio, an filius
iure ſucceſsionis hæreditariæ, an ſuo proprio iure
vellet ſuccedere, per l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.
de oper.liber.vbi etiam per Bar.ſed Bonifacius de
37 Amanatis, vbi ſ.dicit hoc non procedere: † quia
cum emphyteoſis recepta eſt per patrem pro ſe, fi
lijs & nepotibus, conſtat quòd ipſi nō veniunt ex
perſona patris, ſed ex ipſorum propria perſona ra
tione ſtipulationis, quę initium habuit in ipſorum
perſonis, vt dicta l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ff.de
verborum oblig.vbi Ioan.de Imola, ideo ex facto
patris non poteſt ipſis iniqua conditio afferri, per
iſtam regulam. facit in argum.l.j.in fin.C.de bonis
matern.allegat etiam Iacob.de Bello viſu, in dicto
c.vnico, ſi vaſal.feud.pri.cui defera.quem ibi etiam
allegat Bal.& plures alios dicentes, quòd in re feu
dali ſpeciale eſt, q; filij ſpeciali iure priuantur feu
do ſecundum diſtinctionē ſuprà poſitam: ergo in
re emphyteoticaria in contrarium eſt ius cōmune.
l.j.in fin.ff.ad municipal.vel ſecundum dictum Bo
nifacium poteſt reſponderi ad dictum c.vnicum,
ſi vaſal.feud.pri.quòd non loquitur de feudo anti
quo ſed paterno.& quod ibi in tex.dicitur de agna
tis collateralibus, ideo erat quia pater receperat
feudum pro ſe, & hæredibus ſuis, hoc tamen acto,
q; illis excluſis vel nō exiſtentibus venirent agna
ti, vt in c.vnico, de ſucceſ.feu. quo caſu feudum eſt
paternum, & delictū patris nocet filijs, qui nō po
terant venire, niſi ex perſona patris. l.ſi quis poſt
humos.§.ſi filiū exhæredauero.ff.de libe.& poſthu.
& dicta l.iij.ff.de interdict.& releg. Non nocebat
autē agnatis, qui veniunt iure proprio ex ſuis pro

priis personis, arg. l. diui. ff. de iure patro. Sed istud videtur diuinatio: quia tex. in dicto c. vnico, si vasal. feud. priue. non aperit, quòd ideo agnati succedant ex eo, quòd hoc esset actum tẽpore receptionis feudi: ideo dicendũ est, vt inferius plenius dicetur.

38 † Multi in hac quæstione multa dixerunt, quos pleniori stylo recitat Bal. in dicto c. vnico, si vasal. feud. pri. qui tandem resoluendo dicit se in hac materia considerasse per se descẽdentes, & per se agnatos, & circa descendentes. Primo considerauit formam inuestituræ, vt si dominus concesserit omnibus principaliter vel attentis meritis singulorum, quo casu non putat vnius culpam aliis nocere, per istam regulam, quę statuit quòd alteri per alterum conditio iniqua non afferatur, & in casu prædicto vnusquisq; per se censetur. Vel secundum Iacob. de Rauen. quem ipse allegat in summa sua, quib. modis feud. amit. quandoq; feudum est talis naturæ, quòd ex nulla causa vel ingratitudine perdi debet, vt quia dictum est, ob maxima vasalli merita, eò q; dominũ à morte liberauit, vel eripuit de manibus hostium vel latronum. Ad quod facit l. si pater. §. j. ff. de donat. ita quòd magnitudo meritorum cum demeritis cõpensatur, quamuis, vt ipse inquit, vitima culpa soleat plus ponderari. l. si & per emptorem. ff. de actio. emp. sed hoc facit quia donatio remuneratoria meritorum non reuocatur propter ingratitudinem vel solennitatem omissam, vt dicta l. si pater. §. j. & l. Aquilius Regulus. eod. tit. vbi Docto. Secundo considerauit Bal. statum personæ delinquentis. ponatur enim feudum esse radicatum in persona patris, delictum tunc eius debet filio nocere, eò quòd pater deliquit contra naturam feudi. & in hoc consentit Barto. vt suprà dictum fuit, sed vbi feudum non habet radices in persona patris, sed fuit altius radicatum, delictum patris nõ noceret filio secundum eum. cui tamen obstat firmiter dictum c. vnicum, si vasal. feud. pri. Tertio considerauit, an filii tanquam filii vel tanquã hæredes patris nominentur secundum quod suprà dictum est, vt primo casu eis non noceat delictũ patris, secundo sic. & in hoc inclinare videtur Ioan. de Imol. in dicta l. stipulatio ista. §. si quis ita.

39 † Bonifacius verò de Amanatis, vbi suprà longo sermone concludit, q; si loquamur in feudo auito, indistinctẽ delictum patris non nocet filio vel nepoti, siue tempore delicti sui re vel spe sola feudum erat apud eum, per dict. l. iij. ff. de interdict. & releg. & l. diui. de iure patro. In paterno autem feudo dicit, quòd si traditum erat patri pro se, & filiis suis, & nepotibus: ita quòd gradatim succederent, idem dicendũ est, sicut in præcedẽti casu, quia per patrem non debet filiis iniqua conditio afferri, per istam regulam, & regulam, nõ debet aliquis. l. vj. & §. si quis ita. superius allegato. vbi autem feudum esset simpliciter traditum patri, vel hoc acto, quòd filii succederẽt, & pater deliquit non contra dominum feudi, sed contra aliũ, non tamen incurrendo crimẽ læsæ maiestatis, sed aliàs sic quòd erat feudo, & aliis bonis priuandus, non debet delictũ patris nocere filio: quia non vt hæres, sed vt filius iure proprio succedere debet, vt dicto §. si liberi. in l. vt iurisiurandi. ff. de oper. libert. Sed si delictum patris esset contra naturam feudi seu contra cõtractum feudalem, noceret filio delictum patris, vt dicto c. vnico, si vasal. feud. pri. Et rationem præcedentis membri reddit ipse Bonifacius, quia licet filius succedat, vt filius, hoc est, ex dispositione iuris, vt in c. vnico, de success. feud. vnde expressio filii facta in infeudatiõe quasi nihil operatur, arg. l. iij. ff. de leg. j. quia expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur, vt ibi habetur.

40 & solet notari in l. non rectè. C. de fideiuss. † Notare tamen quòd hodie in multis locis feudorum natura immutata est, & redacta ad instar patrimonialium bonorum, vt not. per Hostien. in summa, de immunita. eccle. §. inquantum. versic. sed nec illa. & Ioan. Andr. in addi. Spec. tit. de feud. versic. sed nec omittenda. & Ioan. Fab. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. & Instit. de rer. diuis. in prin. & Inno. in c. in præsentia. extra de probat. & Pet. Iacob. in additione arboris Franciæ, & Bald. in c. j. de feud. marchi. & in tit. de lege Corrad. §. ex eadẽ. quod est notandum, quia seruire potest ad suprà & infrà dicenda.

41 † In quæstione verò prædicta, an delictũ patris noceat filiis. Salic. longè plenius cæteris distinxit in dicta l. iij. C. de liber. & eo. li. Et primo extendit se, an patris delictum noceat filiis in dignitatibus & honoribus, de hoc remittendo ad not. in dicta l. emancipatum. in fin. ff. de sena. & ad l. ij. §. nullum. ff. de decur. cum concor. ibi allegatis in gl. vbi sit conclusio in effectu, quòd non nocet in hoc patris delictum filiis natis vel cõceptis ante delictum patris: secus si postea. retinẽt tamen nepotes dignitatem quæsitã ab auo, non obstante delicto patris, vt dicta l. emancipatum. in fin. super quo vide ibi

42 plenè per Alber. post gl. † Aut quæritur, an patris delictũ noceat filiis in propriis bonis. & de hoc remittit Salic. ad gl. d. l. l. diui. ff. de iure patro. & aliter non declarat. Sed concludatis secundum Ioã. de Imola in dicto c. ex parte. extra de feud. q; si illa bona sint mobilia vel immobilia, vel alia iura quàm libertorum, & delictũ sit tale, in quo cadit publicatio bonorum, delictum patris nocebit filiis, nisi principis gratia ipsa bona vel pars illorũ filiis concedantur. l. cũ ratio. ff. de bo. dam. facit quod habetur in authẽ. bona damnatorũ. C. eo. ti. Licet enim iure veteri essent plures casus cõfiscationis bonorum, hodie secus est, vt habetur in dicta authẽ. bona damnatorum. In iuribus autem libertorum recurri debet ad glos. dict. l. diui. & sic resolutio quòd iura libertorũ, quæ etiam viuo patre transeunt ad filios, vt quòd non vocentur in ius sine venia, non perdunt filii propter delictum patris, vt l. adoptiuum. in fin. ff. de in ius vocan. Sed iura libertorum, quæ trãseunt ad filium per successionẽ patris perderet filius per delictũ patris, si illa iura transissent ad patrem per mortẽ aui: quia tunc sicut pater non posset succedere liberto propter delictũ, ita nec eius filius existens in sua potestate, quia si acquireretur filio, prodesset patri delinquenti. secus si filius esset emancipatus à patre, vel etiam vbi viuo auo pater idemq; filius cõmisisset delictum, per quod in successione liberti hoc nõ noceret filio eidemq; nepo-

43 ti, vt dict. l. diui. † Aut sit quæstio de bonis emphyteoticis, quo casu Salic. remittit ad ea quæ ipsemet notauit in l. si quis presbyter. C. de epis. & cler. vbi videtur

videtur cõclusiuè dicere, quòd in emphyteosi, quæ
transmissibilis est ad extraneos, delictũ patris no-
cet filio: secus si solum sit transmissibilis ad filios,
per illa quæ superius dicta fuerunt, secundum Cy.
& Bart. sed secundum Ioan. de Imol. plenius potest
dici, quòd in emphyteosi ecclesiæ, quod intelliga-
tis, recepta ab ecclesia, si emphyteota cõmittat de-
lictum propter quod sequitur confiscatio bonorũ,
& bona occupentur per fiscum, est in electione eccle
siæ, an velit rem recuperare vel illã dimittere apud
fiscum recipiẽdo annuam debitam pensionem, in
eo quod habetur in authen. de alie. & emphyteo. &
loca. §. j. colla. ix. In emphyteosi verò priuati, si illa
residebat in persona aui delictum patris non noce-
bit filio eidemq́ nepoti: quia in ea succedet auo
suo. Ad quod facit dicta l. Gallus. §. j. ff. de liberis &
posthu. & quod sentit Spec. titu. de feud. §. fin. circa
principiũ. vbi verò emphyteosis residebat in per-
sona patris auo præmortuo, si emphyteosis illa
prouenìebat à genere, & sic ab auo vel proauo, aut
superioribus ascendentibus, non nocebit filio, per
illud quod habetur in dicta l. iij. ff. de interdict. &
releg. & l. eorum. ff. ad legem Iul. maiest. quæ loqui-
tur in crimine læsæ maiestatis cõmisso non in prin
cipem, sed in alijs capitulis secundum gl. ibi, in pri
ma solutione oppositionis quam facit, in qua resi-
det. Si autem emphyteosis veniebat à patre, adhuc
idem dici debet, si recepta fuerat à patre pro se &
filijs suis, per dictam l. stipulatio ista. §. si quis ita. &
not. per Bart. in allegata l. iij. & Cy. in allegata l. ij.
C. de liber. & eo. libe. secus si filius non iure suo, sed
vt hæres patris succedere velit, quia tunc filius nõ
est hæres patris, sed fiscus bonis publicatis habetur
hæredis loco, quamuis propriè non sit hæres, sed
successor bonorum, vt habetur in l. inter eos. §. fin.
ff. de fideius. & per glos. Bart. & Docto. in l. tutoris.
C. ad legem Iul. de vi pub. vel priua. & sic transibit
emphyteosis in fiscũ, ex quo etiam transiret ad ex-
traneum hæredem, per illud quod nota. in l. j. C. de
bo. liber. per glos. & Docto. & Bart. in dicta l. iij. &
per ipsum Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff.
de damno infect. Et prædicta videntur satis proce
dere, secundum Io. de Imola, quando propter aliud
delictum, quàm læsæ maiestatis, bona cõfiscantur:
sed si propter crimen læsæ maiestatis cõmissum in
principem essent bona publicanda, videtur sibi q̃
si filius iure suo erat venturus ad illam emphyteu-
sim, vt quia fuit recepta pro patre, & filijs suis atq;
nepotibus, & filius erat emãcipatus ante commis-
sum delictum, non excludatur ab illa emphyteosi:
quia videtur pater ex causa donationis, quæ præ-
cessit crimen commissum, voluisse filio quęrere, vt
l. filiæ cuius. C. famil. ercisc und. cum ibi notatis. se-
cus si filius fuisset in potestate patris tempore con-
tractus initi super emphyteosi: quia tunc non te-
nuisset donatio, quæ videbatur fieri filio in pote-
state, sed erat morte confirmanda. l. donationes. C.
de donatio. inter virum & vxorem. facit quod no-
tauit Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct.
eccle. Ideo isto casu videtur, quòd filius non possit
venire, si pater commisit crimen læsæ maiestatis in
principem, vt l. quisquis. C. ad legem Iuli. maiesta.
& per hæc se expediunt Salicet. & Ioan. de Imol. de
bonis emphyteoticis, sed ipsi omiserunt casum, in
quo emphyteota deliquit contra dominum dire-
ctum, & contra naturam emphyteosis, in quo casu
dicite, vt superius dictum fuit, secundum Barto. in
44 dicta l. iij. de interdict. & relega. †Non est tamen
tacendum, quòd quando bona emphyteotica con-
fiscantur & applicantur fisco, talis confiscatio non
potest fieri, nisi saluo iure domini directi, per hanc
regulam. Commoditas autem emphyteosis bene
confiscatur, argumento dicti §. si de vectigalibus.
& ff. de bon. liber. l. si in libertinis. Ita notatur per
Bald. post Guliel. de Cug. in dicta l. si quis presby-
ter. C. de episcopis & cler. Ad hoc facit quia domi-
nus directus non cogitur habere emphyteotas, per
quos fieret durior sua conditio, vt notatur in l. fin.
C. de iure emphyteo. & in c. potuit. extra de loca.
& Specul. eodem titu. §. nunc aliqua. versicul. xcij.
& versicul. cxvj. & cxvij. & plenius in dicto titulo
de feud. §. quoniam. versic. xl. vbi omnino videatis
licet loquatur ibi de feudalibus, de quibus infrà.
45 †Aut quæritur, an filio in feudalibus noceat deli-
ctum patris. Salicet. in dicta l. ij. concludit quòd si
crimen cõmissum per patrem sit crimen læsæ ma-
iestatis commissum in principem vel illos de eius
consilio, proles eo casu etiam innocens punitur, &
priuatur omni honore, nec est successibilis, vt dict.
l. quisquis. ad legem Iuliam maiestatis. canonizata
vj. quæst. j. cap. si quis militibus. & sic delictum pa-
tris nocet filio, etiam si feudum foret auitum, quia
nec patri, nec auo, imò nec extraneo succedere po-
46 test, vt allegata l. quisquis. † Feudum tamen illud
nõ applicabitur fisco, sed reuertetur ad dominum,
per cap. felicis. allegatum extra de pœnis. libro vj.
Cuius dicti rationem reddit multiplicem. Primò,
quia fiscus non est hæres propriè, vt dicta l. inter
eos. §. fin. & allegata l. tutoris. nec est fiscus de libe-
ris. Item quia domino feudali nõ debet dari poten
tior vasallus. facit quod habetur in c. j. in fi. de lege
Corradi. tum quia fiscus est persona repræsentata
& ficta, & non potest seruitia præstare, quæ præsta
ri debẽt domino per vasallum. facit quod notatur
per Cy. in l. quisquis. C. de episcopis & clericis. sed
secundum Ioan. de Imol. Salicet. non videtur bene
47 dicere in eo† quòd dicit feudum nõ ad fiscum isto
casu, sed ad dominum reuerti: quoniam de iure feu
dorum hoc verum est, quòd quando delictum non
respicit personam domini vel naturam feudi, feu-
dum non reuertitur ad dominum, sed ad agnatos,
quamuis filij & per rectam lineam descẽdentes illo
priuentur, vt est decisio textualis in tit. quæ sit pri.
cau. bene. amit. §. deniq; & in cap. vnico, an ille qui
interfe. fra. do. & dicto cap. vnico, si vasal. feud. pri.
fuerit. & allegato cap. si vasallus culpam. si de feud.
fuerit controuer. Ideo quamuis isto casu delictum
pàtris noceat filijs & descendentibus, non tamen
nocebit agnatis quibus applicabitur feudũ, & non
domino, sicut volebat Salicet. Et ad dictũ cap. feli-
cis. dici potest, quòd ibi text. loquit in feudo quod
tenetur ab ecclesia, & quando in ecclesiam cõmit-
titur delictũ: quia in Cardinalem sanctæ Romanæ
ecclesiæ, quo casu cẽsetur commissum contra vni-
uersalem ecclesiam, & consequenter contra illam
à qua feudum tenebatur. ad quod facit id quod ha-

Delictũ cõmissũ contra Cardinalẽ.

betur & notatur in cap.cum Apostolica. extra de
his quæ fiunt à præla. sine consen. capit. Ideo non
est sine ratione, si isto casu feudum reuertitur ad ec-
clesiam. Læsa enim dicitur maiestas principis læ-
sis eius collateralibus, vt dictis iuribus. & notat
Dominicus de sancto Geminia.in dicto cap.felicis.
in princip.ij.colum. & per hæc sunt euacuata mo-
tiua Salice. quia feudum secundum hæc non vadit
ad fiscum, sed vadit ad agnatos, & si ad fiscum iret,
hoc esset intelligendum de commoditate feudi, &
cogeretur, fiscus extra manus suas ponere feudum,
& dare vasallum qui posset seruire, per ea quæ di-
cta sunt suprà in emphyteoticarijs bonis. vbi verò
delictum nõ fuit commissum in principem, nec in
eos, aut aliquem illorũ, qui censentur pars sui cor-
poris, sed circa alia capitula criminis læsæ maiesta-
tis: vult Sali. idem esse dicendum quod in cõmissio-
ne criminis cõmunis, quo casu concludit Sali. sicut
s.conclusum est in emphyteosi, quia aut feudũ re-
sidebat in persona aui, aut in persona patris. Pri-
mo casu delictum patris nõ nocet filio, quo minus
mortuo auo succedat in feudo. Secundo casu, aut
puenicbat à genere aut ab ipso patre, & si ab ipso
patre, aut filius veniebat iure suo vel vt hæres pa-
tris, quibus omnibus casibus concludit ipse Salic.
sicut s.dictum est in emphyteosi: subiungẽs, quòd
vbi veniret, vt hæres patris, sibi noceret: quia non
est eius hæres, ex quo pater cõmisit delictum, pro-
pter quod bona sua publicantur. Ad quod facit l.
deportatorum.C.de pœnis. sed fiscus loco hæredis
habetur, licet propriè & verè nõ sit hæres, sed suc-
cessor, vt dictum est per iura allegata, & secundum
eum tunc nõ transibit feudum in fiscum per ratio-
nes suprà dictas in casu præcedenti: quoniam cõ-
mittitur delictum in principẽ, & licet videatur hu
manum, quòd remaneret isto casu apud filium, ex
quo nõ transit in fiscũ, humanius est, vt ipse dicit,
q feudum ad dominum reuertatur, qui noluit feu-
dum ad filios transire, nisi sint hæredes. Sed dicite
vt superius dictum est, quòd isto casu non ad domi
num, sed ad agnatos reuertitur feudum, secundum
Ioan.de Imol. per iura superius allegata. Et si dica-
tur quod videtur verius, quòd etiam in feudo pro-
ueniente à genere non succedit filius, nisi sit hæres
patris, per illud quod habetur in ti.an agna.vel fil.
defun.repu.hære.cap.vnico. ideo cum propter cõ-
fiscationem filius non possit esse hæres patris, non
debeat habere feudum, etiam proueniens à genere
secundum Sali. potest responderi, quòd ille titu.an
agna.vel fi.defun.&c. Intelligitur in feudo cõcesso
pro se & filijs simpliciter. & ita, vt dicit, se habet
communis opinio, quod consulit esse menti tenen-
dum. Sed Ioan.de Imola in dicto cap.ex parte. con
tradicit Salice. qui videtur malè dicere, quòd vbi
feudum procedit à genere, delictum patris in illo
non noceat filio: quia hoc est contra dictum cap.
vnicum, si vasal.feud.priue.cui deferatur. & cap.si
vasallus culpam. si de feud.fuer.controuer. in qui-
bus filius vasalli priuatur feudo, licet, vt dictũ est,
non vadat ad dominum, sed ad agnatos, & hoc
quando residebat in persona patris delinquentis:
secus in persona aui, per dictam l.diui.ff.de iure pa
trona. & not.Specul.titu.de feud.§.fin. & ibi Ioan.
Andr.in addi. & Barto.in dicta l.ij.ff.de interdict.
48 & releg.† Aliquando delictũ patris non est cõmu-
ne sed feudale: quia cõmissum cõtra dominum vel
cõtra formam fidelitatis seu legẽ feudalem. & hoc
casu cõcludit Sali. quòd delictum patris noceat fi-
lio, si feudum erat acquisitũ per patrem, vt dicto c.
vnico, si vasal.feu.pri. Si autem erat acquisitum ab
auo, & tempore delicti cõmissi per patrẽ eundemq;
filium residebat feudũ in persona aui, non nocebit
nepoti, quo minus moriẽte auo possit succedere in
feudo, arg. dictæ l.Gallus.§.& quid si tantum. & ita
etiam tenet Bart. superius recitatus. secus si reside-
bat in persona patris delinquẽtis, patre suo, id est,
auo præmortuo: quia tunc noceret filio, per dict.c.
vnicum, & c.si vasallus culpam. & dicta l.ij.§.fra-
tris factum.ff.si quis ali.testa.prohi. Iacob.verò de
Bello visu in tit.de succes.feud.§.j.recitatus ibi per
Bal. & per Io.de Imol.in d.c.ex parte. aliter conside
rauit istum articulum, quãdo delictum cõmittitur
contra legem feudalem dicens, quòd aliquando va
sallus cõmittit delictum alienando, quo casu, si est
feudum nouũ, nocet filio delictum patris, & reuer-
titur ad dominum. & ita etiam not. per gl. & Bald.
in dicto c.j.§.j.de succes.feud. Si vero sit antiquum
iure tamen vel consuetudine permittente vasallus
alienat feudum, nõ nocet filio si sit. Si autẽ non sit
non nocebit agnato, quin succedat & reuocet alie-
nationem, viuẽte etiam vasallo, dummodo offera-
tur pretiũ illi cui facta est alienatio, per illud quod
habetur in cap.j.ad fin. qualiter olim feu.pote.alie.
& cap.Titius filios. si de feud.fue.contro. aliàs pre-
tio nõ oblato expectari debet isto casu mors vasal-
li alienantis, vt dicto §.j.in c.vnico, de succes.feud.
facit ad ista illud quod habetur in c.j.§.& si clieneu
lus.de alie.feu. Aut alienatio facta fuit nõ legitimè
in casu prohibito, & isto casu factum patris nocet
filio, licet non noceat agnato, qui etiam viuo va-
sallo alienante, & nullo oblato pretio poterit alie-
nationi contraire & feudum reuocare, vt dicto c.
Titius filios. Et quod dictum est de filio procedit,
secundum eundem Iaco.de Bello visu, eo quia non
posset habere feudum, nisi adiret hæreditatem pa-
tris, vt dictum est s. per c.vnicum, an agna.vel fil.
defun. Ideo si esset hæres, non posset venire contra
factum patris defuncti, nec illud reuocare, vt l.ij.C.
si aduersus vendi.pig. l.ea quæ à patre.C.de restit.
mili. l.cum à matre. C.de rei vendica. l.venditrici.
C.de rebus alie.non alienan. l.Polla.C.de his qui-
bus vt indignis. & l.successores. C.de solut. Quod
limitat esse verum, nisi facto inuentario adiret hæ-
reditatem patris, & nihil perueniret ad eum: quia
tunc præponeretur agnato ad reuocandum aliena-
tionem factam à patre, secus quando de bonis pa-
tris aliquid ad eum peruenisset vel potuit perueni-
re: quia tunc non reuocat nec venire potest contra
factum defuncti. & ita etiam residet Bald.in dicto
cap.j.§.j.de successio.feud. & Ioan.de Imola in alle-
gato cap.ex parte. qui tamen miratur de eo quod
dictum est, filium posse reuocare alienationem fa-
ctam à patre iure vel cõsuetudine permittente post
patris mortẽ vel eo viuo pretio oblato, & tamen
nõ posset reuocare alienationem factam iure pro-
hibente. Nec reperit hoc dubium bene declara-
tum,

tum, patet tamen posse dici, quòd si pater iure vel
consuetudine permittente alienet & obliget se de
euictione, si filius sit hæres patris, non poterit re-
uocare, vt iuribus statim allegatis. & l. ex quacun-
que persona. ſ. eodem. Sed si simpliciter alienet,
nulla promissa euictione, videtur esse de mente iu-
ris, quòd alienatio se solum extendat ad vitam va-
salli alienantis, & post mortem eius poterit reuo-
care, quia ex quo non tenetur filius de euictione,
poterit reuocare, argumento illorum, quæ haben-
tur in l. si fundum. C. de euictio. Sed quãdo fit alie-
natio in casu prohibito, verisimile videtur, quòd
emptor sibi facit prouideri, & promitti de euictio
ne. Ideo tunc filius hęres patris repellitur. Aliquãdo
pater non alienat feudũ, sed consentit alienãti, quo
casu non præiudicat filio. ita tenet glos. & ibi Bal.
in dicto cap. vnico. de succes. feu. §. j. post Iacob. de
Bello visu, & sequitur Ioan. de Imol. in dicto ca. ex
49 parte. †Aut pater aliam culpam cõmittit, & hoc
casu vel feudum nouum est vel antiquum, in nouo
delictum patris nocet filio, vt notatur per glos. in
dicto §. j. Sed si feudum sit antiquum, & delictũ pa-
tris sit cõmissum in aliam personam quàm domi-
ni, propter quam veniat priuandus feudo, nocebit
filio, sed non agnatis, vt dicto cap. si vasallus cul-
pam. & dict. cap. vnico. si vasal. feu. priue. & cap. j.
An ille qui interf. fra. do. sui. Sed si culpa commissa
sit in dominũ, & feudum residebat in persona aui,
non nocebit filio: aliàs sic, & feudum reuertetur ad
dominũ, in c. j. §. deniq;. quæ sit pri. caus. beneficij
amit. & cum hac distinctione Iacobi de Bello visu
transit Bald. in dicto §. j. qui potest videri plenius
in dicto cap. vnico. si vasal. feu. pri. & Io. de Imol.
in alleg. cap. ex parte. & ista procedunt secundum
iura feudalia: sed vbi de cõsuetudine feuda redacta
essent ad instar patrimonialiũ, vt superius fuit al-
legatum, esset distinguendũ, vt de cæteris patrimo-
nialibus bonis. Consuetudines nanq; terrarum in
istis seruandæ sunt, vt in ti. in qui. caus. feu. ami. §. j.
& in c. j. in fi. de feu. cog. cum simi. glos. deinde hic
allegat fallẽtias ad istam regulam. Primò de l. iij. ff.
quod me. cau. sed non est propriè fallentia, quia ibi
non affertur iniqua conditio alteri per alterũ. Imò
dicitur iure fieri illud, quod magistratus facit, exe-
quẽdo suas partes. facit l. qui restituere. ff. de rei vẽ-
di. executio enim iuris non habet iniuriam. l. in-
iuriarũ. §. j. ff. de iniur. secus esset, si magistratus ali-
quid faceret iniuriosè de facto extra terminos iu-
stitiæ, vt habetur in dict. l. iij. & in l. nõ videt. §. qui
iussu. ſ. eod. tit. & l. prohibitum. C. de iure fis. libr. x.
& l. deuotum. C. de meta. & epide. libro xij. & l. nec
magistratibus. ff. de iniur. Quod facit ad pulchram
quæstionem, quæ fuit Gulie. de Cug. de quodã, qui
inculpabatur de homicidio, quod tamẽ re vera nõ
commiserat: fuit tamen carceratus, quo existente
in carcere iudex dicit ei, quòd debebat decapitari,
demum si daret ei cẽtum florenos liberaret eum, &
Caue ita factum est: quibus factis quærebatur, si ille po-
iudex. terat recuperare istos cẽtum florenos, & fuit deter-
minatum quòd sic, per prædicta, & per ea, quæ ha-
bentur in l. nec timorem. & l. isti quidem. §. j. ff. quod
met. caus. & tenetur iudex ex illo edicto, quod met.

caus. vt dicta l. iij. & etiam lege Iulia repetundarũ,
vt l. in lege. ff. ad legem Iuliam repetũ. canonizata
j. quæstio. j. cap. lege Iulia. & ita recitat Alberic. in
alleg. l. iij. fuisse iudicatum. Iudex enim præ oculis
debet habere solum Deum. ca. qualiter. lo premier.
extra de accusa. & veniens contra leges, puniendus
est. l. lege. §. qui've magistratus, iudex've. ff. ad legẽ
50 Corneliã de sicar. †& maximè in iudice reprehen-
sibilis est auaritia, in authent. vt iudi. sine quo. suf-
fra. fi. §. j. colla. ij. & in ca. cum ab omni. vbi plenis-
simè per Ioannem de Imol. post Innocent. & Doct.
extra de vi. & honest. cleric. & in authent. nouo iu-
re. C. de pœna iudi. qui male iudi. facit quod habe-
tur in cap. cum æterni. extra de sentent. & re iudic.
libr. vj. & in cap. non licet. vbi glos. & cap. quatuor
modis. xj. quæstio. iij. & xiiij. quæstio. v. cap. non
sanè. & in l. venales. C. quando prouo. nõ est neces.
vbi sententia venalis est ipso iure nulla. facit quod
habetur in l. seruo inuito. §. cum pretor. & ibi glos.
ff. ad Trebellia. Et vt dicit Bal. in dicta l. venales. q;
51 speciale est in iudice delinquẽte in officio suõ, †q;
simul & semel potest ciuiliter & criminaliter puni-
ri. pro quo dicit esse text. notabilem in auth. vt iu-
di. sine quo. suffra. fiant. §. sciat. colla. ij. regulariter
secus, vt l. interdum. cum ibi notatis. ff. de publi. iu-
dic. quæ regula procedit, quando vtrunq;, scilicet
criminale & ciuile simul pro eodem facto intentã-
tur principaliter. Sed solo criminali principaliter
intentato, incidenter potest implorari iudicis offi-
cium pro interesse partis, vt fur prius accusetur, &
probetur eum esse furem, poterit sine alio processu
iudicis officio implorato condemnari ad restitu-
tionem rei, vt notatur per Inno. in cap. cum opor-
teat. extra de accus. & per Bartolum in l. interdum.
§. qui furem. ff. de furt. vbi est casus secundum eum,
& Bal. in l. is apud quem. quæstione penultima. C.
de eden. & Ioann. de Imol. in dicta l. interdum. in fi.
ff. de public. iudi. facit quod habetur in l. iiij. §. si di-
cantur. ff. fi. regun. & l. j. ff. de calumnia. & idem no-
tauit Bald. in l. ea quidem. C. de accusat. xij. colum.
per quod ipse Bald. dicit in l. cum vendẽte. C. vbi
52 causæ fisca. †quòd fideiussor qui soluit pro conde-
mnato potest implorare officiũ iudicis maleficio-
rum, vt cõseruetur indemnis, quia hoc venit inci-
denter per modum sequelæ in eodem iudicio, quã-
uis glos. ibi sentiat contrarium. sed ipse Bald. in l. si
quis à se fundũ. C. ad legem Iuliam de vi. istud re-
uocat in dubium. & primò arguit, sustinẽdo quod
dictum est, per dictum §. qui furem. & per dictum
Inno. in dicto c. cum oporteat. Concludit tamẽ ibi
contrarium, & ita dicit tenere Docto. & respondet
ad §. qui furẽ. quòd ibi fuit processum de facto, nõ
de iure, vel quòd ibi speciale est in deprehenso in
crimine, sicut in simili in l. capite quinto. ff. ad le-
gem Iuliam de adult. & l. ictus fustium. ff. de his qui
notantur infamia. Sed ipse Bald. in prioribus suis
dictis videtur melius dixisse, & concordasse cũ cæ-
teris Doctoribus. Pro quibus est textus in dicta l.
iiij. §. si dicatur. ff. fini. regun. vbi ipsemet stat cum
prima alia opinione, & ibi etiam Bartolus. Po-
stremo dicit hic gloss. quòd quandoq; ad defensio-
nem, quandoq; ad vindictam potest alteri per alte-

Popu- latorē agro- rum & aggres- sorem itine- rum.

rum iniqua conditio afferri, per ea, quæ habentur
in l.scientiam. §.qui cum aliter. ff.ad legem Aquil.
& in l.j.& ij.C.quādo lice.vnicuiq; sine iudi.se vin-
di.Sed illud fit iure, imò æquitate permittētē. lici-
tum enim est nocturnū populatorem agrorum, &
aggressorem itinerū propria autoritate occidere.
& idem de desertore militiæ.illa autem dicitur vin
dicta non iussa, sed permissa, secundum Baldum in
dicta l.j.& ibi glos. & Salic. secundum quem super
verbo, subiugamus edicto.sentētia mortis in præ-
dictos sceleratos à iure dicitur esse lata. Ideo nō est
necesse expectare iudicis sententiam, quia expecta-
re illam posset esse nimis serū vel tardum. Ideo vin
dicta seu exequutio sentētiæ iuris est vnicuiq; per-
missa. Et dicūt prædicti Doct. ibi, super verbo, mi-
53 nabatur, q̄ † qui alteri mortem minatur, potest in
ipso actu ab illo interfici.quod tamen post Petr.de
bella perti. dicit Floria. in l. sed & si quencunq;.in
prin.super secunda glo.esse verum, quando ille qui
minatur, non consueuit sine percussione minari,
aliàs secus esset, arg.l.vnicæ.C.si quis impera.male
dixe.& ita refert Cy. in l.j.C.vnde vi.& ita intelli-
gendi sunt Bal.& Salic.Nec debet quis expectare se
percuti, quoniam vt dicit text. in dicta l.j. quando
lice.vnicuiq; sine iudi.se vin. Melius est occurrere,
q̄ post exitum vindicare. facit quod habetur in c.
significasti.lo ij.extra de homi. Illata enim percus-
sio nō potest reparari, ex qua fortè fractus & debi-
litatus percussus, alteri resistere non posset. & hoc
fuit de mente Bartoli in l.iij.§.armis.ff.de vi & vi
ar.& Ioan. Fab.& Salic.in l.j. C.vnde vi.& Innoc.
in c.olim.lo premier.extra de restit. spolia. Defen-
sio igitur ista cum repulsione vis illatæ omni iure
permissa est.l.vt vim.ff.de iusti.& iure.l.j.§.cū arie-
tes.ff.si quadru. pau.fecis.dic. dicta l. sed & si quen-
cunq;.in principio.dicta l.scientiam. §.qui cum ali
ter.& l.si ex plagis.§.tabernarius.ff. ad legē Aquil.
l.sed & partus.§.j.ff.quod met.caus. l.j.§.vim.de vi
& vi arma. dicta l.j.C. vnde vi. l.ij.& iij.C.ad legē
Cornel. de sicar.in c.ij.& iij.extra de homicid.& in
cle.vnica.extra eod. tit. Qui enim aggreditur aliū
& interficitur, videtur se ipsum interfecisse, cū cau-
sam mortis tribuerit, vt dicit Paul. de Cast.in dict.
§.cum arietes.vbi Floria.idem dicit.& notatur per
glossam in cap. si quis propter necessitatem. extra
54 de fur. † Imò etiam iure diuino hoc permittitur, vt
probatur in dicta clement.vnica.de homicid.quā-
uis glos.in dicta l.vt vim. dicat hoc nō esse licitum
iure poli, quòd etiam pro defensione alius in aliū
sęuiat: quia dici potest secundum Floria. in allega-
to §.cum arietes. quòd illa gl. male dicat, & repre-
hendatur per text.dictæ clement.vel secūdum cum
potest saluari dicta glo. vt intelligatur quo ad san-
ctificationem & acquisitionē beatitudinis æternæ,
quæ non acquiritur pugna corporalis resistentiæ,
sed martyrij & patiētię, cuius patiētiæ pręcepta ser
uari debēt in virtute animi, nō in exteriori ostēta-
tione corporea: hinc liquido fit manifestum, quòd,
vt legitur Ioannis xviij. Christus Iesus dominus
oster exemplum singulare patientiæ, cum percu-
teretur in facie, respōdit, Si male loquutus sum ex-
probra de malo, sin autem bene, cur me cedis? &
Actuum xxiij. cap. Paulus apostolus percussus in
facie dicit principi sacerdotum, Percutiat te Deus
paries dealbate. & ista ad literam scribuntur trans-
sumptiuè xxiij. quęst.j.cap.paratus. Omni ergo iu-
re permissum est vim illatā, vi repellere. Est tamen
notandum, quòd in se defendendo & vim vi repel
lendo requiritur moderamen inculpatæ tutelæ, vt
dicta l.j.C. vnde vi. quæ est tyriaca dict. l.vt vim.
& omnium iurium dicentium, quòd vim vi repel-
55 lere licet. † quia intelligitur hoc, cum temperamē-
to & inculpata tutela, quæ est secundum Docto.in
dicta l.j.& Bartol.in l.furem.in fi.ff.ad legem Cor-
neliam de sicar. quando quis aliter se defendere nō
potest, sine periculo personæ vel rerū.allegat Bar-
tol. text. in dicto §. qui cum aliter. quia nemo pati
debet, quòd damnificetur in aliquo, si damnum sit
56 irreparabile, vt d.l.furem. † Ex quo etiā infert Bar-
tol.quòd si quis non possit effugere quin percutia-
tur, nisi aggressorem interficiat, licitè potest eum
interficere. Imò vt dicit Ioann. Fab. in allegata l.j.
aggredientem sine armis, potest quis armis repelle
re, si aliàs se non possit tute tueri: quia cum quæli-
bet iniuria personalis sit maior, q̄ quæcunque rea-
57 lis, vt l.in seruorū.ff.de pœ. † Et propter iacturā re-
rum irrecuperabilem licitum est hominem inter-
ficere, vt dicta l.furem. cum notatis in l.itaq;. ff.ad
legem Aquiliam.fortius propter personalem.facit
quod notatur per gloss.fi. in fi. in cap.olim.lo pre-
mier.extra de resti.spolia.& in dicto cap.significa-
sti.extra de homic.& notat Flori. in dicto §. qui cū
aliter.in princip.& sequitur Ang. Aret.in suo tra-
ctatu criminum, glo. super verbo, & dictus Titius
se defendendo. illud tamē quod dictum est, propter
iacturam rerum irrecuperabilem licitum est occi-
dere, procederet in laico, non autem in clerico, qui
potius debet tolerare iacturam rerum, quàm ad ar-
ma & homicidium prosilire etiam in latronē, vt est
casus apertus & notabilis, secundum Panorm. post
glos. in cap. suscepimus.extra de homicid.& ibi Io.
de Ana.& est ratio, quia clericis licitum est prose-
qui delinquentem, vsq; ad satisfactionem suam, &
non vltra, vt in cap. postulasti.de homicid. Angel.
tamen in l.quoniam multa facinora.C.ad legē Iul.
de vi.post Innocē.in cap. olim causam.extra de re-
stitur.spolia.videtur tenere, quòd etiam clericis li-
cet inferre vim in personam raptorum, pro rapina
euadenda, dum tamen non excedant modum.& li-
cet de iure canonico percutere cum moderamine,
sed non occidere.per dict.c.suscepimus.Laicis autē Nota de cle- rico.
hoc licitum est, secundum Panor. ibi, & in c.ij.eod.
tit.quod intelligitur in foro contentioso, per text.
superius alleg. sed secus in foro animæ: quia debet
imponi pœnitētia, vt probat in dict.c.ij.Ad quod
facit quod not.in simili xxxiij.q.ij.c.inter hæc.per
quod quidam tenuerūt, quòd in terris subiectis ec-
clesiæ, vt in hac ciuitate, laicus interficiens, vt res
suæ saluentur, puniēdus est. Circa quod plenius vi-
dendus est Ioan.de Anania & Docto. in dicto cap.
suscepimus.& Alberic.in dicto cap.ij.& quæ dicta
fuerunt in l.neq; pignus.§.priuatorum. ē.isto titu.
glos.verò in dicta l.j.C.vnde vi. & ibi Salicetus in
quinta quæstione. & Ioannes Faber super verbo,

modera

58 moderatione.& communiter Docto.†dicunt istud moderamen inculpatæ tutelæ considerandum esse circa tria,videlicet circa modum, circa tempus,& circa causam. Circa modum, vt si inferatur vis cū armis,etiam cum armis resisti posit, vt l.iij. §.j.ff.
59 de vi & vi armata.†Et illa dicuntur esse arma,quæ ibi ponuntur in textu, qui text. etiam fustes & lapides arma vocat,quamuis gloss.super rubrica.C. de fabricen.lib.xj. dicat fustes & lapides nō esse arma.Sed vt ibi dicit Iacob. Rebuff. tolli potest contrarietas,scilicet,quòd quędam sunt,quæ sui natura ad alium vsum quàm armorum nō possunt applicari, vt enses,lanceæ,tela,& similia. Alia sunt quæ ex sui generis natura ad alium vsum quàm armorū possunt applicari,vt fustes & lapides.& ista ante maleficium commissum vel inchoatum, non continentur appellatione armorum, vt vult dicta glos. Sed postea bene continētur armorum appellatione,vt dicta l.iij.§.armis.& ibi Bart.ff.de vi & vi arma.facit quod habetur in l. hi qui.ff.ad legem Iuliam de vi publi.& l.si pignore. §.furē.ff.de furt.
60 †Et circa præmissa est attendēdum secundum Salicetum in dicta l.j.C.vnde vi. quòd species armorū vim repellētis,potest esse diuersa ab illa vim inferentis,puta,si ille cum gladio vel cultello,defendens verò cum ense , vel si inuadens cum ense,alter cum lancea , quæ est longior , se tueri potest , quia differentia ista armorum nō inuenitur cauta de iure. Standum est igitur generalitati legis, dicentis, vim armis illatam, armis repelli posse quibuscūq;, scilicet armis:quia vbi lex non distinguit,nec nos. l.de pretio. ff.de publicia. Ideo dicit eleganter Bal. in dicta l.j.C.vnde vi.quem recitat & sequitur Angel.Aret. vbi ē.quòd si quis aliquem insultat cum baculo, insultatus verò ne percuteretur, insultantē percussit gladio, vnde mortuus est,si insultatus aliter non poterat se defendere , non punitur:aliàs secus,vt ibi notatur in glos. & faciunt notata in l.ij. C.de sicar.Imò sufficit solus terror armorum, secūdum glos.in dicta l.j.vt dicatur vis facta cū armis, quāuis habens illa arma,ea non exercuerit,vt vult Bartol.in dicto §.armis.& sequitur Angel.Aret.in dicto tractatu glos.super verbo,dictus Andreas ar
61 matus.& ita dicit se habuisse in facto.†Volunt etiā prædicti Docto.post glos.dict.l.j.quòd in dubio armis inuasus præsumitur non posse se sine armis defendere.quod tamen limitat Barto.& sequitur Salicet.esse verum,vbi manifesta indicia vel signa offensionis apparent,& ita credi debet,vt dicit Sali. quòd intellexerit istam gl. aliàs simplex terror armorum esset supinus : sed vbi terror armorum est talis,quòd inferat iustū timorem , præsumitur insultatus constitutus in discrimine vitæ. Ita sentit gl.notabilis in dicta l.sed & si quencunq;. in principio.ff.ad legem Aquili.& ibi Docto. dicentes,quòd eo ipso quod probo,quòd aliquis veniebat contra me cum gladio, & ego occidi eum, statim probata est mea defensio,vt est ibi text.cum glos.facit dicta l.si ex plagis. §.tabernarius. eodem titu. vbi etiam dicit Bartol. quòd quandocūq; percutio aliquem, ante quàm me percutiat, dū esset in actu percutiēdi , videor in dubio facere ad meam defensionē. & hoc sequitur Angel.Aret. in dicto tractatu glos.& dictus Titius se defendendo. dicit etiam Floria.in dicto §. qui cum aliter. quòd semper præsumitur contra eum , qui primò dedit operā rei illicitæ,vt dicto §.tabernarius. Item contra eum , qui primò cœpit verba contumeliosa proferre. l.si non cōuicij.C.de iniur.& contra illum, qui prior arma cœpit euaginare, vt l.j. C.ad legem Corneli. de sicar.
62 †Notandum est tamen secundum Docto.aliquos, quòd si inuasus euitare posset periculum , insultus imputaretur sibi, si non euitauit , ad euitandū maius periculum.& idem dicere videtur Florian. in l. quemadmodum.§. si nauis.lo ij.ff.ad legem Aquil. per dictum §. cum arietes. & ibi notata. & ob hoc fuit quorundam opinio , quòd si videns aggressorem ad se venientem non fugit,cum posset fugiendo euadere,sed expectauit,& percussit vel occidit, quòd sit puniendus , per dictam l. scientiam.§.qui cum aliter.& dictā l.furē. quia expectando videtur expectans affectasse rixam cum inuasore, argumē. l.& qui data.ff.ex quib.caus.maio.& pro hoc facit dicta clement.vnica.extra de homicidio. ibi, aliter mortem vitare non valens. & hoc ita videtur ibi sentire gloss.& pro hoc facit, quia dominus noster ad persecutionem Herodis,fugit in Aegyptum,& cum à Iudæis lapidibus plecteretur , abscondit se, & exijt de templo , vt hæc transumptiuè leguntur xxiij.quæstio. iij.§.j. & hanc opinionem sequeba
63 tur Cy.in dicta l.j.C.vnde vi.†Nisi ille qui nō fugit,esset talis persona, quæ sine dedecore fugere nō poterat : quia post fugam in publicum comparere non potuisset.talis enim iniuria, quæ minuit famā dicitur atrox,& non toleranda,vt l.ij.circa mediū. ff.de his,qui sunt sui vel alie.iur. facit l.nepos Procuło.ā.titu.proximo. & l.inciuilem. C.de furt.Sed
64 Bartol. in dicta l. j.& post eum Salicet. † eleganti stylo,tenēt non esse fugiendum etiam per eum,qui non esset incursurus periculum famæ,quia iniurio sum est esse fugatum. l. item apud Labeonem. §.j. ff.de iniur. Sed iniuriam sibi illatā potest quilibet propulsare,vt dicta l.iij. & dicto §. qui cum aliter. cum similibus superius allega. ergo bene sequitur, quòd non debet fugere,& potest,ne fugiat, resistere.& idem tenet Bal.in dicta l.vt vim. quia fugans facit illicitē. Iste ergo non fugiendo licitē facit, secundum eum. & hoc sequitur Angel. Aret.vbi supra.quamuis ipse Bald. in dicta l.j. C.vnde vi.aliter distinguendo loquatur, vbi Angel.de Perus.tenet cum Bartol. & firmiter ipse Salicet. cuius pulchrę rationes videndæ sunt,& à iudicibus maleficiorum ponderandę.leue est enim,dicunt Bar.& Salicet. supponere vel dicere, quòd vidēs aggressorem suum venientem potuit fugere, sed non est sic facile concedendum , quia inuasus vel aggressus mortis fortè cogitatiōe turbatus, vt in simili dicit tex. in l.hac consultissima.§.at cum humana fragilitas. C.qui testament.face.poss.accenditur ira.Ad quod facit l.quicquid calore.ē.isto titu.& ij.quæstio. iiij. cap. si quis iratus. vel fortè tremit , aut dubitat,ne cadat fugiendo, & fuga sit facilius causa suæ mortis,quàm stare, & vim vi repellere se defendendo, quod iure omni permissum est.Eligēdo igitur permissum à iure, nō cadit in pœnam, vt l.Gracchus. C.ad legem Iuliam de adult.cū simil.Ad quod satis

videtur facere id, quod notauit Innoc. in c.si verò.
lo premier.extra de sentent.excommun.vbi dicit,
quòd sufficit probabiliter dubitari de inuasore,vt
excusetur percutiens illum se defendēdo. & ita etiā
notauit Floria.in dicto §.qui cum aliter.argumen.
illius text.& dicta l.sed & si quencunq;. in princip.
& l.j.C.quando lice. vnicuiq; sine iudi. se vindi.&
l.is qui aggressorem.C.de sicar. Idem velle videtur
dominus Ioannes de Imola, in dicta Clementina
vnica.de homicid. quia non tenetur inuasus se ex-
ponere periculo. l.ij.§.penultimo.ff. si quis cautio.
& facit c.accedens.extra vt lite non contest. Petrus
de Ancha.in dicta clement.vnica.idem tenet,& ad
text.dictæ clemen.dicit, quòd intelligenda est,quo
ad irregularitatem euitandam,vbi necessitas debet
esse ineuitabilis.Panormi.in dicto cap.significasti.
lo ij.extra de homici.sub dubio fortè dicit opinio-
nem Bart. esse veriorem in foro contētioso, sed in
foro animę vel pœnitentiali alia opinio est tutior,
vt distinguatur qualitas personarū. Ioan.de Ana.
in dicto cap.suscepimus.in fi.dicit esse consideran-
dum, si de iure canonico ad pœnam irregularita-
tis euitandā inuasus debeat fugere. sed si agatur de
pœna homicidij imponenda, nō debeat fugere in-
uasus.quod, vt dictū est, fuit de mēte Petri de An-
chara.in dicta clemen.vnica. & ita residere videtur
ipse de Anania.quem plenius vide in dicto cap. si-
gnificasti.& hęc satis sint de moderamine inculpa-
65 tæ tutelæ circa modum. †Circa verò tempus dicit
glos.in dicta l.j.quam sequuntur Docto. quòd mo-
deramen illud consistit in hoc, quòd incontinenti
flagrante adhuc maleficio fiat defensio,vt l.iij.§.cū
igitur.& l.qui possessionem. ff. de vi & vi arma.&
hoc est, quando fit iniuria vel inuasio circa perso-
nam, quia tunc flagranti adhuc crimine licitum
est vim illatam propulsare, non autem postea, vt
dicto §.tabernarius.& allegato §. cum arietes.& ra
tio redditur per Docto.quia si postea fieret,dicere-
tur fieri non ad alium finem quàm vindictę, quod
non licet,vt dictis iuribus.& l.deuotum. cū ibi no-
tatis per glos.& Docto.C. de meta. & epide. libro
xij.& l.nullus.C.de Iudę.& dict.l.si quis à se fundū.
66 C. ad legem Iuliam de vi publi. †Et in hoc etiam
secundum Salicet.post gl.in dicta l.j. consistit mo-
deramen inculpatæ tutelæ circa causam, quòd sci-
licet iniuriæ propulsator id faciat ad defensionem,
non ad vindictam, quod iudicis arbitrio relinqui-
tur considerandum,secundum Bart.& Salicet.post
glos.quam omnes sequūtur, & debet semper iudex

Moderamē ĩculpatę tutelę circa cām.

animum ad verisimilia applicare. l.fina.in princi-
67 pio.ff.quod met.caus. †Summè tamen notandum
est,secundum Docto. quòd vbi inuasus aut aggres
sus se defendendo excedit modum defensionis, so-
lum debet puniri de illo excessu, vt est text.notabi
lis in l.si adulterium cum incestu. §.Imperatores.ff.
ad legem Iuliam de adult. quod tamen limitat An-
gel. Are.vbi s.quādo excessus ille est punibilis, vt
notatur per glos.in dicto cap.olim.in principio.ex
68 tra de restitu.spol.vbi glos.fi.notabiliter dicit, †quod
si quis aliter se defendere nō potest,nisi excedat mo
dum,potest illum excedere, per dict.l.sed & si quē-
cunq;.§.responso. & hoc eleganter videtur voluisse
Baldus in dicta l.vt vim.dicens, quòd si exceditur
modus ex impetu concitati animi, nō videtur hoc
peccatū:quoniam insultatus non potest bene deli-
berare,nec habere stateram in manu.Ad quod alle-
gat not.in l.Imperator. ff.de sta.hom.Vetus enim,
inquit idem Bald. prouerbium est,gladiatorem in
arena accipere consilium.excedit enim sæpe occasio
rationem,& qui parum transgreditur, non vitupe
ratur,arg.l.cui dens.ff.de ędil.edict.& l.quamuis.ff.
69 de condi.& demonst. †Vult etiam idem Bald. nec
dissentiunt Doctor.quòd si per modum exceditur
modus iustæ defensionis,puniri debet excedēs,mi-
tiori tamen pœna, quàm si non esset data occasio
delinquendi,ideo vt culposus,nō vt dolosus puni-
endus est,vt dict.§.Imperatores.& hoc propter in-
consultū calorem,qui caret doli vitio.vt l.j.§.quę-
ri.ff.ad Turpil.se.consul. vbi est bonus & bene no-
70 tandus text.†Quid autem sit dolus,vt sciatur quo
modo excessum fuit per dolum,vide text. in l.j. §.

Text. bene notandus.

dolū.ff.de dolo.vbi dicitur, quòd dolus est machi-
natio insidiosa & fraudulēta. & de hoc excessu per
dolum,dant exemplum Ioan.Fab. Bal.& Salice.in
71 dicta l.j.C.vnde vi.& Ange.Are.vbi suprà,†quan-
do quis inuasit aliquem, & vulnerauit, & postea
aufugit, vulneratusq; ipsum insequitur, & vulne-
rantē vulnerat, vel occidit:quia tunc videtur vin-

Dolus est.

dicare,& non se defendere, quem dicunt esse puni-
endum pro doloso excessu, vt culpabilem, non vt
dolosum propter incōsultum calorem,vt est dictū.
facit dicta l.quicquid calore.cum ibi notatis s.isto
tit.& dicta l.j.§.quæri.ff.ad Turpil.Albe. tamen in
dicta l.vt vim.& in dict.§.tabernarius.videtur cō-
cludere ipsum non esse puniendum.sed hoc non est
bene tutum,& verius videtur quod dictum est, se-
cundum prædictos Docto. vel intelligatur Alber.
quando non ex proposito exceditur moderamen,
quia tunc non tenetur excedens,secundum Guli.de
Cug.quem recitat & sequitur Floria.in allegato §.
tabernarius.per illum tex. quē alleg. ad hoc Archi.
xxiij.quæst.j.c.summa.ad fi. volūtas enim & pro-
positū distinguūt maleficia.l.qui iniuriæ.in princ.
72 cum concordan. ibi allegatis in gl.ff.de fur. †Quan-
do autem per latam culpam modus defensionis ex-
ceditur, dicit Bald. in dicta l. vt vim. pœnam esse
minorandam magis,quàm quando per dolum iu-
dicis arbitrio.argu. l.diuus. ff.ad legem Pompe.de
parric. & dicto §.Imperatores. Est autem lata cul-
pa,secundum Bartol. in l.quod Nerua. ff.depo.de-
uiatio incircunspecta ab ea diligentia, quam com-
muniter habent homines,qui sunt eiusdem profes-
sionis & conditionis.vel secundum Sali.in l.si nul-
la.C. de pign. acti. est imprudenter & sine propo-
sito omittere vel committere,quod cæteri eiusdem
conditionis & professionis homines omisissent vel
commisissent,vt plenius fuit notatum in l.contra-
ctus.s. isto titulo. quod iudicis boni arbitrio com-
mittitur,qui variè ex personis causisq; constituet,
l.in fundo. ff.de rei vendicatio. vbi verò exceditur
modus per leuem culpam, dicit Bald. vbi suprà quod
non videtur leuis culpa criminaliter punienda,per
notata per Cyn.vbi etiam ipse Bald.in l.si quis nō
dicam rapere.C.de epis.& cle.cum in atrocibus re-
quiratur dolus,vt no.per gl.in l.magna negligētia.
s.tit.proximo. Atrocia verò cognoscūtur ex qua-

litati pœnæ, quā lex imponit pro crimine, vt l.ij. ff.de publi.iudi. & not. in l.trāsigere. C.de trāsact. facit elegans tex.in cap.nō afferamus. xxiiij.quæst. j.cum similibus. Cætera super isto articulo, & tota regula vide plenissimè per Doctores in locis allegatis. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Protestatio non operatur, nisi ex tēpore quo fit.
2 Administrans post prohibitionem nō agit actione negotiorum gestorum.
3 Funeraria actio per prohibitionem non impedit.
4 Soluens pro existēte in magno periculo, etiam ab eo prohibitus recuperabit.
5 Emens rem furtiuam, eam restituet sine pretio, nisi in casu.
6 Hæres fraude omittens adire, ne soluantur legata, tenetur.
7 Commune pluribus vt vniuersis, regitur à maiori parte, secus si commune pluribus vt singulis.
8 Socius non potest rei seruitutem imponere.
9 Seruitus pro parte constitui non potest.
10 Optione vnius rei facta, non licet variare.
11 Gratia expectatiua generalis, cōsumitur in corpore beneficij acceptati.
12 Legatario de voluntate hæredis rem semel possidente, non licet hȩredi illam voluntatem reuocare.
13 Iudex quomodo possit mutare sententiam iam latam. & nu.15. & 19.
14 Iudex etiam delegatus, potest eodem die supplere circa accessoria id, quod omisit in diffinitiua.
16 Sententia existente nulla potest ordinarius denuo iudicare, etiam ex eisdem actis. & nu.17.
18 Delegati iurisdictio, an finiatur per sentētiā nullā.
20 Interlocutoriam potest iudex reuocare, & qualiter. & nu.21.
22 Interlocutoria, quando non possit reuocari. & nu. 23.25.26.27.28.29.30.31.32.38.39. & 40.
24 Iudex pronuntians se non iudicem, si appelletur, an possit sententiam reuocare.
33 Interlocutoria exequutioni demādata, qn̄ reuocet.
34 Sententia notoriè iniusta, potest dici nulla.
35 Iudex quanquam sibi cōstet de innocētia post sententiam non potest pœnā remittere, sed debet adiri princeps.
36 Iudex qui detulit appellationi, adhuc se intromittit in causa excommunicationis.
37 Interlocutoria quæ secum trahit exequutionē, non est reuocabilis.
41 Interlocutoria, intra quod tempus reuocetur.
42 Interlocutorię reuocatio, an requirat causæ cognitionem.
43 Confessio iudicialis vel extraiudicialis, an & quādo sit obligatoria.
44 Confessio extraiudicialis, quando probet parte absente facta.
45 Confessio extraiudicialis licet probet in ciuilibus, non tamen in criminalibus.
46 Confessio delicti extraiudicialis non probat, nisi quo ad indicium torturæ.
47 Confessionem iudicialem vel extraiudicialē quādo possit quis reuocare. & nu.48. & 49.
50 Confessio erronea, an possit reuocari postq̄ iudex fecit præceptum de soluendo.
51 Error quomodo probetur, in reuocando erroneā confessionem. & nu.54.
52 Confessionem procuratoris vel aduocati, quando quis reuocet.
53 Incontinenti dicitur fieri, quod fit intra triduum.
55 Pœnitentiæ quando sit locus in contractibus.
56 Contractus innominati, quando non admittant pœnitentiam. & nu.57.58.59. & 61.
60 Mandatū morte mandantis non expirat, etiam re integra in pijs caussis.
62 Libertatis datio, an sit pia causa.
63 Deliberans aliquid, quo ad Deum obligatur.
64 Contractus nominati qui admittant pœnitentiā.
65 Commodatum simpliciter factum, accedit magis precario.
66 Pœnitentia quando habeat locum in contractibus innominatis. & nu.67.68.71.73. & 74.
69 Pœnitendi facultas non transit ad hæredes.
70 Do & dono, differunt, & do donationem quando importet.
72 Pœnitentiam in contractibus, quando non sufficiat esse verbalem.
75 Contractus nominatus mistus innominato, an admittat pœnitentiam.
76 Matrimonium nec carnale nec spirituale admittit pœnitentiam. & nu.77.
78 Officio publico priuari potest insufficiens, etiam si semel fuerit approbatus.
79 Habilis initio si sine culpa fiat inhabilis, retinet officij honorem, sed non onus. & nu.80.
81 Seruire volens per substitutum, debet per hominē æqualis conditionis.
82 Reprobari qn̄ possit semel approbatus. & nu.83.
84 Medicus semel approbatus, potest reprobari.
85 Papa potest quēuis à beneficio remouere, etiā nuda voluntate.
86 Plenitudo potestatis in Papa, quid importet.
87 Papa an contra vniuersalis ecclesiæ statum possit dispensare.
88 Consiliū mutare qn̄ liceat vel nō. & nu.96. & seq.
89 Hæreditatis partem adire volēs ex testamento, & aliam ab intestato, non auditur.
92 Testamentum etiam iuratum, potest mutari.
93 Iurans non mutare testamentum, non est periurus si mutet.
94 Testamentum quod quis iurauit non mutare, debet specialiter reuocari.
95 Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ.
97 Nuntium ad aliquid faciēdum mittens, an eo inscio reuocet propositum.
98 Matrimonium contracturus procurator reuocari etiam ignorans potest.
99 Mandati reuocatio quando non teneat absq; certioratione. & nu.100.
102 Legati alternatiui post factam electionem transit rectà dominium in legatarium.
103 Electionem habens à lege, variare potest vsq; ad litis contestationem.
104 Instantiæ soli non potest quis renunciare cū animo reassumendi litem.
105 Libellum quando possit actor mutare.
106 Volueris verbum, & volet, differunt.

107 Hæreditatem paternam repudiatam, quãdo poſ-
ſit filius denuo habere. & nu. 108. & 110.
109 Patris appellatione continetur auus.
111 Suus poteſt abſtentionẽ reuocare, nõ emancipatus.
112 Emancipationis & patriæ poteſtatis, quomodo
ſublata ſit hodie differentia.
113 Maternam hæreditatem repudiatam, an poſsit fi-
lius denuo acceptare.
114 Repudiare non cenſetur, qui ait, nolo adire.
115 Suitas tollitur per dationem cohæredis, vel ſubſti-
tuti vulgaris.
116 Princeps conceſſum priuilegiũ pro libito poteſt
reuocare.
117 Papæ præcepto etiam iniquo parendum.
118 Contractus principis, habetur pro lege.
119 Princeps licet non ligetur conſtitutione, ligatur
tamen conuentione.
120 Priuilegium ceſſat, quoties incipit eſſe reipubli-
cæ damnoſum.
121 Priuilegio non cenſetur in dubio eſſe derogatum.
122 Priuilegium conceſſum miſerabilibus perſonis,
non reuocatur, niſi de miſerabilitate fiat mentio.
123 Miſerabiles perſonæ non poſſunt priuilegio ſuo
renuntiare.
124 Priuilegium conceſſum non ſubdito, non poteſt
reuocari.
125 Statutum quod tranſiuit in contractum vel quaſi,
non poteſt contraria voluntate mutari.

Nemo poteſt mutare conſiliũ ſuum, in alterius iniuriam.

HVIC regulæ affines ſunt
duæ poſitæ extra eodem
tit. lib. vj. Regula ſcilicet,
quod ſemel placuit. & re-
gula, mutare cõſiliũ. quas
ibi plenè explanant gloſ.
& Doct. & hic, & ibi, va-
ria ponuntur exempla. Et
primò gloſſ. hic exempli-
ficat de his, quæ habentur in l. fi. C. de neg. geſt. vbi
proteſtatio domini vel prohibitio facta alicui, qui
adminiſtrauerat vtiliter negotia ſua, ne non intro-
mittat ſe de illis, nõ trahitũ retro ad adminiſtratio-
nẽ iam factã, quo minus ille qui adminiſtrauit cõ-
traria actione negotiorũ geſtorum recuperet quod
1 impendit. †Proteſtatio enim in hoc non trahitur
retro, nec operatur niſi ex tempore, quo fit, vt ibi
eſt caſus, ne fortè dominus, qui ſciuit negotiorum
ſuorum geſtorem plures expẽſas vtiles feciſſe, illis
eum fraudaret, mutando conſilium in ipſius detri-
mentum vel iniuriam. quod non eſt tolerandũ per
iſtam regulam. Non autem eſt reſpuenda mutatio
2 conſilij in futura adminiſtratione: †quia ſi prohi-
bitus poſtea adminiſtraret, non haberet actionem
per deciſionem illius legis. Cuius rationem reddit
ibi Bald. quia ſicut ab initio inuitus nemo contra-
hit, ſed requiritur conſenſus voluntarius, vt l. ſicut.
C. de actio. & obliga. cum ſimilibus. ita etiam per
diſſenſum à principio quaſi cõtractus nõ naſcitur,
3 & impeditur actio. †Fallit in actiõe funeraria, quæ
per prohibitionẽ non impeditur, vt in l. at ſi quis.
4 §. idem Labeo. ff. de relig. & ſump. fune. †Idem vult
Bal. in dicta l. fi. in caſu, in quo aliquis erat in ma-
gno periculo perdendi perſonam, niſi pro eo ſol-
ueretur certa ſumma, quam illo etiam vetante ami-
cus vel coniunctus illius ſoluit, quia non obſtante
prohibitione poterit ſummam ſolutam recupera-
re ab illo, quia nõ minus intereſt reipublicæ homi-
nes viuos cõſeruari, quàm mortuos tumulari. pro
quo dicit Bald. eſſe caſum in ratione ſui, in dict. §.
idem Labeo. & etiam, quia ratione coniunctionis
& amicitiæ intereſt ſoluentis, ne ille prohibẽs per-
eat. facit l. j. & ij. ff. de libera. cauſ. & l. non tantum.
5 ff. de appe. & hoc operatur virtus charitatis, †ſicut
in ſimili emens rem furtiuam, cogitur illam redde-
re domino, à quo furto ſubtracta eſt, etiam pretio
quo vendita fuit, non reſtituto emptori, vt l. inci-
uilem. C. de fur. quæ limitatur, niſi emens videret
illam rem eſſe omnino perituram pro domino, ſi
illam non emeret, quia tunc recuperare debet à do-
mino rei pretium quod ſoluit, vt eſt caſus notabi-
lis & ſingularis in l. mulier in opus ſalinarum. ff. de
cap. & poſtli. reuer. Secũdum exemplum ponit hic
glo. de l. fi. C. de acquiren. poſſeſ. de quo remittit ad
ibi notata, & dictum fuit in regula præcedenti, in
principio. Tertium exemplum ponitur per gloſſ.
quod reperit Ioan. Mona. in regula, mutare. eod. tit.
libro vj. in hærede inſtituto in teſtamento, qui in
fraudem legatorũ, vt non debeantur, omittit adire
hæreditatem ex teſtamento, & illam vult ab inte-
ſtato poſsidere. Nam quia propoſitũ, quod habue-
rat adeundi ex teſtamento, mutauit in præiudiciũ
legatariorum non eſt audiẽdus, nec tolerandus, vt
in hac regula. Ideo ſtatuerunt iura, vt teneatur ſol-
uere legata, ac ſi adiuiſſet ex teſtamento, vt per to-
6 tum tit. ff. & C. ſi quis omiſ. cauſa teſt. †Neceſſe eſt
tamẽ fraudem interuenire, ſcilicet, quòd inſtitutus
fraudulenter omittat adire ex teſtamento, in præ-
iudicium legatariorum, vt ſit locus illi edicto, quia
fraude ceſſante, vt quia hęres inſtitutus ex iuſta cau
ſa omitteret cauſam teſtati, & adiret ab inteſtato,
ceſſaret dictum edictum, vt l. Papinianus. §. quoniã
autem quarta. ver. cum igitur. ff. de inoffic. teſtam.
& l. cum pater. §. Titio. ff. de lega. ij. & notatur per
Doctores in l. j. C. ſi quis omiſ. cauſa teſta. Quarto
poteſt poni exemplum de l. per fundum. ff. de ſerui.
ruſtic. prædi. vbi ſi vnus ex dominis pro indiuiſo
alicuius prædij, impoſuit ipſi prædio ſeruitutẽ re-
alem, non poteſt pœnitere, nec contra venire, licet
ſocij ſui nõdum approbauerint impoſitionem ſer-
uitutis, quorum tamen approbatio neceſſaria eſt,
ad hoc, vt teneat dictę ſeruitutis impoſitio in prę-
iudicium ipſorum, imò etiam ſi plures illorũ con-
ſenſiſſent impoſitioni ſeruitutis, nõ afferretur præ-
iudicium vni illorum non conſentienti, vt ibi, &
l. in concedendo. ff. de aqua pluu. arcen. vt enim ibi
7 dicit Ioan. de Imol. †in iure communi pluribus vt
ſingulis, non ſufficit conſenſus maioris partis. ſecus
aũt ſi eſſet cõmune pluribus vt vniuerſis, vt l. quod
maior. ff. ad municipa. notatur per gloſ. notabilem
Innocen. & Docto. in cap. cum omnes. extra de cõ-
8 ſtit. †Et rationem, quare ſeruitus ab vno conceſſa
non teneat efficaciter, reddit Alberic. in dicta l. per
fundum. quia ad cõceſsionem ſeruitutis requiritur
quòd

quòd concedens sit dominus prædij in quo illam con
cedit.l.j.ff.cōmuni. præd.socius autē nō est dominus
totius,sed partis.l.pupillus.in fi.ō.ti.proxi.& l.j.§.dñi.
9 ff.ad Sille.& l.serui electione.in fi.ff.de lega.j.†& serui-
tus non potest pro parte constitui.l.pro parte.ff.de ser
uitu.& de vsu & habi.l.vsus pars.& etiam in re cōmu
ni melior est cōditio prohibentis.l.Sabinus.ff.cōmu-
ni diuid.& quod omnes tangit debet ab omnibus ap
probari.l.fi.C.de auto.præst.vnus tamen concedens
seruitutem,licet in præiudicium sociorum nihil agat,
vt dictis iuribus,& l.vnus.in princip.ff.de seruit.ru-
sti.præd.non potest ipse prohibere illum cui seruitutē
concessit illa vti:quia mutaret consiliū in illius iniuriā
vel detrimentum,quod fieri nō debet per istam regulā,
& per dicta iura.Nec debet venire contra factū suum,
vt l.mater.C.de rei vendicatio.& l.post mortem.ff.de
adoptio. Si cæteri tamen domini postea concederent
seruitutem, vel confirmarent, iam per vnum aut ali-
quos ipsorū concessam,teneret quo ad oēs impositio
dictę seruitutis,vt dicta l. per fundum. & cōualidatur
quod ab initio non tenuit,vt ibi per Doct.& glo.no.
secus esset secundum Bald.ibi in eo,quod est commu-
ne pluribus vt vniuersis seu collegiatis:quia si minor
pars aliquid facit,& postea alij ratificant tot,quot fa-
ciunt maiorem partem,non valet ratificatio: quia ab
initio actus peccauit in forma,& fuit nullus ipso iure.
Minor enim pars non habet formam vniuersitatis,
aut collegij,vt est tex.in cap.in causis.extra de elect.fa-
cit quod notatur per Innocen.& Docto.in dicto cap.
cum omnes. & per Archid.xxxj.distinct.cap.Nicena.
& xij.distinct.cap.illud.& adducit Bald.rationem hu-
ius dicti:quia ratificatio ista non est collegialis, quæ
est necessaria de forma actus, vt in ca. in Genesi.extra
10 de elect.quod est notandum. † Quintum exemplum
ponitur per Doct.de l.apud Aufidium.ff.de optio. le
ga.vbi optione legata, vno legatorum optato lega-
tarius variare nō potest:quia legatum optionis,quod
est generale consumitur in corpore optato,& habetur
perinde ac si dictum corpus optatum fuisset legatum
ab initio.facit l.si optio.ff.qui,& à quib.ma.non fi.&
hoc est verum,quando optio tenuit:aliàs secus,vt l.ij.
ff.de optio.lega.vbi videte Barto. & quid requiratur
ad hoc,vt valeat,ipsum Bart.in dicta l.serui electione.
in princip.post glo.& ibi per Bal.& hoc applicat Bo
11 nifa.de Amanat. † quòd gratia expectatiua generalis
concessa per Papam consumitur in corpore beneficij
acceptati cadentis sub gratia.Nam acceptanti acqui-
ritur ius ad rē,vt in c.quod.extra de prębē.li.vj.& c.si.
de cōces.præbē.eo.lib.& habet pinde ac si gratia facta
fuisset ab initio de illo beneficio sic acceptato secun-
dum Archid.& Ioan.And.in nouella.in cap.si postq;
de pręben.eo.lib.& ibi Docto.& ipse Archid.in capi.
ne captandę.eo.titu.& lib.super verbo,primum.secū-
dum quem sufficit semel expressa voluntas.facit l.fin.
C.de remis.pig.ideo non potest variare. Ad quod fa-
cit l.si pluribus.in fi.& l.huiusmodi.§.si Stichum.ff.de
lega.j.& cap.in multis.in fin.extra de rescrip.lib.vj.cū
12 similibus.† Sextum exemplum ponitur de l.j.§.pro-
dest.ff.quo.lega.vbi illo interdicto non tenetur legata
rius si possideat rem sibi legatam voluntate hæredis,
nec nocet legatario si hæres mutet illam voluntatem:
quia non potest mutari consilium in iniuriam legata-
rij per istam regulam,& d.§.prodest.vbi glo.ponit cō
cordantias.Septimum exemplum poni potest in ista
regula,de l.iudex.l.Paulus.l.post rem.& l.cum quære
batur.ff.de re iudica.& l.j.§.fin.ff.de quæstio.l.diui fra
tres.& l.moris.§.iste.ff.de poe.& l. poenam.C. eod.tit.
& l.secunda.C.senten.rescindi non pos.in quibus iuri-
13 bus probatur,† quòd iudex non potest mutare,nec al
terare sententiam quam tulit addēdo, vel diminuēdo.
quod est intelligendum circa principale negotium sen
tentia diffinitiua terminatum:secus si tulit iudex abso-
lutoriam ab obseruatione iudicij ratione ineptę peti-
tionis,& sic tantum super instantia pronūtiauit:quia
tunc non expirat iudicis officium super negotio prin-
cipali etiam si erat solum iudex delegatus,vt dicit Spe-
cul.titu.de offic.iudi.§.deseruit.versicu.quid si propo
nens.quod sequitur Ioan.de Imol.in dicta l.iudex. &
adducit rationem: quia absolutoria ab obseruatione
iudicij censetur illusoria,vt no.per Barto.in l.cum Ti-
tia.ff.de accusa.quod facit secundum eum, ibi iuncta
14 dicta l.Paulus.ff.de re iudic. † quòd etiam iudex dele-
gatus circa accessoria possit eadem die supplere quod
omiserat in diffinitiua,sicut posset ordinarius,vt ibi
habetur.facit quod notauit gloss.in l.j.C.si à non cō-
peten.iudi.quamuis ipse Ioan.de Imol.in dicta l.Pau-
lus.de hoc dubitauerit: quia iudicis delegati officium
est statim expiratum lata sententia,vt cap.in literis.ex-
tra de offic.delega. & ibi per Innocen.& Docto.& in
cap.j.extra de senten. & re iudi.etiam si sententia esset
nulla,vt dicta l.iudex.& notatur in l.si vt proponis.
la j.C.quo mo. & quando iu. Sed gloss.in dicta l.iu-
dex.videtur contrarium: quoniam intelligit illam le-
gem in delegato,quando tenuit sententia,& tamen di- Arbi-
cit quòd fallit in dicta l.Paulus. Idem tenere videtur ter non
glo.in l.quia arbiter & si errauerit.ff.de arbit.vbi dicit habet
dict.l.Paulus. habere locū in arbitro,ergo multo for iurisdi-
tius in delegato:quia arbiter non habet iurisdictionē ctionē
sicut delegatus,sed solam notionem,vt l.ait prætor.in
princip.ff.de re iudi.& ita residet Ioan.de Imol.in alle-
gata l.Paulus.dicens ita se obtinuisse in practica,per d.
gloss.in allegata l.quia arbiter, & si errauerit.quā ibi
15 in hoc sequuntur Docto. ¶ †Sed circa principale ne-
gotium decisum sententia diffinitiua iudex nihil adde Limita
re neq; mutare potest,per iura allegata.quod procedit tio.
quando sententia diffinitiua est aliqua, licet iniusta.
16 †Sed si esset nulla,ipsa non finiret officium iudicis or
dinarij mercenariū,nec instantiam causæ.vnde iudex
ordinarius in eadem instantia posset iterato sententia-
re,per notata in l.si præses.C.quo mo.& quando iu-
17 dex.†Etiam ex eisdem actis secundum glos.in l.si ex-
pressim.ff.de appella. & dicta l.si vt proponis. quāuis
gloss.teneat quòd non ex eisdem actis,sed nouis,in di-
cta l.cum quærebatur.vbi dicit Ioan.de Imol.plenius
post Barto.loquentem pro concordia dictarum glos.
dici posse,quòd quando nullitas est in sententia tantū
vt quia forte lata fuit die feriata,vel parte non citata,
aut alia nullitate ruit,ordinarius iudicare potest iterū
ex eisdem actis.vbi verò vitium vel nullitas esset in a-
ctis,vel parte actorum,reiterari debent acta inualida.
& idem voluit in effectu Specul.& Ioan. Andr.in ad-
ditio.in titu.de senten. prola.§.qualiter. versicu.quid
ergo si sententia.& in §. iuxta propositionis.versi.sed
nunquid tunc poterit.& versi.sed si causa. & tangitur

aliquid per glo. in cap. ad probandum. extra de senten. & re iudi. vbi idem tenet domi. Benedict. post alios. accedant notata in dicto cap. in literis. extra de offi. dele. lega. & cap. si confirmationem. de elect. lib. vj. & cle. j. de senten. & re iudica. Idem tenet Barto. in dicta l. iudex. vbi in effectu concludit, quòd nullitas apparens in sententia non debet aliter examinari: alias illa oporteret examinare. Non est tamen necesse super illa pronũtiari, vbi solũ petitur sententia super principali negotio: quia tunc nullitas illa venit incidenter. alleg. l. j. cũ
18 ibi notatis. C. de ordi. iudi. † Sententia autem diffinitiua iudicis delegati regulariter finit iurisdictionem eius & per consequens eius officium, vt notatur in dicta l. si vt proponis. & dicta l. iudex. & allegata l. quia aibi ter. & l. iij. C. de accusa. notatur per Panormi. & do. Benedict. in dicto cap. j. de senten. & re iudica. Non tamen finit instantiam: quia poterit haberi recursus ad superiorem, qui delegauit, qui ex illa instantia, & ex eisdem actis poterit pronuntiari, secũdum Ioan. de Imo. in dicta l. iudex. facit quod habetur in authen. ad hæc. C. de iudi. & in cap. super quæstionum. §. j. de offic. delega. quia delegans non est minoris potentiæ isto casu quàm si per se illam sententiam nullam tulisset. arg. l. ita autem. §. gessisse. ff. de administr. tu. & in regula, qui per alium. extra eo. titu. lib. vj. quod est valde notandum. Ange. tamen in dicta l. iudex. voluit, quòd non finiatur iurisdictio iudicis delegati à principe per sententiam ab eo nulliter latam, sed possit iterato iudicare, sicut posset quilibet ordinarius, vt dictum est, arg. l. à iudice. C. de iudi. quæ tamen hoc non probat, secundum d. de Imol. licet enim delegatus principis habeat aliqua specialia, vt scilicet possit subdelegare, & suam sententiam exequi, non tamen fuit cautum reperitur, quòd possit de nullitate diffinitiuæ suæ cognoscere, & iterato pronuntiare. & contra Angel. licet lo. de Imol. non alleget tenuit Bald. in dicta l. si vt proponis. quia quãuis iurisdictio delegata à principe sit maior ordinaria, vt in cap. sane. extra de offic. delega. non est tamen firmior, vt notatur per Archidiaco. ij. quæstio. vj. ca. si episcopus. & Hostien. in summa de appella. §. fin. circa principium. & ibi ponit rationem quare est maior, scilicet ratione personæ principis quam repræsentat, vt d. c. sanè. & c. ij. extra de offic. leg. ¶ Si autẽ dicatur, quòd supradicta in iudice ordinario qui denuo potest sententiare, vbi prima sententia diffinitiua fuit nulla, videntur opponi isti regulæ: quia hoc faciẽdo mutat consilium suum in alterius iniuriam. dicite secũdum Bonifa. de Ama. in dicta regula, quod semel. lib. vj. hæc sic esse intelligenda, quod scilicet iterũ sententiet condemnando vt prius, vel absoluendo vt prius, & sic in effectu non mutat consilium. argumen.
19 l. contra maiores. C. de inoffic. testam. † vbi verò sententiasset condemnando, & nunc absolueret: vel prius absoluisset, nunc verò condemnaret, hoc licitè facere posset propter nouas probationes, quæ fortè adductæ fuerunt, iuxta illa quæ habentur in l. per hanc. C. de tempo. appel. & non est improbata mutatio consilij in quæ sit iusta causa vel legitima superueniente, vt l. ij. C. de profess. & medi. lib. x. idem etiam dicendum est secundum eundem Bonifa. si nullæ sint adductæ nouæ probationes, sed iudex reuiso processu melius vidit, & studuit, nunc quàm prius fecisset, & intellexit se ante male iudicasse. licitum est enim consilium mutare in melius, in l. nonnunquam. ff. de colla. bo. & in ca. cũ olim. extra de senten. & re iudica. Sed si forte prius bene sententiauerat, nunc verò partis alicuius fauore, aut errore ductus, quia cum bene iudicasset putauit se male iudicasse, mutaret propositum, sententia sua secũda nõ esset nulla, sed iniqua, & si non appellaretur posset trãsire in rem iudicatam, vt l. ab eo. cũ ibi notatis. C. quomo. & quando iud. & imputandum esset parti grauatæ quæ non appellauit. faciunt notata in dicta l. si ex-
20 presim. ff. de appella. quod est bene notandum. ¶ † Interlocutoriam verò potest iudex reuocare, vt l. quod iussit. cum ibi not. per Docto. ff. de re iudica. & l. post sententiam. vbi etiam Docto. C. de senten. & interloc. omn. iudi. & in cap. cum cessante. vbi glos. & Docto.
21 extra de appella. ¶ † Vtrum autem indifferenter, & intra quod tempus, & an cum causæ cognitione vel sine ea possit eam iudex reuocare, tractant plenè Docto. in locis prædictis: ex quorũ dictis colligi potest, quòd quia interlocutoria non fertur cum tanta grauitate, & maturitate sicut diffinitiua quæ ponderanda est, vt l. ij. C. de senten. ex pericul. reci. & iuribus superius allegatis, & cap. ex literis. extra de offic. delega. & cap. qualiter. lo premier. extra de accusa. & cap. cum Bertoldus. cum ibi notatis. extra de senten. & re iudica. potest iudex eandem interlocutoriam reuocare, vt iuribus superius allegatis: quia per eam non est iudex functus officio suo, per ea quæ ibi habentur. & in cap. quærenti. extra de offic. delega. quod procedit siue interlocutoria concernat ordinationẽ iudicij siue decisionẽ emergentium, vel incidentium in causa, vt in dicto cap. cũ cessante. & allegata l. quod iussit. imo generalis potest esse conclusio, quòd omnis interlocutoria potest per iudicem reuocari, vt post multa videtur concludere Io an. And. in allegato cap. cum cessante. & ibi do. Benedict. post cum. Ad hoc allegans cap. si. extra de appel. lib. vj. vbi patet quòd iudex ad quem fuit appellatum potest illam reuocare tanquam surrogatus in locum primi iudicis: ergo fortius ipse iudex à quo iurisdictione sua durante. & hoc etiam tenuit glo. in l. j. C. senten. rescin. non pos. & ibi Docto. & concordat glo. in l. j. §. fi. ff. de præto. stip. & Innocen. in cap. sacro. extra de senten. excommu. & ita cõmuniter tenetur, quod procedit etiam si ab ea sit appellatum, vt est expressum in d. cap. cum cessante. & tenet Barto. in dicta l. quod iussit.
22 & Salic. in allegata l. post sententiam. ¶ † Ista tamen cõmunis sententia fallit in pluribus casibus collectis ibi per do. Benedict. & primo in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, secundum Anto. de Butr. ibi. Ad hoc facit quod notatur in cap. peruenit ad nos. extra de ap pella. & in cap. ex parte. lo ij. extra de verbo. signifi. & voluit Spe. titu. de sentẽ. prola. § species. ver. est quoque. quod intelligit esse verum domi. Benedict. quando talis interlocutoria non speret post se aliam diffinitiuam sententiam, vt si iudex pronuntiat aliquid esse dandũ vel fiendum causa cognita. Salice. tamen in dicta l. post sententiam. ex sententia dictarum glossarum, Dy. & Iacob. de Areti. dicit etiam interlocutoriam cõtinentem dari vel fieri posse reuocari per dict. l. quod iussit. quæ loquitur indistinctè, & per dict. l. j. §. fin. & l. pe. ff. de præto. stipu. vbi clare probatur, quòd interlocutoria continens dari vel fieri potest reuocari: sed concordate, vt dictum

Specialia i delegato à principe.

vt dictum est, quòd quando interlocutoria continet dari vel fieri non sperata alia diffinitiua non possit reuocari, secus si speret post se aliam diffinitiuam, vt est sententia lata super exceptione peremptoria quæ habet vim diffinitiuæ, cum præiudicet negotio principali, vt notatur per gloss. in clemen. si. extra de appella. & talis reuocari potest, vt patet ex notatis in dicto cap. fin. de appella. libro sexto. secundum Ioan. de Imol. in dict. verò l. prima. §. fin. & l. penulti. ff. de præto. stipul. interlocutoria sperabat post se diffinitiuam, ideo erat

23 reuocabilis. †Secundo fallit in tali interlocutoria quæ finit iurisdictionem iudicis, vt si iudex pronuntiasse non esse iudicem: quia tunc est eadem ratio quæ in diffinitiua irreuocabili, quoniã functus est iudex officio suo, ideo non potest reuocari, vt in capite, significantibus. extra de offic. delega. & notatur per Barto. in dict. l. quod iussit. facit quod notatur in cap. ij. extra de pur

24 ga. cano. † quod intelligit domi. Benedict. procedere nisi ab illa pronuntiatione fuerit appellatum, per quã appellationem suspensa fuit illa interlocutoria, & per consequens dici non potest quòd sit finita iurisdictio pronuntiantis, ideo tunc potest reuocari dicta pronũtiatio, vt in capite, dilecto. in tertio. extra de præbẽ. vbi vide latissimè Ioan. de Imol. allegantem opiniones, & Salice. in dicta l. sententiam. & dominos de Rota in nouis, decisione octuagesimasexta, qui tenent, quod dictum est, ipsam interlocutoriam, qua iudex pronũtiauit se nõ iudicẽ, à qua est appellatũ, posse per eũ reuocari. facit ad hoc quod notatur per Io. And. in regula, in generali. extra eod. titu. libr. vj. Non obstat dictũ ca. significantibus. quia ibi à pronuntiatione illa nõ fuit appellatum, sed in dicto capitu. dilectus. fuerat appellatum, vt secundum Ioan. de Imo. ibi patet in integra. qui tamen recitat Paul. de Eleaza. dixisse in repetitione dicti cap. dilectus. quòd si iudex pronũtiet se esse iudicem, illa pronuntiatio potest per eum reuocari, etiã si ab ea non sit appellatum, per illud, quod habetur in dicto cap. cum cessante. & allegata l. quod iussit. & idẽ quando pronuntiat se non esse iudicem: si tamen fuit appellatum, quia per appellationem suspenditur interlocutoria. in cap. si à iudice. extra de appella. lib. vj. à qua sententia interlocutoria iure isto ciuili potest appellari, quamuis sit interlocutoria, vt est glos. notabilis in authenti. habita. in fin. glo. C. ne fili. pro pa. & ibi Bald. & per Barto. in l. ij. ff. de appella. recipien. Si autem non fuit appellatum, & iurisdictio iudicis non erat accessoria ad aliud, iudex qui se pronuntiauit non iudicem, non poterit reuocare: quia desinit esse iudex, vt dicto capit. significantibus. & dicto capi. in literis. & dicta l. iudex. nec potest reassumere iurisdictionem nisi ex noua delegatione. facit quod notatur in c. cum appellationibus. extra de appella. libr. vj. nec obstant l. quod iussit. & cap. cum cessante. cum similibus: quia loquuntur illa iura durante iurisdictione: aliàs secus, argumen. xij. quęstio. ij. capite, monemus. cum ibi notatis. Sed si iurisdictio sit accessoria ad aliud quod durat, nõ tollitur iurisdictio, quamuis iudex pronuntiet se non esse iudicem, per illa quæ habentur in cap. si super gratia. extra de rescript. libr. vj. & cap. si cui. de præben. eod. lib. vbi iurisdictio executoris non extinguitur morte Papę re integra, ex eo, quia gratia facta durat, cui accedit executoris iurisdictio. sed hoc displicuit Ioan. Andr. quia dicta capitula, si super. &, si cui. non habent locum in casu isto, cum in illis esset gratia facta pro cuius executione dari erant executores, vt ibi patet, sed in dicto cap. dilectus. fienda erat gratia, vt ibi probatur in text. sed opponebatur literis apostolicis, quòd non valebant, & executores hoc sequendo pronuntiauerunt se non esse executores ac si gratia nõ teneret, & sic quãtum in eis fuit extinxerunt gratiam, vel declararunt esse extinctam, cum literę sint pro titulo, vt notatur in cap. in nostra. & cap. mandatum. extra de rescrip. & notatur per Ioan. And. in proœ. li. vj. super verbo, transmittimus. & sic vult in effectu Ioan. Andr. quòd opinio prædicta Pauli in hoc quod dicit, quòd licet non sit appellatum possit iudex qui se non iudicem pronuntiauit, interlocutoriam suam reuocare, & procedere in causa, si iurisdictio sua erat accessoria ad aliud quod durabat. & hoc tenebat Ioan. de Lignano, & ad rationem Pauli dicebat aliud esse in reuocatione quæ tacite fit per mortem delegantis re integra, de qua loquuntur dicta capi. si super. &, si cui. superius allegata, & aliud in expressa de qua agitur in casu proposito. & etiam in dicto cap. dilectus. executores processerunt ex vi secundi mandati sibi facti per Papam, & non primi, vt dicit Florentinus ibi recitatus per Ioan. de Imol. patere ex antiqua, in qua patet, quòd ibi fuerat appellatum, cui appellationi executores detulerant, ideo fuit opus nouo mandato: quia delatio appellationis abstulerat ab eis iurisdictionem etiam si appellatio erat frustratoria, vel friuola, vt dict. cap. cum appellationibus. Ioan. verò Calde. tenuit ꝙ quamuis appelletur ab interlocutoria, qua iudex pronuntiauit se nõ esse competentem, non possit ipse iudex vlterius se intromittere. & dicit non obstare dictũ cap. dilectus. quia ibi executores processerunt ex vi secundi mandati, & non primi, quod per suam pronuntiationem expirauerat, vt in dicto cap. significantibus. sed hæc opinio Calde. per alios cõmuniter impugnatur, ideo opinio cõmunis quæ etiam videtur glos. Ioan. And. in cap. si solet. prope fi. extra de concess. præben. libr. vj. & Salice. in dicto cap. post sententiam. & eam tenet Rota, vt dictum est, videtur sequenda, & tenenda in practica, secundum Ioan. de Imol. in sæpe di-

25 cto cap. dilectus. ¶ † Tertio fallit, quando ab ipsa interlocutoria fuisset bis appellatum, & ipsa semper confirmata, vt not. per glos. Paul. de Eleaza. & Docto. in dict. clemẽ. si. de appella. licet quidam aliud tenuerint, sed non bene, ideo quia reuocatio tunc haberet in se notoriam iniustitiam, quæ reddit sententiam nullam, vt in cap. inter cæteros. extra de senten. & re iudi. secundum Panormit. & domi. Benedict. in allegato cap. cũ Notoria iniustitia reddit sñiam nullã.

26 cessante. †Quarto fallit in interlocutoria lata de vtriusque partis consensu: quia vna partium postea pœnitente, & petente illam reuocari, non potest altera parte inuita. quod procedit secundum domi. Benedict. nisi subsit iusta causa, vt plenius per eum post Panormi. & Ioan. de Imo. in allegato c. cum cessante. vbi probatur, ꝙ dilatio data de consensu partiũ, reuocari non potest altera parte renitente. Ad quod facit cap. significante. extra de appella. & notata in l. siue pars. C. de dila. & ibi per Cy. & Docto. quod procedit nisi sit finita causa dilationis, vt vult Bartol. in l. à filia. §. aliũo. ff. ad Trebel. & not. Ioan. de Imol. in capite, potuit. extra de

27 loca.in ſecundo notabili.† Quinto fallit, quando iu-
dex q̄ fuit interlocutus detuliſſet appellationi ab eo
interpoſitę:quia tunc tota iuriſdictio transfunderetur
in ſuperiorem, vt in dicto capite, cum appellationi-
bus.extra de appellatio.libr.vj.ideo ámodo non po-
terit dictus iudex eam reuocare ſecundum Ioan.Andr.
28 & Docto.†Sexto fallit,vbi alràs iuriſdictio dicti iudi-
cis fuiſſet finita vel transfuſa in ſuperiorem,vt in caſu
quo iudex noluit tradere apoſtolos ab eo petitos in-
tra tempus iuris,quod eſt triginta dierum, vt l.præſes.
& l.iudicibus.C.de appel.cum ibi notatis per gloſ. &
Doctores,& in capite, vt ſuper.& capite, ab eo.extra
29 eodem titu.libr.vj.† Septimo fallit,quando iudex ad
quem appellatione coram eo introducta, & per eū re
cepta inhibuiſſet iudici à quo ne in cauſa ipſa vlterius
procederet:quia tunc dicto iudici à quo,qui fuit inhi-
bitus,clauſæ ſunt manus, nec poſſet tunc ſententiam
interlocutoriam reuocare,ſecundum Hoſtien.& Ioan.
And.Ad quod allegat capiut,Romana.§.ſi vero.extra
de appella libr.vj.& ita tranſeunt cōiter Docto.in al-
legato cap.cum ceſſante.Ad quod facit cap.nō ſolum.
eodem titu.lib.vj.& hoc eſt ne illudatur iudici ad quē
ſecundum Panormit. ad hoc quod notatur in ſimili
30 in capite,bonæ.lo ij.extra de poſtula.præla.†Octauo
fallit vbi iudex ad quem cauſam appellationis emiſ-
ſæ commiſiſſet ſecundum Gofre. qui ita dicit obti-
nuiſſe in practica.notatur in Specul.titu.de excep.§.
dicto.verſicu.ſed pone.vt refert Ioan.Andr. & domi.
Benedict. poſt eum in dicto capite,cum ceſſante. Ad
quod allegat notata in dicto capite,paſtoralis.§.præ-
terea.extra de offic. delegati. quod procedere poteſt,
quando eſſet appellatum ad Papam, per notata in ca
pit.cupientes.§.fina.extra de electiõ.libr.vj.ſecundū
Ioan.de Imol.& domi.Benedict.quod tamen non eſt
31 ſine dubitatione,vt in ſequēti dicto patebit.† Nono
fallit, quando autoritate iudicis ad quem fuiſſet ad
citationem proceſſum:quia tunc videtur ab eo iuriſ-
dictio reuocata, & transfuſa in ſuperiorem, ſecundum
Specul.in dicto verſicu.ſed pone.quod non procedit
ſine dubitatione ſicut præcedens caſus,ſecundum Pa
normita.& Benedict.quia iſti duo caſus non reperiun
tur in iure expreſsi,imò potius videtur contrarium
verius de iure:quoniam appellatio legitima ſuſpen-
dit iuriſdictionem iudicis à quo præterquam quo ad
poteſtatem reuocandi grauamen illatum per interlo-
cutoriam,vt dicto capit.ſi à iudice. de appellatio.libr.
vj.niſi, vt dicit Panormitan.dicatur hoc ideo eſſe in
caſibus prædictis ne ſuperiori illudatur,per notata in
32 dicto capit.bonę.† Decimo fallit, quando interlocu-
toria eſſet mandata executioni:quia tunc reuocari nō
poteſt,niſi partes conſentiant,vel cauſa cognita, ſecun
dum Bartol.in dicta l.quod iuſsit.& l.prima.in fin.ff.
de præto.ſtipul.vbi Ioan.de Imol.poſt Ange.dicit ibi
eſſe glo.ſingularem de hoc,quæ ita bene alibi non ha-
33 betur,ſcilicet † quòd ſententia interlocutoria executio
ni demandata non poteſt reuocari,niſi in dictis duo-
bus caſibus.Primo quando hoc fieret de partium vo-
luntate:ſecundo quando ex cauſa, vt quia allegaretur
errorem in ea interueniſſe.& ſic debet limitari dicta l.
quod iuſsit.& quod notat̄ per Canoniſtas in ſæpedi-
cto capite,cum ceſſante.Sed diffinitiua etiam in dictis
caſibus non reuocaretur,per ea quæ habentur in dicta
l.quia arbiter,& ſi errauerit.ff.de arbitr. & notata per
gloſſ.in l.ſi diuerſa C.de tranſactio.& eſt text.in l.j.C.
quando prouo.non eſt nec. & hoc verum ex officio
iudicis.Nam per viam appellationis,aut ſimilia reme
dia bene poſſet reuocari.Ideo dicit Ioan Faber in dict.
l.prima.C.quando prouoc.non eſt nec.& Panormit.
in cap.fraternitatis.extra de frigi.& malefi. poſt gloſſ.
34 ſuper verbo,per errorem.† quòd ſententia notoriè in-
iuſta poteſt dici nulla,vel ſaltem reuocabilis,etiam ſi
notorietas iniuſtitię poſtea acciderit.& aſsignat ratio-
nem:quia ſententia iniuſta ſuſtinetur à iure,quia præ-
ſumitur iuſta propter autoritatem iudicis,vt l.Heren-
nius.§.Caia.ff.de euict.& in cap.bonæ.extra de elect.
& in cap.in præſentia.extra de renuntia.quæ ratio ceſ-
ſat,quando notoriè conſtat de iniuſtitia.Ideo dicit In-
nocen.in cap.quia plerìq;.extra de immuni.eccle.quòd
ſi pars,ad cuius vtilitatem fuit lata ſententia,illam con
fiteretur iniuſtam,eſſet per iudicem retractanda. Vult
etiam ipſe Innocen.in capit. ſignificantibus. extra de
purga.vulga quòd ſententia poſsit retractari propter
ſuperuenientem caſus veritatem.hoc tamen dictū ſim
pliciter non videtur tutum: quoniam text.in dicta l.
35 diui fratres.ff.de por.dicit † quòd propter innocētiam
condēnati de crimine, de qua conſtat poſt ſententiam
non poteſt iudex pœnam remittere.& idem vult text.
in dict.l.prima.§.ſi.ff.de quæſtio.& ita forte poteſt in-
telligi Innocen.ſecundum Panormitan. in dicto cap.
ſignificantibus. qui tranſit cum hoc, quòd à principe
ſit petenda reſtitutio aduerſus dictam ſententiam.Cu-
ius ſolius eſt illam concedere in dict.caſu per l diui fra-
tres.cum ibi notatis per Barto.quia ſententia facit ius
inter partes,vt l.res iudicata. infra iſto tit.faciunt nota
ta in l.cum putarem.ff.famil. erciſcū.& per Barto.in l.
ſi ſententia.ff.rem ra.hab.& l.prima.vbi Docto.C.de
condi. indeb.& l.ingenuum.ff.de ſta ho.& dicto cap.
inter cęteras.extra de ſenten.& re iudica.vbi per domi.
Benedict.poſt alios.& cap.cum inter vos.& capite,in
36 cauſis.eodem titu.¶†Vnum tamen non eſt ſilendum
quod eſt notabile ad illud,quod dictū eſt ſuprà iudicē
qui detulit appellationi,non poſſe ſe intromittere vl-
terius de iuriſdictione in illa cauſa, per dictū cap.cum
appellationibus. de appell.libr.vj. quia hoc fallit in
abſolutione ab excommunicatione:quoniam ipſe iu-
dex qui excōmunicauit,à quo fuit appellatum,quan-
tumcunq; appellationi detulerit, tamen poterit ſe de
iuriſdictione intromittere, in hoc quòd abſoluere poſ
ſit ab ipſa excōmunicatione ſiue ſit ordinarius ſiue de-
legatus,per notata in cap.cum contingat.extra de offi.
deleg & recipiet cautionē nomine eccleſiæ,& ſine mā-
dato,quod eſt ſpeciale ſecundum Innocen.in cap. qua
fronte.extra de appell.vbi Ioan. Ande. in hoc videtur
reſidere.& ibi Panormitan.& domi.Benedict.qui de- Spāle
clarat,hoc ideo eſſe ſpeciale in ſententia excōicationis in ſnīa
ne excōmunicatus decedat in excōmunicatiōe quæ de excōi-
medicinali efficeretur mortalis pendente appellatione. catiōis
& alia ratiõe: quia hoc tendit in faciliorem exitum cau
ſæ appellationis.¶Illud tamen,quod dictum eſt de de-
legato,quòd abſoluere poſsit poſtq̄ iuriſdictionē à
ſe abdicauit, non placet Panor. quia nullā habet am-
plius iuriſdictionem,eo quòd detulit appellationi,ſed
abdicauit à ſe,& tranſtulit in ſuperiorem,per allegatū
cap.cū appellationibus.& cum eo tranſit d.Benedict.

37 Aduertatis etiā ad illud, †quod dictum est de sententia
interlocutoria mandata executioni, quòd est irreuoca-
bilis, nisi in casibus superius dictis, quia Bar. quem se-
quitur Io. de Imol. in dicta l. j. §. fi. ff. de præto. sti. pu. idē
dicit in interlocutoria, quę secū trahit executionem in
casibus notatis per ipsum Barto. in l. miles. §. qui iudi-
Vndecimo.
38 cati. ff. de re iudi. † Vndecimo fallit, quando post inter-
locutoriam à qua fuit appellatum appellatus aliquas
fecisset expensas, quoniā nisi prius satisfacto de illis
expensis non posset reuocari, vt sentit glo. Innocen. &
Docto. in dict. cap. cum cessante. & hoc post Io. Andr.
sequitur ibi Io. de Imol. & do. Benedict. quāuis Anto.
de Butr. videatur contrarium voluisse, sed verius est
prius dictum per illud, quod habetur in cap. interpo-
duodecimo.
39 ta. §. ille denique. extra de appel. † Duodecimo fallit, secū
dum Ange. in d. l. quod iussit. in interlocutoria expen-
sarum lata ante diffinitiuam. & ad hoc allegat Innocē.
in c. sacro. extra de senten. excōmu. super verbo, reuoca
re. in fi. & ea quę habentur in l. sancimus. cum aut. ibi
posita. C. de iudi. sed Innocen. ibi bene visus, ibi dicit
oppositum. in versic. vel dic. Idem in alijs sententijs in-
terlocutorijs de expensis, & huiusmodi, scilicet quòd
reuocari possunt ab eo qui eas tulit ante diffinitiuam
sententiam &c. & ita etiam eum allegat Bal. in d. l. j. C.
senten. rescin. nō pos. hoc etiam voluit ipse Inno. in ca.
fi. ad fi. extra quod met. causa. vbi limitat dictā aut. ni-
si iudex reuocet taxationem expensarū: quia eam videt
minus legitime factam, per d. l. quod iussit. vbi Ioā. de
Imol. transit cum hoc dicto, licet Bal. in allegata l. j. C.
senten. rescindi non pos. recitet aliquos contrarium te-
Decimotertio.
40 nuisse, vide ibi plenius. † Decimotertio fallit, secūdum
eundem Angel. in interlocutoria, per quam iudex in-
terpretatur verba suæ sentētiæ ambigua: quia tunc se-
cundum eum non potest reuocare, per illud quod ha-
betur in l. quicquid astringendę. ff. de verbo. oblig. sed
ibi ipse tenet contrarium dicēs, quòd illa quæ ibi dicū
tur, loquuntur de iure declarādi cōpetenti parti. secus
si competat iudici per allegatā l. quod iussit. & huic di-
41 cto concordat Io. de Imol. ¶ † Est autem circa præmis
sa attendendū, quando dictū est, regulariter sentētiam
interlocutoriam posse reuocari, per iura ad hoc allega
ta. quoniam dubitatio est vsque ad quod tempus reuo-
cari possit. in qua quæstione ex sententia Docto. in lo
cis allegatis concludi potest, quòd ad petitionē partis,
reuocari pōt vsque ad decē dies, & nō vltra, intra quos
tantū potest appellari, vt in aut. hodie. C. de appella.
& post illos decem dies si nō sit appellatū sententia in-
terlocutoria quo ad partē, & eius præiudicium transit
in rem iudicatam. in c. cum dilectus. in fi. extra de elect.
in c. significauerunt. de testi. & in c. quod ad cōsultatio
nem. extra de senten. & re iudi. iudex verò qui interlo-
cutus est ex suo officio potest eam reuocare, vsque ad dif
finitiuā sententiā: quia illo tēpore durāte durat eius iu
risdictio in principali, vt d. l. iudex. & in c. sæpe. extra
de appel. & voluit glo. & Docto. in alleg. c. cum cessan
te. & Bar. in d. l. quod iussit. & Spec. ti. de exceptiōibus.
§. viso. versi. sed nunquid iudex. & facit d. c. fi. extra de
42 appel. lib. vj. ¶ † Dubium autē est verū in eius reuoca
tione requiratur causæ cognitio. & ad hoc se resoluunt
Docto. recitati per d. Benedict. in sæpe dicto c. cū ces-
sante. quòd nō requiritur causæ cognitio, vbi illa reuoca
tio fit cōmuni partiū cōsensu, quia sine causa tunc re-
uocari potest. ad quod facit d. l. j. in fi. ff. de præto. stip.

sed si non fiat de cōmuni partiū cōsensu, adhuc idē dici
potest si sine causæ cognitione lata fuit: quia eodē mo
do quo lata fuit reuocari potest non cognito scilicet
de causa, secundū Innoc. in c. querelā. extra de elect. &
Io. And. in addi. Spec. tit. de iuris. omn. iud. in fi. sed me-
lius in tit. de sent. prola. §. species. ver. est quoque. & sen-
tit Bart. in d. l. quod iussit. & Bal. in l. ij. vj. charta. versi.
quarto quæritur. C. de seruit. & aqua. & facit regula j.
extra eo. tit. & l. nihil tam naturale. ff. eo. tit. & ita, vt di-
cit do. Benedict. cōmuniter tenetur. Sed si lata fuit cau-
sa cognita, in eius reuocatiōe requiritur citatio partis
vel eius præsentia, secundū Io. And. in d. ver. est quoque.
facit l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & l. de vnoquoque.
ff. de re iudi. quod est verū, nisi cōtineret notoriā iniu-
stitiam, vt not. in Spec. dicto tit. de excep. §. viso. versi.
sed si iudex. vt dicit Io. de Imo. quem sequitur do. Bene
dict. in d. c. cum cessante. & vltra citationem requiritur
causæ cognitio, maximè lapsis decem diebus secundū
Innoc. ibi, & in alleg. c. querelam. & Barto. in sæpe di-
cta l. quod iussit. verū est, quòd reuocatio teneret etiā
facta sine causæ cognitione, præcedēte tamen citatio-
ne, vel parte præsente, vt vult Innoc. in c. sacro. extra de
senten. excōmu. & hoc nisi appellaretur, cū à dicta re-
uocatione possit appellari per illū in cuius vtilitatem
lata fuerat dicta interlocutoria, vt ibi tenet Innocen. &
43 cōmuniter tenetur secundū do. Benedict. † Item secūdū
Dy. octauum exemplū potest poni in hac regula in cō
fessione iudiciali sponte facta cum expressione causæ
vel sine ea quæ est obligatoria. l. j. ff. de interro. actio.
l. j. & l. certum. in prin. ff. de cōfes. & l. vnica. C. de cōfes.
vel in confessione extraiudiciali facta cū expressione
causæ legitimæ, quæ vocatur confessio discreta. l. cum
de indebito. §. fi. ff. de proba. quę etiam obligatoria est.
l. generaliter. C. de non nu. pe. & cap. per tuas. extra de
proba. quasi dicat Dy. quòd talis obligatio non infrin
gitur ex sequenti pœnitētia, vel mutatione consilij. sed
secundum Bonifac. de Ama. istud est verum quo ad
ipsam confessionē, quę remanet efficax non obstante
ipsius reuocatione superueniente. Non autem est verū
illud quod dicit Dy. de obligatione: quia ex cōfessione
extraiudiciali etiā discreta nō oritur obligatio, sed solū
probatio, & fatuè ageret quis fundās intentionē suā
super dicta cōfessione, sed debet allegare illū qui cōfes-
sus est esse suū debitorem ex illa causa quā expressit: ad
quod probādum adducet illā cōfessionē, quæ est opti
ma probatio, vt dictis iuribus. & l. Publia. §. fi. ff. depo.
vbi per Albe. & d. l. cū de indebito. §. fi. vbi plenè per
ipsum Albe. Sali. & Docto. post glo. requirētes in hac
extraiudiciali cōfessione causam, & partis præsentiam
44 aut alterius qui pro ea recipiat. † Quāuis secūdum ali
quos confessio extraiudicialis facta in pertinētibus ad
iudicium ecclesiæ probet fauore animarū, vt j. q. vij. c.
quoties. lo premier. & extra de sepul. cap. parochiano.
etiam si fiat parte absente secundū Ang. in l. j. C. de fal.
causa adie. leg. qui refert, quòd cū Dy. cōsuluisset con-
fessionē factā parte absente, vbi agebatur de consciētia Nota
cōfitentis exonerāda, vel aliquo restituēdo, nō probare, malū
fuit dānatus, vt habuit in reuelatiōe quidā frater Cartu cōsiliū
siensis. quod si ita sit, maxime dolēdū est, & timēdum. i dāna-
Dicunt tamen dñi de Rota in nouis decisionibus, deci tionē
45 sione clxxx. † quòd confessio extraiudicialis, licet regu Dyni.
lariter probet in ciuilibus contra Innoc. relatum per
Anto. de But. in cap. at si clerici. extra de iudi. nō tamē

In criminalibus quo ad effectum pœnę ordinarię infli
gendę, vt in cap. quàm graue. extra de excel. prælа. vbi
extraiudicialiter presbyter confitens crimẽ adulterij,
non deponitur, sed suspenditur. vide glos. notabilẽ &
46 Barto. in l. capite quinto. ff. de adul. † vbi voluit, quòd
talis confessio extraiudicialis non plene probat, nisi
quo ad effectum subijciatur quæstioni, vel torturæ. &
hoc tenẽt Legistę pro Euangelio. vide etiam Innoc. &
Docto. in d. c. quàm sit graue. & ipsum in c. interposi-
ta. extra de appel. super verbo, probaturum. & glo. ij.
q. j. cap. multi. & Cõpostellanum in cap. olim. extra
de rescrip. Quidam tamen dicunt, quòd si illa criminis
confessio extraiudicialis fieret præsente & acceptante
procuratore fisci, faceret plenã probationẽ: secus si eo
absente, nisi fieret in cõspectu populi, vel maioris par
tis, vt dicit Anto. de But. in c. vestra. extra de coha. cler.
& mulie. vult etiam ipse Anto. quòd de æquitate ca-
nonica posit dici valere confessionem extraiudicialẽ
etiam absente parte factam, vt not. per eum in c. si cau-
tio. extra de fide instru. & certè illa fuit opinio Petri,
qui dicebat, nulla lege caueri, quòd partis præsentia quo
ad probationem faciendam requiratur, vt recitat Cy.
in d. l. generaliter. C. de nõ nume. pec. & Albe. & Salic.
in dicta l. cum de indebito. §. fi. vbi ipse Salice. allegat
cõtra Pe. sentire Canonistas in c. prædicto fi. extra de
cõfes. & eos sequitur per ea quę leguntur in l. certũ. §. si
quis absente. ff. de confes. & dicit quòd cõmunis practica
ita seruat. iste autem articulus egeret latiori folio ad il-
lum plene examinandum, sed hoc esset excedere notissi
mos terminos huius regulę in hoc octauo exẽplo, in
47 quo solum videndũ est, † An cõfessus iudicialiter siue
extraiudicialiter posit consilium mutare, & reuocare
suam confessionẽ. In quo articulo resoluendo senten-
tias glo. & Docto. potest dici quòd aut quis vult reuoca-
re cõfessionẽ suã propriã, aut procuratoris sui vel ad-
uocati. Si propriã, tunc est dicendũ, quòd illã reuocare
potest vsque ad sentẽtiã, vt l. error. C. de iur. & fac. igno.
docendo tamen de errore confessionis, vt ibi not. & in
d. c. fi. extra de confes. & per gl. ij. q. j. c. quę Lotharius.
& xxxv. q. ix. §. his ita. super verbo, errorẽ. Et quod di-
ctum est, vsque ad sententiam posse reuocari docto de
errore: idem dici debet si sit conclusum in causa: quo-
niam illa conclusio est terminus disceptationis, vt no.
per Ioan. Mona. & Ioan. Andr. in nouella. extra de re-
stit. in integ. c. fi. lib. vj. vbi vide Archid. faciũt quæ ha-
bentur in c. pastoralis. in fi. extra de causa pos. & pprie.
& not. per Bal. in dicta l. error. & Benedict. & Docto.
in c. cum causam. extra de appella. & Bal. & Docto. in
l. iudices. & aut. iubemus. C. de iudi. & per Bartol. in l.
si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudi. Repentina vero
& indeliberata confessio non nocet, & potest illico re-
uocari, vt de hoc est glo. notabilis xxxij. q. j. cap. apud
misericordem. facit quod no. per glos. in cap. ex literis.
extra de diuor. & d. c. fi. de confes. & c. fi. extra de iniur.
libr. vj. Si tamen non reuocetur, sed sit aliqua perseuerã
tia valet confessio, nisi probato errore in cap. prętereа.
extra de testi. cogen. & not. per d. Benedict. in c. cum ve
nerabilis. extra de excep. & est hoc etiam intelligendũ,
nisi confessio sit solum narratiua, non autem assertiua,
vt si Titius petat decem à Seio hærede Caij, quia pro-
pter hoc non dicitur illum confiteri hæredem Caij, vt
in l. qui familiæ. ff. famil. ercisc. vbi glos. & Docto. de
quo tamen dicendum est vt per Barto. in l. ex hac scri-
ptura. quæstio. fi. ff. de donatio. & per Bald. in l. Titia
cum testamento. in fi. ff. de lega. ij. & per Ange. Are. In-
stitu. de actio. §. si minus. secundum quem est aduerten
dum, quòd quãdoque cõfessio iudicialis erronea est cir-
ca iurisdictionem, & illa potest ante sententiam reuoca
ri, & etiam post sententiam quãcunque constabit iudiciũ
retro nullum: quia defuit cõsensus prorogatiuus iuris-
dictionis propter errorem, qui est contrarius consen-
sui, vt l. si per errorem. ff. de iuris. om. iudi. & l. ij. in prin
cip. ff. de iudi. facit quod no. per glo. Ioan. And. notã-
dam in cle. vnica, de seques. pos. & fruct. & per gl. in l.
prima. C. de iur. & fac. igno. & per glo. Instit. de excep.
§. appellamus. & glo. in l. ab executore. in verbo, exce-
dat. C. quo. appella. non reci. Quod tamen verum est,
quando penitus non erat partis litigantis iudex ille
qui tulit sententiam: secus si aliàs erat iudex, sed ex pri
uilegio poterat eius iudicium declinare: quia pars liti-
gando etiam ignoranter coram eo litem contestando
perdit fori declinatoriam, vt est gloss. notabilis in d. l.
ij. super verbo, consentiant. & gl. in l. prima. C. vbi de
cri. agi opor. & per consequens non poterit amplius
errorẽ suũ corrigere. hinc est quòd dicit Ang. de Peru.
in dicta l. ij. § conuenire. ff. de iudi. quòd putans se ha-
bere iurisdictionem ex vno capite, & eã nõ habet, sed
ex alio, si procedat ex capite incompetenti, non vitia-
tur processus. quod tenet Innocen. in cap. cum ex offi
cij. extra de pręscrip. & Specul. titu. de iuris. omn. iudi.
versicu. vltimo not. quod secundum prædictũ Ange.
procedit, quando litigantes procedunt ex capite com-
petenti, vt est casus in d. §. conuenire. sed secus si proce-
derent ex capite incõpetenti ita quòd iudex, & partes
litigantes simul errarent. de quo est tex. in l. sed si in ser-
48 uum. §. si quis iudex. ff. de arbit. † Aliquando erronea
confessio emanat circa præparatoria causæ, & tũc aut
quod olim negaui volo confiteri, aut econtra quod
confessus sum volo negare, & reuocare confessio-
nem. primo casu hoc licitum est, secundum distinctio-
nem l. electio. §. neque hæredi. ff. de noxali. vbi Bald.
secundo casu, quando id quod quis fuit confessus vult
reuocare, distinguẽdum est, an aduersarius fuerit sciẽs,
quo casu potest etiam lite contes. l. is qui se obtulit. cũ
l. sequenti. ff. de rei vendica. & rationem assignant Do-
cto. quia certus non debet amplius certiorari. l. prima
in fin. ff. de actio. empti & vendi. & quia volenti non
fit iniuria neque dolus. l. cum donationis. C. de trans-
actioni. incumbit tamen reuocanti confessionem lite
contestata probare scientiam aduersarij secundum An
gelum de Perus. in dicta l. is qui se obtulit. qui de hoc
dicit esse casum in l. qui se liti obtulit. ff. de petitio. hæ-
redi. Aut aduersarius ignorauit: quo casu si confessus
reuocare velit ante litem contestatã, potest si nulla sit
captio aduersarij. l. de ætate. §. qui iusto. & § fina. ff.
de interroga. actio. & ibi Floria. allegatus per Ange-
lum Aretin. in dicto §. si minus. Sed si confessus iniu-
sto errore fuit motus ad confitendum prius, vel do-
lo malo, non debet admitti ad reuocandum, vt dicta l.
de ætate. §. fina. Sed & si de facto fuit admissus ad re-
uocandum confessionem, purgabitur in alia instan-
tia dolus eius per actionem de dolo, vt l. penultima.
suprà de dolo. Post litem autem contestatam scien-
ter confessus non admittitur ad reuocandum, nisi ad-
uersarius

aduersarius eius fuerit sciens, sicut dictum est, vt d.l. is
qui se obtulit. ignorans verò admittitur, si fuerit error
probabilis, non autem supinus qui cadat in latam cul-
pam, vt dicto §. qui iusso. & ibi per Barto. & per eum
plenius in l. non fatetur. ff. de confessis. & per eum, &
Baldus in l. error. C. de iur. & fact. ignor. Quandoque
confessio erronea est, sed tamen valida, circa decisoria
causæ, & tunc illa præiudicat confitenti scienter, vt l.
quidam in iure. in princip. ff. de donatio. & l. Iulianus.
ff. de confes. & notatur per glos. in d. l. error. Si verò cō-
fitens errabat, etiam nocet, & præiudicat sibi in causa
quæ crescit per inficiationem. l. si is cum quo. ff. de con
fes. in alia autem causa non crescente per inficiationem
præiudicat confessio erranti, si error cadat in latam cul-
pam, vt d. §. qui iusso. ideo errore iuris facta confessio
noceret, & præiudicaret confitenti, nec posset reuoca-
re secundum Bart. in d. l. non fatetur. facit l. liberorum.
§. notatur. ff. de his qui notan. infa. Si error verò cōfes-
sionis non cadat in latam culpam, nocet antequam re-
uocetur, & cōtrarium probetur, vt l. iubemus. C. de li-
bera. causa. vbi per glos. & Bald. Sed reuocatione facta
& probato errore ante sententiā nō nocet, vt d. l. error.
ita concludit Bart. in effectu, in allega. l. non fatetur. &
49 Salic. in dicta l. error. †Sed post sententiam nō potest
erronea cōfessio regulariter corrigi, vt ibi habetur, ni-
si per appellationem pronuntiatum fuerit extinctum,
quia tunc appellatione pendente, sicut in prima instā-
tia licitum est confessionem erroneam reuocare, & pro
bare contrarium, ita & appellatione pendente, vt vult
glos. notabilis, & ibi Bart. & Docto. in l. hæredita. §. ius-
sus. ff. de appel. ¶Est tamen aduertendum, secundū An
gel. Areti. in d. §. si minus. ꝙ quamuis confessus posit
appellare, debet tamen inferere causas in sua appella-
tione: quamuis iure regulari secus sit quādo appellat
à diffinitiua sententia, vt l. scio. in fin. vbi glos. & l. ap-
pellanti. in princ. ff. de appella. aliâs non valeret appel-
latio, vt in cap. Romana. §. si autem. extra de appel. lib.
vj. vbi Domi. de sancto Gemi. post Abba. ita residet.
facit quod not. per Bart. in l. minoribus. C. de his qui-
bus, vt indig. & in cap. vt debitus extra de appel. & c.
cordi. eo. titu. lib. vj. & clem. appellanti. eod. tit. & l. in-
tra vtile. ff. de minori. & per Innocen. in cap. fina. extra
de no. oper. nunt. & Ioan. Andr. in c. peruenit. extra de
appel. in nouella. quod dicit Ang. Aret. esse valde no-
tandum, quoniā in hoc vidit multos errantes. ¶Illud
etiam quod dictum est, confessionem non posse reuo-
cari post sententiam, Fallit fauore minoris ætatis. l. cer-
tum. §. in pupillo. ff. de confes. & fauore maioris æqui
tatis, quæ affert in integrum restitutionis subsidium. l.
j. §. fin. & ibi glos. notabilis. ff. quando act. de pecul. est
annal. vbi dicit Bald. quòd error ibi corrigitur, non
ipso iure, sed per viam restitutionis in integrum, quæ
datur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa vide
bitur. de qua in l. prima. in fin. ff. ex quibus causis ma-
io. & facit secundum eum l. & si ex parte. §. fi. ff. quod
cum eo. & gloss. in l. sed & si per prætorem. §. item in-
quit. ff. ex quibus causis maio. Idem dicendum est vbi
est doli connexitas. l. admonendi. ff. de iureiuran. l. di-
uus. ff. de re iudica. l. fina. C. de rebus creditis. & l. ij. C.
si ex fals. instrum. vel vbi sit error communis. l. Barba-
rius. ff. de offic. prætor. & not gloss. in dicta l. j. §. fi. ff.
quando actio de pecu. est annalis. vel nisi sit actionis
varietas. l. habebat. ff. de institio. quamuis ibi sit magis
propriè causæ seu qualitatis variatio, quàm actionis,
vt dicit Angel. Aretin. in dicto §. si minus. vij. charta.
Idem est si sit diuersitas personarū. l. fin. §. sin autem ne-
scius. C. de furt. vel priuilegij qualitas. l. prima. C. de iu
ris & fact. ignoran. cum ibi notatis. & l. si mulier in iu-
50 re. ff. ad Velleianum. ¶† Sed quærunt Doctores circa
hoc si à Iudice sit factum præceptum in confessum, vt
soluat iuxta l. si debitori. cum ibi notatis per gloss. &
Docto. ff. de iudic. An liceat reuocare cōfessionem er-
roneam. & videbatur quòd non, cum ille iussus sit sen-
tentia. Barto. in dicta l. non fatetur. versic. sed an isto ca
su. tenet quod posit reuocare, quia secundum eum ta-
lis iussus non est sententia diffinitiua, sed solum tendit
ad executionem confessionis. l. proinde. §. fina. ff. ad l.
Aquiliā. & l. apud Celsum. §. idem Labeo. ff. de exce-
ptio. doli. ex quo sequitur, quòd potest probari error
confessionis, nisi fortè ante quàm fieret præceptū esset
datus terminus confitenti ad dicendū, & cōtradicen-
dum, quare dictum præceptum fieri non deberet, nec
confessio executioni demādari, quia tunc idem esset
quod in diffinitiua sententia. vt l. penul. ff. de cōfessis.
& idem voluit ipse Bartolus in l. prima. eodem titu. &
in dicta l. error. & ex hoc dicit Angelus Aretin. in di-
cto §. si minus. posse colligi optimam cautelam, vt nō
posit reuocari confessio, quòd post eam, & ante fa- ^Cautela vt cōfessio reuocari non posit.
ctum præceptum de soluēdo asignetur terminus con
fitenti, intra quē dicat vel contradicat quare illud non
non sit faciendum. Baldus verò in dicta l. error. versic.
quarto quæritur. contradicit Bar. dicens, ꝙ post præ-
ceptum iudiciale de soluendo factum confitenti non
posit error probari, neq; reuocari confessio tm̄, qm̄,
vt ipse dicit, illud præceptū est terminus disceptatio-
nis, sicut dictum est superius de conclusione in causa.
Item & secundo, quia illud præceptū transit in rem iu-
dicatam, vt dicta l. si debitori. & l. debitoribus. ff. de re
iudica. & l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minorib. &
tertio, quia ex isto præcepto nascitur actio, vt notatur
per gloss. & Doctores in l. cum non solum. §. necessi-
tate. C. de bonis quæ liber. & sic per omnia videtur
habere vim diffinitiuæ, quod tamen dicit esse ve-
rum in præcepto, quod habet naturam iurisdictio-
nis contentiosę: secus in eo quod fit à notario in con-
tractu quod appellatur præceptum guarentigię: & sic
est iurisdictionis voluntarię, quia ex illo præcepto non
inducitur actio. Ideo in illo stat cum Bartol. Pro cu-
ius Barto. opinione sustinenda arguit Angelus Aret.
vbi supra, quoniam præceptum illud iudiciale fit ex
abrupto simpliciter audita confessione partis, vt di-
cta l. si debitori. faciunt notata in l. si reus paratus. ff.
de procuratori. Ideo non videtur mirum si faciliter
posit reuocari: sed post conclusionem in causa, vel
post sententiam secus est, quia confessus habuit lon-
giora tempora, vel habere potuit, ad corrigendū suum
errorem, quæ non habuit ille qui statim confitetur, &
statim fit sibi præceptum, ideo facilius admitti debet
ad correctionem sui erroris. facit in simili quod nota-
tur per Bartol. in l. sed & si alio. ff. ad Trebellia. & in l.
gerit. circa principium. ff. de acquiren. hæredita. Super
hoc tamen relinquit Angel. Aretin. cogitandum. Ad
istam autem controuersiam sedandam potest adduci
illud quod notatur per Angelum de Perusio in dicta
l. si debitori. vbi est duplex intellectus: vnus qui fuit Ia-
cobi Butrigarij, scilicet quod ibi erat oblatus libellus,

& illo oblato reus confessus fuit, quæ confessio habet
vim litis contestationis, quia confitendo sicut negan-
do potest fieri litis contestatio, vt notatur in l. j. C. de
litis contestatio. & per gloss. in cap. dudum. lo secun-
do. super, verbo, in iure propositum. extra de electio.
Ideo venitur ad diffinitiuam, secundum Iacob. But. nec
fuit præceptum de quo supra dictũ est. & hoc tenet gl.
in cap. nos in quenq; ij. q̃õne. j. & in authen. de exhi-
bend. & introduc. re. §. suscepto. collatio. v. & non po-
test illa sententia reuocari, quia diffinitiua est, vt l. iu-
dex. ff. de re iudic. & ita intelligatur opinio Bal. Alius
est intellectus, quòd in d. l. si debitori. non fuit oblatus
libellus, sed debitor simpliciter interrogatus an debe-
ret, & ipse cõfessus fuit se debere. tunc deuenitur ad pr-
ceptum de quo ibi loquitur gloss. quod ibi dicit An-
gel. de Perus. esse quandam interlocutoriam, quæ ap-
pellatur sententia præcepti, vt notatur per glos. in d. c.
nos in quenq;. & per dominos Canonistas in cap. du
dum. & in l. sancimus. la. j. C. de administr. tut. & sum-
mariè res expeditur, & extra ordinẽ fit præceptum iu-
dice etiam pro tribunali non sedente, cum nulla requi-
ratur causæ cognitio, secundum Iacob. de Aret. in l. à
procedente. C. de dilatio. & poterit contrario imperio
reuocari ex regula legis, quod iussit. ff. de re iudi. & p-
batur in d. l. j. in fin. ff. de præto. stipula. Oritur tamen
ex illo præcepto actio in factum, vt notatur per gloss.
in d. §. necessitate. & in l. si postulauerit. ff. ad l. Iuliã de
adulte. & etiam poterit ab illo præcepto appellari, si
appellans dicat se errasse, & reuocet confessionem, &
velit probare errorem illius. & ita residet Angel. de Pe
rus. & hæc fuit opinio Hostien. quamuis per eos non
allegetur in summa titu. de confes. § fin. vers. vel dic, q
si quis simpliciter. imò ipse Bal. in dicta l. si debitori. te
net, quòd ab isto præcepto potest appellari si adhibea
tur causa, quia dicatur erronea confessio, per nota. in
d. l. creditor. §. iussus. ff. de appel. & sic est sibi ipsi con-
51 trarius: Ideo melius videtur stare cum Bartol. ¶ †Sed
quæstio est quo modo probabitur error. dici potest se

Quõ probabit error et quñ.

52 cundum Docto. † quòd si quis velit reuocare confes-
sionem sui procuratoris, vel aduocati probando erro
rem, puta monstrando rem aliter se habere, eam pote-
rit taliter reuocare non solum eadem die, vel intra tri-
duum, sed etiam quãdocunq; ante sententiam, vt vult
gloss. xxxv. q ix. § his ita. & sufficit tunc, vt dictum est,
probare rem aliter se habere, vt not. in d. c. fin. extra de
confes. secundum Ioan. de Imol. & in l. certum. §. sed an
ipsos. ff. de confes. Sed si vellet reuocare confessionem
aduocati, non docto aliter de errore, vel non proban-
do errorem: Aut tunc vult eam reuocare eadem die, &
poterit, cum tunc dicatur incontinenti eam reuocare,
vt dicit Innocen. in d. cap. cum causam. extra de appel.
53 per illum text. ideo non solum eadem die, †sed intra tri
duum postq; de ea habuit notitiam, & etiam dicitur
incontinenti fieri quod fit intra triduum, vt l. iij. C. de
errore aduoca. & ibi Bald. in primo notabili, sed non
postea, quia videtur eam comprobare, si intra triduũ
non contradicat, vt ibi. quod procedit quando con-
fessio aduocati præiudicaret ad merita causæ: aliter si
præiudicaret ad processum, tunc similiter posset eam
reuocare eadem die, & intra triduum, dummodo non
faciat interim actum, per quem videatur approbare
confessionẽ, vt quia illa confessio induceret litis con-
testationem, & sic præcluderet viam exceptionibus
dilatoriis proponendis, quia tunc oporteret, quòd
pars principalis reuocaret illam confessionem anteq;
faciat aliquid, quod soleat fieri post litis contestatio-
nem, vt si eadem die certificatus de confessione aduo-
cati producit testes, vel aliquid aliud facit, quod solet
fieri lite contestata, videtur ipso facto approbare con-
fessionem aduocati, adeo quòd non poterit eam reuo
care intra triduũ, quia non tunc dicitur eã reuocare re
integra, ex quo lex ad alium actum processit. facit qđ
notatur in l. lecta. ff. si certum petatur. & in ca. primo.
extra de elec. libro vi. gloss. super verbo, absentia. & di
cta l. nihil. C. de procuratori. & per gloss. in dicto cap.
cum causam. vbi hoc voluit Anto. de Butrio, Ioannes
de Imol. Panormita. quicquid teneant Legistę in dicta
l. tertia. & Baldus in dicta l. error. quod tamen intelli-
gendum est nisi velit probare errorem, probando sci-
licet rem aliter se habere vti est. & idem etiam esset si
confessio aduocati præiudicaret ad merita causæ, vt
non possit eam reuocare intra triduum. not. Doctores
de errore si eum intra triduum approbasset eadem ra-
tione. Ad quod faciunt notata in cap. si apostolicæ.
extra de præbend. libro vj. secundum Panormita. &
Benedic. in allegato cap. cum causam. Circa quæ vi-
dendus est Specul. titu. de confessis. §. postremo. j. co-
54 lumna. †Sed si pars velit propriã confessionem reuo
care, dicendum est resoluendo dicta Docto. quòd si cõ
fessio consistit circa factum alienum, satis est probare
rem aliter se habere, quia in facto alieno tolerabilis est
ignorantia, vel error, vt l fina. ff. pro suo. Aut est in fa
cto proprio, & si sit confessio extraiudicialis, & dicens
se errasse certat de damno vitando, alius de lucro ca-
ptando, probãdo rem aliter se habere, satis probat er-
rorem saltem præsumptiue, vt l. si post diuisionem. C.
de iur. & fac. igno. & l. sed & si me putem. in princip.
ff. de condictio. indebit. Si verò sit in pari causa cum a-
lio, ita quòd non plus quàm alius certat de damno vi-
tando, tunc in facto proprio non sufficit probare rem
aliter se habere, sed opus est, quòd error cõfessionis a-
liter probetur cum in facto proprio non sit tolerabi-
lis, vt dicta l. finali. ff. pro suo. & l. quanq;. ff. ad Velle-
ia. Nisi aliqua circunstantia probetur, ex qua præsu-
matur error, vt statim dicetur. Si verò sit confessio iu-
dicialis circa præparatoria, tunc sufficit probare rem
aliter se habere, quia tunc præsumitur error, vt dicta l.
de ætate. §. qui iusso. cum sua glos. ff. de interrogato. a-
ctio. Circa decisoria autem in facto proprio non præ-
sumitur error, nisi in aliquibus circũstantijs: verbi gra
tia, si quis aduersarij persuasione inductus est ad cõfi-
tendum, vt dicta l. j. in fin. per glos. & Docto. ff. quan
do actio de pecu. est an. Item lõginquitas tẽporis, quo
niam memoria hominum labilis est, vt l. peregre. in
principio. ff. de acquirend. possessio. & l. iubemus. C.
de testa. n. & xxiij. distinctione. cap. præterea. vel quã-
do factum est implicitum. l. emptor. §. Lucius. ff. de
pactis. secundum Bartolum, quem plenius vide in di-
cta l. non fatetur. & alios in locis superius allegatis. &
hæc satis sufficere videntur quo ad hoc octauum ex-
emplum. ¶ Nonum exemplum poni potest in hac
regula in contrahente qui post celebratum contra-
ctum non potest pœnitere alio inuito, vt l. sicut. C. de
actionib & obligation. est enim contractus ab initio
voluntatis, sed ex postfacto necessitatis, vt ibi habe-
tur, & l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. Nam
obligatio

Cõfessio circa decisoria.

obligatio est vinculum iuris, vt Institu. de obligatio.
in princip. vbi dicit glos. quòd sicut boues funibus, sic
homines verbis ligantur. facit eo. titu. proximo. l. no-
55 minis & rei. sed hoc habet locum in contractibus no-
minatis: in contractibus autem innominatis antequã
sit nata actio, scilicet antequam impleatur cõtractus,
locus est mutationi consilij & poenitentiae. l. iij. §. si ti-
bi. & l. si pecuniam. in principio. cum ibi notatis, &
explanatis per Docto. & l. iurisgentium. in princip. ff.
56 de pact. & l. ex placito. C. de rerum permutatio. † Cõ-
tractus tamen innominatus fauore dotis est irreuoca-
bilis nec admittitur poenitentia, vt l. si ego. § j. ff. de
57 de iure dot. vbi Salic. & Doctores. † Et idem dici de-
bet vbicunque est par ratio, vt ad pias causas, secund ũ
Bald. in dicta l. sicut. in fin. Ad quod allegat l. si quis
pro redemptione. C. de donatio. quod dicit esse nota-
58 bile. † Sed Ludo. Roma. in repetitione authent. simili-
ter. C. ad l. falcidiam. & in dicta l. si pecuniam. in hoc
contradicit Baldo per allegatã l. iij. §. si tibi. & dictam
l. si pecuniam. §. item si quis dederit. ff. de condictio. ob
causam. vbi est expressum, quòd si tibi decem dedero,
vt seruum manumittas, & sic ad opus piae causae, cum
illud sit pia causa seu causa pietatis, vt l. j. §. fina. C.
de communi seruo manumis. & institu. de donatio. §.
finali. & l. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideicommis.
liber. re integra possum poenitere, & repetere decem, &
sic secundum eum ibi sunt decisiones textuales cõtra
Bal. Nec obstat text. quem allegat Baldus in dicta l.
si quis pro redemptione. quia ibi non improbatur re-
petitio ex poenitentia, sed dicit text. non posse repeti ex
eo quòd dicatur summam donatam excedere quin-
gentos aureos, & sic fuisse opus insinuatione. Vult
tamen ipse Ludouic. posse saluari opinionem Baldi
in haerede dãtis, quia licet dans in vita sua poterit poe-
nitere in contractu innominato, hoc tamen non pos-
set haeres eius, per text. singularem in dicta l. si ego. §. j.
de cuius intellectu sicco pede transeunt Doctores, vt
dicit Salic. in dicta l. si pecuniã. quae tamen vult, quòd
in dicta l. si ego. §. ij. esset locus poenitentiae, si viueret
ille qui tradidit, quãuis eius haeres non posset, si mor-
tuo tradente, ante poenitentiam haeredis fuissent con-
tractae nuptiae, quia tunc non esset locus poenitentiae
dicti haeredis. & rationem dicit esse in promptu, quia
poenitentia debet esse de fiendo, non autem de iam fa-
cto. tamen non firmat, sed relinquit cogitandũ. Pau-
lus de Castro in l. secunda. §. si pecuniam. ff. de dona-
tionibus. tenet fixe, quòd in dicta l. si ego. §. primo. de-
functus potuisset poenitere, sed non eius haeres fauo-
re dotis per illum text. quem ad hoc allegat pro singu-
lari. & facit secundum eum in simili text. in l. tertia. ff.
de seruis exportan. sed, vt dictum est, Baldus tenet in-
distincte in dicta l. sicut. non esse locum poenitentiae in
dicto §. primo. fauore dotis, non distinguendo inter
defunctum, & haeredem. Ita etiam sentit Baldus in di-
cta l. secunda. §. si pecuniam. & ibi Ioannes de Imola, &
ipse Baldus in l. mandatum. quarta colum. C. man-
da. & Albericus in dicta l. si ego. §. primo. Circa quod
est aduertendum, secundum Alexandrum de Imola in
dicta l. si pecuniam. quòd si in dicto §. primo, attende-
retur, causa erat iam impleta antequam haeres traden-
tis poeniteret, vt intellexit Salicetus, frustra Iuriscon-
sultus ibi de fauore dotium fecisset mentionem, quod
tamen fecit, quia idẽ esset in quacunque alia causa quàm
dotis: ideo putat cum Bartol. Bald. Ioannes de Imola,
& Albericus, quòd nec defunctus, nec heres eius pos-
sit reuocare neque mutare consiliũ fauore dotis. quod
59 videtur singulare. ¶ † Est vlterius aduertendum quòd
dictum Baldi superius allegatum de pia causa, pro-
pter quam non est locus poenitentiae in contractu in-
nominato videtur magis tenẽdum, quàm opinio Lu-
douici Roma. quia textus in dicta l. si ego. §. primo. for-
titer facit pro Bald. & responsiones Ludouici tollun-
tur per illum text. dum dicit, sed benignius est fauore
dotium, &c. & pro opinione Baldi facit cap. exiit qui
seminat. §. in eo verò casu. extra de verborũ significat.
libr. vj. vbi videtur probari quòd mandatum ad pias
causas morte mandantis re integra non finitur. & il-
lum text. allegat Bald. pro singulari in authent. si qua
mulier. C. de sacrosanctis eccles. & in dicta l. mãdatum.
60 C. mand. & haec paria videntur, † scilicet extingui man
datum poenitentia vel morte, quia etiam vbi morte vi
detur extingui poenitentia cum designat defuncti vo-
luntas, vt notatur per Bartol. & sentit Ioannes de Imo.
in dicta l. secunda. §. si pecuniam. ff. de donation. Non
61 obstant argumen. Ludoui. † quòd fauore libertatis nõ
impeditur poenitentia, licet sit pia causa, per iura alle-
gata: quoniam respõderi potest, quòd illud verum est,
62 † quòd libertatis datio est pia causa, quoniam pro ani
ma relinquitur, & non aliter, secundum Bartolum in
repetitione l. j. C. de sacrosanctis eccl. in quaestione qua
quęrit, an valeat dispositio captatoria ad pias causas.
quod probat per cap. cum tibi. extra de testamentis.
iuncta l. fideicommissaria libertas. §. penultimo. ff. de
fideicommis. liberta. Alexander de Imola in dicta l. si
pecuniam. post multos sermones non audet firmare
pedem, sed relinquit cogitandum. Pro qua cogitatio-
ne videre Hostien. in summa, titu. de voto. §. primo. in
63 fine. vbi dicit, † quod si quis iam deliberauit, quo ad
Deum est obligatus. quod tenet glossa in capite, qui
bona. xvij. quaestione. j. multo fortius vbi pollicitus
est, vel expressit, quia quis dicere nõ praesumitur quod
mente non cogitauit, l. Labeo. §. Tubero. ff. de sup. le-
ga. Cum nullũ sit maius testimonium, quàm qualitas
inspecta verborum, secũdum Cassiodorum, quem re- Cassiodorus.
citat Bald. in l. generaliter. C. de non numera. pecu. & l.
ad recognoscendum. C. de inge. & manu. vide etiam l.
ij. ff. de pollicita. cum ibi notatis. vbi ex pollicitatione
facta Deo vel reipublicę oritur actio, sed id quod in-
ter viuos, vel in vltima volũtate datur vel permittitur
in piam causam concernit Deum, vt not. in l. j. & in l.
illud. & l. fin. C. de sacrosanc. eccle. & l. id quod paupe-
ribus. & l. nulli. C. de episco. & cler. facit quod nota. per
64 glos. & Doct. in l. si quis Titio. ff. de lega. ij. ¶ † Est vl-
terius aduertẽdum ad illud quod dictum est superius,
quod in contractibus nominatis non est locus poeni-
tentiae: quoniam illud fallit in aliquibus. Primo in cõ- Primo
tractu mandati, vt Institu. manda. §. rectè. quia manda
tum gratia tantum mandantis celebratur. l. j. ff. mand.
& sic habet locum poenitentia respectu mandantis. l. si
quis alicui. §. qui mandatum. eo. tit. quod procedit etiã
respectu mandatarij re integra, vt l. si mandauero. §. si-
cut. eo. tit. Sed considerandũ est quod aut reuocatio man-
dati non deuenit ad notitiam mandatarij, qui proces-
sit ad aliqua vigore mandati, & valet gestum non ob-
stante reuocatione. l. cum quis. §. si debitorem. ff. de so-
lu. & l. si mandassem. ff. manda. facit clem. cum illustio.

extra de renuntia. Si verò peruenit reuocatio ad notitiam mandatarij qui eam sciuit, fuit in culpa ad vlteriora procedendi. ideo si damnum aliquod consequatur, sibi debet imputare, vt in cap. damnum. extra eo. titu. lib. vj. Secūdo fallit in societate, vt l. sed & si socius. §. fina. & l. verum. §. fina. cum l. seq. ff. pro socio. & est ratio, quia societas non potest esse sine consensu. nec debet inuitus quis detineri in societate secundum Bal. in dicta l. si pecuniam. ff. de cōdictio. ob causam. Tertio in deposito fallit. l. j. ff. de depo. nisi esset depositum sequestratum, vt l. si oleum. in princip. ff. de dolo. & faciunt nota. in l. interesse. ff. de acquiren. possess. verum tamen Bartol. & post eum Bald. in l. acceptam. C. de vsur. dicunt ibi esse text. singularem, quòd quamuis pecunia deponatur apud aliquem propter defectum creditoris nolentis illam recipere, potest tamen depositarius licitè illam reddere deponenti antequam reddat ei, pro quo est factum depositum. vel etiam secundum Bartol. antequam creditor habeat ratum depositum, & petatur sibi illud expediri à depositario, quia si nuntiet hoc modo deponenti, vt sibi soluat cum ex hoc habeat ius vtile, sua denuntiatio facit vt deponenti solui non possit, vt l. iij. C. de nouatio. & si debitor recuperauerit depositū antequam aliquid prædictorum interueniat, mirabile est, quòd fingitur non deposuisse, & tenetur, vt prius, actione directa, quia recuperationis actus tollit intellectum depositionis. l. sed reuocata. ff. de iur. fisc. secundum Bald. Quarto fallit in precario, vt l. j. l. cum precario. & l. & habet. ff. de precar. Quinto fallit in contractibus requirentibus rei interuentum. l. qui pecuniam. ff. si certum petatur. cum ibi notatis. Item fallit in commodato facto ad certum tempus, intra quod commodatarius infirmitate detentus non potuit vti re commodata secundum Guliel. de Cu. quem sequitur Bartol. in dicta l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. & ratio est, quia commodatarius certat de lucro, & repetēs de dāno. Sed secundū Salic. ibi fortior ratio est, quia cōmodatum est finitū, quod sine nouo consensu non reiteratur. l. sicuti. & l.

65 repetit. ff. quib. mod. vsusfruc. amit. † Vbi verò factum esset commodatum sine præfinitione temporis certi tacite vel expresse, accederet precario magis quàm cōmodato. ideo esset reuocabile ad nutū tradētis. vbi est casus notabilis in l. Lucius. ff. de donatio. vbi hoc tenet Ioan. de Imol. Nec verbum, commodare, positum in contractu, vitiat precarium, secundum Salic. in dicto §. sicut. qui allegat l. insulam. ff. de præscriptis verbis. vide ad hoc nota. per Cyn. in l. ij. C. commodati.

66 in l. j. ff. de precar. ¶ † De contractibus deinde innominatis resoluendo dicta glossarum, & Doct. dicendum est, quòd in celebratis gratia liberationis, vel minuendarum litium, non licet pœnitere, vt l. iij. in princ. ff. de cōdictio. ob causam. & l. quamuis. C. de transactio. in celebratis verò ob aliam causam, si ex omni parte res est integra, ita quòd neutra pars impleuit, tunc est locus pœnitentiæ, vt dicta l. ex placito. C. de rerum permutatio. vbi probatur, quòd contractus innominati perficiuntur rei interuentu, quo casu licet pœnitere ante rei interuentum etiam in contractibus nominatis requirentibus rei interuentum, vt dictum est per dictā l. qui pecuniam. ff. si cert. pet. igitur & in innominatis, vt dicta l. iij. §. j. & ij. & allegata l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de condictio. ob causam. quod procedit, etiam si ille qui vult agere ex cōntractu innominato offerat implementum, & alius recuset illud suscipere, quia hoc potest recusare secundū glo. notabilem, quam sequuntur Docto. in dicta l. iurisgentium. in princ. super verbo, vt aliquid facias. ff. de pact. Si autem ex vtraque parte res perfectè, & plenè impleta est, non est locus pœnitentiæ. vt dicta l. ex placito. & l. j. ff. de condictio. ob causam. & rationem reddit Salic. in dicta l. si pecuniā. quia ex vtraque parte extincta est obligatio, quæ suscitari non potest. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligat. & l. qui res §. aream. ff. de solutio. Aut res est impleta ex altera parte tantum, & tunc ex parte eius cui impletio facta est, non licet pœnitere. l. naturalis. §. j. ff. de præscriptis verb. & notatur per gloss. & Salic. in dicta l. qui pecuniam. Fallit in casu singulari illius l. §. sed si acceperit. vers. planè. in secundo. propter

67 offensam factam illi cui erat impletum. ¶ † Sed si quęratur ex parte implentis, potest dici, quòd si datum vel impletum non sit repetibile, vt est datio libertatis, & quasi omnia facta quę pro infecto haberi nō possunt. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebit. & l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postli. reuer. tunc non est locus pœnitentiæ, vt repetitio detur, nisi alter qui recipit cōmiserit moram in implendo ex parte sua, quia tunc contra eum competit actio de dolo ad interesse, vt l. cum proponas. C. de dolo. secundum Bartol. & Salic. in dicta l. si pecuniam. Sed Alexand. de Imol. ibi alleg. Angel. Salic. Fulgo. & Paul. de Castr. tenere contrarium, & rectius secundum eum, quia dicta l. cū proponas. loquitur de actione de dolo, quę datur loco cōdictionis, ob causam, quæ competit ex capite causę nō secutę interueniente mora debitoris, & sic ratione sui obligationis. Sed quando quis vult repetere ex pœnitentia non debet dari actio de dolo, quia nullus dolus vel mora intercessit. & ita etiam dicit esse de mente Salic. in l. pen. C. de condict. ob causam. videtur tamen eidem Alexand. post Fulg. quòd possit competere actio ad æstimationem quando factum est irrepetibile, per l. si filio in fi. & l. illud. §. j. ff. de donatio. causa mortis. iuncta l. qui mortis. cum ibi nota. eod. titu. Salic. autem, vt dictum est, tenet cum Barto. quorum dicta bene visa, intellecta rectissime procedunt. nec erat opus tot verbis, quæ videtur non necessaria, & tendunt ad eundem effectum, & sensum: quoniam in allegata l. cum proponas. facta erat manumissio ancillæ, pro quā nil aderat aduersario, vel si aderat, non consistebat in pecuniario cōmodo: ideo nō datur condictio ob causam, vel actio præscript. verb. sed de dolo ad interesse quod consistit in æstimatione ancillæ, secundum Bal. ibi, & Salic. post gloss. quod in idem recidit cum dictis aliorum. & ita videtur tenendum, quia habito effectu non est curandum de modo. l. certum. ff. si certum petatur. & l. si mater. C. de institutio. & substitutio. sub condit. fact. † Aut datum illud, vel factum

68 est repetibile: & hic quatuor membra fienda sunt secūdum Salicetum in dicta l. si pecuniam. Quia aut modus vel causa quæ impleri debet, & propter quam datum est, concernit fauorem dantis tantum, aut recipientis tantum, vel tertij tantum, aut mistim concernit fauorem duorum. Primo casu quando concernit fauorem dantis tantum: tunc si ille qui recipit habet facultatem implēdi, locus est pœnitētiæ, vt d. l. iij. §. j. ff. de cond. ob causam. Si verò nō habet facultatem implendi

implendi, scire oportet, an nunc non tantum habeat
illam facultatem, sed etiam non habuit retro propter
iuris impossibilitatem, quo casu si ille qui dedit, fuit
sciens, tūc nō est locus pœnitētiæ: secus si fuit ignorās
vt l. si militem. & l. dictam. C. de condi. ob causam. & d.
l. iij. §. si quis. non attenta sciētia vel ignorātia recipien
tis, vt ea. l. in §. si liber homo. in fin. Aut licet recipiens
nunc non habeat facultatem implendi, habuit tamen
retro, tunc si possit esse spes potentiæ implendi in fu-
turum, locus est pœnitentiæ, seruata tamen indēnita-
te eius à quo repetitur, vt dicta l. si pecuniam. in prin.
vbi verò deficit spes, & potentia implendi in futurum
propter casum qui cōtigit in persona eius cui erat im-
plendum, quia defunctus est, tunc non est locus pœni-
tentiæ, vt not. in l. pe. C. de condi. ob causam. secundū
glos. ibi in fin. quæ sic intelligit illā l. & ibi Bald. & hoc
tenet Salic. in d. l. si pecuniā. in prin. in quinta opposi-
tione. & rationem reddit, quia ibi non est persona va
69 lens pœnitere, † quia pœnitentia non est trāsitoria ad
hæredem. pro quo alleg. casum in l. si quis hac lege. ff.
de ser. expor. & facit l. fi. C. de re. dona. vel potest dici,
secundum nouissimos, ꝙ ideo in d. l. pe. non est locus
pœnitentiæ, quia propter casum fortuitum qui eue-
nit in persona dantis causa habetur pro impleta, vt ibi
Secundus casus principalis.
habeť in gl. j. & fi. & ꝑ Doc. Ideo non est locus pœnitē
tiæ, sicut nō est cā impleta. ¶ Secūdo pricipali casu qñ
fiendū vel implendū respicit tm̄ recipiētis fauorē, non
est locus pœnitentiæ, quia cā tunc censeť impulsiua, &
instar habet perfectę donationis, quæ non reuocatur,
vt l. perfecta. C. de donatio. quæ sub mo. vel conditio.
& d. l. iij. §. si quis. vers. quanq̃. glos. tm̄ in l. si cum fun-
dum. ff. de pac. videť tenere contrariū, scilicet, ꝙ in hoc
casu sit locus pœnitentiæ. & illam gloss. quidam secu-
ti sunt. Sed dictum præcedēs videtur verius, quia cau-
sa illa quæ concernit fauorē recipientis, videtur solum
impulsiua, & non finalis, vt si dentur decem alicui, vt
emat sibi tunicam, licet nolit emere, nō tenetur restitue
re nisi appareret, ꝙ dans non esset sibi aliâs daturus, vt
l. fi. cum sua glos. ff. de dona. & per glos. in d. l. si pecu-
70 niam. † quāuis verbū do, & verbū dono differant, vt
not. per gl. xxiij. q. vj. §. ex his omnibus. super verbo,
inuitus. & facit quod not. per glos. in l. donatio. C. de
donatio. Tamen per verbum do, fit qñq; donatio, qñ
nulla exprimiť causa, ꝓpter quam detur, vel exprimiť
causa non repugnans donationi, vt tenet Pet. de Bella
Pert. alleg. ꝑ Io de Imol. in l. si fundū certo. ff. de verb.
oblig. & sequiť Salic. in l. si donatione. C. de collat. per
§. sic itaq; Instit. de actio. qui text. hoc non bene ꝓbat
secundum Io. de Imol. in d. l. si fundum. sed solū ibi
declaratur natura verbi do. Nec præsumitur donatio
vbi alia cā subesse pōt. Ad qđ faciunt not. in l. si cum
aurum. ff. de sol. & l. quæ dotis. ff. solu. matri. Sed in ex-
emplo ŝ. posito si dentur decem vt ematur tunica, a-
lia causa subesse nō pōt q̃ ꝓsumptio donationis. ideo
locus nō est pœnitētiæ, vt dictum est. & ita residet Sa-
lic. in d. l. pe. & ipse Bald. in d. l. si pecuniā. ¶ Tertio ca-
Tertius casus principalis.
su principali, qñ causa implenda cōcernit fauorē tertij
tantū est locus pœnitentiæ si res sit integra, vt d. l. iij. §.
j. & d. l. si pecuniā. §. ite si qs dederit. sed si nō sit integra,
est tm̄ inchoata geri, & extet res vel persona cuius cō-
modū duntaxat cōcernit, est etiā pœnitentiæ locus, vt
d. §. item si quis dederit. cum §. seq. & seq. Quādo verò
nō extat, qa est perempta, vt puta seruus manumittē-
dus emptus ex pecunia data vt emereť & manumit-
teretur, ante manumissionē mortuus est, quo casu nō
est locus pœnitentiæ nec repetitioni, vt d. §. item si qs
dederit. & hoc ideo est ne ille q emit remaneat in dāno.
71 de quo dicite vt ibi cū §§. seq. vsq; ad fi. legis. ¶ † Quar- Quartus casus principalis.
to casu qñ mistim cōcernit fauorem duorū. Ex illis fa-
cit Salic. tria membra, quia aut cōcernit fauorem dan-
tis, & recipientis, aut dantis & tertij. Aut recipiētis aut
dantis, & tertij. Primo casu locus est pœnitentiæ, vt d.
l. si pecuniam. in princ. Qui tamen obuiare videtur: qa
cum datur pecunia alicui, vt pro dāte vadat Romam,
videť esse nominatus cōtractus, scilicet locationis ope
rarum, in quo nō licet pœnitere, per iura superius al-
leg. dici tm̄ pōt secundum glos. & Doct. ꝙ illud proce-
deret, in homine cōsueto locare operas suas, vt faciunt
cursores: secus in nō cōsueto illas locare, secundū Bal.
& Salic. quia attendi debet consuetudo hominis. vt l.
vel vniuersorum. ff. de pig. actio. Hoc tm̄ secundū Sali.
in d. l. si pecuniā. iudicis arbitrio relinqui debet, qui cō
siderabit, an sit locatio vel nō, vt primo casu non sit
locus pœnitentiæ, vt l. si vno. § cum quidam. & l. qui
operas. ff. locati. & l. j. §. diuus. cum ibi not. per glos. &
Doct. ff. de varijs & extraord. cog. secundo casu sit lo-
cus pœnitētiæ, quæ pœnitētia qñq; sufficit ꝙ sit ver-
balis, qñ aliquod impedimentū vel obstaculum non
72 habet. † Aliqñ non sufficit eam esse verbalē, sed requi-
ritur, ꝙ sit realis alicuius præambuli iam facti, vt l. qđ
Seruius. ff. de cond. ob causam. & est ratio diuersitatis,
secūdū Salic. in alleg. si pecuniā. in prima oppo. sup. gl.
magna, quia vt dictū est vocalis pœnitentia nō habet
actum sibi cōtrariū oppositę volūtatis, ideo permissa est
vt d. l. si pecuniā. in prin. Sed in alleg. l. qđ Seruius. erat
actus permanentis cōtrariæ voluntatis, quia cōtracta
erant sponsalia, quę q̃ diu durabāt, & tenebant, firma
videbatur durare volūtas causæ implende, & deducē-
dę ad effectum: ideo oportet, vt de vera, & reali pœni-
tentia appareat, scilicet ꝙ dirimantur spōsalia. & ita se-
cundum eundē Salic. vult dicta l. qđ Seruius. subtiliter
inspecta, & hoc ibi sic etiam intellexit Paul. de Cāstr. re
73 citatus per Io. de Imol. in primo notabili. † Secūdo ca-
su principali qñ fiendū, vel implendū cōcernit fauorē
dantis, & tertij, est locus pœnitentiæ, quia nihil impe-
74 dit eā, vt ŝ. dictū est in tertio principali mēbro. † Ter-
tio casu qñ cōcernit fauorē recipientis, & tertij, pro ea
parte quæ cōcernit fauorē tertij est locus pœnitentiæ,
sed non ꝓ ea quæ cōcernit fauorē recipientis, quia il-
lius respectu videtur donatio, vt dictū est ŝ. in secūdo
principali mēbro. & ꝑ hæc est expeditus iste articulus
de cōtractibus innominatis, qui vere sunt innominati.
75 ¶ † Sed dubiū est qñ cōtractus noīatus misceť cū inno Quæstio.
minato, vt in exēplo qđ post Bart. ponit Salic. in l. fi.
ff. de cōdi. ob causam. videlicet vēdo tibi fundū pro de
cem, & vt des mihi librū, vel vt vadas pro me Romā.
Nā habita relatione cōtractus ad pactū resultat quidā
cōtractus innominatus, quia vēdo vt vadas, & sic vt
facias. & ista qō, vt dicit Salic. est dubitabilis. Pro re-
solutione tamē illius ipse distinguit, quòd aut actio ex
contractu informatur à pacto, aut non. Primo casu si
deductum in pacto est causa finalis propter quam est
contractū, & dat causam cōtractui nominato, illa ces-
sante pōt agi cōdictione ob causam, & repeti qđ datū
est, vt l. cum te. C. de pact. inter empt. & vendi. in quo
concordat Bald. in dicta l. si pecuniam. dicens tamen,

quòd hoc non habet locum ex capite pœnitentiæ, sed
causę nõ impletę. arg. l. Labeo scribit si mihi Bibliothe
cam. ff. de contrahẽ. emp. quẽ text. Bart. aliter intelligit
in l. si quis cũ debitore. ff. de iureiur. quia in d. l. Labeo.
non fuit promissio de vendendo, sed fuit vera vendi-
tio sub conditione, quæ habita fuit pro impleta eo ꝙ
stabat per emptorem. vbi vide Alber. Et dicitur causa
finalis quando est vna sola causa, & respicit non tam
commodum dantis quàm illius cui datur, vt l. Titio
centum. in princ. ff. de condit. & demõ. & not. per Bar.
in l. ij. §. fi. ff. de dona. vide etiam Bald. in l. ij. C. de cõdi.
ob causam. & ipsum in l. j. §. j. eo. tit. Si verò deductum
non sit in pacto causa finalis contractus, tunc quia in-
cidit cõtractui nominato, & secundariò ei accidit, nõ
agitur cõdictione ob causam. vt l. ea conditione. C. de
rescin. vendi. quam sic ibi intelligit glos. & Docto. & in
allegata l. cum te. Secundo casu principali, quãdo cõ-
tractus nominatus non informatur à pacto vt in hoc
exemplo quod ponit Salic. vt promitto tibi vel dono
decem, vt pro me vadas Romam vel librũ scribas: isto
casu datur cõdictio ob causam, vt l. j. C. de dona. quæ
sub mod. & hoc, quia causa nõ fuit sequuta. Sed si quę-
ratur, an sit locus pœnitentiæ dicit Salic. ꝙ de illo qđ
venit in contractu nominato non licet pœnitere. vt l.
Aristo. ff. de dona. Sed de eo quod in pactum deducit
extrinsecus potest esse locus pœnitẽtiæ si respiciat vti-
litatem vel fauorem pœnitentis tantum. arg. l. si quis
in conscribendo. C. de pac. secus si respicit fauorẽ tan-
tũ illius cũ quo pœnitere volens cõtraxit vel vtriusq;,
vt l. ij. & l. quæsitũ. ff. de ser. expor. & ibi glo. quæ di-
cit Bald. in dicta l. si pecuniam. esse vera nisi sit actum
vt res condicatur si pactum non obseruetur. vt d. l. ij.
C. de condi. ob causam. vbi idem tenet ipse Bald. per l.
ij. ff. de condi. indeb. & l. si sine. ff. rem rat. hab. Nam cõ-
dictio ob causam quãdo oritur ex conuentione par-
tium habet locum etiam in cõtractibus nominatis si-
cut in innominatis, vt nota. in l. j. in magna gloss. ff. de
donationib. & ibi per Bartolum, & Doctores. & hæc
76 sufficiant super isto articulo. ¶ † Decimo potest poni
exemplum super hac regula de matrimonio carnali,
quia semel mutuo cõsensu firmatum non potest muta
tione consilij reuocari etiam propter fornicationẽ prę
cedentem. vt l. si vxor. in fi. ff. ad l. Iul. de adult. & capit.
quemadmodum. extra de iureiur. quia scienter contra
hens cum aliqua videtur approbare conditionẽ illius
quæ erat tempore contractus, vt ibi colligitur per do.
Benedict. post alios. facit secũdum eum quòd contra-
hens cum debitore suspecto de fuga, eo quia pauper
non possit eum allegare suspectum ratione præceden
tis paupertatis. secus ratione subsequentis, vt not. per
Bart. in l. si creditores. ff. de priuileg. credi. & l. ait præ-
tor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credito. & per An-
gel. de Perus. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu.
lib. x. in sua repetitione. & qđ dictum est de matrimo
nio non soluendo propter præcedentem fornicatio-
nem idem dicendum est propter subsequentem. l. quæ-
sitũ. in fi. ff. ad l. Iul. de adulte. nisi quo ad thorum, cum
etiam autoritate ecclesię, vt in cap. ij. & cap. significa-
sti. extra de diuor. & xxxij. q. v. cap. horrendus. & cap.
si vxorem. facit extra de coniug. lepro. cap. ij. & l. si cũ
77 dotem. §. si maritus. ff. solu. matrimo. † Et idem dicen-
dum in matrimonio quod contrahitur mutuo consen
su eligentium & electi sequuta confirmatione, vt cap.

Facit ꝙ contrahẽs cũ debitore suspecto.

inter corporalia. extra de translatio. prælato. Nam se-
mel consensu præstito prælatus non est iudicandus ab
eligentibus aut arguẽdus. viij. q. ij. cap. dilectissimi. &
extra de elect. cap. nulli. lib. vj. de quo tamen dictum
est, vt ibi habetur in text. & notatur per Docto. quia
illud procedit nisi ex causa legitima de nouo superue-
niente vel ex antiqua probabiliter ignorata, vt ibi, &
cap. circa. eod. titu. Ad quod facit l. sed & reprobari. in
princ. & §. j. ff. de excusa. tuto. & l. vt gradatim. §. repro
bari. ff. de mune. & hono. & l. grammaticos. C. de pro-
fesso. & medi. lib. x. vbi probatur, quòd Doctor qui
non legit vtiliter scholaribus potest reprobari, vt ibi
78 notatur per Bart. & Iac. Rebuffi. † Et ita dici debet de
notario & quocunq; habente publicum officiũ, quia
potest remoueri si sit insufficiens licet semel fuerit ap-
probatus. Ad hoc facit quod habetur in l. quod semel
ff. de decre. ab ordi. facien. & l. reddatur. C. de professo.
& medi. lib. x. vult tamen Iacob. Rebuf. in dicta l. Grã-
79 maticos. † quòd si ab initio erat sufficiens, sed ex post
facto sine culpa sua factus inhabilis retinet honorẽ, sed
deponit onus, vt C. de his qui nõ imple. stip. sacra. so-
lu. sunt. lib. x. & C. de vetera. l. j. in fin. lib. xij. & si sit di-
gnitas habens administrationem potest regi per sub-
stitutum, & habebit stipendia sua, vt l. pen. C. de agen.
in re. lib. xij. & etiam vbi officium requirit industriam
personæ. facit l. si quis. & l. ad similitudinem. C. de epi-
scop. & cler. & l. decreto. ff. de administrat. tuto. & ff. ad
municipa. l. quid ergo. & l. fin. C. de pericu. nominato.
lib. xj. Quod est verum quãdo ille qui seruire vult per
substitutum in administratione illa diu se fatigauit, &
bene seruiuit, vt dicunt Docto. in l. ij. allegata C. de a-
80 gent. in reb. per illum tex. in fin. † vbi autem sufficiens
ab initio sua culpa ex postfacto fit insufficiẽs debet re
moueri, vt l. iudices. C. de dignita. lib. xij. & l. si quis ex
grege. C. de cohort. eod. lib. Ad supradicta faciunt ea
quæ habentur per totum titu. extra de cler. ęgro. dicũt
enim Barto. & Docto. in dicta l. ij. C. de agent. in reb.
81 † quia volẽs seruire per substitutum, seruire debet per
hominem paris conditionis, vt probatur in illo text.
dum dicit, chartulorum eiusdem scrinij, &c. Et sic Do-
ctor volens seruire per substitutum seruire debet per
alium Doctorem, non autem per scholarem quamuis
sit ille sufficiens. Sic & miles per militem, non autem
per domicellum. facit quod notat glos. in l. Imperialẽ.
§. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frede. quæ incipit
82 notarius potest. ¶ † Supradicta faciunt, quòd semel ap
probatus ad curam animarum possit reprobari pro-
pter insufficientiam, sicut medicus semel approbatus
reprobari potest, vt dicta l. sed & reprobari. et dicto §.
reprobari. & ita tenuit Pet. de Anch. in cap. gratis. ex-
tra de pręben. & ibi tenere videtur Anto. de Butr. per
illum text. & ibi Ioan. de Imol. ad quod facit cap. nihil.
extra de elec. Sed ista quęstio mota fuit alijs verbis per
Ioan. And. in addit. Specul. tit. de iure patrona. prima
83 colum. † vbi quærit si episcopus ordinauit aliquem Quæstio.
in presbyterum, qui post successiue fuit præsentatus
ad parochiales ecclesias, & per ordinarium admissus,
si postea præsentetur ad tertiam, & subiectus examini
inuenitur insufficiens, & quasi idiota, An ex defectu
sciẽtię repelli possit. & arguit ad partes tacẽs Oldra. cu
ius fuit hæc discussio, & argumentatio, quem secundũ
quotam meam lx. quæ incipit, circa principium, &c.
Et videbatur, quòd non: quia quem primo quis ap-
probauit

probauit, nõ poteſt reprobare per iſtam regulam.
& dicta l.ſi vxor.§. fi.ff.de adult.facit l.ſi quis teſti-
bus.C.de teſtib. & l.quod ſi nolit. §.in factum.ff.de
ædil.edict.& quia promouens eum, primò videtur
illum reputaſſe dignũ ad presbyteratum, ergo ad
beneficium, ne dignus in vno, in alio reputetur in-
dignus, cõtra illud quod ſcribitur j.quæſt. j.c. ſicut
Christus.& facit cap. accepimus. extra de ætate &
qualit.ordi.& in cap. in præſentia.extra de ſenten.
excommu.& iij.quæſt. vj.cap.hoc quippe. Oldra.
84 tamen vbi ſ.dicit cõtrarium eſſe verius, †quoniã
ſpeciale eſt in medico, vt approbatus poſsit repro-
bari, vt eſt dictũ, per iura alleg.& hoc, propter pe-
riculũ, quod vertitur in exercitio ſuæ artis. Sed cer-
tum eſt, quòd maius periculum vertitur in imperi-
tia medici animarũ, quàm medici corporis, vt ca.
cum ſit ars artium.extra de æta. & quali.ordi. Sunt
enim animæ corporibus pretioſiores, vt l.ſanci-
mus.in prima. C.de ſacr. ſanct. eccle.& xij.quæſt. j.
cap.præcipimus.& extra de pœniten. & remi.cap.
cum infirmitas.& non omnes presbyteri vel ſacer-
dotes digni ſunt cura animarũ. Ad quod facit cap.
multi ſacerdotes. xl.diſtinctio. ſicut videri licitum
eſt in illo, qui præponitur colligendis & obſeruan-
dis pecunijs ciuitatum, deputatus ad publicum o-
pus, qui ſemel electus repertus poſtea inſufficiens
remouetur, & reprobatur, vt in authent. de collat.
§.iubemus.in prin.ver.ſi quis autem ex prædictis.
colla. ix. Et hanc potiſsimam partem tenet Ioann.
Andr.in additione prædicta, ſi ponamus tertiã pa-
rochialem eccleſiã ex qualitate & quantitate paro-
chianorum, vel ſituatione ipſius, multum differũt
à primis, ita q̃ licet poſsit dici dignus ad primas,
poterit tamẽ indignus reputari ad tertiã. Ad quod
facit, quod notatur per Alber. in l. ſed & ſi pupil-
lus.§.præſcribere.ff.de inſtito.quia forte presbyter
ille eſt diuerſæ linguæ à parochianis illius eccleſiæ
parochialis, quibus non poſſet prædicare, nec illo-
rum confeſsiones audire, vt ſi Alemãnus, vel alius
alterius linguæ, præſentaretur ad eccleſiã parochialẽ
in Francia, vel ecõtra, non debet reputari ſufficiẽs
vel idoneus ad illam parochialem eccleſiam, ſecũ-
dum eundem Albe.per illum tex. quem dicit ſe au-
diuiſſe allegari. allegat notata per Archi. de conſe-
cra.diſtinct.iiij.cap.multi.quia etiam ſecundũ eun-
dem Ioan. Andr. propter nimiam inſufficientiam
Presbyter ppter nimiã insufficientiam. poſſet ab obtẽto beneficio eccleſiæ parochialis re-
moueri. de quo remittit ſe ad notata in c. fin.extra
de renuntiat.& cap.j. de offic.cuſto. & cap.diuerſis
fallacijs.de cler.coniuga. vbi plenius vide gloſſ.&
Docto.maximè Ioan.de Imol. An ipſe promouens
hoc poſsit, vel debeat eius ſuperior adiri, vt inſuffi-
85 cientem poſsit remouere? †De Papa autem, quia
habet in beneficijs liberã diſpoſitionem & plenitu-
dinem poteſtatis, vt cap.propoſuit.extra de cõceſ.
præben.& c.ij.de præben. lib.vj.& clemen.j.in fin.
vt lite penden.cum ſimilibus, non eſt dubitãdum,
quin poſsit à beneficio ſemel collato remouere, etiã
nuda voluntate, ſi hoc faciat de poteſtate abſoluta,
vel plenitudine poteſtatis, vt not. per Paul.Anto.
de Butrio, & Ioan.de Imol. in dicta clemen.j.& eſt
gloſ.notabilis.ix.quæſt.iij.c. per principalem.quæ
dicit, quòd hoc tamen vniuerſaliter facere non po-
teſt, ne turbet vniuerſalem eccleſiã. & facit ad hoc,
quia Papa nõ debet vti poteſtatis ſuæ plenitudine
ſine cauſa, vt notatur per Inno.in c. innotuit.extra
de elect.facit quod not.per Archi.& Io.And.in c.fi.
86 extra de conſue.lib.vj. †Quid autem importet illa
plenitudo poteſtatis, vide Spec.ti.de lega.§. fi.verſ.
xviij.gloſ.etiam in dicto cap.propoſuit.ſuper ver-
87 bo, diſpenſare.tenet, †q̃ cõtra vniuerſalem ſtatum
eccleſiæ Papa nõ poteſt diſpẽſare. & ita tenet gloſ.
in c.qui ad perpetuam.xxv.q.j.ſed gloſ.ea.cauſa &
quęſtione.c.ſunt quidam.videtur tenere contrariũ,
cui gl.videtur adhærere Io.Andr.in alleg.c.propo-
ſuit.per id, quod habetur in cap. nõ debet. extra de
conſang.& affi.& xxx. diſtin.c.j.d. Florentinus re-
citatus per Ioã.de Imol.in alleg.c.propoſuit.ſequi-
tur alias gloſ.quoniam, vt ipſe dicit, quamuis Pa-
pa habeat plenitudinem poteſtatis, & poſsit indi-
ſtinctè diſpẽſare cõtra ius poſitiuum, hoc debet in-
telligi in his, quæ decent.arg. in c.magnæ extra de
voto.& ideo, ſecundũ eum, nõ poteſt mutare vni-
uerſalem ſtatum eccleſiæ, quia indecens eſſet: ſubiũ-
gens, q̃ etiam Deus, cuius Papa eſt vicarius, nõ vi-
detur poſſe indecentiam: quia, vt dicit beatus An-
ſelmus in libro, Cur Deus homo, per eũ allegatus,
Omne indecens cenſetur Deo impoſsibile, multo Anſelmus.
magis ſummo pontifici. Innocent. verò in c.quan-
to.extra de conſuet. concludere videtur, quòd hoc
Papa non poſsit, ſcilicet facere cõtra ſtatum gene-
ralem eccleſiæ, nec ſi faciens tolerandus, niſi face-
ret cum magna cauſa, & omnibus nota. Et ſic ſen-
tire videtur, quòd cum illa cauſa facere poſſet. Ar-
chid.autem in dicto c.ſunt quidam. cõcludit, quòd
ſi mutando vniuerſalem ſtatum eccleſiæ ipſa eccle-
ſia decoloraretur, non poſſet hoc Papa facere, per
id quod habetur j.q.vij.c.& ſi iſſa.ſecus vbi nõ de-
coloraretur, quia tunc cauſa ſubſiſtente eſt toleran-
da mutatio. Et iſto modo cõcordat opiniones, quæ
ambæ probantur in dicto c.& ſi illa.cum qua con-
cordantia tranſit Ioã. de Imol. Superius dicta ſatis
eſſe videntur pro explanatione & verificatione hu-
ius regulæ. Sed quia plura poſſunt cõtra ipſam ad-
duci argumenta, quæ varijs in locis traduntur per
Doct.pro compendio quodam & illorum ſolutio-
ne, poteſt huius regulæ materia per diſtinctionem
ſequentem reſolui, quæ pro maiori parte fuit Bo-
88 nif.de Ama. in regula, mutare conſiliũ. lib.vj. †Et
dicamus, q̃ aliquando volens mutare conſiliũ, in-
tendit duo contraria ſimul ſtare, ſeu operari, & nõ
89 debet audiri: vt verbi gratia, †ſi inſtitutus hęres in
teſtamento alicuius vult pro media adire hæredita-
tem ex teſtamẽto, & pro alia medietate ab inteſta-
to, hoc nõ poteſt facere, vt in iſta regula.& l.j.ff.de
acquir. hære.& l.fi.C.de codic. Faciunt ea, quæ di-
cta fuerũt in l.ius noſtrum.§.iſto ti. hoc idem pro-
batur in ſimili, in l.ſi ita ſtipulatio. in fi.ff.de oper.
liber.& l.j.C.de fur. vbi allegans contraria non eſt
audiẽdus. hoc idem probatur in l.in cauſæ.in prin.
ff.de procu.vbi dominus qui cõſtituit procuratorẽ
in pluribus cauſis, quas procurator ipſe fuit proſe-
quutus, nõ auditur, ſi velit eundem procuratorem
remanere in aliquibus cauſis illarum, & in alijs re-
90 uocare.vbi vide Albe.plenè loquẽtem. †Aut mu-
tans non intendit contraria ſimul ſtare, ſed diuer-

ſis temporibus, vt quia primò vnum voluit, & ſecundò vult contrarium, mutando voluntatem totaliter ad illud. & hic conſiderandi ſunt tres caſus. Quia aut actus, citra quem vult mutare conſilium, nondum eſt perfectus. Aut eſt perfectus, ſed nõ cõſummatus, vel eſt perfectus & cõſummatus. Primo caſu permiſſa eſt mutatio, vt l. ad teſtiũ. §. ſi ſigna. ff. de teſta. vbi vide circa hoc Doct. & in l. noſtram. C. de teſtam. & quæ dicta fuerunt in l. quò tutela. §. quæ in teſtamento. ſ. iſto tit. Secundo caſu, quando actus eſt perfectus, ſed nõ cõſummatus, dicendũ eſt, ꝙ ſi actus erat perfectus communi partiũ cõſenſu, & erat de ſe obligatorius, non poteſt vnus contrahentium altero inuito mutare conſilium, ſed bene poteſt mutare communi partium conſenſu, vt l. ab emptione. ff. de pac. & dicta l. ſicut. C. de action. & obligat. & fuit plenius tractatum ſ. in iſta regula,
91 nono exemplo. & l. nihil tam naturale. ſ. iſto ti. †Si verò actus perfectus nõ cõſummatus, nõ erat obligatorius ipſius exercẽtis actũ, vt eſt vltima voluntas, tunc eſt locus mutationi conſilij, vt l. j. C. de ſacroſanct. eccle. quoniã teſtamentum poſterius perfectum, rumpit prius teſtamentum etiam perfectũ, vt ibi. & l. j. & ij. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſta. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. j. l. ſi quis in prin. ff. de lega. iij. l. pacta. ff. de adimen. vel transferẽ. lega. l. ſancimus. & d. l. noſtram. C. de teſta. Inſti. eod. tit. §. poſteriore. c. eum Marthæ. extra de cele. miſ. xiij. q. ij. c. vltima voluntas. & no. glo. Io. And. in c. j. ſuper
92 verbo, reuocare. extra de conſtit. lib. vj. †Imò ſecũdum cõmunem ſentẽtiam Canoniſtarum, etiam ſi teſtator iurauit non mutare teſtamentum, poterit mutare, non obſtante iuramento de non mutãdo, no. per gl. xiij. q. ij. dicto c. vltima voluntas. & per Io. And. in regula, quod ſemel placuit. libr. vj. vo-
93 luit etiam Bartol. in d. l. ſi quis in prin. †ꝙ mutans teſtamentum quod iurauerat non mutare, non incurret periurium, quia tale iuramentum eſt cõtra bonos mores, vt l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obli. & aufert liberã teſtãdi voluntatẽ, vt l. ſi inter fratres. aliàs eſt l. cum duobus. §. idẽ reſpõdit. ff. pro ſocio. & inducit votum captandæ mortis. quod etiã iure canonico improbatum eſt, vt ca. nulla. extra de conceſ. præben. & c. ij. & c. ne captãdæ. eo. ti. lib. vj. Ideo tale iuramentum non videtur obligatorium, vt in regula, non eſt obligatorium. extra eo. ti. lib. vj. & hoc ſequutus eſt Anto. de But. in c. cum contingat. extra de iure do. & idẽ Iaco. de Rauenna, Per. & Cy. in d. l. j. C. de ſac. ſanct. eccle. & Dyn. in d. l. ſi quis in prin. Hanc partẽ tenuit etiam Boni. de Ama. in d. regula, mutare. lib. vj. & ratione mouetur, quia per tale iuramentũ, ſi iurans eſſet ligatus, cogeretur metu periurij habere hæredem, quem nollet, quod ſecũdum eum iura abhorrẽt, cũ dicant promiſſionem, pactum, aut ſtipulationem ſuper hoc non valere, vt d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. & l. pactũ quod dotali. & l. fi. C. de pact. l. cum donationis. C. de tranſact. l. hæreditas. C. de pact. conuen. tam ſuper do. & c. & l. ex eo. C. de inutil. ſtipul. & ſic, vt dicit, iuramentum non eſt ſeruãdum, vt l. ſi quis inquilinos. §. j. ff. de legat. j. & in d. regula, non eſt obligatorium. Sed Ioã. de Imol. quẽ ſequitur do. Bened. in alleg. c. cum cõtingat. & ipſe Io. de Imol. in c. dilecto. extra de præbẽ. & c. cũ eſſet. extra de teſta. tenet, quòd teſtator, qui iurauerat nõ mutare teſtamentum, illud mutans incurrat periurium, quia tale iuramentũ poterat ſaluari ſine interitu ſalutis æternæ. erat igitur ſeruandũ, vt c. ſi verò. extra de iur. do. & quamuis tale iuramentũ dicatur eſſe contra bonos mores ciuiles, nõ tamẽ eſt cõtra mores diuino vel canonico iure introductos, de quibus ſecundũ eum loquitur regula, non eſt obligatorium. & hoc tenuiſſe videtur Io. And. in regula, quod ſemel placuit. eo. tit. lib. vj. in mercurialibus. quam cõmuniter ſequũtur Canoniſtæ, per no. in c. ſi. extra de procu. lib. vj. & in c. ſicut ex literis. extra de ſpõſal. & tenuit Hoſt. in ſumma de ſepulturis. §. an licitũ ſit. ver. quiſquis eligat. & Archid. in alleg. canone, vltima volũtas. xiij. queſt. ij. & hoc quo ad incurſum periurij. Spec. tamen ti. de inſtru. edit. §. compendioſè. verſi. ſed quid ſi is iurauerit. tenet ꝙ teſtator eſt periurus, & quòd manere debet prius teſtamentum: aliter tamen ſuperius allegati Doct. tenent de periurio quod dictum eſt, ſed fatẽtur contra Spec. cuius dictum in hoc non tenetur, vt ibi dicit Io. And. in addit. ꝙ valet mutatio teſtamenti, non obſtante iuramento de non reuocãdo, quia non poteſt quis ſuper vltima volũtate imponere ſibi legem, à qua non liceat recedere, vt d. l. ſi quis in principio teſtamẽti. ff. de lega. iij. & d. l. j. C. de ſa. ſanct. eccle. & no. per gl. in alleg. c. vltima voluntas. & ab hac ſententia non diſcedit Hoſt. bene
94 viſus vbi ſ. †Voluit tamen Io. And. & Bar. in locis alleg. ꝙ teſtamentũ, quod quis iurauit non mu-
95 tare, debet ſpecialiter reuocari vel mutari: †quia iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ, ſeu verborum derogatoriorũ, vt l. cũ pater. §. filius ma trem. vbi Bar. ff. de lega. ij. & tenet Ioan. de Imol. in d. c. cum eſſes. dicit tamen Bal. in authen. hoc inter liberos. C. de teſta. ſufficere, ꝙ voluntas derogatoria ita declaret, ꝙ intelligi poſſit ex verbis teſtatoris ipſa ſpecificatio. de quo dicite vt ibi per eum & Doct. & Io. And. in c. j. extra de conſti. lib. vj. Bald. autem ipſe in c. moribus. in ti. ſi de feu. fue. contro. dicit teſtamentum, in quo iuramentũ eſt appoſitũ de non reuocando, non eſſe reuocandum, & ſic recidit in opinionem Specul. quia, vt dictũ eſt, in hoc communiter non tenetur. & fundat ſe Bal. per c. ij. extra de pact. li. vj. & ſi dicatur, ꝙ illud inducit votum captãdę mortis. neſcimus, inquit ipſe, quid ſit in animo paciſcentium: ſed bene ſcimus, quãdo iuramentum ſeruari debeat, vel poſſit ſine interitu ſalutis æternæ. Canoniſtæ tamen, vt dictũ eſt, in hoc reſident communiter, ꝙ non obligat tale iuramentum, per quod aufertur libera teſtandi facultas, vt no. gl. & Doct. in d. c. cũ contingat. & quãuis iurãs aliquãdo incurrat periurium, vt ſ. dictũ eſt, tamen valet diſpoſitio aliter facta. Nec obſt. c. ij. extra de pact. li. vj. quia loquitur in hæreditate perdẽda. Sed propoſitũ noſtrum eſt in acquirendo. Ideo opinio Bal. in d. c. moribus. non eſt tenẽda, nec tenẽt communiter Doct. & ipſe aliquando tenuit opinionẽ communem, & erat ipſe decrepitus, quãdo ſcripſit ſuper dictum c. moribus. Nec reſpõdet ibi ſufficiẽter rationi de impedimento teſtandi, & illius liberæ facultatis, quę eſt potiſsima ratio in qua fundatur

tur opinio communis, per iura superius alleg. Imò
mirū videtur, q Canonistæ non fateātur illud iu-
ramentum vel pactum esse contra bonos mores iu
re canonico introductor: quoniam, vt ipse Bal. di-
cit in l. pactum. C. de collatio. quæstio. iiij. hoc vi-
detur esse contra ius diuinum, propter votum ca-
ptandæ mortis, per d. c. nulla. extra de conces. præ-
ben. & c. ij. & c. ne captandæ. eod. ti. lib. vj. nisi dica-
mus, quòd illud votum non est præcisum, sed præ-
sumptum à iure. Ad quod faciūt iura allegata, iun-
cta l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. Ideo satis esse
videtur, q dispositio facta contra iuramentū vale-
at, sicut in simili videmus notatū per gl. Io. And. &
96 Doct. in alleg. c. fi. extra de procu. libr. vj. †Reuer-
tamur nunc vnde discessimus, quia aut actus perfe-
ctus non cōsummatus erat obligatorius duntaxat
actum ipsum exercētis, & tunc vel illud erat ex au-
toritate officij, ad quod ille erat astrictus, & non est
locus variationi seu mutationi, vt c. si tibi absenti.
extra de præbend. lib. vj. nisi secundum doctrinam
ibi positam in tex. Aut nō erat astrictus ex officio,
& est locus mutationi seu variationi, vt l. si pater
97 filio. ij. respōso. ff. de manu. vindict. †Et ideo si de-
stinetur nuntius vel epistola absenti super aliquo
ineundo contractu, & mittentem pœniteat anteq̃
nuntius vel epistola perueniat ad absentem, muta-
tio & pœnitentia illa tenet, & impedit contractū,
etiam nūtio de hac mutatione seu reuocatione nō
certificato, quamuis glos. in l. j. §. fi. ff. de contrahen.
emp. teneat contrarium, per l. sed si socius. §. j. ff. pro
socio. & l. j. §. sed ego. ff. quod iussu. Alij tenent cō-
trarium, vt dicit ea. glos. in dicto §. fi. & illorū opi-
nio communiter tenetur, vt dicit Bonifa. de Ama.
in dicta regula, mutare. per l. licet. C. de repu. Sed vt
dicit Sali. in dicto §. sed ego. & alleg. §. fin. illi casus
sunt dissimiles, quia in l. sed si socius. §. j. loquitur
in obligatione contracta & perfecta dissoluenda:
ideo ibi requiritur certioratio, secus in cōtrahēdo,
per d. l. si pater. ij. & iij. respon. quia ibi certioratio
nō requiritur, vt impediatur manumissio. gl. tamē
ibi dicit, quòd in illa l. si pater. filius erat minister
patris. quod dictū, vt dicit Sali. non videtur esse tu-
tum, quia etiam nuntius est minister mittentis, vt
l. & licet. ff. de cōsti. pecu. Iacob. Butr. distinguebat,
cuius distinctionem recitant Albe. & Sali. in dicto
§. fi. quod aut ex priore volūtate erat quæsitum ius
aduersario, & tunc non valeat mutatio volūtatis,
vt l. statu liberum. §. Stichum. ff. de lega. ij. & dicta l.
sed si socius. §. j. Aut non erat ius aduersario quæsi-
tum, & tunc aut ex mutatione primæ voluntatis
alius damnum pateretur, & nō potest mutari. l. sed
& si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. Aut nullus
est passurus damnum, & potest voluntatem muta-
98 re, vt dicta l. si pater. †Sed cōtra prædicta dicit Sa-
licet. quòd multum facit c. fi. de procu. libr. vj. vbi
speciale est in matrimonio cōtrahendo per procu-
ratorem, vt reuocato mādato anteq̃ contrahatur,
etiam non certiorato procuratore, non tenet matri-
monium post cōtractū per procuratorē. Si ergo sic
ibi speciale, in contrarium est ius commune. l. ius
singulare. ff. de legi. & l. j. in fi. ff. ad municip. Sed vt
dicit Dominicus de sancto Gemi. in allegato c. fin.
post Ioann. Andr. ratio specialitatis ibi est expres-
sa in tex. qui loquitur in contractu, in quo requiri-
tur consensus vtriusq;, & ideo videtur q in omni-
bus contractibus & casibus, in quibus subest dicta
ratio, procedat dispositio dictæ decretalis, scilicet,
quòd impediatur contractus mutatà volūtate, etiā
sine certioratione nuntij vel procuratoris. & ita te-
nuit Cyn. in l. mandatum. C. man. vbi per Bald. &
Ioan. de Imol. in dicto cap. fi. quos ibi allegat Do-
minicus. ad quæ vide no. in c. ex parte decani. extra
99 de rescript. & in clemen. vnica. de rer. permu. †Fal-
lit tamen quod dictum est, reuocationem mandati
tenere absq; certioratione, in clemen. j. de renuntia.
vbi constituens procuratorem ad renuntiandum
suo beneficio in manibus Papæ vel ordinarij col-
latoris, si reuocet mandatum mutata voluntate, &
ante intimationem ad notitiam reuocationis mā-
dati factam procuratori, ipse renuntiet in mani-
bus Papæ vel collatoris, tenet renuntiatio, reuoca-
tione non obstante, vt ibi est casus. & est ratio de-
cidendi, ne illudatur principi, vt l. ij. C. de reb. cred.
& iureiur. & l. si duo. §. fi. ff. de iur. do. & etiam, quia
variatio & illusio in viris ecclesiasticis maximè re-
probatur, vt dicta Clement. vnica. de renuntiatio.
& cap. bonæ. in secundo. extra de postu. & de sentē.
& re iudi. c. cùm olim. & in dicta clement. vnica. de
rer. permut. in c. publicato. extra de elect. & c. con-
tinebatur. de his quæ fiunt à prælat. sine cōsen. cap.
in cap. cùm autem. & cap. pastoralis. de iure patro.
& cap. nulli licere. de elect. libr. vj. Nec obstat præ-
100 dictis l. si mandassem. ff. man. †quia licet mandans
mutata voluntate reuocet mandatū, tenetur ad in-
teresse mandatarij, si virtute mandati processit ad
illud, quod erat mandatum, ignorans reuocationē
illius, vt ibi, nō tamen obligatur illi tertio, cū quo
mandatarius contraxit, propter reuocationē mā-
dati. l. consensu. ff. de actio. & obligatio. quia si illi
tertio mandans esset obligatus, tunc mandatarius
non posset affici damno. Sed quia damno afficitur
cum sit obligatus illi tertio, cum quo cōtraxit, te-
netur mandans mandatario ignoranti reuocatio-
nem, vt eum seruet indemnem. vel ibi dicit, ideo,
vt dicit ibi Bald. tunc debet procurator certiorari,
quādo certioratio posset damnum minuere, vel au-
ferre, quod dicit ille text. qui dicit, ne dāno afficiat.
facit l. si pecuniam. §. item si quis. ff. de cōdi. ob cau-
sam. secus esset, si non posset damnum incurrere, se-
cundum ipsum Bald. per dict. l. si pater. vel secundū
Bonifacium de Amanatis in dicta regula, mutare.
dici potest, q aut dominus mandauit, vt res ipsius
domini nomine emeretur, & sic factum est, post ta-
men reuocationem mandati, & ante notitiam ha-
bitam de reuocatione, & tunc mādans tenetur vē-
ditori: secus si simpliciter mandauit emi, & vendi-
tor solum respectum habuit ad personam manda-
tarij ementis, & tunc mandans non tenetur vendi-
tori, sed mandatario, & mandatarius venditori, vt
dicta l. si mandassem. facit ad ista illud, quod habe-
tur in l. qui pro euictione. ff. de procur. & pro ma-
teria ista vide notata in l. vero procuratori. §. sed &
si quis. ff. de solutio. per Docto. & in dicta clement.
vnica. de renuntia. vbi est pulchra glos. & alia glo.
notabilis. lxiij. distinct. cap. tibi domino. & per Sa-
tos licet. in dicta l. j. ff. quod iussu. †Tertio casu princi-

Fallit qđ dictū est, reuocationē mādati tenere absq; certioratione.

pali, videlicet in actu pfecto & cōsummato, distin-
guit Boni. de Ama. quia, aut actus ille in sua execu-
tione consistit in opere successiuo, quo casu quo ad
prӕterita nō admittit mutatio vel variatio, sed be-
ne quo ad futura, dum tamen illa mutatio volun-
tatis vel consilij perueniat ad notitiam eorum, qui
habēt interesse, vt dict. l. sed & si pupillus. §. de quo.
& §. præscribere. ff. de instito. cùm simil. Aut exe-
cutio huiusmodi actus non consistit in opere suc-
cessiuo, sed duntaxat in vno, quo casu, aut per exe-
cutionem huius actus seu operis actus ipse princi-
palis est perfectè consummatus, puta, quia est pro-
cessum ad traditionē, & nō est locus mutationi vo-
luntatis, vt l. perfecta. C. de donatio. quæ sub mod.
nisi partium, quarum interest, communi consensu;
& actu retro simili, vt l. ab euictione. ff. de pact. ij.
responso. & l. j. cum ibi notatis. C. quando lice. ab
emp. disce. & dictū fuit plenius in l. nihil tā natura-
le. §. isto tl. Idem sic, si nō sit processum ad traditio-
nē, dum tamen ipsa exequutio habeat effectum tra
502 ditionis, †vt in legato alternatiuo plurium rerū,
vel vnius de pluribus data optione hæredi vel le-
gatario, non facta electione dominium rei optatæ
aut electæ recta via transit in legatarium: ideo non
est locus mutationi, vt dictum fuit suprà, in quin-
to exemplo huius regulæ, per l. apud Aufidium. de
optio. lega. & dict. l. statu liberum. §. Stichum. ff. de
lega. ij. adeo, quòd si etiam communi consensu hæ-
redis & legatarij fieret variatio, aut mutatio, non
admitteretur, si alteri propter hoc pararetur præ-
iudicium, arg. l. ij. C. quib. res iudic. non nocet. & l.
si suspecta. ff. de inoff. testa. cum similibus. Hinc di-
ctum fuit suprà in dicto quinto exēplo, quòd ha-
bens gratiam expectatiuam, statim acceptato in-
tra mensem aliquo beneficio cadente in sua gratia,
non potest mutare aut variare, cum sit gratia sua
consummata in illo beneficio acceptato, per iura
quæ fuerunt allegata. & facit quod habetur in cle-
men. auditor. de rescript. intantum, quòd etiam de
consensu ordinarij collatoris non toleraretur hæc
mutatio seu variatio, quia cederet in præiudicium
aliorum expectantium, & quia etiam secundū Bo-
nif. de Ama. nō est in potestate habentis illā gratiā
expectatiuā, nec etiā ordinarij collatoris, aut cuius-
cunqꝫ alterius facere gratiam iam consummatā in
acceptatione primi reuiuiscere, quæ non ab eo, sed
à summo pōtifice processit. facit cap. quamuis. ex-
era de rescrip. lib. vj. vbi autem actus ipse perfectus
non esset perfectè consummatus, vt quia non esset
processum ad traditionem, vel quasi, sed ad solam
electionem, seu voluntatis declarationem, quæ nō
non operatur traditionis effectum, dicēdum est, ꝙ
aut electio huiusmodi cōpetebat debitori seu reo,
ex potestate legis, iuxta l. plerūqꝫ. in fi. ff. de iure do.
& tunc mutatio seu variatio concessa est quando-
cunqꝫ, etiam post litem contestatam, & post sentē-
tiam, & in ipsa exequutione, vt l. eum qui certarū.
§. fin. ff. de verb. obligat. cum ibi notatis per gloss.
& Doct. dantes remedia, vt præcise debitor tenea-
tur, & exigi possit. Aut reo seu debitori competit
electio ex expressa partiū cōuentione, & tūc idem
dicēdum est, quod in creditore seu actore statim di-
503 cetur, vt notatur in dicto §. fin. †Si verò compe-
tat electio actori seu creditori ex dispositiōe legis,
vt in electione actionū seu iurium, iuxta illud quod
habetur in l. quod in hæredē. §. eligere. ff. de tribu. &
l. cū filius. §. varijs. ff. de lega. j. & l. edita. C. de eden.
& in electione locorum in l. iij. in principio. in §. j.
ff. de eo quod cer. lo. est locus variationi, vsqꝫ ad li-
tem contestatam, non autem postea, vt dicta l. edi-
ta. & ibi per Bald. in repetitione Paduana, & au-
thent. qui semel. C. quomodo & quando iud. Nec
obst. l. de qua re. & l. vbi cœptū. ff. de iudi. quia an-
te litem contestatam non dicitur iudex cognosce-
re. l. amplius. ff. rem ratam haberi. secundum Bald.
in dicta repetitione. Non obstat etiam secundū eū
l. rura. C. de omni agro deser. libr. xj. vbi dicitur, ꝙ
desiderium apud acta publicatum, nō potest retra-
ctari, quia ibi loquitur de desiderio obligatiuo: sed
in isto casu de disceptatiuo. facit l. qui familiæ. ff.
famil. ercisc. quamuis etiam text. dictæ authen. qui
semel. videatur isti conclusioni obuiare, per quam
quidam dixerūt dictam l. edita. hodie esse correctā.
& hoc ibi tenet glo. & Pe. Sed secundum Odof. Ia-
cob. Butrig. Bar. Bald. & communiter Doct. dicta
authen. qui semel. nil hodie innouat aliud, nisi quòd
prouidet contra actorem cōtumacem differentem,
& nolentem prosequi litem, sed contra actorē prӕ-
sentem, iureqꝫ cōcesso vtentem nihil innouatur, vt
ibi. & dicta l. edita. plenius habetur per Doct. Cō-
siderandum tamen est, vt ibi dicit Bal. ꝙ quādoqꝫ
actor vult differre litem, & non potest inuito reo,
vt dicta authent. qui semel. quia quamuis ei liberū
fuerit incipere litem, vt l. purè. §. fi. ff. de excep. do.
tamē ex post facto necessarium est illam prosequi.

An actor inuito reo potest differre litem.

504 †Ideo non potest renunciare instantiæ soli, cum
animo reassumendi litem, quia tergiuersatur, & ex
industria differt iurgium protrahendo, quod non
licet, vt dictum est, etiam ante litem cōtestatam, se-
cundum Bald. in dicta l. edita. & alleg. authent. qui
semel. nisi tamen aduersarius dictæ renuntiationi
consentiret, propter rationem dictæ authen. potest
tamen renunciare iuri & causæ, & sic mutare pro-
positum, vt l. destitisse. ff. de iudi. nisi tamē per hoc
ius aduersarij fieret deterius, vt quia ex hoc aliquod
505 damnum pateretur, vt l. vtiqꝫ. ff. de rei vēdi. †Quā-
doqꝫ actor vult mutare libellum, & ante litem con-
testatam hoc potest, secundum formam d. l. edita.
cum ibi not. quod procedit, nisi electio vel contra-
rietas faceret præiudicium, vt l. fi. in verbo, auspi-
506 cio. C. de codic. †Si verò competat electio rerum
alternatiuè debitarum ex pacto habito in contra-
ctu, distinguitur, quia aut potestas eligendi data est
per verbum, quem voluerit, quod est futuri tempo-
ris, subiunctiui modi, quo casu facta electione con-
summata est potestas eligendi, vt l. si quis stipula-
tus sit Stichum aut Pamphilum. j. & ij. respon. ff. de
verb. oblig. & non poterit variare, vt ibi. Aut per
verbum, quem volet, quod est futuri temporis, in-
dicatiui modi, & tractū habet, & est suspēsiuum, vt
l. filij mater. ff. ad Tert. & tūc poterit variare, quia
nō est cōsummata potestas eligēdi, donec dictet iu-
diciū, vt d. l. si quis stipulatus. ver. si verò. Et quæ sit
ratio diuersitatis, vide ibi glos. & Doct. Et ex præ-
missis clarè colligitur, ꝙ post actum perfectū, per-
fectè consummatum, non est mutatio seu variatio
permis

107 permissa, & sic verificatur ista regula. †Speciale
tamen est in hæreditate paterna, quoniā licet filius
eam repudiauerit, quæ repudiatio est actus perfe-
ctus & perfectè cōsummatus, cum ipsa operetur to-
talem exclusionem ab hæreditate, vt l. sicut. C. de
repu. vel absti. hæred. tamen re adhuc stāte integra,
id est, nō alienatis bonis, si filius est maior annis, &
suus, intra trienniū, quod currit post eius vicesimū
nonum annū, potest mutare consilium, & se hære-
108 ditati paternæ immiscere, vt l. fi. eo. ti. †Sed re nō
integra existente, quia bona iam essent alienata, vel
pars illorū, nō admittitur mutatio consilij, nisi be-
neficio restitutionis in integrum, in minore priui-
uilegio minoris ætatis, vt d. l. fi. in fi. vbi Bald. in-
telligit suū hæredem, non solum respectu patris, in
cuius est potestate, quod videbatur per illum text.
dum dicit paternam hęreditatem, sed etiam respe-
ctu aui vel proaui paterni, in cuius potestate sit. Ad
quod facit l. si quis suus. ff. de iure deli. quę loquitur
109 simpliciter in quolibet suo, †& etiā appellatione
patris continetur auus, vt l. iusta interpretatione.
§. ti. prox. & ita notatur per gl. in l. nonnunq̄. ff. de
110 collatio. bo. †Emācipatus autem nō admitteretur
variare volens post repudiationem, secundū Do-
cto. in d. l. fi. contra gl. ibi positam. Nec ob. d. l. nō-
nunq̄. quam prædicta gl. pro sua opinione allega-
uit, quia secundū Bar. ibi expressè nō repudiauerat
filius emancipatus, sed dixerat se nolle cōferre, quo
casu prætor exaudit eius pœnitentiā, & mutatio-
nem cōsilij, vsq; ad annū. Non ob. etiam l. pro hæ-
rede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred. vbi post re-
pudiationem suus æquiparatur emancipato, quia
hoc sic intelligendum, scilicet, q̄ actus inducēs re-
pudiationem vel immistionē in suo, eadē inducis
111 in emācipato. †tamē alter, scilicet suus, potest ab-
stentionē reuocare, alter verò non, per d. l. fi. & hoc
sequitur Io. de Imol. in d. §. Papinianus. & asigna-
ri potest ratio diuersitatis in hoc, inter suū & emā-
112 cipatū, secundū Bal. in alleg. l. fi. †quia licet sit sub-
lata differentia emancipationis & patriæ potesta-
tis, vt in auth. in successione. C. de suis & legi. hær.
& in corpore vnde sumitur, hoc verū est, quātum
ad hoc, vt emancipatus hodie ab intestato de iure
ciuili succedere posit sicus suus, non autem quòd
sit hæres ipso iure, & necessarius, ideo pōstq; renū-
tiauit, in ipso nullæ remanent reliquiæ, quia nunq̄
fuit hæres iure ciuili. Suus verò est hæres necessari-
us. l. in suis ff. de libe. & posthu. & Instit. de hæred.
quali. & diffe. §. sui. & l. j. §. qui sunt in potestate. ff. si
quis omis. cau. testa. & quamuis à prętore æquitate
moto datū sit sibi abstinendi ius, vt l. necessarijs. ff.
de acq. hær. & l. nam nec emācipatus. ff. de lega. j. &
Instu. de hæred. quali. & dif. §. sed his permittit præ-
tor. Non potuit tamē prætor filiū suum & necessa-
rium hæredē facere desinere esse hæredē. Insti. de bo.
pos. §. quos autē. & l. & si fine. §. sed quod Papinia-
nus. ff. de mino. Ideo statuit lex, q̄ filius suus modo
prædicto posit reuocare abstētionem, quia res de
facili ad suā naturā reuertitur. l. si vnus. §. pactus ne
peteret. verst. quid in specie dotis. ff. de pact. sed per
ius abstinēdi dat solū prætor filio abstinenti exce-
ptionē cōtra creditores. Abstinēdo igitur, & post-
ea se immiscendo, secūdum tenorē d. l. fi. filius po-
test dicere creditoribus contradicētibus reuocatio-
ni abstentionis hæreditatis paternę, q̄ nō vult vti
exceptione sibi data à prætore, cum quilibet posit
renuntiare fauori & priuilegio pro se introducto. l.
si quis in conscribendo. C. de pact. & c. ad apostoli-
cam. extra de regu. facit l. si iudex circunuento. ff. de
mino. illa tamē potestas reuocādi abstentionem &
consiliū mutandi contra istā regulā, limitatur per
d. l. fi. vt dictū est, quæ est singularis in hoc, secundū
Bal. q̄ maiori xxv. annis cōstituto intra annū vti-
lem seu quadrienniū pro eo surrogatum, iuxta l. fi.
C. de temp. in integ. resti. pe. nō currit pręscriptio,
quoniā quāuis abstineat intra dictū quadrienniū,
non incipit sibi currere triennium, de quo in d. l. fi.
nisi finito dicto quadriennio, sicut si esset minor, cū
sit regulariter contra, quia pro illis quæ gesit mi-
nor intra quadrienniū, ei nō subuenitur, vt l. doli.
§. diuersum. ff. de noua. cum ibi not. hoc enim qua-
driennium duntaxat datur ad petendū restitutionē
113 in integrū aduersus gesta in ætate minori. †& ex
ratione prædicta, differentia inter sui & emācipati
filij repudiationē vel abstentionē asignata, dicunt
Doct. q̄ dispositio d. l. fi. nō habet locū in hæredita-
te materna, quāuis ibi glo. velit, q̄ filius post repu-
diationē maternæ hæreditatis posit mutare cōsi-
lium, & intra annū illam iterū acceptare, per d. l. fi-
lij mater. §. j. ff. ad Ter. cui gl. consentiebant Iac. de
Rauen. & Pe. vt ibi refertur per Cyn. cum qua etiā
ibi transit Bal. Sed Iac. Butrig. Bar. & Sali. & com-
muniter Doct. tenēt contrariū, quia ibi est speciale
in filio suo. & contra dictam glos. & sequaces suos
facit d. l. sicut. eo. tit. & ad legē, filij mater. §. j. dicunt
Iac. Butrig. Bar. & cōmuniter Doct. q̄ ibi, vt s. di-
ctū fuit, filius nō repudiauerat maternā hęreditatē,
114 quia verba per eū ibi prolata †dicendo, nolo adi-
re, non important repudiationē, imò magis sapiūt
deliberationē, scilicet, nolo adire nunc, quia volo
deliberare, vt plenius habetur per gl. & Doct. in l.
qui se patris. C. vnde liberi. Est etiam aduertendū,
q̄ dispositio sæpe dictæ l. fi. quę permittit quādoq;
suū mutare consiliū super abstentione hæreditatis
paternæ cessat, si illi filio sit datus cohæres cōiun-
ctus vel substitutus vulgaris, vt sentit ibi gl. & te-
115 nēt Doct. cōmuniter: †quia datio substituti vulga-
ris vel cohæredis extranei tollit existantiā suitatis,
vt no. per gl. & Doct. in l. Papinianus. §. q̄m autem
quarta. ff. de inof. testa. & l. si filius hæres. vbi Paul.
de Cast. ff. de lib. & posth. & l. si filius qui patri. vbi
Io. de Imol. ff. de vul. & pu. sub. & dictū fuit plenius
in l. inuito. §. isto si. vide circa hoc Bar. & Doct. in
d. l. si quis suus. ff. de iur. deli. & iuribus statim alleg.
& Bal. in l. nō iustam. C. ad Treb. & Paul. de Castr.
& Floria. in l. inde Neratius. §. j. ff. ad legem Aquil.
116 †Vlterius sciendū est, q̄ ista regula nō habet locū
in principe, quia voluntatē suā mutare posses pro
libito suo in præiudiciū eius, cui primò fuerat vo-
luntate sua gratiosus, secundū Bonifa. de Ama. qui
ad hoc alleg. cle. dudū. extra de sepul. Nō tamē dicis
principē sine causa suū beneficiū reuocare, secundū
Bal. in prin. feu. iiij. charta. alleg. c. quod dilectio. ex
tra de cōs. & affi. Ideo priuilegiū cōcessum ecclesiæ
& sacerdotibus intemeratū & inuiolatū debet tem-
nere cūctis tēporibus. xxv. q. ij. c. j. & ij. facit quod

Hæc regula fallit i principe, qui volūtatē mutare potest.

habet in c.decet.extra eo.ti.lib.vj. Sed si reuocet si-
ne causa priuilegiũ à se cõcessum, hoc est, ex sua po
testate absoluta, quia omnis sua voluntas pro lege
habetur, dum tamẽ non sit cõtra præceptũ diuinũ.
l.j.in prin.ff.de consti.princ. vbi dicit Bal.ꝙ cũ eo
non licet disputare de potentia, vt ibi, sed bene de
scientia, quia quãdoq; errare potest, etiã in iure, vt
not.per glo.in l.ij.ff.de supel.lega.& per glos.xxiij.
distin.c.præterea.& per Bal.in l.præscriptione.C.
si contra ius vel vtil.pub.& de voluntate sua igno-
ranti inquirere licet, secũdum Bal.in dict.l.j.& per
eum, in l.si duas.ff.de excu.tu.& plenius in l.pręses.
C.de appel. Nullã enim iniuriam facimus princi-
pi, si eum reputamus bonũ & æquum, cum sua ma-
iestas per hæc nomina cõseruetur in esse, vt l.ex fa-
117 cto.C.de vul.& pup.secundũ Bal.in dicta l.j.†Pa-
pæ tamẽ præcepto etiã iniquo parendũ est, si non
sapiat hæresim aut notoriã animę, vel ecclesię sub-
uersionẽ, secundũ Innoc. in c.inquisitioni. extra de
118 sentẽ.excõ. Hoc etiã in principe est, †ꝙ cõtractus
principis habetur pro lege, vt l.pe. & ibi Doct.C.
de dona.inter vi.& vxo.& no.Io.And. in c.ij.extra
de prębẽ.lib.vj.quod habet locũ etiã in minoribus
principibus, qui de facto nõ recognoscũt superio-
rem. Ad quod facit l.cũ multa. C.de bo. quæ libe.
vbi Doct.& l.fi.C.de quadri.præscri. & in authẽt.
de non alie.aut permu.eccle.reb.§. finimus.colla.ij.
& l.Cæsar.cũ sua gl.& ibi not. per Bar.Ang.Io.de
Imol.& Ludo.Roma.ff.de publica.& Oldra.quęst.
clxxx.quæ incipit, vt eius de quo quæritur. & per
Bal.in dicta l.j.ff.de consti.princ.vbi dicit, ꝙ nedũ
illa lex est, quæ habet formã constitutionis, sed etiã
quæ habet formã cõtractus, per dict.l.pe.C.de do.
119 inter vi.& vxo.Imò secundũ eundem Bald. †licet
princeps non ligetur de rigore lege constitutionis,
ligatur lege cõuentionis & cõtractus, quia cõgruit
humanæ fidei, ꝙ pacta seruentur. l.j.in princ. ff.de
pact.vbi Bal. allegat magistrũ sentẽtiarũ, dicentẽ,
ꝙ nedum princeps humanus, sed etiã Deus obliga
tur ex suo contractu. facit quod habetur in l.digna
vox.C.de legib.vbi etiam Bald. & Docto. & l.j.in
prin.vbi Albe. ad hoc allegat Aristotelem in secre
tis secretorũ.ff.de constit.pec.& quãuis non poterit
venire contra legem sui cõtractus, vt iuribus alleg.
& tenet gl.quę loquitur de capitulis pacis Constã-
tiæ, in auth.de defenso.ciui.§.nulla.colla.iij.& not.
per Bal.in l.qui se patris.C. vnde lib.in ij.q.ne vio
lator fidei suæ reperiatur, qui alios ad obseruatio-
nem fidei constringit, & violatores punit. l.si quis
minor.C.de trãsact.iuncta l.ij.C.de indi.vidu.tol.
legem constitutionis in totum potest tamen tolle-
re & ei derogare, sicut quilibet testator, vt l.si quis
in principio testamẽti.ff.de lega. iij.facit quod no-
tatur in cap.non debet.extra de consan. & affi.cum
simi.sicut per eum gratiosè concessa in vim priui-
legij vel aliter, extra naturam contractus, aut fidei
suæ pollicitatione, potest pro libito reuocare, quo
ad tẽpus futurum, non pro tẽpore præterito, in di-
cta clemen.dudum.de sepul. Quod tamen secũdum
Fallẽtia. Bonif.de Ama.vbi s. fallit, quãdo concessio ipsa
fuisset vnico actu irretractabiliq; perfecta & con-
summata, licet vires porrigat in tempus successiuũ
& futurum, vt est videre in matrimoniali dispẽsa-
tione in gradu prohibito, iuxta nõ.in dicto c.quod
dilectio. Nã processum fuit ad matrimoniũ, dispẽ-
satio reperit perfecta vnico actu irretractabili per
mutuum consensum, vnde reuocari nõ potest, vt l.
sicut. C.de acti.& obli. & si de facto reuocaret, non
minus esset legitima proles inde suscepta, argu.l.fi-
lium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Sciendum est
tamen, ꝙ etiam priuilegiũ datum per principem
propter necessitatẽ tolli potest.l.vnica.C.vt nemi.
lice.in emp.spe.se excu. lib.x.& l.j.C.de quib. mu-
ne.vel pręsta.nemi.lic.se excu.lib.x.& ibi Ia. Rebuf.
Notatur per Io.And.in addi.Spec.ti. de censi.vers.
est sciendum. posita super verbo, quid si vniuersi-
120 tas. †Quoties enim vacillat vtilitas publica, ces-
sat priuilegium.l.ij.C.de priuil.scho.li. xij.facit l.fi.
C.de suscep.præpos. & arca. libr.x. & C.de preci.
impe. offeren.l.nec damnosa. Ideo quãdo princeps
vadit ad exercitum nullus priuilegiatus excusatur,
quo minus vadat, & tẽpore guerræ vel famis, nul-
lius suscipit excusatio, vt l.j.& ij.in d.ti.C.de quib.
mune.vel præsta.nemin.lice.se excu. libro x. Sicut
etiam videmus, quòd cessat priuilegium datũ cau-
sa religionis, vbi cessat religio, vt notatur per glos.
xvj.quęst.j.cap.generaliter.quæ allegat xxv. quęst.
ij.cap.fin.& extra de verb. signi.cap.abbate.in fin.
121 †Non censetur tamen in dubio derogatũ esse pri-
uilegio, vbi dubitatur de eius derogatiõe, vt est gl.
quæ cõsueuit allegari pro singulari xxj. q.ij.in sum
ma, quę allegat l.si periculũ.§.j.ff. de ma.test.& l.cũ
hic status.§.pœnitentiã.ff.de dona.inter vi.& vxo.
122 †Simile est in priuilegio cõcesso miserabilibus per
sonis, quod nõ videtur reuocatũ, nisi de miserabi-
litate fiat expressa mentio, in clausula non obstãte,
secundum Cy.& Doct.in l. vnica. C.quãdo Impe.
inter pu.& vid.facit quod not.per Innocen.& Do-
cto.in c.significantibus.extra de offi.dele.& c.statu
123 tũ.in prin.extra de rescri.lib.vj. †Sed etiã miserabi
les psonæ nõ possunt priuilegio suo renũciare, secũ
dũ gl.& Bal.in d.l.vnica.C.quãdo Impe.int.pu.&
124 vid. Postremo memoriter tenendũ est, †ꝙ priuile
giũ cõcessum nõ subdito, vt per principẽ seculare
ecclesiæ reuocari nõ potest, secundũ Inno.in c.no-
uit.extra de iudi. Ad quod facit elegans dictũ Bar.
in l.omnes populi.ff.de iusti. & iur. in quadã quæ-
125 stione, vbi dicit, †ꝙ statutũ quod trãsit in cõtra-
ctum vel quasi, non potest cõtraria voluntate mu-
tari, aut reuocari per l. itẽ eorũ.§.ex ijsdem.ff.quod
cuius. vniuer.no.& alia iura quę allegat.& hoc etiã
voluit Bal.in ti.qualiter olim feu. alie.po. c.j.§.do-
nare. vbi tenet ꝙ priuilegiũ cõcessum ecclesiæ per
Imperatorẽ, cũ sit effectũ ecclesiastici iuris non po-
test reuocari.& allegat dominũ Henricũ episcopũ
Ebredunẽsem ita tenuisse, quod etiã voluit Hostiẽ.
in summa, extra de immu. eccle.pen. colum.& hæc
sufficiant super ista regula.

Summarium.

1 ☞Diuisio faciliorem præbet intellectum.
2 Continuatio legum non est necessaria, imò nec ru-
bricarum, nec librorum.& nu.3.4.& 5.
6 Scientia dicitur esse certa dupliciter.
7 Theologiæ encomium.
8 Ciuilis sapientia est res sanctissima, pretio inæsti-
mabi

mabilis,& pars legis diuinæ.
9 Lex æquitatem cōtinens seruanda est etiam in foro conscientiæ.
10 Papa leges ciuiles rationabiliter constitutas tollere non potest,nisi quo ad suum forum.
11 Ius est ars boni & æqui.
12 Scire in scientia legali nō est propter scire,sed propter operari.
13 Vendi potest iustum consilium.
14 Leges humanæ an à diuina sint deriuatæ.& numero 15.& 18.
16 Lex continens peccatum aut aliquod inhonestum, non potest dici lex.& nu.17.
19 Ignorari nō debet iuris scientia,sine qua nulla Respublica potest rectè gubernari.
20 Iuris diuini exercitium incœpit à ruina angelorū.
21 Principes an scire debeant iura.
22 Dauid prius accepit spiritus illustrationem,quàm regnum.
23 Scientiam naturaliter diligimus.
24 Nobilitas scientiæ & virtutum præfertur nobilitati generis.
25 Rex inutilis debet deponi, vel coadiutorem habere.& nume.26.
27 Iudices debent scientiam iuris habere, & de imperitia tenentur.
28 Dolus efficit,vt magistratus puniat̃ vt priuatus.
29 Conscientia est triplex.
30 Iustitia est triplex.
31 Consciētiam suā quando sequatur iudex. & nu.32.
33 Iudex excusatur sequendo cōmunem opinionem.
34 Opinio communis quando non sequenda in iudicando.
35 Glossarum opinionem in dubio sequi debet iudex.
36 Expensis nemo cōdemnandus, vbi est opinionum diuersitas.
37 Iudex nunc secundum vnam opinionem iudicans, & postea secundum aliam,est arguendus.
38 Certum quid esse dicatur.
39 Scientia quid,& quòd tribus modis habeatur.
40 Exempla pariunt argumentum à simili.
41 Scire quid.& nume.43.
42 Credere aliquando ponitur pro scire.
44 Delictum sine scientia & proposito non punitur.
45 Fortuitus & improuisus casus differunt.
46 Adultera non dicitur,quæ cū eo concubuit,quem maritum putabat.
47 Crimen esse commissum debet primum iudici apparere.
48 Inquisitio contra aliquem vt fiat, quid prærequiratur.
49 Regulæ quædam in criminalibus iudici seruādæ.& numer.seq.
51 Præsumptionibus nemo criminaliter damnandus.
55 Infamia sola facti repellit testem,præsertim in causa criminali.
56 Certus debet esse iudex,certa sentētia,& certa probatio.& nume.57.
58 Experto cuiuis in sua arte credendum.
59 Medico vni quando credendum.
60 Sententia lata ad dictū periti in arte sua nō transit in rem iudicatam.
61 Medici imperiti attestatione iudex, si quid iudicet,potest reuocari.
62 Vulnus quando præsumatur mortale.
63 Affectus non punitur sine effectu in pœnis statutorum.
64 Iudex ter requisitus iustitiam facere negans perdit iurisdictionem,& incurrit indignationem principis.& nume.65.
66 Clericum offendens vi impulsus ab alio non incidit in canonem.
67 Mente carens non delinquit.
68 Ebrius delinquens an puniatur.
69 Clericum comatū,aut sine habitu clericali ignoranter percutiens,non excōmunicatur.& nu.70.
71 Clerici comam nutrientes non sunt ipso iure excōmunicati,sed excommunicandi.
72 Comam nutrire est signum subiectionis.
73 Monachum ignoranter percutiens nō est excommunicatus.
74 Duobus se mutuo percutientibus quis puniatur.& nume.75.
76 Contrahi non potest sine scientia & consensu.
77 Donare an quis possit inuitus vel ignorans.
78 Donatio in quibus casibus præsumatur.
79 Donare in dubio nemo præsumitur.
80 Mentem magis quàm verba in contractibus spectari.
81 Commodare sumitur pro mutuare.
82 Solutio facta negotiorum gestori non liberat debitorem.
83 Ignorantia in corpore,materia, vel sexu,impedit contractum.
84 Ignorantia nominis,qualitatis,vel bonitatis non vitiat contractum.
85 Matrimonium quandoq; impedit & dirimit error vel ignorantia.
86 Error quando impediat dominij translationem.& nume.87.& 89.
88 Procurator in quibus casibus alienet.
90 Distractus sequitur naturam contractus.
91 Conductor recedens tenetur locatori , nisi ei notificet.
92 Procuratoris ignorantis se procuratorē,an valeat factum.
93 Infanti & pupillo an acquiratur ex contractu sine certa scientia.& nume.94.
95 Pupillus proximus pubertati per se solum potest acquirere.
96 Certitudo personæ,cum qua contrahitur,non requiritur in subhastatione.
97 Testari non potest furiosus,nec impubes.
98 Testator debet esse certus de suo statu.
99 Errans,dubitans & ignorans quomodo differant.
100 Testari potest à latronibus captus,sed nō ad vtilitatem latronum.
101 Testari an possit incarceratus.
102 Testamentum metu vel coactione factum, an teneat mero iure.
103 Testari potest accusatus capitaliter, pendēte processu.
104 Testari an possit damnatus ad mortem.
105 Testari an possit dānatus ad perpetuos carceres.
106 Carceribus perpetuis damnato nihil nec pro alimentis potest relinqui,& nume.107.

108 Instituens omnes homines mundi hęredes, an valeat.
109 Testamẽtis duobus diuersis eodem die institutus, ex neutro potest adire.
110 Testamentis duobus diuersis eodem die factis, cuius legata debeãtur, & quis sit potius hæres. & numero 111. & 112.
113 Testamentum solum per horam posterius præualet priori.
114 Pupillus non potest hæreditatẽ adire sine tutore.
115 Tutor solus an adire posśit sine pupillo.
116 Hæreditatis aditio an verbo fiat, potius quàm facto. & nume. 117.
118 Pupillus non potest hæreditatem adire cum curatore, secus in adulto. & nume. 119.
120 Adire potest adultus solus nõ habens curatorem, secus si habeat.
121 Testari potest minor sine curatore, sed non adire hæreditatem.
122 Minore dolo inducto ad testãdum, qualiter impugnatur testamentum.
123 Dolo inducens quem ad testandum, tenetur.
124 Adire infans an posśit cum tutore.
125 Tutor solus pro infante potest adire.
126 Tutor solus in quibus casibus adeat sine pupillo.
127 Aditio & iussus de adeundo differunt.
128 Tutor solus rescindere potest aditionem pupilli damnosam.
129 Pupillus filiusfamilias maior infante adire potest, & repudiare contradicente patre.
130 Pupillus solus statuto permittitur adire.
131 Pupillus carens tutore, & deficiente iudicis copia, an posśit adire.
132 Pupillus solus potest conditionem implere.
133 Pater quomodo adeat hæreditatẽ filio infanti delatam.
134 Infanti delata hæreditas non adita transmittitur ad patrem.
135 Pater est legitimus administrator filij infantis emãcipati.
136 Infantis hæreditatem an habeat solus pater, exclusis fratribus & matre.
137 Furiosi pater vel curator, an adire posśit nomine furiosi. & nume. 138.
139 Transmittitur ius deliberandi & adeundi, sed non hæreditas non adita.
140 Opinans vehementer habetur pro sciente.
141 Transmiśsionis hæreditatis, & iuris deliberandi differentia.
142 Ius deliberandi vt transmittatur quid requiratur.
143 Transmiśsioni iuris deliberandi, an sufficiat scientia tutoris.
144 Scientia tutoris an censeatur scientia pupilli. & numero 145.
146 Substitutus an excludatur ex transmiśsione iuris deliberandi. & nume. 147.
148 Suitas an tollatur per dationem substituti vulgaris. & nume. 149. 150. 151. & 152.

In totum, omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

HAEC regula in suo cõtextu pulchra est, & elegãs. Cuius materia secundũ ordinẽ gl. quibusdã addi-
tis expediet eã diuidẽdo per partes, in crimina scilicet, contractus & vltimas volũtates, prout facit
1 glos. †Diuisio enim rei cuiuslibet faciliorẽ præbet intellectum. l. j. vbi gl. j. ff. de excep. do. & gl. in proœmio Instit. §. igitur. super verbo, partiri. & Instit. de lega. in tex. §. sed nõ vsq. Quoniã, vt inquit Cicero in j. Rhetoricorũ, Partitio perspicuam, & illustrem totam orationẽ facit. Et Seneca in ep̃lis dicit, q̃ facilius per partes in cognitionẽ totius adducimur, vt recitaẽ per Io. And. ante procem. Decre.

Diuisio operatur.

2 in nouel. †Præmittenda tamẽ est ipsius regulæ ad præcedentem cõtinuatio, quãuis non sit necessaria, vt not. Bal. post gl. in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posthu. quia nulla est adinuicẽ legũ subordinatio, imò secundũ Doct. de rubrica ad rubricã nõ est necesse fieri cõtinuationẽ, sed tantum de bene esse, vt primis quibusq; proxima copulata iungantur. l. ij. ff. de stat. ho. l. cum de lanionis. §. asinã molendina-
3 riam. ff. de fun. instru. & instru. leg. † Sicut etiã non est necessaria continuatio libri ad librũ, vt vult gl. quæ allegaẽ pro singulari super rubrica ff. de cõdi. fur. pro qua Barb. dicebat esse tex. in l. ij. §. quintus. & §. sexta. C. de vete. iur. enucle. qui tex. magis probant contrariũ, dum in d. §. sexta. dicit tex. manifestiśsimũ ordinẽ concludẽtes. nisi fortè, vt ipse dicit liber sequẽs tractaret de materia præcedentis. pro quo allegat gl. singularẽ sup rubr. ff. de cõtrah. emp. quæ bene visa parũ probat, sed allegat pro hoc casum in c. qualiter & quãdo. §. debet. extra de accus. & l. j. §. hæc quæ. ff. de acquir. pos. quæ certè iura nõ probant dictũ suum salua reuerẽtia, vt verbis vta-
4 mur tex. in c. neq; necessario. ix. dist. †quãuis igitur, vt dictũ est, nõ esset huius regulæ ad præcedentem cõtinuatio necessaria, pro expediẽti tamen id quãdoq; licet, vt not. per Io. de Imol. super gl. j. l. ij. ff. de verb. obli. vbi gl. illam l. cõtinuat ad præcedẽtem, vt in l. de pupillo. §. Sextus Pædius. ff. de noui ope. nunt. & l. non videtur. ff. de acquir. pos. & l. ij. C. de peti. bo. subla. lib. x. & ita fecit Bonifac. de Amanatis in singulis regulis, extra eo. ti. lib. vj. de bene esse igitur, & expedienti, vt ostẽdatur iurisconsultũ vel legislatorẽ promissa sua seruasse de congrua legum & titulorum situatione, vt allegata l. ij. ff. de statu homi. & in §. quibus. in prima constit. C. pro quo legislatore præsumendũ est, sicut pro iudice, vt l. ij. C. de offi. ciuil. iudi. in verbo, quod nõ arbitramur.
5 & est simile verbum ij. q. vj. c. decreto nostro. †Ista regula ad præcedentẽ sic potest cõtinuari, Iurisconsultus in regula præcedenti ex iure ante constituto regulam elicuit, per quam declarauit neminẽ posse mutare consiliũ in alterius iniuriã, & quia consilij mutatio cõsistit in animo & proposito, secundum Bal. in l. in vendẽtis. C. de cõtrah. emp. sicut & alia multa similiter animi destinatione aguntur, vt aliquid dictũ fuit in l. cõsilij. ẽ. isto ti. cõgruũ fuit post præcedẽtem regulã istã subiungere, vbi tractaẽ de his quæ animo geruntur, qualiter fiẽda sint & perficienda, quod vt ostendatur, exempla pro casibus in hac regula ponẽda sunt. Aliqua tamẽ prius pro

quadam

quadam materię introductione & declaratione ter
minorum opportunè videntur fore præmittenda,
videlicet quia Iuriscõsultus de vera & certa sciẽtia
6 loquitur, Sciendum est, † ꝙ sciẽtia dicitur esse certa
dupliciter, vt vult sanctus Thomas in ij.ij.q.iiij.ar-
ticulo viij. vno modo ex sua causa, & illa certior
est, quæ habet certiorẽ causam. Alio modo ex parte
subiecti, & hoc modo dicimus magis certum illud
quod intellectus plenius consequitur, & vt ipse in-
quit in prima parte quæst.j.arti.v. propter certitu-
dinem, & dignitatem materię vna scientia alia di-
gnior reputatũ, quibus modis fateri necesse est Theo
logiam omniũ scienciarum principẽ esse, & maxi-
mam, cæteris omnibus digniorẽ, cum certiorẽ ha-
beat causam, vtpote quæ diuinæ innititur verita-
ti, & certitudinẽ accipit à lumine scientiæ diuinæ,
quæ falli nõ potest. Aliæ verò sciẽtiæ à lumine ra-
tionis naturalis, quæ potest errare, suã habent certi
tudinem. & hoc est quod voluit Hieronymus super
epistola ad Titum, recitatus per Gratianũ xxxviij.
dist.c.si quis grãmaticam. dicens, ꝙ sciẽtia pietatis
est nosse leges & scripturas, intelligere Prophetas,
euangelio credere, & Apostolos nõ ignorare. Con
cordat prædictis id quod not. per glos. & Doct. in
7 Clem.j.extra de magistr. vbi not. † ꝙ scriptura di-
uina, quæ Theologia nuncupatur, est speculum ra-
tionale, in quo anima cõditionis suæ principiũ cõ
templatur, secundũ Augustinum, &, vt inquit Gre
gorius, omnem scientiam & doctrinã transcendit,
& ad patriã vocat, & à terrenis desiderijs ad cæle-
stia cõtemplanda cor legẽtis inuitat, ac rudibus ac
nouellis humili sermone blãditur. pro quibus facit
tex. xxxvij. dis. §. sed ecõtra. & hoc (mirũ dictu) vi-
detur sensisse Cicero in lib. de Amicitia dicẽs, Ne-
gant veteres quenquam esse bonũ virũ, nisi sapien
tem: sed illam sapientiã interpretantur, quam ne-
mo adhuc mortalis est assequutus. Illa autẽ est vera
sapiẽtia, qua Deus cognoscitur. De hac tamẽ scien
tiarum magistra Theologia Iuriscõsultus nõ loqui-
tur in ista regula, quia vt inquit Bal. in l.j. in prin.
ff. de iusti. & iur. Iurisconsultus ipse nõ posuit os in
cælum, nec loquitur de iustitia & sciẽtia diuina, sed
sicut naturalis moralis've Philosophus loquutus
est de natura infra cælum cõstituta, ac de ordine, &
8 dispositione rerũ animatarum. † Quanquam nõ sit
incongruum dicere ciuilẽ sapientiã, quæ est res san
ctissima, & pretio nummario æstimari nõ potest,
vt dicit tex. l.j. §. proinde. ff. de var. & extraor. cog.
partem esse legis diuinæ, & ab illa deriuari, vt not.
per Io. And. in c. super specula. extra ne cle. vel mo-
nachi. quem recitat Bal. in prin. feu. Hinc est, quòd
actus approbatus propter turpitudinẽ æquiparatũ
actui reprobato de iure diuino, secundum Bal. in l.
testamẽti. ff. de testa. quia lex est sanctio sancta iubẽs
9 honesta. l.ij. ff. de legi. & iiij. dist. c. erit autẽ lex. † &
ideo lex humana æquitatem continẽs seruanda est,
etiam in foro cõscientiæ, vt notauit Io. Cald. super
procemio Decretaliũ. & Io. And. post sanctũ Tho
mam, quem allegat in c.ij. extra de vsuris. lib. vj. &
Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fa. ign. & Io. de Imol.
10 in c. cum esses. extra de testa. † Nec potest Papa le-
ges ciuiles rationabiliter cõstitutas tollere, nisi quo
ad suũ forum, vt dicit gl. not. x. dist. c. cõstitutiones.

Leges enim venerandæ ciuiles diuinitus per ora
principũ fuerunt promulgatæ, vt scribitũ xvj.q.iij.
c. nemo. facit quod habetũ xj.q.iij.c. Imperatores. &
per gl. & Docto. in d.l.ij. ff. de legi. & l.fi. C. de præ-
scrip. long. tẽpo. & alibi dicitur, ꝙ leges factæ sunt
à Deo, & derogationes legũ à diabolo. xxxv. dis. c.
sexto die. Deus enim est à quo legislatores proferẽ-
di leges licentiã acceperunt, vt in authen. vt hi qui
obli. perhi. res mino. circa prin. & in authen. de fide
instru. §.j. coll. vj. & in authẽ. quomodo opor. epis.
in prin. colla.j. vbi dicitur sacerdotiũ & imperiũ à
Deo processisse. facit quod legitur xcvj. dist. c. cum
ad verũ. ideo Augustinus, libro de libero arbitrio,
Ex tẽporali, inquit, lege nihil est iustũ, atq; legiti-
mum, quod nõ ab æterna lege homines sibi deriua-
uerint. & hoc est quod dicebat Cicero li.ij. de legib.
Hanc, inquit, video sapiẽtissimorũ virorũ esse sen-
tentiã, legẽ nec hoĩm ingenijs excogitatã, nec sci-
tũ aliquod esse populorũ, sed æternũ quiddã, quod
vniuersum mundũ regeret, imperãdi prohibẽdiq;
sapientia. Cui accedere potest opportunè dictum
August. lib.j. de Academicis quæstionibus dicẽtis,
ꝙ illa est humanarũ rerum sciẽtia, quę nouit lumen
tẽperantiæ, prudẽtiæ decus, fortitudinis robur, iu-
stitiæ sanctitatẽ. Hæc enim sunt quæ nullã formidi
nem meruẽres verè nostra dicere possumus. & hoc
vltimum rectè intellectũ illud est quod Iustinianus
dicit in authen. de hæred. & fal. §. fi. colla.j. & quod
11 dicit Iuriscõsultus in l.j. ff. de iusti. & iur. scilicet † ꝙ
ius est ars boni & equi, cuius merito quis nos sacer
dotes appellat, vbi secundũ Bal. ibi, colligitũ verbũ
Aristotelis in j. Metaphysicæ, & j. Ethicorũ, dicen-
tis ꝙ non vt sciamus quod est bonũ scrutamur, sed
12 vt boni efficiamur. † Scire enim in scientia legali
non est propter scire, sed propter operari bonũ &
ęquum. Sciẽtia tamẽ necessaria est, non vt finis, sed
vt docens ad finem: quia sine sciẽtia nulla procedit
recta operatio intellectus. vnde dicit Deus per Pro
phetam, Sciẽtiã repulisti, & ego te repellam. c. nisi
cum pridẽ. §. pro defectu. extra de renũ. quãuis ipse
Bal. in repet. l.j. ff. de leg.ij. videatur sentire finẽ hu-
ius sciẽtiæ ciuilis esse mundũ vel lucrũ temporale,
per authẽ. habita. in verbo, misereatur. C. ne fil. pro
patre. Sed saluo honore ille tex. magis vrget cõtra
eum, cum diuinas & sacras has leges ciuiles vocat,
quæ docẽt obedire Deo, & principi ministro Dei,
& vitas subiectorũ informare, quæ principalis esse
debet intentio omniũ in hac sciẽtia studentiũ, & li
cet per cõsequentiã quandã lucrũ inde proueniat,
vt probatur in d. §. fi. in authen. de hære. & fal. hoc
nõ est de principali intẽtione, sed per cõsequentiã,
13 vt dictũ est. Teste enim Augustino, † iustũ consiliũ Augustin' iustũ cõsiliũ Iurisconsultorum.
Iurisconsulti rectè vendi potest, vt habetũ xj.q.iij.c.
14 non licet. vbi gl. hoc disputando cõcludit. † Sed vi-
deretur opponendo cõtra prædicta, ꝙ leges huma
næ à diuina nõ sunt deriuatę: quia lex humana co-
gitatus nõ punit. l. cogitationis. ff. de pœ. quos pu-
nire videtũ lex diuina, si in ea cogitatione sit mora
vsq; ad deliberationem, vt not. per Bar. in l. qui ea
mẽte. ff. de furt. & Bal. in l. si quis nõ dicã rapere. C.
de epis. & cle. Quia si quis viderit mulierẽ ad cõcu-
piscendum eam in corde suo, iam mœchatus est, vt
Matth. vj. c. & xxxij. q. v. c. sicut enim. vnde Augu-

ſtinus,libr.de libero arbitrio,dicit,Lex illa quæ re-
gendis ciuitatibus fertur,multa cõcedit atq; impu-
nita relinquit,quæ per diuinam prouidentiã iudi-
cantur.hoc argu.format Alber.ſuper rubrica.ff.de
15 legi.† Pro cuius ſolutione dicit conſiderandos eſſe
fines legis diuinæ,& legis humanę.finis enim legis
diuinæ eſt pax humani generis ad Deum, ſed finis
legis ciuilis eſt pax humani generis ad inuicem,&
ideo lex humana non punit niſi ea quæ cõtrarian-
tur fini ſuo,quem intendit,id eſt,paci conſeruandę
ſocietatis humanæ ſiue inter homines,& relinquit
quædã impunita, quæ punit lex diuina:& hoc eſt,
quia non cõſiderat principaliter rectificare actum
hominis interiorem,vel illaqueare ad peccatũ,ſed
conſiderat bonũ ciuile tendens ad conſeruationem
ſocietatis humanæ. Et ſi aliquando cõſideret pecca
tum,vt in authen.vt eccle.Roma.§.habeat.colla.ij.
& in authẽ.prędicta,vt hi qui obl.perhi.res mino.
in prin.colla.vj.& in c.vnico,de fil.nat.ex mat.ad
morga.contract.& etiã velit autoritates ſacræ ſcri
pturæ poſſe allegari in cauſis, ſecundum Bal.in au
thenti.ad hæc.C.de vſuris.& probatur in authent.
quomodo opor.epiſ.§.j.& §.quanta. collat.j.& in
authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.cogitatio. ibi
diuinorum eloquiorum.coll.ij.& in authen.vt cle.
apud pro.epiſ.in ſi.colla.vj.& eſt tex.in authen.de
eccle.tit.in prin.colla.ix.& not.per Inno.in c.quia
plerique.extra de immunita.eccle.hoc non eſt de ſua
principali cõſideratione tanquam ad principalem
finem,vt dicit Io.de Imol.in repeti.cap.cum cõtin
gat.extra de iureiur.in proſequutione tertij mẽbri
principalis.& in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap.
& per Io.And.in regula,poſſeſſor. extra eo.lib.vj.

Autoritates Sacræ ſcripturæ põt in cauſis allegari.

16 †Inquantum autem lex ciuilis permitteret aliquid
quod abſq; peccato fieri non poſſet,non debet ſer-
uari,vt notat Anto.de But.& Ioã.de Imol.Panor.
& do.Benedict.in c.ſi.extra de prę ſcrip.per ea quæ
ibi habentur.& c.ij.extra iſto ti.lib.vj.& c.ſi verò.
extra de iureiur.& xiiij.diſt.c.ſi.& xxij.q.iiij.c.ſi ali
quid.in prin.per glo.& Archi. imò eſt caſſanda ta
lis lex,quatenus de facto proceſsit,cum ſit ipſo iu-
re nulla. de ſubſtantia enim legis eſt, aut conſuetu-
dinis,vt ſit iuſta & honeſta,vt dictum eſt,per iura
allegata.facit c.ſi.extra de conſuet. vnde ſi cõtinet
17 peccatum,nõ poteſt dici lex.†Imò & ſi cõtinet ali-
quid inhoneſtum,vt voluit Bar.in l.omnes popu-
li.ff.de iuſti.& iure.& l.fin.C.ſi contra ius vel vtil.
pub.& promulgator talis legis,etiã ſi ſit Papa vel
Imperator diſponens contra ius diuinũ,potius er-
rare dici debet, quàm legem cõdere,vt eſt tex.in c.
ſunt quidam.xxv.quęſt.j.Nec ſubditi tenẽtur obe-
dire illi legi tanquam contra ſuperioris, id eſt,Dei
legem factæ.xj.q.iij.c.qui reſiſtit.& cap.ſeq.& not.
per Bald.in l.in ambigua.ff.de legi.vbi dicit,quòd
ſicut bonus vir ſine Deo nemo eſt,ita lex ſine Deo
bona non eſt,& ideo ſic interpretanda eſt,vt vitio
careat.& dicit Lactantius in libro diuinarum Inſti
tutionum,quòd primum iuſtitiæ officium eſt con-
iungi cum Deo. ſecundũ eſt cõiungi cum homine.
Sed primum dicitur religio,ſecundum vero huma-
nitas nuncupatur.& hoc eſt quod voluit Iuriſcõſul
tus in l.veluti.ff.de iuſti.& iur.'vbi tamen lex ciui-
lis non obuiat legi diuinæ,ſi emanet in materia,in
qua aliàs ſecundũ ius diuinum vel canonicũ tranſ-
greſsio obligaret ad peccatũ, contra faciens pecca
ret non vi legis ciuilis,ſed diuinæ vel canonicæ,vt
not.Io.de Imol.in d.c.cum contingat.& idẽ Albe.
ſuper rubrica. ff.de legi. allegans ſanctũ Thomam
in ij.ij.q.c.& Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iur.
qui allegat ea quæ habentur xij.q.ij.ca.fraternitas.
18 †Et ſic ex præmiſsis ſatis patere videtur legẽ ciui-
lem iuſtam & iuri diuino non obuiantem eſſe par-
19 tem legis diuinæ,& ab ea deriuatam. †Sciẽtia igi-
tur iuris ciuilis non debet ignorari.l.leges ſacratiſ-
ſimę.C.de legi.quoniã vt dicit Pomponius in l.ij.
§.poſt deinde de autorum ſucceſ.ff.de orig.iur. ſine
iuriſperito nulla reſpublica poteſt rectè gubernari.
Cui cõcordat dictum Platonis,vt recitat Valerius
Maximus,lib.v.c.j.qui dicebat, quòd tunc Reſpu-
blica felix eſſet, ſi eam ſtudioſi ſapientiæ regerent,
vel ſi eius rectores ſapiẽtiæ ſtuduiſſe cõtigiſſet. Li-
cet etiã ſacerdotibus eam ſcire , vt per eam melius
canones intelligãtur,vt not.per gl.xxxvij.diſt.c.j.
Principalius tamẽ legi diuinæ,& ſacris canonibus
debent intendere,vt plenißimè habetur xxxvj.&
xxxvij.& xxxviij.diſt. & in cap.j.extra de ſumma
Trinit.& fide cath.per Innoc.& Doct.in c.cum in
cunctis.extra de elect.cum ſimilibus. Sciẽtia nanq;
ab omnibus amanda eſt,& optanda intantũ,quòd
etiam in laicis intolerabilis eſt ignorantia,vt dicit
tex.in c.ſi in laicis. xxxviij.diſt.& not.Ioã.And.in
c.ſi fortè.extra de elect.li.vj.& prę ſertim hæc ſcien
tia iuris ciuilis diligenda eſt, & laudanda cũ ſit ve-
tus & bene fundata,vt dicit Bal.in prin.ſui cõmen
ti ſuper decre.ad hoc alleg. l.diui fratres. ff.de iure
20 patro.vbi bonus tex.†Antiquius autẽ eſt ius diui-
num,quod incœpit quo ad exercitiũ à ruina Ange
lorum,vt dicit gl.de pœni.diſ.ij.c.principiũ.ſuper
21 verbo,ſuperbię.†Sed principes prę cipuè ciuili iu-
ri debent intendere:quoniam ſcriptũ eſt,Per me re-
ges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.
Prouerbi.viij.c.& epiſtola,inter claras.C.de ſum-
22 ma Trinit.& fide cath.†Hinc Dauid rex ex gratia
ſpiritus ſancti donũ ſcientię percepit, poſtea regnĩ
adminiſtrationẽ fuit aſſequutus,vt ij.Regũ xiiij.c.
Salomon quoq; nõ longa tẽpora huius vitæ,ſed ſa
piẽtiam à Deo expetiuit,& impetrauit.iij.Regum
iiij.c.vt hæc & alia tranſſumptiuè leguntur xxxvj.
diſt.c.qui Eccleſiaſticis.verſ.ecce q̃ ſacrarũ.Et hoc
eſt,quòd aiebat Cicero lib.j.diuinationis,q̃ regale
opus eſt ſapere & dijudicare.Alios rurſus principes
ſtudiũ ſapientię legimus dilexiſſe,vt per diſcurſum
iuris, & apud hiſtoricos clariſsimè patere poteſt:
ideo Policratus libr.iiij. Romanos Imperatores,&
duces dum eorum Reſpublica viguit non meminit
fuiſſe illiteratos,& ſubiungit ſe ſcire quomodo cõ-
tingit, ex quo principibus virtus emarcuit litera-
rum.Armatę enim,inquit,militię infirmata eſt ma
nus,& ipſius principatus radix præciſa. Hinc pu-
tandum eſt,vt illum ſequamur,quòd ſciſſum diui-
ſumq;,imò ferè ſepultũ eſt Imperiũ. de quo per gl.
ſuper rubrica. C.de ſtu.lib.vrb.Rom.lib.xj. Refert
etiam Franciſc. Petrarcha lib.j.rerum memorand.
c.ij.intitulato de ſtudio & doctrina,ſe audiuiſſe vo-
cem verè regiam ab inclytiſsimo quondam Rege
Siciliæ Roberto , pro tũc domino huius ciuitatis,
qui

qui iureiurando firmabat dulciores , & multo sibi
chariores esse literas,quàm regnum. Et si alterutro
carendũ foret,maluisset se diademate carere, quàm
literis.Legimus etiam Senecã illud vocasse aureum
seculum, in quo regimen fuit sapientum. Cui con-
gruit illud quod scribitur Ecclesiastici x.c.per sen-
sum prudentium ciuitates habitari. Illorum enim
est inquirere iustitiam, quibus inest ars scientiæ &
doctrinæ,& veritatis. l.semel.& l.non alienum. §.
quod autem.C.de re milit.libr.xij.& l.hac edictali.
23 §.his illud.C.de secun.nup. †Et certè propriũ no-
bis natura suggerit,vt scientiã diligamus.Ait nãq;
Quintilianus,quòd sicut aues ad volandũ, equi ad
cursum, ad sæuitiã feræ gignuntur, ita nobis pro-
pria est mentis agitatio atque solertia.vnde origo
animi credit̃ cęlestis,hebetes verò & indociles non
magis secundum naturam hominis eduntur,quàm
prodigiosa corpora,& mõstris insignia.& hoc est
quod voluit Bal.in l.j.§.iusgentiũ.ff.de iusti.& iur.
vbi dicit,quòd Deus posuit in homine cerebrum
membrum diuinum,vbi est sensus & intellectus.&
eundem Bal.recitat Ioan.de Ana. in c.significasti.
lo ij. xxv.col.extra de homicid.& ex hoc est,quòd
homines sublimes & literati æquiparantur,vt not.
per Io.de Imol.in c.de multa.extra de præbẽ.Quo-
niam scientia sublimat & nobilitat hominẽ.l.pro-
uidendum.in tex.& gl.C.de postul.& not.per Bal.
ff.in procemio.§.itaq;.vers.sed quia solitum est.fa-
cit c.venerabilis.extra de præben.cum ibi notatis,
24 †vbi nobilitas scientiæ & virtutum præfertur soli
nobilitati generis.ideo dicebat Hieronymus,q; so
la apud Deum nobilitas est clarum esse virtutibus.
& ibi allegat Ioan.Andr. multas autoritates. facit
xxiiij.q.j.c.quoniam vetus Oriens.& hoc est quod
colligit Bald.ex l.j.ff.de legi.scilicet quòd quatuor
legitimant actus humanos, videlicet potestas,vo-
luntas,scientia,& forma. Hinc etiam dicebat ipse
Bal.in l.nam & Demosthenes.eo.tit.quòd sicut lex
est inuentio,& donum Dei, ita rex,qui est lex ani-
mata in terris,in authen.de consuli.§.fi.colla.iiij.&
ix.q.iij.c.ipsi sunt.in gl.& donec rex custodit pro-
priam maiestatem,est gratia gratis data,& subditi
dicere possunt, ego dormio, & cor meũ, id est,rex
meus vigilat,vt ff.de offi.præfecti vigil. l.nam sa-
25 lutem. †Et ideo rex inutilis vel ignarus,qui nõ su-
stinet reipublicæ curas , potest deponi. & hæc fuit
vna de legibus Solonis,de quibus meminit text.in
cap.Moyses.vij.dist.& Instit.de iure nat.gen.& ci.
26 §.sed ius quidem ciuile.†Vel debet sibi saltem dari
coadiutor,vt not.per Bal.in l.non ambigitur.ff.de
legi.& per eum in c.j.si de inuest.inter do.& vasal.
lis orta.& per ipsum in l.post susceptã. ff.de excus.
tuto.& per Ioan.Fab.in §.sed quod principi.Insti.
de iure nat.gen.& ciui.facit c.ad Apostolicæ.extra
27 de sent.& re iudi.lib.vj.& xv.q.vj.c.alius.†Sed po
tissimum iudices scientiã iuris debent habere:quia
nemo bene iudicat quod ignorat,vt est tex.in cap.
cum sit ars artium. extra de ætate & quali.ordi.in-
tantum, quòd de iuris imperitia tenentur iudices,
Instit.de obli.quæ ex quasi malefi.in prin.& l.si iu-
dex.ff.de varijs & extraord.cog.cũ similibus.Suffi-
cit enim ad hoc,vt iudex teneatur , q; fuerit in ne-
gligentia,stultitia vel fatuitate,vt not.per gl.Ioan.
Andr.in c.j.extra de sent.excõ.lib.vj.& not. Bal.in
l.executorem.C.de execu.rei iudi.Alber.in l.illici-
tas.§.sicuti medico.ff.de offi.præsi.& ipsum in l.ij.
ff.quod quisq; iur.vbi post Doct.antiquos videtur
in hoc facere differẽtiam inter causas criminales &
causas ciuiles , vt in criminalibus requiratur dolus
iudicis in malè iudicando ad hoc vt possit crimi-
28 naliter puniri,†sed dolo probato puniretur crimi
naliter:quia fecisset vt priuatus,nõ vt magistratus.
l.nec magistratibus.ff.de iniurijs.& posset esse talis
dolus,quòd incideret iudex in crimen lęsæ maiesta
tis.l.ij.versic.fin.ff.ad legẽ Iuli.maiesta.vel in legem
Corn.de sicar.l.lege Cornelia. ff.ad legem Cornel.
de sicar. Sed in ciuilibus sufficit q; per imperitiam
iudicauerit,vt faciat litem suam,per iura allegata.
Sola etiã imperitia sufficit,vt teneantur assessores
iudicum,si per imperitum eorum consilium sit iu-
dicatum,vt dicta l.ij.ff.quod quisq; iur.Nec iudices
per hoc excusari videtur imperitè iudicando quin
faciant litem suam,vt ibi not.per gl.in fi.& Doct.
& hoc est quod elegãtissimè dicit ipse Bal.in l.hac
lege.C.de senten.ex pericu.recitan.scilicet quòd in
mente iudicis debent esse sales,videlicet sal sciẽtiæ,
aliàs est insipida:& sal securæ conscientiæ,aliàs est
diabolica.allegat c.cum æterni. extra de sent.& re
iudi.lib.vj. Si tamẽ falsis testibus,aut obreptioni-
bus iudicauerit, non tenetur iudex:quia bonus vir
hoc nõ arbitraretur,vt dicta l.si iudex.Accedat ad
hoc ij.q.j.c.Deus omnipotens. dicit etiam Bal.ele-
ganter in l.fi.C.de pœn. iudi.qui ma.iudi.q; iudex
qui facit secundum conscientiam, licet faciat con-
tra scriptam iustitiam,non incidit in pœnam d.c.
cum æterni.quia in illo c.iustitia & cõscientia po-
nuntur vt diuersa.Consciẽtia enim est ad seipsum,
& iustitia ad alium.Item conscientia alia publica,
alia priuata.Sed iudicialis iustitia semper est publi
29 ca.†Item conscientia est consensus sanæ mentis.Et
est triplex,scilicet ligata rationibus visis,ligata ra
tionibus legũ,& est cõscientia motiua & adhęrens
quibusdam imaginibus intellectis, & ista nõ obli-
gat animam nostram,secundum eundem Bal.quia
est conscientia impulsiua,nõ arctatiua.& idem vi-
detur ipse sensisse,licet per alia verba in c.ne inni-
taris.extra de constit. Cui Baldo dicet aliquis non
videtur in hoc vltimo esse faciliter credendũ,quo-
niam conscientia etiã erronea ligat,vt in c.literas.
extra de resti.spol.& c.per tuas.lo ij.extra de simo.
nisi intelligamus loqui Bal.de cõscientia motiua,
in qua quis se non firmat. Pro quo adduci possunt
not.Doct.in c.j.extra de hæreti. vbi dicitur,quòd
dubius in fide est infidelis,si sit, vt dicunt Doct.in
tali dubitatione,quæ habet in se pertinaciã animi,
firmitatem & cõplacentiã.Sed dubitatio quæ pro-
cedit à scrupulo cõscientiæ potius est pœna,quàm Nota
culpa,nec sapit hæresim:quia frequenter cõtra vo- de scru
luntatem accidit,imò ille qui se firmat in fide,& ta pulo
libus motibus resistit,meretur,sicut ille qui resistit cõsciẽ-
stimulis carnis , vt vj.distinctione. cap.testamen- tiæ.
tum.& hoc est quod voluit iurisconsultus in dicta
l.cogitationis.ff.de pœnis.quòd primi motus non
sunt in nostra potestate. Et de istis motibus intel-
ligitur dictum Apostoli dicentis, Tentatio non
vos apprehendat , nisi humana. Pro quo videtur

tex.de pœnit.dist.ij.c. inter hæc sciendum est. facit
bonus tex.xxiiij.quæst.iij.c.dicit Apostolus. & ita
credi debet Baldũ intellexisse. Ad hoc faciunt not.
per eum in dicta l.si quis non dicam rapere. C.de
epis.& cler. vbi dicit motus cogitatiuos sine cogi-
tationis perseuerantia vel deliberatione non obli-
gare quo ad Deum. Sed vbi adest post cogitatio-
nem deliberatio, in foro pœnitẽtiali reus est deli-
berans, licet non in foro contentioso, si non fuerit
processum ad exteriora. Fallit tamẽ hoc in hæresi:
quia ibi deliberatio mentis sufficit ad perpetratio-
nem illius delicti, quia illud delictum non requirit
aliud extra, sed perficitur in deliberatione, vt di-
cto c.j.extra de hæreti.& xxiiij.q.iij.cap.hæresis.&
cap.hæreticus.& not.per glos.in c.j.in fin.extra de
summa Trinit.& fide catho. Forma tamen hæresis
consistit in pertinacia, vt not.per glos.in Clemẽ.j.
extra de hæret. quæ deliberatio & pertinacia pote-
30 rit sciri per confessionem partis. †Iustitia verò est,

Iustitia secũdũ Bald. est.

vt reuertamur ad propositum, & verba Bald.in di-
cta l.fi. Exhibitio operis in administrãdo iure con
sistens.& est triplex. Nam quædam administrat ius
bonum & æquum. Quædam bonum tantũ. Quæ-
dam æquum tantũ, vt not.per gl.in dicta l.j.ff.de
iustit.& iure. facit, licet ipse non alleget, l.hac lege.
31 C.de pactis conuen.tam super do.quàm &c. †Non
dico, quòd secundum conscientiã suam simpliciter
iudex debeat iudicare: quia illam debet informare
secundum acta & probata, vt nota.in dicto c.cum
æterni.& in l.illicitas.§.veritas.vbi bene per Alb.
ff.de offi.præsid.& est bonus tex.& glos. iij.q.vij.c.
iudicet ille.& not.in l.vnica. C.vt quæ desunt ad-
uoca.iud.supple.& §.si minus. Insti.de actio.in c.j.
extra de offi.ordi.& cap.pastoralis.§.quia verò.de
offic.deleg.per glos.& Doct. Sed hoc solum intẽdit
Bal. quòd licet contra scriptam iustitiam iudex iu-
dicet secundum suam conscientiam, non incidit in
pœnas c.cum æterni. quia hæc duo copulatiuẽ re-
quiruntur, scilicet quòd contra conscientiã & con
tra iustitiam iudicauerit, vt pœnas dictæ decreta-
lis incurrat.& ita vult ibi Ioan. And.in glos.super
32 verbo, contra cõscientiam. †Sed conscientiã suam
sequi potest iudex quãdo nemini nocet, vt l.bono-
rum. C.qui admit.ad bono.pos.pos.& ibi ita dicit
glos. quam aliqui intelligunt, quando conscientia
iudicis est ex actis informata, vel secundum Bald.
ibi loquitur in voluntaria iurisdictione, nõ in con-
tentiosa. Papa verò vel Imperator, & principes
non recognoscentes superiorẽ, possunt iudicare se-
cundum cõscientiam suam, vt dicit Bar.in fi. ver-
borum suorum in dicta l.vnica. C.vt quæ desunt
aduo. Ad quod vide Henricum in c.si sacerdos.ex-
tra de offi.ordi.& vnum verbum Innocẽ.in c.post
electionem.extra de conces.præben. Scientia autem
ista, quam debet habere iudex, non debet esse capi-
tanea, siue sui proprij capitis, sed iuris, ne suæ pru-
dentiæ innitendo opinionem veritati præponat.
xxxvij.dist.c.relatum est.& c.j.& dicto c.ne innita-
ris.extra de constit. facit tex. xxv.q.ij.c.discenti.&
hoc fuit dictum Hosti.in prin.summæ.vers.vij.vbi
consuluit ad perfectam scientiam iuris habendam,
quòd potius adhæreatur iuri scripto, quàm cõsue-
tudini, etiam curiæ Romanæ, licet in iudicando di-
cat ipsam esse præferẽdam, vt in c.in causis.& cap.
sicut nobis. extra de sent.& re iudi. Bal. tamẽ post
33 Hosti.in dicto c.j.de constitu. †dicit iudicem excu-
sandum, si sequatur cõmunem opinionem, nisi sit
notoriẽ falsa vel irrationabilis. quod dicit esse mẽ-
ti tenẽdum. dicta nanq; Doct. licet non necessitent
ad decisionem causæ, (ad quod facit quod not.per
gl.in l.sed licet.ff.de offi.præsi.) faciunt tamen ma-
ximam præsumptionẽ pro iustitia, vt notatur per
do.Benedict. post alios in dicto c.sicut nobis. facit
c.j.extra de deci.& quod not.in c.j.extra de postul.
prælat.& l.j.C.de legi.& in l.j.C.de profes.qui in
vrb.Constantinopo.lib.xij.& c.statutũ.de rescrip.
34 lib.vj. Sed vt dictum est, †opinio cõmunis potest
contemni, si sit euidenter falsa, vel possit conuinci
euidenti ratione, vt dicit Ioan. Andr.in dicto c.j.de
constitu.& Panor.in c.cum sint homines. extra de
decim. Ad quod adducit tex.notabilem in l.j.C.de
vet.iure enucle. vbi dicitur, ꝙ sæpe sententia vnius
etiam deterioris potest plures, & meliores in aliqua
parte superare. vide ad ista not.per Io.de Ana.in c.
tua nos.iij.charta.extra de vsuris.& tex.50.dist.cap.
domino sancto.in fi.& not.in Cle.j.§.ad hæc.extra
de summa Trin.& fide catho.& in l.Gallus.§.qui-
dam rectẽ.ff.de liber.& posthu.& per gl.in l.qui fi-
35 lium.§.Sabinus.ff.ad Trebel. †In dubio autẽ sequi
debet iudex opinionem glossarum, quæ nõ habent
glossas contrarias, vt not.per Iaco. But.in l.vnica.
C.qui pro sua iuris.& hoc idem dicit Bal.in l.cum
hæreditas.C.de peti.hæred.& in l.fi. §.necessitate.
C.de bo.quæ libe. vbi verò glossæ essent cõtrariæ,
teneat iudex, secundũ Bal.in dicto c.j.extra de cõsti.
illam opinionẽ, cui magis ratio sui intellectus con
sentit. Nec propter hoc faciet litem suam: quia ha-
bet necesse eligere, & eum excusat officij necessitas,
arg.l.si quis in graui.§.si cum omnes.ff.ad senatus-
consul.Sillei.& Insti.de obli.quæ ex quasi malefi.
in prin.& idẽ not. ipse Bal.in dicto c.ne innitaris.
vbi post Io.Andr. dat litigantibus prudens consi-
lium, quòd quãdo opiniones sunt ita diuersæ, ꝙ in
vtrãq; partem probabiliter potest inclinari, debet
quis conari, vt habeat iudicem propitium. facit c.
nisi specialis.extra de offi.leg. Non dico claudican
tem, quia iudex & iudicium claudicare non debet.
C.ad legẽ Cornel. de fal.l.vbi.& C.de fruct.& liti.
expẽ.l.fi.& C.de proxi.sa.scri.l.in proximis.li.xij.
36 †Attendat tamen iudex, vbi videt inter glossato-
res & doctores opiniones diuersas, ne partem, con
tra quam fert sententiam, condemnet in expensis:
quia Doctoris opinio excusat à pœna iuris, & ex-
pensis, secundum Ioan.de Imol.in Clem.ij.extra de
reb.eccle.non alie.in fi.& not.in c.vt debitus.extra
de appel. secundum Pet.de Sansona, quem allegat.
37 Addit etiam Bal.in allegato c.j.extra de consti.†ꝙ
si in varietate opinionũ iudex semel elegerit vnã,
& alia simili vice contrariam, est increpandus, licet
fortè non sit puniẽdus, arg.l.eos.C.de modo mul-
cta. Ex probabili tamen ratione non prohibetur se
emendare vel mutare consilium in melius. l.non-
nunquam.ff.de coll.bo.& in authẽ.de nup.in prin.
coll.iiij.& in authent.vt frat.fil.in princi.col.ix.&
Augustinus fecit librum retractationũ, & hæc be-
ne sunt notanda. Item præmittendum est, quòd hic
Iurifcon

Iuriscõsultus ꝓpriẽ locutus est, cũ de vera & certa sciẽ-
38 tia regulã suã cõtexuit. †Certũ em̃ hoc esse dicitur qđ
clarum, & manifestũ est, vt not. Archid. in c. ij. extra de
elec. lib. vj. & probatur xj. q. iij. c. certũ. & extra de hære
39 ti. c. excõmunicamus. §. fi. †Scientia aũt, vt inquit Bal.
in. l. scire leges. ff. de legi. est infallibilis notitia veritatis,
vel, vt ipse dicit in l. j. ff. de iusti. & iur. est speculatio ve-
ritatis, quæ tribus modis habeẽ, scilicet ꝑ diffinitionẽ,
quæ est breuis demonstratio per rationẽ facta amplec-
tens rei ꝓprietatẽ. Per diuisionẽ, quæ est membrorũ
dispositio, & intellectus. Tertio per exemplorũ posi-
tionem, per quæ exempla rem ipsam planius, & velut
oculata fide intelligimus, vt Instit. de grad. cog. §. fina.
40 †Hinc est, ꝙ ab exemplorũ positione nascũtur argu-
menta à simili, quod voluit Iuriscõsultus in l. non pos-
sunt. ff. de legi. Nec restringiẽ regula iuris per exempla,
vt l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de dã. infec. &
no. in c. j. extra ne cler. vel mo. Quod em̃ exempli causa
dicitur, ad omne simile porrigiẽ. l. regula. §. fi. ff. de iur.
& fac. igno. Notat Salic. in l. j. iiij. oppositione. C. vbi
possideris. facit l. quæ dubitationis. ꝗ. eo. titu. lex, scire
oportet. §. pe. ff. de excu. tu. & l. quidã liberus. ff. de ser-
uit. vrb. prædio. not. per Bald. in l. j. ff. de iusti. & iur. &
l. ij. C. de spor. & Alb. in d. l. scire leges. ideo dicit. ꝙ illa
l. docet quomodo scholares studio debeãt intendere sci-
licet ne circa verba legũ solũ discenda laborent, sed ad
illarũ vim atq; potestatẽ. Nam qñq; verba in iure im-
propriẽ sumũtur, & aliqñ per cõtrarium, vt beneficijs
i. maleficijs, vt l. fratres. in text. & glo. C. de inoffic. test.
quia non in folijs verborũ, nec superficie scripturę, sed
in radice rationis. l. cõsistit. l. cũ ratio. ff. de bon. dam. in
princ. & j. q. j. c. Marchion & Basilides. licet aliqñ plus
attendantur verba q̃; sententia. l. si alij. ff. de vsufru. leg.
Concordantibus aũt verbis & snia vtrunq; seruaẽ, sed
vbi sententia discordat à verbis, sententię statur, vt d. l.
scire leges. & d. l. fratres. Sed si verba nõ cõtradicãt snię
standum est verbis. l. j. §. si is qui nauẽ. ff. de institio. ver.
igitur in re dubia. facit l. nõ aliter. & l. ille aut ille. §. j. ff.
41 de leg. iij. †Scire aũt ꝓpriẽ est veritatem perceptam in
mente tenere. facit quod nota. ꝑ glos. in l. si quis extra-
neus. de acq. hęr. & dicit Bal. in l. si pater. in fi. ff. de hęr.
instit. & l. quidã eulogio. C. de iure delib. ꝙ scientia nõ
est nisi verorũ, cũ sciẽtia & error nõ cõsistant nisi circa
42 verum, & falsum, † quãuis qñq; credere ponatur pro
scire, vt not. in c. olim. extra de sent. & re iud. per do. Be-
Isidorus. nedict. quærenda tñ semꝑ est veritas, vt dicit Isidorus
alleg. per Alber. in l. fi. §. fi. ff. de colla. & est colenda se-
cũdum Salic. in l. vnica. C. de dedi. liber. tol. ignota em̃
veritate facile homines decipiuntur, cum etiã illa scita
aliqñ inuicẽ dissentiant. l. item si vnus. §. principaliter.
ff. de arbit. Patet itaq; ex præmissis, ꝙ in hac regula per
tinentissime Iurisconsultus locutus est. cum em̃ sciẽtia
sit verorũ, vt dictum est, verã dicere debemus esse scien
43 tiam: †quia cũ scire sit rẽ ꝑ causas cognoscere, secundũ
philosophũ alleg. ꝑ Io. Mona. in princ. lib. vj. & Io. de
Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. cau
sis scitis erit vera sciẽtia. veritas em̃, vt ait Bal. in al leg.
l. scire leges. est vera entitas, vt plenius per eum in l. vni
ca. C. de cõfes. & ideo dicit idem Bal. in l. nõ oium. ff. de
legi. ꝙ sciẽtia de necessitate infert veritatẽ. facit qđ no.
per glos. in l. in summa. §. idẽ Labeo. ff. de aqua plu. ar-
cen. Sed prius dicta de sciẽtia prout est doctrina intelli-
gunẽ, de qua licet litera huius regulæ possit intelligi,
proprius tñ adaptari põt ad scientiã cõsistentem in fa-
cto, vt patebit clarius ex prosecutione infra dicẽdorũ.
¶His sic præmissis veniamus ad regulã istam ꝑ exem-
pla, ꝑ casibus ponenda declarandã, ordinem intentio-
44 nemq; glossę sequẽdo. † Et primo in hac regula poni
põt casus in criminibus siue delictis in quibus sine vo
luntate, & sciẽtia aut ꝓposito nõ cõmittitur delictum
punibile, quia voluntas & ꝓpositũ distinguunt ma-
leficia. l. qui iniurię. in princ. ff. de fur. l. qđ reipub. ff. de
iniur. & de tab. exhib. l. iij. §. si quis dolo. & l. j. C. ad l.
Corn. de sicar. vbi si quis deliquit casu improuiso nõ
45 punitur, sicut si animo deliberato deliquisset. † Est tñ
differentia secundũ gl. fi. ibi & Salic. inter fortuitum,
& improuisum casum, quia fortuitus diciẽ qñ nõ præ
cedit aliqua causa dependens ab eo, cui quis vult im-
putare casum. sed casus improuisus dicitur vbi culpa
ꝑcedit casum. quæ differentia ꝓbatur in l. qui occidit.
§. j. ff. ad l. Aquil. & dictũ fuit in l. cõtractus. ã. isto titu.
vt tñ quis puniatur pœna ordinaria legis requiriẽ sciẽ
tia, & ꝓpositum, ideo dicit hic glos. ꝙ ista regula fallit
qñ delinquitur sine voluntate, & scientia, vt l. scientiã.
§. pe. ff. ad l. Aquil. & hoc est qđ dicit canon, Qđ Deus
cor hominis interrogat, & non manum. xliij. q. v. c. si
quid inuenisti. xxvj. q. vj. c. cognouimus. & facit tex. in
c. cum voluntate. extra de sen. excõ. Et hoc est qđ dicit
Cicero in Paradoxis, quòd pctã non rerum euentu, Cicero
sed vitijs hominũ medenda sunt. & idem dicit August. Augustinus.
ꝙ non nisi voluntate peccaẽ, vt habeẽ transumptiuẽ
xxxvij. q. v. c. ita ne. & c. ꝓposito. cũ ix. c. sequentibus.
46 & facit l. j. §. diuus. ff. ad l. Corn. de sica. † & hæc faciũt,
ꝙ illa non debeat dici adulterata quæ cum quodã me-
dico cõcubuit quẽ maritum suũ esse putabat, vt not. ꝑ
gloss. xxxij. q. vij. c. concubuisti. Parcitur em̃ simplici-
tati, & rusticitati. c. pe. extra de rer. ꝑmuta. & c. super li-
teris. extra de rescrip. lxxxvj. dist. c. tanta nequitia. & fa-
cit ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id quod. §. doli. not. per
47 Io. And. in c. possessor. extra isto tit. libr. vj. ¶ †Hoc tñ
principaliter in criminibus considerare debet iudex, ꝙ
sibi primo appareat crimẽ esse cõmissum, vt dicit text.
qui communiter consueuit allegari in l. j. §. item illud
sciendũ. ff. ad Silleia. vbi Doc. ita ꝙ scientia vera requi
ritur de crimine cõmisso: ideo si reperiaẽ homo mor-
tuus qui re vera fuit occisus, sed non apparet de illa ve
ritate occisionis nullus cõdemnari debet, imò quilibet
inculpatus absolueretẽ. l. absentem. ff. de pœn. facit l. de-
nuntiasse. §. quæriẽ. ff. de adult. & not. ꝑ Bald. in l. item
Mela. §. sed si plures. ff. ad l. Aquil. Illa tñ scientia, & ve-
ritas vbi cõstat de occiso, nõ requiritur vt sit nota ꝑso-
na in quam delictũ cõmissum est. si em̃ ignotus, vel pe
regrinus homo sit interfectus, licet nesciamus quis sit
ille homo occisus, sufficit tamẽ vt inquiraẽ cõtra inter-
fectorem, quia cõstat saltem hominẽ occisum, vt no. ꝑ
glo. quæ solet allegari pro singulari. ij. q. viij. c. libero-
rum. & alleg. ꝑ Bal. Ang. de Perus. Paul. de Cast. & Io.
de Imo. in l. quoties. §. si quis nomẽ. ff. de hære. insti. &
per Ang. de Are. in suo tractatu criminũ glos. j. in fi. &
hoc sæpe contingit, vt dicit ibi Bald. quia satis est ꝙ cõ
stet de maleficio illo seu homicidio, licet ignoretur per
sona in quam cõmissum est. secus videẽ secundũ Io. de
Imol. in d. §. si quis nomẽ. si non cõstaret de ipso deli-
cto, licet fama cõmunis de hoc esset, videretur tñ tunc
ꝙ esset iusta cã inquirendi, per illud qđ habeẽ in c. qua
liter, & qñ. Io. ij. extra de accusa. & l. iij. C. de offic. rect.

D

pro.& facit quod not.p Bart.in l.ij.§.si publico.ff.de
adult.& p Bal.in auth.sed nouo iure.C. de seru.fug.&
Salic.in l.ea quidem.in articulo inquisitionis.C.de ac
48 cusa.dicentē,†q̄ sine fama p̄cedente, vel aliquo iusto
præambulo non pōt ,pcedere iudex ad inq̄sitionē cō-
tra aliquam p̄sonam.ita vult etiā Ang.Aret.in d.glo.§.
vt refrenetur aliquorū iudicū malignitas,vt l.ij.in fin.
C.de custo.reo.imò p inquisitionem etiam præceden-
tē clamore valido, vel fama non est reus semper cōde-
mnandus,q̄m seruādę cōsiderādęq̄ sunt p iudicē certæ
regulæ ab vtroq̄ iure traditę,quas posuit Oldra.consi
lio cxlij.quod incipit,viso diligenter &c.& eius verba
tacens de illo recitauit Io.And.in addit.Specu.titu.de
aduoca.§.sequitur.versu primo.in addit.quæ incipit,
49 inhoneste se habuit autor, &c. ¶† Prima regula est
quòd causa diligenter examinā da est, vbi agitur de sa-
lute vel pernicie hominis.l. addictos supplicio. C. de
appella.quia vbi maius periculum, cautius est agen-
dum.l.j.§.sed & si quis.ff.de Carbo.edic.& in c.vbi ma
ius.extra de elec.lib.vj.Constat aūt maius esse periculū
in qualibet etiā modica causa criminali, q̄ in quacūq̄
magna ciuili.l.in seruorum.ff.de pœn.& xxiij.q.v.c.j.
50 ¶†Ideo per aliam secundā regulam iuris cautū est,q̄
iudex laturus sententiā criminalem hoc temperamen-
tum teneat,vt non prius capitalem seueramq̄ senten-
tiam ferat in aliquem nisi prius sua confessione,vel cer
ta depositione testium sit conuictus,vt ipse accusatus
cōtra quem inquiritur ea quæ cōmisit negare nō pos-
sit,vt dicit tex.in l.qui sententiā.C.de pœn.facit xvij.
qō.iiij.c.vxor felicis. Nec est in criminibus seueritatis
gloria affectanda: imò debet iudex temperamentum
benignitatis miscere,vt l.respiciendum.ff.de pœn.facit
d.c.j.xxiij.q.v.& xlv.distinc.c.disciplina.c.sunt nanq̄.
51 cum c.seq.¶† Tertia regula est q̄ ex præsumptionibus
nemo debet criminaliter damnari.l.absentem.ff.de pœ
Salomon. nis.vnde licet Salomon sapiētissimus,vt legitur 3.Reg.
4.c.ex præsumptione violenta iusserit filium restitui
matri suę,mulierē tamen quę illū surripuerat non con-
dēnauit de plagio,vt extra de præsump.c.afferte.& in
c.quia verisimile.vbi per Innocē.Hostien.& Io.And.
Limitatio. atq̄ Doct.¶Hanc tamen regulam intelligite veram in
præsumptionibus hominum.secus in præsumptioni
bus legis,vt est text.& ibi Salic.& Doct.in l. qui adul-
52 terium.C.ad l.Iuliam de adulte. ¶†Quarta regula est,
quod vt quis condemnetur de crimine,oportet eum
districtissimis ,pbationibus,& luce meridiana clario-
ribus esse conuictum.l.fin.C.de proba.canonizata.ij.
q.viij.cap.sciant cuncti.& v.q.vj.cap.Epiphanium.
& Hieronymus in expositione symboli, dicit qd' ma-
gna vt credātur, idoneis & indubijs testibus indigēt.
53 ¶†Quinta regula est,quòd maleficium non probatur
nisi p testes q facto interfuisse dicūtur.l.vnius.§.testes.
ff.de quæstio.& iij.q.ix.c.testes.& C.de eroga.mili.an-
no.l.iubemus per hāc.§.hoc etiā adijciendo.lib.xij.&
54 in auth.de testi.§.sancimus.coll.vij. ¶† Sexta,& vlti-
ma regula est,quæ requirit,quòd testes in criminibus
sint integrę opinionis,& famæ. Nam hoc etiam in ci-
uili causa requiritur.l.testium.C.de testi.& l. quęsitum.
55 in fi.ff.de testi.†& intm̄ hoc est requisitum,q̄ sola infa
mia facti repellit testem in causa ciuili,vt not. p Doct.
in l.Cassius.ff.de senato. Multo igitur fortius hoc re-
quiritur in cā criminali in c.testimoniū.extra de testi.&
l.ex eo.C.de agen.in reb.lib.xij.& conformant prædi-
ctæ regulæ,isti quę requirit verā,& certā scientiā in o-
mnibus his quæ animi destinatione agēda sunt, vt est
56 iudicare:† q̄m certus semper debet esse iudex, & certa
eius scientia,Instit.de actio.§.iurare.& C.de sent.quæ
sine certa quan.profer.l.iij.& iiij. Ex quibus regulis in
hac ciuitate existente hic curia Romana tempore do-
mini Ioannis papæ xxij. Cum quidam Abbas ac-
cusatus fuisset de homicidio,& habuisset cōtra se duas
sententias, & appellasset ad Papam, & ductus fuisset
ad hanc ciuitatē, Oldra.eius aduocatus eum defendit,
& inuenit per ,pcessum,q̄ testes cōtra eum Abbatem
deponentes per Astrologiam fuerunt conuicti se vide
re non potuisse quis fuisset interfecti percussor: quo-
niam ,pbatum fuit p Astrologos,q̄ illa nocte non lu-
cebat Luna,& interrogati testes si ibi erat lumen ignis
vel candelę, dixerunt q̄ non, ideo fuerūt testes cōuicti
quia de nocte homines non vident sine lumine ignis
candelę vel Lunæ, & sic teste natura euasit accusatus.
ita recitat Bal.in l.Aretusa.ff.de sta.ho.& in l.si cum ex
ceptione.§.in hac actione.ff. quod met.ca. per glos.ibi
positam dicentē,q̄ ea quæ de nocte fiunt, probabili-
ter ignorantur.& idem dicit Bald. recitans Oldra.in c.
j.§.porro.quæ sit prima cā benefi.amit. q̄ fuit mirabi-
lis,& subtilis defensio,quia testes non poterant depo-
nere de vera,& certa scientia sicut debent,quia testis de
bet deponere certum,& determinatū, vt dicit Bald.in
l.si quis in suo.C.de inoffic.testa.arg.l.cū furti.ff.de in
litem iuran.& l.fi.C.de fideicō.facit cap.cum cām quæ
inter œconomū. extra de testi.& c.literæ.extra de dila.
57 & not.Bald.in l.certi condictio.ff.si cert.pet. † Proba-
tio nāq̄ de sui natura debet esse certa,vt in c.in p̄ntia.
extra de ,pba.& no.Bal.in l.si qn̄.iij.col.C.de testi.imò
probatio obscura contra ,pbantem retorquet̄,vt not.
per glos.in d.c.in præsentia.quam Bal.dicit esse singu-
larem in l.quoties.§.si quis ita.ff.de hæred.instit.sed da
te illi socias duas glos.vnam in c.cōtra eum.extra isto
tit.lib.vj.& aliam.iiij.q.iij.c.in testibus.¶In his aūt cri
minibus notari debet, quod qn̄ dubitat̄ an vulnus sit
mortale vel nō, stari debet iudicio medicorum,vt per
illos vera scientia habeatur,vt l.semel.C.de re mili.lib.
58 xij.†quia experto in sua arte credendū est,vt ibi,& l.se
ptimo mense.ff.de stat.ho.vt fabro de sua fabrica,ma-
gistro militū de suo milite,Doctori de discipulo, ob-
stetrici an sit mulier prægnans vel nō,aduocato de cā
in qua patrocinatur.idem de assessore, & de mensore,
& de cōfessore,& similibus,vt not. p Specu.tit.de pro
ba.ij.parte.§.fi.versic.hoc quoq̄ notādum est. per iu-
ra quæ alleg.& per Bart.in dicta l.si in rixa.vltima co-
59 lum.ff.de sica.vbi etiam vult,†quòd si in loco non sit
nisi vnus medicus,illius dicto standum est. Ad quod
alleg.in auth.de non alien.aut permutan.eccles.reb.§.
quod autem.colla.ij.& not.per eum in l.j.in prin.ff.de
vent.inspic.& p Ioan.de Ana.in c.significasti.lo.ij.ex-
tra de homicid.facit text.in l.regula.§.sed iuris ignorā-
tiam.§.de iur.& fac.igno.vbi text.in singulari nume-
ro loquitur. ¶ Tenendum est tamen singulariter me-
60 moriæ,†q̄ sententia ad dictū periti in arte sua lata nō
transit in rem iudicatam,sed potest retractari alio peri-
to melius referente,vt not.per Io.And.in addit. Spec.
tit.de homic.vltima columna.quem sequitur Anton.
de Butr.& etiā Panor.in c.,pposuisti.extra de probat.
quod recitat Alexand.de Imol.in d.l.si in rixa.non alle
gans Panor.in dicto cap.proposuisti. nec etiam Bart.
hoc

hoc tenentem in l. arbiter. ff. qui satisda. cog. & Bald. in
61 l. si ab hostibus. §. j. ff. solu. matri. vbi dicit, † quòd quã
imperitus medicus testificatur, & iudex eius dictũ se-
quitur, & postea iudicio peritorum apparet cõtrariũ,
reuocatur quod factum est à iudice, ac si esset factum
per falsas attestationes. & alleg. Gandinum ita tenuisse
in suo tractatu criminum. facit quod habet in l. si irru-
ptione. §. fin. ff. fin. reg. & in l. diuus. ff. de re iudi. & per
totum titu. C. si ex fal. instru. & in c. licet causam. extra
de proba. Aliqui tenent contra Ioan. Andr. & prædi-
ctos Doct. quia publicatis attestatiõibus timore sub-
ornationis non possunt alij testes produci, in cap. fra-
ternitatis. extra de testi. & cle. testibus. eo. tit. & aut. qui
semel. C. de proba. Sed saluat Ioan. And. & Docto. quã
iudex procedit per viam inquisitionis, in quo iudice
cessat timor subornationis, vt est text. & Innocẽ. ibi, &
Docto. in cap. cum clamor. extra de testi. & Bartol. in
dicta l. ij. §. si publico. ff. de adulte. vel etiam in reuisio-
ne vulneris non agitur de solo facto, sed de peritia me-
dicorum. ideo cessat argumentũ, quod sit in contrariũ.
Et ideo vbi sunt plures periti, standum est dicto peri-
tioris secundũ Cy. quem alleg. Bal. in procẽ. ff. iiij. co-
lum. in fi. ꝑpter bene fundatam sapientiam peritioris.
arg. l. diui fratres. ff. de iure patro. videte latius Panor.
& Doct. in dicto c. proposuisti. dicit tamen Bald. ĩ. in
procem. in princ. † ꝙ vulnus præsumitur fuisse morta
62 le ex quo secuta est mors de recenti, vt not. in l. j. C. de
emen. seru. quod tñ ipse Bald. & Bar. & post eos Paul.
de Cast. & Ioan. de Imo. in dicta l. si ab hostibus. §. j. in-
telligunt esse verum, si vulneratus adhibuit medicum
curando vulneri: aliâs si nõ adhibuit cum posset, non
præsumitur mortuus ex eo quia vulnus esset mortale,
sed quia nõ fuit adhibitus medicus per rationem glos.
ibi positę, & sic vulnerans nõ debet decapitari, sed pu
niri de vulnere. quod dicunt esse menti tenẽdum in pra
ctica. & est singulare, secundum Paul. de Cast. ¶ Dicit
tamen ibi Io. de Imol. hoc procedere, si iudicio medico
rum dictum vulnus non reputabatur mortale. Vel vt
ibi sentit Bald. quando qualitas vulneris poterat se ha
bere ad vitam, & mortem. vide Bald. in cap. i. quibus
mod. feu. amit. & per Canonistas in cap. ij. extra de cle.
ꝑcus. Si tñ vulnus esset indubitãter mortale, nõ adhibi
tio medici nõ excusaret percussorẽ à pœna l. Corn. de
sica. vt in l. ita vulneratus. vbi Bal. & Doc. ff. ad l. Aql.
& Io. de Anan. in dicto cap. significasti. & Floria. in di
cta l. item Mela. §. Celsus. ff. ad l. Aquil. & dictum fuit
in l. in obscuris. ĩ. isto titu. ¶ Et prædicta secundũ Flo-
Alia sublimitatio.
ria. in d. l. qui occidit. in fi. ff. ad l. Aquil. intelligi debẽt
quando vulneratus nõ adhibuit medicũ, cum aliquis
medicus esset in illo loco vel alio, vnde de facili haberi
posset. facit quod habetur per Bart. & Doct. l. idemꝗ.
ff. pro socio. & per Io. de Anan. in dicto cap. significa-
sti. & ipsum Bart. in l. in bonorum. ff. de bon. possess. &
Bald. in l. iuris ignorantiam. C. qui admit. ad bo. poss.
possunt. vbi dicit, quòd sicut rustici vadunt ad nemus
pro lignis, & mulieres ad ciuitatem pro indulgentijs,
sic debent ire pro consilijs. argumẽ. l. iiij. §. si tam vici-
num. ff. de dam. infec. idem tenet Ludo. Ro. in l. si duo.
ff. de acquirend. hæred. per gloss. ibi positam dum di-
cit, si facile erat. facit quod nota. per Ioannem And. &
Docto. in cap. statutum. extra de rescrip. lib. vj. ¶ Addi
potest præmissis, vt dicit Floria. in dicta l. item Mela.

§. Celsus. ff. ad l. Aquil. quòd licet appareat vulnus esse
mortale, tamen interim donec spiritus vitalis durat,
& anima sit à corpore percussi separata, non potest qs
puniri de occiso. & rationem assignat, quia posset in-
terim alius casus euenire propter quem mors sequere-
tur, vt in dicto §. Celsus. Et pro hac ratione facit in si-
mili in ratione sui l. naturalẽ. §. primo. in fin. ff. de acqui
ren. rer. domi. Hoc tamen, secundum eum, videtur pro Limitatio.
cedere, & esse verum in statutis disponentibus de pœ-
na occidentis hominem, in quibus necesse est secutam
esse mortem prout statutum requirit, quia vt dicit Bal
dus in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri.
63 † in pœnis statutorũ requiritur facti consummatio, vt
recitat Cyn. Speculatorem ita tenuisse in l. is qui cum
telo. C. de sicar. ideo aduocatus in istis debet esse cau- Sit cautus aduocatus.
tus, vt formet articulum secundum verba legis vel sta-
tuti: aliâs probatio talis articuli nihil operaretur, quia
vbi articuli non concludunt, nec probatio. in cap. præ
sentium. extra de proba. per quod dicit Ioannes And.
in cap. primo. extra de homicid. lib. vj. in nouella, se e-
uasisse quendam delatum de pœna illius cap. quia nõ
erat ꝓbatũ, ꝙ homo assassinatus fuisset Christianus,
de quo loquitur illud cap. sic est in pœna constitutio-
nis, quæ imponitur ipso iure, vel ipso facto: nam req-
ritur actus consummatus, vt ex not. Ioannis Andr. in.
cap. perpetuo. extra de elec. lib. vj. & in cap. in pœnis.
extra isto titu. eo. lib. quem recitat, & sequitur Baldus
in dicta l. si quis non dicam rapere. & l. j. in fin. ff. quod
quisqꝫ iur. & l. qui operas. ff. de his qui notan. infam. se
cus est in pœna imposita à iure cõmuni. sufficit enim
quòd animo occidendi quis letaliter percusserit, dicta
l. is qui cum telo. & l. prima. §. diuus. & l. diuus. ff. eo.
titu. vbi ita tenet Barto. & alleg. l. si in rixa. & per eum
in l. damni infecti stipulatio. §. Sabini sententia. ff. de
damno infect. vbi ad hoc bene facit tex. in ratione sui.
dicebat tamen Bald. alleg. per Salic. in dicta l. is qui cũ
telo. quòd vbi per legẽ punit affectus, ac si esset cõsum
matus effectus, põt iudex ex potestate sibi per legem
concessa mitigare pœnam si velit, non tamen necessita
tur, per text. quem allegat singularem in l. aut facta. §.
euentus. ff. de pœn. facit ad hoc quamuis non alleget l.
non quicquid. ff. de iud. Melius est enim iudicem de mi
sericordia reprehendi, quàm seueritate. xxvj. q. vlt ima.
cap. alligant. & xlv. distinct. cap. licet. Io premier. vbi
gloss. super verbo, expectãdi. & dicta l. respiciendum.
& l. interpretatione. ff. de pœn. & est notabilis gloss. al-
legans concor. in cap. veniam. xxxv. q. ix. Punitur ta-
men iudex, si crimẽ commissum de quo sibi liquet nõ
puniat, & eadẽ pœna qua malefactor puniretur, vt l.
fina. & ibi Ioannes Fab. C. ne sanct. bapt. reite. l. ij. C. de
cõmer. & merca. vbi glo. allegat concor. in decre. & l. j.
C. de priua. carce. inhib. cum ibi notatis per Docto. &
l. quoniam iudices. circa finem. C. de appellationibus.
& l. seruos. C. ad l. Iul. de vi publ. & l. Christianis. C.
de pagan. sacri. & temp. in fin. & l. patrimonialia. vbi
Iacob. Rebuffi. de C fundis patrimo. libro xj. Pecca-
tum enim est parcere nocẽtibus: quia ira dei in eorum
pœna mitigaẽ, vt allegat text. in lib. Numerorum, per
Ioannẽ Fab. in dicta l. fina. C. ne sanctum bapti. reite.
vnde Hostien. in summa, de offic. ordina. §. quid perti-
net. ꝑ discursum illiũs §. vbi instruit iudices in modo
iustitiæ rectẽ ministrandę, in qua ministranda maxime

debent habere charitatem, & mãſuetudinem.xxiij.q.
iiij.cap.ea vindicta.Non tamen debent venire contra
leges: aliâs puniuntur. l.prima.§.ſed & iudex. ff. ad l.
Cornel.de fal.Nec poſſunt componere iudices de pœ-
nis fiſcalibus,vt nota.per Bald.in l.præſes.C.de tranſ-
64 actio.†Imò perdit iuriſdictionem ſuam iudex qui ter
requiſitus iuſtitiã facere denegat,vt not.per Bald.poſt
Gulielmum de Cug.in authen.ſtatuimus.C.de epiſco.
& cleri.facit quod habetur in authen.de quæſt.§.ſuper
hac.collat.vj.& in authen.vt litiga.iur.§.j.collatio.ix.
65 † & incurrit indignationem principis, in authenti. de
manda.princip.§.ſit tibi quoq; collat.iij. Ad hoc facit
xj.q.iij.cap.ipſe ligandi.& extra de offic. ordina.cap.
ſignificauit.& aufertur regnum,& datur facienti iuſti
tiam, Eccleſiaſtici cap.xiij. & Matthæi xxj.in fine.&
66 xxiij.q.vij.c.ſi de rebus.¶ †Ex prædictis verò,quia in
committendo crimine dictum eſt requiri ſcientiam,&
voluntatem delinquendi,videtur,quòd ſi quis impella
tur in alium quem impulſus offendit,nõ dicitur delin-
quere,ideo impulſus in clericum non incidit in cano-
nem,ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.ita not.Floria.in l.qua
actione.§.occiſum.ff.ad l. Aquiliam.facit l.ſi ex plagis.
67 §.in cliuo capitolino.eod. titu.† Inde etiam eſt,quòd
carens mente, & intellectu non delinquit, vt l.ſed & ſi
quęcunq;.§.iniuriam.eo.tit.facit text.xv.quæſtione.j.
cap.aliquos.Mala enim nõ ſunt,quæ nec crimine men
tem implicant nec conſcientiam ligant.eadem cauſa,&
q.c.illa cauenda.vide bonum textum & gloſſ.xxxij.q.
vij.c.quemadmodum.& quæ notata fuere in l.furioſi.
ſ.iſto titu.quod facit, ſecundum Floria.in dicto §.in-
68 iuriam.† quòd ſi ebrius delinquat,non debet puniri.
Pro quo bene facit l.vnica.C.ſi quis Impera.maledix.
iuncta ibi gl. ſuper verbo, temulẽtia. Sed in contrariũ
videtur caſus in dicta l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.
de pœn.& ibi Bart.& l.omne delictum.§.qui ſe vulne
rauerit.ff.de re milit.qđ verius putat ipſe Floria.ſcili-
cet quòd ebrius puniat,ſed mitius quàm ſi non fuiſſet
ebrius.Ad quod facit quod habetur xv.q.j. cap.ine-
briauerunt.& ea.cauſa.& q.per glo. in ſumma.& xxx-
v.diſtinctio.c.luxurioſa.cap.vẽter. & cap. ſexto die.&
xxv.diſtinctio.§.criminis.& ibi gloſſ.& Io.de Imo.&
Docto.in cap.à crapula.extra de vita,& honeſt.cleric.
¶Quod autem dictum eſt de impulſo in clericum, ꝙ
69 non incidit in canonem,ſi quis ſuadente. †Idem dici
debet de eo ꝗ iniecit manus violẽtas in clericum qui
nutrit comam, ſi illum ignorabat eſſe clericũ , vt cap.
70 ſi verò.Io.ij.extra de ſent.excom.¶† Vel ſi clericus ve-
ſtes non deferebat clericales, vt cap.in audientia.eodẽ
titu.not.per gloſ.& Docto.in l.ſi ignorans.ff.locati.&
Barto.in l.diuus.ff.de ſica.& Io.de Anan.in cap.ſicut
dignum.extra de homic.vide Bald.in l.ſi qua per calu-
mniam.C.de epiſc.& cler.facit quod habet in cap.cle-
Cõma clericos.
rici.& duobus cap.ſequẽtibus.xxiij.diſtinct.in text. &
gloſ.vbi goſ.alleg.dictum apoſtoli in epiſtola ad Co-
rinthios dicẽtis,Vir ſi comam nutriat ignominia eſt.
Mulier ſi comam nutrit gloria eſt ei.& hoc formida-
re debẽt clerici ꝑpter periculũ anathematis, quod à
iure eſt eis infligendum, vt ea.diſtinct.c.ſi quis ex cleri
cis.& extra de vit.& hone.cler.c.ſi quis ex clericis. vbi
71 gloſ.dicit †quòd ipſo iure clerici comam nutrientes,
non ſunt excommunicati,ſed moniti excommunican
di niſi paruerint.& ita tenent ibi Docto. & debent ab
Archidiacono inuiti tonderi,vt c.clericis.eo. titu.vbi
dicit Io.de Imol.quòd Archidiaconus clericos comã
nutrientes tondens,vel tonderi faciens,nõ incurrit ex-
cõmunicationem,cum hoc faciat autoritate iuris. Ad
quod facit cap.cum volũtate.§.ſi qui. extra de ſenten.
excom. & xxiij.q.iiij.c.qui peccat. & l.Gracchus.C.de
adulter.imò põt incarcerare clericũ ſi reſiſtat, per illud
quod habetur in c.à nobis.extra de apoſta. Ratio au-
tem quare clerici comam nutrire non debeant,poniť
per gloſ.l.diſtinct.cap.pœnitentes.vt in habitu ſcilicet
72 viuant clericali.de conſecr.diſtinct.vj.c.dictum. † De-
ferre autem comã ſignũ eſt ſubiectionis. xxxij.diſtinc.
cap.ij.& Io.de Imo.in cap.clericus.extra de vit.& hon.
cler.poſt Io.And.in nouel.quem vide ſuper hoc in cle.
73 attendẽtes.de ſta.reg.glo. ſuper verbo,comutis. ¶ †Ex
quę dicta ſunt in clerico, extendit Bal.in d.l.ſi ignorãs.
ad monachum deferentẽ occulte habitũ ſuum , ſi vere-
beretur verberans nõ ſit excõmunicatus.Quod eſt ve-
rum ſi verberans ignorabat eum eſſe monachũ, ſecus
ſi ſciret,quia certus amplius certiorari non debet.l.j.in
fi.ff.de actio.emp.& l.j.in fi.ff.de dot. præleg. & ita in-
telligit Bal.in dicta l.ſi qua per calumniam.¶De eo ve
ro qui percuſſit clericum quem credebat laicum, vide
Bartholomæum Brixiẽſem in ſuis quæſtionibus quę-
ſtione lxxxviij.quem allegat Bald. & gloſſ. quam ipſe
non alleg.in d.c.ſi verò. extra de ſentẽ.excom.¶ Atten-
dite etiam,quòd circa perſonam delinquentis,& illius
mentem vel animũ ſemper contra eum ſit interpreta-
tio quando attentat id quod eſt de genere prohibi-
torum,vt d.l.j.C.de ſicar.& l.j §.diuus.ſ.eod. tit.& C.
de iniur.l.ſi non cõuicij.¶Ex quo infertur , ꝙ ſi putãs
percutere Martinum, percuſſit Petrum,& occidit, te-
neatur,& ſic puniendus,licet errauerit in perſona per-
cuſſi,vt eſt tex.in l.eum qui.§.ſi iniuria.ff.de iniur. No
tat Bart.in l.diuus.ff.de ſicar.& Salic.in l.quoniã mul-
ta facinora.C.ad l.Iul.de vi.Vbi vero eẽt omnino in-
certitudo circa perſonam percuſſam, & animũ delin-
quentis,vt quia quis proiecit cultellum, vel telum in
vulgus.gl.in l.item apud Labeonẽ.§.cui.ff.de iniu.vi-
detur dicere,ꝙ regulariter non teneatur niſi in famoſo
crimine,vel libello.de quo in l.lex Cornelia.§.fi. ff.de
iniur.& C.de famoſ.libel.Sed Floria.in dicta l.itẽ Me-
la.§.ſed ſi plures. concludit, quod licet proijciens non
habeat reſpectum ad certam perſonã, habet tamen re-
ſpectũ ad quamlibet quam percuſſerit , ideo erit deli-
ctum cõſummatũ in illo, ad ſimilitudinẽ illius ꝗ miſ-
ſilia iacit in vulgus,Inſtit.de rer.diui.§.pe. Sed cum ad
vnum tñ ſe retulit,nec apparet ad quem,factum ſubſe-
cutum facit certitudinem in illo,arg.not.in d.l.j.C.de
ſicar. faciunt not. per Cyn.in c.in obſcuris. extra iſto
tit.vbi circa hoc vide eũ, & Doct.in d.§. ſed ſi plures.
& Bart.in d.l.diuus.ff.de ſicar.& plenè Salic.in d.l.qm̃
multa facinora. & illa quæ dicta fuerunt in l.ſemper in
obſcuris.ſ.iſto titu.quæ hic poſſunt adiungi. Faciunt
etiam præmiſſa ad nota.per glo.in l.j.§. cum arietes. ff.
74 ſi quad.paup.fec.dic. † Quòd ſi duo ſimul rixati ſint,
& ſe percuſſerint,nec appareat quis eorum fuerit ag-
greſſor,neuter teneatur.ad quod alleg.l. ſciẽtiam.§.cũ
ſtramenta.ff.ad l.Aquil.Raine. tamen alleg.per Floria.
in d.§.cum arietes.dicit à iudice eſſe conſiderandum id
quod frequentius eſt, vt ille qui conſueuit rixari dicať
alium prouocaſſe.arg.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de
re mili.

re milit.facit l. vel vniuersorum.ff.de pig.act.vel secun
dum Floria.potest attentari,quod vbi vnus illorum sup-
est,ille iudicãdus sit aggressor, nisi contrarium probe-
tur.argum.dictę l.j.C. de sicar.& ad §.cum stramenta.
alleg.per glos.potest responderi,quod ibi fuit casus fortui
tus,vel ibi nõ constabat quod vnus alium euertisset,
sed in casu proposito constabat, & ideo præsumitur
superstes mortuum inuasisse,& sic requireretur quòd
ille probaret factum ad sui defensionem,aliâs punire-
tur,quia in delictis præsumitur, fuisse animum delin-
quendi nisi contrarium probetur, vt nota.per glos.&
Docto.in alleg.l.si non conuicij.¶Et ex hoc secundum
75 eundẽ Floria.sequitur alia determinatio,†quod si duo
inuicem se percusserint, non debet in dubio fieri abso-
lutio,sed vterque condemnabitur. arg.l. quemadmodũ.
§.si nauis.ff.ad l.Aquil.faciunt nota.in d.l.si in rixa.per
Bart.& dicta l.j.C.de sicar.secus esset dicendum vbi cõ
staret de aggressione vnius,quia ille teneretur,vt dicto
§.cum arietes.vbi plenius vide Bart. & Docto.& per
hæc sit expeditum istud primũ exemplũ gl.super ista

Sectiõ exemplũ huius regulę.

76 regula.¶Secũdo exemplificat hic glos.† istam regulã
in contractibus in quibus sine sciẽtia,consensu,& vo-
luntate non contrahitur.l. sicut.C. de actio.& oblig.l.
in commodato.§.sicut.ff. cõmoda.& C.de dona.l.nec
77 ignorans.vbi dicit,†quod ignorãs,vel inuitus nemo do
nat, licet videatur cõtrariũ probari in l.si seruus seruũ.§.
si oliuã.ff.ad l. Aquil.Sed vt dicit Salic.in d.l.nec igno-
rans.ille tex.impropriè loquitur de donatione pro amis-
sione,scilicet expensarum,quas quis fecit colligendo
fructus maturos in prædio alieno.Simile est Institu.de
rer.diuisio.§.ex diuerso. Sic etiam dici debet in casu l.
cuius per errorem.eo.isto tit.vbi indebiti consultè facta
78 solutio donatio est. ¶†Sunt etiã alij casus in quibus
præsumitur donatio, vt l.si verò non remunerandi.§.
inde Papinianus.ff.mãd.in fin.l.Procula.ff.de proba.
in fi.C.famil.ercisc.l.filiæ cuius. & l.quod pater.eo.illo ti.l.
verum.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.vnica.C. de peric.
succ.parẽtis. li.x.& ff.de dona.l.donationes.§. species.
79 vbi sunt casus speciales.†quoniam regulariter in du-
bio nemo donare præsumitur nisi hoc agatur.l.vxori.
§.fin.ff.de lega. iij.& l. cum de indebito.ff.de proba.&
maxime vbi alia causa, quàm donationis potest sub-
esse.l. si cum aurum.ff. de solutio.Notãt Doct.in l.quę
dotis.ff.solu.matri. ita quòd expresio causæ etiam in-
ualidę facit cessare præsumptionem donationis, secun
dum Bal.in l.j.ff.solu.matri.qui alleg.d.l.si cum aurũ.
¶In casibus autem prædictis in quibus præsumitur do-
natio, non violatur ista regula: quoniam illa est legis
præsumptio quæ præsumit donationẽ factam de scien
tia donantis,vt in dicto.§ inde Papinianus.hoc præ-
sumitur propter donationem præcedentem ab alio fa-
ctam,vt ibi dicit glos. & Salic.& not. Angel.in l.sed &
si lege.§.consuluit.ff. de peti.hære.Sic & in cæteris alijs
prædictis casibus curiosus quisque lector rationes præ
sumptę donationis factæ de præsumpta scientia dona
80 toris inueniet.† In contractibus enim magis mentem quàm
verba debemus inspicere.l. promittendo.in prin.ff.de
iur.dot.& l in cõuentionalibus.ff.de verb.oblig.not.
Bart.in repetitione l. Cæsar.ff.de publica.& est gloss.
notabilis xxiij.q.j.c.paratus super dictiõe, verba. Nã
verba leguntur quandoque sumuntur impropriè, vt dictũ est
superius.facit quod habetur in l.ij. & ibi per gloss.sup
verbo, cõmodauit.C.de his qui ex publi.ra.mu.pec.
81 suscep.lib.xij.† vbi commodare sumitur pro mutua-
re.facit l.veteres.cum l.seq.ff.de actio.empt.& vend.&
C.de fund.patri.l.fundos.lib.xj.not.per Ang.de Aret.
Instit.de actio.§.omnium.xxj.colum.vers.addas aliud.
quod est vtile scire, secundum Iacob.Rebuf. in dicta l.
ij.pro libellis sustinendis, in quibus libellantes quan-
doque impropriè vtũtur verbis. Facit etiam extra gloss.
ad istam regulam, & in hoc exemplo de contractibus
82 illud, quod habetur in l.si ego.ff.de nego.gest.†vbi so
lutio facta gerenti negotia creditorũ non liberat debi-
torem eo,quia dñium pecuniæ non transit in credito-
rem hoc ignorantẽ,id est,non habentẽ verã, & certam
scientiam de soluto,nisi illa habita ratificet,quod face-
re potest inuito soluente,vt ibi dicitur.Quod secundũ
Bald.ibi procedit in quocunque negotiorum gestore si-
ue sit cõiuncta persona siue nõ,vt l.vero procuratori.
& l.filiæ.ff.de solutio. & l.qui hominẽ. §. si debitorẽ.
83 eo.tit.l.non solum.ff.solu.matri. ¶†Potest etiam po-
ni exemplum in hac regula quo ad contractus de l.in
venditionibus.cum tribus ll.sequentibus.ff.de cõtra-
hen.empt.vbi error, vel ignorantia in materia, in cor-
pore vel sexu,quia non est vera nec certa scientia con-
trahentium,impedit cõtractum emptionis, & vendi-
tionis,vt non perficiatur,nec valeat, quia sic errando
non est cõsensus inter cõtrahentes, cum tamẽ talis cõ-
tractus cõsensu perficiatur, vt l.consensu. ff.de actio.&
84 oblig.& Instit.de obli. ex cõsen. cũ similibus. † Secus
esset si error vel ignorãtia esset in nomine,in qualitate
vel bonitate,quia illa non impediret contractum, vt
dictis iuribus,& l.cum in corpus.ff.de acquir.re. dom.
85 †Ignorantia etiã quandoque impedit matrimonium contra
hendũ,& dirimit iam contractũ. de quo per glo.in sum.
xxix.q.j.& in c.j.vbi est notabilis text.cum sua gloss.
& ibi per Archid.Error enim cõtrariatur consensui, & illi
nocet, in l.si quis per errorẽ. ff.de iurisd.om.iudi. & l.ij.
in princ.ff.de iudi.vide Hostiẽ.in summa,de sponsa.&
matrim.§.qualiter impediatur.vers.primo ergo occur
rit error. & eritis clari in hoc articulo matrimonij per
errorem cõtracti.& Azo in summa, de sponsa.§.error.
¶Item pōt poni exemplũ in hac regula de l.iij.§.subti- Aliud
86 lius.ff.de condi.ob cãm.†Vbi error impedit dñij trãs exem-
lationẽ,quia tunc nõ est vera neque certa scientia in tra- plum.
ditione rei,quæ traditur.quia tñ plura iura in hoc passu
varia,& cõtraria videntur, dicendũ est secundũ gl.Bar.
Alber.& Docto.in l.j.ff.de offic.procura.Cæs. vbi est
melior gl. de corpore iuris circa hunc articulũ,Quòd
aliquñ erratur circa personam:quo casu si sit error circa
substãtiam personæ, cui tradebatur, vt quia tradẽs vo
lebat tradere Petro,& tradidit Martino quẽ credebat
esse Petrum,ex illa traditione non transfertur dñium
in accipientem,vt l.si quis vxori.§.cũ Titio.ff.de furt.
Quandoque erratur circa qualitatem personę, quod eueni
re pōt multis modis,vt quia tradens credit liberũ illũ
cui tradit,& est seruus: vel patremfam.cum sit filius in
potestate: vel est falsus procurator,quem putat esse ve
rum: vel est furiosus,& eum putat esse sanę mentis: tũc
si est persona inhabilis ad cõtrahendũ, vt est furiosus,
non transfertur dñium.l.quod meo.§.si furioso.ff.de acqr.
pos.Sed si erat persona habilis ad cõtrahendũ,vel acqui-
rendũ,aut suo noie accepit,vel alieno: si suo,& erretur,
quia putabat tradẽs illũ cui tradebat esse diuitẽ cum esset
pauper, non impeditur dñij translatio ex illo errore,
vt l.falsus.§.si quis nihil. ff.de furt.Si aũt receperit noie

alieno, vt quia tradens credebat recipientem esse ꝓcu-
ratorem illius, pro quo tradebat: distinguendum est, se-
cundum aliquos. Quia aut semel ille fuit procurator,
sed nũc est reuocatus, & sic aliqñ illa qualitas fuit vera:
quo casu, si mala fide receperit sciens se reuocatũ, non
transfertur dominium rei traditę, secus si bona fide, vt
l. vero procuratori. & l. cum quis. §. primo. ff. de solu-
tio. vbi Ioannes de Imo. dicit melius ibi quàm alibi ꝓ-
bari, quòd per procuratorem reuocatum quæritur do-
minium creditori, si bona fide recepit. & dicit ibi esse
casum hoc apertius declarantem quàm alibi: secus est
87 si nunquàm fuit procurator, vt ibi. ¶ † Aliquando er-
ratur circa rem, & tunc aut circa corpus rei, vt quia tra
ditur bos, & putabat tradens equum tradere: tunc im-
peditur translatio dominij, quia deficit consensus, vt
dicta l. in venditionibus. in princip. ff. de contrahend.
emptio. deficiente enim consensu non transfertur do-
minium. l. nunquàm nuda. in princip. ff. de acquir. rer.
domin. & l. si me in vacuam. ff. de acquiren. possessio.
Si verò erretur in substãtia rei, etiam impeditur domi-
nij translatio: vt si tradatur massa ferri, pro massa auri,
vt dicta l. si cum aurum. ff. de solu. & l. eleganter. §. qui
reprobos. ff. de pigno. actio. & dicta l. in vẽditionibus.
§. fin. cum l. seq. & l. quid tamen. Isto autem casu vale-
ret stipulatio, vt l. si id quod aurum. ff. de verb. oblig.
vbi pro ratione diuersitatis vide Barto. Io. de Imol. &
Docto. qui intelligunt illum tex. in causa lucratiua, &
non in onerosa, & tam in contractibus stricti iuris, ꝙ
bonę fidei, in quibus dicunt valere contractum, si in-
tersit partis deceptę illum valere, licet sit error in substã
tia, vel materia rei, vt est text. cum gloss. in l. prima. in
fin. ff. de pigno. actio. secus si non intersit partis dece-
ptę, vt valeat contractus, vt s. dictum est. ¶ Aliquan-
do error est in nomine, & tunc aut ꝓprio aut appella-
tiuo. si proprio, vt quia credit contrahens vnum vo-
cari Petrum qui vocatur Martinus, vel Codicẽ vocat
Digestum, aut econtra, tunc quia in corpore adest cõ
sensus, licet sit error in nomine ꝓprio, nõ impeditur cõ
tractus nec dominij translatio. C. de testa. l. si in nomi-
ne. & dicta l. in venditionibus. §. planè. Si autem sit er-
ror in nomine appellatiuo, vt quia vestis appellatiõe
putabat contrahens aurum, vel equum contineri, er-
ror ille impedit cõtractum, & dominij translationem.
l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. cum ibi nota-
Limitatio. tis per Bart. & Docto. Qui dicunt hoc esse verum ni-
si illa nomina appellatiua haberẽt magnam cõueniẽ-
tiam, vt est appellatio chartarũ, voluminũ, & librorũ,
vt l. librorũ. §. qđ tñ Cassius. ff. de leg. iij. Aliquando
contingit error circa pondus vel mensuram rei, vt q̃a
dabatur vel tradebatur in maiori pondere, vel mensu-
ra quàm esset contractũ, tunc in eo in quo erratur, nõ
transfertur dominium, deficiente vero certoq; consen-
su, vt in ista regula, & d. l. si quis vxori. §. si maiora. &
ff. de dol. l. arbitrio. §. de eo. ¶ Quandoq; erratur in do-
minio, & tunc aut tradens tradit rem suam, quam scit
esse suam, sed tradit vt alienam, quo casu trãsfertur do
minium, vt l. Iulianus. §. fi. aliàs est l. curator. ff. de cur.
furio. vbi redditur ratio per glos. & Bal. ¶ Aut erratur
in qualitate dominij, vel causa, vt quia tradẽs domi-
nus rei credebat rem esse suam ex successione Titij cum
ad eum pertineret ex successione Caij, & valet contra-
ctus, nec impeditur ꝓpter hoc dominij translatio, vt
l. seruum Titij. secundo responso. ff. manda. Sed si erre-
tur in dominio, quia tradens nescit esse rem suam cum
sit sua, sed putat esse illius cui tradit, impedit dominij
translatio, vt dicta l. tertia. §. subtilius. ff. de condictio.
ob causam. Nisi secundum gloss. in dicta l. j. ff. de offic.
procura. Cæsa. quam sequitur ibi Bartolus, & in l. ex
hoc iure. ff. de iusti. & iur. autoritate rei iudicatæ illa res
traderetur, quod in dictis iuribus non bene placet Al
beric. Aut tradens est dominus, sed rem esse putat, non
illius cui tradit, sed alterius: quo casu si putat illius esse
à quo causam habebat, transfert dominium. l. eius. §.
quas verò. ff. si certum petatur. Secus est si putabat rem
esse alterius quàm illius à quo habebat causam, vt l. si
procurator. ff. de acquirend. rerum domi. Aut tradit
rem alienam vt suam, & suo nomine, & impeditur do
minij translatio, quia nõ potest transferre dominium,
quod non habet. l. traditio. ff. de acquirend. rerum do-
minio. & l. nemo plus iuris. ẽ. isto titu. Nec potest do-
minus rei habere ratam alienationem, cum suo nomi-
ne non sit facta. & hoc verum est nisi in subsidium, vt
l. mater. C. de rei vendic. vbi plenè per Doctores. Aut
tradit rem alienam nomine domini, sed sine mandato,
& non transfertur dominium, vt dicta l. prima. ff. de
offic. procur. Cæsa. & l. prima. C. de rebus alien. non
alienan. cum similibus. Potest tamen dominus ratum
habere, quæ ratihabitio retrotrahitur, vt l. finali. C. ad
Maced. & in cap. ratihabitio. extra isto tit. libro sexto.
88 † Si autem habet mandatũ, in tribus casibus alienatio
valet, & dominium transfertur. Primus est si habet spe
ciale mandatum ad hoc. Secundus, si habet generale
cum libera, vel sunt res quæ seruando seruari non pos-
sunt, vt l. procurator cui generaliter libera. & l. procu-
rator totorum. ff. de procuratoribus. & l. iusiurandum
quod ex conuentione. §. fina. cum l. sequen. ff. de iureiu
ran. & l. lex quæ tutores. C. de administratio. tuto. Fal-
lit tamen hoc in procuratore Cęsaris, qui in damnum
Cæsaris non transfert dominium, vt dicta l. prima.
89 ¶ † Aliquãdo interuenit error in causa non dominij,
sed traditionis, vt quia creditur vera quæ est falsa, tunc
non impeditur dominij translatio, vt quia credit quis
se debere centum ex vendito, & tradit ex illa causa, sed
creditor recipit ex alia. transfertur enim dominium pe
cuniæ in accipientem, sed competunt tradenti remedia
iuris scilicet condictio indebiti, vel ob causam, vel sine
causa, vt in illis titul. ff. & C. & hoc est quia ambo sci-
licet tradens, & recipiens in hoc concurrunt, quod est
verum, nedum si tradens erat principalis, sed si erat
procurator cum libera, vt est glossa singularis in l. ser-
uus inscio domino. ff. de fideiusso. quam sequitur ibi
Angelus, & Ioannes de Imola. Si autem tradens, & ac-
cipiens discordant in causis traditionis, vt quia tradẽs
volebat donare, sed accipiens recipere ex causa vendi-
tionis: isto casu aut vtraque causa est habilis ad domi
nium transferendum, aut altera tantum. Et si altera tan
tum, non transfertur dominium, vt l. si ego. in fine. ff.
si certum petatur. Sed si vtraq; sit habilis ad trãsferen-
dum dominium, & appareat quòd tradens velit tan-
tum ex vna causa, & non ex alia transferre, impeditur
dominij trãslatio, vt dicta l. si ego. in primo casu. Vbi
autem non apparet, quòd ex vna tantum causa volue
rit tradere, error non impedit translationem dominij,
vt l. cum in corpus. ff. de acquiren. rerum domi. Si ta-
men vtraq; causa continet verum debitum, electio est
debitoris in quam causam solutũ, vel traditũ esse velit:
quo

quo non eligente transfertur electio in potestatem le-
gis, quæ statuit, vt in duriorem causam videatur esse
solutum. l.j. ꝑ.iŋ.& quarta. ff. de solutio. Notate tamen
quòd licet vbi ex potestate tradentis venit dominium
transferendum, dissensus, vel error impediat dominij
translationem secundum superius explanata: secus est
si venit transferendum dominiũ ex potestate legis, vt
est text. singularis in l. si is cui. ff. de lega. ij. secundũ Bar
tol. ibi. vel secundum Bald. & Ioan. de Imo. dici potest
quòd ibi hoc operatur voluntas testantis, qui non er-
rauit, cuius voluntate dominium est transferendum.
Cætera circa hoc exemplum vide per glo. & Docto.
90 in locis, & passibus superius allegatis ¶ † Vlterius est
aduertendum, quòd dicta superius in contractibus,
vbi requiritur certa scientia, locum habent in distracti
bus, per ea quæ habentur in l. ab emptione. ff. de pact.
& l.j. & ij. C. quando lic. ab emp. disced. & l. nihil tam
91 naturale. ff. isto titu. Ideo pertinenter dicit Bald. † quòd
si conductor finito tempore locationis vellit recedere
de re conducta debet hoc notificare locatori, & donec
notificet tenetur sibi ad pensionem, vt ipse singulari-
ter notat in l. prima. § fina. ff. de eo qui pro tu. nego.
gest. per illum text. & facit secundum eum l. item quæ-
ritur. § exercitu. ff. loca. & l. si procuratorem. § si igno-
rantes. ff. mand. & si locator sit absens, debet condu-
ctor notificare hoc coniunctis ipsius locatoris, per di-
ctũ §. fina. quod dicit esse notandum. ¶ Deinde est ad-
uertendum, quod ista regula, quæ requirit veram, &
perfectam scientiam in his quæ animi destinatione a-
92 genda sunt, præstat argumentum, † quòd procurator
ab aliquo constitutus, qui ignorat se constitutum
procuratorem, faciens aliquem actum, nulliter facit,
nec dicetur factum à procuratore, vel saltem non vale-
bit: quia suscipere mandatum dependet à consensu su-
scipientis, sicut & constituentis, vt l. filiusfami. § inui-
tus. ff. de procura. & C. eo. l. inuitus. facit l. quæro. ff.
de eo qui pro tu. nego. gest. & l. iij. §. sed quod de tuto-
re. ff. rem rat. hab. & hæc fuit sententia Ioan. Andr. post
Archidiaco. in cap. is qui. de procura. lib. vj. quamuis
Dyn. consuluerit contrarium, vt recitat Bal. in l. qui in
domini. ff. de testa. sed non bene secundũ Ioan. de Imo.
ibi per supradicta, & per notata Bart. in l. si pupilli. §.
si procuratori. ff. de nego. gest. imò, secundum de Imol.
etiam si sciret se constitutum, ante susceptionem man-
dati, nisi constitutio sibi foret nunciata per literas con-
stituentis, vel nuncium, arg. l.j. in fi. ff. de contrahend.
empt. & per illud, quod habetur in cle. instrumẽto. de
93 procura. extra. & facit l. filiusfa. ff. ad Maced. ¶ † Con-
tra istam secũdam casus positionẽ, in qua dictum est,
ꝙ in cõtractibus vera, & certa sciẽtia requiritur, gl. hic
opponit de l. donatarum. C. de acqren. pos. & de l. ij. ff.
rem pu. sal. fo. in quibus acquiritur infanti, vel pupil-
lo, vbi non est certa scientia, & soluit ibi esse speciale,
& quòd in illis iuribus fallit hæc regula. Sed cõtra hoc
multũ facit l.j. §. adipiscimur. & l. quamuis. §. infans.
ff. de acquiren. possess. Quidam dixerunt illas ll. esse cor
rectas per dict. l. donatarum. quod non placet ibi Sali.
cum legum correctio sit euitanda. l. sancimus. C. de te-
sta. & l. præcipimus. in fi. C. de appel. alij dicebant, ibi
esse speciale in donatione: sed non assignant aliquam
bonam rationem specialitatis: quoniã sine animo nõ
acquiritur possessio. l. quemadmodum. ff. de acquiren.
possess. & l. licet. C. eo. tit. Salic. vero in d. l. donatarum.
pro inuestigatione veritatis, concludendo dicit, quòd
aut traditur seruo infantis, & acquiritur possessio ipsi
infanti, vt l. si quis in emãcipatum. C. de donatio. Aut
ipsius infantis tutori: & tunc quæritur infanti posses-
sio, vt d. l. donatarũ. in fi. Aut traditur infanti cum au-
toritate tutoris: & idem dici debet, vt d. l. donatarum.
in princip. secundum lecturam Ioan. Sed Ioan. de Imo.
94 in d. §. adipiscimur. hoc intelligit verum † si infans
habeat aliqualem intellectum. & ita intelligatur d. §. in
fans. & dicit quòd glo. ibi posita ita sentit si bene pon
deretur: secus si nullum haberet intellectum: quia tunc
non est cui accedat autoritas, sicut nec furioso. Sed qd
quid ipse dicat, furioso cum autoritate curatoris vide-
tur acquiri possessio, & cum autoritate tutoris infan-
ti, vt in d. §. adipiscimur. vbi in hoc videtur glo. reside-
re, & est intentio Salice. vt dictum est, qui subiungit ꝙ
vbi traditur defuncti sine tutoris autoritate si aliqua-
lem habeat intellectũ acquiritur sibi possessio in rebus
in quibus affectio infantis cadere potest, vt in locali-
bus, & similibus. quæ fuit opinio Petri, quã Bal. in d.
l. donatarũ. dicit non esse multum tutã, vel vt dicit Sa-
lice. quia supponitur, ꝙ tam tradens animũ habuit tra
dendi possessionem, q̃ infans recipiens in casu prædi-
cto animum acquirendi, illa acquiritur infanti: ergo vt
ipse dicit, vbi supponitur infantẽ habere aliquem in-
tellectum & animũ, potest sibi acquiri possessio, vnà
cum animo tradentis. Sed vbi nõ habet aliqualẽ intel-
lectum, nõ potest per se solum acquirere: quia animus
deest, & qui suppleat non adest. Sed per tradentẽ ei va-
cuam possessionem, & per insistentiã corporis infan-
tis consultius videtur esse dicendum, secundũ eundem
Salice. quæsitam esse possessionem infanti, quasi ani-
mus tradẽtis suppleat animum infantis. & hoc specia-
liter inducit d. l. donatarum. in infante, quod ante non
fuerat dispositum. quod tamen nõ affirmat ipse Salic.
sed gratia disputationis vult esse dictũ. cõsulit tamen
95 pro tutiori, ꝙ cũ autoritate tutoris ista fiant. ¶ † Et ea
quæ dicta sunt in infante, dicit Ioan. de Imo. in d. §. adi
piscimur. procedere in pupillo proximo infantiæ: se-
cus si sit proximus pubertati: quia ille per se solũ põt
acquirere, vt d. §. adipiscimur. & Institu. de inutil. stipu.
§. pupillus. vide plenius circa hoc gloss. & Docto. in
96 iuribus superius allegatis. ¶ † Postremo circa hunc ar
ticulum contractuũ, de quo glos. in hac regula loqui-
tur, sciendum est, quòd licet certa sciẽtia requiratur, suf
ficit eam esse certam respectu rei super qua cõtrahitur,
& personæ quæ per licitationem vel subhastationẽ cõ
trahit cum incerta persona: quia cũ illa cõtrahitur, quę
in subhastatione vel licitatione plus offert. Nã illa per-
sona comparante, & plus offerente contractus est per-
fectus, vt dicit Bar. quem vide in l. licitatio. in princip.
ff. de publica. & Docto. in authen. hoc ius porrectum.
C. de sacrosanct. eccles. & in l.j. & iiij. C. de fide instru.
97 & iur. hast. fis. libr. x. ¶ † Tertium exemplum hic poni- Tertiũ excẽplũ in hac regula.
tur in hac regula in vltimis voluntatibus, in quibus re
quiritur vera, & certa scientia testatoris, ideo furiosus
tẽpore furoris cũ illã nõ habeat testari nõ potest. l. fu-
riosum. C. qui testa. fa. pos. & Insti. quib. nõ est per. fa.
testa. §. item furiosi. Quamuis referat Ioan. Andr. in c.
fi. extra de successio. ab intesta. in nouel. & Bald. in cap.
primo. per quos fi. inuesti. Valeriũ Maximum dixisse

testamentũ cuiusdã furiosi qui bene disposuerat, fuisse
Romæ per Senatores confirmatum. Impubes etiam,
cum nõ habeat iudicium perfectum, nõ potest testari,
vt l. qua ætate. ff. de testa. & Instit. quib. non est per. fac.

Incert' de suo statu.

98 tes. §. præterea. † Ille etiam, vt dicit hic gloss. qui testa-
tur debet esse certus de suo statu, ideo incertus de suo
statu, aut errans vel dubitans, non potest facere testa-
mentum, vt l. qui in domini. in fi. cum l. de statu. ff. de
99 testa. & l. j. in princi. ff. de lega. iij. ¶ † Quæ autem differẽ
tia sit inter errantem, dubitantẽ, vel ignorantẽ, tractat
glos. quæ signanda est secundũ Bar. & Ioan. de Imol. in
d. l. de statu. & Bal. in l. scire leges. ff. de legib. & gl. super
rubrica de iur. & fac. ign. Quando enim quis incertus
est, an sit captus ab hostibus, quo casu ibi existens te-
stari non potest, vt l. eius. in princip. ff. de testa. vel à la-
trũculis, quo casu testari posset, vt l. qui à latronibus.
eod. titu. in princip. non valet testamẽtum, quod facit
incertitudine pendẽte, vt d. l. j. de lega. iij. notat glos. &
ibi Paul. de Cast. & Doct. in d. l. qui à latronibus. quia
saltem vna pars dubitationis tendit ad nullitatẽ testa-
menti. Secus esset secundũ Barto. in d. l. de statu. & ibi
Paul. de Cast. & ipsum Bart. in d. l. j. de leg. iij. quando
neutra pars dubitationis tenderet ad nullitatem testa-
menti, vt si dubitaret testari volens, an esset de ciuitate
vel de comitatu. nam vterq; testari potest, ideo valet te-
stamẽtum. l. seruus hereditarius. cum l. seq. ff. de acquir.
100 hæred. † Sciẽdum est tamen, quòd illud quod dictum
est, captum à latronibus qui certus est, illos esse latro-
nes, & non hostes, de quibus per Bart. in l. hostes. ff. de
capti. & postli. reuer. posse testari, hoc verum est præ-
terq̃: ad vtilitatem latronũ, sicut nõ valeret contractus
in illorũ fauore, vt l. qui in carcerem. ff. quod met. cau.
& notatur per Bar. Bal. Paul. de Cast. & Ioã. de Imol.
post glo. in d. l. qui à latronibus. Et quia in istis carceri
bus diuersi diuerso modo loqui videntur, potest cõ
101 cludi secundũ Ioan. de Imo. † Quòd detẽtus in carcere
priuato ad vtilitatẽ detinentis non potest contrahere,
nec testari, per ea quæ habẽtur in d. l. qui in carcerẽ. fa-
cit l. j. & ij. C. si quis ali. test. prohib. Sed ad vtilitatẽ alte
rius sic, vt est casus in d. l. qui à latronibus. iuncta glos.
& facit l. metum. §. sed licet. ff. quod met. cau. & l. si pa-
ter. §. j. ff. de donatio. & l. nam & Seruius. in princ. ff. de
nego. gest. & ratio reddi potest, quia ille carcer respectu
detinentis est iniustus. l. vnica. C. de priua. car. inhib.
Sed si esset iustus carcer, & recte riteq; facta detentio in
carcere, tunc ibi posset detentus contrahere, & testari,
vt l. si. in princip. ff. quod met. cau. quia non est verisi-
mile, vt ibi dicitur, quòd in custodia publica fiat iniu-
sta coactio. & facit quod habetur in l. j. & ij. C. de cu-
stod. reo. Carcer enim ille introductus est à iure ad cu-
stodiẽdos homines, vt l. aut damnũ. §. solet. ff. de poe.
& hoc etiam tenent Barto. & Docto. in dict. l. qui in
carcerem. Aliquando potest quis iuste, vel recte detine
ri, vt quia vere erat debitor, tamẽ casus erat talis, quòd
rite non poterat capi: verũtamen forte aduersarij po-
tentia aut impressione fuit captus, quo casu idem dici
debet ac si esset detẽtus in carcere priuato, dummodo
de aduersarij potentia, vel impressione constet, secun-
dum Ioan. de Imol. vbi suprà. Nam licet in dubio hoc
non sit præsumendum, vt dict. l. si. tamen præsumptio
legis vincitur probatione, & veritate de qua constat,
vt notatur in l. siue possidetis. C. de proba. & l. filium.
ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & per glos. in cap. cu-
pientes. §. quòd si per xx. super verbo, verisimilia. ex-
tra de elect. libr. vj. & idem dicit vbi nec rite, nec recte
foret detentus per potentiam aduersarij se creditorẽ as-
serentis, cum non esset, contra quem etiam compete-
ret actio iniuriarum. l. iniuriarum. §. si quis per iniu-
riam. & l. item apud Labeonem. §. si quis non debito-
rem. ff. de iniur. ¶ Quãdoq; potest quis rite capi, sed nõ
recte, vel iuste, vt quia forte erat obligatus per instru-
mentum publicum, sed soluerat, & tunc idem dici de-
bet ac si esset rite & recte captus, secundum Io. de Imo.
quia potest allegare solutum, & probare ac petere iu-
stitiam, quæ verisimiliter sibi ministrabitur. Nec est ve
risimile, quòd per hoc cogatur illicite ad testandum,
vel contrahendum, vt dict. l. fin. in princip. & similiter
idem dicit quando fuit non rite captus, non seruata so
lennitate, quod processit non propter potentiam par
tis, sed simplicitatem iudicis, qui putauit hoc facere po
tuisse, ideo quo ad potestatem contrahendi, & testandi
simile est ac si esset captus iuste, & rite: quia non est ve-
risimile, quòd si detentus dicat capturam nullam, &
petat se relaxari, quòd non ministretur sibi iustitia per
præsumptionem dict. l. fi. Et ex prædictis colligũt Bar
tol. & Docto. in dict. l. qui in carcerẽ. & Pau. de Cast. &
Ioan. de Imol. in dict. l. qui à latronibus. quòd non va-
let, nec est necessaria cautela, qua aliqui impertinenter
vtuntur qui volentes facta per carceratum siue testan-
do, siue contrahendo valere extrahunt eum de carcere,
taliter tamen, quòd non posset si vellet libere recedere:
quoniam in eo statu semper debet reputari carceratus,
per ea quæ habentur in l. succurritur. cum l. sequẽ. ff. ex
quib. caus. maio. & l. qui neq; §. solutum. & l. verum. &
l. vinculorum. ẽ. titu. proxi. ¶ Et per ista videtur, quòd
non sit simpliciter verum illud, quod dicit Innocẽ. in
cap. cum locum. extra de sponsal. vbi dicit quòd deten
tus non potest aliquid disponere super eo super quo
detinetur, sed super alijs, sic aliter non distinguens: quo
niam imò potest quãdoq; distingui, vt patet ex suprà
102 dictis. ¶ † Est tamen circa præmissa aduertendũ, quòd
testamentũ metu vel coactione factũ, valet, & tenet me
ro iure, & scriptus hæres capit hæreditatem, sed ab eo
tanq̃ ab indigno aufertur per fiscum, vt notatur per
Docto. in l. j. & ij. C. si quis ali. testari prohib. & per
Bartol. in l. fin. ff. illo titu. Sed Ioan. de Imol. in dict. l. j.
ff. de testamen. dicit glos. ibi positam super verbo, iu-
sta. velle quòd si quis cogit aliquem ad testandum, q̃
institutio sit nulla. pro qua glo. facit quia libera debet
esse voluntas testatoris, vt l. prima. C. de sacrosanct.
eccles. cũ similibus, ideo videtur q̃ coactio annullet
ipso iure testamentum, sicut etiam annullaret matri-
monium, in quo debet esse plena libertas, vt in dicto
cap. cum locum. cap. veniens. & cap. gemma. extra de
sponsal. notatur per glos. in cap. Abbas. extra quod
met. cau. & l. fin. in fi. C. de sponsa. & l. Titia. in princi.
ff. de verborum obliga. & ita etiam vltima voluntas
debet habere plenam libertatẽ, vt allegata l. prima. C.
de sacrosanct. eccles. &, vt ipse dicit, iura allegata per
Doctores in dict. l. prima & secunda. C. si quis aliq.
testa. prohib. & l. fin. ẽ. eod. titu. non videntur loqui in
casu isto, sed potius in diuerso si bene ponderentur,
ideo vult prædictam gloss. in dict. l. prima. ff. de testa-
men. esse diligenter menti tenendam circa intellectum
dict. l.

dictæ l.primę.ſi quis aliq.teſta.prohib. cui concordat
alia glo.in l.j.in fi.ff.de auto.tu.Pro quibus gloſſ.ipſe
allegat text.ad hoc bene facientem in l.qui teſtamen-
to.§.fin.in fi.ff.de teſta.vbi ipſe idem tenet,& dicit ibi
eſſe caſum de hoc,quia ſicut ibi non valet teſtamen-
tum in quo teſtes coguntur adeſſe,vt ibi dicit text.ita
nec debet valere teſtamentum coacte factum,& etiã
non valet inſtrumentum,quando notarius cogitur il-
lud facere,vt ibi tenet Paul.de Caſtr.& ipſe poſt Bald.
quia de teſtibus ad inſtrumenta eſt bona argumenta-
tio,vt l.in exercendis.C.de fide inſtrumen.& cap.cum
Ioannes eremita.extra eodem titu. & ita reſidet ſuper
quo cogitate:quia communis opinio Docto.eſt in cõ
trarium.veruntamen ille text.§.fin.dict.l.qui teſtame-
to.videtur vrgere pro opinione ſua & dictarum gloſ.
103 ¶ †Item debet attendi ad illud,quod dictum eſt ſupe-
rius,dubitantem de ſuo ſtatu non poſſe teſtari,quia il-
lud non nocet illi,qui de crimine capitali accuſatur,
quoniam pendente proceſſu teſtamentum per eum fa
ctum valet,& ſi ante ſententiam moriatur remanet va
lidum,vt l.ſi quis poſt accuſationem.ff.de teſtamen.
vbi Doct.& quamuis,vt ibi dicit Pau.de Caſt.videa-
tur interim dubius de ſuo ſtatu,quia iudiciorum euẽ-
tus dubij ſunt,vt l.quod debetur.ff.de pecul.& ſic non
videtur poſſe teſtari per hanc regulam,& iura ſupe-
rius allegata iſtud tamen contrarium ſoluitur per text.
in l.ſi quis fil.exhæred.§.eius qui.ff.de iniuſ.rup.& ir-
ri.teſta.quia,quamuis proceſſus criminalis ſit contra
eum inchoatus,ipſe tamen non eſt incertus de ſuo ſta-
tu præſenti quamuis ſit de futuro,ſed quo ad hoc ſibi
non debet nocere:quia anteq̃ condemnetur,ipſe ſcit li
bertatem & ciuitatem ſibi pertinere:ſecus tamen eſſet
in accuſato de tali crimine,quod morte non extingue-
retur,imò poſt mortem poſſet eius memoria damna-
ri,vt eſt crimẽ læſæ maieſta.& alia de quibus in l.ex iu-
diciorum.ff.de accuſa.de quibus fuit plenius dictum
in l.ſicuti pœna.eo.iſto titu. & de ibi recitatis ſupplete
quæ hic deſunt,quamuis etiam in illis ante latam ſen-
tentiam valeret teſtamentum,ſed illa lata,& damnata
memoria defuncti etiam poſt mortem irritabitur te-
ſtamentum.& ita intelligi debet illud,quod habetur in
d.l.qui à latronibus.§.j.vbi Docto.& in dict.l.ſi quis
poſt accuſationẽ.& Inſti.de hær.quę ab inteſt.defe.§.p
104 cõtrariũ.& d.l.ſi qs fil.exhęre.§.hi aũt oẽs.¶ †Eſt ta-
men aduertendum,quòd vbi quis ad mortem natura-
lem condẽnatur de quocũq; crimine hoc requirente,li
cet ſecundum iura vetera teſtari non poſsit,quia effici-
tur ſeruus pœnę,vt l.qui vltimo.ff.de pœ. eſt tamẽ al-
tercatio magna inter gloſſ.& Docto.an hoc hodie ſit
correctum per §.quod autem.in authen.de nupt.coll.
iiij.& aut.ſed hodie.C.de dona.inter vir.& vxo.nam
glo.in d.l.eius.§ fi.ff.de teſta.& in d.l.ſi quis filio exhę
red.§.ſed ſi quis.tenet quòd hodie illud indiſtincte nõ
procedit,& vltimo ſupplicio nemo efficiatur ſeruus.
Sed glo.in dict.authen.ſed hodie.tenet quòd in damna
tis ad mortem naturalem iura antiqua remanẽt incor-
recta,ſed in ſuperuiuẽtibus,vt in dãnatis in metallũ,pce
dat correctio iuriũ antiquorũ p iura nouiſsima ſupe-
rius allegata.& iſtam opinionem tenet Bart.in d.l.qui
vltimo.& in allegata l.eius.§.fi.& ibi eũ ſequitur Bal.
Paul.de Caſt.& Io.de Imol.& Io.Fab.in d.aut.ſed ho-
die.ſequentes gloſ.ibi poſitam.ſed Salic.ibi tenet con-
trarias gl.eſſe illa veriores per motiua ſua,quæ videa-
tis.opinio tamen glo.in dict.authen.ſed hodie.eſt ma-
gis communis,& videtur verior per motiua Ioan.de
Imo.in d.l.eius.§.fi.Et idem iuris eſſet ſi condemnatus
ad mortem naturalem vi eriperetur de manibus mini-
ſtrorũ iuſtitię,ita q; non moreretur naturaliter,quia re
maneret ſeruus pœnę,nec mutaretur diſpoſitio iuris,
cum hoc ſibi caſualiter accideret,niſi per principem ſi-
bi pœna remitteretur ſecundũ Pau.de Caſt.in d.l.eius.
105 §.fin.¶ †Idem etiam eſt de clerico condemnato ad per
petuos carceres epi,qui actiuè,& paſsiuè eſt inteſtabi
lis,nec aliquid poteſt ſibi legari præter alimenta,quæ
alimenta capit natura eſuriens,& non perſona inha-
bilis,vt l.legatum.ff.de capi.dimi. facit quod habetur
in l.ſi victum.ff.de re iudic.ſecundum Bal.qui ita di-
cit in l.j.C.de his qui non poſ.ad libert.perue.Sed Ioã.
106 de Imol.in l.ij.ff.de pub.iudic.dicit †quòd de iure ca-
nonico non poteſt aliquid relinqui condemnato ad
perpetuos carceres etiam pro alimentis,per cap.nouiſ-
mus.extra de verb.ſignific.& c.quamuis. extra de pœ.
lib.vj.Innocen.verò in cap.qualiter,& quando.ſuper
§.ad corrigendos.extra de accuſa.videtur velle id quod
dicit Bald.pro alimentis poſſe tali cõdemnato legare,
& valere legatum.æquiparat enim Innocen.damna-
tum ad perpetuos carceres damnato in metallum,cui
poteſt relinqui pro alimentis,vt l.iij.ff.de his quæ pro
non ſcrip.hab.& ita videtur reſidere Ioan.de Anan.in
dicto §.ad corrigendos.Eſſet tamen circa præmiſſa co
gitandum:quia hodie iura antiqua loquentia de inte-
ſtabilitate damnatorum in metallum,videntur corre-
cta per prædictum §.quod autem.in authen.de nupt.
107 vt ſuperius fuit explanatum.¶ †Eſt tamen menti te- De dãnaro i carcerẽ i terris Imperij.
nendũ,q; in terris Imperij damnatus ad perpetuũ car-
cerem:quia illa pœna eſt prohibita iure ciuili,vt d.l.
aut damnum.§.ſolẽt.ff.de pœ.& l.incredibile.C.eo.ti
tu.niſi in ſeruis,vt l.ſi ſeruus.eo.ti.& in l ij.C.de exact.
trib.lib.x.ſi ibi moriatur,vel etiam condemnetur,vt
occidatur veneno:quia illa pœna etiam à iure prohi-
betur infligi,vt dicta l.aut damnum.§.j.verſi.proinde.
non irritabitur illius teſtamentũ,ſecundũ Ange.& Io.
de Imol.in l.ſi quis mihi bona.§.j.ff.de acquirẽ.hæred.
¶ An autem damnatus ad mortem naturalem,vel du-
bitãs de ſuo ſtatu poſsit teſtari ad pias cauſas,vide Bar
to.in l.j.C.de ſacroſanct.eccleſ.in iiij.& v.quæſtioni-
bus primę partis,& ibi Bal.& Salic.¶ Hoc etiã ſcien-
dum eſt,quòd quia hæc regula requirit veram & per-
fectam ſcientiam teſtatoris,vt iuribus ſuperius allega-
108 tis.†Si quis inſtitueret omnes homines mundi hæ-
redes,licet valeret inſtitutio mero iure,vt Inſti.de hære.
inſti.§.ſeruus plurium.in fi.cum teſtatoris voluntas ſit
pro lege ſeruanda,vt in authent.de nupt.§.diſponat.
coll.iiij.tamen propter nimiam difficultatem,& im-
poſsibilitatem aditionis ſua diſpoſitio redderetur in-
utilis,vt dicit gloſ.ſingularis in dicto §.ſeruus pluriũ.
quam recitant,& ſequuntur Angel.& Ioan.de Imo.in
l.vbi.in princip.ff.de verbo.obliga.¶ Deinde gloſ.hic
ſubiungit,q; hæc regula fallit in l.qui quartã.ff.de leg.
j.vbi error nominis quotitatiui,vel quantitatiui non
vitiat legatũ.quod eſt verũ ſecundũ Cy.Bart.& Bal.ſi
cõſtet de errore.& ibi maior quãtitas trahitur ad mino
rem:quia minor ineſt maiori,& ideo in hoc quodam
modo concurrunt mens,& verba teſtatoris.facit l.j.§.

si stipulanti.ff.de verb.obli.vbi per Bar.& Io.de Imol.
in d.etiā l.qui quartā.iij.respōso.minor quātitas trahit
ad maiorem secundum vnum intellectū glo.quod est,
vt ibi dicit Bal.non vi expressi,sed vi taciti,quod gere-
batur in mente testatoris, hoc tamen debet probari.
facit l.quoties.§.sed si non in corpore.ff. de hæred.in-
stitu.aliàs staretur verbis,vt l.si alij.ff.de vsufruct.leg.
& sic minus iterum traheretur ad maius,vel deberetur
minus secundum alium intellectum gl.in d.l.qui quar
tam.vel iungi potest vterq; intellectus illius l.qui quar
tam.in tertio responso.secundū Bal.videlicet,q̄ si vera
intētio testatoris stetit in finibus cogitatiōis, nihil ope
ratur:quia talis voluntas nō est testamentū iuxta defi-
nitionē testamēti positā in l.j.ff.de testa. & testamentū
nō præsumitur nisi probet.l.iij.§.de illo.ff.pro socio.
& l.lege obuenire.ō.tit.proxi. aut cogitatio testatoris
non stetit in nudis finibus cogitationis, sed prius enū
tiauerat vel declarauerat suā voluntatem, & tunc sta-
tur veritati.l.si mihi & tibi.§.in legatis.et l.si ita scriptū.
ff.de lega.i.& potius præsumitur error q̄ pœnitentia
testatoris.arg.l.cū tacitū.& l.quinquaginta.ff.de pro-
109 ba.facit l.item quia.§.idē Iuliano.ff.de pac. ¶ †Vlte-
rius pro continuatione huius articuli subiungit hic
glo.exemplū de l.cum qui duobus.in prin.ff.de acqr.
hæred.vbi dubitatio hæredis instituti,qui de viribus
testamenti dubitat,impedit aditionem hæreditatis,ob
quod recitatur ibi quæstio per Ange.& Io.de Imol.&
Pau.de Cast.quę de facto fuit Paduæ,de quodam qui
erat institutus in duobus testamētis eadē die factis,nec
apparebat quod illorum prius,vel posterius factum
fuisset.& dicebant aliqui,quòd ex neutro illorū pote-
rat adire propter incertitudinē.quod dicebat Ang.esse
verum si ex vno tantum testamēto institutus volebat
adire;secus si volebat adire ex quocunq; testō sibi esset
hæreditas delata:quia tunc cū ex vno illorum delata
sit,satis est,ipsum esse certum hæreditatem ex testamen
to sibi esse delatā,licet ignoret an ex hoc vel illo per-
gameno.allegat ad hoc l.quòd si dubitet.eo.ti.de acq.
hæred.& l.Gallus.§.si eius.ff. de liber. & posthu.& ita
dicit Ange.se fecisse practicari,& obtentum fuisse,pro
quo cōsilio habuit sexaginta ducatos:quia hæreditas
erat opulentissima.¶ Addit ad eum Ioan.de Imol.q̄ si
in dictis testamentis non est aliqua difformitas censen-
tur esse vnum testamentum sæpius scriptum.l. vnum
testamentum.ff.de testa.& sic indubie posset adiri hæ-
reditas.& idem etiam si esset aliqua difformitas, sed nō
magna,puta si vnus & idem esset in illis duobus testa
mentis institutus,& si in vno essent relicta centum ali-
cui,& illi eidem in alio testamento quinquaginta.ad
quod facit l.Sempronius Proculo.ff. de lega.ij.& hoc
sequitur Paul.de Cast.in dicta l.cum qui duobus.

Ita obtētū,& practicatum.

110 †Sed si esset maior diuersitas,vt quia alia legata facta
sunt in vno quàm in alio,& diuersis personis,tūc esset
magis dubitatio, tamen forte secundum eundem de
Imol.ex ratione dict.l. Sempronius.posset dici, quòd
soluantur legata illius scripturæ,in qua minus hæres
grauatur.quāuis hoc non sit sine dubitatione,quia il-
la l.Sempronius.non loquitur proprie in hoc casu,
sed quando vni & eidem erant legatę diuersæ quanti-
tates. Sed si difformitas esset:quia diuersis locis coram
diuersis testibus essent factæ scripturæ dictorum testa-
mētorū,videtur maior dubitatio quàm dixerit Ange.
secundum Ioan.de Imol.qui contra dictum Angelum
allegat text.dictę l.cum qui duobus.quæ vult in simi-
li hæreditatem non posse adiri. Sed ipse Angel.quem
sequitur Pau.de Cast.respondebat,quòd ex neutro po
test adire institutus si velit animum suum applicare ad
vnum tantum:secus,vt dictum est,si adire velit ex quo
cunque illorum sit hæreditas sibi delata,per iura su-
perius allegata.Sed hæc responsio non bene placet Io-
an.de Imol.quia vt ipse dicit, contra Ang.videtur tex.
in dicta l.cum qui duobus.& ad l.quòd si dubitet.alle-
gatam per Ange.dicit quòd loquitur in alio casu: quia
ibi re vera certum erat,hæreditatem esse delatam,quā-
uis institutus dubitaret, an testator apud hostes, vel
in ciuitate decessisset,sed in casu isto non erat certum di
ctam hæreditatem esse delatam ex aliquo dictorum
testamentorum.Sed cogitate vos,si possit sustineri,q̄
etiam in casu isto habens duo testamenta nullius,vel
modicæ difformitatis eadem die bene facta certus sit
hæreditatē sibi delatam esse, licet nesciat ex quo perga
meno illorum,ideo ratio legis,quòd si dubitet.licet nō
verba illius,videtur hic habere locum. Rationi autem
atque menti legis magis quàm verbis est inhærendū.
l.iij.C.de liber.præte.& l.scire leges.ff.de legi.& l.iij.§.
111 conditio.ff.de adimen.vel transfe.leg.¶ †Vbi verò di-
uersi sunt hæredes instituti in duobus testamentis,nec
apparet quod prius,aut posterius factū sit,est quęstio
sabbatina de qua per gl.in l.fi.in fi.C.de edic.di.Adri.
tol.& l.prima.§.primo.ff.de bono.possess.secūdū tab.
quo casu videtur,quòd ex neutro possit adiri hæredi-
tas,aut peti bono.pos.secundum tab.& ita tenuit An
gel.cum vterq; debeat dubitare de viribus testamenti
vbi proferuntur duo contraria testamenta eadem die
facta:quia nescit vterq;,an sibi sit hæreditas delata, vt
in l.cum qui duobus.in princip.& l.is qui putat.& l.
Clodius.ff.de acquiren.hæred.facit l.si fuerit.ff. de reb.
dub.vbi ratione incertitudinis dispositio vitiatur.
¶ Hoc tamen limitatur per Bartol.post Iacob. But.in
dicta l.j.§.j.ff.de bono.pos.secundum tab.nisi illa duo
testamenta fierent sub vna sigillatione: quia tunc dici
debet vnicum testamentum,& ambo instituti æquali-
ter succederent,dict.l.j.§.si in duobus.ff.de bono.pos.
secundum tab.Hoc etiam procedit,& est verū quan-
do neuter institutorum possidet, sed quidam tertius.
tunc enim neuter contendentium potest adire,nec mit
tendus est in possessionem ex beneficio l. fin. allegatæ
C.de edict.di.Adri.tol.cum neuter probet se hæredem
institutum insolidum.& per vnam scripturam alteri
derogat.facit l.scripturæ.C.de fide instrumen.& l.vbi
repugnantia.infra isto titu.Sed si vnus eorum posside
ret,& alter non,tunc in pari causa potior est causa pos
sidentis.l.penul.ff.de condi.ob tur.causam.& l.qui ac-
cusare.C.de eden.& l.fin.C.de rei vendica. & Instit.de
interdict.§ commodum.& in cap.cum à sede.extra de
præbend.libr.vj.Si verò vterque possidet pro indiui-
so,aut vnus vnam rem,& alter aliam,& tunc vti pos-
sident,ita debent possidere:quia hincinde sunt pares
probationes.l.vnica.C.vti possid.Si autem neuter est
in possessione rerum hæreditariarum, nec aliquis a-
lius, stulte facit, qui petit se mitti in possessionem
rerum hæreditariarum, sed cautius est sua autorita-
te adipisci possessionem,quam quilibet eorum adi-
pisci potest nemine alio possidente. in l.cum hære-
des

Limitatio.

des.ff. de acquirenda poss. & in pari causa erit po-
tior causa possidentis per iura superius allega.
112 ¶ † Prædicta tamen locum habent, secundũ Bart. vbi
§. quando instituti in duobus testamentis sunt paris
conditionis: quia neuter eorum erat proximus testato
ri, sed ambo extranei. secus autem si in vno essent insti-
tuti proximi ab intestato successuri, in alio extranei:
quia in hoc dubio præsumi debet pro proximis ab in-
testato successuris. l. si duobus. §. si prius. ff. de bo. pos.
contra tab. & l. hac consultissima. §. si quis. C. de testa.
& l. fin. C. de codicil. Si enim vtrũque testamentum nõ
valeret, esset verisimiliter reseruata successio proximis
113 ab intestato. l. conficiuntur. ff. de iur. codicil. ¶ † Est ta-
men aduertendum, quòd si eodem die fierent duo testa
menta, & posset probari per testes quòd vnum illorũ
præcesserit etiã vna hora, valebit posterius. Ad quod
vide notata in text. & glo. & Ioan. Andr. in nouella in
114 cap. duobus. extra de rescrip. lib. vj. ¶ † Post prædicta
exempla glo. hic ponit aliud exemplum de l. pupillus
si fari. ff. de acqui. hæred. vbi pupillus etiam qui loqui
potest, non potest adire hæreditatẽ sine tutoris autori
tate: quia aditio hæreditatis fit ex deliberatione ani-
mi, vt l. si auia. C. de iur. delib. Sed pupillus nõ habet
plenũ animi iudicium, vt l. fi. C. de test. mili. ætas enim
illa quid videat ignorat, vt dicit tex. in l. j. C. de fal. mo. — Scire est.
Pupillus etiam propriè non dicitur scire neq; discerne-
re, cum scire sit rem per causas cognoscere, secũdũ Phi-
losophum alleg. per Io. Mona. extra in princ. lib. vj. &
per Barto. & Ioan. de Imo. in d. l. pupillus si fari. quod
fieri nõ potest sine examinatione aliquali, & discussio-
ne intellectus, quę non cadit in pupillum. nescit enim
discernere causam sibi delatę hæreditatis, scilicet an ex
testamẽto, vel ab intestato sit hæreditas sibi delata, &
an sit voluntaria, vel necessarius hæres, quæ sunt re-
quisita, vt hæreditas possit adiri, vt l. is qui putat. cum
l. seq. & l. si is ad quẽ. ff. de acqui hæred. ideo requiritur
autoritas tutoris ad aditionẽ hæreditatis delatæ, pu-
pillo, cum qua autoritate si possit fari & cõsentire, po-
115 terit adire. † Quibusdam tamen videbatur in tali pu-
pillo, quòd tutor solus pro eodem pupillo sciente, &
nihil dicente vel faciente possit adire hæreditatẽ, & eã
acquirere pupillo, per tex. in l. potuit. in versi. nã si qui
dem nesciente eo. C. de iur. delib. à sensu contrario. Sed
præcedens litera ibi huic dicto repugnat: quia videtur
sentire, imò sentit, & disponit, quòd sola pupilli sciẽtia
non sufficit, sed sit necessaria volũtas, & actus pupilli,
ideo dicunt ibi Bal. & Sali. quòd vt pupillus efficiatur
hæres, requiritur eius propria voluntas, & actus: vo-
luntas, id est, consensus in mente, & actus in verbo, vel
opere. Et hanc dicunt esse rationem quare solus tutor
non potest adire sine pupillo qui est maior infante. &
hoc est tutius secundũ Docto. ¶ Pupillus etiam nõ po
test se obligare sine tutoris autoritate, Insti. de auto. tu.
in prin. & quib. alie. li. §. nunc admonendi. & de inutil.
stipu. §. pupillus. & ff. de acqui. re. do. l. pupillus. & ff.
de pac. l. cõtra iuris regulas. Obligaretur autem pupil-
lus ex quasi contractu si adire posset hæreditatem sine
tutoris autoritate, vt l. apud Iulianum. § fi. cum l. seq.
ff. ex quib. cau. in possess. ea. & l. ex maleficijs. § hæres. ff.
de actionib. & oblig. & l. more. in princip. ff. de acqui-
rend. hæred. Ideo ne obligando se ex cõtractu, vel qua-
si pupillus damnum patiatur, statuerunt iura, vt non
possit pupillus etiam supra infantem constitutus adi-
re hæreditatem sibi delatam sine tutoris autoritate. &
etiam propter rationes superius dictas: quia non ha-
bet veram neque certam scientiam quæ ex animo pro-
cedit, & voluntate, vt iuribus allegatis. Sed cum auto-
ritate tutoris hoc ei permissum est: quia vt dicit Bald.
in l. impuberibus. ff. de acquiren. hæred. Tutoris con-
silium supplet illud, quod deficit cõsilio impuberis, vt
dicta l. pupillus si fari. ¶ Tutor autẽ, vt dictum est, si-
ne pupillo maiore infante non posset hæc facere: quia
voluntas, & animus pupilli in hoc requiritur, vt dict.
l. potuit. ¶ In casũ quod, vt dicit gl. iij. in fi. in dict. l. po
tuit. sola voluntate etiam non declarata per actum po
test adiri hæreditas: quia aditio hæreditatis consistit in
animo, vt habetur in text. glo. & per Docto. in l. Pau-
lus. aliàs incipit, per procuratorem. ff. de acqui. hæred.
¶ Prædictam autem glo. dicunt Docto. bene dicere, si
intelligamus eam loqui de voluntate animi nõ decla-
rata per actum facti, sed solum per actum verbi, quia
116 actus verbi, saltẽ necessarius est. † Quãuis enim plus — Limitatio.
sit facto ostendere quàm voluntate declarare, vt l. si ta
men. §. ei qui. ff. de ędil. edict. & l. libertus. ff. de adimẽ.
vel transfe. leg. & l. reprehendenda. C. de instit. sub cõ-
di. fac. & l. Procula. ff. de proba. & cap. dilecti. extra de
appella. cum similibus. Verũtamen in aditione hæredi
tatis melius verbo, quàm alio actu declaratur volun-
tas adeũtis. facit l. Labeo. ff. de supel. lega. ideo dicebat
Cassiodo. alleg. per Bald. in l. generaliter. C. de non nu.
pecu. & l. ad recognoscendos. C. de inge. ma. quòd nul
lum est maius mentis testimonium, quàm qualitas in-
specta verborum. Multa enim facere potest institutus
in testamento, vel cui ab intestato defertur hæreditas,
quæ etiam mortuo testatore non inducunt aditionẽ
hæreditatis, sed requiritur animi declaratio, vt l. pro hę
rede. & l. gerit. cum ibi notatis per Bar. Bal. & Doct. ff.
de acquiren. hæred. male igitur diceret dicta gloss. intel-
ligendo, quòd sola voluntate non declarata verbo, sed
in animo retenta hæreditas posset adiri. Deus enim so
lus nouit secreta voluntatum. Ideo vt dicit Bald. in al-
legata l. potuit. actus verbalis necessarius est, aliàs de
mente hominis iudicari non posset. l. quia plerunq;.
ff. de interroga. actio. facit cap. nouit. extra de iudi. &
quod notatur per gloss. in l. Fulcinius. §. quid sit latita
re. ff. ex quib. cau. in possess. eat. & in l. si repetendi. C.
117 de condi. ob cau. ¶ † Vel potest dici secũdum aliquos,
quòd prædicta procedunt in foro contentioso pro-
pter transmissionem hæreditatis, quæ non adita non
transmittitur, vt l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol-
lend. Sed in foro conscientię procederet dict. gloss. sim-
pliciter intellecta: quia satis est, quòd lex sit certa de a-
ctibus humanis, licet de illis non constet, vt l. cum qui-
dam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæred. Nec pecca-
ret apud deum hæres illius, qui sola voluntate aliter
non declarata hæreditatem adiuit res hæreditarias de-
tinendo. ¶ Vel si vultis sustineamus gloss. prædictam,
quòd sola voluntas est de substantia aditionis hære-
ditatis, & tenet aditio, vt vult glossa, licet non pro-
betur aditio, & sic non deficit ius, sed probatio iuris.
Sed quia paria sunt, aliquid non esse, vel esse & non
posse probari. vt l. in lege. ff. de contrahen. empt. & l.
duo sunt Titij. ff. de testamen. tut. & in cap. tua. extra
de sponsal. non proderit ista aditio, quæ non potest
118 probari nisi in foro conscientiæ, vt dictum est. ¶ † Est
etiam sciendũ, q; pupillus nõ habẽs tutorẽ non posset

adire hæreditatē cū autoritate curatoris, si sibi daretur,
vt l.cū in vita.§.j.ff.de appel. vbi per glo.& Docto.&
per Bal.in d.l.impuberibus. quia tutor dať personæ,
Insti.qui tu.da.pos.§.ad certum.versi.certè.in aditione
autem hæreditatis requiritur, vt dictū est, actus volun
tasq; personæ, vt iuribus allegatis. talē autem defectū
in pupilli persona nō potest supplere curator qui nō
datur personæ, sed patrimonio, vt l.in copulādis.C.de

Adultus cuius autoritate possit adire hæreditatē.

119 nup.† Adultus verò pubes effectus bene adiret cū au
toritate curatoris si sit curator generaliter datus adulto
vel ad illum actū aditionis hæreditatis, sed ad alium
actū si datus esset, nō teneret aditio facta cū illius au-
toritate: quia vt dicit Bal. quē sequťe Io.de Imol.in d.l.
impuberibus. re vera postq; adultus ille habet curato-
rem caret intellectu, & sciētia quo ad hoc, ideo non ha-
bet verā, & certā scientiā requisitam in hac regula. facit
ad hoc quod habeť in l.j.§. fuit quæsitū.ff.ad Treb.&
quod habeť in l.cū quædā.C.de admi.tu.& tōnē diuer
sitatis inter curatorē datū pupillo cū cuius autoritate
nō pōt adire, & curatorē adulti cuius autoritate potest
adire, vt d.l.cū quædā. assignāt Doct. qa curator adul
ti habet officiū ordinariū, sed pupilli extraordinariū:
quia nō debuit dari pupillo curator, sed tutor ad adeū
dam hæreditatē, vt l.impuberi.ff.de tut. & cura.da. ab
his. Ita notat ipse Salic.in d.l.potuit.in quinta opposi-
120 tiōe.& ibi Bar.† Sed si adultus nullū haberet curato-
rem, valeret aditio hæreditatis per ipsum adultum fa-
cta, vt d.l.impuberibus.& ibi Bal. sed qn̄ habet curato
rem, videtur ei interdicta administratio bonorū, & nō
potest se obligare sine curatore, & per consequens nec
adire hæreditatē, vt l.si curatorē habēs.C.de in integ.
resti.mi.¶ Fallit tamen hoc si propter absentiā curato-
ris iudex autoritatē suā interponeret supplendo defe-
ctum curatoris, vt l.bonorū.C.qui admit.ad bo.pos.
pos.& l.si infanti.in fi.C.de iur.delib.& no.in d.l.si cu-
121 ratorē habens.& per Bal.in d.l.impuberibus.† Et præ
dicta bene notāda sunt: quoniā quibusdā mirum vide
retur, quòd adultus habens curatorē non possit adire
hæreditatē sine autoritate curatoris, & tamē pōt face-
re testm̄ sine eius autoritate, vt l. ab Aurelio.§.Caius.
ff.de libera.leg.& ibi p glo.Bar.& Doct.& in d.§.fuit
quęsitū. vbi etiam glo.& Doct. Sed ratio diuersitatis
est, vt not.in dictis iuribus, & in l.si frater.C. qui testa.
fa.pos. quia in vltimis volūtatibus, nō attenditur au-
toritas curatoris.l.cum pater.§.curator.ff.de lega.ij.&
no.in iuribus proximè allegatis, in quibus adultus ha
bens curatorē non æquiparatur pupillo sicut æquipa
ratur illi in cōtractibus, vt d.l.si curatorē habēs.& hoc
dicit Bar.in alleg.§.fuit quæsitū. scilicet q̄ quātū ad fa-
ciendum testm̄ adultus non videtur habere curatorē,
quia condere testm̄ non pertinet ad administrationem
bonorū ad quā datur curator, vt d.l.in copulādis. facit
l.testamēti factio.ff.de testa. Adire autem hæreditatem
est quasi contrahere, vt superius fuit per iura proba-
tum, ideo hoc pertinet ad administrationem curatoris,
ne sine eius consilio, & autoritate adultus adeūdo da-
122 mnū patiatur.¶ † Sed quæri possit cum adulti mino-
res annis fragile & infirmū habeant cōsilium, vt l.j.ff.
de mino.& multis captiōibus, & dolis suppositi sint,
si adultus habens, vel nō habēs curatorē dolo fuit in-
ductus ad faciendum testamentū, an per illos qui aliàs
sibi erant successuri possit illius testamentum expu-
gnari. Bal.in d.l.si frater. alleg. Bar.in d.§. fuit quæsitū.
sentire quòd non per d.l.si frater. & l.qua ætate.ff.de te
sta vbi adultis permittitur facere testm̄. allega. etiam l.
fi.C.si quis ali.test.prohib. sed certè ibi non erat adhi-
bitus aliquis dolus, & etiam Bart.in d.§.fuit quæsitū.
in antepe.q.nō dicit hoc, ad quod eum alleg. Bald. sed
solum quærit an si minor fecerit testm̄ possit peti resti
tutio in integrū, quasi dicatur inconsulte factū per edi
ctum de minoribus, sed nō loquiť Bar. quādo minor
dolo fuit inductus ad testandū. dicit tamen Bal. q̄ esset
princeps adeundus pro consequēdo remedium. Fulg.
verò, & quidam nouissimi in d.l.si frater. dicūt q̄ vbi
dolose fuit subornatus adultus ad testandum, aliàs si-
bi successuri agere possunt cōtra dolosum actione de
dolo, & etiam si possideāt, & cōueniantur per institu-
tum, se tueri exceptiōe doli.l.j.in fi.ff.de excep.dol. qm̄
videtur saltē esse cōmissum crimē stelliōatus. ad quod
facit l. Lucius.§.Sempronia.ff.de leg.ij.cū sua gl. quod
etiam est de mente Ange.in l.iiij.ff.de inoffi.testa. vbi
vult q̄ si per falsas causas quis suggerat testatori, vt il-
lum priuet sua hæreditate quē volebat hæredem insti-
tuere, tenetur illi propter suum dolū, secus esset si per
beneficia vel blāditias extorqueret à testatore, vt ab eo
hæres institueretur per d.l.fi.C. si quis aliq.test.prohi.
123 † Dolo autem adhibito habet locū, quod suprà dictū
est. & Ita refert Angel. se obtinuisse in quadam causa
vnius hæreditatis, pro quibusdā pauperibus religio-
sis, quos quidam hæredes instituerat, sed dolo propin
quorum testatoris ipse mutauit testm̄, & suasores do-
losos hæredes instituit, à quibus fuit auocata hæredi-
tas, & cōcessa religiosis, per tex.d.l.iiij.ff.de inof.test.&
per iura superius alleg.& not.per Cyn.in l.quicquid.
C.arbi.tutel.¶ Quæ procedunt secūdum Docto. nedū
quando dolosus instituitur hæres, sed quando alius
instituitur dolo tertij. quoniā hoc est de iure, q̄ quādo
dolus tertij est causa meæ aditionis, mihi nocere debet,
vt no.in l.si procurator.ff.de excep.dol.& per Bart.in
l.fi.ff.si quis ali.testa.prohib.& est iuris præsumptio,
q̄ dolus perseuerauerit vsq; in finem mortis testatoris
si probetur ab initio interuenisse. not.per Cy.in l.& si
contra.C.de nup.& per Bal.in l.j.C.si quis ali.test.pro
124 hib.& hæc bene notate.¶ † Sed mouetur quæstio de
hæreditate delata infanti, an tutor illi adeunti possit
autoritatem præbere, vel ipse tutor solus possit adire
pro pupillo infante, & illi acquirere hæreditatem. quo
ad primam quæsiti partem glos. variant. Nam glos.in
d l.pupillus.ff.de acqui.hered.& alleg.l.potuit. cū qui
bus communiter transeunt Doct.& sentit glo.in l.j.in
princip.gloss.fi.ff.de verbo.obliga. tenent, quòd valet
aditio hæreditatis facta per pupillum infantem auto-
re tutore. pro quibus videtur casus in l.seruo inuito.
§.si pupillo.ff.ad Trebel. Sed contrarium tenuit gl.in
l.donatarum.& ibi Ang.C.de acqui.pos.& Bar.in l.j.
§.adipiscimur.ff.illo titu.& Bald.in d.l.impuberibus.
quia ei, inquit, quod nō est non potest tutor autorari,
sed infans non habet animum, vel intellectum, qui re-
quiritur ad aditionem hæreditatis, vt iuribus ad hoc
superius allegatis.& pro ista prima opinione facit d.l.
pupillus si fari. Cui tn̄ glo.j.d.l.potuit. quæ fuit Frāci-
sci Accursij, subaudit ibi maximè. Fulgos. verò in d.l.
potuit.& Ioan.de Imol.in alleg.l.pupillus. & quidam
nouissimi concordant opiniones, quòd si loquamur
de infante ciuili modo sumpto, id est, minore septem
annis, qui tamen fari potest, & habet aliqualem intel-
lectum

lectum procedat prima opinio, per l.quamuis.§.
infans. ff.de acquir.pos.& d.l.seruo inuito.§.si pu-
pillo. & dicta l. pupillus si fari. Sed si loquamur de
infante secundum allusionẽ vocabuli,id est,de non
fante nesciente loqui, & nullum intellectũ haben-
te,sit vera secunda opinio,vt d.l.pupillus.ad quam
secundum istam distinctionem non est necesse sub-
audire maximè.& ita loquitur Bar.in d.§.adipisci-
mur. & facit optimè pro ista distinctione l.in ne-
125 gotijs contrahendis.ẽ.isto ti. †Quo verò ad secun-
dam partem quæstionis dicẽdum est, quòd pro in-
fante nesciente loqui,nec habente intellectum solus
tutor potest adire & acquirere hæreditatẽ infanti,
vt tenet gl.fin.d.l.potuit.& ibi Bar.qui dicit,quòd
tempore mortalitatis quando deferebantur hæredi-
tates infanti,ipse faciebat videri, si tutor posuisset
in inuentario cõfecto de bonis pupilli eatem hære-
ditatem,quo comperto dicebat illam esse aditam,
& per consequens transmittebatur ad hæredes pu-
pilli.hoc etiam tenet ibi Sali.in octaua oppositio-
ne.& Bal.in tertia.& glos.Bar.& Bal.in allegata l.
pupillus. quæ opinio probatur in dicta l.si infanti.
versic.parente. C.de iur.delibe.& dict.§.si pupillo.
In pupillo autem maiore infante habet locũ quod
dictum est,quòd scilicet tutor sine pupillo non po-
test adire hęreditatem pro eo,neq; pupillus sine tu-
tore,per iura allegata. Fallit tamẽ hoc,& limitatur
126 secundum Doct.in aliquibus casibus.†Vnus est,si
pupillus nõ esset institutus,sed seruus eius,quo casu
tutor sine pupillo iubere potest seruum adire hęre-
ditatem,vt l.si per epistolam.ff.de acquir.hære.vbi
est casus, si non afferatur violentia literæ, licet ibi
glos.in fi. quam sequitur Bar.aliter intelligat illum
tex.Sed Ioan.de Imol.Cuma.Ludo.Roma.& Paul.
de Cast.tenent prædictum intellectum primum qui
est magis amicus illi literæ sine violentia text. nec
tunc debet istud allegari pro fallẽtia bona ratione,
quia quando seruus pupilli instituitur hęres ab ali-
quo non adit hæreditatem ipse tutor,sed iubet ser-
uo vt adeat,qui iussus de adeundo cõsistit in admi-
127 nistratione tutoris:†& aliud est adire,& aliud iu-
128 bere adire.quod est notandum.†Similiter si pupil-
lus tutore autore adiuerit hęreditatem sibi damno-
sam,poterit solus tutor rescindi facere dictam adi-
tionem per beneficium restitutionis in integrum,
ne ex illa aditione pupillus remaneat læsus, vt l.ex
cõtractu.vbi per Angel.& Io.de Imol.ff.de re iudi.
129 †Secundo limitatur illud,quod dictum est,pupil-
lum non posse solum hæreditatem adire: quoniam
hoc fallit in pupillo maiore infante filiofami.quo-
niam ipse solus potest adire etiam patre contradi-
cente,vt l.fi.§.si autem patre.C.de bo.quæ liberis.
130 quod ibi Bal.dicit esse mirabile. †Fallit etiã secun-
dum Angel.& aliquos in dicta l.more.ff.de acquir.
hæred.arg.illius legis.& l.moribus.ff.de vulgar.Si
per statutũ disponeretur, quòd solus pupillus pos-
set adire hæreditatem,quia statutum vel cõsuetudo
in successionibus multa possunt disponere,in cap.
Raynutius.extra de testa.& in cap.vnico,de fil.nat.
ex matri.ad morga.contract.& §.maribus.& §.mu-
lier.& §.filij.si de feud.fuerit contro. Hoc tamen di-
Limitatio. cunt Doct.esse verum in impubere maiore infante,
qui habeat intellectum:aliàs esset defectus iuris na-
turalis,cum infans nõ habeat intellectum , vt iuri-
bus allegatis.& l.mulier. ff.de verb.obli. super quo
defectu naturalis iuris dispensari nõ posset,vt not.
per Innocen.in c.sciscitatus.extra de rescript.& per
Bald.in l.bonorum.C.qui admit.ad bo.posses.pos.
& facit quod not.Bart.in l.si quæramus.ff.de testa.
& Bald.in l.Barbarius Philippus. ff.de offi.præto.
xvj.col.Hoc etiam videtur procedere,si tale statu- Limitatio.
tum emanauit à principe,vel alio nõ recognoscen-
te superiorem,quia ab alio non posset concedi pu-
pillo administratio suorũ bonorum vel venia æta-
tis,vt not.per Bar.in l.iij.in prin.ff.de mino.per il-
lum text.& per ipsum in l.omnes populi. iij.quæst.
principali. ff.de iusti.& iure.& in l.non ambigitur.
131 ff.de legi. †Aliam limitationem tractat Ludo.Ro.
quando pupillus caret tutore, & nõ adest copia iu-
dicis,quia tunc videtur quòd solus pupillus hære-
ditatem adire possit, vt ipse notauit in l.de pupil-
lo.in prin.in glos.ibi posita super verbo,rara.ff.de
noui oper.nuntia. quod nemo,vt ipse dicit,præter
ipsum ponderauit.Sed certè Bart.quem cõmuniter
sequuntur Doct.illam gl.reprobauit,quæ etiã non
loquitur in aditione hæreditatis,vt dictũ fuit in l.
quò tutela.§.vi factum.ẽ.isto tit.& etiam hæc opi-
nio habet decisiones textuales contra se in iuribus
superius allegatis,& maximè in l.impuberi.ff.de tu-
torib.& curat.datis ab his. ideo hæc limitatio non
132 est tenenda,cum iure non probetur. †Alia datur li- Limitatio.
mitatio,in qua pupillus sine tutore efficitur hæres,
vt si impleuerit cõditionem potestatiuam,sub qua
fuerat hæres institutus à patre. Nam incontinenti
efficitur hæres,vt est casus in l.cõditionibus pupil-
lus.ff.de condi.& demonstr.secundũ Alex.de Imol.
Sed certè hoc nõ meruit assignari pro limitatione,
quia secundum explanationẽ,quam facit ibi Bald.
tex.ille probat,quòd impletio conditionis non in-
ducit aditionem vel immistionem hæreditatis,sed
existentia suitatis vel patriæ potestatis,non tamen
irreuocabiliter:quia potest abstinere beneficio prę-
toris,vt l.necessarijs.ff.de acquir.hæred.& l.si filius
qui patri.ff.de vulg.& pupil.substi.& Instit.de hæ-
redum qualit.& diffe.§.sed & his prætor. In imple-
tione enim conditionis non requiritur tutoris au-
toritas,vt in d.l.conditionibus pupillus.secundum
133 Bal.†Sed est aduertendũ circa præmissa, quòd vbi
hæreditas defertur infanti existenti in paterna po-
testate pater ipse tanquam legitimus administrator
potest illam adire,vt d.l.si infanti. C.de iur.delibe.
vbi tamen secundum Bar.& Bald.cautus debet esse
pater in aditione faciẽda,vt dicat se hoc facere no-
mine administratorio filij infantis,vt vult ille tex.
dũ dicit, eius nomine. Quod procedit in patre ha-
bente filiũ in potestate, vt in illo text.ibi,sub quo-
rum potestate est.Procedit etiã hoc vbi pater respe-
ctu sui iuris,id est,vsusfructus velit acceptare hęre-
ditatem,iuxta l.cum oportet.C.de bo.quæ libe.Sed
si vellet repudiare,tunc fortassis secundum aliquos
daretur curator bonis seu hæreditati,cuius autori-
tate filius admittetur,vt l.fi.§.si autem in secunda.
C.de bo.quæ libe. Ille tamẽ tex.loquitur in maiore
134 infante. †Vbi verò hæreditas delata infanti non
adiretur,illa trãsmittitur ad patrẽ,qui illam occu-
pare potest iure paterno,vt est casus specialis in di-

cta l.si infanti. in quo transmittitur hæreditas non adita, contra dictũ §. in nouissimo. dicta l. vnica. C. de cad. tol. glos. tamen in d. l. si infanti. super verbo, quarta. quam cõmuniter sequuntur Docto. dicit, ꝙ infans transmittit ad patrem, & ad ascendentes per lineam paternam dictam hæreditatem sibi delatam tanquam aditam, ita quòd satis erit patrẽ vel ascendentes per dictam lineam adire hæreditatem infantis absq; eo quòd aliter adeatur hæreditas, quæ delata fuit infanti, & nunquam adita. ita tenent Ang. & Paul. de Cast. in allegata l. si infanti. & tamen secus esset in hæreditate delata maiori infanti, quia quando transmittitur non adita, necesse est, vt illa adeatur vel repudietur: quia trãsmittitur adeunda, vt l. si quis filium. §. j. ff. de acquir. hære. & ita intelligunt gl. in d. l. si infanti. super verbo, quarta. dum dicit, ꝙ patri vel ascendenti quæritur, si velit: quia verum est, quòd patri inuito nõ acquiritur. illa hæreditas, tamen si non repudiet acquiritur sibi absq; eo quòd aliter adeat illam. quod potest sic explanari, scilicet quòd dicta glos. videtur velle, quòd pater succedat filio infanti vt hæres, per ius nouissimum in authen. de hæred. ab intest. §. consequens. coll. ix. Quidam tamen idem volebant esse iure veteri, alij quòd pater iure peculij occuparet. Sed dici potest, pro cõpendio huius articuli, secundum Doct. quòd iure Digestorum pater occupabat omnia iure peculij, vt l. ij. ff. de castren. pecul. iure autem C. in aduentitijs filius potest habere hæredem. l. quod scitis. & l. quęcunq;. C. de bo. quæ lib. Sed ista procedunt in bonis iam quæsitis filio. In hæreditate autẽ quærenda, vt quia fuit delata, sed non adita, versatur præsens dubitatio qualiter ipsa patri quæratur. & fuit aliquorum opinio, ꝙ eam pater occupat non vt hæres, sed ex priuilegio d. l. si infanti. ibi, iure paterno. Cui opinioni videt fortiter obstare ille text. in versi. ea verò. qui secundum verum intellectum Docto. loquitur in emancipato, qui peculium non habet, vt l. fi. C. de inoffic. testa. & qui emancipatus, etiam iure veteri Digestorũ, habebat hæredem, vt ff. si à paren. quis manu. fue. l. j. & tamẽ d. l. si infanti. in dict. versi. ea verò. dicit esse idem iuris in filio infante emãcipato, sicut in suo. emanciparienim potest infans per rescriptũ principis. l. fi. C. de emanci. liber. & est ibi tex. singularis in dict. versic. ea verò.

Pater quo iure occupat hæreditatem filij.

135 secundum Bart. & Doct. †quòd pater habet legitimam administrationem filij infantis emancipati, cum regulariter cõtrarium sit verum, ex quo pater nõ habet vsumfructum in bonis emãcipati, vt l. iij. C. de bo. mater. & not. gl. in authen. excipitur. C. de bo. quæ lib. & est speciale in emancipato infante. Dici igitur debet, quòd vt dictum est, dictam hęreditatem habebit pater tanquam hæres, quãuis iure paterno, & ex quodam priuilegio sibi cõcesso, per d. l. si infanti. vbi Bart. & Docto. & in l. ventre. ff. de acquir. hæred. Est enim magna differentia, an pater iure peculij illam occupet, vel eam habeat vt hæres: quia si iure peculij illam occuparet, transmitteret eam, etiam non acceptatã, vt l. proponebatur. in fi. principij. ff. de castren. pecul. sed si iure hæreditario illam habeat, nõ transmitteret eam nisi aditam, vt d. §. in nouissimo. Idem si vt hæres acceptet illam, tenetur in perpetuum & insolidũ creditoribus hæreditarijs non confecto inuentario, iuxta l. fi. C. de iure deliber. Sed si iure peculij, teneretur duntaxat peculio tenus, & intra annum. l. j. ff. quando actio de pec. est anna. & l. pater qui castrense. in prin. ff. de castren. pecul. facit quod not. per Bar. & Docto. sup per rubrica ff. de acquir. hęred. & l. j. §. an bona. ff. de

136 iure fisci. †Circa prædicta superest vna dubitatio, si infans decesserit hæreditate sibi delata non adita, relictis sibi patre, matre, & fratribus vtrinq; cõiunctis, an illa ad patrem solum pertineat, an verò habeat locum authentica, defuncto. C. ad Tertul. & in corpore de hære. ab intest. coll. ix. Nicol. de Mathe. & Salic. in d. l. si infanti. tenent quòd ad patrem solum dicta hæreditas pertinebit ex priuilegio, quod non est cõmunicandum matri nec fratribus, argu. l. j. ff. de iur. immu. facit l. si verò. §. de viro. ff. soluto matr. & l. j. ff. de constit. princip. & ponderauit Sali. dict. l. si infanti. in vers. ea verò. vbi est dictio quasi, posita in illo tex. quę nota est improprietatis. & notat ꝙ dicta hæreditas delata infanti non adita, quadam fictionẽ censetur quæsita fauore patris, & in eius priuilegium. Bart. verò in d. l. si infanti. mouit hanc quæstionem, & non determinauit, sed dimisit cogitandum. Bal. autem ibi tenet, quòd habeat locum iura nouissima superius allegata, & quòd diuidatur hęreditas inter prędictas personas, quia, vt dictum est, pater inuitatur vt hæres. & huius opinionis videtur quòd fuit ipse Bar. in dicta l. ventre. in vit. col. arg. l. si post mortem. in fin. ff. de bo. pos. contra tab. & legis, Aristo. in fi. ff. quæ res pig. obli. possunt. Et quia hodie sublata est omnis differẽtia agnationis & cognationis, vt in dicta authent. de hære. ab intest. §. nullam. & huic opinioni tanquam æquiori Fulgos. adhęrere videtur, licet non firmet. & hanc opinionem apprehendere videtur Ioan. de Imola in d. l. ventre. sed Paul. de Cast. tenet opinionem Nicol. de Mathe. & Sali. contra Bar. & sequaces suos, & ita dicit se consuluisse, per ea quæ superius adducta sunt pro ista opinione. Adducit, quia filius in potestate in bonis, de quibus loquitur d. l. si infanti. quæ fuit Theodosij Imperatoris, illo tempore habebat hæredem, vt l. fi. C. ad Tertul. & l. fin. C. cõmunia de succes. & tamen in dicta l. si infanti. expresse & ad literam habetur, quòd pater iure paterno succedit in dicta hæreditate, & non vt hæres infantis. Ex quo infertur, ꝙ infante moriente non adita hæreditate sibi delata, cui superest mater & auus paternus, quãuis mater in alijs bonis propter gradus prærogatiuã insolidum excludat auum paternum, vt in dicta authen. defuncto. tamen in dicta hæreditate delata infanti præfertur auus paternus. & hæc fuit sententia Pauli de Castr. quam quidam nouissimi sequuntur. Hoc tamẽ impugnat Alexan. de Imola, ista ratione, quia dato casu, ꝙ infans esset in potestate patris sui emancipati, qui pater emancipatus decederet infante instituto, & dato sibi substituto pupillari, & illi infanti delata fuit hęreditas iure cognationis, quę nõ fuit adita, si esset vera opinio Pauli de Cast. sequeretur quòd pupillariter substitutus haberet alia bona infantis ex substitutione pupillari, & sic ex testamento: aliam verò hæreditatem delatam infanti, & non aditam, haberet auus paternus, & sic decederet pupillus pro parte testatus,

tus, & pro parte intestatus, contra l. ius nostrum.
ß.isto titu.Sed salua reuerentia,ista ratio non vide-
tur vrgere:quia substitutus pupillaris in casu præ-
dicto nõ posset capere illam hæreditatem delatam
infanti,eò quòd nunquam fuit quęsita Infanti:quia
non fuit adita,ideo nõ decedit infans pro parte te-
status,& pro parte intestatus.licet enim omnia bo
na quæ fuerunt infantis',etiam aliunde quæsita q̃
à patre,pertineant substituto pupillari, vt l.sed &
si plures.§.ad substitutos.ff.de vulg.sed dicta hære-
ditas non adita nunquam pertinuit infanti,& licet
dicatur quasi quæsita, ita quòd non sit necesse eam
adire,potest tamen adiri per patrẽ vel auum,si ve-
lit,vt expresè dicit glos.in d.l.si infanti.super ver-
bo,quæsita.ideo venit ad patrem vel auum iure pa
terno per dispositionem iuris specialis,& ex priui-
legio, & illam capit pater vel auus tanquam hæres
filius,à quo fuerat ad infantẽ delata. Ad allegatio-
nes autem factas per Paulum de Castr.de l.fi. C.ad
Tertul. & l.fi.communia de succes. dicit Alexã.il-
las leges fuisse Iustiniani,qui imperauit longè post
Theodosium,cuius fuit d.l.si infanti. Sed illę leges,
vt patet ex suprascriptionibus nõ fuerunt Iustinia-
ni,vt ipse vult,sed Iustini.Idem tamen est: quia Iu-
stinus primus, & Iustinus secundus fuerunt longè
post Theodosium,vt patet ex chronicis.Ipsi tamen
resident in opinione Nicol.de Mathe.& Sali.con-
tra Bar.& sequaces suos, scilicet quòd ascendẽs pa-
ter vel auus paternus debet habere totam illam hæ
reditatem delatam infanti,& non aditam, & nihil
ex ea ad matrem vel fratres pertineat,per dictam l.
si infanti.& rationes superius adductas.Superest re-
spondere ad iura allegata per Bartol. primo ad l.si
post mortem.in fi.ff.de bo.pos.contra tab.quia ibi
fuit sic statutum,quòd beneficio præteriti filius in-
stitutus contratabulet testamentum, in quo fuit in-
stitutus in minori portione.Si autem legislator vo
luisset, idẽ de matre, & fratribus infantis statuisset,
sicut de patre vel auo statuit.l.vnica.§.sinautem ad
deficientis. C.de cadu.tol. Ad l.Aristo.dici potest,
ꝙ illa est materia brocardica,vt ibi patet per glos.
& Docto. Non obstat §.nullam.in dicta authen.de
hæred.ab intest.Quia planè fatendum est sublatam
esse differentiam agnationis & cognationis in suc-
cesione,quæ defertur iure communi , vt quia iam
esset quæsita infanti:quia in ea essent paris cõditio-
nis pater,mater,& fratres vtrinq; cõiuncti,per iura
allegata. Sed in successione quæ iure speciali,& ex
priuilegio cõceditur patri vel auo,iura nouissima
limitantur per vetera, quod non est inconueniens.
l.sed & posteriores.ff.de legib.not.in l.sciendum.in
prin.ff.qui satisd.cog.& l.ab eo. C.de præd.mino.
Si vultis tamen in electione opinionis cogitare. Et
procedunt prædicta,vbi dictum est,patrem infan-
tis posse adire hæreditatem delatam illi infanti no-
mine ipsius infantis,etiam si infans esset furiosus.li
cet Bald.& Angel.intelligant glos.in d.l.si infanti.
137 dicere cõtrarium,videlicet† quòd sicut curator fu-
riosi non potest adire nomine furiosi,vt not.in l.fi.
§.sinautem ex alia. C.de curato.furio.ita nec pater
pro infante furioso. sed Bar.ibi,intelligit illam gl.
loqui, scilicet quòd curator furiosi, qui non est pa-
ter,non posuit adire pro furioso,sed pater bene pô-
test adire.& istum intellectum Bar.communiter se-
quuntur Docto.quem dicunt esse veriorem,& dicta
l.fin. si rectè intelligatur,determinat istam partem.
Nam in principio loquitur de furioso habente pa-
trem,cui dat plenam administrationẽ. Postea verò
in §.j.vsque ad fi.l.loquitur de furioso patrem non
habente.& dicit primo,quòd si sit suus hęres, hære
ditas sibi quęritur ipso iure. Sed si furiosus vocetur
ad hæreditatem extranei,dandus est curator. & ibi
ponit formam,sub qua detur.deinde subijcit in di-
cto §.sinautem.quòd ille curator non adibit,sed pe
tet bo. pos. facti. & in illo §. nihil loquitur de pa-
138 tre,sed de extraneo curatore. †Potest igitur cõclu-
di cum Bar.quòd pater furiosi potest adire hæredi
tatem delatam filio furioso iure patriæ potestatis.
facit l.j.ij.responso.ff.de bo.pos.furio.infan.vbi po
nitur differẽtia inter curatorem furiosi, & patrem.
vbi vide Bar.& gl.in l.Licinius Locusta.§.fin.ff.de
legat.ij.& Instit.de hæred.quæ ab intest.defe. §.sui.
139 & Sali.in allegata l.fi.§.tali. † Et hæc inuestigatio
in istis fit propter transmisionem hęreditatis,quæ
vt dictum est, non adita regulariter non transmit-
titur,per d.§.in nouissimo. ius tamen deliberandi,
per illum qui scit hęreditatẽ sibi delatam transmit-
titur ad hæredes quoscunq; intra annũ, non autem
postea,vt l.cum antiquioribus.C.de iure deliberan.
& requiritur quòd ille,qui trãsmittit ius deliberan
di,sciat hæreditatẽ esse sibi delatam: aliàs nõ trans-
mitteret.Nemo enim plus iuris transfert in alium,
quàm ipse habeat.l.nemo plus iuris. ß.isto titu.& l.
traditio.ff.de acquir.rerum domi.Sed ignorans hæ
reditatem sibi esse delatam,non potest deliberare.l.
multum.ff.de condi.& demonstr.& l.nec nos.C.de
capti.& postlimi.reuer. Ita not. Bal.in dicta l.cum
antiquioribus.Dant ergo ibi Docto.cautelam vo- Caute
lenti adire hæreditatem ex iure deliberandi trans- la pro
misso, quòd exprimat se illo iure transmisso velle adeũte
adire,quia non teneret aditio,si adiret hęreditatem hęredi
tanq; transmissam.Ideo dant pro practica consiliũ, tatem.
ꝙ articuletur,prędecessorẽ ipsius adeuntis habuisse
notitiã hæreditatis delatæ. Item quòd mortuus est
140 intra annũ postquam sciuit. Vult tamen Bal.† ꝙ
vehementer opinans habeatur pro sciente. Sed di-
cite hoc verum, si sua opinio concurrat cum veri-
tate,vt dicta l.cum quidam.§.quod dicitur.& l.si is
ad quem.ff.de acquirẽ.hæred. & quod habetur in l.
in summa.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arc.Proba-
bitur autem ista vehemens opinio ex cõiecturis,se-
141 cundum eundem Bald.Angel.& Sali. †Est autem
magna differentia,an transmittatur hæreditas vel
ius deliberandi,quia si transmittatur hæreditas po
test adiri perpetuo.l.licet.& l.suum.C.de iur.delib.
Sed ius deliberandi intra annũ duntaxat,cuius an-
ni,si pars aliqua cucurrerit à tẽpore scientię,quam
habuit transmittẽs de hæreditate sibi delata solum
transmittit ius deliberandi intra reliquum tempus,
quod superest de anno,vt est tex.in dicta l.cum an-
142 tiquioribus. † Et sic plura requiruntur,vt habeat
locum transmisio iuris deliberandi , scilicet quòd
hæreditas sit delata transmittenti. Item quòd ipse
sciuerit sibi esse delatam. Item quòd non adiuerit,
neque repudiauerit illam,& sic quòd nihil gesserit.
Et quarto quòd decedat intra annum.Et est aduer-

tendum,quòd prædictū ius deliberandi quod trans-
mittitur, per dictam l.cum antiquioribus. non re-
stringitur per ius antiquū loquens de transmissio-
ne hæreditatis delatæ filiofamilias:quoniam dicto
filiofamilias vel eius hæredi potest esse vtilis trans-
missio iuris deliberādi:quia si eius hæres venire ve-
lit ad illam hæreditatem delatam ex iure deliberan
di transmisso,nō habebit necesse probare, quòd fi-
liusfamilias transmittens fuerit filius in potestate
testatoris de legitimo matrimonio natus, sicut ha-
beret allegare, & necesse probare ille, qui fundaret
se in hæreditatis transmissione ex potētia suitatis.
quod est difficilis probationis.l.Lucius.ff.de condi.
& demonstr.& l.filiū. ff. de his qui sunt sui vel alie.
iuris.& l.si vicinis.C.de nup.Ex matrimonio enim
dependet illa suitas,vt dictis iuribus.& in c.tuam.
extra de ordi.cog.not.per Docto.in l.Titia.ff.solu
to matr.& in l.quoties.C.de iudi. Sed in transmis-
sione iuris deliberandi sufficit probare illa quæ di-
cta sunt,scilicet delationem hæreditatis,scientiam,
& quòd nihil sit gestum, & mortem intra annum,
quæ facilioris sunt probationis, quàm dictum ma
trimonium,& filiatio.& hęc fuit doctrina Baldi in
dicta l.cum antiquioribus.dicentis etiā istam trās-
missionem iuris deliberādi posse prodesse in isto ca
su,quando suus,cui erat hæreditas delata,se restrin-
xisset ad ius deliberandi, cum fortè illud petijsset à
iudice,qui sibi statuisset tempus ad deliberandum,
iuxta not.per Bart.in l.ex militari.§.fin.ff.de testa.

Suitas est difficilis probationis.

143 milit. †Sed quia dictum est in transmissione iuris
deliberandi,requiri inter cætera sciētiam transmit-
tentis de hæreditate sibi delata,quęstio est,an suffi-
ciat in hoc sciētia tutoris, vt transmittatur ius de-
liberandi.Bart.in dicta l.cum antiquioribus. tenet
quòd sic.& idem ipse in l.qui duos.ff.de rebus dub.
in prin.per l.si ex legati causa. cum l.seq. ff.de pro-
batio.& l.sequitur.§.si pupilli. ff.de vsucap.& l.ij.
144 §.fi.cum l.seq.ff.de tribu.vbi probat†quòd scien
tia tutoris censetur scientia pupilli. Sed Bald.in di
cta l.si infanti.quæstio.iij,tenet contrarium,quia di
cta l.cum antiquioribus. requirit scientiam trans-
mittentis,quam infans nō habet.Quod ibi in quæ-
stione quinta dicit etiam esse verum in scientia tu-
toris pupilli , qui est maior infante,cum pro eo so-
lo tutor nō possit adire solus, per dictam l.potuit.
Nec valet secundū eum,si dicatur quòd scientia tu-
toris prodest pupillo in bo.posses.l.seruus.§.impu-
bes.& §.fin.ff.de bo.pos.quia hoc dicit esse verum,
si viuo pupillo deducatur in agnitionem : aliàs se-
cus,vt l.iij.§.acquirere.eod.titu. & istius opinionis
in tutore infantis fuit Ang.in dicta l.si infanti. per
illum tex.in versi. si verò.in verbo,neglexerit.quia
si tutor neglexerit adire hæreditatē delatam infanti
ipse sciuit eam esse delatam:ergo si opinio Bar.esset
vera,hæreditas delata infanti tutore negligēte eam
adire non haberetur pro non delata sicut habetur,
vt in illo tex.quia saltem transmitteretur ius delibe
randi ad hæredes pupilli,quod nō potest transmit-
ti,nisi sit hæreditas delata,& tamen propter negli-
gentiam tutoris habetur pro non delata,vt dicitur
ibi in tex.Sed defendatis Bar.ab hac ratione Ange.
quia nō rectè sequitur,quòd si tutor neglexerit,sci-
uerit necessariò hæreditatem esse delatam;quia ne-

Limitatio.

gligentia dicitur lata culpa , vt not.per glos.in l.ij.
C.arbit.tutel.per iura quæ allegat. Lata autem cul-
pa stat tantū in nescientia, sicut & scientia.notatur
per Bar.in l.quod Nerua.ff.deposi.& Salicet.in l.si
cum nulla. C.de pign.actio.& plenè recitatum fuit
in l.contractus. ē. isto titulo. Aequè enim dici po-
test tutor fuisse negligens in nesciendo delationem
hæreditatis,illam non inuestigando , sicut & sciens
non adeundo. Opinionem tamen Bal.tenet Salice.
& respondere nititur ad iura quæ pro sua opinione
allegauit Bart.videlicet,quòd scientia tutoris bene
nocet pupillo,vt in illis iuribus,sed nō prodest pu-
pillo,nisi eo viuo agnoscatur, per dictum §.acqui-
rere. Angel.verò in dicta l.si infanti.fuit huius opi-
nionis, vt dictum est. Sed in l.cum antiquioribus.
ipse distinguit quòd si intersit pupilli,vt transmit-
tat ius deliberandi , sit vera opinio Bar.secus si nō
intersit eius,vt quia pupillus ratione suitatis potest
transmittere hæreditatem, etiam ad quoscunq;,se-
cundum communem opinionem,vt l.iij.C.de iure
deliberan. & dicta l.si infanti.& C.de suis & legiti.
hæred.l.apud hostes. & per Ioan.de Imola in l.ven
tre.ff.de acquiren.hæredi. Paul.de Castr. Fulgos.&
Alexand.de Imola transeunt simpliciter cum opi-
nione Bart. & dicunt contra Salicet. non esse bene
responsum per eum ad rationem Bartoli dicentis,
145 ꝙ scientia tutoris videtur scientia pupilli: † quia
illa scientia tutoris censetur sciētia pupilli ad ei no
cendum,vt iuribus allegatis per Bart.multo magis
illud videtur dicendum ad hoc vt prosit infanti,vt
l.j.ff.de bo.posses.infan.futio.&c.iuncta dicta l.ser-
uus.§.impubes.cum ibi notatis.& ad §. acquirere.
allegatum per Bal.respondetur quòd non loquitur
de ista transmissione fienda agnitę bono.possessio-
nis & quæsitæ.Non obstat etiā huic opinioni Bar.
dicta l.potuit. quia illa procedit quo ad aditionem
vel actum adeundi,sed quo ad actū deliberandi hoc
potest impleri per tutorē.not.glos.in l.ait prætor.
in princip.ff.de iure deliberan.Vult tamen Bart.in
dicta l.qui duos.in princip.quòd scientia solius tu-
toris non sufficeret ad transmissionem iuris delibe
randi,si ipse tutor decederet ante pupillum nescien
tem aliàs hæreditatem esse sibi delatam,per dictam
l.cum antiquioribus. quæ videtur requirere, quòd
tempore mortis adsit illa scientia.Bal.autē & Salic.
præsupposita opinione Bar.in proximo præceden
ti articulo pro vero tenuit contrariū per plura mo
tiua,quæ adducit Bald.& illa recitat Sali. ad quod
etiam facit glos. in dicta l.cum antiquioribus. quæ
dicit,quòd annus intra quem fit transmissio huius
iuris deliberandi est vtilis in initio : quia incipit à
tempore scientiæ delatæ hæreditatis, sed postea est
continuus:ideo satis est ꝙ à principio fuerit scien-
tia, licet illa actu non duret.censetur enim retenta
propter initium suum,argu.l.si is qui animo. ff.de
acquirē.pos.& etiam in hora mortis nullus decedit
sciens.prius enim inducitur obliuio, quàm anima
separetur à corpore.l.hac cōsultissima. §.at cum hu
mana.C.de testamē. facit quod not.per glos.in l.fi.
ff.quando dies legat.ced. & in hac opinione residet
146 Paul.de Castr.& quidam nouissimi. †Circa hoc
mouetur quæstio,si aliquis fuerit institutus hæres,
& datus sibi substitutus vulgaris , & demum dece-
dit non

dit non adita hæreditate intra tempus anni, intra
quod tempus transmittitur ius deliberandi, an hæ-
res hæredis volens ex illo iure deliberãdi venire ex-
cludat substitutum. Bart. in l. j. ff. de vulga. in iiij. q.
principali. & dicta l. qui duos. ff. de reb. dub. & in l.
sed & si pro dote. §. non omnia. ff. de leg. præstã. bo.
pos. contra tab. peti. tenuit post Richar. Malum. ꝙ
excluditur substitutus: quia licet institutus non fue
rit hæres, suo tamen ministerio alium hæredem fe-
cisse videtur, ex quo transmittit in eum ius delibe-
randi, per dict. l. cum antiquioribus. & facit ad hoc
l. si paterfamilias. ff. de hæred. instit. & l. cum propo
nas. C. eod. tit. Adducit etiam pro hoc Bar. l. si quis
filium. §. j. iungendo illum §. cum principio. ff. de
acquir. hæredi. vbi videtur probari, ꝙ ille in quem
fit transmissio excludat substitutum. & hoc etiam
tenuit gl. in dicta l. sed & si pro dote. §. non omnia.
hanc opinionem tenuit Bal. in allegata l. cum anti-
quioribus. qui post Bar. allegat tex. in l. vnica. C. de
his qui ante aper. tab. in dictione alios, quam expo-
nebat Richar. Malum. scilicet substitutos vel cõiun
ctos. Itẽ quia datio cohæredis extranei est quædam
substitutio, vt l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de
legat. ij. & tamen nõ tollit transmissionem hæredi-
tatis, vt l. si fratris. C. de iure delibe. ergo nec trans-
missionem iuris deliberandi. Sed Sali. in allegata l.
cum antiquioribus. tenet cõtrarium per multas ra-
tiones, quæ bene visę ad vnã ferè rediguntur. Idem
facit Angel. in d. l. si paterfamilias. qui voluit, quòd
substitutus vulgaris vocetur ante hæredem trans-
mittentis: quia transmittens nõ fuit hæres, nec mu-
tauit conditionem, sicut fuit mutata in dict. l. si pa-
terfamilias. imò fuit morte dissolutus, cum mors o-
mnia soluat, vt in authẽ. de nup. §. deinceps. coll. iiij.
ideo est aperta via substituto. nec obstant l. cũ pro-
ponas. & d. l. si paterfamilias. quæ loquuntur quãdo
institutus mutauit conditionem, quam non mutat
iste, qui sic decedit, imò facit locũ substituto secun-
dum voluntatẽ testatoris. Et ad l. si quis filium. §. j.
ff. de acquir. hæredi. respondet Angel. quòd licet ibi
non esset adita hæreditas, tamẽ habebatur pro adi-
ta cum potestate repudiandi seu abstinendi: quia
erat institutus filius in potestate, qui statim est suus
hæres cum potestate abstinẽdi. l. necessarijs. ff. de ac-
quiren. hæred. & Instit. de hæred. quali. & diffe. §. sui.
& §. sed his permittit prætor. Non est igitur mirũ,
si excludatur substitutus, imò secundum eundẽ An-
gelum videtur ibi casus contra Barto. scilicet quòd
datio substituti vulgaris nõ tollat suitatem. de quo
147 plenẽ in l. si filius hæres. ff. de libe. & posthu. †Sed
secundum Ioan. de Imola in d. l. si paterfamilias. &
allegata l. j. ff. de vulgar. opinio Bar. videtur verior
inquantum vult, ꝙ excludatur substitutus per hæ-
redem instituti ex iure deliberãdi ad cum transmis-
so, per d. l. cum antiquioribus. quę vult simpliciter,
quòd transmittatur ius deliberãdi, si institutus mo
riatur intra annum à die scientiæ sibi delatæ hære-
ditatis. Nec ibi distinguit, an habeat vel nõ habeat
substitutum, & sic talis transmissio non debet esse
sine effectu, etiam si habeat substitutum, & satis est
quòd substitutus possit venire, si hæres instituti, in
quem facta est transmissio, non adeat intra tempus
anni vel nõ repudiet, vt dict. l. cum antiquioribus.

Nec valet responsio quam facit Angel. & etiã Sali.
ad d. l. si paterfamilias. & l. cum proponas. quia esto
ꝙ in illis legibus excludatur substitutus, quãdo per
actũ volũtarium institutus mutauit conditionem,
multo magis debet excludi per factum necessarium
mortis instituti, qui ex hoc satis dicitur mutasse cõ-
ditionem suam, & sua morte alium fecisse hęredem,
ex quo non desinit ex toto spes defectus primi gra-
dus institutionis, argu. l. ex hoc edicto. §. alienare. ff.
de alie. iudi. mu. cau. fa. vbi magis succurritur faciẽ-
ti actum de necessitate, q̃ de voluntate. facit quod
habetur in c. ab arbitris. extra de offic. deleg. lib. vj.
& l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. Et ad
l. si quis filium. §. j. quæ secundũ Angel. videtur ob-
uiare isti opinioni, secundum opinionẽ Bar. quam
148 posuit in d. l. si filius hæres. inquantũ vult, †quòd
datio substituti vulgaris tollat existẽtiam suitatis.
respondet Ioã. de Imol. in d. l. si paterfamilias. quòd
illud debet intelligi in casu, in quo per dationẽ sub-
stituti vulgaris nõ est sublata suitas. quod quando
sit, plenius habetur in d. l. si filius hæres. & statim di
cetur. Vel secundum eundem Ioan. de Imol. in d. l. j.
ff. de vulga. potest dici, &, vt ipse dicit, est noua opi
nio, quòd vbi datio substituti vulgaris expresse fa-
cta foret in casu voluntatis, vt per illa verba, si hæ-
res non erit, quibus verbis saltem in genere est ex-
pressus casus voluntatis, cum videatur institutio fa
cta sub cõditione, si hęres esse voluerit, nõ fiet trans-
missio, ex quo decessit institutus filius conditione
non impleta, arg. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de
lega. j. In suo enim hæc verba, si velis hæres esto, fa-
ciunt conditionem. l. verba. ff. de condi. insti. ideo si
non purificetur cõditio in vita filij, non est mirum
si nõ fiat transmissio, per illud quod habetur in l. fi.
ff. de condi. instit. & l. Cornelius. & l. iam dubitari.
ff. de hære. instit. quæ ratio cessat in extraneo insti-
tuto, vt dict. l. verba. ideo non impeditur extraneus
transmittere ius deliberandi per dationẽ substituti
vulgaris. Vel potest dici ad d. l. si quis filium. §. j. ꝙ
ibi facta fuit substitutio vulgaris in casum impotẽ-
tiæ, si filius esse non poterit: quia tunc existẽtia sui-
tatis non tollitur per dationem substituti vulgaris:
quia casus voluntatis non comprehenditur in ca-
su impotẽtiæ vi verborum testatoris, sed tacitè ex
interpretatione iuris: ideo tunc non tollitur existen
tia suitatis, sicut nõ tollitur per casum voluntatis,
si ille casus volũtatis esset omnino tacitus: quia ille
non tollit existentiam suitatis, imò vulgaris tacita,
quæ cõtinetur in expressa pupillari, illã non tollit,
vt l. Iulianus scribit. aliàs incipit, si pupillus pater-
na. & ibi not. ff. de acquir. hære. & tenet ipse Angel.
in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. & Paul.
149 de Castr. & Ioã. de Imol. in d. l. si filius hæres. †Est An datio substituti.
tamen plenius aduertendum circa hunc articulum,
an datio substituti vulgaris tollat existentiã suita-
tis, quoniã Ang. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de in-
offi. testa. alio modo, quàm superius dictũ fuerit, vi-
detur loquutus. dicit enim ꝙ datio substituti vul-
garis facit cessare existentiã suitatis quo ad effectus
introductos fauore patris, vt est ꝙ filius sit hęres pa
tris velit nolit. Et est ratio, quia pater suo fauori po
test præiudicare, per regulam l. si quis in cõscriben
do. C. de pact. & in c. ad apostolicã. extra de regula.

Sed reſpectu fauoris concernentis filiū, vt ꝙ ſit hæres patris ipſo iure, cum poteſtate tamen abſtinēdi, vt iuribus ſuperius ad hoc allegatis, datio vulgaris ſubſtituti non facit ceſſare exiſtentiā ſuitatis: ideo ipſe refert ſe ſemper tenuiſſe, ꝙ datio ſubſtituti vulgaris non impedit tranſmiſſionē. quod probat per tex. quem dicit formalem nihil addendo nihilq; diminuendo in l. Lucius. ff. de vulg. vbi facta fuit ſubſtitutio vulgaris generaliter expreſſa anniculo filio non habenti tutorē, & tamen ibi in text. habetur ꝙ mater pupilli ſibi ſuccedit, & nō ſubſtitutus vulgaris. quod nō poteſt eſſe, niſi virtute tranſmiſſionis, cum ille anniculus non adiuiſſet hęreditatem. & ita ibi tenet Paul. de Caſtr. Corroborat hoc Angel. in d. §. quarta. per ea quæ dicta ſunt: quia datio cohæredis eſt quædam ſubſtitutio, vt d. l. ſi Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. ij. ſed per dationem cohæredis non impeditur tranſmiſſio, vt d. l. iij. C. de iure delibe. Et idē videtur dicēdum in datione ſubſtituti vulgaris. & ita reſidet Ang. in d. §. quarta. Bar. verò
150 in ſæpe dicta l. ſi filius hæres. tenet † quod dictū eſt, ſcilicet ꝙ exiſtentia ſuitatis tollitur per dationem ſubſtituti vulgaris. quod tamē, vt dictū eſt, limitāt aliqui de vulgari expreſſa, ſecus de tacita quæ comprehenditur in pupillari, per d. l. Iulianus ſcribit ſi pupillus. ff. de acquir. hæred. quia illa tacita eſt merè legalis, nec poteſt dici, ꝙ per illam teſtator dederit licentiam abſtinendi. Debet etiā limitari prædicta opinio Bar. quam multi ſequuntur, quādo ſubſtitutio vulgaris facta eſſet in hæreditate, ſecus ſi in ſuitate ſecundum cōſilium Galli, vel l. Velleiæ. de quo in l. Gallus. ff. de lib. & poſthu. Puta ſi teſtator dicat, ſi filius meus me viuo moriatur, ſubſtituo nepotem ex eo. Nam ſi nō deceſſerit filius viuo teſtatore, erit filius ſuus hæres, non obſtāte ſubſtitutione. l. ſi mater. §. j. & ibi gloſ. ff. de vulg. & facit d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & hoc tenet Paul. de Caſt. & Ioā. de Imol. in d. l. ſi filius hæres. quia patre viuente filius non poſſet adire: ergo nec repudiare vel abſtinere, vt l. is poteſt. ff. de acquir. hære. Eſſet igitur ſuperuacuum dicere, ꝙ tunc per dictam ſubſtitutionē vulgarem eo modo, quo dictū eſt, factam, eſſet data li-

Limitatio.

151 centia abſtinendi. † Limitatur etiam dicta opinio Bar. ſi vera ſit, niſi datus eſſet ſubſtitutus ſimul vulgariter, & per fideicōmiſſum, vt l. nō iuſtam. ſecundum vnum intellectū. C. ad Treb. & ibi Bal. ſuadet hoc eſſe memoriæ cōmendādum propter clauſulas, quas ſæpe notarij apponunt in teſtamentis, ſcilicet quòd patres aliquādo ſubſtituunt filijs ſuis pupillis vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum. Alia etiam datur limitatio, niſi eſſet vulgaris ſubſtitutio facta in reciproca vel cōpēdioſa ſubſtitutione: quia illa nō eſt omnino expreſſa, per ea quæ not. Angel. in d. §. quarta. & Bald. in allegata l. cum proponas. C. de hære. inſti. Bar. tamen bene fatetur, ꝙ per dationem ſubſtituti vulgaris tollit̃ neceſſitas, ſed non ſuitas, quæ cōſiſtit in cōtinuatione dominij, vt l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. & Inſtit. de hæred. quali. & diffe. §. ſui. Et ex hoc infert, ꝙ non impeditur tranſmiſſio per dationē ſubſtituti vulgaris, ſicut ſi legatario daretur vulgaris ſubſtitutus. nam nihilominus tranſmitteret ad ſuos hæredes, quibus acceptantibus legatū excluderetur ſubſtitutus, qui tunc demum admitteretur illis repudiantibus, per ea quæ habentur in l. qui filium. ff. ad Trebel. & l. iij. §. j. ff. de adi. vel transfe. lega. Hoc tamen non placet Paul. de Caſt. in d. l. ſi filius hęres. ſcilicet ꝙ per dationē ſubſtituti vulgaris tollat̃ neceſſitas, ſed nō ſuitas: quia dominiū nō continuatur in filiū, niſi tanq; in hęredem, vnde nō poteſt dici ſuus, niſi ſit ſuus hæres. Et illud ꝙ ſit hęres cōſiſtit in neceſſitate, vt iuribus al-

Limitatio.

152 legatis. Ideo ipſe firmiter tenet † ꝙ datio ſubſtituti vulgaris nō tollit neceſſitatem nec ſuitatē. quod dicit patere: quia beneficium abſtinendi habet filius à prætore, vt d. l. neceſſarijs. & d. §. ſed his pręt or. ideo non eſt neceſſe, ꝙ illud beneficiū ſibi detur à patre. Patre igitur ſubſtituente hoc modo, ſi filius hæres non erit, videtur etiā ſubſtituere in caſu, quo filius vtetur beneficio pręt oris, quo poteſt vti: nō autem ſibi videtur dediſſe licentiā abſtinēdi. quod probatur in l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. quāuis ibi Bar. in noua lectura, & in l. ſi ſolus. ff. de acqui. hære. nitatur illis reſpōdere. Dicit tamē ipſe Pau. de Caſt. contra Bar. & pro ſua opinione eſſe caſum à nullo alio ponderatū in l. fi. ff. de cōdi. inſtit. in verſ. altera vero ſpecie. Ibi enim nepos fuit vulgariter ſubſtitutus filio inſtituto ſub cōditione poteſtatiua, quę poterat impleri vltimo vitæ ſpiritu, & dicitur ꝙ filio moriente cōditione non impleta nepos nō vocatur ex ſubſtitutione, niſi poſt mortem filij. Et eſt ratio, quia illa conditio, quouſq; vixit filius, & in eo fuit ſpiritus, potuit per aliū impleri, & ſi fuiſſet impleta prius q̄ emitteret ſpiritū filius effectus hæres ex teſtamēto in vltimo mortis articulo, & trāſmiſiſſet ad ſuos hæredes excluſo ſubſtituto: ideo expectatur quouſq; in eo eſt ſpiritus, nec admittit̃ ſubſtitutus, niſi eo perfectè mortuo cōditione nō impleta. Sed ſi opinio Bar. & ſuorum ſequacium eſſet vera, tunc admitteretur nepos in vita filij ſtatim, cum inciperet mori: quia tunc ſuitas nihil poteſt operari, ideo licet cōditio per alium impleretur eo adhuc viuēte: quia tamē perdiderat voluntatē, eo ipſo ꝙ incipiebat mori, & ſic non poterat adire, vt not. per gl. in l. fi. ff. quādo dies leg. ced. Nec eſſet expectandum, ꝙ pfectè eſſet mortuus, imò ſtatim ꝙ incœpiſſet mori, licet cōditio poſſet adhuc impleri, tamē per hoc non efficeretur hæres, per l. iure ſuitatis. ſed habebat neceſſe fieri ex ſua voluntate, & voluntatē, vt iam dictum eſt, perdiderat, & ſic ꝙ nō poterat effici hęres, ſtatim incipit eſſe certum defeciſſe primum gradum inſtitutionis, & ſic admitteretur nepos ex ſecundo gradu, cuius cōtrariū ibi dicitur: ergo neceſſario ſequitur ꝙ ſuitas nō fuit ſublata, per quam potuit effici hæres in mortis articulo ſine ſua voluntate, ideo nepos ſubſtitutus expectat mortem eius, vt admittatur ſicut ibi ſubtiliter ſubijcitur, ſi text. bene videat̃, ſecundū Paul. de Caſt. qui pro cōfirmatione ſuæ opinionis adducit d. l. Lucius. ff. de vulga. Ioā. autē de Imol. in d. l. ſi filius hęres. pro cōcordia opinionum dicit, ꝙ quādo ſubſtitutio vulgaris potius facta eſt in hęreditate quàm in ſuitate, iuxta illa quæ ſuperius dicta ſunt, ſi ſit facta per hęc verba, ſi hæres eſſe nō poterit, ita ꝙ expreſſus eſt caſus impotentiæ, nō tollitur ſuitas: quia caſus nolūtatis, licet ſub caſu impotētię includat̃, hoc eſt ex iuris interpretatione, & nō vi verborū teſtatoris, vt ſuperius

rius dictũ fuit, ideo idẽ dici debet de tacita vulgari cõprehẽsa in expressa pupillari, quę nõ tollit suitatem, vt d.l. Iulianus scribit si pupillus. ff. de acq. hęr. & fuit de mente Bart. in dicta l. Gallus. §. & quid si tãtum. & facit dict. l. iij. §. j. ff. de adi. vel transfe. leg. Aut fit substitutio vulgaris per hæc verba, si hæres esse noluerit: & tũc videtur, quòd sit sublata suitas, quia filius videtur institutus sub cõtraria conditione, videlicet si voluerit, vt l. aliquãdo. ff. de cõdit. & demõst. & dicta l. iij. §. j. quia testator videtur sibi aperte dedisse licentiam abstinendi, quod tamẽ videtur superfluum, vt superius dictum est, secundum Pau. de Cast. per dict. l. Iulianus. ff. si quis omis. caus. testa. & idem videtur dicere Ang. dicẽs q̃ vbi filius institutus sub conditione si voluerit, vel alia potestatiua, non videtur sublata suitas, per d. l. iam dubitari. ff. de hæred. instit. iuncta ibi gl. Respondet tamen Ioan. de Imol. posse dici, quòd per conditionem si voluerit, adiectam in institutione filij, suspẽditur suitas, sicut & quando substituitur sub mera conditione potestatiua, vt dicta l. fi. ff. de conditio. insti. & l. conditionibus pupillus. ff. de condi. & demonst. Si tamen conditio non impleatur, quia nõ declarauit se acceptare hæreditatem, remanet quòd nunquã fuit locus suitati, propriè loquendo, & sic quodã modo videtur abstinere, per ea, quæ habentur in dicta l. iam dubitari. & dict. l. verba. & faciũt not. Docto. in l. si pater. in articulo cõditionis potestatiuæ. C. de instit. sub cõdi. fa. & in l. suus quoq;. ff. de hæred. instit. & dicta l. fi. ff. de condi. instit. quæ huic dicto obuiat, secundum explanationem Pau. de Cast. Aliquãdo fit substitutio vulgaris per verba, si hęres nõ erit, quę verba ex vi & natura sua verificãtur in casu impotentiæ & noluntatis, tũc videtur data potestas abstinẽdi, quia casus nolũtatis potest dici expressus in genere per testatorẽ, per ea quæ habentur in gl. l. precibus. C. de impub. & alijs subsli. Paria enim sunt nolle & nõ posse. l. j. §. vsus. ff. de procu. faciunt no. in alleg. l. cũ proponas. C. de hær. insti. & hæ sunt opiniones Doct. in hac materia. Et extra glos. istam alia possent dari exempla in hac regula, quæ curiosus quisq; lector inueniet. Sed hæc sufficiãt in hac regula. Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Emãcipatio sub cõditione fieri nõ põt. & nu. 4
2 Emancipari an quis possit ad certum actum.
3 Adoptari quis non potest ad certum tempus, nec ad certum actum.
5 Emancipatio debet fieri coram iudice competenti de foro patris, etiam si filius sit clericus.
6 Acceptilatio quid, & vbi locum habeat. & nu. 7.
8 Aquiliana vnde dicatur stipulatio, & eius vis.
9 Acceptilatio fieri nõ põt in diẽ vel sub cõditione.
10 Aditio hæreditatis sub qua cõditione fieri possit.
11 Hæredis institutio an recipiat diem vel conditionem. & nu. 13.
12 Conditio & dies certa, differunt.
14 Institutus ne adeat intra annũ, potest statim adire.
15 Institutus ex die vel ad diem, differunt.
16 Hæreditas ex die certa dari non potest, sed bene ex die incerta.
17 Hæreditas ex die certa datur in casibus. & num. 18.
19 Hærede vno ad vitam instituto, & alio post mortem, quid iuris.
20 Fideicommissum conditionale non transmittitur.
21 Tutor à iudice dari non potest sub conditione, secus à testatore. & nu. 24.
22 Si, pro quia.
23 Idoneitatis clausula non facit actũ conditionalem.
25 Electiones & postulationes non admittunt conditionem.
26 Matrimonio carnali potest apponi conditio, sed non spirituali.
27 Beneficiorũ collationes debent fieri purè. & nu. 29.
28 Conditio non dicitur, quæ à iure subintelligitur.
30 Conditiones beneficijs potest Papa imponere.
31 Papa an possit committere simoniam.
32 Papa potest dare prælaturam ad tempus.

Actus legitimi, qui non recipiunt diẽ vel conditionẽ: veluti emãcipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, datio tutoris, in totum vitiãtur per temporis vel conditionis adiectionem. Nõnunq̃ tamen actus suprascripti tacitè recipiunt, quæ apertè cõprehensa vitium afferunt. Nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit: ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis cõditio extiterit. Quòd si verbis nominatim acceptilationis comprehẽdatur, nullius momẽti faciet actũ.

EX HAC regula sumpta est alia in c. actus legitimi. extra isto tit. libr. vj. Cõpilator tamẽ illarũ regularũ fuit magis diminutus, q̃ sit Iurisconsultus in hac regula, qui discretius loquutus est, q̃ cõpilator dictarũ regularũ libri sexti, vt ibi dicit Io. Andr. post Dyn. q̃m sunt aliqui actus legitimi recipiẽtes cõditionẽ vel diẽ, vt patet hic in gl. & plenius patebit in dicẽdis. & vocat hic gl. etiã Dy. & Io. And. oẽs actus legitimos illos, qui descendũt à quacũq; parte iuris. Sũt enim sex illius partes positæ in l. ius autẽ ciuile. ff. de iusti. & iur. & in §. constat. Instl. de iur. nat. gen. & ci. Et diuiditur hæc regula in duas partes. primò ponit regulã illã exẽplificando. secũdò limitationẽ cũ exceptione. secũda ibi, nõnunq̃. Intẽtio autẽ Iuriscõsulti in hac l. est, q̃ actus legitimi, qui nõ recipiũt diẽ vel cõditionẽ vitiantẽ, si illis adijciatẽ dies vel cõditio. Deinde limitat & excipit, quod inferius declarabitur. Et actuũ legitimorũ nõ recipientiũ diẽ vel conditionem quędã ponit exẽpla.

1 † Primò in emãcipatione quæ sub conditione fieri non potest, vt si dicat, pater, emancipo filiũ meum, si Imperator in Italiam accesserit, vel si Papa de vrbe Roma recedat: vt declarat Dy. in dicta regula, actus legitimi. lib. vj. fa-

cit quod habetur in l.si tibi.aliàs incipit,quęsitum.
ff.de adoptio. vbi non tenet adoptio facta sub die
vel conditione,ita nec emancipatio,vt contrario-
rum eadem sit disciplina,vt ibi dicit Albe. Et hinc
mouetur quæstio,quam Bart. dimittit insolutã,&
super ea relinquit congitandũ in l.j.§. in filij.ff.ad
2 Treb. †An scilicet filius posſit emancipari à patre
quo ad vnũ actum,videlicet quo ad facultatem te-
standi? Sed Ioann. de Imol.ibi,& in l.tam is.§.j.ff.
de dona.causa mor. & in l. si is qui pro emptore.ff.
de vsuca.tenet quòd nõ, quia illud non posset fieri

An filius possit emancipari à patre quoad vnum actũ.

nisi per fictionẽ, quia verè filius esset in patris po-
testate,& quo ad illum actũ testãdi , censeretur esse
sui iuris,sicut ibi in simili tangit Bart.circa fictio-
nem inductiuã de filiofamilias,qui per fictionẽ cẽ-
setur sui iuris , vel verius haberi pro tali in castrẽ-
sibus. l.j.& ij.cum ibi notatis. C.ad Maced.& l.j.&
ij.ff.de castren.pec.Sed cum hæc fictio non reperia-
tur iure permissa,imò magis prohibita,vt dicta l.si
3 tibi.al iàs,quæsitum. †vbi ad certum tempus non
potest quis adoptari in filium , ergo néc ad certum
actum,arg.l.vinum.ff.si cert.peta.Ita dicendum est
in emãcipatione per suprà dicta. & huius opinio-
nis fuit Bal.in l.senium.C.qui testa.fa.poss.& idem
tenet Paul.de Castr.in l.in potestate.ff.de testamen.
quoniã patria potestas est indiuisibilis.Ideo eman-
cipatio non potest fieri quo ad vnum actum , quia
quo ad quædam non potest quis esse seruus,& quo
ad quædam liber.l.si pariter. in fi.ff.de liber.cau.si-
cut nec legitimatio , vt notatur per gloss. in c.cum
4 inhibitio.extra de clande.despõ. †Et si opponatur
quòd emancipatio videtur posse fieri sub cõditio-
ne, per illud quod habetur in l. si cui legatum.ff.de
condi.& demõ.ibi,si fiat legatum patri sub condi-
tione,si emancipauerit filium, valet legatum: & si
pater acceptauerit legatum , cogitur filium eman-
cipare. dicite, quòd ibi nõ fit emãcipatio sub con-
ditione,sed bene legatum,quo acceptato pater pu-
tè cogitur emãcipare filium.& est vnus de casibus,
vt ibi dicit gloss. vbi pater cogi potest hoc facere.
Sunt & alij casus notati per glos. Instit. quib.mod.
ius patr.po.sol.§.fi.& l.si lenones. C.de episco.au-
5 dien. †Et fieri debet hæc emancipatio per patrem
coram iudice competente, vt l.j.l.penul.& fi.C.de
emancipation. libe. & dicitur iudex competẽs esse
ille , qui est iudex patris emancipantis, & non filij,
licet filius sit clericus,quia corã iudice seculari pa-
tris poterit emãcipari.Ius enim patrię potestatis,à
potestate seculari,& nõ ecclesiastica introductũ est.
Instit.de pa.po.in principio.& l.item in potestate.
ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. Iste etiam actus
emancipationis à voluntate , & dono patris pro-
cedit.l.ij.& l.cum oportet. §.cum autem Constan-
tiniana.C.de bo.quæ libe.& l. si viua. C.de bo.ma.
vbi Ange.reprehendit abusum notariorum,qui in
instrumentis emãcipationum proferunt verba in-
eptissima , & impertinentia , dicendo, quòd pater
emancipauit filium, & in præmium emancipatio-
nis tale quid sibi donauit:quamuis enim filio emã-
cipato pater posſit donare, impertinens tamen est
dicere,quòd hoc sit in præmiũ emãcipationis,quia
præmium emãcipationis non filio,sed patri debe-
tur,eò quòd liberat filium à sua paterna potestate,
vt iuribus proximè allegatis.Ideo in proposito iu-
dex patris volentis emancipare filium , præstabit
autoritatẽ emancipationi,& non iudex filij clerici.
Nec ob. illud generale,quòd actor debet sequi forũ
rei.l.iuris ordinem.& l.in criminali.C.de iurisdict.
omn.iudi.& cap.cum sit generale.extra de fo.com-
peten. quia hoc procedit in contentiosis, & quãdo
iudicium redditur in inuitum,vt l.inter stipulantẽ.
§.j.ff.de verb.oblig.secus in voluntarijs actibus.Et
pro hoc facit,quia vbi pater cogendus esset eman-
cipare filium in casibus,quibus cogi potest,hoc fi-
endum est coram iudice patris , vt dicta l.iuris or-
dinem.& in c.si clericus laicum.extra de fo.compe.
& xj.q.j.cap.experientiæ.& ita resident domini de
6 Rota in decisionibus nouis,decisione clxxviij.†Se-
cundũ exemplũ actuum legitimorum ponit hic Iu
risconsultus in acceptilatione,quę quid sit,habetur
in l.j.& l.& vno.ff.de accep.& in §.itẽ per accepti-
lationem.& in §.seq. Instit.quib.mod. tol.oblig.&
per Specu.ti.de solutio.§.j.ver.Aquiliana.& §.cæ-
7 terum.†Fit autem solum super obligatione verbis
contracta, quia necesse est quòd per stipulationem
debeatur id, quod per acceptilationem tollitur,vt
dicto §. item per acceptilationẽ. & l.an inutilis.§.
accepto.ff.de acceptil. Si tamẽ ex alio cõtractu ali-
quid debeatur, potest deduci in Aquilianã stipula
tionem,deinde tolli per acceptilationem,vt dictis
iuribus.& explanat Hostien. in summa de solutio.
§.j.vers.sed hæc per Aquilianam. & §.seq. vbi po-
8 nitur rubricella de acceptilationib.†Aquiliana au-
tẽ vocatur , quia à Gallo Aquilio introducta fuit,
vt in dicta l.& vno.vbi dicit Ioan. de Imo.quòd in
forma verborum data circa hoc per Gallũ Aqui-
lium,videtur esse aliqua verba superflua, vt etiam
notat glos.Instit.quib. mod.sol.oblig. §.est autem.
de quo dicit Bar.& post eum Ioan. de Imol.in alle-
gata l.& vno.nõ esse mirandum,si Gallus Aquilius
in hoc fuerit superflue loquutus , quia etiam alibi
reprehenditur de superfluitate in l.Gallus. ff.de lib.
& posthu. licet in ista materia acceptilationis per
Aquilianã stipulationem fiendæ, non reprehenda-
tur.quod secundum eos,ideo fortè est,quia in con-
tractibus multa dicuntur ratione dubitationis tol
lendæ,vt l.certum.ff.si cert.peta.& l.qui dubitatio-
nis.ff.isto tit.Nec est necesse,quòd hoc casu adijcia-
tur in stipulatione Aquiliana, quòd hoc fit animo
nouandi,propter l.fi. C.de nouatio. & Instit.quib.
mod.tol.obliga.§. præterea.vt dicit Ioan.de Imol.
in dicta l.& vno.quia eo ipso, quòd ipsam stipula-
tionẽ Aquilianã immediate sequitur acceptilatio,
comprehenditur verisimiliter fuisse interpositam
stipulationẽ animo nouandi, vt sic posſit accepti-
latio omnẽ obligationẽ tollere. Nec credit ob hoc
aliquid esse immutatum,per dict.l. fi.quoniam per
stipulationem incõtinenti appositam deprehendi
potest mens contrahentium, arg.l.si seruus pluriũ.
§.fi.ff.de lega.j.& l.hæredes palã. §.sed & si notam.
ff.de testamen.& hoc videtur esse de mente Spec.in
dicto ver.Aquiliana.& facit tex.in l. Aquiliana.ff.
de transact.Est autem aduertendũ pro declaratione
huius articuli, quòd hodie fit solum nouatio,quã-
do hoc expresſè dicitur,& nõ aliter, vt alleg.l.fi.&
dicto §.præterea. Voluit tamẽ gl.in l.ij.ff.de nouat.
in l.

in l.pen.ff.de præto.stipu. & in d.l.fi.quas communis opinio sequi videtur,ꝙ in omnibus contractibus, quibus iure Digestorũ introducebatur tacitè nouatio,hodie inducatur ope exceptionis. Vult etiã Bar.quẽ sequitur Ang. in d.l.ij.ꝙ si in secũdo contractu fiat mentio primi, sit facta nouatio, per d.l.fi.arg.l.Paulo Callimacho.§.j.ff.de lega.iij.Et quia iste articulus nouationis est vtcunq; inuolutus, sciendũ est secundũ gl.& Doct. ꝙ aut expressè agitur ꝙ fiat nouatio,& illa fit,vt d.l.fi.& l.qui vsumfructum.ff.de verb.oblig. Aut expressè agitur ꝙ non fiat,& olim non fiebat,nec hodie fit,vt l.iiij.§.si ex conuentione.ff.de re iudic.& l.si fideiussor.in principio. ff.qui satisdare cogan. Et hæc membra sunt clara. Aut nihil fuit expressè dictum , nec tacitè actum vt fiat nouatio,& nõ fit,vt dict. l.qui vsumfructum.etiam si in secunda obligatione adijciatur noua persona. l. eum qui stipulatus. §.si à te. ff.de verb.obligatio.Imò, nec si secunda obligatio tantundem continebat sicut prima,vt l.scire debemus. ff.de verb. oblig. Aut est tacitè actum ꝙ fiat nouatio,& gl.dicunt, ꝙ ope exceptionis,non autẽ ipso iure fit nouatio.& mouẽtur per l. pen. ff.de præto. stip.Sed Guliel.de Cug.cuius dictũ placet Bart.dicebat nouationẽ isto casu fieri ipso iure, vt l.j.& ij. ff.de noua.vt ipse notauit in l.rescriptũ.§.si pacto. ff.de pact. Et ad prædictã l.pen.respondetur,ꝙ loquitur in prætorijs stipulationibus, in quibus non interuenit spontaneus cõsensus: secus in cõuentionalibus,in quibus consensus spõtaneus interuenit. Sed quia adhuc hoc mẽbrum remanet obscurũ,sciendum est,ꝙ Bar.in d.l.pe.& etiã in d.l.qui vsumfructũ. & ibi Ioan. de Imol.& Sali.in d.l.fi.recitans alios.& gl.in d.§.præterea. dicunt cõsideranda esse tria iura.Primũ antiquissimũ,ante ius Digestorũ, secundũ quod tacitè agebatur fieri nouationẽ, siue secũda obligatio plus,siue minus,aut tantundẽ cõtineret sicut prima. & de illo iure loquitur d. l.fi.& illud tollit.Secũdũ est ius Digestorũ , quo vtimur, & illo iure fiebat nouatio, si secũda obligatio plus quàm prima cõtinebat:secus si tantundẽ: & fortius si minus, vt dicta l.qui vsumfructum. & l.scire debemus. ij.responso. & l.si pupillus. §.qui actũ.ff.de noua.& de isto iure Digestorum non facit mẽtionem dict.l.fi. vt vult Bar.sed solum de primo ideo vetustissimo.Sed hoc non placet Sali.& dicit Bar. in hoc diuinasse, secundũ quem Sali.ista lex finalis videtur se referre ad proximũ ius Digestorũ:quia illud antiquissimum, vel erat correctũ,vel eo nullus vtebatur. & hoc certe videtur voluisse gloss.in d.§.præterea.super verbo,noui sit.in versi. vel verius.dic tantum duo esse.Ideo considerat Sali.quòd ista lex fin. quæ est tertium ius secundum Bart. vel secundum,vt vult Salic.& prædicta glo.§.præterea. corrigit nouationes tacitas vel expressas , quæ nocebãt creditoribus, propter eorũ voluntates,vt in principio dictæ l.& in vers. & generaliter. Non quia olim per interuẽtum simpliciter nouæ personæ fiebat nouatio,vt l.j.ff. de nouat. & hoc erat ex coniectura legis,non autẽ ex verbis contrahẽtium. & iste casus hodie corrigitur per d.l.fi. Et idẽ erat, si obligatio augebatur in quantitate,quia lex coniecturabat, ꝙ debitor non teneretur ad vtrunque,

ideo fiebat nouatio,vt dict. l.qui vsumfructum.&
alleg.§.præterea.sed hodie hoc correctum est,vt d.
l.fin.Sed si ex verbis cõtrahentium appareret par-
tes velle nouare,licet verbis hoc non expresserint,
fit nouatio.nec istud corrigitur per d.l. fi.vt si dica
tur pro his decem,quæ mihi debes,promittis mihi
dare quindecim:istorrum volũtas videtur voluisse
primam obligationẽ trãsferre in secundam.Est ta-
men in hoc opinionum diuersitas, quia glo.dicunt
nouationẽ fieri ope exceptionis.Guli.de Cug.ipso
ipso iure.quæ opinio videtur confundi per tex.d.
l.fin.dum dicit nil penitus innouari , quæ sunt di-
ctiones vniuersales,& etiam, vt ipse dicit,gl.d.l.ij.
ff.de nouat.non loquitur eo modo, sicut allegatur,
sed solum dicit,quòd si verisimiliter sit actũ ꝙ fiat
nouatio,vt in exemplo s.posito,illa fiet ope exce-
ptionis,& ita residet:sed in Aquiliana stipulatione
9 tenet,quod suprã dictum est. †Acceptilatio autẽ,
vt hic dicitur,fieri non potest in diem,vel sub con-
ditione.facit l.acceptilatio.& l.in diẽ.ff.de accepti-
latio.vbi glo.declarat istud exẽplum,vt si creditor
interrogatus per debitorẽ,acceptum'ne habes, ac-
ceptumq; fers,respondeat,acceptũ habeo,acceptũ'
que fero, si Imperator intrauerit Italiã. & est ratio
secundum Bar. & Io.de Imol.in d.l.in diẽ.quia tũc
videtur peccatũ in forma acceptilationis. Ideo vi-
tiatur,quia forma dat esse rei.l.Iulianus.§.sed si quis.
ff.ad exhib.facit l.an inutilis. in prin.ff.de acceptil. Limitatio.
& c.tua.extra de his quæ fi.à præla.sine cõsen.capi.
Et hoc procedit in die, vel conditione expressa:se-
cus in tacita , vt hoc subiungitur in secunda parte
legis.& no.per gl.in d.l.in diẽ.facit l.quod in diem.
& l.si sub conditione. ff.de acceptil. & l.sub condi-
tione.ff.de solut.cum ibi no. quoniam acceptilatio
facta purè de eo , quod debetur sub conditione vel
die,ita demum liberatur adueniente die vel condi-
10 tione , vt dictis iuribus. †Tertiò , adducit exem- De aditione hæreditatis.
plum Iurisconsultus de aditione hæreditatis , quæ
est actus legitimus, non recipiens conditionem,vt
si dicat hæres, cui delata est hæreditas,Adeo hære-
ditatẽ sub conditione, si nauis ex Asia venerit:adi-
tio nulla est,vt l.eum qui. §.fi.ff. de acquir.hære.&
ibi ratio redditur per Bart.quia aditio hæreditatis
consistit in animo & voluntate. l.si auia. C.de iure
deli.& Insti.de hæ.quali.& dif.§.pe.cũ similib.Fir-
ma autẽ non est voluntas,si apponatur in ea cõdi-
tio.quod præstat arg.secundũ Bal. ibi, ꝙ respõdẽs
interrogationi debet purè,non autem conditiona-
liter respondere.Vult tamẽ ipse Bal.in l.potuit.C.
de iure deli. octaua quæstione, ꝙ aditio hæredita-
tis facta hoc modo,qui sequitur,videlicet Adeo hæ
reditatem,si de iure possum:bene valet,quia volũ-
tas hoc modo est satis declarata,ꝙ volo esse hæres.
Nec obstat ista regula, quia loquitur in conditio-
nibus facti, sed quæstio loquitur in conditionibus
iuris,arg.l.multũ interest. ff.de condi. & demõ.Est
enim ista conditio intrinseca, & inhærens:ideo nõ
habetur pro conditione, cũ insit de sua natura. Illa
enim conditio dicit inesse, quãdo dispositio aliter
non potest sortiri effectũ,vt no.per ipsum Bal.in l.
hæc verba.ff.de lega.j. Sed aditio hæreditatis facta
per eũ,qui non potest adire,non valeret.l.j.l.nolle.
l.is qui putat.l.is potest.l.si is ad quem.& l.neminẽ.

11 ff.de acquiren.hæred.cũm similibus. †Licet autem
aditio hæreditatis non recipiat diem vel conditio-
nem, vt in hac regula, tamen hæredis institutio,
quæ est actus legitimus, recipit bene conditionem,
atq; diem incertam, vt per totum titu. ff.de condit.
instit.& C.de insti.sub condit. fact.& facit l.si quis
instituatur.l.si sub conditione.l.in tempus.& l.qui
filio.ff.de hæred.instit.& C.eod.tit.l.extraneum.in
prima.diem autem certam non recipit. l.hæreditas
ex die.ff.de hæred.instit.& Instit.eod.tit.§.hæres.Et
rationem differentiæ assignat Dyn.in dicto c.actus
legitimi. quia indiuisibile in se nõ recipit diuisio-
nem partis temporis.l.miles ita hæredem.in princ.
& §.& quia dicimus.ff.de testa.milit. Sed institutio
hæredis nõ recipit in se diuisionem, quia quis non
potest mori pro parte testatus, & pro parte intesta-
tus, vt l.ius nostrum.ē.isto titul. Si enim posset da-
ri hæreditas ex die certa, tunc ante diem testator
pro illo tẽpore moreretur intestatus, & post diem
testatus. Ideo ne hoc contingat, vitio temporis sub
lato, remanet institutio pura & perpetua, & habe-
tur tempus pro nõ adiecto, sicut etiã quando quis
instituitur hæres ex re certa, nullo alio dato hære-
de, habetur perinde, ac si non esset facta mẽtio rei.
l.j §.si ex fundo. ff.de hæred. institu. Sed si quis in-
stituatur sub conditione vel die incerta, quæ habe-
tur pro conditione, vt l.dies incertus. ff.de condit.
& demonstr.prædicta ratio seu incõueniens cessat,
quia semper reperietur testator pro omni tempo-
re testatus, & pro omni tempore intestatus. Nam
si eueniat cõditio, trahitur retro, & præsumitur o-
mni tẽpore testatus. facit l. quod dicitur. ff.de testa.
mili. Si autem deficiat conditio, habetur ac si non
fuisset apposita, & censebitur quòd decessit intesta
tus, argumen.l.proinde.ff.si cer.per.& l. quidam.ff.
de reb.dub.Et si diceretur, quòd etiam ante euentũ
cõditionis videtur testator esse intestatus, & sic nõ
est differentia inter appositionẽ cõditionis, & diei
incertæ, potest responderi secundum Ioan.de Imol.
in dicta l.hæreditas ex die. ꝙ ante euentũ conditio-
nis dubium est, an eueniet conditio, qua eueniente
trahetur retro ad tempus testamenti, quia quandiu
potest esse spes de causa testati, non habet locũ cau-
sa intestati.l.quandiu.la ij.ff.de acq.hær.& l.anteq̃.
C.cõmunia de succes. cum cõcord.in gl.alleg.Ideo
ante euentũ conditionis vel eius defectum, non po
test dici, testatorem decessisse intestatum. quæ ratio
cessat, quando apponitur dies certa, quia cum non
trahatur retro per dictum §.& quia dicimus. habe-
mus certitudinem, quòd ante diem decederet inte-
status, nisi dies certus submoueretur per legẽ, vt d.
l.hæreditas ex die. Vbi alia ratio differẽtiæ assigna-
tur per Iac.de Are. recitatum per Bar. Bal.Paul.de
12 Cast.& Io.de Imol.videlicet, †quòd aliud est in cõ-
ditione, aliud in die certa, ne dies certa operetur vl
tra suam naturam, quæ est suspendere solũ exerci-
tium seu exequutionẽ dispositionis, non autẽ sub-
stantiam illius, vel iuris effectum. l.j.ff.quando dies
vsusfru.ced.& l.cedere diẽ.ē.ti.prox.vbi dicitur, ꝙ
ante euẽtum diei oritur obligatio, sed differtur pe-
titio. In casu autẽ proposito, quando hæreditas da-
tur ex die, cum hæres illam capiat à se ipso, nec ha-
bet illam petere ab alio, vt l.sed si in conditione.§.

Institutio hæredis bene recipit diẽ & conditionẽ incertam.

fi.ff.de hæred.instit.& l.ex parte. ff.de acqui.hæred.
non requiritur alia exequutio, si institutus velit esse
hæres. Ideo, cum nulla alia supersit exequutio, quæ
possit suspẽdi, si fieret suspensio, suspẽderetur sub-
stantia, & effectus institutionis, quia institutus nõ
posset adire ante diẽ, in quo tota substantia institu-
tionis consistit, quod esset contra naturã diei certę,
vt dictũ est. Ideo non valet adiectio certę diei in in-
stitutione. & hoc fuit de intẽtione Baldi, in d.l.ex-
traneum. Sed de natura conditionis est suspendere
necdum exercitiũ vel exequutionẽ actus, sed etiam
eius substantiam & effectum, vt d.l.cedere diẽ. Ideo
si per eam suspenditur institutio hęredis, hoc est se-
13 cundum eius naturam. †Ideo institutio facta sub il-
la non valet, quæ non valet facta ex die certa, nisi
dies reijceretur per legẽ, sicut reijcitur in dict.l. hæ-
14 reditas ex die. †Et ob hoc dicit Pau.de Cast. vbi ē.
ꝙ si testator Titium instituat hæredẽ, hoc adiecto,
ꝙ nõ possit adire ante annum, non valet illa adie-
ctio, sed illo non obstãte, statim poterit adire. l.ne-
mo potest. ff.de lega. j. Nã si institueretur post an-
num, iste esset sensus, quòd nõ posset adire ante an-
num, qui sensus reprobatur in d.l.hęreditas ex die.
ergo idem si apponatur expressẽ, quamuis institu-
tio sit facta simpliciter, quæ censetur facta in frau-
dem legis. Nec obst.id, quod no. per gl.in d.l.nemo
potest. dum dicit, ꝙ saltem ope exceptionis impe-
ditur ante annũ, quia secundũ dictũ Paul.de Castr.
ibi loquitur in legato, in quo est dare hæredem, qui
potest vti illa exceptione, vnde oritur obligatio
& actio, etiam ante annum, licet testator contra-
rium dixerit: sed si petatur, opponitur exceptio di
lationis, vt in illa gl. Nos loquimur in hęrede pro-
hibito adire ante annum, vnde nõ subest persona,
quæ sibi opponat exceptionem, ne prius adeat. &
hoc etiam tenet Bal. ibi, qui allegat l.fi.C.de legat.
15 †Et est aduertendũ, ꝙ aliud est dicere ex die, & aliud
ad diem, secundum Bal.Ang.& Io.de Imol.dicitur
enim dari hæreditas ex die, quando dies apponitur
per modum princip ij, vt si dicat testator, instituo
Titium hæredem post pascha, quia tunc debet in-
cipere esse hæres. Sed ad diem dicitur dari, quando
16 dies apponitur per modum finis seu termini. †Li-
cet autem non possit dari hæreditas ex die certa,
tamen potest dari ex die incerta, quæ æquiparatur
conditioni, vt dictum est, vt dicta l.dies incertus.ff.
de conditio.& demonstra.quod est verum, secundũ
Ioan.de Imol.& Docto. quando dies est incerta, an
& quando eueniet: secus si esset incerta quando, sed
non an eueniet, vt est dies mortis instituti, quæ est
certa an, quia certum est eum moriturum, sed non
quando, quia incertum est quando morietur, vt l.
j.ff. de condi. & demon. quia tũc idem dicendũ est,
sicut de die omnino certa, vt est tex. secundũ vnum
intellectũ in dict.l.extraneũ.C.de hær.insti. & tunc
sublato vitio temporis institutio pura remanebit,
quia postquam certum est diem mortis instituti fu
turam, habetur pro pura, ad similitudinem condi-
tionis, quã certũ est euenturã, vt l.si pupillus.§.qui
sub cõditione.ff.de noua. secus esset, si in institutio-
ne apponeretur dies mortis nõ instituti, sed tertij,
puta Sẽpronij: quia licet sit certũ ꝙ dies eueniet, est
tamẽ incertũ qñ, & ob hoc facit cõditionem, quia
incertũ

incertū est, an institutus viuet tempore mortis Ti-
tij, vt est casus, secundum alium intellectum, in alle-
gata l. extraneum. & tunc expectabitur an ille ter-
tius præmorietur instituto, quo præmoriente con-
ditio erit purificata, & institutus erit hæres: ea au-
tem deficiente, institutio erit nulla, & redigetur ad
viā intestati, propter defectū conditionis, per illud
quod habetur in l. hæres meus. ff. de cōdi. & dem. &
17 l. si cū hæres. ff. quan. di. leg. ced. †Illud etiā quod di-
ctum est, hæreditatem non posse dari ex die certa,
Fallit secundum Ioan. de Imola in duobus casibus.
Primò in milite testante iure militari, quia potest
decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus,
18 dicta l. miles ita hæredē. §. & quia dicimus. †Secūdò
fallit, quando nō datur directè hæreditas ex die, sed
per quandam consequentiam, vt est quando ser-
uus proprius instituitur hæres, & datur sibi liber-
tas ex die certa: nam per consequentiam quandam
suspenditur hæreditas vsq; ad diem, quia nō potest
illam habere, nisi adueniente die, vt l. quoties. §. fi.
ff. de hæred. instit. Item, quia dictum est dari ad diē,
quando ponitur per modum finis vel termini. Sci-
endum est, quòd sicut hæreditas non potest dari ex
die certa, ita nec ad diem certum. & hoc est indubi-
tatum secūdum Io. de Imol. in allegata l. hæreditas
ex die. Quod voluit etiam Salic. in dicta l. extraneū.
& idem dicit Io. de Imol. si detur hęreditas ad diem
incertam, quia qui semel est hæres, non potest desi-
nere esse hæres. l. ei qui soluendo. ff. de hæred. instit.
& l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minori.
& tūc causa testati trahit ad se causam intestati, &
sublato vitio tēporis remanet hęres perpetuo. An-
gel. tamē post glos. Hugo. recitatus per Io. de Imol.
declarat hoc fallere, quādo testator instituto ad tē-
Fallentia. pus post illud tempus daret cohæredem, quoniam
secundū eum cessaret ratio prædicta, quia testator
semper decederet testatus, & non desineret quis esse
hæres. & allegat Bartol. gloss. in l. ij. ff. si pars hære.
per. Sed, vt dicit Io. de Imol. illa glos. aliter intelli-
gitur, vt ibi notatur per Bar. & in l. planè. §. si con-
iuncti. ff. de lega. j. & in l. si quis ita. ff. de hęred. insti.
voluit enim dicta gl. post Hugo. q institutus purè
in certa parte hæreditatis, alio instituto in alia sub
conditione, habebat solam partem, in qua fuit insti
tutus, & demum aliam partem deficiente conditio-
ne, sub qua alius erat institutus. Sed simpliciter pu-
rè institutus, licet alius sit secum institutus sub cō-
ditione, illa pendente habebit totum, & si deficiat
cōditio, tota hęreditas sibi remanebit: existēte verò
conditione, ille sub ea institutus habebit dimidiā,
& retro censebitur hæres pro dimidia, & sic purè
institutus nō fuit verè hæres insolidū, sed pro par-
te, & sic non desinit esse hęres. Verum est, quòd pē-
dēte cōditione, purè institutus solus fuit hæres quo
ad administrationem bonorum insolidum. & ita
19 intelligitur illa gl. quicquid dicat Ang. †Et faciunt
superius dicta ad quęstionem, si vxor testatoris in-
stituatur hæres, donec vixerit, & post mortem suā
instituitur frater testatoris vel alius, dubitatio est
de effectu dictæ substitutionis: & quidā, inter quos
fuerunt Bar. Ang. & Sali. dixerunt, q vxor erit hę-
res in vita, & alius post mortem, quia non videtur
tunc testator mori pro parte testatus, & pro parte
intestatus. & vt dicit Salice. hoc modo directius &
clarius seruatur voluntas testatoris. Alij dixerūt, q
cum vxor semel fuerit hæres, nō potest desinere esse
hæres, per iura superius alleg. quod est verum dire-
cto, sed bene videtur rogata vxor restituere per fi-
deicommissum dicto fratri vel alteri, vt per l. ex fa
cto. in prin. ff. ad Treb. & l. filiusfa. §. vt quis hęredē.
ff. de lega. j. & in hac opinione residet Bal. quicquid
dixerit Angel. in d. l. hæreditas ex die. qui voluit, q
tunc frater post mortem vxoris vel alius esset hæ-
res vtiliter, durante nomine hęredis apud vxorem:
quia, vt dicit Io. de Imol. hæc opinio Ang. non vi- Limitatio.
detur bona: quoniam licet in casibus, in quibus ius
permittit & tolerat, quòd vnus sit hæres directo, &
alius vtiliter, illud contingit in hærede instituto, &
fideicommissario. l. j. & per totum. ff. ad Tre. & in l.
j. §. si quis adita. ff. ad Tert. Nullo tamen iure repe-
ritur cautum, q testator possit disponere, vt vnus
sit hęres directo, & alius vtiliter, nisi per fideicom-
missum, per iura superius alleg. & facit ratio, quia
verba directa, quæ valere poterunt iure directo, nō
trahuntur ad fideicōmissum: secus quādo non pos-
sunt valere iure directo, vt l. verbis ciuilibus. cū ibi
no. per gl. & Doct. ff. de vulg. & l. Scęuola. ff. ad Tre.
Sed postq̄ hęreditas fuerit adita per vxorē vel aliū
primo loco institutum, verba institutionis directè
habuerunt locum in persona vxoris vel primo lo-
co instituti, sed non quo ad alium postea institutū,
puta fratrē vel aliū. Ideo, quia in illius persona nō
possunt valere iure directo, valebūt iure fideicōmis
si, per iura proximè alleg. Nec ob. ratio Ang. tenē-
tis aliā opinionē, q scilicet cessabat isto casu ratio
de testato pro parte, & intestato, videlicet quia te-
stator nō poterat isto casu mori pro parte tēporis
intestatus, imò semp testatus: qm̄ contrariū verius
est, quia posset cōtingere, q frater vel alius secūdo
loco institutus pręmoreretur instituto in primo loco,
& tūc post illius primi mortē nullus reperiretur hæ-
res ex testamēto. Ideo secundū eundē de Imo. sequit
de necessitate, quòd de institutione dictę vxoris aut
alterius modo pręmisso instituti, in primo loco de-
trahitur dies vel tēpus, & remanebit institutio pu-
ra & transmissibilis ad hæredes instituti in primo
loco: videtur tamē, quòd hæres eius tenebitur per
fideicōmissum restituere fratri, vel alteri secūdo lo
co instituto, si superuixerit vxori, vel alteri primo
instituto, vt dictis iuribus. l. ex facto. & §. vt quis
hęredē. aliàs remanebit hæreditas penes dictā vxo-
rem vel primo loco institutum, & illius hæredes:
20 †quia fideicōmissum cōditionale nō transmittitur
ad hæredē fideicōmissariū, si ipse fideicōmissarius
moriatur ante hæredē institutū, vel cōditione pen-
dente, vt l. vnica. §. sin autē aliquid sub conditione.
C. de cadu. tollen. Et idem dici debet, vt dictū est, si
vxor instituatur donec vixerit, vel ad vitā suā nul
lo alio dato cohęrede instituto, aut alio post mortē
vxoris, quia ipsa erit hæres perpetuo, & transmit-
tet post mortē suā hæreditatē illā ad suū hæredē. &
hoc in effectu tenet Bal. nec in hoc vltimo dissentit
Sali. in alleg. l. extraneū. pro quibus facit l. Titia cū
testamēto. §. fi. ff. de lega. ij. & l. species. ff. de au. & ar.
lega. & hæc sunt recitata per Docto. in iuribus su-
perius allegatis, quos plenius in hac materia vide.

Quarto exemplificat Iurisconsultus in optione ser
ui,de quo habetur in l.fi. in principio. C.commu
nia de legat.& in §.optionis. Instit. de lega.& in l.
21 mancipiorum. ff.de optio.leg.†Quinto & vltimo
dat exemplum de datione tutoris, qui à iudice dari
non potest sub conditione,vel.muto.§.sub condi
tione. ff.de tutel. A testatore autem potest dari sub
condition,vt l.tutor datus.in prin.ff.de testa.tute.
& notatur hic per glos.quę dicit hoc fieri posse per
expressam & tacitam conditionem , vt Instit.qui
da.tu.poss.§.ad certum.Sed à iudice etiam dari po
test sub tacita conditione,vt Instit.de Atti. tu.§.sed
& si testamento.& §.idem si purè.vt in casibus no
tatis per glos. in dicto §.sub conditione.sed nō sub
expressa,vt dictum est.& quia ratio ibi reddita per
Iacob.de Are.quem sequitur Bald. quia factum iu
dicis debet omnino esse completum,cum non pos
sit ab alio compleri. secus est in facto personæ pri
uatę,quod potest iudex supplere. Vel est alia ratio,
quia factum iudicis requirit certitudinem , sed cō
ditionalia sunt incerta. Item, quia nō dicitur pro
uidisse,si sua prouisio non sortiatur effectum,iuxta
notata per Innocen.in c.in literis. extra de offic.de
leg.Vel secundum aliquos relatos per Bart.in dicto
§.sub conditione.actus iudiciarij non debent pen
dere de futuro.l.nō quēadmodum.ff. de iudi.quæ ra
tio sibi non placet , quia videmus , quòd sententia
non debet ferri sub cōditione, & tamen lata tenet.
l.j.§.biduum.ff.quādo appel.sit.& hoc est,quia ibi
ius loquitur & progreditur vltra confirmādo. Sed
In datione tutoris facta per iudicem sub conditio
ne expressa , ius vltra procedit annullādo , vt dicto
§.sub conditione.ideo tenet primam rationē Bald.
quæ fuit Iacobi de Are. & Pet. & tenet Cyn.super
rubrica.C.de testamen.tutel.Si autem iudex decre
uerit tutorē,si satisdederit, nō dicitur conditionali
ter decerni,vt hic dicit glos.& Doct. in dicto §.sub
conditione. Imò est ibi decisio textualis , in versic.
22 hanc autem adiectionem. † quia si,ibi sumitur pro
quia,& continet magis admonitionem , quàm cō
ditionem.& per hoc fuit opinio Ioan. Andr. reci
23 tati per Bart.& Bald. †quòd si in literis Papæ ap
ponatur clausula,prouideas tali de beneficio,si eū
idoneum inueneris:illa verba nō faciunt conditio
nem, sed magis admonitionem, vt notatur in cle
men.j.extra de offic.deleg.in gloss. super verbo,re
pererint. & Innocent.in cap.fi. extra de præsumpt.
idem notatur in dicta l.eum qui.§.j.per Bart.Bald.
Paul.de Cast.& Ioan.de Imol. ff.de acquiren.hære.
24 †Illud autem , quod dictum est de datione tutoris
facta à iudice,quæ non recipit conditionē expres
sam, habet locum in autoritate tutoris præstan
da,quæ debet purè non cōditionaliter præstari,vt
l.& si conditionalis. ff.de auto.tut. nisi,vt ibi dicit
Bartol.interponeretur sub hac conditione,si & in
quantum de iure possum,per ea,quæ dicta sunt su
perius in aditione hæreditatis, facta sub dicta con
ditione,& per eadem motiua. Cætera quæ hic po
nuntur in glos.clara sunt,vt patet in ea.Dyn.verò
& Ioan.Andr.in dicto cap. actus legitimi.extra eo.
25 tit.lib.vj. †dant exemplum in hac regula, in postu
lationibus & electionibus, quę sunt actus legitimi
non recipientes conditionem neq; diem,vt in cap.

An tutor à testatore vel iudice sub cōditiōe dari possit.

ij.extra de elect.lib.vj.Non enim tenet electio facta
sub conditione vel die,quæ habetur pro non adie
cta, voce sic eligentium in alios residente,vt ibi ha
26 betur.†Nec obst. quòd in matrimonio carnali po
test apponi conditio,secundum illa,quæ habentur
per totū ti.extra de condi.appo.& in cap.j.de spōs.
lib.vj.Igitur idem videbatur in spirituali , cum de
vno ad aliud sit bona argumentatio, vt in cap. in
ter corporalia.extra de transla.præla.quia,vt dicūt
Doct. in dicto cap.ij. ibi recitati per Domi.de san
cto Gemi.in hoc differt spirituale matrimonium à
carnali.& est ratio differentiæ,quia appositio con
ditionis in spirituali sapit simoniam,vt j.quæst.ij.
cap.quàm pio.& extra de elect. cap.si alicuius.Sed
in carnali matrimonio licitum est dare , vel facere.
xxx.quæst.v.cap.j.& cap.nullum. & per totum ti.
ff.& C.de iure do. Item ecclesia,quæ est sine macu
la vel ruga,vt xxiiij.quęst.j. cap.omnibus.diu non
patitur illudi vota sua. ad quod facit l.ij.in fi.C.de
spōsal.& etiam cōditio facit incertitudinem,imò,
vt dicit Archid.quē sequitur Dominicus de sancto
Gemi.in allegato cap.ij.si eligēdo quis dicat , con
sentio in talem,si sit talis:hoc est dicere,non cōsen
tio in eum,si non sit talis,argu.l.quibus diebus.§.j.
27 ff.de condit. & demonstra. †Et idem dici debet in
collationibus beneficiorum,quę debent fieri purè,
& non sub conditione , vt notatur per glos.Com
postellanum,Io.And.& Ioan.de Imol.in cap.signi
ficatum.extra de præben. super gloss.j.& quamuis
Compostellanus videatur admittere conditionem
in talibus,quæ inest de sui natura, vt si dicatur,cō
sentio in talē , si est legitimè natus, quia illegitimè
natus nō potest eligi, in cap.innotuit.extra de ele
28 ctio.& sic de similibus.& mouebatur:†quia nō di
citur conditio , quæ à iure subintelligitur. l.condi
tiones.ff.de condi.& demonstr. Cæteri tamen Do
cto.tenent contrariū,quia in electione est casus spe
cialis,in quo nulla debet apponi conditio, & suffi
cit ita esse scriptū in dicto cap.ij. facit l.prospexit,
ff. qui & à quib. manu.lib. non fi.& quod notatur
per glos.& Sali.in l.j.C.de legi. & vj.quæst.iij.cap.
scriptum est in lege. & facit ratio quam contra iu
ra inducta per Compostellanū allegat Ioā.Mona.
quia licet conditio de præsenti , vel præterito, vel
quæ de sui natura inest,in suo esse non habeat pen
dentiam,nec suspēdat actum,vt l.cum ad præsens.
ff.si cer.peta. & l.cum in secundo.ff.de iniusto,rup.
& irri. testa.tamen tunc est necessaria cognitio, an
ita sit,& sic habet incertitudinē, quæ per text.dicti
cap.secundi reprobatur.Sicut ergo certa est ecclesia
vel certum beneficium , sic debet esse certum votū.
& hæc ratio fuit Pauli de Eleaza. in suis apostillis
super sexto in dicto cap.ij.licet Domi.eum non al
leget. Aliam rationem reddit ibi Archi.quare nul
la omnino in electionibus debet recipi conditio,
quia in illis faciendis perspicua debet esse cura , vt
lxj.distinctio.cap. in sacerdotibus.in princ. Postq̄
purus debet esse cōsensus,syncerus & gratuitus,vt
patet in sæpe dicto cap.ij. & in cap. in nomine do
mini.versi. quòd si prauorum.xxiij.distinctio.facit
l.si quenquam.C.de episc.& cle.vide circa hoc no
tata per glos.& Docto.in dicto cap.significasti.ex
29 tra de elect. †Sed quia dictum est suprà,quòd sicut
electio

electio non recipit conditionem, ita nec collatio beneficij. Sciendum est, quòd gl. in d. c. ij. videtur velle post Compostel. quòd valeat collatio sub conditione quæ de sui natura inest: puta si beneficium vacat: quia hoc inest de natura: q̄m beneficiū, quod nō vacat nō potest cōferri, vt in c. nulla. extra de conces. pręb. & hoc tenet Io. Mona. in c. si tibi absenti. extra de præb. lib. vj. si tamen illud beneficium collatum in veritate vacaret, & idem tenet Lapus de Castillion. allegatione vj. & ita dici seruari de consuetudine. ¶ Quod maxime procedit secundum aliquos, quando collatio nō pertineret ad plures, sed ad vnū tantū: quia tunc dispositio d. c. ij. nō potest adaptari ad istum casum. de quo plenius vide ibi de sanct. Ge. & Doct. Dicit tamen Panor. in allegato cap. significasti. quòd ep̄us debet quantū potest pure conferre beneficia, ne appositio cōditionis simoniā sapere videatur. facit quod habetur per gl. Io. de Ana. & Docto. in c. pen. glo. fi. extra de magistris. ¶ In Papa verò potest dici secundū eundem Panor. in allegato c. significasti. quòd in simoniacis de iure positiuo ipse potest conditionem quam vult apponere: quia est supra ius positiuum, in c. proposuit. extra de cōces. præben. & c. ij. extra de præbē. lib. vj. & in cle. j. extra ne lite pend. cū similibus. sed in his quę sunt simoniaca de iure diuino nō potest papa conditionem apponere per quam inducatur simonia. facit id quod no. per gl. mēti tenendā in c. ex parte. extra de offi. deleg. & c. pridem.
30 extra de pact. ¶ † Alias verò conditiones quę de natura peccatum non inducūt papa potest apponere etiā non alterando beneficiorum naturā, vt ca. si gratiose. & quod ibi notatur extra de rescrip. lib. vj. & vij. q. j. c. pastoralis. vide ad ista glo. in c. si quis pecuniā. septua-
31 gesimanona distinc. & in c. si papa. xl. distinc. † ¶ Verū autem papa possit committere simoniam ponit Ioan. de Ana. in c. j. extra de simon. post Panor. qui remiuit ad notata plenissimè per eum in c. extirpandæ. §. qui verò. extra de præbend. & Salic. super rubrica. C. ad l. Iul. de ambitu. vbi concludit, quòd si detur pecunia papę pro honore, vel officio habendo, non committitur simonia: q̄a ipse est supra ius positiuū, per iura allegata: secus si detur eis qui sunt circa latus eius. Dicit tamen non esse honestum, quādo pro hoc papa reciperet pecuniam, licet de absoluta potestate illam recipere possit. & ideo inhonestum est, ne ipse iniustitiam tolerare videatur contra illud, quod habetur in authen. vt iudic. sine quoquo suffra. § j. & §. cogitasse. coll. ij. qd' plenius prosequuntur Panor. & Ioan. de Anan. vbi s. & videntur concludere, q̄ in habentibus administrationem, vel curam animarum, si recipit pecuniam, simonia committitur. pro quo facit bona glos. quę est fi. in c. licet. extra de poe. & melius iura quæ allegat ca. si quis obiecerit. & c. saluator. j. q. iij. secus in alijs, sed tamen etiam in illis debet abstinere, vt seruet honestatem. Licet autem electio non recipiat diem: quia nō potest quis eligi ab eligentibus vsque ad certum diem, potest tamen statui dies, & terminus potestati eligendi, iuxta ea quæ habentur in c. cum in veteri. extra de elect. Sed vt dicit Ioan. And. in glo. dictę regulæ, actus legitimi. lib. vj. illa potestas eligendi non est electio quæ est actus legitimus non recipiens diem, cum etiam de iure cōmuni statutum sit certū tempus ad eligendū, conferendum, & præsentandum, vt in c. ne pro defectu. extra de elect. & c. prædicto, nulla. extra de conces. præbē. & c. vnico, extra de iur. patr. lib. vj. ¶ Illud etiā quod dictum est nō valere electionem, vel collationem factam
32 vsq; ad certam diem, † Fallit in Papa qui potest dare prælaturas, & alia beneficia ad tempus, sed non alij inferiores, vt not. per glo. in c. vnico. extra de capel. monachorum. lib. vj. vbi videatis. Maynerius. — *Fallentia ad supradicta.*

Summarium.

1 ☞ Fraus facit quem teneri in eo quod abest actori.
2 Debitor non tenetur lucrari creditori nisi fisco.

Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est.

GLOSSA dat exemplū in hac regula de l. ait prætor. §. per hanc. ff. quæ in fraud. cred. Sed videtur male exemplificare: quoniā glos. in l. si fundum. C. de rei vendic. dicit ibi esse specialē casum in quo titulus nō excusat possessorem à fructibus percipiendis. & sic videtur q̄ de casu speciali non sit ponendum exemplum in regula: quia de specialitate non debet fieri regula. l. quod verò. ff. de legi. nisi dicatur, quòd licet ibi sit vnus casus specialis, in quo titulus nō excusat, ratio tamen specialitatis in illo, & similibus casibus
1 fundatur in hac regula, † quæ propter fraudem dicit reum teneri in id quod facto suo abest actori. & sic bonum est exemplum glo. quoniam res per debitorem in fraudem creditorum alienatę restitui debēt per emptorem cum sua causa, & fructibus, vt d. §. per hanc. ¶ Hoc tamen intelligi debet quando per alienationem factam in fraudem creditorū diminuitur patrimoniū debitoris: secus si non diminuat, sed non vult acquirere illud, quod poterat: vt si debitor repudiet hæreditatem sibi relictā vel legatum sibi factum, vt est text. in l. qui autem. in princ. ff. quæ in frau. cred. & ibi per Bart. & not. per Bal. in l. magis puto. § fundum. ff. de reb. eo. qui sub tu. vel cu. sunt. & hoc dicit esse notandum Angel. Aret. Insti. de actio. §. item si quis in fraudē. & facit ad hoc l. si sponsus. §. si maritus. in secūdo. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & l. non fraudantur. J. isto titu.
2 † Debitor enim nō tenetur lucrari ad vtilitatem creditoris. ¶ Fallit in fisco, secundū vnam opinionem positam in l. in fraudem. in prin. ff. de iur. fis. & ibi per Bart. & etiam secundū eum post glo. in d. l. qui autem. in casibus in quibus de natura contractus quis tenet quærere, vt l. ij. §. sed & si quid dolo. ff. de hæred. vel ac. vendi. & l. inde Neratius. §. idem Iulianus. in primo. ff. ad l. Aquil. ¶ Procedit etiā hæc regula in omni malæ fidei possessore, vt dicit hic glo. per iura per eam alle. quæ vide, & ibi Doct. Gulielmus Maynerius Iurium Docto. — *Limitatio.*

Summarium.

1 ☞ Interpretationis verbum largè sumptum.
2 Interpretatio est multiplex.

3 Fraus continet consilium & euentum.
4 Fraus solius debitoris alienantis an sufficiat.
5 Dos an sit titulus lucratiuus, vel onerosus.
6 Fraudem allegans debet eam probare.
7 Præsumptio iuris est manifesta probatio.
8 Probatio plena non intelligitur per iuramentum.
9 Fidem fieri intelligitur per plenam probationem.
10 Fraus quando præsumatur, remissiuè.
11 Lata culpa quando æquiparetur dolo.
12 Carceratis quicquid mali accidat, præsumitur contra custodem.
13 Pecorum custos si moriantur quomodo se purget.
14 Carceris custos quam diligentiam adhibere debeat.
15 Dolus & fraus an & quomodo differant.
16 Fraudem repellere non est fraus.
17 Fraudis suspicio tollitur in ijs quæ fiunt de sciẽtia principis.
18 Fraus pluribus modis committitur.
19 Frumẽti alienatione prohibita continetur & farina.
20 Fraus de persona ad personam, de contractu ad contractum, & de modo ad modum, & de nomine ad nomen. & nume. 21. 22. & 23.
24 Fraus de mensura ad mensuram, de signo ad signum, de tempore ad tempus, & de quantitate ad quantitatem. & nume. 25. 26. & 27.

Fraudis interpretatio semper in iure ciuili nõ ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoq; desideratur.

GLOSSA hic in princi. exponit quo modo hic interpretatio sumatur, scilicet pro declaratione, vel aperta expositiõe huius di-
Interpretatio. 1 ctionis, fraudis. † Verbum enim interpretationis, large sumitur in iure, vt quãdoq; pro correctione, vt l. 1. §. qui operas. ff. ad Tert. & alijs modis ibi notatis per glos. De proprio tamen significato vocabuli denotat declarationem seu aptam expositionem, vt hic. & l. 1. §. fin. in fi. ff. de verbo. obliga. & in l. j. & fin. C. de legi. facit l. ij. §. postea ne diutius. in princip. & versic. his legibus. ff. de orig. iur. & per Albe. in l. j. eodem titu. vbi
2 Bald. in recollectis dicit † multiplicem esse interpretationem. quædam enim necessaria est, vt in dict. versicu. his legibus. Alia est probabilis de qua in dict. l. j. C. de legi. & quædam temeraria quæ semper reprobatur: quoniam sine vlla cauillatione sunt intelligenda verba. l. pe. ff. ad exhib. & hoc est, quod dicit beatus Hieronymus in epistola ad Paulinum, posita in princi. Bibliæ, quòd vitiosissimum docendi genus est deprauare sententias, & scripturam ad suum propositum trahere renitentem. de hoc etiam per Albe. in prima constitutione C. in principio. ¶ Et quis possit interpretari, habetur per Docto. in dict. l. j. & fin. C. de legi. & l. omni nouatione. C. de sacrosanct. eccles. & per Rofre. in summa extra de constitu. in fi. & Hostien. in summa eiusdem titu. in fin. & de rescrip. §. & de ipsius interpretatione. in fin. ¶ Interpretatur igitur hic Iurisconsultus, id est, aperte exponit & declarat dictionẽ fraudis. & di-

Hieronymus

cit, vt in text. quòd non solum ab euentu, sed ex consilio consideratur, ita quòd in fraudando duo requiruntur, scilicet consilium & euentus. & ponit glos. exemplum de l. prima. C. qui ma. non pos. vbi tunc impeditur libertas directa data seruo in fraudem creditorum in testamento debitoris, quando concurrunt consi-
3 lium, & euentus fraudis. vbi Docto. † colligunt fraudis nomine consilium & euentum cõtineri. quod probatur in hac regula. & facit l. si quis locuples. ff. de manu. testa. Et hoc procedit in isto exemplo etiam si inter viuos detur directa libertas in fraudem creditorum, vt in §. in fraudem. versi. præualuisse. Instit. ex quib. caus. ma. po & notat Angel. Areti. in §. item si quis in fraudem. Institu. de actio. In fideicommissaria verò libertate sufficit solus euentus sine consilio, vt l. fina. C. qui ma. non po. vbi redditur ratio differentię per Salic. quẽ sequitur Angel. Aretin. vbi d. quamuis eum non alleget: quia directa libertas præstatur à testatore, vel domino, qui nulla necessitate cogente hoc facit, ita quòd præstatur libertas directa nullo hæredis beneficio, sed fideicommissaria præstatur ab hærede iussu testatoris qui nõ potest vltra vires hæreditatis, cum æs alienum, legata, & fideicõmissa præcedat, vt l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testamen. facit ad hoc quod habe-
4 tur in l. prima § pe. ff. ad Treb. ¶ † Secundo exemplificat glos in alienatione rerum suarum, quam facit debitor in fraudem creditorum, vbi hæc duo necessaria sunt, scilicet consilium, & euentus fraudis, vt l. ait prætor. §. ita demum. ff. quæ in frau. cred Necesse est etiam quòd vterque contrahentium participet fraudem.
¶ Quod procedit in titulo oneroso, sed in titulo lucratiuo, puta donatiõis, sufficit sola fraus debitoris, vt in d. §. item si quis in fraudem. & ibi not. per glos. & facit text. in l. qui autem. §. hoc edictum. & §. simili modo. ff. quæ in fraud. cred. & C. de reuo. his quę in frau. cred. l. pe. & est ratio differentiæ secundum Pe. quem sequitur Ang. Aret. vbi d. quia habens titulũ lucratiuum si ab eo reuocetur nihil perdit, sed non lucratur: habens autem titulum onerosum perderet. Non est autem eadem ratio perdere, & lucrum non capere, vt l. fin. C. de codicil. & de ista materia in alienatis in fraudem creditorum tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, & de alienatione facta per libertum in fraudem patroni, de qua etiam glo. hic exemplificat, vide bonam & magistram glos. distinguentem in d. §. item si quis in fraudem. & ibi Docto. ¶ Aduertendum est etiam, quòd licet contra possidentem titulo lucratiuo nõ requiratur scientia accipientis, vt contra cum agatur reuocatoria, videbatur cõtrarium per l. si fraudator. §. si à socero. ff. quæ in frau. cred. & l. ij. C. eo. titu. vbi necesse est probare illum qui dotem accepit scuisse in fraudem creditoris illã dotem esse constitutã: & tamẽ dos est titulus lucratiuus. glos. tamen in d. l. pen. C. de reuo. his quæ in
5 frau. cred dicit † quòd dos est titulus onerosus. quod fatetur ibi Salic. esse verum respectu mariti, sed in muliere est titulus lucratiuus, vt in d. §. si à socero. ver. at si neuter. & not. in l. Mæuia. in prin. ff. sol. mat. ideo solutio dictæ glos. non videtur bona, nisi secũdũ eundem Salic. dicatur, quòd quamuis respectu creditorum dos in muliere sit titulus lucratiuus, tñ in actione reuocatoria est speciale fauore dotis, vt sit necessaria scientia fraudis in ipsa muliere ac si possideret ex titulo oneroso. & etiam hoc statutũ est, propter causam ex qua dos

datur

datur, scilicet pro oneribus matrimonij supportādis. l. pro oneribus. C. de iure dot. & ad eam dandam pater tenetur, vt l. fi. C. de dot. promiss. & l. qui liberos. ff. de rit. nup. Bal. verò in d. l. ij. aliter loquutus est, dicens filium teneri reuocatoria, licet nō fuerit particeps fraudis paternæ. Quod debet intelligi quando dos ad eam reuersa est: aliud in genero qui habet titulū onerosum, & licet illum habeat mediante muliere, quæ habet causam lucratiuam, non tamen iudicandum est de ea dote vt de causa lucratiua quādiu remanet penes maritum, nisi fuerit particeps fraudis, per dict. l. pen. & dict. §. si à
6 socero. vbi illud est de mente Bar. ¶ † Item est sciendum quòd fraus debet probari ab illo qui eam allegat, vt l. patronus. & l. quoties §. qui dolo. ff. de proba. & dicit text. in dict. l. patronus. quòd manifesta debet esse probatio. & satis dicitur manifesta secundum glo. in d. §. item si quis in fraudem. & ibi Angel. Areti. & Ioan. Fab. super rubrica. C. de reuo. his quæ in frau. cred. si omnium bonorum debitoris sit alienatio facta, vt l.
7 omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. † vbi enim est præsumptio iuris, dicitur manifesta probatio, vt l. licet imperator. ff. de leg. j. cum ibi notatis per Doct. & est glos. notabilis in l. si tutor. C. de peri. tu. Putat tamen Angel. Areti. in dict. §. item si quis in fraudem. quòd talis probatio non dicatur apertissima, vel indubitata, per ea quæ habētur in l. fi. C. de prob. iunct. l. si qui adul
8 terij. C. ad l. Iul. de adult. ¶ † Addit etiam quòd vbi lex requirit plenam probationem, non statur iuramento partis, vt est text. iuncta glo. notabili in l. cum de indebito. in princip. ff. de proba. Item si requirat apertissimam, vt est text. cū glo. in l. non est verisimile. ff. quod
9 met. causa. † Si verò à lege, statuto, vel à iudice, diceretur quòd de prædictis debeat fieri fides, illud intelligitur quòd debeat fieri plena probatio, secundum Angel. de Perus. & Ioan. de Imol. in allegata l. licet Imperator. & not. per glo. Ioan. And. in cap. cupientes. § quòd si per xx. super verbo, fidem. extra de elect. libr. vj. & gloss. in clemen. constitutione. eodem titu. super verbo, fides. Quod Paul. de Elezza. & Pet. de Ancha. ibi dicunt procedere, quando agitur de magno præiudicio: sed si de modico, sufficere debet semiplena probatio, & quandoq; iuramentum. & sic debet intelligi cap. cum Bertoldus. extra de sent. & re iudi. & l. thesaurus. ff. ad ex-
10 hib. ¶ † Sunt etiam alij casus in quibus de iure præsumitur fraus, quorum aliqui ponuntur per Bar. & Doctō. in l. post contractum. ff. de donatio. & per Io. Fab. super dicta rubrica. C. de reuo. his quæ in frau. cred. & per Bald. & Docto. in l. ij. C. plus valere quod agi. & in authen. de non alie. aut permutand. eccles. reb. §. lex itaque. coll. ij. & per Ioan. And. in nouella in cap. scienti. extra isto tit. lib. vj. & in l. Fulcinius. §. quid sit latita re. ff. ex quib. cau. in pos. ea. in quibus locis vide Doct. ¶ Glos. hic opponit contra istam regulam, quòd etiam sine fraude ex consilio ex solo euentu sequatur punitio, per iura quæ allegat. & soluit, vt in ea in qua ibi, in l. lege. §. cum quidam. dicite quòd ibi erat in culpa ille qui per lasciuiam dedit causam mortis, sed illa culpa etiam lata non æquiparatur dolo in pœnis corporalibus, sed facit mitius puniri, vt ibi. & l. in lege. eodem titu. vbi per Barto. qui dicit, eum extra ordinē puniendum officio iudicis minori pœna. facit l. respiciendū. §. delinquunt. ff. de pœ. ¶ In ea glo. ibi. ff. de custo. reor.

11 l. carceri. ibi, † si fugit carceratus punitur custos carceris officio iudicis, & etiam pari pœna si fuerit in lata culpa, quæ in hoc casu æquiparatur dolo, contra illud, quod regulariter notat. in dict. l. in lege. ff. de sica. Ita notat Salice. in l. ad commentariensem. C. de custo. & exhib. reor. per illum text. Ex hoc operatur officiū ad quod illud suscipiendo videtur se profiteri peritum. de quo remittit ad notata in l. secunda. ff. quod quis. iur. & per eum in l. prima. C. ad l. Cornel. de sica. Vbi verò custos carceris fuit in negligentia, iis quòd non lata culpa, mitius punitur, vt dict. l. carceri. & fit punitio propter negligentiam quæ est culpa, vt notatur per Barto. in l. quarta. ff. de offic. præfecti vigi. ¶ Et est
12 in ista materia notandum, † quòd quicquid mali contingit carcerato, vt quis forte reperitur mortuus, præsumitur contra commentariensem, nisi probet sine suo dolo vel culpa illud contigisse, vt est gloss. singularis, & notanda in l. cum ita legatur. alias est l. omnia. § species. ff. de lega. ij. vbi Bald. dicit idem esse in cu
13 stode pecorum seu animalium, † qui debet probare sine suo dolo, aut culpa, animalia sibi cōmissa ad custodiendum mortua esse. Nec sufficeret si apportaret pelles animalium mortuorum, per quas constet de interitu, nisi probet casum. De hoc tamen tutius dicite & videte per gloss. & Innocen. in cap. quamuis. extra isto titu. & Bartol. & Iacob. Rebuf. in l. quod ad præsens. C. de munilegul. lib. xj. & Specu. titul. de locato. §. postquam. versicu. quid si locaui. & per eum in titu. de actio. seu peti. §. secūdo. versi. item nota quòd si misi. & Alber. in l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. & Bal. in l. nemo. C. de episc. audi. & Genesis xxxj. cap. quod allegat Hostien. in summa de pœniten. & remis. §. quis
14 sit effectus. versicu. nos autem prælati. ¶ † Sed reuertendo ad custodem carceris certum est, quòd diligentiam debet adhibere in custodiendo carceratos, & maximè illos qui sunt in casu condemnationis, vt notatur per Bald. in l. si quis filio exheredato. §. eius qui. ff. de iniust. rup. & irri. testa. facit quod habetur in dict. l. ad commētariensem. Et dicitur diligenter custodiri carceratus pro crimine si vinculetur, aut compeditetur, secundum Bald. in dicto §. eius qui. facit text. & gloss. in l. secunda. ff. de seruis fugi. Non est tamen ita custodiendus senex sicut iuuenis, nec debilis sicut robustus. notatur per gloss. in l. si vt certo. §. nunc videndum. versi. custodiam. ff. commod. Nec etiam est ita diligenter custodiendus ille qui est in casu absolutionis, sicut ille qui est in casu condemnationis, vt notatur per gl. in l. si pecuniam. §. pen. ff. de condi. ob causam. vbi Bartol. & Docto. Quod tamen limitatur, nisi ille absoluendus aliàs aufugisset de carcere. ita notatur per glo. notandam in l. lege. ff. ad senatuscons. Silla. in princip. super verbo, vinculis. & per Bald. in dict. l. nemo. C. de episc. audi. per illum text. in fi. ¶ Excusatur autē commentariensis, cuius socius & custos carceris fugit cum carcerato, vt est text. in l. fina. §. interdum. ff. de custo. reo. & tenet Bald. in dicto §. eius qui. quem recitat Angel. Aretin. in suo tractatu criminum super verbo, quòd fama publica. xxxiij. charta. vbi eum circa ista plene videtis. ¶ In eadem glos. ibi, ff. ad l. Aquil. l. in lege. la ij. ibi loquitur in lege Aquil. in qua regulare est, quòd sufficit etiam leuissima culpa. Quod procedit, quando illis est in committendo: secus secundum Florian. si

An custos carceris diligētiā debeat adhibere.

F 2

consistat in omittendo, vt l. si cuius §. de praeteritis. ff.
de vsufruct. Est enim maior culpa cōmissionis, quàm
omissionis, vt notatur in l. semel mora. ff. solu. matri.
& ita etiam maleficium, vt l. diuus. & ibi glos. ff. ad se-
natusconsul. Silla. Quod dicit Bald. procedere in male
ficio ficto, & interpretato. Omissio tamen eadem est si
ue dolo fiat siue culpa, vt notat Ioan. Andr. in cap.
si compromissarius. in glos. extra de electio. libr. vj.
¶ In eadem glos. ibi, sed si fraudandi. vide ibi gloss. &
15 Docto. ponentes tres opiniones. † vna est quòd dolus
est genus, & praedicatur de fraude tanquā de specie. Se-
cunda opinio est primę cōtraria, quòd fraus sit genus,
& praedicetur de dolo tāquā de specie. Tertia est, quòd
nō differūt vt genus & species, sed sunt synonyma, &
vnū idemq́ significant: quia idem est dicere dolus, &
fraus. & in hoc non est magna vis, quam opinionem
sequamur, vt satis videtur probari in text. l. fi. C. de re-
uoc. his quae in frau. cred. & l. qui à debitore. ff. eo. titu.
vbi haec nomina dolus, & fraus promiscue sumuntur.
vide glo. & Salice. in l. secunda. C. de in litem iuran. &
Bal. in l. quae fortuitis. C. de pig. act. vbi dicit fraudem
esse proprie contra fidem, dolum autem nō solum: cō-
tra, sed etiam extra fidem committitur: ideo ipse Inci-
dit in primam opinionem supra positam, quòd dolus
tanquā genus de fraude praedicetur. Plura pulchra di-
cta sua vide ibi, & aliquid in l. si cōstante. §. si maritus.
ff. solu. matrimo. & per Albe. in l. dolum. C. de dolo.
16 ¶ † Vnum tenete menti, quòd fraudem repellere non
est omittere fraudem, vt notatur per Barto. & Angel.
in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testamen. per il-
lum text. qui ad hoc consueuit allegari. facit l. cum pa-
ter. §. Titio. in fi. ff. de lega. ij. & l. quia autem. §. nō sim-
17 pliciter. ff. si quis omis. causa testa. ¶ † Notandum est,
etiam quòd in his quae fiunt de scientia principis tol-
litur omnis fraudis suspicio, vt est text. & ibi Iacob. Re
buf. in l. prima. C. de venden. reb. ciuita. lib. xj. Ideo li-
cet aliquando ex temporis breuitate fraus praesuma-
tur, vt l. si ventri. in fi. ff. de priuileg. cred. Fallit in prin-
cipe, vt dicit eleganter Bald. in cap. cum ex literis. extra
18 de resti. in integ. ¶ † Pluribus autem modis fraus com-
mittitur, vt not. per glo. & Docto. in l. contra legem.
& l. sequen. ff. de legi. & per Bald. in l. non dubium. in
tertia oppositione. C. de legi. & per gl. xiiij. q. iij. c. ple-
rique. & extra de priuileg. cap. quanto. ¶ Fit enim quā
doq́ de re ad rem. puta de pecunia ad frumentum. l. sed
Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedo. & l. quēmadmodum.
19 C. de agri. & censi. lib. xj. Ex quo dicit Bald. † quòd si
prohibeatur extrahi de ciuitate, vel districtu frumentū
causa caristiae, non poterit extrahi farina, licet non sint
idem frumentum & farina, sed diuersa, vt l. quaesitum.
§. illud fortasse. ff. de lega. iij. vbi per glos. & Barto. vide
20 etiam Bald. in l. quod non ratione. ff. de legi. ¶ † De
persona ad personam fit quandoq́ fraus. l. si sponsus.
in princip. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. si per impres
sionem. C. de his quae vi metus ve. causa fi. Quod tra-
hit Bald. ad quaestionem statuti prohibentis magistrū
emere possessiones in certo loco, si magister supponat
famulum loco sui, non valet contractus, propter frau
21 dem. facit in cap. quanto. cum ibi notatis. † † Fit etiam
fraus de contractu ad contractum, vt si prohibitus do
nare fingat se vendere. d. l. si sponsus. §. & circa. facit l.
qui testamentum. ff. de probatio. & quod notatur in
l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. Id enim quod agitur
nō valet lege prohibente. Nec valet quod fingitur re-
cusante consensu, vt per totum titulum plus va. quod
agi. Donatio enim est contra legem, & venditio facta
est in fraudem legis. Ex hoc infert Bald. quòd si statu-
tum prohibet conduci cameram alicuius artificis, non
poterunt emi illius camerę fructus: quia in vtroq́ con
22 tractu est similis ratio prohibēdi. ¶ † Aliquando fraus
committitur de modo ad modū, vt est exemplum in
muliere, quae non potest fideiubere, & fingit se princi-
palē, vt l. quāuis. §. si cum essem. ff. ad Velleia. ex fraude
enim illa contractus redditur nullus nō obstante colo-
re quaesito, vt l. vir vxori. §. fi. eo. titu. facit etiā ad hoc
exemplum illud, quod habetur in l. quēadmodum. §.
magistratus. ff. ad l. Aquil. & in l. de pecoribus. C. eo. ti.
& quod habetur in l. quāuis. C. de decurio. libr. x. vbi
Iacob. Rebuf. hoc adducit ad quaestionē de magnati-
bus prohibitis per statutum intrare palatium, nisi cau
sa maleficij, & faciunt in fraudem se accusari, vt pos-
sint ingredi. ad quod etiam allegat l. j. ff. quae in frau.
creditorū. Vel etiam in tutore, qui vt euitet onus ad-
ministrationis, procurat se accusari de suspecto, & in-
terim sibi administratio interdicitur. quae tamen fraus
sibi non patrocinatur. arg. d. l. quāuis. & l. j. C. si ex fal.
23 alleg. tu. se excu. ¶ † Quandoq́ fit fraus de nomine ad Fraus de nomine ad nomen.
nomen, vt quia ille qui non potest esse iudex, vocat se
assessorem vel consiliarium, aut aliud quoduis nomē
sibi imponit, quod prohibetur, vt l. fi. C. de asses. & fa-
cit tex. in l. ij. §. tractare. ibi dum dicit text. aut verba ca-
uillatus. fi. ad Tertullia. Ad hoc facit text. & glo. in l. j.
C. de priuileg. schol. lib. xij. ¶ Quod intelligit ipse Bal.
procedere, quādo nomine mutato remanet eadem au
toritas. facit in authen. vt nulli iudic. circa princip. coll.
ix. & bonus text. in l. Titio. ff. ad municipal. & in l. qui
noie. ff. ad l. Cornel. de falsis. & l. maiorē. C. eo. tit. Dat
etiā Alber. aliud exēplū: Fuit conuentū inter duas ciui
uitates, quòd ex vna ad aliam vel territoriū nullę gen-
tes mitterentur, nisi solum ambassatores, vna illarum
ciuitatum fraudem faciendo misit homines armatos
ad aliam ciuitatem vel illius territoriū nomine amba-
statorum illis armatis imposito, hoc est illicitum, & re-
probum per praedicta. facit quod habetur in l. ab
Anastasio. C. man. Ad idem exemplificat Bal. in dict.
l. non dubium. de eo quod habetur in l. eum qui pro-
babilem. C. de episc. & cleri. vt si clericus qui prohibe-
24 tur tenere concubinam vocet eam sororē. ¶ † Aliquā
do fraus committitur de mensura ad mensuram, vel de
pondere ad pondus, vt l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo.
vbi plenissimè per glos. & Alber. & l. hodie. §. fi. ff. de
fal. & l. in Dardanarios. ff. de poe. & l. annonā. in prin
cip. ff. de extraord. cri. in cap. ij. extra de empt. & vend.
& per Hostien. in summa illius ti. §. quibus mensuris.
per totum. & xiv. distinct. cap. omnis qui. & xxiiij. q. j.
cap. non afferamus. & q. iij. cap. si quis Romipetas.
¶ Item de facto ad factum, vt l. fina. C. si manci. ita fue.
25 alie. ne prosti. ¶ † Fit etiā fraus de signo ad signum, vt
26 d. l. fi. C. de asses. ¶ † Item de tpe ad tēpus, vt ff. de mino.
l. tertia. §. primo. in glos. fina. & ff. solu. matrimo. l. filię
meę. vbi dicit Bal. esse notabile exēplum, non est tamē
de lege legis, sed de lege conuētionis, est tamen secundū
eum bene notandum. Simile exemplum est de lege im-
petrationis in cap. ij. extra de renuntia. libr. vj. & ema-
nauit

nauit illa decretalis de vtero dictæ l.filiæ meæ. vt ibi dicit Ioan. de Imol. & fit ista fraus quandoq; procrastinando, vt in eo qui tempore vbertatis mutuat frumentum, nec exigit illo tempore, imò etiam oblatum per debitores procrastinando non recipit, cui illa procrastinatio non debet prodesse, vt l.nulli. vbi gloss. & Docto. C. de ero. mili. anno. lib. xij. potest & aliter exẽplificari, secundum Alberi. post Guliel. de Cun. & Andream de Pisis, Senescallus prouinciæ, qui videbat bladum esse multum carum disposuit ordinare quòd certo tempore taxaretur certum pretium, quidam domesticus senescalli sciens hanc dispositionem habens magnam quantitatẽ bladi, per biduum ante publicationem dictæ ordinationis cuidam illud bladum vendidit pretio cariori, videtur quòd non debet ista fraus sibi prodesse: quia cum sciret hanc ordinationem breui fieri debere, debuit illam notificare emptori. argum. l.primę. in fin. ff. de actio. emp. & vend. & l.si quis vina. ff. de commo. & peri. rei venditæ. Hæc tamen determinatio non placet Alber. quia iste venditor non fuit in dolo vendendo pretio cariori, licitum est enim contrahentibus in hoc se inuicem decipere. l.in causæ. la
27 ij. §. pen. ff. de minor. ¶ † Aliquando fit fraus de quantitate ad quantitatem. verbi gratia, statutum est pretium mensuræ certæ vini, vt puta sex denariorum, tabernarius addit mensuræ vnam castaneam, vel aliud modicum, vt habeat decem denarios, ipse debet puniri: quia illud modicum, vel castanea non meretur illud pretium secundum Bald. & illo pretio superaddito fraus præsumitur. facit l.si libertus minorem. ff. de iure patron. & l.eos. §. si quis autem. C. de vsur.
¶ Quandoq; fraudem committunt hi qui deputantur ad patriæ custodiam fingentes se dormire, vel ignorare inimicorum vel hostium aduentum, vt hostes ipsi vel inimici facilius irruant in patriam, & sunt tales maxima punitione digni. ita habetur, & notatur in l.si quis barbaris. C. de re mili. lib. xij. & ista notate. Gulielmus Maynerius iurium Doctor.

Summarium.

1 Genus quid & quid species. & nu. 4.
2 Genus est duplex.
3 Species est duplex.
5 Genus nec perire nec vendicari potest.
6 Generi quando per speciem derogetur.
7 Generi per speciem non derogatur, si dispositio specialis ad vnum tantum referatur.
8 Genus & species cũ inter personas honoratas ponuntur, quid consideratur, vt generi per speciẽ derogetur.
9 Generalis dispositio seu prouisio ad omnes refertur, si generalem præcedentem specialis sequatur.
10 Generi per speciẽ an derogetur, si inter res, de quibus disponitur, locata inueniantur.
11 Genus & species si vni & eidem legentur, an vtrunq; debeatur.
12 Genus si vni, & species alteri legetur, an generi per speciem tunc derogetur.
13 Genus & species si in eadem dispositione inter casus diuersos ponantur, an generi per speciem derogetur.
14 Generale quo ad genus idem operatur quod speciale quo ad speciem. & nu. 15.
16 Procurator constitutus, vt omnia possit quæ dominus, non ob id censetur habere liberam.
17 Procurator cum generali mandato non intelligitur habere potestatem contra factum domini.
18 Donare non potest filiusfa. habens à patre liberam peculij administrationem.
19 Odiosa nõ comprehenduntur in verbis generalibus.

In toto iure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

REPETITVR ista regula extra eo. titu. c. generi. li. vj. & ibi Dy. & Io. And. plura ponũt exempla, quorum aliqua hic ponũtur in glos. ¶ Pro intelligentia tamen dicendorum præmittendum est,
1 † quid sit genus & quid species, de quo aliquid per glo. Insti. de iur. natu. §. plebs autem. Sed plenius prosequitur Bal. in l.sed & si quis. §. quæsitum. ff. *quid sit genus & quotuplex.*
2 si quis cautio. vbi recitat Dialecticos dicentes, † quòd duplex est genus, quoddã maius, quod generalissimũ vocãt, & aliud minus, quod appellatur subalternum: quia continetur sub primo. prædicatur tamen de pluribus sub se contentis, vt notatur in l.certi. ff. si cert. pe.
3 & l.prima. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. ¶ † Species verò duplex est. quędam superior, quam tamẽ Legistę vocant genus, vt est homo. l. ij. post princip. ff. de verb. oblig. Est secunda species inferior, sic appellata per Iuristas, sed per logicos appellatur indiuiduum: quia in
4 plura non diuiditur eius significatio. † Sed verbis legalibus loquendo, dicit Dyn. illud esse genus, quod sub se plura cõprehendit. Sed species dicitur, quod vnum significat, vt l.seruo manumisso. ff. de pec. leg. vel, vt dicebat Pet. illud dicitur genus, quod pluribus nominibus significatur, sed species paucioribus, per eandem l. seruo manumisso. Dicit etiam Bartol. in l.quæsitum. §. si quis fundum. ff. de fundo instruct. quòd genus dicitur in iure id, quod de pluribus prædicatur, vel quicquid in se continet plura, siue sit per dictionem vniuersalẽ, vt peculiũ, instrumẽtũ, & similia, siue p adiectionẽ alicuius signi vniuersalis, vt oẽs res meas, vel seruos meos, & similia, vt dict. §. si quis fundũ. & l.seruus vrbanus. §. fi. ff. de leg. iij. Species autẽ dicitur illud, quod prædicatur de pluribus differentibus numero. l.cum de lanionis. §. cui fundus. ff. de fund. instruct. Licet etiã in iure vocemus speciem id quod logici vocant indiuiduum, quod de se solo prædicatur. Vel vt dicit Bal. potest clarius dici illud esse genus, quod sine vlla nota specificæ demonstrationis profertur, vt l.pluribus. ff. de verborum obliga. Illud species, quod non implicite, sed explicite profertur. & dat pro regula, quòd implicans plura potest dici genus, vt l. vxorem. §. felicissimo. ff. de lega. iij. de quo glos. hic ponit exemplum, & si sint duo quorum vnum implicat plura, aliud pauciora, includẽs pauciora dicitur species: qa est arctius & magis proximum ad specificandum. & hæc dicit ipse Bal. esse notanda ad multa. vide etiã eundem Bal. in l.mãdatũ. C. mã. vbi dicit genus esse quod per suas species dinumeratur, & in qualibet specie repræsenta-

tur,& proprie nomen generis est nomẽ collectiuum:
quia non cõsistit in vno.ar.l. peculium.§.quadrigę.ff.
5 de lega.ij.& ibi glo.† quæ dicit genus non posse peri-
re facit quod habetur in l.quid tamẽ.§ fi.ff.quib.mo.
vsusf.amit.& l.si grege.ff.de lega.j.& ratio est,quia ge-
nus non potest vendicari,quia rei appellatio,non ge-
nus,sed speciem significat,vt dicit text.in l.si in rem.in
princ.ff.de rei vendi.cum ibi notatis. Ad positionem
enim generis nõ sequitur positio speciei,sed bene ecõ-
tra,vt notatur per Bar.in l.ij.§.doli mali.ff.vi bo.rap.
allegat l.si quid earum.§.inter emptum.ff.de lega.iij.
vbi etiam Bart. qui dicit in legato eorum quæ empta
sunt inesse parata. Quod intelligit,vt genus in specie
sua ,non tanquã sit simpliciter legatum genus,sed tan
quam genus,quod inest illi speciei,vt scilicet in tali le-
gato veniant omnia parata per emptionem,non alio
modo,vt l.item in legato.§.item interest.eo.titu.vbi in
legato speciei non continentur alię species sub eo gene
re contentę.¶ His præmissis quæ doct.pro suo quisq;
modo explanant gl.dat exemplũ in hac regula de dict.
l.vxorẽ.§.felicissimo.& facit l.seruis vrbanis.ff.de lega.
iij.vbi si testator vni legat genus,& alteri speciẽ,gene-
ri per speciem derogatur,& in hoc verificatur hæc re-
gula.Simile dicit Dy.in legato alimentorũ, quoniã si
fiat vni legatum alimentorũ in genere,alteri in specie,
legatarius speciei nõ admittitur ad generale legatũ,vt
l.alimẽta.§ basilicę.& l.Stichus.in prin.ff.de ali.& cib.
leg.Sed quia cõtra hãc regulã plura cõcurrere possunt
argumẽta,quę per veã distinctionẽ Dy.absoluit in d.
§.generi.cuius distinctio nõ per omnia placet Bart.in
d.l.quæsitum.§.fi.ff.de fund.instruc.vbi glo.etiam di-
stinguit,sed imperfecta est.Ideo Bar.plenius hanc mate
riam cõsiderauit per quatuor articulos.Primo quãdo
genus & species cadunt inter personas grauatas.Secũ-
do quãdo inter personas honoratas Tertio quãdo in
ter res de quibus disponitur. Quarto quãdo inter ca-
Prim⁹ articulus iter psonas grauatas.
6 sus in quos dispositio cõfertur.† Et primo casu quan-
do inter personas grauatas,cõcludit q quãdo disposi
tio generalis sequitur specialem quę refertur ad plures,
habet locũ ista regula,scilicet q generi per speciẽ dero
gatur:quia sequens generalis ad specialiter nominatos
restringitur,vt l. legatorum.§.j.ff.de leg.ij.quod ibi ex-
planat Bal.ex illo tex.quòd si testator in suo tempore
quosdam hæredum grauauit,sed nõ omnes, & postea
codicillos ad omnes dirigit,& iussit relicta in testamẽ-
to præstari,dictio,omnes,prolata in codicillis,restrin
gi debet ad nominatos in testamento, vt sit sensus, o-
mnes hæredes,scilicet nominatim grauati,præstẽt lega
ta.vt sic concordentur,& intelligantur scripturę testa-
menti,& codicillorum,& per speciem interpretetur ge
nus.facit ad hoc illud,quod notatur in l.j.§ item nun
tiatio.ff.de no.ope.nunti.& l.inter omnes.ff.qui satis-
da.cog & l.omnes.C.sine cen.vel reliquis.vbi nota-
tur,quòd ista dictio, omnes,nõ includit exemptos,de
quo dicit Bal.in d.§.j.l.legatorum. ibi esse casum non
violando literã.Facit illud quod ipse notauit per Cy.
7 in l.vnica.C.quando Impera. inter pupil. & vid. †Si
autem specialis dispositio ad vnũ tantũ referatur, per
speciem non derogatur generi,imò generalis disposi-
tio subsequens valet, & tenet in omnibus.l.si tibi ho-
mo.§ j.ff.de leg.j.&l.Męuius.§.cũ qui de leg.ij.Et est ra
tio differẽtiæ,quã ibi ponit Bar.qñ specialiter fuerũt
plures hæredes grauati,clausula generalis quæ subse-
quitur,potest in eis verificari:quod non põt qñ vnus
solus fuit specialiter grauatus:quia vni soli non potest
pluralitas adaptari.l.vbi numerus.ff.de testib.& l.fi.ff.
ad Trebel.Et hoc verum est quãdo legatur species,vel
res,in qua omnes grauãtur:secus si quantitas aut res
diuersa leget:quia vtraque debetur, vt notatur in d §.
cum qui.facit l.si pluribus.§.j.ff.de lega ij.& l.si seruo.
§.si quis à primo.ff.de lega.j.vbi autem præcedit gene
ralis dispositio,& sequitur specialis,procedit hęc regu
la secundum Barto.in dicto §.fina.quia per specialem
dispositionem videtur à generali recessum,vt l. Titia
testamento.§.Lucius.ff.de lega.ij.cum similibus.
8 †Secundus articulus est,quando inter personas honó
ratas genus & species ponuntur:in quo articulo con-
cludit Barto.quòd vbi concessio vel legatum respicit
certam seu limitatam causam,considerandũ est,an o-
mnes personæ nominatę in dispositione debeãt admit
ti,nõ omnes simul,sed ordine successiuo,quo casu per
specialẽ nominationẽ generali derogatur in hoc:quia
nominati prius sunt admittendi,vt l.cum ita legatur.
§.fin.ff.de lega.ij.Facit quod habetur in l.fin.C.de ver
borum signifi.& in cap.ij.extra qui fil.sint legit. Vbi
verò omnes pariter admitti deberent,si dispositio spe-
cialis præcedit generalem in eadem volũtate seu dispo-
sitione habet locum hæc regula, vt d.l.alimenta.§ basi
licæ.ff.de ali.& cib.leg.Sed in diuersis voluntatibus in
totum per vltimã videtur recessum à prima,vt l.liber-
tis quos.in prin.ff.de ali.& cib.leg.Nec dicitur tunc cõ
cursus speciei & generis,sed sunt,vt dictum est, diuersę
voluntates.Quandoq; fit dispositio simplex,vel con-
cessio indeterminata:quo casu si præcedat specialis,&
sequatur generalis,habet locũ hęc regula sic,quòd per-
sonę quibus specialiter prouisum est, vel cõcessum,nõ
comprehendãtur in dispositione generali,vt l.cohære
di.§.qui patrem.ff.de vulga. & pupil.substi. Prouisio
enim generalis non includit illa in quibus est speciali-
ter prouisum.& ibi colligit Paul.de Castro,quòd ge-
neralis prouisio non refertur ad specificata.cõcordat l.
stipulationes commodissimum. & l.doli clausula.ff.
de verborum obliga.& l.sancimus legum.ff.de pœ.cum
similibus.Istud tamen limitatur secundum Barto.Bal.
Paul.de Cast.& Ioan.de Imol.in d.§.qui patrem.nisi
verba generalis dispositionis non possent saluari,ni-
si nominatim in speciali dispositione vocarentur,vt in
casu illius §.qui patrem.vbi pater & filius à testatore
pro parte hæredes instituti, & inuicem substituti, non
vocantur ex generali substitutione reciproca facta
pluribus alijs in reliqua parte institutis cohæredi-
bus,& inuicem substitutis: quia illa substitutio ge-
neraliter facta plures comprehendebat: secus igitur
si vnus solus fuisset cohæres institutus, & facta fuis-
set substitutio, per verbum,vos omnes inuicem sub-
stituo:quia verba pluralis numeri non possent veri-
ficari in vno,ar.dict.l.fin. vbi per Barto.ff. ad Trebel.
& ita resident dicti Docto.in allegato §.qui patrem.
9 †Aliquãdo præcedit generalis dispositio,& sequitur
specialis,& isto casu non habet locum hæc regula,imò
generalis prouisio refertur ad omnes,etiam ad illũ cui
specialiter prouisum est,vt l.qui Marco.aliàs est §.in l.
Titia.ff.de an.lega.& l.iij.ff.de stipul.ser.facit quod no
tatur per Cy.& Docto.in l.cum quæstio.C.de lega.
10 ¶†Tertius articulus est,quãdo genus & species cadũt
inter res,de quibus fit dispositio,in quo distinguebãt
Iacob.

Iacob.de Aretio & Oldra.quòd si copulatiuè vni &
eidem reliquit,& species pcedat, & genus sequatur, il-
la adiectio generis fit ad augendum vel ampliandum,
vt l.si.§.cui dulcia.ff.de vi.triti.& oleo lega.& l.hoc le-
gatum.§.fina.cum l.sequen.ff.de lega.iij.Secus vbi ge-
nus praemittitur & sequitur species. qui modus distin
guendi non placuit Dyn.in dicto cap.generi.& vide-
tur haec distinctio reprobari per dictam l.seruo manu-
misso.ff.de pecu.lega. Bartol. verò aliter se expedit di-
11 cens,†quòd quandoq; vni & eidem legatur genus &
species,& tunc si legatur genus,i. vnum de genere , vt
quando legatur simpliciter homo,isto casu non dero-
gatur generi per speciem,imò in eodē genere pōt con-
currere legatum generis,& legatū speciei,vt l.si eos.ff.
de optio.leg.& l. si domino.ff.de leg.primo.vbi vide
Baldum.sed si legetur totum genus, & postea enume-
rētur species,tunc dicit Bartol.post glo.in dicta l.quę-
situm.§ fin.ff.de fundo instruct. quòd si enumeratio
specierum fiat ab errāte, de quo errore constet,nō mi-
nuitur significatio generis,vt l.legata.in princip. ff.de
supel.lega.& si dubitetur an testator errauerit vel non,
recurri debet ad qualitatē personae testatoris,vt si erat
rusticus,vel mulier , praesumatur error.l.cum de inde-
bito.ff.de probationibus.& l.si adulterium cum ince-
stu.ff.de adulte.Sed si à sciente ex abūdanti enumeranē
species gratia dubitationis tollendę,& de hoc constet,
idem dicendum est.Sed si fiat enumeratio specierū cau-
sa taxationis,aut limitationis, & hoc cōstet,minuitur
significatio generis,vt dicta l.legata.ij.respōso.& dici-
tur constare,secundum Barto. quando testator appo-
suit dictionem,id est,vel videlicet,aut scilicet. & ita de-
bet intelligi dicta l.legata.secundo responso.Si autem
dubium sit vtrum causa determinationis,vel causa du
bitationis tollendę enumeratae sint species, debet stu-
di an legatum speciei praecedat legatum generis, vel e-
contra.Si pręcedat species,& sequatur genus,quod ap
ponitur per aliquod adiectiuum neutraliter positum,
generi per speciem derogatur in hoc,scilicet,& solum,
quòd genus restringitur ad res,quae sunt eiusdem qua-
litatis cum speciebus expressis,vt dicta l.fina.§. fin.ff.
de vi. tritic.& oleo lega.& fit ratio,quia vt dictum est
illa adiectio generis fit ante priuationem legati.Si au-
tem pręcedat legatum generis per talem adiectionem,
& sequatur enumeratio specierū , generi per speciem
derogatur in totū,ita quòd dictio, &, sumitur p vel,
& apponit causa totalis limitationis.l.sed & si adijcia
tur.ff.pro soc. Adiecto autem genere per aliquod no-
men substantiuum determinatū, si specierum enume-
ratio pręponatur,& sequatur genus,in dubio videtur
appositum gratia determinationis. l.quaesitum.§.j.ff.
de lega.iij.& idem est,si enumeratio specierū respiciat,
& determinet verbum significatiuum generis, quia vi
detur adiectum causa determinationis , vt dicta l.cum
de lanionis.§.quidā cum ita legasset.& l.Seiae.in prin.
& §.fina.ff.de fund.instruct.& l.qui fundum.§.ti.pro
ximo.& dicta l.sed si adijciatur.ff. pro soc. Oldrad.ta-
men in dicto §.quidam.in apostillis,dicebat illa verba
ibi posita in text.ita vt ego ipse possedi ,nō designa-
re genus,sed significare modum,& qualitatem possi-
dendi,vt ibi,& dicta l.Seiae.§.fin. Aliquando enumera
tio specierum respicit verbum significatiuum actus le-
gandi,& in dubio videtur adiectum causa dubitatio-
nis tollendae. & iste est casus dicti §.fin. in l.quaesitū.
ff.de fund.instruct.Si verò sit dubium ad quod refera-
tur,in illo dubio referri debet ad verbū significās actū
legandi,vt dicto §.fin.& l.si mancipia.in princ.eodem
titu.Et pcedunt ista vbi post positionē gnis sequitur Limitatio.
enumeratio specierū: sed si sequeretur enumeratio in-
diuiduorum contentorum sub aliqua specie non ex-
pressa,cōtenta tamen sub illo genere, restringitur signi
ficatum generis,vt illam speciem non comprehendat,
sed solū indiuidua nominata,vt dicta l. cum de lanio-
nis.§. cui fundum.& ff.de lega.iij.l. haeres meus.§.j.&
l.j.§.item si duae statuę.ff.de aur.& arg leg.Et praedicta Limitatio.
sunt vera vbi vtrunq; ponitur dispositiuè,quia si vnū
enuntiatiuè, & aliud solum dispositiuè ponatur,illi
standum est quod est dispositiuè positum,& enuntia-
tiuè dictum ad illud refertur, & intelligitur secundum
illud,vt dicta l. Titia testamento. §. Lucius.lo ij. de le-
12 ga.ij.† Aliquādo vni legatur genus, & alteri species:&
isto casu quamuis glos.Dyn.& Iaco.de Aret.dicant,q
ista regula procedat,aliter tamen & plenius dicit Bart.
quòd aut legatur vni genus, hoc est , vnum de gene-
re, vel legatur vni totum genus,& alteri species,si vnū
de genere,per speciē generi non derogatur,sed possunt
concurrere in eodem,vt dicta l.si haeres.& dicta l.si do
mino.& hoc nisi specialis dispositio contineret fauo-
rem libertatis, vt l.cum ita.§.j.ff. de optio.legata.Sed
quando legatur vni totū genus,& alteri species, si hoc
fiat diuersis respectibus,vt quia vni genus legatur re-
spectu vsusfructus , alteri species respectu pprietatis,
& tunc non derogatur generi per speciem, sed vtrunq;
concurrit.l.Sempronius.in princ.& argum.l. si alij.ff.
de vsufruc.leg.Si autem hoc fiat vno respectu,& dispo
sitio vtraq; est vtilis,habet locum haec regula, vt dicta
l.vxorem . §. felicissimo. & l.seruis vrbanis.in fine.ff.
de lega.iij. & l.ij. in princ.ff. de vi.tritic.& oleo lega.&
l.j.ff.de aur.& argen.lega. Sed si altera dispositio est in-
utilis, si est generis, etiā procedit ista regula,quia cum
dispositio sit nulla,amplius non potest annullari l.nā
si sub conditione. ff. de iniust. rupto, & irrit testamen.
Quandoq; est nulla dispositio speciei, & si illa dispo-
sitio sit vltima voluntas,non habet locum haec regu-
la:quia inutilis specialis dispositio non derogat vtili
generali.l.fina ff de auro & argen.legato. Sed inter vi-
uos,secus est.l.legatum.§.primo.ff.de adimen.vel trās-
ferend.lega.& l.iij.§.minor. & ibi gloss.de fund.instru
13 cto & instru.leg.¶ †Quartus articulus est quando ge-
nus & species ponuntur inter casus positos in dispo-
sitione, vt quia vnum disponitur in vno casu, & in
alio aliud:quo casu,si vtraque dispositio sit in eadem
voluntate,habet locum haec regula,ita quòd generalis
dispositio non refertur ad casum specificatum.l. san-
ctio legum.ff. de poenis.facit l.cum ex filio.§ filio.ff.
de vulga.vbi est casus , quòd vulgaris substitutio ex-
pressa facta filio impuberi,non continet tacitam pu-
pillarem, propter prouisionem specialem hominis,
quam aliâs contineret ex generali dispositione legis,
vt l.iam hoc iure.eodem titulo. & sic expressa proui-
sio hominis facit cessare generalem prouisionem le-
gis.facit quod habetur in l.fina.C.de pact. conuentis
tam sup. do.&c.cū similibus. Sed vbi vtraq; disposi-
tio sit in diuersis voluntatibus,cessat haec regula,quia
vtraque valet , & potest agi. facit quod notatur per
gloss.& Docto. in l.prima.§. primo.ff. de noui operis
nuntiatione.& in dicta l. doli clausula.ff.de verb.obli.

14 ¶ †In hac autem materia notate vnū, quod datur pro
regula, scilicet quòd idem operatur generale quo ad ge
Limitatio. nus, quod speciale quo ad species, vt l. actione. §. renun
tiare. ff. pro soc. & l. si duo. ff. de administ. tut. quam re-
gulam dicebat Gulielm. de Cug. pcedere in his, de qui
bus videtur verisimiliter cogitatum, vt dictis iuribus,
& l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cōmo. l. & Aristo-
ni. ff. mand. Secus in his de quibus nō videtur verisi-
militer cogitatum. quæ verba secundū Bald. in dicta l.
sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. sunt obscu-
ra. ipse igitur dicit dictam regulā esse veram, & proba-
tam multis iuribus, ꝙ tantum operatur generale quo
ad species suas, quantum operatur specialis, & particu
laris enumerario specierum. ita dicit glos. in d. l. si quis
mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. & l. si seruitus.
Casus fallētię. 15 ff. de seruí. vrb. præd. ¶ †Fallit tamen in multis casibus
propter aliquam rationē specialitatis. Primo vbi esset
iuris contrarietas, ad quam vitandam vbi actus exor-
bitat à iure communi debet venire specificatio, vt l. il-
lud. §. si talis. ff. de mino. & extra de restitu. in integ. cap.
coram felicis. & l. vnica. cum ibi notatis. C. etiam per
procu. in integ. restit. agi pos. facit l. diuus. §. nec genera
liter. ff. ad l. Cornel. de fal. vbi hoc probatur in ratione
literæ. Secundo vbi ęquitas est in contrarium, quia tūc
requirit̃ specialis expressio, & iste casus est in d. §. quęsi
tum. & est ratio specialitatis, quia ibi loquitur in stipu
lationibus prętorijs, & iudicialibus, qđ est secundum
mentem, & ęquitatem prætoris, quæ non patitur ali-
quem decipi sub inuolucro, aut generalitate verborū.
Tertio in caussis arduis, vt in causa status, vel famæ, in
quibus requiritur speciale mandatū. l. non solum. §. si.
cum l. seq. ff. de procura. facit quod habetur in cle. non
pōt. extra de procu. & qđ notatur in Spec. tit. de pro-
cur. §. j. ver. sed nunquid. vbi ponit xxiiij. casus in qui-
bus requiritur speciale mandatum. Quarto in pœna-
libus, vbi etiam speciale mandatū requiritur. l. iij. §. si
procurator. ff. quod quis. iur. Quinto vbi nimis facili-
ter posset parari præiudiciū, ideo procuratori nō in-
telligitur concessa libera nisi expressum sit, quia de fa-
cili posset nocere dño. l. quam Tuberonis. §. alia. ff. de
pec. facit l. qui Romę. §. Callimachus. ff. de verb. oblig.
16 Ideo dicit Alber. in d. §. alia. † quòd si constitui procu-
ratorem generalem qui posit omnia facere, quæ pos-
sem si præsens essem, vt fit communiter in instrumen-
tis procurationum, non videtur per hoc concessa libe
ra administratio, quia est specialiter concedēda, vt ibi.
facit l. j. §. j. cum ibi notatis. ff. de offic. pcur. Cæsar. & l.
creditor. §. Lucius. ff. manda. & ff. de procur. l. procura-
tor cui libera. & ibi per glos. Bartol. & Docto. vide ad
hoc text. & not. Docto. in c. qui ad agendum. extra de
procur. lib. vj. & quod not. per glos. & Docto. in c. per
tuas. extra de arbit. & in c. cum dilectus. de religio. do.
& Innoc. in c. quod quibusdam. extra de fideius. & c. su
scitata. extra de in integ. restit. & Bald. in l. mandatū. ter
tia oppo. C. manda. & ipsum in l. præses. C. de transac.
Sexto fallit vbi est paritas mādati, quoniam si sint plu
res cōstituti procuratores quibus dominus parem tri-
buit potestatem, vnus cōtra alium nihil potest sine spe
ciali cōmisione, vt l. qui duos. ff. de procura. Septimo
in actibus in quibus requiritur voluntas explicita, vt
est matrimonium. l. generali. ff. de rit. nuptia. & in cap.
fina. extra de procurato. libro vj. & in aditione hæredi
tatis, vt dicta l. si quis mihi bona. §. iussum. Octauo, vt
euitetur iniquitas, vt si maritus ab vxore defuncta ali
quid sit lucratus, & de illo in vita, vel moriens nihil
expresse disposuit, videtur illud reseruare liberis suis,
etiam dato quod alios vniuersales hæredes institue-
rit, quia impium visum est legi, si illud auferret libe-
ris, quamuis particulariter & expresse pater dispone-
re potuisset, vt est textus notabilis, & menti tenendus
in authen. de nupt. §. soluto. collatione quarta. & ibi
17 per Angelum. †Nono fallit, vt euitetur contrarietas fa
cti, vt ecce generali mandato non datur potestas pro-
curatori, vt veniat contra factum domini. l. si homi-
nem. ff. mandati. quia verbis implicitis non intelligi-
tur derogari verbis specialibus & explicitis, ne man-
dans sibi ipsi contrarietur, vt dicta l. vxorē. §. felicissi-
mo. ff. de lega. iij. facit l. non ad ea. ff. de conditio. & de-
monstratio. Decimo fallit causa euitandæ correctio-
nis: ideo clausula generalis posita in fine statutorū, in
qua dicitur, non obstantibus quibuscunq; alijs statu-
tis &c. non derogat specialibus statutis, vt notatur in
authen. de hæred. ab intesta. in principio. super verbo,
vacantibus, in gloss. collatione ix. & in l. ita nobis pu-
dor. C. de adulter. per gloss. & Docto. Vndecimo cau-
18 sa euitandæ dissipationis bonorum, † ideo donatio-
nem non potest facere filiusfamil. habens liberam ad-
ministrationem peculij à patre concessam. in l. filiusfa-
mil. in princip. ff. de donatio. nisi in tribus casibus ibi
positis, videlicet ex iusta ratione, aut patris concesio-
ne speciali, vel ex qualitate personę, cui conceditur li-
bera. & hoc, quia donare est perdere. facit quod habe-
tur lxxxvj. distinctio. cap. qui venatoribus. & cap. seq.
vbi Canon detestatur donatiōes factas histrionibus,
vel mimis. facit ad hoc, quod habetur in l. cōtra iuris.
§. fin. ff. de pact. & l. prohibere. §. planē. ff. quod vi aut
clam. & ibi per Barto. facit qđ habetur in c. intellecto.
extra de iureiur. Duodecimo vbi tractatur de inducen
da dispensatione cū persona inhabili, ideo quia filius-
fam. non habet ex se personam habilem ad donandū
causa mortis, requiritur specialis permisio patris, nec
sufficeret generale mandatum, vt dicta l. filiusfamil. §.
sed enim meminisse. vbi dicit Ioannes de Imol. illū text.
esse ad hoc singularem, & menti tenendum. Decimo-
tertio fallit propter contrariam præsumptionem, vt l.
inquisitio veritatis. C. de solutio. vbi in generali sermo
ne non cōtinetur persona loquentis, quando nō est ea
dem ratio in sua persona, quæ in alijs, vt in casu illius
legis. facit ad hoc not. text. in l. Lucius. ff. de fideicom.
liber. Decimoquarto ratione nimiæ affectionis vel du
ræ separationis, vt l. obligatione gñali. cum tribus ll. se
quen. ff. de pig. & l. pe. in princ. ff. de priuil. credit. & l. j.
C. quæ res pigno. oblig. pñt. Decimoquinto propter
odiū, vt l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de leg. ij. qa, vt ibi
habetur, in verbis generalibus, non comprehēduntur
19 odiosa. † Decimosexto propter ignorantiam, vel er-
rorem, vt l. tres fratres. ff. de pac. & l. cum Aquiliana. cū
l. sequen. ff. de transactio. & l. fin. §. idem quæsiuit. ff. de
condi. indebi. cum similibus. quæ Bald. dicit à nemine
dicta, & esse notanda. ¶ Addi possunt alij casus spāles
in quibus plus operat̃ speciale ꝙ gñale, & aliqñ econ-
tra, de quibus p glos. xxiij. distinct. c. quanq;. & p glos.
Innoc. & Doct. in c. si sacerdos. extra de offic. ord. & in
c. vnico. extra de relig. domib. lib. vj. facit qđ notatur
per Host. in summa, de regula. §. & qualiter obliget̃. ver
sic. sed quid si ingressus. & versic. sequen. & in summa,
qui cle

ſqui clerici vel vouentes.in ſi. Alia exempla huius re-
gulæ ponit Io. And.in d.c.generi. extra eod.tit.lib.vj.
quem ibi clarè loquentem vide. Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Prouiſio hominis quando tollat prouiſionem legis.
2 Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cõmunis.
3 Dotem dans mulieri,ſi nõ paciſcatur eam ſibi reddi,an videatur donare.
4 Teſtamentum non vitiatur ſuperfluitate,& ineptitudine verborum.
5 Cautela abundans non nocet.
6 Clauſulæ inſolitæ in inſtrumentis inducunt præſumptionem fraudis.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, Ius commune non lædunt.

SVMPTA fuit iſta regula de tex.l.qui mutuam. in ſi.principij, & ibi de verbo ad verbum ponitur.ff. mand.vbi licet in pacto dicatur,vt non diſtractis pignoribus licitum ſit creditori cõuenire mandatorẽ, nihilominus illis diſtractis licebit eum cõuenire. illud enim eſt ius cõmune, & nõ lęditur per illud pactum,quod ſolum fuit appoſitum gratia dubitationis tollendæ,& non cauſa limitandæ obligationis. & per hoc ſoluitur contrarium hic formatum in gloſſ.de l.inter ſocerum.§. cum inter. ff.de pact.dota.quia ibi apponebatur pactum cauſa limitãdæ ſtipulationis contrahendę in perſonã filiæ, vel vt dicit Iacob. de Bello vi. recitatus per Alberi.in d.l.qui
1 mutuam.† Quandoq; prouiſio legis eſt cõmunis,&
ordinaria:quo caſu:ſi lex prouidet tantum contrahenti,& cõtrahẽs paciſcat̃ eo modo quo ſe habet legis ꝓuiſio,ſiue ſimpliciter,in vno caſu nõ tollitur legis prouiſio,vt ibi.facit l. nõ impoſsibile. ff.de pact.& l.iiij.§. ſi ex conuentione.ff.de re iudic. Aliquando lex ordinarie prouidet alteri quàm contrahenti,ſicut eſt cum extraneus dat dotem pro muliere:tunc ſi contrahens ꝓuidet ſibi in illo caſu, pręiudicat ſibi in caſu omiſſo,vt l.ſi cum dotem.in princ.ff.ſolu.matri.vbi vide Ioan.de Imol.poſt Barto.& Bal.& l.vnica.§.accedit.C.de rei vxor.actio.Sed quando prouiſio legis eſt ſpecialis, & extraordinaria,tollitur illa prouiſio legis per ſpecialẽ prouiſionẽ hominis,vt l.ſi.ff.de pact. conuen.tã ſup. & l.& habet.§.cum quis.ff.de precar.& ibi per Bart.& per Cyn.in l.ij.vj.q.C.de iure emphyt. & hæc vera,ſecundum Albe.qñ diſpoſitio nõ cõſiſtit in mera voluntate diſponẽtis.nam ſi conſiſteret, qui prouidet ſibi in vno caſu,videtur etiam prouidere in alio caſu omiſſo tendẽte ad eundem effectũ,vbi agitur de fauore,vt l.ſi. C.de poſth.hær.inſti.vbi vide Salic. & Pau.de Caſ.in l.commodiſsime.ff. de lib. & poſthu.Ex pdictis patet,
2 †quòd caſus omiſſus remanet in diſpoſitiõe iuris cõmunis,vt dicta l. ſi cum dotem.in princ.inquantũ loquitur in extraneo dotante mulierem, & ideo ille text. in hoc magis concordat cum hac regula, quàm diſcordet,quis gloſ.hic alleget pro cõtrario, quia diſpoſitio
3 iuris cõmunis eſt,†q̃ extraneus dans dotem,ſi non paciſcatur ſibi illam reddi,mulieris eſt actio cui videt̃ donare, vt d.§.accedit. hoc tñ notabiliter limitat Bal. in l. maritus.C.de procura.eſſe verum qñ ius cõmune diſponit cõmuniter ꝓ omnibus.Secus ſi ſit priuilegium quarundã ꝑſonarũ per d.l.maritus.& d.l.ſi.C.de pact. conuen.qđ recidit in idem cum his quæ dicta ſunt,ſecundũ Iaco.de Bel.vi.& Albe.vt ſuperius recitatũ eſt. & concor.iſtis Pau.de Caſt.in alleg.l.ſi cum dotem.in princ.Licet autem iſta regula expreſſe loquatur in contractibus,procedit etiã ſecundum gloſ.in teſtamentis,
4 †in quibus ſupfluitas verborũ non vitiat teſtm̃,& ſic ius cõmune nõ lęditur.facit l.ſi ſeruo cũ libertate.in ſi. ff.de adi.vel transfer.leg.& l.reprehendenda.in ſi.C.de inſti.& ſubſti.& reſti.&c.& l.teſtm̃.C. de teſta.quæ hic allegat̃ in glo.& l.pediculis.§ Labeo.ff.de aur.& argẽ. leg.Quia nõ eſt curandũ quomodo teſtõr loquat̃,dũmodo de mente ſua cõſtare poſsit.ideo ſententia eſt Docto.bene notanda in d.l.teſtm̃.q̃ ſi teſtator dixerit teſtibus conuocatis ad ſuũ teſtamentũ, vt ſint teſtes ſui cõtractus,ſic teſtamentũ vocãs contractũ nõ vitiatur teſtamentũ poſtq̃ hæredem inſtituit,quia de mẽte ſua conſtat, licet teſtm̃ alio nomine vocauerit. Cõtractus eñ propriè nõ eſt teſtamentũ, nec econtra,vt l.verba geſſerunt.ſ.tit proximo.Hinc eſt, q̃ ſtatuta loquentia de contractibus nõ habẽt locũ in teſtamẽtis, nec econuerſo.Poſtq̃ tamen de intentione teſtatorum liquet, illa ſeruãda eſt, eſto quòd alio nomie nominauerit teſtamentum,vt quia vocauerit codicillos aut donationem cã mortis,vel ſimile. Senſus eñ teſtatoris eſt melior quàm verba.l.iij.in ſi.C.de lib.pręte.vel exhæred. & l.iij.§.conditio.ff.de adim.vel transfer. leg.& iſta ſecundum Bald.in d.l. teſtamentũ.& in l.j.§.quibus. ff. quod cuiuſ.vni.no.præſtant argumentum, & ꝓbant dictum Innocen.in cap.cum cauſam.extra de iura.calum.quòd ſi quis volens conſtituere procuratorẽ dicat,conſtituo Titium aſinũ meũ ad agendũ, & defendendũ,dicat̃ legitimè conſtitutus.Innoc.tñ in lib. meo hoc nõ dicit expreſſe,ſed bene dicit, qđ in idem ſonat, qđ non facit vim in nomine conſtituti.qđ eſt notan- Nota dictum Innoc. in cõſtitutiõe ꝓcuratoris.
5 dum.†Et facit etiam hæc regula ad illud qđ cõiter cõ-
ſueuit allegari, ſcilicet quòd abundans cautela nõ nocet. Ad qđ facit d.l.teſtamentũ. & l.hac conſultiſsima. pen.reſpõſo.C.qui teſta.fac.poſ.Sic etiã eſt in iudicijs, vbi nunq̃ nocet ſeruare ordinem iuris,etiam vbi põt de iure prætermitti,vt in caſibus poſitis in clem.diſpẽdioſam.de iudi.ſecundum Bal.in d.l.teſtm̃. qui allegat Innoc.in c.nouit.extra de iud.Vos autẽ melius ad hoc allegate illa,quæ habentur in cle.ſæpe. extra de verbo. ſignifi.Quod procedit niſi cautela ſit ſuſpecta,& vitioſa, ſaltẽ præſumptiuè, vt l.ſi quis ſub conditione.ff.de condi.inſtit.ideo ille text.& gloſ.allegat̃ ad contractus, qui fiunt per fœneratores in fraudẽ vſurarũ: qm̃ quanto plures cautelæ ponunt̃ in eorum cõtractibus,tãto
6 magis redduntur ſuſpecti,†quia clauſulæ inſolitæ ap-
poſitæ in inſtrumẽto inducũt ꝑſumptionẽ fraudis,vt ibi dicit Bald.& Paul.de Caſtr.& ipſe Bald.in l.iij.C. plus vale.quod agi.& Bar.in l.ſi prius.ff.de aqua plu. arcen.& Ioannes de Imol.in cap.ad noſtram.extra de emptio.& venditio.quæ notate, & cætera,vt in gloſ. dicite. Maynerius.

Summarium.

1 ☞Donatio quid propriè.
2 Donationem non esse, facit naturalis obligatio.
3 Donationem non impedit obligatio ad antidora.
4 Donare videtur qui scienter soluit criminaliter vel ci-
uiliter tantum debitum, sine effectu.
5 Insinuatio donationis vltra qngentos solidos de qui-
bus solidis, vel aureis intelligatur.
6 Clericus dans eleemosynam de superfluis ecclesiæ an
dicatur liberalis, & donare.
7 Liberalis dicitur non in dando, sed in cui dando, qui
alioqui cogitur dare.
8 Donatio remuneratoria inter virum & vxorē, valet.
9 Donatio inter virum & vxorem quomodo valeat.

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

ISTA regula est de ver-
bo adverbum in l.donari.ff.
de donatio. Pro cuius intel-
1 lectu est aduertendū, † quòd
donatio ꝓpriè dicitur, quæ
ꝓcedit ex liberalitate, & mu
nificentia donantis, vt l.j.in
princip.eod.titu.ideo dona-
tio sponte facienda est, quia
aliàs non esset donatio: cum in necessitatibus nemo li-
beralis existat. vt l.rem legatam.ff.de adim. vel transfe.
lega. facit quod habetur in cap.j. extra de dona. Ea eñ
sunt gratiosa, quæ impendimus, cum liceret nō impen
dere, vt dicit text. in cap. iam nunc. xxviij. q.j. ideo dicit
legislator, quòd inuitus nemo donat. l. nec ignorans.
2 C.de donatio. quam hic alleg. glos. † ponēs exemplum
in hac regula de illo qui naturaliter tantum erat obli-
gatus, quia si soluat non videtur donare, cum iure na-
Limitatio. turali ad illud teneretur. facit quod habetur in l.hoc iu
re.§.si quis seruo.ff.de dona. quod intelligit hic gloss.
& post eam Ioan.de Imol. super rubrica, extra de dona
tio. quando illa naturalis obligatio procedebat ex pa
cto praecedenti: quia quamuis non sit efficax ad agen-
dum de isto iure ciuili, vt l. iurisgētium. §. quinimo.ff.
de pact. & l.legem. C. eodem titu. cum ibi notatis. ta-
men secundum naturalem æquitatem quis ex illo vide
tur astringi. l. Quintus. ff.manda. & l.pecuniæ sortē. ff.
de ali. & cib. lega. Ideo si soluatur illud quod pacto il-
lo naturaliter debebatur, non est donatio, vt in hac re-
3 gula, & iuribus præallegatis. † Secus esset in obligatio
ne naturali ad antidora, quæ oritur ex illa naturali æ-
quitate, qua benefacientibus nobis debemus benefa-
cere. de qua in l.sed & si lege.§. consuluit. ff. de petitio.
hæred. quoniā illa nō impedit donationem esse id qđ
donatur, secundum gloss. hic, & dictum Ioannem de
Imola super dicta rubrica post Ioannem Andr. Sicut
etiam quando subest sola obligatio ciuilis tantum de
quo hic meminit gloss. & dictum fuit plenissimè in l.
4 cuius per errorem. ē. isto titu. Et ex his infertur, † quòd
siquis scienter solueret debitum ciuiliter tantum, vel
naturaliter tantum, non habens efficaciam exactionis,
videretur donare, & ideo si excederet summam quin-
gentorum aureorum egeret insinuatione, de qua in l.
sancimus. & l.penultima. in fin. C.de donatio. Sed vbi
naturaliter debitum solueretur, vt in exemplo ē. posi-
to, vbi naturalis obligatio procedit ex pacto, non cen
seretur donatio, vt dicta l.hoc iure.§.si quis seruo. non
requireretur insinuatio, etiā si solutum excederet sum-
mam taxatam in dictis iuribus. Angel. tamen in dicto
§.consuluit. dicit quòd obligatio ad antidora, est potē-
tis naturæ, & operatur, quòd si donatarius donatori
donet, eius donatio non eget insinuatione tanquam
facta ob causam, vt l. Aquilius Regulus.ff. de donat.
vbi glos. ita intelligere videtur. Sed tandem ipse cōclu-
dit hoc procedere, si dicta secunda donatio remunera-
toria nō excedat metas prioris donationis, quia quo
ad excessum non debet censeri donatio ob causam, sed Limitatio.
simplex, ideo requireret insinuationē in eo quod exce
dit, si illud esset super solidos quingentos, siue aureos,
quod idem est, iuxta illud quod habetur in dicta l.pe-
nulti. in fine. C.de donatio. & Insti. de poe. teme. liti. §.
fina. & in hoc concordat Angel cū ista gloss. & Io.de
5 Imo. Et intelligite † q̄ sint tales aurei, vel solidi, quorū
septuagintaduo faciunt libram auri, vt ibi dicit gloss.
& est text. qui consueuit allegari ad hoc in l. quoties.
C.de suscepto. præpo. & arca. libro x. vbi dicit Bartol.
quem ibi sequitur Iaco. Rebuf quòd hodie aurei Ve-
neti, & Florentini quibus vtimur, habent in pondere
octauam partem vnciæ, & sic octo faciunt vnciam au-
ri, & nonaginta sex faciunt libram. attamen quia à iure
exprimitur, quòd septuagintaduo faciunt libram, in
hoc articulo computandum est secūdum ius commu-
ne, in alijs secus, vt ibi notatur, & super rubrica C.de
veteris numis. potestate. libro xj. facit quod habetur
per gloss. & Docto. in l.fin. ff. de in ius vocando. & l.si
oleum. §. fina. cum l.seq. ff. de dol. A taxatione enim le-
gis non possumus ex nostro ingenio recedere, vt not.
Bald. in l.illud. C.de sacrosanct. eccle. in fine secundæ co
lum. vide nota. in cap. conquerente. in gloss. super ver-
bo, duos solidos. & ibi Docto. extra de offic. ordin. &
Specu. titu. de solutio. & obliga. §. nunc aliqua. versic.
si. faciunt supradicta cum dictum est donationem à li-
beralitate procedere, & illud ꝓpriè dici donari, quod
ex munificentia datur nullo iure cogente, vt in hac re-
gula, secundum Anto. de Butrio, recitatum per Ioan.
6 de Imol. in dicto cap. primo. extra de donatio. † Quòd
clericus donans eleemosynam de bonis superfluis ec-
clesiæ, nō dicitur esse liberalis neq; donare, cum ad hoc
de iure teneri videatur, vt xvj. q.j. cap. fin. cum cōcord.
ibi allegatis in glos. & lxxxvj. distinc. c. non satis. & xij.
q.ij. c. aurum habet ecclesia. & c. gloria epi. Tamen Io.
And. sup. dicto c.j. videt sentire contrariū, cū illā decre-
talem exemplificat in faciētibus eleemosynā de bonis
superfluis ecclesiæ. Io.de Imol. cōcordat opiniones ibi
7 † dicens esse liberalitatē, si clericus necessaria sibi subtra
heret, vt daret paup̄ibus. Sed si sup̄flua donet, dicitur
etiam liberalis non in dando, sed cui dando. Sicut in si-
mili dicimus de collatione beneficij vacātis, quod col-
lator necesse habet conferre, nec posset sibi retinere: sed Donare.
dicitur potius dare, quàm donare, vt xxiij. quæstione
vj. §. ex his. in gloss. & ideo in hoc non dicitur libera- Dare.
lis, sed bene dicitur liberalis in cui dando, vt notatur
per gloss. & Doctores in cap. relatum. extra de præbē.
& quamuis textus in cap. secundo, extra de concessio.
præbend. vtatur verbo donandi, hoc est impropriè, vt
in dicta gloss. secundum Doct. ǁ In donando etiam vel
in lib

in liberalitate, & munificentiã donandi debet haberi
discretio, aliâs donator posset cadere in prodigalitatẽ,
quæ vitiosa est. ff. de dolo. l. nõ debet. vbi prodigus nu
meratur inter viles personas. & est bonus text. & ibi
Archid. xlj. distinctio. cap. sæpe vitia. facit quod habe-
tur in c. pen. extra de consuet. & lxxxvj. distinc. cap. fra
trem. versic. in ipsa. Aliquando tñ fit interpretatio de
iure plenior in donatione quàm donatoris verba so-
nare videantur, vt ecce si quis alicui donauit rem ali-
quam ad suum vsum, vel pro suo vsu, non solũ vsum
rei, sed proprietatem videtur donasse, vt not. per gloss.
in l. si mulier. C. de iur. dot. quã ibi post Dy. sequit Sa-
lic. & ad hoc allegat l. donationes in concubinã. §. spe-
cies. ff. de donatio. vbi Bartol. & Ioan. de Imol. dicunt
esse casum, & procedere nõ solum in contractibus, sed
etiam in vltima voluntate, vt l. species. ff. de aur. & arg.
lega. & l. iiij. cum l. seq. & ibi Barto. ff. de ali. & cib. leg.
& l. cum hi. §. si vni. ff. de transactio. & ibi glo. & Do-
cto. & facit quod habetur in l. fin. ff. de vsufruc. ea. rer.
quæ vsu consu. & l. Titia cum testamẽto. §. qui inuita.
ff. de lega. ij. quod verum est, secundum Docto. nisi ali
ter appareat de mẽte contraria donatoris, vel testato-
ris. Circa quod vide plenius Doct. in dicto §. species.
& alleg. l. si mulier. Adduci etiam possunt supradicta,
quòd licet donatio inter virũ & vxorem matrimonio
constante sit prohibita, vt l. j. ij. & iij. & per totum. ff. de
donatio. inter vir. & vxo. & C. eod. tit. per totum. & c.
8 † fi. extra isto tit. donatio tamen remuneratoria ꝓpter
beneficium vni ab altero vltra affectum coniugalem
collatum valet, & tenet, quia non est propriẽ dona-
tio, vt in hac regula. & facit l. quod autẽ. §. si vir. ff. de
donatio. inter vir. & vxo. & ita voluit Barto. in l. si di-
uortio. ff. de verbo. oblig. glo. & Doct. & l. si volunta
te. C. de dot. promiss. & Salic. in l. ij. C. de dot. cau. non
nu. & Panormita. in dicto cap. fin. & Io. de Anan. in c.
cum in ecclesiæ. in fin. extra de simonia. Hoc tamen ve- Limitatio.
9 rum est, † quòd donatio simplex inter virum & vxo-
rem, licet cõstante matrimonio non teneat, vt iuribus
allegatis, morte tamen donantis confirmatur, vt l. cum
hic status. §. ait oratio. & §. seq. ff. de donatio. inter vir.
& vxo. & l. j. & l. donationes. C. eo. ti. quod verum est
si interueniat traditio, vel aliquid loco traditionis pu-
ta precarij cõstitutio aut retentio vsusfructus, vt l. Pa
pinianus. ff. eo. tit. not. ꝑ glo. & Salic. in d. l. ij. C. de dot.
cau. nõ nu. & Io. de Imol. in d. l. si diuortio. qui ad hoc
ꝓpositum alleg. pro singulari d. l. Papinianus. quod
dictũ procedit indubiẽ in his rebus donatis, quę req-
runt traditionem. secus est in his q̃ traditionẽ nõ requi
runt, nisi tñ signa pœnitẽtiæ donatoris ostenderent, se-
cundum Bal. in l. ij. §. creditũ. ff. si cert. pet. vbi elegãter
dicit q̃ si maritus matrimonio constãte cõfitet animo
donãdi se habuisse dotem ꝓmissam, morte sua confir-
matur dicta donatio, nisi verbo vel facto maritus ipse
ostẽdisset signa pœnitẽtiæ, vt si exclusisset vxorẽ de do
mo, vel alio modo horruisset. arg. l. testõ centurio. ff. de
man. test. & l iij. ã fi. ff. de adi. vel trãsfer. leg. & l. Lucius.
§ Lucius Titius Damã. ff. de lega. ij. Hoc ideo scd'm eũ
est qa est donatio cã dotis, cuius retẽtio ꝓ traditiõe ha
betur vel debet haberi, ꝑ not. in d. l. ij. C. de dot. cau. nõ
nume. & l. quisquis. & l. si quis argentũ. §. sed si quidẽ,
C. de dona. & hoc videtur voluisse Salice. in d. l. Papi-
nianus. vbi dicit donationem prædictam nõ cõfirma-
ri morte, nisi interuenit traditio vera, vel ficta, puta si
confiteatur se habuisse, & recepisse, quia tũc morte cõ-
firmatur. ad quod allegat gloss. in d. l. ij. C. de dot. cau.
quod dicit esse notandum. & idem videtur sentire Al-
beric. in d. l. Papinianus. & in l. j. C. de dona. ante nup.

Summarium.

1 ☞ Amissum an dicatur, quod quæri potuit, sed nõ est quæsitum.
2 Vsumfructum in re sua quomodo quis habeat.
3 Amittere quis non potest id, quod sibi non putat cõpetere.
4 Amissio rerum qualiter probetur.

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit.

DECLARATVR hæc
regula per glos. quæ addu-
cit ad hoc l. j. §. sed ita demũ.
ff. quibus mod. vsusfruct.
amit. vbi glossa colligit q̃
illud quod non est, amitti
non põt. & allrg. cõcor. &
inter cæteras istam l. & l. nõ
potest videri. infra isto titu.
facit l. Titio vsusfruct. ff. de conditionib. & demonst.
& quod notatur in l. corruptionem. & ibi per Baldũ
1 C. de vsufruct. † Gloss deinde opponit de pluribus in Amissum dicitur.
ea iuribus allegatis, in quibus dicitur quid amissum,
quod acquiri potuit, & non fuit acquisitum: sed illud
impropriẽ dicitur amissum, non autem propriẽ, sicut
sumit in hac regula. pro qua facit l. fin. ante fi. C. de co
dicillis. & l. fina. §. scẽtia. C. de iure deliberan. & l. Pro-
culus. ff. de damno infect. & quod habetur in l. iij. §. de-
sinere. ff. vsufruct. quẽad. caue. cum concord. decreto-
rum ibi allegatorum in gloss. vbi dicit Alber. pro cõ-
cordia iurium, quæ in hoc discordare videntur, quòd
quædam non sunt in re, nec in spe, nec in iure, nec in
facto, & illa nullo modo tolli possunt, vt puta si lege-
tur vsusfructus seruo incapaci, & cum desierit vsusfru
ctus ad eum pertinere, legatur seruo libertas: isto casu
vsusfructus non fuit in re, nec in spe, nec in facto, nec
in iure: ideo non potest desinere, vt dicta l. Titio vsus-
fructus. Aliqua sunt in spe, et in re, & illa possunt tolli,
& desinere quo ad totum: vt si quis habeat vsumfru-
ctum in re cõstitutum, & sic in eius possessione, potest
amittere quo ad totum, vt l. prima. in princip. ff. quib.
mod. vsusfructus amitta. & dicta l. corruptionem. &
Institu. de vsufructu. §. finitur. Quædam sunt in spe, sed
non in re, vt vsusfructus legatus ante aditionem hę-
reditatis, & eo respectu quo sunt in spe possunt amitti,
sed non eo respectu quo nondum sunt in re, vt dicta l.
prima. §. sed ita demum. & dicta l. tertia. §. desinere. & l.
Sempronius. ff. de vsufruct. lega. Sed extra gloss. op-
ponitur contra hanc regulam de eo, quod habetur in
l. quod nostrum. ff. de vsufructu. vbi quis vsumfru-
ctum quem non habet, potest ad alium transferre, &
sic amittet, si donet illum, cum donare sit perdere, vt l.
filiusfamilias. in princip. cum concordan. ibi allega-
tis in gloss. ff. de donatio. & sic donando amittit qd'
nõ habet, quia in re propria nemo habet vsumfructũ,

vt l. vti frui. in prin. ff. si vsusfruc. pet. Dici potest secun-
dum Alber. in d. l. quod nostrum, quod seruitutes sunt quæ-
2 dam qualitates rei, vt l. quid aliud. ff. eo. tit. pxi. † Domi-
nus enim alicuius rei immobilis in qua constituit alte-
ri vsumfructum, illum formaliter non habet, quia res
sua sibi seruire non pot, vt dicta l. vti frui. habet tamen
vsumfructum causalem, q non est seruitus: ideo cum do-
nat vel constituit alicui vsumfructum in re prædicta,
dat quod habet, vel amittit quod habet, sed non qua-
liter habet. Nam habet causaliter, & donat vel consti-
3 tuit formaliter, seruitutem imponendo. ¶ † Est autem hic
notandum, quòd sicut quis non amittit quod suum
non est, vt in hac regula, ita non amittit quod suum est,
vel sibi competit, non tamen credit sibi competere, vt
not. per gloss. sup verbo, competere, in l. mater decedens.
ff. de inoffic. testa. quæ allegat concor. ad hoc, q ille qui
ignoranter eligit ius sibi non competens, non intelligitur
renuntiare iuri sibi competenti, quod nesciebat com-
petere. facit ad hoc not. per Barto. & Docto. in l. Clo-
dius. ff. de acquir. hæred. Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Species partim indebitè soluta, tota repetitur.
2 Communioni rerum persistere nemo cogitur, nisi in casibus.
3 Solutum indebitè, potest retineri pro alia summa debita.
4 Retineri quando possit res debitoris, quæ ad creditorem peruenit, & in foro conscientiæ. & nu. 5.
6 Via plus est quàm actus vel iter.
7 Seruitutes omnes sunt indiuiduæ excepto vsufructu.

Cum amplius solutum est quàm debeatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.

RIBVS exemplis ista re-
gula declaratur per gloss.
Primo de l. si non sortem. §.
si centum. ff. de condict. in-
1 debi. † Vbi in speciebus ra-
tione partis indebitę solutę
totum repetitur remanente
incorrupta obligatione pri-
męua pro qua res soluta re-
tineri potest donec debita pecunia soluatur, vt in illo
2 text. & rationem huius assignat hic gloss. † quia nemo
cogitur stare in communione, quæ solet parere discor-
dias, vt l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. & l. fin.
§ sed siquidem. C. de iure do. impe. Quod tamen fallit
in aliquibus casibus quos ponit Alber. in d. §. si cen-
tum. videlicet in l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. com-
mu. diuid. & in l. j. §. ad hęc. ver. nemo itaque. C. de anna.
3 excep. & in l. fi. ff. de alie. iud. mutan. causa fact. † Et est
bene notandum hoc primum exemplum, quia licet
possit repeti tota res data in solutum pro maiori sum-
ma quàm deberetur, veruntamen, quia vt hic & ibi
dicit text. pristina manet obligatio, creditor potest illam
totam retinere donec pecunia sibi debita soluatur.
Quód est ideo secundum Bald. in d. §. si centum. quia

Casus in quibus qs cogitur stare in cōione

species illa, quæ retinetur pro quantitate debita eo no-
mine venit ad possidentem. & ad hoc facit l. fundus qui
Lucij Titij. ff. de rescin. vend. & de pig. actio. l. eleganter.
4 § qui reprobos. & de solu. l. si cum aurum. † Circa quod
pro resolutione est aduertendum, ex dictis Docto. in
dicto §. si centum. & in l. vnica. C. etiam ob chirograp.
pec. & l. fin. C. commoda. quòd quandoque res debitoris
quæ est penes creditorem, est ei obligata pro vno
debito, & illam potest etiam pro alio debito retinere,
vt d. l. vnica. C. etiam ob chirograph. pecu. Fallit odio
vsurarum, secundum quod ibi not. & l. per retentionem.
C. de vsur. Si autem non sit ei obligata, aut peruenit ad eum
cum vitio, & non potest retineri pro illa, nec pro alia
re, vt l. j. §. rediguntur. ff. quorum lega. Aut peruenit
sine vitio, quo casu si causa retinendi cohęret rei, vt propter
expensas necessarias factas in ipsa re, vel pro vtilitate
ipsius rei, & potest retineri. l. si necessitas. in princ. ff. de
pig. actio. l. in rebus. §. possunt. ff. comod. l. si in area. in
fine. ff. de condictio. indebiti. l. colonus. ff. de vi & vi
arma. & l. Paulus. ff. de doli excep. & l. Iulianus. §. offer-
ri. ff. de actio. emp. & vendi. ¶ Ex quo inferunt gloss. &
Docto. in d. §. si centum. & Bald. in d. l. fi. C. comoda.
Quod scriptor potest retinere quinternum in quo scri-
psit, sutor tunicam quam fecit, marescallus equum quem
curauit, donec eorum cuilibet sit satisfactum, sicut & ve-
ctores portantes fardellos pro mercede, & etiam pro ga-
bella, si quam soluerint pro fardellis. Ad quod allegat
Bald. post Gulielm. de Cug. text. notabilem in l. huius
enim. ff. qui pot. in pig. hab. & ibi per gloss. & idem in
cæteris similibus. Non posset tamen scriptor retinere
exemplar sibi traditum, quia occasione debiti sui non fuit
sibi traditum. facit l. si non inducta. C. in quibus causis
pig. tac. contrahi. & d. l. fin. C. commod. cum ibi nota-
tis per glos. & Docto. vbi autem causa retinendi non co-
hęret rei, nec erat aliâs obligata res, nec venit eo præ-
textu ad creditorem, non habet ius retinendi, per iura
proxime alleg sed si esset obligata tunc etiam ob aliam
causam quàm pro qua obligata fuit, potest retineri, vt
dicta l. vnica. C. etiam ob chirogr. pec. & idem si sit quasi
obligata, vt dicta l. Iulianus. §. offerri. & l. hæreditatis.
ff. de hære. vel actio. vend. Hoc etiam procedit de iure,
5 † quòd euincens rem aliquam debet offerre pretium
conuersum in suam vtilitatem, puta si sit solutum credi-
toribus euincentis, aliâs pōt res retineri, vt in. l. emptor.
ff. de rei vendi. not. in l. si mancipium. & l. mater. C. eod.
titu. facit quod habetur in l. ij. C. quod met. cau. & in l. vtere.
& l. si prædium. C. de præd. mi. l. j. & iij. C. si vend. pig.
aga. nec est ad hoc opus cessione, vt possit retinere, sed
obstat agenti exceptio doli, vt d. l. fundus q Lucij Titij.
aliâs esset opus cessione quando reus non possideret,
vt d. l. si in area. ff. de condi. indebi. Et illud quod supra
dictum est, non posse retineri rem debitoris non obli-
gatam creditori quæ ad eum peruenit, non eo prætex-
tu, nec illius occasione procedit secundum Alberic. in
allegato §. si centum. in foro iudiciali, sed in foro pœ-
nitentiali secus est. quoniam si quis mihi damnum de-
dit, aut aliquid abstulit, & res eius ad me peruenit, pos-
sum eam retinere, donec sit mihi satisfactum. ad quod
alleg. xxiij. q. ij. c. dominus noster. & in summa Confes-
sorum, lib. ij. Rubricella de bellis. q. xlv. circa finem. Vi-
dete vos Innocen. quem non alleg. Alber. in cap. olim.
extra de restitu. spoliato. vltima colum. qui dicit non
esse male dictum, quod si quis vi, vel furto sibi ablata

Fallentia.

recupe

recuperare non posſit,ſua autoritate posſit recipe- furtim, dummodo ex tali furto nõ posſit generari ſcandalum vel aliquod malum,aliàs ſecus,vt l.nullus.C. de Iudæ. & Inno.recitat & ſequitur Archid. in dicto cap.dominus noſter. & Bal.in l.ex hoc iure.q.xij.ff.de iuſti.& iur.Secũdò gl. dat exemplum in iſta regula , quando res indiuidua ſoluitur, quæ tota nõ debebatur,vt ſi quis debens iter ſoluat viã.
6 †Plus enim eſt via quàm iter,vt l.j.& l.qui ſella.ff.
7 de ſer. ruſti præd. †Sunt enim omnes ſeruitutes in-
diuiduæ.l.ij.in principio.l.in exequutione. §.ij.& l. ſtipulationes non diuiduntur.in princi. ff.de verb. obliga.excepto vſufructu, qui diuidi poteſt,vt l.j. §.ſi vſusfructus.ff.ad Fal.& ibi aſsignat Bar.rationem diuerſitatis,quam ſequitur Ioã. de Imol.in dicta l.ſtipulationes non diuiduntur.in princip.quia vſusfructus tãtę vtilitatis eſt in parte reſpectu partis,quantæ in toto reſpectu totius , quod non eſt in alijs ſeruitutibus,vt iuribus alleg. Tertiò exẽplificat gl.de l.ſed & ſi qs ſtipulet. §.quid ergo ſi amiſſo.in fi.ff. de vſufru. ſed fortaſſe illud exẽplum quo ad caſum huius regulæ,nõ eſt bene applicatũ,quia loquitur in pecunia , quæ eſt res diuidua,vt etiam ibi tangit gloſ. & poteſt pro parte repeti, vt dicta l.ſi nõ ſortem.§.idem Marcellus.ff.de condi.indeb. Ideo alia duo priora exẽpla melius adaptãtur huic regulæ.Gulielmus Maynerius iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Obligationes omnes naturales , an ſint de iure gentium.& nu.3.& 4.
2 Obligatio naturalis & ciuilis,an ſit vna vel duæ.
5 Iuris priuati tres ſpecies.
6 Seruus an pro nihilo reputetur de iure gentium.
7 Lex naturalis,eſt duplex.
8 Ius naturale primæuũ aliud nihil eſt, q̃ ſenſualitas.
9 Oligatio naturalis multiplex.& nu.10.11.12.13.15.
14 Obligatio ad antidora an impediat ſoluti repetitionem.
16 Pactum & pollicitatio quomodo differant.
17 Pacto nudo an detur actio vel officium iudicis iure canonico.& nu.18.19.& 20.
21 Officium iudicis poteſt tribus modis implorari.
re de vestibus lugubribus, an expensis hæredum ma-
riti debeant fieri mulieri mortuo marito. Ioan. de Imo.
in dict. §. primo. l. pen. ff. solu. matrimon. tenet quòd de
rigore iuris hæredes mariti non tenētur induere de il-
lis vxorem: quia etiam, vt dicit Bald. in l. decreto. C. ex
quib. cau. infa. ali. irrog. mulier non cogitur plorare de
morte mariti, nec induere habitum nigrum si nolit:
219 † quia viduitas non stat in lacrymis vel habitu, sed in
pudicitia viduali. de honestate tamen quadam secun-
dum eundem de Imol. hæredes tenentur eam vestire ve
stibus lugubribus, ita quòd si mulier postea nubat se-
cundo, non tenetur restituere illarum pretium. Si autē
mulier ex sua pecunia has vestes emat, non potest pe-
tere pretium ab hæredibus viri, nisi quādo ipsi ad hoc
tenerentur ex dispositione mariti qui ita ante suū obi-
tum disposuisset, vel vt dicit Angel. Aretin. in dict. §.
fuerat. Institu. de actio, si de consuetudine patriæ secun
dum qualitatē personarū, & facultates quondā mari-
ti hæredes ad hoc tenerentur. Ipse verò Ioan. de Imol.
in l. si ex re domini. §. fi. ff. de stipul. ser. recitat Ange. de
Perus. dixisse et cōsuluisse, ꝙ vestimēta vidualia tradita
vxori ꝓpe luctus & funeris mariti imputantur hæredi-
bus, & non in summa dotis. allegat notata in dict. l. de
creto. Subiungit tamen ipse de Imol. ꝙ illę vestes ita
demum videntur esse vxoris, si sint vilis pretij, & de-
putatę ad vsum quotidianum: secus si essent magni va
loris: quia tunc videntur traditę potius, vt seruet hone
statem quondam mariti, & vt diu stet vidua, quàm vi-
deantur donatę, argum. dict. l. si vt certo. §. interdum. ff.
commod. & ideo si mulier illa tunc nuberet secūdo, hæ
redes mariti possent tales vestes lugubres pretiosas re-
petere, quasi cesset causa traditionis, nisi, vt dictum est,
consuetudo regionis se haberet in oppositum, per l.
minime. ff. de legi. cum similibus. & ita pluries interro-
gatus dicit se reduxisse ad dictam conclusionē. ¶ Finali
ter circa hanc materiam dotium vide notata in l. si con
stante. per Barto. in sua repetitione, & Docto. ff. solu.
matri. & l. vbi. per Salic. & Doct. C. de iur. dot. & in d.
authem. præterea. C. vnde vir & vxor. & d. §. fuerat. &
hæc satis sint super ista regula. Maynerius.

Summarium.

1 Legatum factū creditori de eo quod sibi debetur,
quando valeat.
2 Matrimonium contrahendum quando impedit affini
tas, quæ non dirimeret contractum.
3 Actus perfectus non vitiatur si deueniat ad eum ca-
sum, à quo non potuit incipere.
4 Dispositio quando vitietur si veniat ad casum à quo
non potuit incipere. & nu. 5. 6. 7. & 8.

Non est nouum vt quæ semel vtiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

EX vtero huius l. sumptum
est cap. factum legitimē. ex
tra eo. titu. lib. vj. vel ad si-
militudinem huius regulæ
Bonifacius viij. suam præ-
dictam regulam ordinauit,
& per exēpla posita in glo.
declaratur hæc regula. Et
primo de eo quod habetur
Institu. de lega. §. quòd si in diem. cum §. præcedenti. fa
cit lex, si creditori. cum l. seq. ff. de lega. j. cum ibi nota-
tis per glos. per Barto. & Docto. & in l. verbis legati. ff.
1 ad l. falci. † Quamuis enim legatum factum creditori
de eo quod sibi debetur per debitorem non valeat si
non sit plus in legato quàm in debito, quod potest
contingere pluribus modis, vt Institu. de actio. §. plus.
Ideo legatum pure factum creditori de eo quod sibi de
bebatur in diem, vel sub conditione, valet etiam si vi-
uo testatore post factum legatum euenerit dies, vel cō-
ditio, vt dict. §. quòd si in diem. & dicta l. verbis legati.
Quia vbi non euenit dies, vel conditio viuo testatore
legatum valuit propter commodum repræsentationis,
vt explanat glo. in dict. §. quòd si in diem. super verbo,
plenius. & ideo quia semel valuit, licet viuo testatore
euenerit dies vel conditio. & sic deuenerit ad casum
à quo non poterat incipere, durat quod fuerat ordina
tum, & verificatur ista regula, vt dictis iuribus supe-
2 rius allegatis cum ibi notatis per Docto. ¶ † Secundū
exemplum in hac regula ponitur de cognatione lega-
li, quæ impedit matrimonium, vt l. adoptiuus. & l. per
adoptionem. ff. de ri. nup. Sed contracto matrimonio
legalis affinitas superueniens non dirimit ipsum, vt l.
si qua. eod. titu. quamuis peruenerit res ad eum casum
à quo non potest incipere. Circa quod vide text. gloss.
& Docto. in cap. vnico. extra de cogna. legal. & Specu.
eod. titu. Rofred. & Hostien. in summis, & xxx. q. iij. c.
ita diligere. & cap. per adoptionem. & Instit. de nup. §.
3 sed si qua. ¶ † Tertium dat exemplum glos. de l. existi-
mo. & l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verborum obli.
vbi habetur, quòd licet dispositio non perfecta, id est,
non consummata vitietur si ad eum casum deueniat à
quo incipere non potest: secus est in perfecta, & cōsum
mata. & ibi perfectius loquutus est Barto. in hoc bro
cardo, an vitietur actus si perueniat ad eum casum à
quo non potest incipere, quàm alius, vt dicit Bal. in l.
si Gaudentius. C. de contrahen. emp. vbi de hoc habe-
tur per Cyn. post Pe. & Docto. & in l. quia in eum ca-
sum. ff. ad l. Aquil. per Floria. & per Dyn. in prædicta
regula, factum. vbi multa circa hoc ponuntur exem-
pla per eum, & Ioan. Andr. Et potest hoc brocardum

Affinitas præcedens matrimonium impedit, sequens non.

expediri secundum Barto.& Docto.in allegatis iuri-
4 bus,† quòd vbi superuenit defectus causæ finalis, vt
quia superuenit causa propter quam legatum non af-
fert commodũ legatario, vt quia legatur pure id quod
sibi debebatur sub die vel conditione,& viuo testato-
re euenit dies vel conditio: quia tamen superuenientia
vnius tendit ad eundem finem ad quem ipse actus le-
gandi, durat legatum,& non vitiatur, vt dict.§.quòd
si in diem.& dict.l.verbis legati.& notatur per Dy.in
dicto cap.factum legitime. & idem dici potest secun-
dum Ioan.de Imol.in dict.§.& si placeat. de eo quod
habetur in l.sciendum.§ fin.ff.qui satisd.cog.quòd ibi
casus superueniens tendebat ad eundem effectum quo
& actus, scilicet vt esset cautum agenti,& vt dicit ibi
Barto.satis cautum est post alienationem rei, quæ agẽ
ti remanet obligata.vel dicite in eo casu, vt ponit Bar.
in dict.§.& si placeat.vel secundum Petr.recitatum à
Flor.in dict.l.quia in eum casum si res sit perfecta &
consummata antequam veniat ad illum casum, à quo
non potest incipere, non vitiatur, vt l. vt pomum.§.
5 primo.ff.de seruitu.& d.l.si Gaudentius.† Quandoq;
superuenit defectus causæ naturalis,& ille quãdocũq;
superueniat vitiat actum, vt l.inter stipulantem.§.sa-
cram.ff. de verborum obliga. Sed posset opponi,
quòd hoc non procedat simpliciter per l.quæcunque.
la ij.ff.de actio.& obliga.vbi defectu superueniente in
materia non vitiabitur obligatio. Sed potest responde
ri secundum Ioan.de Imol.in dict.§.& si placeat.quòd
ibi non erat obligatio contracta ad ipsam materiam
sed ad aliud occasione ipsius materiæ, ideo facilius su-
stinetur. Dictum vero præcedens, quod fuit Bart.intel
ligitur quando obligatio erat contracta ad ipsam ma
6 teriam.† Aliquando superuenit defectus in causa effi-
ciente,& tunc secundum Barto.si actus erat perfectus
& consummatus non vitiatur propter defectum su-
peruenientem.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel
alie.iur. Quod procedit secundum Ioan.de Imol.in d.
§.& si placeat.etiam si actus non sit consummatus, dũ
tamen habeat consequentiam ab ipso actu perfecto,
vt dari potest exemplum in dict.l.patre furioso.quan-
do loquitur de filijs natis post furorem ex matrimo-
nio contracto tempore sanæ mentis. Potest etiam po-
ni exemplum in defectu superueniẽte in causa efficien-
ti,& sic in persona, de l.cęcus.ff.de iud.cum ibi notatis
per glos.& Docto.licet dicat Ioan.de Imol.quòd illa
lex non videtur loqui in actu cõsummato, intelligen-
do quòd iudex, qui efficitur cæcus ex postfacto possit
sententiare, prout ibi intelligit Barto. Vel potest dici,
quòd illud ibi toleratur secundum illum intellectum,
quòd iudex ibi incurrit cæcitatem,& casum illum sine
suo delicto. Nec potest inde sequi absurditas aliqua,
vel inconueniens: quia poterit hoc casu sentẽtiam per
alium facere scribi, sicut illiteratus qui sit iudex habens
experientiam causarum, vt l.certi iuris.C.de iudi.secus
vbi posset absurditas vel inconueniens resultare, vt l.
prima.§. casum.ff. de postulan. Quia in aduocato, de
quo loquitur ille tex.posset absurdum sequi si aduoca
7 tus sine debita reuerentia postularet. † Si verò defectus
personæ superueniret cum delicto ipsius personæ pu
nibili vitiaret actum, vt l.si in metallũ.§.j.ff.de his quæ
pro nõ scrip.hab.& l.eius q.§.j.ff.de testa.secus esset si
etiam cum personę vitio, nõ tamen punibili, defectus
superueniret, vt l.is cui.in princip.eod.titu.quæ loqui

Illiteratus habẽs experientiã causarũ, p̃t esse iudex.

tur in prodigo cui bonis interdictum est, post testamẽ
tum per eum conditum, quod remanet validum. facit
quod notatur per glos.in l.j.§.exigit.de bon.pos.secun
cundum tab. isto tamen casu videbatur quòd actus
nondum consummatus deberet irritari, sed cõtrarium
verius est, quia superueniens actus impediẽs testamen
ti factionem non superuenit ex delicto punibili, nec re
surgit aliqua absurditas vel aliqua repugnantia secun-
dum prædictos Docto. Quãdoq; superuenit defectus
mistim in causa materiali,& efficiẽte, vt in casu dicti §.
& si placeat. vbi erat defectus in stipulatione mista cõ
sideratione rei,& personæ:& tunc si res erat perfecta &
consummata non vitiatur, vt in dict.§.& in ista regu-
la. Si verò res non erat perfecta & cõsummata, aut dis-
positio respicit rem, vt in seruitute,& vitiatur disposi
tio, vt l.si sub vna.§.primo.ff.de verborum obliga.de
quo tamen dicite vt ibi per Barto.& Ioan.de Imol.si
respiciat personam nõ vitiatur, vt l.damni.§.emptor.
ff.de dam.infec. Si verò sit defectus causæ formalis, ille
vitiat: quia forma dat esse rei.l.Iulianus.§.sed & si quis
rem deteriorem.ff.ad exhiben.facit l.cum hi.§.si præ-
tor.cum ibi notatis.ff.de transact. & extra de his quæ
fi.à præla.sine cõsen.capi.per totum.& xij.quæstio.ij.
cap.sine exceptione.& l.si is qui quadringenta.§.quę-
dam.ff.ad l.falcid.faciunt quæ habentur & notantur
in l.iubemus.C.de testamen.ita dicit Alber.in dict.l.
patre furioso.& Angel.recitatus per Ioan.de Imol.in
allegato §.& si placeat. vbi plenius vide Docto.& in
locis superius allegatis. ¶ In glo.ibi,& nota contra hãc
regulam.dicite de hoc melius, vt notatur per glo.& Io.
Fab.Institu.de assignatio.liber.§.datur. ¶ In eadem gl.
in fi.vide melius pro materia huius articuli illud quod
habetur & notatur in c.ij.extra de corpo.vitia.& in c.
presbyterum.cap.de rectoribus.& c.tua.extra de cler.
ægro.per glo.& Docto.& in summis illorum tit.per
Gofred. & Hostien.& glo.vij.q.j.in summa.& ea.cau
sa & quęstione c.j ij.& iij.& c.quamuis sit triste.& per
glos.in c.si quis in infirmitate.quinquagesimaquinta
distinct.& xxxiij.distinc.c.communiter.& cap.vsque
adeo.cum similibus. Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Fructus vel partum promittens non potest conue-
niri anteq̃; nascantur.
2 Conditio tacita fit multis modis.
3 Legatario quomodo satisfaciendum si de falcidia hæ-
res dubitet.
4 Hæres an habeat annum ad soluendum legata.
5 Legata quando mox soluere cogatur hæres.
6 Decretum iudicis ex falsa causa est ipso iure nullum.
7 Iudicis autoritas inordinatè posita perinde est, ac si nõ
esset.
8 Iudicis decretum sine causæ cognitione non habetur
etiam pro nuda citatione.
9 Decretum ex falsa causa quando det iustum colorem
possidendi.
10 Error etiam iuris causat bonam fidem quo ad fru-
ctus.
11 Arbitrio iudicis committuntur quæ sub certa regula
tradi non possunt.
12 Arbitriũ iudici quibus ex causis detur.& nu.13.& 14.
15 Iudex tacendo quando videatur tacitè pronuntiare.

Quoties

Quoties æquitatem desiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est.

Q VOBVS exemplis de-
claratur hæc regula per gl.
& primum exemplum pro
casu hic positum de eo qui
promisit partũ Arethusæ
suæ ancillæ qui non potest
cõueniri antequã Arethu-
sa pariat, licet pure promi-
serit. & hoc exemplum reas-
sumit glos in l. nihil peti. infra isto tit. Idem est in pro-
1 missione futurorum fructuum. † Ratio autem quare
promissor partus nascituri vel fructuum futurorum,
non possit conueniri ante natiuitatem partus vel fru-
ctuum, redditur per Bart. & Docto. in l. ita stipulatus.
prima quæstione. ff. de verborum oblig. quia licet pu
ra sit stipulatio in verbis, inest tamen illi tacita condi-
tio si pariat Arethusa, & si nascãtur fructus, vt l. inter-
dum. hic allegata per glo. ff. de verborum obliga. & l. j.
cum ibi notatis. ff. de condi. & demonst. & ideo nõ est
nata obligatio, nec actio, nisi adueniente conditione.
¶ Quod ꝓcedit in tacita sicut in expressa, vt l. itẽ quia.
ff. de pac. de quo dicite plenius vt per Barto. in dict. l.
ita stipulatus. prima & secunda quæstione, & ibi per
2 Ange. & Ioan. de Imol. & Docto. † Tacita enim condi-
tio fit pluribus modis, quos ponit eleganter Bal. post
Barto. in d. l. prima. ff. de condi. & demonst. quorũ pri-
mus est, propter naturam rei, vt in exemplo s. posito
de promissione vel legato partus ancillæ vel futurorũ
fructuum. Cæteros modos non seruientes huic regulę
3 vide ibi per Docto. ¶ † Secundo hanc regulam decla-
rat glos. de his quæ habentur per to. tit. ff. si cui plus q̃
per l. falc. vbi licet pure legatum sit factum, & æquitas
sit pro legatario desyderante post mortem testatoris,
& aditam hæreditatem, vt sibi legatum soluatur per
hæredem, si tamen hæres dubitet verisimiliter ne hære
ditas sit exhausta legatis, & sit locus l. falc. differtur à iu
re solutio legati donec legatarius satisdederit de resti-
tuendo hæredi tantum quantum ascendit in illo lega-
to quarta falcidia, & sic in hoc verificatur hæc regula.
4 ¶ Circa quod est aduertendum: quoniam aliqui Do-
cto. fuerunt in opinione, quòd relicta in testamento
etiam post hæreditatem aditam, non possunt peti an-
te annũ. Ante enim hæreditatẽ aditã non debẽtur, per
notata in l. eam quam. C. de fideicom. & l. si ego. ff. de
testa. tutel. & l. si nemo. infra isto tit. & fundant se, quòd
ante annum peti nõ possint per authen. hoc amplius.
C. de fideicom. Sed isti opinioni plura iura contradi-
cunt. primo tex. in l. cum res. in princip. ff. de lega. j. vbi
habetur, quòd quando testator legat rem propriã, &
hæres qui adijt habet illius copiam, debet illam sine
mora tradere legatario: aliàs vsuras & omnem vtilita-
tem pręstare debet. Item in l. domus. §. in pecunia. eod.
titu. vult text. quòd pecunia legata soluatur intra mo-
dicum tempus, quod modicum tempus intelligit ibi
glos. esse illud, quod datur iudicatis, vt l. si debitori. ff.
de iudi. vel est iudicis arbitrio statuendum, vt ibi nota-
tur per l. fin. C. de vsur. rei iudic. & l. secunda. ff. de re iu-
dic. & l. promissor. la j. ff. de consti. pec. & l. si cum mili-
ti. ff. de compensa. & faciunt notata in cap. quod ad cõ
sultationem. extra de senten. & re iudic. Ad prædicta
facit contra prædictos Docto. l. si pecunia. ff. de lega. ij.
vbi cogitur hæres soluere pecuniam legatam, etiam si
non sit in hæreditate, & soluet de suo siue ex venditio-
ne rerum hæreditariarum. & sic dicere, quòd hæres ha-
beat annum ad soluendum legatum, male videtur ordi
natum. Ideo resoluendo, secundum Panormit. in cap.
5 si hæredes. extra de testa. dici potest, † quòd si res legata
sit in patrimonio testatoris, hæres sine mora debet illã
tradere, vt dict. l. cum res. quoniam adita hæreditate do
minium illius rei legatæ transit in legatariũ, etiam sine
traditione illius, vt l. si tibi homo. cum ibi notatis. ff.
de lega. j. & l. à Titio. ff. de fur. & facit quod habetur in
l. si ager. cum ibi notatis per Docto. ff. de rei vendic. &
l. prima. C. cõmunia de lega. Sed si legatum consistat
in pecunia, potest hæres cogi adita hæreditate statim
illam soluere non expectato anno, vt dict. l. si domus.
§. in pecuniam. & d. l. si pecunia. & ita dicit esse intelli-
gendum d. c. si hæredes. vbi nulla fit mentio anni, sed
solum dicitur, quòd si hæredes nõ impleuerint volun
tatem defuncti tempore debito, episcopus debet seque
strare omnem rem hæreditariam, vt sic indistincte sans
fiat voluntati defuncti, & maximè ad causas pias. Et
illud, quod dicitur in d. authen. hoc amplius. de anno,
intelligi debet, quòd si post monitionem hæres cessa-
uerit per annum implere voluntatem defuncti, priua-
tur hæreditate, & venit hæreditas ad substitutos, & il-
los de quibus in illo tex. Quia tamen, licet etiam hære-
ditate adita hæres teneatur statim soluere legata per
prædicta iura, desiderium legatarij habet æquitatem,
sed quia in arbitrio iudicis statui debet tempus ad sol-
uendum iuste illud arbitrando iustis decretis iudicis
res temperatur. Ad quod faciunt notata Barto. & Do
cto. in dict. l. ij. ff. de re iudi. & in cap primo. extra de di
la. & cap. cum sit Romana. extra de appel. & per Dyn.
in cap. indultum. extra eo. tit. lib. vj. Et quamuis exem-
pla glos. superius posita videantur continere dubita-
tionem facti, & non iuris, de qua loquitur iste text. ta-
men quia vel hæres, vel partes possunt errare in iure, et
illius dispositione dicitur iuris dubitatio, quæ iusto de
creto iudicis debet temperari, secundum glos. & etiam
satis dicitur dubitatio iuris, vt in explanatione statim
facta de legato soluendo ante vel post annum. Debet
autem esse iustum iudicis decretum, & arbitrium circa
istud temperamẽtum, siue in dilationibus dandis aut
6 aliis actibus exercendis. † ideo dicimus, quòd decretũ
iudicis interpositum ex falsa causa vel minus vera, pro
pter defectum iuris actoris est ipso iure nullum, vt l. j.
§. hæc verba. ff. ne vis fiat ei qui in pos. mis. est. & l. j. §.
primo. ff. si mul. ven. no. in pos. m. traf. & l. j. §. j. ff. de
ven. in pos. mit. & l. cum verò. §. subuentum. ff. de fidei
com. liber. facit l. minoris. C. de præd. mino. cum ibi no
tatis. vbi in alienatione rerum minoris non sufficit
causas delegari, sed illas probari, aliàs decretum iudi-
cis super alienatione interpositum non valet, vt ibi no
tatur per Alber. & Docto. & hoc est, quod dicit Inno-
cen. in cap. consultationibus. extra de iure patro. quem
7 sequuntur ibi Hostien. Ioan. And. & Docto. † quòd Dictũ Innoc.
iudicis autoritas inordinate interposita perinde est ac
si interposita non fuisset. Ad quod allegat l. fi. cum ibi
notatis. C. si per vim vel alio modo. & facit l. nulla est
differentia. ff. de auto. tu. & quod notat Archid. in c. fi.

extra de elect.lib.vi.glos.super verbo,confirmationes.
circa medium.& Specu.tit.de petito.& possesso.§ fin.
versicu. & vt hic articulus. imò vult Bald.eleganter,
8 † quòd decretũ iudicis sine causæ cognitione,non ha-
betur etiam pro nuda citatione,vt ipse notauit in l.ius
alimentorum.ff.vbi pupil.edu.deb.& per eum in l.fi-
liusfa.§.diui.ff.de lega.j. & Bartol.in l.pater filium.§.
Iulius Agrippa.ff.de leg.iij.& Bal.in l.stipulatione.C.
quomodo & quã.iud.& allegat Innocen.in d.c.cõsul-
tationibus.facit quod ipse Innocen.notauit in ca.tua.
extra de cohab.cleri.& mul.vltra medium maximæ gl.
Dicit tamen Anto.de Bute.in cap.diuersis fallacijs.ex-
9 tra de cleri.coniuga.† quòd decretum ex falsa causa in-
terpositum dat interim colorem possidendi donec co-
loc ille cassetur,vt est in collatione beneficij facta irregu-
lari vel clerico cõiugato,quod dicit esse menti tenẽdũ.
Sed vt ibi dicit Ioan.de Imol.istud dictum non est sine
dubitatione,& videretur intelligendum,quando tenẽa
10 esset in errore facti vel saltẽ iuris de quo appareat,† cũ
etiam error iuris causet bonam fidem quo ad fructus
iuxta notata per gloss.& Docto.in l.si fur.§ primo.ff.
de vsucap.& facit quod notatur in cap.si diligenti.per
glos.super verbo,bona fides.prope fi.& ibi Docto.&
in cap.fi.extra de appel.licet illa glos.§ primo.l.sicut.
habeat contrariam glo.in l.sed & si lege.§.scire.ff.de pe
ti.hæred.glo.tamen.d.l.sicut.§.j.cõmuniter tenetur per
Docto.vt ibi potestis videre.& dict.cap.si diligenti.
Addi potest ad illud,quod hic habetur in tex.de iustis
decretis:quoniam facit ad notata per Bartol.in l.iuste
possidet.ff.de acqui.pos.& ad illud,quod eleganter no
tat Bal.in cap.vnico,in quib.cau.feu.amit. vbi notat,
11 † quòd illa quæ sub certa regula non possunt tradi,cõ
mittuntur iudicis arbitrio,qui ex varijs figuris causa-
rum decernere debet id quod sibi videbitur iustum &
æquum.allegat l.continuus.§.cum ita ff.de verborum
12 oblig. & l.prima.§.expilatores.ff.de effractio.† Aliqui
bus enim de causis iudicibus datur arbitrium,quan-
doq; ad exaggerationẽ pœnæ.l.aut facta.§.fi.ff.de pœ.
& ideo propter terribiles casus,& exorbitantes,licitũ
est legem transgredi,secundum Innocen.in cap.j.extra
de constitu.& vt dicit Bald.vbi s. potius debet iudex
in talibus præuenire,quàm præueniri,vbi non esset
locus remedio.l.si quis filio exhæredato.circa mediũ.
ff.de iniust.rup.& ir.testa.& ideo alibi dicit,quòd mul-
ta sunt iudicis arbitrio commissa,quæ non sunt iuris
articulis comprehensa,in cap.præterea. extra de testib.
In criminibus tamẽ debet iudex à leuioribus remedijs
inchoare,secundum Galenum allegatum per Salic.in
l.qui legati.C.vt in pos.leg.facit l. prima.§. ex hoc re-
13 scripto.vers.sed finge.ff.de vent.inspi.† Quandoq; da-
tur arbitrium iudici ad mitigationem pœnarum. ver- (Arbitriũ ad mitigationẽ.)
bi gratia,dicit statutum,quòd qui tale quid dicet, vel
faciet,ponatur ad torturam:est quidam senex qui pri-
mo tractu moreretur,potest iudex mitigare illam pœ-
nam & ingentiam tormenti,secũdum Bald.vbi s.qui
allegat l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.
infa.l.& si seuerior.C.illo titu.facit etiam ad hoc:quia
propter amicitiam potest iudex quandoque remittere
pœnam,in c.nisi specialis. & ibi glos.j.extra de offic.
leg.facit quod notat Pet.de Ancha.& Io.de Ana.in c.
ex speciali.extra de Iudæ. qui remittunt de hoc ad no-
tata in d.c.nisi specialis.dicentes in hoc distinguendũ
esse an pœna sit arbitraria,vel non,& an talis remissio
fiat per principem vel inferiorem.de quo etiam in c.li-
cet.extra de pœ.& debet iudex potius de misericordia,
q̃ seueritate reprehendi. pro quo vide bonã glos.alle-
gantem concor.in c.veniam.xxxv.q.ix. Debet tamen
illa misericordia iustitia temperari.l. respiciendum. ff.
14 de pœ.& xlv.distinc.c.disciplina.† Aliquãdo datur ar
bitrium iudici propter incognitas omniũ voluntates
in delinquendo,vt si dubitetur an quis dolo vel casu
deliquerit,habet illud iudex arbitrari ex personis,quali
tatibus,& modis delinquendi,iuxta doctrinam legisla
toris in l.j.§.diuus.ff.ad l.Corn.de sica.& l.j.C.eo.titu.
facit l.vnica.C.si quis Imperat.maled. Interdum datur
Iudici arbitrium propter nimiam negotiorum varieta
tem,vel propter differentiã circunstãtiarum. Ad quod
vide notata per glos.notabilem menti tenendã, & Do
cto.in l.neq;.ff.de legi.Ideo etiã in dilationibus,& illa-
rum terminis,& tẽporibus datis à iure in diuersis casi-
bus abbreuiãdis vel prorogãdis multæ sunt habendæ
cõsiderationes.de quibus per Docto.in locis superius
allegatis,& in l.de die.vbi Albe.ff.qui satisd.cog.& per
Cy.Salic.& Doct.in l.j.C.de dilatio.& aut.qui semel.
C.quomodo, & quã.iud. & d.c.cũ sit Romana.extra
de appel.& per Barto & Ioan.de Imol.in d.l.ij.ff.de re
iudi.vbi plenissime iste articulus examinatur per oẽs.
15 ¶ † Vnum tamen non est omittẽdum,quòd si petatur
à iudice aliquã moderationẽ vel prorogationẽ fieri,aut
petitur super aliqua exceptione opposita pronũtiari
per iudicẽ illã esse admittendã,licet regulariter iudex q
tacet,& obmutescit,nec loquitur,videatur iustitiã de-
negare,vt notatur in c.vnico,de mil. vasal.qui contu.
est.& per Ioan.de Anan.in cap.excommunicamus.§.
moueãtur.extra de hæreti.Iudex tamen prædictus pro
cedendo ad vlteriora nihil etiam expresse ordinato su-
per petitis,tacite videtur pronuntiare super illis,scilicet
repellendo,argum.l.quod in diem.§.si rationẽ.ff.de cõ
pensa. & l.sin autem.§.si quocunq; modo.ff.de nego.
ges.& tenet glos.in c.de cũ à repulsione.extra de appel.
& glos.singularis iuris ciuilis in l.ij.§.sed si dubitetur.
ff.de iudi.Licet Angel.ibi aliter loqui videatur. Ipse tã
men ita consuluit consilio secundũ quotam meã cxxx.
vbi dicit ita intelligendum esse Innocen.in c.præterea.
extra de dila.de pronuntiatione scilicet iudicis expres-
sa vel tacita,& ipsum Innocen.in cap.cæterum.extra de
rescrip.quod est notandum. Maynerius.

Summarium.

Confes-

16 Confeſsione an fiat litis conteſtatio ſicut negatione. & num.17.18.19.21.& 22.
20 Confeſsio habet vim litis conteſtationis ad interrumpendam præſcriptionem.
23 Interlocutoria poteſt ferri ſine ſcripto, ſecus in diffinitiua.
24 Appellatio ab interlocutoria debet ferri ſcripto, ſecus in diffinitiua.
25 Litis conteſtatio an fiat per verbum, non credo.
26 Exceptio negantis actionem competere impedit litis conteſtationem.
27 Plenarium iudicium & plenariè diſcuſſum, quod dicatur.
28 Litis conteſtatio quando nõ requiritur, quis actus habeatur pro litis conteſtatione.
29 Litis conteſtatio in quibus caſibus non requiratur. & num.30.31.37.& 41.
32 Nullitas ſententiæ tribus modis deduci poteſt in iudicium. & nu.33.& 34.
35 Nullitatis ſententiæ inquiſitio requirit litis conteſtationem. & nu.36.
38 Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in cauſa appellationis. & nume.39.& 40.
41 Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in cauſa reſtitutionis in integrum.
42 Officij iudicis imploratio an requirat litis conteſtationem.
43 Litis conteſtatione quando actio perpetuetur, & quãdo non. & nu.44.& 45.
46 Litis conteſtatione quando fiat iuriſdictionis prorogatio.
47 Coactio facta per iudicem an impediat litis conteſtationem.
48 Præſcriptio an interrumpatur per litis conteſtationẽ coram iudice non ſuo.
49 Mala fides quomodo inducatur.
50 Actiones pœnales iniuriarum lite conteſtata tranſeũt ad hæredes niſi in caſibus. & nu.51.52.53.54.55.
56 A litis conteſtatione veniunt acceſsiones naturales.
57 Litis cõteſtatio impedit ceſsionẽ ſerui noxæ obnoxij.
58 Litis conteſtatio tribuit electionem præoccupanti.
59 Actionem non habens quando audiatur.
60 Iudex ex officio poteſt repellere agentẽ ſine actione.

Non ſolet deterior fieri conditio eorum, qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi non eſſent, ſed plerunq; melior: Nemo enim perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorẽ facit. Deniq; poſt litem conteſtatam hæredi quoq; proſpicitur: & hæres tenetur ex omnibus cauſis.

QVIA in hac regula ſit
mentio de litis conteſtatione
eſſent plura vidẽda, quę
tractant Summiſtę vtriuſq;
iuris in tit. C. & extra de litis
conteſta. & Spec. eo. tit.
Ideo ne procedamus p ignota,
ſciendum eſt ſecundum
1 Docto. communiter, † q̃ (Litis cõteſtõ eſt.)
litis conteſtatio eſt apud iudicẽ negotij principalis p
actorem facta narratio, & per reum ſecuta cõtradictio
vel negatio, vt probatur in dictis iuribus, & in cap. re
2 latum. extra de offic. delega. † quia per ſolam libelli ob
lationem nõ fit litis conteſtatio. Nec obſtat titu. C. q̃
libel. princ. da. litis conteſtatio. faciat. qui videtur con
tradicere, ſed ibi loquitur de libello ſupplicatorio, non
autem de conuentionali, ſecundum gloſſ. & Docto. in
l. vnica. C. de litis conteſtatione. Ideo autem dictum eſt
de facti principalis narratione, & ſecuta contradictio
3 ne aut negatione, per quas fit litis conteſtatio, † quia
non fit per oppoſitionem exceptionis, quia aliquãdo
exceptio opponitur ad impediendum litis conteſtatio
nẽ: quo caſu excipiens non videtur litem conteſtari,
quam impedire intendit, vt l. eleganter. §. ſi quis poſt.
ff. de cõdi. inde. Ideo dicit Bald. in d. l. vnica. q. ij. q̃ op
ponens exceptionẽ declinatoriã ratione iudicis, vel p
ſonarũ, vel ineptitudinis libelli, nõ dicit̃ litẽ conteſtari.
Idem ſi opponit exceptionẽ rei iudicatæ, iuriſiurandi,
vel trãſactionis, ad impediẽdũ proceſſum, q̃a iſtę tres ex
ceptiones oppoſitę impediũt litis cõteſtationẽ, vel re (Iſtę tres exceptiones impediũt litis cõteſtationem.)
tardant, vt in c. j. extra de litis cõteſt. lib. vj. Videte vos
elegãtia verba Bald. circa tres p̃dictas exceptiões, & a
4 lias plures in l. poſtq̃ liti. C. de pac. † Vtrũ verò illæ, &
alię exceptiones peremptorię ad impediendũ cõdẽna
tionẽ oppoſitę inducãt litis cõteſtationẽ, ſunt diuerſæ
opiniões. nã gl. & Doct. iuris ciuilis in d. l. vnica, tenẽt
q̃ ſic. Guido de Suza. & ſui ſequaces tenẽt q̃ non, quia
qui excipit non pp̃terea reſpõdet libello, & etiam ex
ceptio peremptoria oppoſita ante litem conteſtatam
reſeruat̃ poſt cõteſtationẽ, ergo eã non inducit, p not.
in l. exceptionẽ. C. de pba. & quicq̃d dicat̃, vt dicit Bal.
hodie hæc quæſtio determinata eſt in allega. c. j. de litis
conteſta. lib. vj. Bar. tamen dicebat illam decretalẽ in
telligi debere quando exceptio peremptoria fuit op
poſita abſente actore, vel ex interuallo eo præſente, &
aliter non replicante. Sed Canoniſtę cõmuniter in d. c.
j. dicunt per oppoſitionem exceptionis peremptoriæ
non fieri litis cõteſtationẽ, per illũ tex. & ſecundũ Do.
de ſanct. Gemi. ibi ſi illa exceptio peremptoria oppo
ſita ad impediendũ condemnationẽ ſi ſit pbata, quia
fortè iudex illam admiſit ad probandum, poterit ferri
ſnĩa diffinitiua, ſecundum aliquorũ opiniones: ſed erit
tunc caſus ſpecialis, vbi lite non conteſtata poteſt ferri
diffinitiua, ſicut ſunt alij plures, inter quos iſte nume
ratur. & ita ibi reſidere videt̃ poſt Io. And. q̃uis Salic.
circa hoc titubet in d. l. vnica, in ij. q̃one, & duabus ſe
quentibus. ¶ Eſt tamen aduertendũ, q̃ ſup exceptione
pp̃oſita neceſſe nõ eſt litem cõteſtari, licet gloſ. diſpu
tet in c. prudentiam. §. ſexta. extra de offic. delega. facit
quod habetur in c. fi. extra de offic. iud. & c. per tuas. &
c. interpoſita. §. fin. extra de app. In quibus locis hoc
firmant Docto. quia nudo verbo, & ſine ſcriptura po
teſt exceptio pp̃oni, licet iudex faciat eam per notariũ
redigi in ſcriptis. not. per Bart. in l. j. ff. de exceptio. & p
Bald. in l. per hanc. C. de tempo. appella. probat text.
l. ſcire oportet. §. oportet. lo ij. ff. de excu. tuto. notatur
per Cyn. Baldum & Salice. in authen. hanc querelam.
C. de non numera. pecu. quamuis ibi ſit caſus ſpecialis
in quo exceptio non numeratę dotis debet in ſcriptis
proponi, & in corpore vnde ſumitur, de tempo. non
ſolut. dot. §. primo. collatio. vij. Sed ſecus eſt in alijs ex
5 ceptionibus, ſecundũ Doct. ¶ † Fit aũt litis cõteſtatio

parte pręſente, nõ autem abſente, Ideo ſi oblato libel-
lo reus veniat abſente actore, & reſpondeat illi libello,
& neget, quãuis videatᷣ quòd ibi ſit narratio actoris,
& reſponſio rei, & ſuper negotio principali, nõ tamẽ
eſt litis conteſtatio, quia vt dicit Barto. & Docto. poſt
eum cõteſtatio ſumpta ab alluſione vocabuli dicitur
ſimul teſtatio, à dictione cum, quæ ſimultatem notat,
vt l.j.§.primo.ff.de pact.& l.ex conſenſu.ff.de actio. &
obligatio. & ſic vtraq; parte præſente fienda eſt. & ita
tenet gloſſ.in cap.du dum eccleſia.verſicu.licet.extra de
electio. & probatur xxiiij.q.j. cap. pudenda. facit pro
hoc ſecundum Bald. quia ſicut cõfeſsio facta parte ab-
ſente in iudicio non inducit condemnationem, vt l.cer
tum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſſis. ita nihil operatur
negatio facta parte abſente. Item facit ad hoc ꝓpoſitũ
text.in authen.qui ſemel.C. quomodo & qñ iud. vbi
reus contradicebat libello. & tamen ibi dicit, ꝙ proce-
ditur lite non cõteſtata. & quod tenet gloſ.in d.c.vni-
6 co, in fi.extra de litis conteſt.† Et procedunt prædicta (Limitatio.)
in ciuilibus cauſis. ſecus videtur ſecundum Bald. poſt
Bart.in criminalibus, quia vbi abſente actore reus re-
ſpondet, fit litis cõteſtatio, quia iudex ſupplet defectũ
accuſatoris abſentis, vt l.ij.C.de abolit. & ita dicit Bal.
quòd in criminalibus ſeruat conſuetudo. hoc etiam eſt
de mente Bart.in l.is qui reus.ff.de public. iud. verſ.ſed
quęro quo modo &c. Ius tamen cõmune videreᷣ aliter
determinare, quia ordo criminalium cauſarũ redactus
eſt ad inſtar ciuiliũ, vt l.abſentem.ff.de pœn. ideo vide
7 plenius Io. de Imol.in d.l.is qui reus. ¶ Sed quõ eſt, † An
ſi oblato libello reus negauit narrata, & petita in eo,
non tamen animo litem cõteſtandi de quo fuit expreſ-
ſe proteſtatus, vtrum ſit lis cõteſtata. glo.in d.l. vnica.
C.de litis cõteſta. tenet ꝙ nõ, eò ꝙ reſpõſio negatiua fa
cta nõ eſt animo litẽ cõteſtãdi, in qua cõteſtatione re-
quiriᷣ animus ſicut in quolibet actu. qđ aliqui verum
concedũt, ſi iudex admiſit dictã ꝓteſtationẽ: ſecus di-
cũt ſi repulit eã. Sed ſi tacuit iudex, ſtant cũ dicta glo. &
ꝓ iſta diſtinctione alleg. l.qđ in die.§.ſi rõnẽ.ff.de com
8 penſ.† Alij tenent litis cõteſtationẽ eſſe factã, qa factũ
negatiuũ præceſsit ꝓteſtationẽ, qđ ꝓ infecto nõ põt
haberi. l.in bello.§.factæ. ff.de capti. & poſtli. reuerſ.
facit ad hoc qđ not. Innoc.in c.cum M.Ferrarieñſis. ex-
tra de conſtitu. vbi dicit, ꝙ ita demũ ꝓteſtatio operaᷣ
qñ factũ põt dupliciter intelligi, ſed iſto caſu nõ poteſt
niſi vno modo, & ſimpliciter intelligi de narratione a-
ctoris, & negatione rei. & iſtã opinionẽ tenet Rota in
nouis deciſionibus cõcluſione xij p. not.in c. ſolicitu-
dinẽ. extra de ap. Sed quicqd dicãt d. de Rota, Iac.Butr.
Cyn.Salic. & Io. And.in c.pdicto, ſolicitudinẽ. & c.ex-
ceptionem. extra iſto ti.lib.vj. Anto.de Butr.in c. vni-
co. de litis cõteſta. & Innoc.in c.pdicto, cum M.Ferra-
rienſis. & cõiter Doct. tenent, ꝙ ꝓteſtatio prædicta im-
pedit litis conteſtationẽ, qa illa tollit mentẽ reſurgentẽ
ex verbis negantis, per quæ videbatur fieri litis conte-
ſtatio. Non enim præſumitur quis verbo dixiſſe, niſi
qđ mẽte cogitauerit. l. Labeo. in fin.ff.de ſupel.lega. &
alleg ſimile in ſtipulatione, quã ꝓteſtatio cõtraria im-
pedit, nõ tñ quin ſit ſaltem nudũ pactũ. Ad qđ arg. di
cebat Bal. illũ text. loqui in cõtractibus qui ſunt actus
voluntarij. l.ſicut. C.de act. & obli. Sed actus iudiciarius
eſt actus neceſſarius, qa iudiciũ reddiᷣ in inuitũ. l. inter
ſtipulantẽ.§.j.ff.de verb.obli. In actu aũt neceſſario ꝓ
teſtatio nõ iuuat ꝓteſtantem, vt not. p eũ, & Doct.in
l.pacta nouiſsima.C.de pac. Sed ad hoc reſpõdet Salic.
9 † ꝙ quãuis in inuitũ iudiciũ reddaᷣ, diſtinguendũ eſt tñ,
ꝙ ſi iudiciũ ſumiᷣ ꝓ ſnia diffinitiua ſiue interlocutoria
illa redditur in inuitũ, ſed quo ad alios actus factos in
iudicio, non ſic eſt dicendũ, qa illi nõ fiunt à iudice, ſed
à partibus: & dicunᷣ volũtarij, & maximẽ litis cõteſta
tio p quam quaſi cõtrahiᷣ. l. iij.§.idẽ ſcribit.ff.de pec. &
obligaᷣ quis inſtantiæ, q̃ obligatio reqrit cõſenſum, &
animũ l.cõſenſu.ff.de actio. & oblig. & ita reſidet Salic.
et iſtius opiniõis fuit Hoſt.in ſumma de litis cõteſtatio
ne.§.qualiter.ver. ſed & ita demũ. & plenius in ſumma
ti. de cõſtitutio.§.qm̃. cõſtitutio incipit in.iij.col.in di
ſtinc. quæ incipit, cũ quęriᷣ verũ ꝓteſtatio. verſ.ꝙ ſi ꝓ-
teſtatio in iudicio fiat. vbi dicit hanc ꝓteſtationẽ vale-
re, ꝙ non intendit reus litem cõteſtari, & ſic non erit lis
conteſtata. & alleg.c. cũ dilectus. primo rñſo. extra de
ordi.cogn. & c.dilecto. primo reſponſo. extra de teſtib.
Subiungit tñ, ꝙ ſi poſt prædictam ꝓteſtationem reus
iudice pcipiente, & parte inſtãte iterũ ꝓferat verba, per
quæ fit litis cõteſtatio, receſſum videbiᷣ à ꝓteſtatione,
& tenebit litis cõteſtatio. argu.c. put. extra de dolo &
contu. & idem tenet Gofred.in ſumma eo.tit.§.ſed eſt
ſciendũ. ¶ Eſt tñ ſciendum, ꝙ reus ad omnia in libello
contenta debet reſpondere, vt ſit plena litis conteſta-
tio. arg.ff.de app.l.cum in vna. & ff.de no. oper. nunt.
l.de pupillo.§.ſi plurium. & ij.q.iij.§.ſi plura. ſumpto
de l.j.§ ſi plura.ff.ad Tertul. & extra de ſen.excõ.c.cum
pro cã. Si tñ reus reſpondeat negando narrata prout
narranᷣ, & dicendo petita prout petuntur fieri non de
bere, animo litem cõteſtandi, plenẽ videtur reſpõſum
ſecundum Hoſt. & Gofre.in ſuis ſummis, arg. l.pluri-
bus.in princ.ff.de verb.oblig. qui dicunt ita ſeruari in
curia Romana. & ita vult Spec.in d.tit.de litit. conteſt.
10 §.ij. in prima forma. ¶ † Sed quæritur ſi reus ſimplici- (Alia quæſtio.)
ter neget narrata ꝓut narranᷣ, videatur negare vniuer
ſum, & nõ ſingula: verbi gratia, ſecundus creditor agit
hypothecaria cõtra primum, primus negauit narrata
prout narrantur, & dicit petita prout petuntur fieri
non debere, an videatur negaſſe illam partem libelli in
qua aſſeruit actor rem pro qua agit hypothecaria fuiſ
ſe in bonis debitoris, vt ſic habeat locum illud, quod
habetur in authen. item ſi poſſeſſor. C. qui potiores in
pigno. habean. vel ponatis exemplum de l. fina.ff.de
rei vendica. Opinio Iacobi Butrig. fuit quòd nõ: quia
per vniuerſalem negationem non intelligitur negatũ
illud, quod pœnam inducit, ſicut nec in generali man-
dato. l.ſi procurator.§.Celſus.ff.de condictio. indebit.
facit ad hoc l.obligatione generali.ff.de pigno. Sed ra-
tione vnius partis falſæ tota oratio vniuerſalis poteſt
negari tanquam falſa, vt ff. de rebus dubijs. l.ſi is qui
ducenta.§.vtrum. vbi Bartol. & Specu. titu. de poſitio
ni.§.ſeptimo. ver.xj. facit quod not.in c.ij. extra de cõ-
feſſ.lib.vj. vbi enim vna particularis eſt falſa, eius vni-
uerſalis ſimiliter eſt falſa. argum. ix. diſt.c. ſi ad ſcriptu-
ras. & iij.q.ix.c.pura. & extra de hæret.c.fraternitatis.
vbi Doctores. Bald. tenet contrarium in dicta l. vnica.
11 C.de litis cõteſtatione. † Salua tamen, inquit, veritate,
ſcilicet quòd videantur omnia & ſingula negata, quæ
ſunt de ſubſtantia petitionis, quia non videtur ratio
quare vnum de ſubſtantialibus videatur magis nega
tum, quàm aliud. & ſimilem rationem adducit text. ſe-
cundum eum in l.fina.C. de liberis præteritis, vel ex-
hæredatis. & fuit opinio Petr. de Bella Pert. & videtur
reſidere

resídere Bart.in d.§.vtrū.pro quo dicit facere text.in l.
qui solidū.in princ.ff.de lega.ij.vbi petendo totū reus
constituitur in mora super parte.licet Salic.in dicta l.
vnica,titubet,quem plenius vide, & Angel.in allega-
12 ta l.fi.¶†Quærunt etiam Doct.vtrum reus posšit co-
gi præcise litem contestari.glo.in authen.qui semel.C.
quomodo.& qñ iud.mouet qōnem, & plenius Doc.
in d.l.vnica & in l.j.§.ex hoc rescripto.ff.de vē. in pos.
mit.& communiter tenent,quòd sic.& cogetur pigno
ribus captis, vel mulcta indicta, aut per detentionem
personæ,qm̄ iudicium redditur in inuitum,vt dicta l.
inter stipulātem.§.j.& ideo istis remedijs fungi potest.
facit l.quoties.§ pretor ait.ff.de noxa. vel vt dicit Salí.
poterit actor mitti in possessionem bonorū,vt not.in
13 dicta authen.qui semel.gl.super verbo,& locum. † &
si reus sit adeo contumax in nō obediendo, & nō con
testando litem,quod malit omnia pati antequā litem
contestari,non est audiendus, secundum Docto. Nec
potest iudex habere litem pro contestata, licet aliqui
fuerint in contraria opinione.arg.l.ij.C.vbi in rem ac.
& l.certum.§.j.ff.de confes.Sed cōmunior est alia opi-
nio,quòd,non posšit haberi pro contestata: quia litis
cōtestatio requirit formam à iure traditam per narra-
tionem,& responsionē,qua forma omissa imposšibi-
le est haberi litem ꝑ contestata,secundum Bald. & Sa-
lic.in d.l.vnica.& Hostien.in summa illius titu.§.ij.cir
ca fi.idem tenet Alber.in l.si eū.§.qui iniuriarum.circa
principium.ff.si quis cautio.& residet glos.in d.authē.
qui semel.& Bart.in l.si finita.§.Iulianus.v.colum.ff.
de damno infect.& pro hac opinione omnino facit c.
ij.extra de litis contest.lib.vj.vbi ponitur verbum, o-
portet, quod est necesšitatis,ideo dicit Hostiē.in c.vni
co.extra de lit.cont.ꝙ litis contestatio est fundamentū
causæ,& totius litis:positiones autem,& probationes
atq; instrumenta sunt parietes, & sententia est tectum.
Constat autem,quòd parietes, & tectum sine funda-
mento esse non possunt: quia vbi non est fundamen-
tum ędificari non potest,vt l. si fundū.§.qui fundum.
in fi.ff.de lega.j.& in cap.veniens.extra de presbyt.nō
baptiz facit quod habetur in l.prolatam.per gloss. &
14 Docto.C.de senten.& interlocutio.omn.iudic.† Litis
enim contestatio introducta est de iure publico. ideo
illi tacitè,vel expresse renuntiari non potest,secundum
Doctor.in dicto cap.vnico. ad quod facit dictū cap.
dudum ecclesia.extra de electio. & cap.cum ad sedem.
vbi glos.extra de resti.spolia.Sed Anto. de But.in cap.
cum causam.extra de iura.calum.penul. colum.in fin.
15 dicit † sumi posse optimam practicam,quòd lite non
cōtestata ferri posšit diffinitiua sententia,vt si reus prę
sens in iudicio iussus respondere libello, & litem con-
testari,sine rationabili causa recuset respondere,vel ab-
sens si destinetur ei libellus per nuntiū cū cōminatio-
ne,quòd nisi respondeat habebitur pro confesso,indu
cetur litis cōtestatio ex ficta cōfesšione.quod tamen
non est sine dubitatione propter illa quæ dicentur in
16 sequenti quæstione.¶†Quæstio enim mouetur ꝑ do-
cto.vtrum per confesšionem fiat litis contestatio sicut
per negationem.in qua quæstione sunt varię opinio-
nes.Spec.breuisšimè se de ea expediuit tit.de litis con-
testa.§.sequitur.sed ibi Ioan.And.in additionibus ple-
nius locutus est,& Bald.& Salic.in d.l.vnica.vbi glos.
distinguit dicens,quod si oblatus erat libellus,& con-
fitens habuit animum litem cōtestandi,per cōfesšionē

fit litis cōtestatio.secus si ante libelli oblationem reus
vocatus ad iudicium cōfitetur intentionē,& petitionē
actoris,quia tunc non fit litis cōtestatio,nec fertur dif-
finitiua sententia, imò fit præceptum de soluendo, vt
l.si debitoris.ff.de iudi. facit l.ait prætor.§.permittitur.
ff.de mino. & quod notatur in l.fina. §.necesšitate.C.
de bon.quæ liber.& illi distinctioni dicit Ioan. Andr.
in addit.prædicta se neminem inuenisse Canonistarū
qui contradiceret.Guido tamen de Suza.Petr.Cyn.&
17 sui sequaces tenuerunt,† quod per confesšionem etiā
oblato libello non fit litis contestatio, quoniam in li-
tis cōtestatione requirit cōtradictio,vt l.rem nō nouā.
§.patroni.C.de iudi.sed cōfitens nō cōtradicit, ideo ꝑ
viam pręcepti procedi debet,vt iuribus allegatis.vt l.
promissor.la prima.ff. de constit.pec.Sed huic rationi
respondetur per Io.Andr. vbi ē. quod in d.§.patroni.
narrat Iustinianus id quod communiter accidere solet
qm̄ i iudicijs cōfesšio rarisšima,sed cōtradictio frequē
tisšima est,ideo se retulit ibi legislator ad cōmuniter ac
cidentia sicut debuit,vt l.nam ad ea.ff.de legi.Ille enim
text.ideo in contestatione litis loquitur verbo contra-
dictionis,quia si non fiat contradictio, sed confesšio,
illud quod ibi præcipitur de iuramento, non habebit
locum.& hæc fuit intentio illius text.Sed Cy.adduce-
18 bat pro sua opinione cōtra glos.† quia si per cōfesšio-
nem inducatur litis contestatio, sequitur ꝙ posšit ferri
diffinitiua sententia cuius natura est imponere finē li-
tibus,vel controuersijs,vt l.j.ff.de re iudi.Sed vbi non
est resistentia,aut contradictio, nō est cōtrouersia.Ab
hac autem ratione dicit defendi gloss.Io.Andr.quia nō
potest negare,satis esse controuersiam,vbi reus passus
est se trahi ad iudicium,& in iudicio petijt sibi libellū
offerri,& ideo illo oblato reus confitendo videtur li-
19 tem contestari.†Dicunt autem prædicti impugnato-
res gloss.contra eam esse casum decisum in l.si reus pa-
ratus.ff.de procura.vbi si reus confiteatur coram iu-
dice delegato, non potest ipse iubere pecuniam con fes
satam deponi, sed ordinarius sic. & hoc ideo est , quia
lis non est contestata.Nam si esset per confesšionē con
testata,delegatus iubere posset,vt in auth. de exhiben.
& introdu. reis.§. si verò.colla.v.Ad illum text.respō-
det Ioan.And.in additio.prædicta,ꝙ ibi nō est casus
sicut prætendunt Pet.Cy.& sui sequaces, quia ille tex.
non loquitur de confesšione,quæ est actus iudicialis,
imò de oblatione solutionis,quæ solutio est actus ex-
traiudicialis,ideo dicit quod si reus oblato libello cō-
fitetur debitum,hoc est ordinare iudicium,& litē con
testari.Sed si dicat,volo soluere,hoc non ordinat iudi-
cium neq; litem contestatur,sicut nec faceret soluendo.
Nam offerens est par soluēti,vt in authen. vt exactio.
instan.dot.§.fina. collatio. vij. & l. fundus qui Lucij.
ff.de rescinden.venditio.& l.si cum fundum.ff. de pac.
& l.si rem.§.fina.& l.aliena.§. fina. ff. de pignor.actio.
Sed Baldus in dicta l.si reus paratus.vbi Bartolus re-
sidet cum distinctione gloss.in allegata l.vnica.& eam
dicit esse veram,& ibi etiam Alberic.licet dicat in sum-
mario illam l.consuetam esse allegari pro alia opinio-
ne. In opinione tñ glo.prædictę remanēt,& etiā Ioan-
nes Andr.in dicta additione,& potisšimum quia di-
cit esse quatuor text.qui solo verbo, responsionis,v-
tuntur , vt in dicta l.vnica,& in l.secunda.C.de iuram.
calum.& in allegato cap. vnico , & allegato cap.du-
dum.vbi ita residet gloss. & Panormitanus,& ipse in

Qñ fiat pceptū de soluendo omissa snia.

alleg.c.vnico.& glos.ij.q.j.c.nos in quenquã. facit etiã
20 secundum Io.And.quia legistę fatentur †cõfessionẽ ha-
bere vim contestationis ad interrumpendum præscri-
ptionem.l.cum notissimi.§.ante pe.C.de pscript.xxx.
vel xl.anno. vbi de hoc.Salic. verò in d.l.vnica.in isto
21 articulo distinxit, † quòd si oblato libello reus confi-
teatur,& simul pecuniam petitam offerat,non dicitur
litem contestari,sed declinare,vt dicta l.si reus paratus.
& idem dicit si petit dilationem ad soluendũ,vt l. si do
mus.§. qui confitetur.ff.de lega.j.& l.ad solutionẽ.C.
de re iudic.& dicta.l.si debitori.Quia petẽdo tempus
ad soluendum videtur habere animum non contestan
di litem.Sed si confiteatur,& simul opponit exceptio-
nem peremptoriam,tunc bene videtur litem contesta-
ri,quia vult ad vlteriora prosequi, & cognosci de sua
exceptione, secundum Petr.& Cyn.per eos alleg. qui
dicit de iure canonico fortè non procedere. Sed dicite
vos,quòd imò procederet per supradicta, & alleg.secũ
dum Io.And.in fi.dictæ additionis,vbi post cõclusio-
nem superius recitatam, quòd per confessionem factã
libello oblato fit contestatio litis,dicit habere locum
in cõfessione pura ad narrata & petita,in qua nulla est
Canonistarum resistentia.Sed si cõiungatur resistentia
rei,vt si ipse reus fateatur narrata,sed dicit petita fieri
non debere,vel confitetur mutuum narratum in libel-
lo,& lapsum termini sibi dati in contractu,excipit ta-
men terminum illum sibi fuisse prorogatum,de his &
similibus exceptionibus,secundum eum,nulla est opi
nio quin sit litis contestatio facta. & istius opinionis
fuit Gofred.in summa illius titu. versic. sed quid si pe-
tant. Bald.verò in dicta l.si reus paratus. & pariter in
22 dicta l.vnica,ad hoc se resoluit,†quòd si confessio fiat
ad iudicij declinationem,& euitationem, nõ fit litis cõ
testatio,vt dicta l.si reus paratus.Idem dici debet si fiat
ad iudicij præparationem.vt l.voluit.§ j.ff.de interro-
ga.actio.Sed si fiat ad iudicij inchoationem fit litis cõ-
testatio si in forma iudicij facta sit.l.at qui natura.§.cũ
me.ff.de nego gest.& ibi gloss.Aut dubitatur,& recur
rendum est,secundum eum,ad distinctionem gloss.di-
ctæ l.vnicæ,& aliarum gloss.superius allegatarum,sci-
licet an fiat confessio oblato libello,vel nõ oblato, vt
dictum est s.quam distinctionem scire dicit esse vtile
23 propter solẽnitatem, & propter effectum,† quia si nõ
fiat contestatio,potest ferri interlocutoria sine scripti
recitatione,quæ tamen scriptura requiritur in diffiniti
ua.l.ij.& iij.C.de senten.ex pericul.recitã.& cap.fin.ex-
tra de senten.& re iudic. lib.vj. quia lite contestata re-
quiritur diffinitiua solenniter fienda.Quoniam regu-
la est,quòd vbicunq; fit litis contestatio,ibi diffinitiua
speratur.l.de qua re.ff.de iudi.& plenè notatum fuit in
24 l.omnia quæcunq;.s.isto tit.† Item à diffinitiua potest
voce appellari,vt l.ij.ff.de appel.sed ab interlocutoria
in scriptis est appellandum,secundum ea quæ haben-
tur in cap.cordi.extra de appel.libro vj. Quando etiã
appellatur ab interlocutoria,nõ potest iustificari appel-
latio,nisi ex eisdem actis præcedentibus, vt in clemen.
appellanti.extra de appella secus est in appellatione à
diffinitiua,in qua non probata probari possunt, vt l.
per hanc.C.de tempo.appel. vbi Bald. notabiliter li-
enitat dictã clemen.appellanti. in penul. columna.vi-
de circa hoc nota.in l.creditor.§. iussus.ff. de appel. &
per Ioannem And.in cap.Romana. extra de appellat.
25 libr.vj.¶ †Deinde quæritur,an per verbum, non cre-
do,fiat litis contestatio.gloss.in d.l.vnica, sentit quòd
non.Bald.ibi distinguit, quòd si responsio prædicta
referatur ad positiones,non fit litis cõtestatio, quia nõ
est responsum super petitione. Aliud est enim petitio,
& aliud positio,vt in dicto cap.dudum ecclesia.& alle
gato cap. vnico.Sed si referatur ad libellum,quamuis
dicta responsio nõ videatur bene cõgrua,quia debet
responderi de veritate,& nnn de credulitate,quoniam
vt dicit Innoc.in alleg.c.vnico. sicut petitio debet esse
legitima,ita etiam responsio : tamen si iudex, vel pars
admittat talem responsionem,fit litis cõtestatio,vt no.
in dicto cap.cum ad sedem.extra de resti.spoliato. vult
tamen Bart quem sequitur Salic.in dicta l.vnica,q dic-
ta responsio de necessitate quandoq; admittitur,vt si
quis conueniatur ex facto alieno quod est sibi licitum
ignorare.l.fin.ff.pro suo.& l.fina.ff.ad Vellei.aliàs iste
nunquam posset litem contestari.vide circa hoc Spec.
titu.de litis contestatio.in secunda parte.§.primo.vers.
26 item nunquid per responsionem.cum sequẽti.¶ †Im-
peditur autem litis cõtestatio p exceptionẽ,vbi nõ cõ-
petit actio,quia sine actiõe nemo debet audiri l.si pu-
pilli.§.videamus.ff.de neg.gest.vbi hoc nnt. Barto.&
facit l.quoties.§.item si pro temporali. ff.de admin.tu.
¶Est deinde sciendum,quòd sicut regulariter omne iu-
dicium in ciuilibus caussis est plenarium, & plenariẽ
debet discuti,vt l.iudices.C.de iudi.& xxx.q.v. cap.iu
27 dicantem.& ibi gloss.& Archid.† Plenarium autẽ iu- Plenariũ iudicium dicitũ.
dicium plenarieq; discussum dicitur,quãdo fuit facta
litis cõtestatio,& reliquus iuris ordo seruatus. de quo
per gloss.in dicta l.prolatam.C.de senten. & interloc.
omnium iud.& hoc verum nisi in casibus specialibus
allegatis in gloss.dictæ l.iudices.& in clemen. dispen-
diosam.extra de iud.& in clem.sæpe.extra de verbo.si-
gnific.& per Barto.in extrauaganti,ad reprimendam.
& Io.de Imol.in l.j.§.fi.ff.de inutil.stipul. & quod not.
in l.thesaurus.§.fina.& l.iij.§.fin.ff.ad exhiben. ¶Hoc
28 tamen notandum est,†quòd in illis casibus in quibus
non requiritur litis cõtestatio,actus primus de illis ad
quos lite contestata proceditur,vt quando tractatur
de negotij principalis veritate,habetur pro contesta-
tione,& ex tunc præcluditur via ad omnes exceptio-
nes dilatorias,vt not.per glo.super verbo, absentia.in
noua.ꝙ fidem ei facere debet de cessione sibi facta,
aliàs per simplicẽ denuntiationẽ, sine probatione
cessionis, non impediretur debitor soluere cedenti,
quia debitor iustam habet ignorantiæ causam, cũ
sit factum alienũ, vt iuribus superius alleg. & facit
l.cum falsum.ff.de acqui.hæred. Nec debet debitor
credere simplici verbo illius denuntiantis, asseren-
tis sibi esse debitũ cessum. l.si quis inficiatus. ff.de-
po.& l.si quis vxori. §.apud Labeonẽ. ff.de fur. cũ

Debitor præsumitur scire debere, vt non sit opus interpellatione.

similib. Et ad hoc facit quod not.in glos.Io. Andr.
in c.si capitulo.extra de præbẽ.lib.vj.vbi habetur,
ꝙ exequutores Papę debent in literis citatorijs in-
serere copiã suæ potestatis, vel illã mittere, aliàs nõ
est necessariò illis obediendũ. Idem est in delegato,
vt habetur in text. & gl.in c. cũ in iure peritus.ex-
tra de offi.deleg.& l.vnica.C. de manda. prin.facit
etiã c.si beneficia.extra de præben.lib.vj.vbi in fa-
cto alieno quis non censetur esse in mora, nisi certi-
ficetur.& ibi notatur in glos.quòd cuilibet referen-
ti non est facile credendum. facit quod habetur in
23 c.per tuas. lo ij.extra de simo.†Est etiam attenden-
dum pro materia, quòd interpellatione constitui-
tur debitor in mora, vt dictum est. Illa autem inter-
pellatio debet esse legitima facta, scilicet loco con-
gruo & tempore, per eum cui debetur: & quandoq;
non requiritur factũ hominis, vt in casibus, in qui-
bus mora re ipsa committitur, sicut superius dictũ
est in mora cõtracta ex parte creditoris, vel etiam
quando cõmittitur per diei appositæ lapsum, quia
interpellat pro homine.l.magnam.C.de cõtrahen.
& cõmit.stip. Et hoc, quando dies specificatur ex-
pressa hominum conuentione, vt ibi. & l.quoties Limitatio.
ad diem.cum l.seq.ff.de verb. obliga. siue tacitè in-
telligatur ex conuentione partium, vt in eo quod
promittitur dari certo loco, vt l.ij. aliàs est iij. §.si
quis ita stipuletur.lo ij.ff.de eo quod cert.lo. Et idẽ
si intelligatur tacitè à lege, præter conuentionem
partium, vt l.ij.ff.de iure emphy. & authẽ.qui rem.
C.de sacrosan.eccle.& in c.potuit.extra de loca.fa-
cit quod notatur per glos.in l.si mora. ff.solu.mat.
& l.vnica.§.exactio.C.de rei vxo. acti.& l.debito-
ribus.ff.de re iudi.& l.cum domini horreorũ. ff.lo-
ca. Et hoc verũ secundũ Salic.in dicta l.mora. quã-
do debitor tenetur portare id quod debet ad domũ
creditoris. Quod quando sit, notatur per Barto.&
Sali.in dicta l.itẽ illa.in prin. ff.de consti.pec. aliàs
secus, vt dicũt Doct.vbi s.& Io.de Imol.in c.signi-
ficante.extra de pigno. Aliquando requiritur factũ
hominis, vt d.l.mora.& l.in fideicõmissi.ff.de vsur.
& allegata l.si ex legati causa. Quod factũ hominis
consideratur duobus modis: scilicet per interpella-
tionẽ extraiudicialẽ, vt dictũ est, per eũ, cui debet̃,
loco congruo & tẽpore factã. Secundò per litis cõ-
24 testationẽ. †Interpellatio igitur extraiudicialis fieri
debet per illũ, scilicet cui debetur, & sufficit si fiat
per eius nũtium aut procuratorẽ, imò & negotio-
rum gestorẽ, secundũ gl.in l.si seruũ. §.nunc videa-
mus.super verbo, in totã causam.ff.de verb.oblig.
quæ allegat de hoc casum in d.l.si quis solutioni.§.
mora.ff.de vsur.quod reprobauit Pe.tã in procura
tore, q̃ negotiorũ gestore, quoniã procurator nõ
potest interpellare, vt sibi soluatur, vt l.vero.ff.de
solutio.& minus negotiorum gestor, vt l.si ego.ff.
de nego.gest. Sed Salic.in dict.§.mora. & Bonifac.
de Aman.in allegato c.mora. intelligunt dict.glos.
§.nũc videamus.& tex.quem allegat, quãdo fiebat
cõclusio per procuratorem vel gestorem negotio-
rum, vt debitor solueret domino, cũ essent eiusdem
fori, vel procurator habebat speciale mandatũ ad
interpellandũ. Facit ad istud id, quod habetur in l.
si quis in seruitute. ff.de fur.vbi per deprehensionẽ
furis antequã perueniat ad locũ destinatum, iuxta

l.ij.in fin.eod.titu.paratur domino actio furti ma-
nifesti, non quòd procurator vel negotiorū gestor
acquirant actionē domino,sed qualitatē adijciunt.
quod est notādum:quia per illam l.si quis in serui-
tute.declaratur dictus §.mora. Vide tamen pro cla-
riori doctrina huius articuli Bart.& Io.de Imola in
dicto §.nunc videamus. Est igitur fienda interpella
25 tio congruis loco & tempore.†Circa locum consi-
derandum est,an in iudicio fieri debeat,vel sufficiat
extraiudicialis interpellatio.Et circa hoc concluda
tis,secundum Sali.quòd si conuentio partiū vel lex
dat certam formam vel modum circa locum, illud
seruandum est,arg.l.j.§.si cōueniat.ff.depo. Si verò
nihil disponat lex vel conuentio,tunc si petitur id,
quod iudicis officio solū debetur, requiritur inter-
pellatio iudicialis, vt dicta l.is cui. §.Imperator.&
§.cessantum. ff vt in pos.legat.& l.cum postulassem.
in prin.ff.de damno infecto.Aut petitur illud quod
debet iure actionis, & sufficit extraiudicialis inter-
pellatio,vt dicta l.mora.& l.qui Romæ.§.cohære-
des.ff.de verbo.oblig. & l.fideiussor obligari. §.fin.
ff.de fideiussorib.Et est ratio diuersitatis,quia quod
debetur officio iudicis,non cōsistit in obligatione,
vt l.qui per collusionem.in fi.ff.de actio.empt.& sic
cum iudicis officio debeatur , iudex prius debet vt
immediatus & eius officiū implorari. Quando ve-
rò debetur iure actionis,locus cōgruus ad interpel-
landum dicitur secundum glos. & Alber.in dicta l.
mora.& Bonifa.de Amanatis,vbi suprà, ille locus
vbicunq; reus potest cogi soluere & cōueniri,etiam
si ibi domicilium non habeat , vt est locus contra-
ctus verus vel fictus.l.cōtraxisse. ff.de actio.& obli.
Vel etiam vbi reus habet domiciliū, vt l.iuris or-
dinem.C.de iurisdi.omnium iudic. dum tamen ibi
poterat cogi soluere.l.vinum.ff.si certum peta. Ali-
ter autem facta interpellatio nō constitueret reum
in mora.Quod tamen verum est,secundum Docto.
si interpellaretur vt alibi soluat, quàm vbi ex con-
uentione destinata est solutio:aliàs secundū Andre.
de Pisis,Pet.& Cy.& cōmuniter Docto.interpella-
tio fieri potest quocunq; loco, quādo illa solum fit
vt sciat debitor,quòd creditor vult sibi solui debi-
tum in loco,vbi cōuentum est solutionem esse fien-
dam,& q veniat vel mittat ibi soluturus. Pro quo
facit,quia paria sunt fieri tēpore permisso vel pro-
hibito,sed conferri in tēpus permissum,vt l.in tem
pus.ff.de hæred.instit.& l.quod sponsæ.C.de dona.
ante nupt.& l.in fuga. C.ad legem Falc. de plagia.
& idem est de loco,arg.l.fin.ff.de triti.& dicta l.vi-
num.Et facit ad hoc illud quod habetur in l.fi.ff.de
offi.præfe.vrb.vbi præfectus existens extra territo-
rium vrbis delegat intra vrbē.Dat tamen Sali.con-
silium interpellari , vt tunc sit cautus articulare,&
probare se post interpellationem peruenisse ad lo-
cum solutioni destinatum,argu.dictæ l.item illa.in
26 princip.†Credit etiam Bonifa.de Amanatis,quòd
sola talis interpellatio,extra locum solutioni desti-
natum facta,non sufficeret ad constituendum debi-
torem interpellatum in mora:quia necesse est,quòd
post illam interpellationē habuerit debitor faculta
tem cōmodam soluendi in loco destinato, arg.l.ab
hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quib.cau.ma.
27 Non † dicetur etiam,secundum eum, interpellatus
fuisse in mora, si post interpellationem ipse fecerit
suam diligentiā de soluēdo, & interim sine sua cul-
pa res debita perijt. Et idem in alijs casibus,qui po-
28 nuntur in l.sciēdum.ff.de vsur.†Non valeret etiam
interpellatio extraiudicialis ad constituendū in mo
ra, si fieret in loco periculoso,puta in nemore, vbi
versabatur periculum latronum, ita quòd non po-
terat interpellatus cōmode attendere interpellatio-
nem,arg.dictę l.si soluturus.ff.de solutio.secundum
Alber.in allegata l.in mora.quia,vt dictum est,lo-
29 cus debet esse congruus atq; tutus.†Si tamen credi-
tor post moram daret dilationē debitori, vel ab eo
acciperet pignus,vel vsuras,nō esset debitor in mo
ra,secundū Alber.in dicta l.mora.per l.ij.C.de iure
do. impet.& ff.de in rem verso. l.si propter rem.§.
versum.& hoc est quod dicitur in descriptione mo-
30 ræ,nec sit omissa repetēdi instantia.†Nunc de tem
pore congruo dicendū est,quod,vt diximus,debet
esse congruū.nam si in ecclesia,vel alio loco eo tem
pore,quo interpellatus recedere nō debet,vel vaca-
re solutioni,puta quia missam audit,vel funus asso-
ciat,atq; luget, seu vxorē duxit,cum similibus. De
quibus in l.ij.ff.de in ius voc.non noceret interpella
tio,secundū Bonifac.de Amanatis.Quod dicite ve- Limi-
rum, nisi fortè vt fieret interpellatio,vt illa causa, tatio.
quæ tunc inerat,finita solueret,arg.dictæ l.fin.ff.de
offi.præfe.vrb. Aduertere etiam debet interpellans
super tempore , scilicet ne obligatum in diem ante
illum diē interpellet,ne fiat interpellatio antequàm
ipse petere posit,per istam regulam.Quod volunt
Alber.& Salic.Ad quod allegant l.j.in fi.ff.quando
dies leg.vsusfr.ced.facit l.ij.in fi. ff.quando dies leg.
vel fideicō.ced.& faciunt ea quæ dicta sunt superius
de tēpore,quo creditor potest interpellari. Idem est
de conditione apposita in cōtractu:quia ante illius
euentum nō debet fieri interpellatio,cum ante non
sit nata obligatio.l.cedere diem.ū.titul.proxi. Ideo
cum nulla sit petitio ante conditionis euentū nulla
31 potest intelligi mora,vt in ista regula.†Vtrum au-
tem euentus illius constituat promissorem in mora
absq; alia interpellatione,quibusdam videbatur q
sic,per l.euictis. ff.de vsuris. Et facit quia in condi-
tione inest dies,quæ interpellat pro homine,vt di-
cta l.magnam.Et hoc videtur tenere glos.ij.in dicta
l.euictis.Sed Guliel.de Cugn.Petr.Butrig.& vterq;
Sali.tenent contrarium,& videtur communis opi-
nio in l.quod te.ff.si certum peta.& etiam Cy.in di
cta l. in minorum. rationem reddunt dicti Docto.
quia in obligatione pura contrahitur mora per in-
terpellationem , vt suprà probatum est. Idem ergo
videtur si per euentum conditionis fiat obligatio
pura : imò esset absurdum q eodem momento quis
obligaretur,& constitueretur in mora. l.promissor
Stichi.ff.de constit.pecu.& l.quod dicimus.ff.de so-
lutio. Ad legem verò,euictis.respondent quòd hoc
ibi contingit ex natura contractus empti & vendi-
ti,in quo mora contrahitur re ipsa,vt dictum est su
prà,per iura quæ allegata fuerunt.quæ solutio non
bene placet Saliceto, & iura allegata non probant
istam rationem,quia in l.euictis. prædia non erant
restituta venditori , & sic non percipiebat illo-
rum fructus, quæ perceptio fructuum fuit ratio in
dictis iuribus, scilicet in l.Iulianus. §.ex vendito.

ff.de actionib.empti & venditi. & l.curabit. C.eo-
dem titul. Ideo dat aliam rationem,scilicet quòd in
dicta l.euictis. hoc operatur pactum appositum de
pretio restituẽdo.circa quod vide ibi plenius Sali.
32 Item quæritur, † si die feriata debitor possit inter-
pellari,quidam dixerunt quòd non,vt l.dies festos.
C.de fer.Quod Albe.dicit non esse verum,si inter-
pellatio conferatur in tempus non feriatum, arg.l.
quia in hoc tempus.ff.de dona.inter virum & vxo.
Imò etiam si conferretur in diem festum : quia talis
interpellatio est facti, & extraiudicialis, nec requi-
rit iudicis pręsentiam aut personam,ideo quolibet
tempore fieri potest,argu.l.iij.§.quolibet loco.ff.de
tutel.& l.ij.ff.de fer. ideo potest quolibet loco & tẽ-
pore fieri, habita semper relatione ad cõgruum lo-
33 cum & tempus,vt superius fuit explanatum.†Alia
interpellatio fit per litis cõtestationem,quia qui li-
tigare mauult,quàm soluere,moram fecisse videtur
l.nemo.§.fi.ff.de verb.oblig.Circa quod est notan-
dum,quòd si litis contestatio sequuta sit interpella-
tionem,per eã de nouo non inducitur mora,sed an-
tẽ commissa roboratur per eam,secundum Bonifa.
de Amanatis,arg.l.iij.§.ex plurimis.ff.de acquiren.
possess.cum similibus. Sed si interpellatio non præ-
cessit,per litis cõtestationem,vt dictum est,induci-
tur mora,vt dicta l.nemo. §.fi. Et potest esse ratio,
quia siue fiat coram iudice petitio verbalis,siue de-
tur libellus cõcludens, semper verba diriguntur ad
iudicem, à quo petitur , reum condemnari ad sol-
uendum : & sic quia non diriguntur ad debitorem,
statim non operantur effectum, sed ita demum lite
contestata.l.quinquaginta. ff.de probatio.& l.am-
plius. ff.rem ratam habe. In interpellatione autem
extraiudiciali verba diriguntur ad debitorẽ. l.qui-
dam Hyberus. ff.de seruit.vrba.prædi.& l.debito-
34 res.C.de pigno.†Est tamen aduertendũ circa præ-
dictos modos constituendi in mora : quoniam vbi
quis constituitur in mora per lapsum diei appositę
vel litis contestationem,statim lite cõtestata vel la-
psa die statuta à lege, vel homine, mora ipso iure
absq; alio facto cõmittitur. Sed interpellatione ex-
traiudiciali facta necesse est vt aliquod spatiũ cur-
rat post ipsam , in quo debitor possit parare sibi
necessaria ad faciendam solutionẽ,vt dicta l.sciẽn-
dum. ff.de vsuris. Ita cõcludit Bonifa.de Amanatis
35 in dicto c.mora. † Notandum est etiam,quòd ver-
ba interpellationis debent esse apta: quoniam si cre
ditor diceret debitori, ego indigeo pecunia, quam
mihi debes, vel vteretur similibus verbis, videtur
quòd per hæc verba debitor non constitueretur in
mora, cum sit actus odiosus : ideo in benigniorem
partem fienda est interpretatio.l.benigniora.ß.isto
titul.& l.benignius. ff.de legib.l.cum quidam. ff.de
liberis & posthu.& c.odia. extra eodem titu.lib.vj.
Odofred.tamen recitatus per Alber. tenuit per illa
verba debitorem in mora constitui : quoniam ver-
ba enunciatiua quandoq; inducunt dispositionem.
l.vnum ex familia.§.si omissa.ff.de lega.ij.& l.si pa-
ter.§.j.de leg.iij. & secundum eum videtur casus in
l.Paulus.§.quæro.ff.de bo.liber.sed ille tex.nõ mul-
tum vrget.Ideo Pet.fuit in opinione cõtraria,quia
licet in vltima voluntate verba enunciatiua,quan-
doq; disponant,vt iuribus allegatis per Odofre.se-

Vide q̃ verba ad ĩterpellãdum sint apta.

cus est inter viuos,vt l.ex hac scriptura.ff.de dona.
vbi per Bart.& Ioan.de Imola. Quidam dicunt de-
bere considerari naturam & consuetudinem credi-
toris,vt si sit austerus homo,& sua natura crudelis,
per talia verba non intelligatur interpellare , secus
si sit curialis, & gratiosus vel humilis, argumen.l.
vel vniuersorum.ff.de pigno.actio. Et etiam verba
creditoris cõsideranda sunt. Si enim solum dixerit,
indigeo pecunia,non inducunt moram: quia respi-
ciunt personam solius creditoris.secus si vlterius di
xerit,para tu mihi illã.Hæc enim verba respiciunt
debitorem,argumen.l.pero.in princip.ff.de lega.ij.
& dicta l.vnum ex familia.§.si omissa. Alij dicunt,
quòd per talia verba fit interpellatio,si debitor erat
persona subiecta creditori:aliàs non,argumen.in l.
veteribus.ff.de pactis.& l.penult.ff.de furt. Andreas
de Pisis fuit in opinione Petr.in qua residet Alber.
quia per talia verba non fit interpellatio,per text.
dictę l.mora.ibi dum legitur in litera,repetendi de-
biti instantia.& facit l.aut qui aliter.§.j. ff.quod vi
aut clam.& l.denuntiasse. ff.ad legem Iuli.de adult.
& ita dicit Alber.in dicta l.quod te.ff.si certum pe-
36 tatur.se vidisse in practica seruari. †Circa præmis-
sa quæritur, si creditor plus debito petat, an super
vero debito constituatur debitor in mora.videba-
tur quòd sic, quia qui petit totum, dicitur quam-
libet partem eius petere,vt in l.si quis cum totum.
in princip. ff.de exceptio.rei iudica. In contrarium
facit,quia aduersus legatariũ petentem totum,non
admittitur mora per hęredem dicentem se velle de-
trahere Falcidiam.l.in fideicommissi. circa princi-
pium.ff.de vsuris. & l.qui solidum.in principio.de
de legat.ij. & istam partem tenet Salicet.in dicta l.
mora.per dicta iura. Et reddit rationem Bar.in di-
cta l.qui solidum.quia si actor petit totum,non te-
netur debitor offerre partem:quia non est verisimi-
le,quòd actor velit eam habere,vt l.tutor.§.Lucius.
ff.de vsur. Et hoc nisi actor illud exprimeret. Tum
etiam, quia si actor petat centum, quæ dicit se mu-
tuasse vel deposuisse,aut fuisse sibi legata, & in ve-
ritate non fuerunt nisi quinquaginta,illa quinqua-
ginta non sunt pars illorũ centum,quæ petit actor,
imò debitum de per se:ergo super eis & super parte
nõ potest dici quòd sit facta interpellatio,cum non
sint illorum pars. quod euidenter patet : quoniam
intentio actoris ex verbis suis collecta mutui,depo
siti,vel legati finem statuit in centum. Sed verè mu
tuum,depositum,vel legatum finẽ recepit in quin-
quaginta,& sic non sunt pars illius,super quo facta
est interpellatio,ideo non obstat l.si quis cum totũ.
quia ibi pars fundi est pars totius fundi,secus in ca
37 su isto.†Itẽ tex.ibi loquitur in iudicialibus,ex quo
patet secundum eundem Salice.quòd non obstat id
quod notauit Cy.in l.vnica.quæstione fin. C.de li-
tis contestat.vbi dicit,quòd probata minori quan-
titate,quàm sit petitum,potest sequi sententia con-
demnatoria in eo quod est probatum, vt sit litium
finis. Et prædicta cõcludunt,si illud plus nunquam
fuit debitum.Vbi vero totum fuit debitũ, sed pars
fuit soluta, & nunc totum petitur,an prędicta pro-
cedant, potest dubitari, quia illud totũ habuit ali-
quando primordium veritatis.Sed Salicet.conclu-
dit,quòd idẽ sit sicut in prædicto casu,quia ratione
partis

partis falsæ totum potest negari, secundum Specul. tit. de positio. §. vij. versic. xj. circa quod vide Bar. in l. si is qui ducenta. §. verū. vers. proinde. ff. de reb.
38 dub. †Item iuxta prædicta quæritur, si debitor per creditorē interpellatus erat obligatus alternatiuè, super quo illorum dicetur in mora constitutus. dicunt Docto. quòd si electio erat creditoris, tunc super re electa vel pecunia dicetur in mora cōstitutus. facit l. si quis stipulatus. ff. de verb. obli. & l. Stichū. ff. de solu. in prin. Sed si electio erat debitoris, prout in dubio esse præsumitur, vt l. plerunq. in fi. ff. de iure dot. & l. vbi. §. qui illud aut illud. ff. de verb. obli. vult Bar. solutionem esse expectandam: quia intelligitur interpellatio esse facta super eo quod soluet, arg. l. si sic. §. fi. de legat. j. & ibi dicit esse casum. Sed Sali. in d. l. mora. dicit illū tex. esse à materia nostra remotum. tenet tamen ipse dictū Bar. quando creditor super vtroq; interpellat debitorē non simpliciter aut purè, sed disiunctiuè & cōditionaliter, vt scilicet alterum soluat quod elegerit, vt probatur in l. inter stipulantē. §. si stipulante. ff. de verb. obl. & d. l. Stichum. in prin. & l. Stichū qui meus erit. de leg. j. & l. filiæ. §. Titia. ff. de cōdi. & demonstr. Subiungit tamen Sali. φ quamuis ipse stet cum Bar. non fatetur φ mora sit cōmissa à die interpellationis: quoniam non prius habet effectū, quàm conditio, super qua facta est, sit purificata per electionē debitoris. l. eum qui certarū. §. fi. ff. de verb. obli. & l. huiusmodi. §. Stichum. de legat. j. Ex quo infert, φ si post interpellationem disiunctiuè factam vterq; seruorū moreretur, vel vtraq; res petita periret fine facto, & sine culpa debitoris, talis interpellatio non cōstitueret reum in mora eligēdi: quia illa interpellatio fuit
39 conditionalis, † sed conditionem quis non cogitur implere. l. cum ab eo. in princ. & in fi. principij. ff. de contrahen. emp. & l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. nō purificata enim cōditione interpellatio habetur pro nō apposita, & spes purificandi deficit per mortem specierum, & imputandū est creditori, qui remedijs iuris non fecit cogi debitorem ad eligendū, sicut facere potuit, vt notatur per Docto. in d. l. eum qui certarū. §. fi. Item si posset excogitare morā esse cōmissam in eligendo, pœna illius est trāslatio electionis, quam lex tunc facit ipso iure, vt l. fin. §. sed si quis. C. cōmunia de lega. Igitur imputandum est, vt š. creditori qui non coēgit debitorem eligere, & ipsum interpellare super electo.
40 † Dictum est postremo in descriptione moræ, si sine causa distulit solutionem vel præstationem. Hoc ideo secundum Docto. quia si cum causa, qua debitor tutus sit exceptione perpetua vel tēporali, vel si amicos quærat vel tabellionem, qui assint solutioni, vt de solutione conficiat instrumentum, vel si sit in ecclesia missam audiēs, vel funus associat, aut lugens, vel ducit vxorem, & his similia, de quibus in l. ij. ff. de in ius vocan. non dicetur moram cōmittere, vt l. sciendum. ff. de vsuris. & dicta l. qui solidum. in prin. de legat. ij. Nisi fortè secundum Bonifac. de Amanatis in dicto c. mora. interpellaretur, vt illa causa finita solueret, arg. dictæ l. si. ff. de offi. pręfecti vrb. vt superius fuit allegatum. quia tamen multæ aliæ causæ possunt esse excusantes vel culpāres moram, & omnia dicit Salicet. relinquenda esse iudicis arbitrio, vt probatur in textu sæpe dictæ l. mora.
41 †Sed nunc principaliter quærendum est, quid mora commissa operetur. glos. magna in dicta l. mora. hunc articulum examinauit, & ibi Docto. enumerantes aliquos principales effectus, quos prosequitur Bonifac. de Amanatis, per conclusiones in dicto c. mora. lib. vj. & sequēdo ordinem ibi traditum iste articulus ex dictis glos. & Docto. potest sic expediri, quamuis Alber. & Odofr. dicant quòd glos. & Azo in ordine effectuum, quos mora inducit, posuerunt frænum in cauda, sed non refert, dummodo veritatem habeamus. Ideo sequamur ordinē glos.
42 quæ dicit, †Primum effectū moræ, quòd facit rem vel interesse, esse tantum æstimari iudicis officio, prout erat à tempore moræ vel cœpit esse perseuerante mora, vt l. in hac. ff. de tritic. & l. ratio. §. si per venditorem. ff. de actio. emp. & vendi. & l. in re furtiua. §. si ex causa. ff. de condi. furt. l. quoties in diem. ff. de verborum obliga. & l. si fieri Calendis. ff. de re iudica. Vel vt dicit Sali. in allegata l. mora. in obligationibus facti respectu creditoris succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. ff. de re iudi. & l. stipulationes nō diuiduntur. §. Celsus. ff. de verborum oblig. In obligationibus vero dandi debet æstimatio, quæ fiet quanti plurimi fuit à tēpore moræ iudicis officio, vt dictis iuribus. & l. vinū. cum ibi no-
43 tatis. ff. si certum peta. Secundus effectus moræ, secundum gl. & Docto. in sæpe dicta l. mora. est quòd facit debitorem teneri ad vsuras à tempore moræ in contractibus bonæ fidei, vt dicta l. mora. §. in bonæ fidei. quamuis in vsuris sit regulare, quòd citra vinculum stipulationis nō debentur, vt l. quamuis. C. de vsur. Quandoq; tamen etiā debentur propter moram in vltimis voluntatibus, vt allegata l. qui solidum. §. etiam. & l. si quis seruo. ff. de lega ij. & C. de vsuris & fruct. leg. per totum. Sed cum vsurę sint prohibitæ iure diuino, & canonico, vt in cap. quia in omnibus. extra de vsuris. etiam iure ciuili hodie, vt notatur in authen. ad hæc. C. de vsur. & ibi Bal. & ipse & Docto. in l. j. C. de summa Trinit. & fide cathol. & ipse Bal. in epistola, inter claras. eod. titu. & idem Bald. in l. si nauis. ff. de rei vendi. & notatur per glos. in authen. de eccle. tit. in princip. collat. ix. quæ allegat pro hoc cap. quoniam multi. xlvij. dist. qui canon fuit editus in cōcilio Niceno, quod concilium Iustinianus in dicta authen. de eccles. tit. voluit haberi pro lege, & per illum canonē prohibentur vsuræ, ideo etiā hodie iure ciuili. & hoc ibi firmat Angel. & ipse Ange. in l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ libe. & glos. xiiij. quæstio. iij. cap. quid dicam. quia sicut dicit idē Bald. super rubrica C. de vsuris & fruct. leg. non debent dici leges illæ, quæ permittunt vsuras. facit quod not. viij. distin. cap. consuetudo. Imò promulgator talis legis potius dicitur errare, quàm condere legem. ad quod facit c. sunt quidam. xxv. quæst. j. Ideo videtur, quòd hodie ratione moræ iste effectus vsurarum non deberet attendi, etiam in contractibus bonæ fidei, vel
44 in vltimis voluntatibus. † Sed potest dici, φ vsuræ recōpensatoriæ vel punitoriæ peti possunt, aliæ non: quia cōpensatoriæ vel punitorię propter moram petuntur per modum interesse, & sic pro sorte, vt vult Bald. in dicta authen. ad hæc. & in dicta l. j.

Vsuræ hoc mō peti possunt.

C.de summa Trinit.& fide catho.& super dicta ru-
brica, de vsur. & fruct.leg. Facit quod notatur per
Innocen.in cap.ij. extra de vsur.& Ioan.de Ana.&
Docto.in cap.conquestus.& c.salubrites. e.tit.&
per Docto.in l.curabit.C.de actio.empt.& vendi.
& l.iij.§.nunc de officio.ff.de eo quod certo loco.&
l.socium qui in eo.ff.pro socio.in princi. Et hoc in
contractibus bonæ fidei vel arbitrarijs,aut in vlti-
mis voluntatibus,quæ æquiparantur contractibus
bonæ fidei,vt l.in minorum. C.in quibus caussis in
integ.restit.non est nec.secus in contractibus stricti
iuris,vt habetur in l.j.C.de condi.indebi. Addatis
in hoc passu illa,quæ dixi in l.secundum naturam.
& in l.in ambiguis.ē.isto titu. & Bartol.& Paul.de
Limi- 45 Cast.in l.in insulā. ff.sol.matr.† Attendatis tamen,
tatio. quia quamuis recompensatoriæ vsuræ tanquam in-
teresse peti possint,per superius allegata, cōsuetus
tamen fœnerari non posset allegare interesse, quod
prætēdit post moram debitoris se passum esse,pro-
pter non factum fœnus:quoniam tale interesse esset
iniustum, & inallegabile.vbicunq; enim leges per-
mittunt peti interesse,intelligitur de allegabili & iu
sto,vt not.per Bal.eleganter in l.manifestissimi.in
prin. C.de fur.lucrum tamen honestum,quod pro-
pter moram debitorū perditum est,peti potest tan-
quam interesse:quia qui lucrū perdit,dicitur in da-
mno.de quo vide not.in l.quia poterat. ff.ad Treb.
& Bar.atq; Docto.in l.vnica.C.de senten.quæ pro
eo quod interest profer. & quæ plenè dicta fuerunt
46 in l.quatenus cuiusq; interest.ē.isto titul.† Tertius
effectus moræ tactus per glos.in sæpe dicta l.mora.
& per Doct.ibi, & locis superius allegatis, est circa
accessiones naturales,siue fructus, qui debentur ra-
tione moræ secundum dict.glos. & Docto. habita
distinctione inter contractus bonæ fidei,vel sapien
tes bonam fidē,& contractus stricti iuris. Et etiam
vt dicit Sali.in l.ij.ff.de tritic.vbi est glos.notabilis,
refert an fructus petantur officio iudicis, vel iure
actionis:quia si officio iudicis,in contractibus bo-
næ fidei veniunt à tempore moræ,vt d.l.mora.§.in
bonæ fidei.Et idem dicendū est in sapientibus bo-
nam fidem,vt allegata l.in minorum.C.in quibus
caus.resti.in integ.non est neces.In cōtractibus verò
stricti iuris non sapientibus naturam bonæ fidei di
stinguendum est,an petat actor id quod suū est,vel
fuit suum,an quod est sibi debitū, inter quæ est ma
gna differentia,vt l.Quintus Mutius.in princ. la ij.
§.argento.in prin.ff.de auro & argen.lega. Si petat
quod suum est,debentur fructus à tēpore moræ,vt
l.si hominem.aliàs incipit,Iulianus.ff.de rei vendi.
Si tamen reus teneatur ex delicto,vt quia est fur vel
prædo, mora cōmittitur à tempore delicti, scilicet
furti vel rapinæ,& ab illo tempore tenetur ad fru-
ctus vel accessiones,vt l.subtracto.C.de fur. Si au-
tem actor petat id quod fuit suū, sed nō est de præ-
senti,est tamen sibi restituendum,tunc reus tenetur
ad fructus à tempore moræ cōmissæ perceptos,vt
l. videamus.§.j.& ij. ff.de vsuris.sed quando perdit
id quod non fuit,nec est suū,veniunt fructus à tem-
pore litis contestatæ,vt l.cum fundus.in princ.ff.si
cert.peta.& d.l.videamus. §.si actionem.& not.per
glos.& Sali.in d.l.in hac. Aut petuntur fructus iu-
re actionis.quod membrum non tetigit ibi glos.vt
dicit ibi Salice.qui tenet inspici debere in hoc casu
tēpus obligationis contractæ,& ab illo tēpore ve-
niunt fructus,vt l.indebiti.in princ.& l.in summa.
§.ei qui. ff.de condi.indebi. Quod tamen intelligit Limi-
Bonif.de Amanatis in allegato c.mora.procedere tatio.
vbi possessor sit malæ fidei,quia bonæ fidei posses-
sor nō tenetur nisi inquantū factus est locupletior,
vt l.sed & si lege. §.consuluit.ff.de peti.hære. Et in-
telligite,quòd fructus consumptos bonæ fidei pos-
sessor facit suos,vt l.quæsitum.ff.de acquir.rerū do.
Et rationē reddit Bal.in l.j.C.de vsur.& fruct.lega.
Quia officium iudicis mercenarium non durat in
fructibus bonæ fidei perceptis non existentibus in
rerum natura,vt not.per Cy.in l.non est. C.famil.
ercisc.& facit l.itē veniunt.§.fructus.ff.de peti.hęre.
sed fructus extantes tenetur bonæ fidei possessor re-
stituere,vt ibi notat,nisi illos possedisset bona fide
per trienniū,& sic vsucepisset,per quam vsucapio-
nem esset effectus illorū dominus, secundū Bar.in l.
sequitur.§.fructus. ff.de vsucap.& sequit ipsum Bal.
in d.l.j.C.de vsur.& fruct.leg.& tenuit Cy.in l.an-
cillæ.C.de furt.vt enim,inquit Bal.bonæ fidei pos-
sessor in hoc priuilegiatus est,q; fructus à solo sepa
ratos vsucapit sine alio titulo speciali,qui tamē ti-
tulus requiritur in vsucapione, vt l.nullo. C.de rei
vendi.& l.Celsus. ff.de vsucap. Sed vt dicit Bal.tit.
generali, pro suo. sufficit ad vsucapiendū accessio-
nes. Ad quod facit illud quod not.in l.si ego.§.par-
tus.ff.de publi.& per glos.in l.ancillæ.C.de fur.& l.
si ancillā.ff.pro suo.& est tex.& ibi not.per Docto.
in l.si matrem.C.de vsucap.pro emp.Veruntamen
pro pleniori doctrina de his fructibus petēdis,vide
Doct.in l.certum.C.de rei vendi. & gl.& Docto.in
l.ex diuerso.ē.illo titu.de rei vendi.& glos.Instit.de
actio.§.actionum. & Spec.tit.de fructibus & inter-
esse.& in l.pactū.cum ibi notatis.ff.de vsur.& Pra-
cticum Ferrariensem in titul.forma libelli super rei
vendica.glos.super verbo,simul cum fructibus,&c.
47 †Quartum effectum moræ adducunt gl.& Docto.
in iuribus superius allegatis circa rei interitum, qui
effectus probari videtur in dicta l.si ex legati causa.
ff.de verb.obli. ante morā enim liberatur debitor,
vt l.si Stichus.eod.tit. Iste tamen effectus per Doct.
varijs modis consideratur,vt fuit dictū in l.qui sine
dolo malo.ē.isto tit.& tractatur per Doct.plenissi-
mè per Sali.in d.l.quod te. ff.si cert.peta.& l.nemo.
§.j.ff.de verb.obli.& in allegato c.mora.co.ti. li.vj
per Bonif.de Amanatis tam in actione reali, quàm
personali:in reali verò recurritur cōmuniter ad gl.
l.item si verberatū.§.fi.ff.de rei vend.vbi ponuntur
in dicta actione reali tres principales casus, scilicet
in eo qui semper fuit in bona fide , vel semper in
mala fide,vel fuit ab initio bonæ fidei,sed lite pen
dente effectus est malæ fidei,vt primo casu indistin-
ctè liberetur reus per interitū: quia non debuit esse
timidus, & ius suū indiscussum relinquere, vt l.il-
lud.ff.de peti.hære.& sic potest intelligi dictus §.fi.
in princip.in allegata l.item si verberatum. vbi ita
concludit Angel.& Bonifacius in dicto c. mora.
Quod dicit procedere,nisi in casu,quādo dolus vel
culpa possessoris præcessisset casum interitus, vt di Limi-
cto §.fin.cum l.sequenti.& dicta l.si ex legati causa. tatio.
& l.si vehendæ. §.j. ff.ad legem Rhodiam de iactu.
Et si

Et si dicatur contra istam conclusionē, quòd per litis contestationem reus effectus est malæ fidei, vt l. certum. C. de rei vendi. respondet Bonifa. de Amanatis vbi ē. illud esse verū, quo ad aliquos effectus, scilicet ad fructuum restitutionem, vt in præcedēti membro dictum est, & quo ad interruptionē præscriptionis, vt l. nemo ambigit. C. de acquir. pos. & xvj. q. iij. c. j. vbi per gl. & Archi. & in c. sanctorum. extra de præscrip. sed non efficitur malæ fidei, quo ad rei interitū. Et est ratio, quia propter interitum possessor illius rei nihil percipit, & sic quo ad hoc satis est eum esse liberum à dolo, & culpa. Secundo casu, quando omni tempore reus fuit in mala fide, vt quia est prædo, fur, vel sciuit rem alienā, tenetur indistinctè de interitu, esset vel nō esset res eodē modo peritura penes actorem, sicut penes reum, vt d. l. illud. ff. de peti. hæred. l. j. C. de his quæ vi metus've cau. fi. d. l. nemo. §. j. de verb. oblig. dict. l. subtracto. C. de fur. l. i. §. rectissimè. ff. de vi & vi ar. l. si in Asia. §. j. ff. deposi. l. cum res. §. fi. & l. si seruus legatus. §. si seruus legatus. ff. de leg. j. Quidam tamē glossatores, vt Marti. & sui sequaces opinati fuerunt, vt habeat isto casu locum illa distinctio, an penes actorē esset res eodē modo peritura, vel non. quam opinionem confutat tex. in d. l. cum res. §. fi. Tertio casu, quādo non omni tempore fuit bonę fidei, nec etiam malæ fidei, sed à principio bonæ, & postea malę. Dicunt Docto. aut reus habuit iustā causam litigandi propter euictionem vel aliud iustum interesse, & nō tenetur de interitu, vt est tex. in l. vtiq;. cum ibi notatis. ff. de rei vendi. Aut nō habuit iustam causam litigandi, tunc secundum Salic. in allegata l. quod te. propter bonā fidem habitā ab initio eligitur media via, an res foret eodē modo peritura penes actorem, vt nō teneatur: aliàs verò teneatur de interitu, vt d. l. item si verberatū. §. fi. vbi post gl. dat Angel. consiliū petitori, vt alleget & deducat eodē modo rem perituram nō fuisse apud se, quo interijt apud reum, probando quòd præcauisset à casu interitus, & rem distraxisset. Quod etiam voluit Io. de Imola in allegata l. nemo. §. j. dicens Bal. ibi ita tenuisse. Et si quis diceret, quòd mala fides superueniens in isto casu debet expugnare in totum bonā fidem præcedentem, & quòd abinde iustam nō videtur habere causam litigandi, respondet Salic. vbi suprà, q; illa mala fides superueniens nō est omnino certa, sed inducitur per litis cōtestationē, & pręsumpta est à lege quo ad quædam, non quo ad omnia, vt superius dictum fuit, secundum Bonifac. de Amanatis, post glos. d. §. fi. Addens, quòd potuit reus post litē contestatam habere iustā causam litigandi, vt quia credebat rem ad alium pertinere, quàm ad petitorem, vel si sciebat ad eum pertinere, fecerat expensas necessarias in re petita, iuxta l. planè. & l. vtiles. ff. de peti. hæred. quas actor restituere tenuebat. & sic videtur distinguendum tūc, an res esset apud vtrunq; eodē modo peritura vel non, vt teneatur vel nō teneatur reus de interitu. Contra hoc tamē facere videtur ratio, quia vbi reus habet iustam causam litigandi, debet excusari ab interitu, nec grauat eum, ex quo iustè litigat. l. si quis solutionem. in princip. ff. de solutio. Imò ex hoc releuatur ab expensis litis, vt dict. l. qui solidum. §. etiam. ff. de lega. ij. Ad quod respondet prædictus Bonifa. quòd mala fides rei in hoc eum grauat: quia sine illa petitor nihil secum agere habuisset: vnde in hoc grauatur, quando res non erat eodem modo peritura apud actorem. Sed hæc responsio non satisfacit, vbi propter expensas necessarias in re petita factas nō restitutas reus non est in culpa retinēdo rem, imò culpa est actoris, qui expensas non restituit, quas de iure restituere debet: ideo damnū interitus sua culpa prouenire videtur, & sibi debet imputari in c. damnum. extra eod. tit. lib. vj. & reus videtur deponere malam fidē pro expensis necessarijs sibi debitis rem retinendo, argu. l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem vers. Et sit conclusio, secundū Bonifac. de Amanatis, in hoc membro, quòd bonæ fidei possessor ab initio, cuius bona fides nō durauit, semper tenetur de interitu contingente post malam fidem superuenientē. Nisi habuerit iustam causam litigandi propter regressum euictionis, vel propter expēsas necessarias in re petita per eum factas, quo casu non tenetur. Quia bona fides anterior, & iusta causa litigādi sunt fortiora vincula bonitatis, quàm superueniens mala fides diminuta propter iustā causam litigādi. facit quod habetur in authē. itaq;. C. communia de succes. vbi duo vincula plus possunt, quàm vnum. Sed vbi bonæ fidei possessor ab initio, postea factus malę fidei non habuit iustā causam litigandi, licet non teneatur indistinctè de interitu, tenetur tamē si res eodem modo non esset peritura apud actorem. & sic intelligi debet sæpe dicta l. item si verberatū. §. fi. quamuis glos. ibi aliter videatur sentire. & huius dicti rationem assignat dictus Bonifac. quia vbi erat peritura eodem modo apud petitorem, ipsi petitori nihil abest quo ad interitum. & sic attēditur bona fides præcedens, quæ prodest possessori, arg. l. in creditore. ff. de euictio. Sed quando non erat eodē modo peritura, abest petitori, & attenditur mala fides rei, & iniusta cōtradictio: nec cōsideramus bonam fidem anteriorē, cum sit vulnerata propter malam fidē, quæ superuenit, & per iniustam cōtradictionē,
48 arg. dict. authen. itaq;. †Nunc videndū est in actione personali, vtrum in illa habeat locū dicta distinctio. & hic dicatis ex sententia glos. & Docto. quòd si actio personalis descendat ex delicto, nō habet locum dicta distinctio, sed reus indistinctè tenetur, & ad reum pertinet periculum interitus, vt dicta l. j. C. de his quæ vi metus've caus. fi. & allegata l. subtracto. C. de fure. & l. j. §. rectissimè. & l. meritò. ff. de vi & vi arma. & rationem reddit Salicet. in dicta l. quod te. & Alber. in allegata l. mora. quia reus semper fuit in mora, & malæ fidei, vt dictis iuribus. &
l. si pro fure. §. condictio. ff. de condi. furt. Fallit ta- Fallentia.
men in actione quod metus causa: quoniam illa est prætoria & pœnalis, vt l. si cum exceptione. §. quatenus. & §. quòd si homo. ff. quod metus causa. & ibi per glos. Et rationem reddit Salicet. & Bonifacius de Amanatis, quia metum inferēs grauatur in pœna tripli, ideo in alio releuatur, argumento l. cum qui. ff. de iureiurando. in principio. fuit enim in hoc prætor valde clemens, vt dicta l. si cum exceptione. §. satis clementer. Sed hæc ratio non placet Baldo in dicto versiculo, quòd si homo. quia si metum inferens grauatur in triplo, hoc est, propter suum

delictum, ideo nõ debet releuari.l.de illo. ff.pro ſoc.
Sed vera ratio eſt, quia pœna tripli eſt à iure taxa-
ta, vltra quam ſi res veniret eſſet mera pœna, vbi
res eſſet æquè peritura apud actorẽ, quo caſu actori
nihil abeſt, qui conſequitur triplum, nec adeſt con-
uento ſiue reo, ſecundũ ipſum Bal. qui dicit ipſam
eſſe veritatem à ſuis anteceſſoribus nõ eſſe perpen-
ſam. Sed certè imò Albe. ibi illud animaduertit, vt
poteſt apud eum videri. vel ſi vultis intelligatis di-
ctum verſum, quòd ſi homo. ſecundum gloſ. ibi, in
illo, qui metum intulit, & fuit condemnatus, penes
quem res perijt eodem modo peritura intra quadri-
meſtre datum à iure condemnatis, iuxta l.ij. C.de
vſur.rei iudi.& hoc propter dilationem datam à le-
ge. quod qualiter intelligatur ibi, vide latius Alber.
& Bal.& §.hæc autem actio.ead.l.& hoc de actione
49 perſonali deſcẽdente ex delicto. † Aliquando actio
perſonalis deſcendit ex contractu vel quaſi. & hoc
inter gloſ. Marti.& Ioan. fuit diſcordia, & opinio-
num diuerſitas, quorum motiua longiſsimo ſtylo
recitauit Sali. in allegata l.quod te. Sed cõmunis vi-
detur opinio Ioan. ꝙ ſcilicet periculũ interitus in-
diſtinctè pertinet ad eũ, qui eſt in mora. & hanc opi
nionem tenet Angel.& vterque de Imol. in d.l.nemo.
§.j.de verb.oblig.& Boniface.de Amanatis, vbi ſu-
prà, per d.l.cum res.§.fi.ff.de legat.j. Et eſt ratio ſe-
cundum Docto. quia fur & exiſtens in mora æqui-
parantur.l.inter ſtipulantem.§.Stichum.vel penul.
ff.de verb.oblig. & videtur quaſi caſus in l.ſi pecu-
niam.§.fi.ff.de cõdi.ob cauſam. Illi tamen opinioni
fortiter obuiare videtur l.ſi plures.§.j. ff.depo. vbi
licet ageretur actione perſonali depoſiti, periculũ
tamen interitus etiam poſt morã depoſitarij perti-
net ad actorem, ſi res penes eum erat eodem modo
peritura, ſicut penes reũ. Sed ibi gloſ. quam appro-
bat Bar. in allegata l.nemo.§.j.& ibi Io.de Imol.&
ipſe in l.ſi filio.§.ſi poſt diuortiũ.ff.ſol.mat. reſpon
det ad illũ tex.l.ſi plures. quòd ibi depoſitarius ha-
bebat iuſtam cauſam litigandi, fortè propter reſti-
tutionem ſumptuũ factorum in re depoſita. Et eo-
dẽm modo reſpõdet gl. in d.l.quod te. Ibi verò Sali.
& Angel. in d.l.item ſi verberatum.§.fi.& Alexã.de
Imol. in allegata l.nemo.§.j.dicunt iſtã ſolutionem,
licet cum ea cõmuniter tranſeant Doct. eſſe diuina-
toriam, & etiam nõ poteſt eſſe bona: quia ſi reus ha
buit iuſtam cauſam litigandi, non potuit cõtrahere
moram, vt d.l.ſi quis ſolutioni. in prin.ff.de vſuris.
& l.in rebus.§.poſſunt.ff.cõmod.& per conſequens
nõ teneretur de interitu, etiam ſi eodem modo non
fuiſſet res interitura apud actorem. cuius cõtrarium
innuit tex. in d.l.ſi plures.§.j. Bal. verò allegatus per
vtrunque de Imol. in ſæpe dicta l.nemo. §.j. ſoluebat
eſſe ſpeciale in depoſito, vt alleg.l.ſi plures. in prin.
vel in cõſtituto, vt l.ſi duo.§.ait prætor. ff.de cõſti.
pecu.& hoc propter æquitatẽ. quod etiam videtur
velle gloſ. in dicta l.quod te. quæ ſolutio reprobatur
per Bart. in d.l.nemo.§.j.& eſt etiam cõtra caſum l.
ſi in Aſia. in fin. ff.depoſi. vbi debitor ex depoſito,
& debitor ex alio contractu æquiparantur. Angel.
autem in d.§.fin.l.item ſi verberatum. in tranſcurſu
lectionum ſuarum dedit aliam ſolutionem ad dict.l.
ſi plures. videlicet quòd in cõtractibus bonæ fidei
celebratis gratia creditoris tantum, habebit locum
prædicta diſtinctio quando res perijt naturaliter.&
ita loquatur dictã l.ſi plures.§.j. Sed ſi caſu fortuito
pereat, tenetur reus indiſtinctè.& ſic intelligitur di-
cta l.ſi in Aſia.§.fi.& ad l.cum res.§.fi. de leg.j. quæ
videtur obſtare ſuæ ſolutioni, dicebat quòd ibi res
perierat non naturaliter, ſed caſu.& ibi loquitur in
contractu ſtricti iuris, licet ex eo oriatur actio bo-
næ fidei, vt dicta l.in minorũ. Sed hanc opinionem
Angeli reprobauit Ioã.de Imol. quem recitat & ſe-
quitur Alex. quia ſicut in ſtricti iuris actionibus exi
ſtens in mora tenetur indiſtinctè de interitu, ita &
fortius dici debet in bonę fidei iudicijs, cum magis
ſit odioſus legi non ſeruans fidem in bonæ fidei iu-
dicijs, quàm in ſtricti iuris, vt l.j.& l.furti.§.j. ff.de
his qui notan.infa. facit d.l.mora.§.in bonæ fidei.
& l.videamus.§.ſi actionem.cum l.ſeq. ff.de vſuris.
Propterea legata, de quibus loquitur §.fi.l.cum res.
habent inſtar bonæ fidei, vt d.l.in minorũ. Nec va-
let diſtinctio, quam fecit Angel. inter mortem natu
ralem, & mortem caſu cõtingentem, cum nulla bo-
na ratio diuerſitatis aſsignetur per Angel. Paul.de
Caſtr. & Fulgo. in allegata l.ſi plures.§.j.& d.l.cum
50 res.§.fi.dixerunt † quòd in actione perſonali deſcen
dente ex cõtractu vel quaſi, ſi conſtet rem eodẽ mo-
do fuiſſe perituram penes actorẽ, ſicut penes reum,
liberatur reus re perempta, etiam poſt morã, vt di-
cta l.ſi plures.§.j. Sed ſi cõſtet, quòd ſine dubio non
erat eodẽ modo peritura, ſine dubio tenetur debi-
tor indiſtinctè, & etiam dici debet idem in caſu du-
bio: quia præſumi debet contra debitorẽ in odium
ſuæ moræ, per d.l.cum res.§.fi. Sed contra primum
membrũ huius diſtinctionis Paul.de Caſt. & Fulg.
facit vt dicit Alexand.de Imol. ratio Bart. quia fur
& exiſtens in mora æquiparantur per iura ſuperius
allegata.& ob hoc ipſe Paul.de Caſt.& Io.de Imol.
in d.l.ſi filio.§.ſi poſt diuortiũ. ff.ſol.mar. tranſeunt
cum opinione Ioan.& Bar. quam Alex.de Imol. in
dict.§.j.l.nemo. putat eſſe veram, per d.§.ſi poſt di-
uortium.& l.ſi pecuniã.§.fi.ff.de condi.ob cauſam.
Nec obſtat §.j.l.ſi plures. ſæpius allegatæ: quia text.
ibi non illud dicit ad quod allegatur, niſi in contra-
51 rio ſenſu, † qui ſenſus ſumi non debet, ne toleretur
abſurdum & prauus intellectus, & ne confundantur
alia iura, quæ dicunt contrarium. l.ij.cum ibi in gl.
notatis. C.de condi.inſert.& not. per gloſ. in c.j. ex-
tra de ætate & quali.ordi.lib.vj.& per Bal. in l.con
uenticula. C.de epiſ.& cleri. facit l.nam abſurdum.
ff.de bonis liber.& l.fi.C.de ſenten.paſ. Induceretur
enim legum correctio per ſenſum contrariũ abſur-
dum. quod iura vetant.l.vnica. C.de inoffic.dot.l.
ſancimus. C.de teſtamen.l.præcipimus. in fin. C.de
appel.& c.cum expediat. extra de elect.lib.vj.& iſta
opinio videtur communior, & tenenda quam pro-
lixiori diſtinctione ſequitur Sali. in allegata l.quod
te. vbi etiam per aliam diſtinctionem reſpondet ad
l.ſi vehenda.§.j.ff.ad legem Rhod.de iactu. quamuis
ibi gloſ. breuiter reſpondeat quòd ibi reus erat in
culpa, non in mora. quam ſolutionem Sali. in dicta
l.quod te. ſub compendio ſic declarat diſtinguẽdo,
ſcilicet quòd ſi culpa non potuit eſſe ad caſum ordi
nata, non tenetur.l.non omne.ff.de ſtatu liber. ſed ſi
culpa ad hoc fuerit ordinata, & ipſa fuerit cauſa cã
ſus, indiſtinctè tenetur reus.l.ſi vt certo.§.j.ff.cõmo.
Vbi

Vbi verò culpa non fuerit cū casus, & consistat in o-
mittendo, reus nō tenet, vt l. & in totū. in fi. ff. de impē.
in reb. dot. fac. Sed si cōsistat in faciendo, & illud factū
cadat in speciale nomen maleficij, reus cōuentus actio
ne descendente ex illo maleficio tenet de casu. l. qui fur-
tum. ff. de cōdic. furti. & l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.
Qñ verò nō conuenit ex maleficio, sed ex cōtractu ini-
to inter partes, si delictū sit commissum in tota re, vel
illius respectu, tenet de casu. l. j. §. si rem. ff. depo. & est ra
tio, quia illa culpa trahit secum morā. vbi autem factū
illud non cadit in speciale nomen delicti, nō tenet reus
si res eodē modo fuisset interitura penes actorē, sicut
penes reum, vt d. l. si vehenda. §. j. & haec satis sint cir-
52 ca quartū effectū morę, secundū gl. & Doct. ¶ †Quin-
tus effectus morę assignatur secundū Doct. post gl. in
d. l. mora. qa in casu speciali punit hæredē recusantem
soluere portionem debitā filio in legitima sua institu-
to. Si ēm frater institutus in magna parte paternæ sub-
stantiæ sit in mora restituēdi fratri suo illud, quod sibi
relictū est pro sua legitima, cōdemnat ꝓpter morā ad
aliam tertiā partē quantitatis quæ fuerat relicta, vt l. si
quis in suo. in prima parte. C. de inoffic. testa. dicit tñ
ibi Salic. quòd illa mora nocet soli hæredi existenti in
mora, non autem nocet legatarijs, vt ibi in fi. illius pri
mæ partis. & est ratio, qm̄ haec poena nō est soluenda
de bonis hæreditarijs in præiudiciū legatariorū, etiam
hærede nō existēte soluēdo, qa legata debent ex dispo
sitione defuncti, & priusq̄ poena cōmissa, q̄ post mor
tem testatoris cōmissa fuit, & ꝓpter moram cōmissam
mortuo testatore debet. & est casus specialis, vt dictū
53 est. ¶ †Alios effectus morę extra dictā glo. l. mora. ad-
ducunt Docto. maximè ibi Alber. quorum vnus est,
quia per litis contestationē præcludit via ne exceptio
nes dilatoriæ possint ꝓponi, vt not. in l. si quidem. &
l. fin. C. de except. & l. exceptionē. C. de proba. ¶ Alius
est quia mora perpetuat actionē, vt Instit. de perpet. &
tempo. act. §. poenales. ¶ Alij duo similes effectus mo-
rę sunt in l. nō ab re. C. vñ vi. & in l. cōductores. C. lo-
ca. vbi inquilini, coloni, aut ex conducto seu precario
tenentes rem ab alio si vsq; ad sententiā restitutionem
morantur, condēnandi sunt vltra rei restitutionem ad
æstimationem eius. Nec possunt exceptionē dñij op-
ponere aduersus actorem, vt l. si quis cōductionis. C.
loca. & sentit glo. & Salic. in d. l. non ab re. & Dy. in re
54 gula, qui ad agendū. extra lib. vj. eo. tit. ¶ †Alius etiā
est effectus qui habetur in authen. hoc amplius. C. de
fideicō. vbi hæres intra annum à die monitionis iudi-
cis cōputandū non implens voluntatem testatoris iu-
re subnixam, priuatur hæreditate, excepta legitima de-
bita iure naturę, & applicatur ꝑsonis in illo text. p or-
dinem enumeratis, & vltimo loco defertur fisco. ¶ Est
tñ aduertēdū, q̄ vbi lex ipso iure exequit volūtatē te-
statoris, non habet locū punitio morę hæredis in casu
ꝑdicto. & rōnē ibi reddūt Odof. & Doct. qa postq̄ lex
executionē facit, nō est opus alia executiōe. facit l. liber
to. §. Largius. ff. de ann. lega. & potest dari exemplū de
his quæ trahunt secum executionē sine facto hominis,
vt est in legato libertatis, quia libertas relicta competit
seruo ipso iure, vt l. cum verò. §. subuentū. & l. non tan-
tum. §. sed & Artificuliano. ff. de fideic. liber. Idem est in
legato liberationis secundū Bald. in dicta authen. hoc
amplius. quia cum illius dispositio sit extraordinaria,
cessare debet vbi est ordinariū remediū executionis.

2.

l. in causę. ff. de mino. Satis ēm ꝓuisum est per legē lega
tario qui habet exceptionē peremptoriā. l. j. §. si debi-
tori liberano. ff. vt in poss. leg. & in l. si creditoris. C. de Alios
fideicō. vbi vide Docto. ¶ Alios autem effectus morę effe-
vltra prædictos, vt dicit Alber. in d. l. mora. quisq; cu- ctus.
55 riosus, & diligēs lector inueniet. ¶ †Esset deinde viden- Cui
dum, Cui mora nocet. & vt ex supradictis patet nocet mora
existenti in mora. Iste autem articulus tractat per Ca- nocet.
nonistas in d. c. mora. vbi est propriè tractandū. sed qa
Iurisconsultus in l. in cōdemnatione. §. vnicuiq;. J. isto.
tit. de hoc voluit regulam ad similitudinē cuius, & ex
eius vtero processit dicta regula, mora. ideo in d. §. vni
cuiq;. plenius iste articulus tractabitur, ne istas regu-
56 las inuoluamus. ¶ †Ideo transeamus ad alia istam ma-
teriam moræ concernentia, videlicet ad articulū, Vtrū
& qñ, & qualiter mora possit purgari quoad effectus
ante dictos. quæ materia per glo. & Doc. in multis lo
cis iuris tractatur in l. & si post tres. ff. si quis cautio. in
l. si insulam. & l. ita stipulatus. & l. si ita quis. §. Scia. ff.
de verb. oblig. in l. si pacto quo poenā. C. de pac. & l.
magnam. C. de contrahen. & cōmit. stipul. & alijs iuri-
bus quæ inferius allegabunt. ¶ Et pro declaratiōe ma-
teriæ est ante omnia præmittendū, secundū Io. de Imo.
in allegata l. si insulam. q̄ de æquitate solum admittit
purgatio morę in casibus in quibus admittitur. Non
autē de rigore, quia illo rigore considerato non videt
admittenda: qm̄ statim mora cōmissa ius quęsitum est
aduersario, cui sine facto suo nō debet prædictum ius
suum tolli, vel auferri, vt l. id quod nostrū. ß. isto tit. &
l. ij. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. si filiofa. §. mari-
tum. ff. solu. matri. & ideo vt dictū est de æquitate solū
videtur admittenda dicta purgatio, vt est text. in l. si ser
57 uum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. †& ex isto in hac ma
teria sumpsit Ang. de Perus. magnum fundamentū di-
cens propter hoc, q̄ vbicunq; reperit rigor scriptus in
specie impediens purgationē moræ, non debet admit-
ti ipsa purgatio, & suadente illa ęquitate, nisi illa æqui
tas etiā inueniretur scripta, iuxta nota in l. j. C. de legi.
& l. placuit. C. de iudic. & c. fi. extra de transac. qđ dictū
Angeli nō placet Io. de Imol. quia in hac materia pur
gationis morę plus debet concedi æquitati, quàm ri-
gori, vt datur pro regula in §. sequitur. & sic cum ha-
beamus æquitatem scriptā p modū regulę, non est in-
conueniens si specificus rigor alicuius legis possit per
æquitatē in genere scriptā limitari. arg. l. si quis seruo.
C. de fur. cū ibi notatis. & l. qđ verò. ff. de legi. & etiam
regulariter tātum operat expressum in genere quantū
in specie. l. si duo. ff. de admi. tuto. facit qđ not. per gl.
& Doct. in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. vbi
substitutio pupillaris cōprehensa sub cōpendiosa, vel
non implens. & §. si verò non fecerit. coll. j. & l. fin. §. &
si præfatam. C. de iur. delib. & ff. de succes. edict. l. j. §. sed
videndum. & §. Largius. & §. fina. & ff. quis ord. in bo.
posses. serue. l. pen. §. fin. faciunt quæ habentur in l. pri
ma, secũda, quarta, v. & fi. C. qui admit. ad bo. posses.
po. & ratio est in dictis casibus: quia in illis statuitur
certus dies & pœna, ideo non admittitur purgatio
moræ, vt superius dictum fuit, etiam si non fieret exe-
cutio à lege vel canone, secundum Ioan. de Imol. in d. l.
si insulam. ¶ Eiidem dicendum est, secũdum eum post
Angel. de executore constitutionum Synodalium, qui
intra tempus à iure vel homine statutum non imple-
uit quod debebat, iuxta illa quæ habenť in l. nulli. & l.
si quis ad declinandam. C. de episc. & cleric. & authen.
hoc amplius. C. de fideicommis. cap. nos quidem. cap.
si hæredes. cap. tua. & cap. Ioannes. extra de testamen.
Habet enim constitutio synodalis annexam diem &
83 pœnam. ¶ † Ad idem facit, quòd ille qui venit con-
tra iuramentum vel contractum iuramento firma-
tum, non possit moram purgare, per dict. l. si quis ma
ior. C. de trãsactionibus. quia, vt dicit Angel. à lege fa-
cta est executio periurij. Sed vt dicit Ioannes de Imol.

ista

ista ratio non stringit, vel infert quo ad aliam poenam
pecuniariam, de qua in dicta l. vnde cum ille text. non
videatur inhibere purgationem morae, deberet con-
trauenien admitti saltem ad illam: quia quamuis di-
catur, quòd iuramentum habet vim clausulae rato ma-
nente pacto, per illam l. quae ad hoc reputatur singula-
ris, secundum Docto. tamen ibi non videtur impediri
purgatio morae. Sed secundũ Io. de Imol. licet expresse
hoc non dicat, illud tñ videtur esse de mente illius legis
in quantũ voluit, quòd in odium periurantis habeant
locũ oẽs poenę in illa lege declaratę, quę copulatiuẽ, &
eodẽ tempore interpositę videtur: quia si aliter posset
mora purgari quo ad poenã pecuniariã, nõ esset aliqd
speciale in periurãte. quod est cõtra mentẽ illius text.
qui voluit illas poenas copulatiuẽ, & eodẽ tpe simul
habere locũ. facit secũdũ eundẽ Io. de Imol. in arg. illud
quod habetur in l. iam hoc iure. ff. de vul. & pupil. sub
stit. ¶ Et notare debetis, & menti tenere, q̃ poena d. l. si
quis maior. nedũ habet locũ in transactione, sed in qua
libet conuẽtione iurata, & cõtractu firmato iuramen-
to, quatenus potest cadere in ipso cõtractu dispositio
d. l. secũdũ Bal. ibi, & Docto. quia ille tex. loqtur gene-
raliter, cũ dicit pacta &c. quod sequit̃ Io. de Imol. in alle
gata l. si insulã. dum tamẽ iuramentum apponat̃ super
cõuẽtione libera ab initio sicut esse debet, vel. sicut. C.
de actio. & oblig. quia secus esset si apponeretur super
conuẽtione vel transactione facta secũdũ formã statuti,
vt probat tex. d. l. si quis maior. ibi, nullo cogẽte impe
rio. & idẽ tenet ibi Salic. quod dicit esse valde notandũ
propter cõtractus in quibus apponit̃ iuramẽtũ, quod
etiam habet vim clausulae, vt si actus nõ valeat eo mo
do quo agitur, valeat vt valere potest, vt est tex. singu-
laris in l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. ij. & ibi per
Bar. & per ipsum in d. l. si quis maior. & Io. de Imol. in
repetitione c. cũ cõtingat. extra de iureiurã. qui in d. l. si
84 insulã. post Bal. dicit† limitandũ esse quod dictũ est,
non posse morã purgari, quando interuenit iuramẽtũ
nisi subsit iusta causa purgationis morae, arg. d. l. fi. ff.
qui satisd. cog. vel vt dicit Alex. de Imo. & non male, be
ne consideranti patebit, quòd dicta iusta causa potius fa
cit q̃ nõ incurrat̃ poena, vbi adest iusta causa, q̃ faciat
85 admitti purgationẽ morae. † Voluit etiã Bald. in l. qui
crimẽ. C. qui accus. nõ pos. xj. q. q̃ de aequitate canoni-
ca semper possit mora purgari non obstãte iuramẽto,
per illud, quod notat gl. xxxij. q. j. c. apud misericordẽ.
& glo. xxij. q. ij. c. beatus. facit quod habet̃ in d. c. senten
tia. extra de poe. Quod Alex. de Imol. intelligit fore ve-
rum in foro poenitẽtiali, & procedat opinio Bald. Sed
in foro iudiciali, etiam de iure canonico, seruaret̃ illud,
quod habetur in d. l. si quis maior. quia cõtrariũ nõ re
perit̃ decisum iure canõico. Ad quod facit illud qđ ha-
betur in c. j. extra de no. ope. nũti. & pręsertim quia vbi
à iure cõmuni fit executio poenę, nõ potest mora pur-
gari, per ea quae fuerũt superius allegata secũdũ Ioan.
And. in d. c. mora. & d. c. cupientes. §. q̃ si per xx. & ita
intellexit Archi. super d. glo. in d. c. apud misericordem.
intelligens etiã dictã glo. & ipsius dictũ, quando iustũ
impedimentũ superuenit iuramẽto: quia tũc nõ incur-
rit periuriũ, nec poenã, arg. d. l. fi. ff. qui satisd. cog. & fa-
cit ad hoc in arg. xxiij. q. viij. c. si nulla. & de consecra. di
stinct. j. c. sicut. & l. fi. ff. de arbi. quae sic debet intelligi se
86 cundũ eundẽ Archi. quẽ vide. ¶ † Fallit praeterea praedi
cta regula affirmatiua, quando deductum in primiti-
ua obligatione non potest praestari propter eius inte-
ritum: quia interijt periculo debitoris, vt est casus sin-
gularis in d. l. sancimus. in fi. C. de fideiusso. ideo secun-
dum Angel. non est admittendus debitor volens sol-
uere aestimationem, illam offerendo: quia illa aestima-
tio à principio non fuit in obligatione. ideo oportet
ipsam rẽ offerri, vt sentit glo. notabilis in l. iij. §. fi. super
verbo, edicto. ff. de alie. iudi. mutã. cau. fac. Bart. tamen
in d. l. si insulam. in vij. quaestione, tenuit contrariũ, &
ipsum sequutus est Bald. in l. si traditio. q. viij. C. de a-
ctio. emp. & vend. per d. l. cum res. §. sed si Stichus. ff.
de lega. j. Ille tamen tex. secundũ vtrunque de Imol. ni-
hil de hoc probat: quia ibi haeres, qui ad rem legata-
rio tenebatur, non erat in mora. imò potius text. vult
oppositum, & videtur tenere glos. & Docto. in l. Sti-
chum. in princip. super verbo, constitutum. ff. de solu-
tio. Nec etiam obstat illud, quod dici posset pretium
succedere loco rei, vt l. si & rem & pretium. ff. de peti.
hęred. quia vt ibi aperte patet, hoc verum est in vniuer
salibus iudicijs: secus in singularibus, vt l. venditor. ff.
de haered. vel actio. vend. & pro prima opinione An-
gel. contra Barto. & Bald. videtur text. in l. si seruum. §.
sequitur. ff. de verborum obliga. vbi re perempta etiã
quo ad euitandam poenam non potest mora purga-
ri. Pro concordia tamen opinionum potest dici secun
dum vtrunque de Imol. quòd si debitor propter factũ
suum abstulit sibi facultatem purgãdi moram: vt quia
interemit rem, puta seruum, vel ita est quòd verisimile
sit eam rem non fuisse aequẽ perituram apud actorem
sicut perijt apud reum, procedat opinio Angel. quia
non est aequum, quòd dicto reo subueniatur. & ita lo
quitur dictus §. sequitur. aliàs opinio Bart. sit vera:
quia qui offert aestimationem vel interesse, rem ipsam
videt̃ offerre, vt l. stipulatus es opus. ff. de fideius. secun
dum inductionem illius text. quam facit Barto. in l. sti-
pulationes non diuiduntur. quaestio. ix. de verborum
87 obliga. ¶ † Fallit vlterius dicta regula affirmatiua, quã
do illud, quod deducitur in stipulatione primitiua, de- Alia
bet stipulatori praestari, poena verò tertio secundũ An fallen-
gel. per l. j. §. fi. ff. de stipul. ser. & idem tenet Bald. in d. l. tia.
& si post tres. in fin. lecturae, & Salice. in allegata l. si
pacto quo poenam. & in dict. l. magnam. Quod dicit
procedere, vt recitat Ioan. de Imol. & esse verum, nisi Limita
tertius ille subiectus esset iuri stipulatoris, vt quia esset tio.
seruus vel monachus, aut filiusfamil. ex causa profecti
tia, in qua hodie nihil est innouatum, vt l. cum opor-
tet. in princi. cum ibi notatis. C. de bo. quae liber. quia
isto casu stipulator censeretur sibi poenam stipulatus,
per l. quod dicitur. & l. dominus seruo. ff. de verborum
obligation. & sic in effectu diceretur sibi poena pro-
missa, ideo secũdum dictam regulam admitteretur pur
gatio morae ante litis contestationem, vt dict. l. si insu-
88 lam. † Et idem esset si stipulatori esset promissa poena,
& tertio ipsum principale, vt poni potest exemplum
de l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligation.
quo casu admittitur purgatio morae: quia satis est, q̃
illi impleãt promissio cui voluit stipulator impleri, vt
dicit Angel. esse casum in dict. l. qui Romae. §. Flauius
Hermes. extra autem dictos duos casus nõ admittere-
tur purgatio morae, secundum eum, quando principa
le stipulatori promittitur, & poena tertio, per dict. l.
j. in fin. ff. de stipul. seruo. Sed vere ille tex. nihil loqui-
tur de purgatione morae, quicquid dicat Angel. ideo

Bart.in viij.q.d.l.si insulam.dicit in dubio semper pos
se morã purgari ante litẽ contestatã:quia illa verba,si
non dederis &c.intelligi debẽt si dare non potueris.l.
iij.§.j.in fi.ff.de ali.leg.Nisi aliter constaret clare de men
te contrahentium,quo casu indistincte prohibita esset
purgatio moræ,arg.l.fi.ff.de transact.Sed Io.de Imol.
in allegata l.si insulam.dicit quod iura quæ allegat Bart.si
bene videantur non probant dictum suum,quia in il-
lis eadem res erat in dispositiõe principali & pœnali,
sed hic erat secus:quia vni debetur pœna,& alteri res,
& sic ius est diuersum. Bal.etiã in d.l.si insulam.sic ibi
per Ioan.de Imo.recitatus sibi ipsi contrarius tenet in-
distincte moram posse purgari eo modo,quo posset
si in vtraque persona cõcurreret vtraque stipulatio.per d.
§ Flauius Hermes.vbi est casus secũdũ eũ.Nec obstat
vt ipse dicit,si dicatur quod obligatio est alteri quæsita ad
pœnã propter morã,quæ nõ debet ei tolli.l.id quod
nostrum.ĩ.isto tit.& l.ij.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu
ris.quia illud dicit procedere si esset incõmutabiliter
quæsita,sicut non est in casu isto,sed cum modificatio
ne si mora non purgetur,vt ibi patet.Ad hoc facit se-
cundũ Ioã.de Imol.illud,quod habetur in l.sed & si is.
in tex.& glos.ff.de vsufruc.& sic concludit,quòd opi-
nio ista quæ fuit Bal.contraria primæ suæ de qua su-
pra dictum est,sit vera contra opinionem Angel.Nec
obstat dict.l.j.in fi.ff.de stipula.ser.quia,vt dictum est,
non dicitur ibi an mora possit purgari,sed solum,quod
stipulatio pœnalis commissa fuit propter moram:&
si agatur ex primitiua,obstabit exceptio.sed non nega
tur ibi reum posse soluere si velit id quod erat in primi
tiua.& quia æquitas suadet posse purgari morã,sicut
& quando in eadem persona vtrunque versatur:quoniã
vt dicit Ioan.de Imol.eadem est ratio,cum pœnę sint
odiosæ,vt dictum est superius & allegatum,sequitur
quòd possit mora purgari quicquid velint tenẽtes cõ-
trarium.& ista sint satis de primo tempore ante litem
89 contestatam.¶†Videndum est nunc de secundo tẽpo
re,scilicet post litem contestatã,& hic sumi potest regu
la negatiua,quòd lite contestata nõ potest mora purga
90 ri,vt est tex.in d.l.si insulam.in secunda parte.†Hęc au
tem regula patitur fallentias,secundum Bar.& Docto *Primo fallit.*
res.Primo si mora fuit contracta post litis contestatio-
nem,& non ante,vt l.si maior.iuncta ibi glo.& nota-
tur per Bald.& Docto.ibi post Pet.& in l.siue apud
acta.C.de transact.Et huius regulæ negatiuæ impediẽ
tis purgationem moræ redditur ratio per Doct.quia
per litis contestationem quasi contrahitur.l.iij.§.idem
scribit.ff.de pec.notatur in l.ij.§.fi.ff.de præto.stipu.&
iudicium suscipit incrementum.l.amplius.ff.rem ra.
hab.& in authen.de litigios.§.si verò apud iudicem.col
la.viij.& sequi debet sententia super eo super quo fuit
lis contestata,cũ sit de substantialibus iudicij,vt l.pro-
latam.C.de senten.& interlo.omn.iudi.Ideo lite conte
stata non sufficit offerre aliud super quo non est facta
contestatio.quæ ratio concludit etiam si per litis con-
testationem sit tantum mora contracta,scilicet quia an
te non præcessit,secundũ Ioan.de Imol.iuxta ea quæ
habentur in text.& glo.in l.vinum.ff.si cert.pet.& l.iij.
§ in hac.ff.commod.& l.in hac.ff.de tritica.vbi autẽ
mora contracta est post contestationem potest purga
ri vsque ad sententiam,per iura allegata secundum An
Secundo fallit 91 gel.& Io.de Imol.¶†Secundo fallit in casu l.iij.§.fi.ff.
iudi.sol.cum l.seq.& huius fallentię ratio tangitur per

Barto.in d.l.si insulam.in secũda oppositione secundę
92 partis.¶†Tertio fallit in l.hoc edicto.ff.de publi.licet *Tertio fallit.*
possit dici,quòd ibi loquatur de pœna non conuen-
tionali,sed legali,& de pœna proueniente ex delicto,
licet obstare videatur l.qui ea mente.ff.de fur.sed vide
per Cyn.in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.&
cler.& Docto.in l.prima.C.de cri.stellion.vel,vt dicit
Ioan.de Imol.super glos.fi.dict.l.si insulam.prædicta
l.hoc edicto.loquitur in edicto de publicanis,cuius a-
ctio videtur esse arbitraria,ideo facilius admittitur in
ea purgatio,per illa quæ habẽtur in l.si cum exceptio
ne.§.quatenus.& § hæc actio.ff.quod met.causa.vel,
vt ipse Imol.dicit,vbi volens impedire purgationem
moræ,ad hoc vt consequatur pœnam,certat de mero
lucro,ei non fauetur.Sed quando pœna non consistit
in mero lucro,sed est loco interesse,plus fauetur volen-
ti illam pœnam consequi,argum.l.fin.§.licentia.C.de
iur.delib.& sentire videtur Barto.in dict.l.hoc edicto.
93 ¶† Quarto fallit,vbi soluitur illud,quod fuit petitũ: *Quarto fallit*
quia vt dicunt Docto.& recitat Ioan.de Imol.non est
tunc tã purgatio moræ,quàm debiti petiti solutio,vt ha-
betur in §.fina.Institu.de perpe.& tempo.actio.& l.si
reus paratus.ff.de procur.& l.prima.ff.de actio.empt.
& vend.secus est,quando vnum petitur & aliud offer
tur,vt in casu dictæ l.si insulam.quia ibi petebatur in-
teresse,ad quod erat obligatio contracta post moram,
& reus lite cõtestata volebat soluere ipsum factum ædi
ficando insulam,quod non potest,nisi ante litem con-
testatam in ipso interesse.& illum dicit Barto.esse ve-
rum intellectum illius legis,quamuis aliqui,vt ibi re-
citat Angel.intellexerint ibi fuisse actum ad fabricam
insulę,quod non est verum:quia tunc statim insulam
fabricando deberet reus absolui ab obseruatione iudi
cij debito soluto,per iura statim allegata.Nec obstat l.
sed si alia.ff.de constitu.pec.vbi vsque ad litis contesta
tionem videtur solum per reum posse moram purga
ri offerendo illud,quod petitur:quia secundum Bart.
post Raine.illud tantum offerebat reus,vt periculum
interitus transiret in actorem:quia ad illum effectum
hoc non sufficit,nisi vsque ad litem contestatam:secus
si velit purgare moram soluendo illud,quod petitur,
vel deponendo & consignando.& secundum Ioan.de
Imol.post defensari,quòd post litem contestatam suffi-
ciat sola oblatio realis,quia verbalis non sufficeret per
illud,quod habetur in l.prætor.§.si quis paratus.ff.de
no.ope.nunti.& l.acceptam.C.de vsur.& l.obsigna-
tione.C.de solutio.purgatio enim moræ,vt superius
dictum fuit,fundatur super æquitate,per dict.l.si ser-
uum.§.sequitur.de verborum oblig.Sed æquitas sua-
det,quòd si reus realiter offerat etiam lite contestata,quod
debeat transire ámodo periculum in actorem,per quẽ
stat ne impleatur quod debetur.Ad quod facit l.illud.
ff.de peri.& commod.rei vendi.vbi dicitur simplici-
ter,quòd vltima mora nocet.Addit etiam,quòd in d.l.
sed si alia.iuncta l.præcedenti.in fin.verba Iurisconsul
ti non solum ad tempus constituti sint referenda,sed ex
mente legis etiam ad tempus posterius referantur:si ta
men postea steterit per actorem,actori nocebit.& idẽ
dici debet,quando tempore accepti iudicij reus con-
stituitur in mora per litis contestationẽ,per iura supe-
rius allegata.Idẽ esset si ante tẽpus accepti iudicij actor
interpellaret reum:quia ante interpellationẽ non esset
in mora.& sic cum vtroque tempore sit eadem ratio,

eadem iuris debet esse dispositio.l.illud.ff.ad l. Aquil.
facit d.l.illud. de pericul.& cōmod.rei vendi.& secun-
dum Ioan. de Imol.non est verisimile,quòd actor qui
fuit litem contestatus, & eam prosequitur,vt habeat
quod petit, recuset recipere petitum si sibi realiter offe
ratur:iura autem ad verisimilia debent adaptari.l. fin.
ff.quod met.causa.& ad illa quæ verisimilius frequen
tantur.l.nam ad ea.ff.de legi.& l.semper in stipulatio-
nibus.§.isto titu.& sic secundum eum melior videtur
opinio antiquorum,qui tenebant post litem conte-
statam posse moram purgari, quando offertur illud,
quod petitur:secus quando vnum petitur,& aliud of
fertur,vt dicta l.si insulam.secundum verum eius intel
94 lectum.¶ †Superest,vt videamus de tertio tempore,
scilicet an post sententiam admittatur purgatio moræ.
& hic secundum Ioan.de Imol.potest sumi regula ne-
gatiua,scilicet quòd nō potest purgari post illud tem-
pus:quia si regulariter,vt dictum est,non possit pur-
gari post litis contestationem,multo minus post sen-
tentiam,arg.illorum,quæ habentur in authent.multo
95 magis.C.de sacrosanct.eccles.† Patitur tamen hæc re-
gula fallentias.Prima est si quis fuerit contumax in nō
cōparendo coram iudice ad audiendum sententiam,si
iudice adhuc sedēte pro tribunali veniat etiam lata sen
tentia audietur appellans,& fingetur non contumax,
vt l.diuus.ff.de resti.in integ.vel vt dicit Ioan.de Imol.
non debet hoc proprie dici purgatio moræ considera
ta dicta fictione.Circa hoc tamen pro latiori doctrina,
vide Barto.in l.ex consensu.§.fin.ff.de appella.& in l.
fin.ff.de in integr.restitu.& Bald.atque doctores in l.
properandum.§.sin autem reus.C.de iudi.& glos.&
Ioan.de Imol.& Docto.in clemen.vnica.extra de dol.
96 & contuma.†Secūdo fallit in l.fideiussor.ff.de except.
dol.vbi secundum vnum intellectum fideiussor fuerat
condemnatus ad interesse ratione euictionis factæ de
prædio, & tamen liberatur præstando dictum præ-
dium pro interesse.& est illa l.singularis.& rationē Bar
to.reddit in tertia oppositione secundæ partis dictæ l.
si insulam.quia in dict.l.fideiussor.erat debiti solutio,
& nō propriè purgatio moræ:quia ibi debebatur quā
titas respectu certæ speciei,vt ipse etiam ibi soluit ad
contrarium,quod format de l.habere licere.ff.de eui-
ctio.vbi reus erat cōdemnatus ad pœnam meram du-
pli,non autem ad interesse.& ad argumentum,quod
fit in aduersum,quòd inuito creditore aliud pro alio
solui non potest,vt l.secunda.ff.si cert.pet.Responde-
tur,quod illud ideo cōtigit in d.l. fideiussor. quia ibi nō
erat obligatio principaliter ad pecuniam,sed respectu
certæ speciei,vt dictum est,ideo liberatur ipsam soluē
do,per text.qui ad hoc solet allegari in l.si verò nego-
tium.§.si.ff.solu.matrimo.& ibi Ioan.de Imo.& Paul.
de Cast.& idem voluit Ang.addēs quòd in prædicta
l.fideiussor.solutio prædij eandem oīno vtilitatem af-
fert actori, & potest fingi prædium non euictum,quā
do fit ipsius præstatio. & eandem rationem adducit
Bal.recitatus per Ioan.de Imol.in sæpe dicta lege,si In-
sulam.scilicet quòd præstatio rei affert eandem vtilita-
tem,quam faceret pręstatio pecunię,quod dicit esse no
tandum.vel potest dici secundum Ioan.de Imol.quòd
quando quis est obligatus ab initio ad pecuniam re-
spectu certę speciei,admittitur soluens ipsam speciem,
vt dict.l.si verò negotium.§.fin. Sed si ab ipso initio
non est obligatus ad pecuniam respectu certæ speciei,
sed ad aliud,verūtamen ex post facto propter moram
obligatur ad pecuniam,tunc vt mora aliquid opere-
tur,& sit nociua illi qui moratur, non admittitur vo-
lens illam purgare,nisi vsque ad litis contestationem su-
per ipso interesse. & sic, vt dictum est, loquitur dict.
l.si insulam.ex quibus colligitur intellectus dictæ l.fi-
deiussor. quia ibi fideiussor promiserat interesse,si se-
queretur euictio prædij,& sic erat obligatus ad pecu-
niam respectu certę speciei. Non est igitur mirandum
si admittatur ad solutionem speciei,vel vt ibi sentit gl.
speciale est in fideiussore, qui alieno facto laborat,vt
etiam in præcedentibus dictum fuit,argum.l.legē.C.
de na.liber. & dict.l.sancimus.C. de fideiusso.cum ibi
97 notatis secundū Ioan.de Imol.†Tertio fallit dicta re- Tertia fallētia
gula negatiua,quando mora esset contracta post sen-
tentiam secundum Angel.qui ponit exemplum,quā
do vnum est in obligatiōe,& aliud in solutione ex dis
positione legali,vt l.item veniunt.§.cum prędiximus.
& §.seq.ff.de peti.hæred.& reddit rationem:quia tunc
forma condemnationis est, quòd condemnatur reus,
vt det illud, quod consistit in obligatione, aut soluat
illud,quod est in solutione,vt l.miles.§.decem.ff.de re
iudic.vt est exemplum in actione noxali, quæ non da
tur ad deditionem, sed ad emendationem damni,quæ
sola est in obligatione.Sed deditio pro noxa est in so-
lutione ex potestate legis, vt ibi notatur per Ioan.de
Imol.& Docto.ideo dicebat Angel. quòd poterat mo
ra purgari donec petatur executio iudicati:quia mora
contrahitur post latam sententiam.Sed secus esset si an
tē mora contraheretur:quia tunc post sententiam non
purgaretur.allegat text.in l.si seruus cōmunis.ff.de no
xal.secus etiam quando ex conuentione partium vnū
est in obligatione, & aliud in solutione:quia tunc peti-
tio actoris & iudicis sententia debet continere dari il-
lud,quod est in obligatione,non autem vt illud detur
vel illud,quod est in solutione,ideo tunc vsque ad litem
contestatam solum admittitur purgatio moræ, vt l.si
quis stipulatus fuerit decem in melle.ff.de solutio.ta-
men Ioan.de Imol.in d.l.si insulam.dicit se non videre
quare magis,quando ex legali dispositione vnum est
in obligatione, & aliud in solutione,non constituatur
quis in morā per interpellationem ante sententiam,quàm
per aliam viam,ideo putat quòd ratio Ange.nō sit ve
ra ratio illius §.cum prædiximus.& seq.Sed secundum
eum potest esse ratio:quia postquam ex dispositione lega
li ab ipso initio vnum est in obligatione, & aliud in so
lutione,reus debet posse variare etiam post sententiam,
argum.l.cum qui certarum.§.primo.ff.de verborum
oblig.Non habet tamen illam potestatem variandi vs-
que ad executionem,prout habet ibi,ideo quia vtrun-
que erat alternatiue in obligatione,hic autem alterum
tantum,vt dictum est,licet ex dispositione legis posset
aliud soluere,vt patet in dict.l.miles.§.decem. sed secus
est,quando vnum est in obligatione, & aliud in solu-
tione ex dispositione hominis: quia tunc duntaxat
audiretur vsque ad litis contestationem,vt supra di-
ctum fuit. Quia mitius agitur cum lege quàm cum
homine,vt l. Celsus.ff.de arbitr. Etiam attendendum
est ad dict.l.si seruus communis.ff. de noxal. quia ibi
quilibet dominorum insolidum obligatur. ad de-
fendendum seruum in iudicio noxali, & hoc ne ve-
niatur ad inconueniens.l. in executione.§. pro parte.
ff.de verborum obligationibus.quia tamē obligatio

illa prouenit ex facto alieno, scilicet serui, subuenitur dominis, vt possint ab illo iudicio liberari cedendo parti suæ ante litem contestatam, sed non postea fundato insolidum iudicio contra illum qui fuit conuentus: quia, vt superius dictum est, per litis contestationẽ quasi contraxit, per iura quæ fuerũt allegata. Ideo per hoc videtur ille conuentus se insolidũ obligasse secundum Ioan. de Imol. qui credit proprie illam fuisse rationem d. l. si seruus cõmunis. ideo non est rationabile q̃ post litem contestatam audiatur volens cedere parti suæ. est & notanda sententia Bal. in tit. quo, tẽ. mil. inuesti. per. deb. q̃ ideo in principio iudicij mora purgatur, & non in fine regulariter: quia in principio apponitur pœna, vt reus metu pœnę compareat, cum prætoris sit sentẽtia, quòd lis sentẽtialiter dirimatur. quod non potest fieri, nisi iudicium habeat suam formã, per comparitionem personarum. ideo admittitur purgatio morę: quia eam purgando habetur effectus intentus per prætorem: sed in fine res est iam decisa, in quo consistit proprie rigor iudiciorum, vt l. si prætor. ff. de iudi. & dicta l. Celsus. ff. de arbi. & hæc de tertio & vltimo tempore purgationis morę. Tandem Io. de Imol. post Angel. colligit aliquas conclusiones in hoc articulo, quæ facile ex præcedentibus elici possunt, ideo non videtur necessariũ illas recitare. Alios casus in quibus potest vel non potest mora purgari, vide in iuribus allegatis per glo. Ioan. And. in d. regula, mora. extra eo. tit. lib. vj. & per glo. super verbo, mensem. & ibi Ioan. de Imol. & Docto. in cle. vnica. extra de concess. præben. Supradicta autem sufficiant super ista regula loco repetitiõis. Gulielmus Maynerius iuriũ Doctor.

Summarium.

1 Testamentum quid.
2 Sententia multis modis sumitur.
3 Testamenti quadruplex perfectio. & nu. 4. 5. & 6.
7 Testamenti appellatione veniunt codicilli.
8 Codicillis non potest directò dari nec adimi hereditas, & numero 11.
9 Testari prohibitus prohibetur codicillari.
10 Extensio quando fieri possit in separatis.
12 Mors ciuilis est multiplex. & nu. 13. & 14.
15 Religionis ingressus quando habeatur ꝓ vera morte.
16 Testamentũ an consideretur vt quid intellectuale vel materiale.
17 Testamentum idem censetur etiã si pluries ingrossatũ.
18 Testari simul plures possunt eodem scripto.
19 Testamẽtorum duplex genus, scriptum, & nõ scriptũ.
20 Testamentum siue scriptum siue non, septem testes requirit, nisi in casibus. & nu. 21. 22. & 23.
23 Pestis tempore testamentum an requirat solennitates, & numero 26.
24 Rusticorum appellatione veniunt etiam nobiles rus incolentes.
25 Testamentum detenti à tyranno an requirat solennitates.
27 Testamentum an iure canonico requirat septem testes. & numero 30. & 31.
28 Parochialis sacerdotis præsentia tollit suspicionem fraudis.
29 Testamentum cum tribus testibus sine presbytero parochiali non valet iure canonico.
31 Testes plures quàm duo quando requirãtur etiam iure canonico.
32 Testamentum nullum an sit testamentum.
33 Instrumentum publicum in quo sunt septem testes descripti an probet testamentum.
34 Testamenti solennitas an probetur, eò quòd duo vel tres testes ita deponant. & nu. 35.
36 Iuramentum an deferatur in defectum probationis in vltimis voluntatibus.
37 Testes duo sufficiunt ad probandum id quod extrinsecus aduenit testamento.
38 Solennitates quæ sunt in testamentis obseruandæ. & numero 40.
39 Fœmina non est idonea testis in testamento.
40 Testes qualiter in testamentis debeant esse rogati. & numero 41. & 42.
43 Testamentum non præsumitur, nisi probetur.
44 Testes debent videre testatorem. & nu. 46.
45 Cæcus an & quando possit esse testis.
47 Testes retro cortinam valent in contractibus, sed non in testamentis.
48 Priuilegium quòd coram duobus testibus quis possit testari, an valeat.
49 Testamentum cum duobus testibus an consuetudine vel statuto possit validari. & nu. 50.
51 Testamentum certo modo secundum consuetudinem loci factum, an alibi valeat.
52 Testamẽtum faciens in loco peregrino, cuius loci consuetudinem seruare debeat.
53 Priuilegium in dubio censetur concessum loco & personis.
54 Testamentum apud barbaros non more Romano factum an valeat.
55 Testes in testamento debent esse liberi.
56 Testis conditio an attendenda tẽpore quo adhibetur, vel tempore quo examinatur. & nu. 57. 58. 59. & 60.
61 Testes quomodo probent testamentum in scriptis, cuius tenorem ignorant.
62 Testis infamis qui bonæ famæ credebatur, an vitiet testamentum.
63 Instrumentum confectum ab eo qui putabatur, & nõ erat tabellio, an valeat.
64 Tabellio etiam ipso facto à lege priuatus potest conficere instrumenta ante sententiam priuationis.
65 Fœnerator an possit esse testis.
66 Hæredem an quis instituere possit spurium qui legitimus putabatur.
67 Testamentum scribens an possit esse testis.
68 Testamentum scribens an eo ipso censeatur esse testis rogatus.
69 Tabellio an sit de numero septem testium. & nu. 70.
71 Testamentum scribenti an possit quid legari.
72 Legatarius an possit esse testis. & nu. 73. 74. 75. & 76.
77 Pœnam falsi an incurrat qui in testamento nuncupatiuo sibi aliquid adscribit.
78 Monachus an possit esse testis in testamento.
79 Hæredis institutio quibus verbis fiat non refert, secus in substitutione. & nu. 80.
81 Testamentum non refert in papyro vel membrana scribatur.
82 Testamentum in abiecta charta scriptum præsumitur falsum.
83 Hæres an censeatur, cui bona relinquuntur.

Quandiu possit valere testamentum, tandiu legitimus hæres non admittitur.

QVIA textus huius literæ loquitur de testamẽto, s esset videndum † Quid sit testamentum.& tex. Instit. de testamen. in prin. dicit, quòd est testatio mẽtis. Sed hæc est quædam allusio vocabuli. ideo dici debet melius, Quòd testamẽtum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortẽ suam facere velit. Ita describit Iurisconsultus in l.j.ff.de testa. quam descriptionem quamuis aliqui voluerint impugnare, est tamẽ bona continens omne illud quod est de substantia testamẽti. Primo enim ponitur species, quæ describitur cum dicitur, testamentũ. Secundo genus cum dicitur, sen-
a tentia, † quia hæc dictio, sentẽtia, tanquam generalis prædicatur de multis, scilicet de sentẽtia iudicis, vt per totũ tit.C.de sent.& interlo.om.iud.& extra de sent.& re iudi. cum simili. multis. Item de sentẽtia legis, vt l.ex sentẽtia.ff.testa.tutel.& l.si deicõmissa. §.cum in fideicõmissis.ff.de lega.iij.& etiam de sententia cõtrahentium, vt l.impuberibus.§.præterea. ff.de suspect.tut. & de sentẽtia testatoris, quæ habet vim legis, vt d.l.j.ff.de testa.& in authẽ.de nup.§.disponat.colla.iiij. Dicitur enim meritò testamẽtum sentẽtia: quia sicut iudex litibus sua sentẽtia finem imponit, ita etiã testator de bonis suis disponendo dicitur iudicare, vt in c.licet.extra de sepul. libr.vj. & ibi per Ioã.Mona.& not.per Io.Andr.in c.in iudicijs.extra eod.tit.li.vj.& est tex.in l.Imperialem. §.habito.de prohi.feu.ali. per Frede. dum dicit tex. pro anima iudicare. Ponuntur etiam in dicta descriptione aliquæ differẽtiæ, quarum vna colligitur in verbo, voluntatis, ad differẽtiã verborũ enunciatiuorum, quæ nõ faciunt semper dispositionẽ, vt not. in l.ex hac scriptura.ff.de dona. vel etiam dicitur ad differentiam sentẽtiæ iudicis, quæ nõ debet esse sententia voluntatis, sed iustitiæ, vt l.illicitas. §.veritas.ff.de offi.præsi. cũ ibi notatis. & in c.cum æterni.extra de senten.& re iudic. lib.vj. cum similibus. Et dicitur vltima voluntas, nõ quòd semper fiat in mortis articulo, sed quia per mortem testatoris cõfirmatur: quia est ambulatoria vsq; ad mortem, vt l.iiij.ff.de adimen.& transferen.legat.& l.j.C.de sacrosanct.eccle.& l.sancimus.C.de testa.& in c.cùm Marthæ.extra de celeb.mis.& xiij.quęstio.vltim.c. vltima voluntas. transit enim per mortem testatoris testamẽtum ad irreuocabilitatem, & sic dicitur vltima volũtas, quæ facta est ante mortẽ, nec est reuocata, vt dicta l.sancimus.& notatur per glos.in l. omnium.eod.titul. Et in epistola Pauli ad Hebræos c.ix. Alia differentia ex verbo, iusta, colligitũ, quod exponit glos.in dict.l.j.ff.de testa. id est, solennis vel legitima. vel secundum Bald. ibi, iusta, id est, perfecta: quoniam, vt ipse dicit, & post eum Paulus de Castr. testamentũ conditum ab habente testamenti factionem, quod in primis requiritur, vt l.si quęramus.ff.de testa. cum ibi notatis per glos.& Docto-
8 † habet quadruplicem perfectionem, vnam scilicet

Quid sit testamẽtum §.

Testamentũ ex eo dicitur sententia,

circa materiam,vt cõpletẽ & perfectẽ teſtatoris vo
luntas explicetur:quia aliàs non valet,vt l.ſi is qui.
& l.ex ea.ff.de teſta.& l.cum pater. §.cum imperfe-
cta.ff.de legat.ij. & l.fideicõmiſſa.§.j.& l.ex imper-
fecto.ff.de legat.iij.& l.ex imperfecto.C.de teſtamẽ.
4 †Secundam perfectionem habet teſtamẽtum circa
formam, quæ conſiſtit in inſtitutione hæredis, ſine
qua teſtamentum non valet , quia eſſet ſine capite.
quod diceretur abſurdũ,vt l.proximẽ.ff.de his quæ
in teſta.delen.& l.fin. ff.de iure codicil. & l.quoties.
ij.reſponſo.ff.de hære.inſtit.& Inſtit.de lega. §.ante
hæredis.& Inſtit.de fideicõmiſ.hæredi.§.in primis.
5 †Tertia requiſita perfectio in teſtamento reſpicit
legis ſolennitatem.l.codicillis.§.fin.de legat.iij.& l.
6 nemo.§.fin.ff.de legat.j.†Quarta perfectio reſpicit
teſtamenti confirmationem, quæ eſt quando teſta-
mentum tranſit ad irreuocabilitatem.quod contin
git,vt dictum eſt,per mortem teſtatoris,vt iuribus
allegatis.Quia viuens non habet hæredem,vt l.nec
nos.C.de capti.& poſtli.reuer.& l.ſi quidem. C.ſo-
luto matr.Item quando nõ poteſt reduci ad cauſam
inteſtati propter aditionem hæreditatis,per quam
ſemel hæres non deſinit eſſe hæres. l.& ſi ſine. §.ſed
quod Papinianus.ff.de minorib.& l.ei qui ſoluẽdo.
ff.de hæred.inſtit.& facit l.ſi in alienum.§.in extra-
neis.cum ibi notatis per gloſ.& Docto.eodem tit.
gloſ.verò in dicta l.j.ff.de teſtamen.& Inſtit.eod.tit.
in princip.ſubaudiuit ad iſtam deſcriptionem teſta
menti , cum inſtitutione hæredis: aliàs non diſcer-
neretur teſtamentum à codicillis vel donatione cau
ſa mortis:quia in illis declaratur voluntatis noſtræ
iuſta ſententia.& cum gloſ.dictis cõmuniter tranſe-
unt Docto.excepto Bart.qui dicit non eſſe veriſi-
mile Iuriſconſultum poſuiſſe diffinitionẽ teſtamen
ti imperfectam,ideo ſaluat eam propter dictũ ver-
bum,iuſta,poſitũ in ea: quia exponitur,vt dictum
eſt,id eſt,perfecta,ſicut aliàs exponitur in l.cum fi-
lio.§.fin.ff.de legat.iij. Conſtat autem,quòd diſpo-
ſitio teſtatoris eſt perfecta,quæ continet hęredis in-
ſtitutionem,vt iuribus ſuprà allegatis. Et ſic ex di-
ſpoſitione iuris ſatis includitur in dicta diffinitio-
ne hęredis inſtitutio.& hanc opinionem Bartoli ſe-
quitur Bald. quæ non placuit ibi Paulo de Caſtro,
imò,quicquid ipſi dicant,ipſe tranſit cum dictis gl.
quod debet ſubaudiri in dicta deſcriptione,cum in-
ſtitutione hæredis:quia per hoc diſcernitur teſtamẽ
tum à codicillis.legatum enim in codicillis factum
poteſt dici volũtatis noſtræ iuſta,id eſt,perfecta ſen
tentia,conſideratione habita ad illã perfectionem,
Appellatiõe teſtamẽti. 7 quæ requiritur in codicillis. †Aduertendum eſt ta-
men quòd appellatione teſtamẽti largo ſumpto vo
cabulo comprehenduntur codicilli,ſecundum Sali.
in l.filij.C.famil.erciſcun.quod adducit ad quęſtio-
nem de eo,qui emit fundũ ab eccleſia cum poteſta-
te illum relinquendi in ſuo teſtamento cui voluerit,
quòd poteſt relinquere in codicillis , vt ibi per eũ.
Ex quo etiam dicit Bald.in allegata l.j.ff.de teſtam.
quòd poteſt ſaluari inſtrumẽtum notarij,in quo re-
peritur ſcriptum,quòd Titius ſuum condidit teſta-
mentum,in quo reliquit Caio decem:quia per hoc
non vitiatur diſpoſitio,quamuis ibi non continea-
tur inſtitutio hæredis : quoniam in hoc quod dicit
teſtamẽtum,largẽ debet exponi,vt etiam compre-
hendat codicillos,cum hoc verbum,teſtamentũ,ſit
generale ad omnem ſpeciem vltimæ voluntatis,ſe-
quendo alluſionẽ vocabuli,quæ eſt, vt ſuperius di-
ctum fuit, teſtatio mentis,& non propriam ſignifi
cationem,dato etiam quòd in eo eſſent deſcripti ſe-
ptem teſtes.quod ibi ſequitur Paul.de Caſtr.dicens
tamen æquum eſſe, quòd ſi ibi contineretur inſtitu
tio hæredis,& non eſſent adhibiti ſeptem teſtes,vi-
tiaretur,vt l.ſi vnus.& l.hac conſultiſsima.C.de te-
ſtamen.quia ex eo,quòd teſtator inſtituit hęredem,
patet quòd voluit facere teſtamentũ propriẽ ſum-
ptum,& non codicillos : ideo non valet,ſi non fuit
teſtatus vt debuit. facit l.nõ codicillum.C.de teſta.
8 †In codicillis enim non poteſt adimi nec dari dire-
cto hæreditas,vt l.ij.C.de codicillis.ideo non valet
vt teſtamẽtum propriẽ ſumptum, nec vt codicilli:
quia teſtator voluit teſtamentum facere,ſed defecit
in forma, qui defectus in vltima voluntate, ſecun-
dum communiter Doct.in dicta l.non codicillum.
& in l.j.ff.de iure codicil. facit vt ſi non valet quod
agitur vt agitur,non valet vt valere poteſt,per di-
cta iura,niſi eſſet per diſponentem teſtatorem adie-
cta clauſula codicillaris. & ſic oſtendit ſe aliud vo-
luiſſe,vt l.fin.ff.de iure codicil.& l.codicillos. §.fin.
ff.de legat.iij. Quamuis verò teſtamentum,& codi-
cilli differant.l.ſi idem.C.de codicil.& ſic iſta regu-
la loquens de teſtamento nõ habeat locum in codi-
cillis,niſi vt illos ſolos faciens dicatur mori inteſta
tus.l.ſi quis cum nullum.in princip. & l.conficiun-
9 tur.in princ.ff.de iure codicil. cum ſimilibus. †Hoc
tamen notandum eſt, quòd prohibitus teſtari,pro-
hibitus eſt codicillari.l.diuus.§.penult.ff.de iure co-
dicillo.& l.ij. ff.de lega.j.& l.j.§.ſi filius.ff.de leg.iij.
Ex quo Ioan.de Imola poſt Petrum de Anchar.ſu-
per rubrica, extra de teſtamen.& Bart.in dicta l.ij.
de legat.j. concludunt,quòd ſi quis ſtatuto ſit pro-
hibitus teſtari ante viceſimumquintum annũ, non
poterit etiam codicillari ante illam ætatem : quia
10 †quamuis in ſeparatis non ſit extenſio fienda,vt l.
Papinianus exuli. ff.de minorib.& l.ſi maritus.C.
de donatio.inter virum & vxorem. Hoc fallit niſi
ex regula iuris antiqui fieri poſsit extẽſio,per illud
quod notatur in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad legem Falc.
& notatur in l.ſi quis ſeruo.C.de furt.& l.quod ve-
rò.ff.de legib.& per Ioan.Andr.in cap.quanquàm.
extra de vſuris. lib.vj.gloſ.fi. Ideo cum regula iuris
antiqui prohibeat eum codicillari, qui teſtari non
poteſt,vt iuribus allegatis,ſtatutum in eo,qui vult
codicillari habebit locum, ſecundũ prædictos Do-
11 ctores. †Item aduertite ad id, quod dictum eſt ſupe-
rius,hæreditates nõ poſſe directo dari in codicillis:
quia hoc procedit etiam in teſtamẽto facto inter li-
beros,vel verius in codicillis factis per patrem,qui
noluit teſtari inter liberos,ſed potius codicillari,ſe-
cundum Bal.in l.filij. C.famil.erciſc. quod ſequun-
tur Angel.& Ioã.de Imol. in l.j.ff.de iniuſto,rupto,
& irrito teſtamen. licet Barto.dicat contrarium ad
ſimilitudinem militis,vt l.militis codicillis. ff.de te
ſtamen.milita.Sed non eſt bona ſimilitudo : quia in
milite eſt fauor publicus , ſed in patre priuatus. ad
quod facit id quod notatur in l.teſtamẽto domini.
ff.de hæredi.inſtituen. Sed quia in dicta deſcriptio-
ne teſtamenti fit mentio mortis , cum dicitur in ca

de eo

12 de eo quod quis poſt mortẽ ſuã facere velit.†Quæ-
ritur an dicta verba debeant intelligi de morte na-
turali tantum,an etiam de ciuili,quę multiplex eſt,
ſecundum Doct.Quædam enim pœnalis eſt,& de-
meritoria,vt quando quis deportatur:ſed iſta non
confirmat teſtamentum,ſed facit irritum,vt l.eius.
§.j.ff.de teſtamen.& l.j.§.exigi. ff.de bon.poſſeſsio.
ſecundum tabul.Idem putat Paulus de Caſtr. de eo
qui condemnatus fuit de crimine,ſeu libello famo-
ſo,qui non poteſt teſtari , vt l.is cui bonis. §.j.ff.de
teſtamen. Imò teſtamẽtum prius factum per ipſum
irritatur, quando pro illo imponitur pœna capi-
tis,quod quando ſit, habetur & notatur in l.vnica.
C.de famo.libel.Sed.ſi non imponeretur pœna ca-
pitis, quod aliquando contingit, vt habetur in di-
cta l.vnica.& l.lex Cornelia.§.fin. ff.de iniurijs.ſe-
cus eſſet,quia quamuis tunc etiam non poſſet teſta-
ri propter malos mores , vt dicta l.is cui. §.j.teſta-
mentum tamen prius factum per illum non irrita-
retur,argumen.dict.l.in princip.ſecundum eundem
Paulum de Caſtr.in dicto §.j.quod ab alio non in-
13 uenio tactum.& eſſet circa hoc cogitandũ.† Quæ-
dam alia mors ciuilis eſt, vt quando quis captus eſt
ab hoſtibus. & iſta non rumpit nec infirmat teſta-
mentum,ſed expectatur mors naturalis , vt dicta l.
nec nos. ff.de captiuis & poſtlimi.reuerſis. & Inſtit.
quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.§.ſi.
14 †Alia eſt mors meritoria inuenta artificio iuris,vt
quando quis ingreditur religionem,quo caſu habe-
tur pro ciuiliter mortuo,vt l.Deo nobis.C.de epi-
ſcopis & cleric.& ij.quæſtio.vij.cap.placuit. & ibi
per Archidiaconum.& xvj.quæſtio.ij.cap.placuit.
& de iſta nõ intelligitur dicta deſcriptio,ſed ſolum
de morte naturali,per l.ex ea parte.§.in inſulam.ff.
de verborum oblig. cum concordantijs ibi allega-
tis in gloſ.& quia mors ciuilis nõ æquiparatur na-
turali,niſi in caſibus,qui expreſsi ſunt in iure,vt no-
tatur in cap.ſuſceptum.extra de reſcriptis.libro vj.
& in dicto c.placuit.xvj.quæſtio.j.& l.Statius Flo-
rus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fiſci. Bartol.tamen,
& Docto.in dicta l.j.ff.de teſtamen. diſtinguunt in-
ter ingreſſum religionis,quæ non habet proprium
in communi,nec particulari,vt eſt religio fratrum
minorum, vt in Clementina,exiui de Paradiſo. de
de verborum ſignific. & ingreſſum illius,quæ licet
in particulari non habeat proprium,habet tamen
in cõmuni, vt eſt religio monachorum & canoni-
15 corum regularium.†Et in primo caſu dicunt illam
mortem ciuilem in hac quæſtione habere eundem
effectũ, quem habet mors naturalis : quia per illius
ingreſſum teſtamẽtum ſumit vires per talem mor-
tem ciuilem, ſicut per naturalem : quia fratres mi-
nores ſunt penitus totius hæreditatis incapaces,per
dictã Clement.exiui de Paradiſo.Et ad hoc dictum
præſtat bonum argumentũ l.ſi.in prin.ff.mandati:
& l.mulier.in prin.ff.ad Trebelilanum.ſed ſecus eſt
in ſecundo caſu, & bona teſtantis ingredientis reli-
gionem habentem proprium in communi,acqui-
runtur monaſterio quod ingreditur, vt illa habeat
durante vita ingreſsi, & eo demũ naturaliter mor-
tuo teſtamentum ſumet vires & effectum. Ad quod
faciunt illa quæ habentur in authen.ingreſsi.& au-
thentica, ſi qua mulier. C.de ſacroſanct.eccleſ.& in
cap.in præſentia. extra de probat. videte circa hoc
Ioan. Andreã in additionibus Speculi titul.de ſta-
tu monachorum.§.j.verſu,ergo quæritur.& ſequẽ-
ti.& in cap.vnico,extra de religio.domi.lib.vj. ſu-
16 per gloſ.†tangunt etiam prædicti Docto. ſuper di-
ctã l.j.ff.de teſtamen.poſt gloſ.Vtrum teſtamẽtum
debeat conſiderari vt quid intellectuale , vel mate-
riale.& dicunt quòd aliter & aliter conſiderari po-
teſt ſecundum ſubiectam materiam. Sumere autem
teſtamentum intellectualiter eſt,quòd teſtamentum
ſignificatiuè dicat mens teſtatoris ſcripta vel nun-
cupata ſeu promulgata, & nõ ipſa ſcriptura ſeu fi-
17 gura literarum.†ideo ſi ſtatutum diceret,quòd pro
quolibet teſtamento aliquid ſoluatur pro gabella,
conſiderabitur intellectualiter,& ſic prout eſt teſta-
mentum vnicum quo ad intellectum, quamuis per
notarium pluries groſſaretur, ſeu de eo fierent plu-
res ſcripturæ , vt quia plures hæredes eſſent in eo
inſtituti , & quilibet pro ſuo intereſſe faceret illud
groſſari.quod fieri poteſt,vt probatur in l.cætera.
§.fin.ff.famil.erciſcundæ.faciunt notata in l.inſtru-
menta.C.de fideicõmiſ. & per Specul.titul.de pro-
batio.in verſic.porrò.& de teſtamen.§.nunc dicen-
dum.in fi.tunc vna gabella ſolui debet,cum ſit vni-
cum teſtamentum.Idem eſſet,ſi caueretur ſtatuto,ꝙ
pro quolibet teſtamẽto notarius tantum accipiat.
nam ſufficere videtur quòd omnes hæredes ſoluant
dictam quantitatẽ. Sed ſi diceretur, quòd pro ſcri-
ptura cuiuslibet teſtamenti tantum ſoluatur : ſi de
vno teſtamento fiant plures ſcripturę,pro qualibet
ſcriptura notarius poterit accipere ſalarium. & ſic
ſumetur teſtamentum nõ intellectualiter, ſed prout
poteſt ad oculum demonſtrari. & etiã in caſu præ-
cedenti,vbi de vno teſtamento fiunt plures ſcriptu-
ræ inſtantibus pluribus hæredibus,propter reitera
tionem laboris debet ſatisfieri notario per quemli-
bet ipſorum arbitrio boni viri. non tamẽ ſoluetur
quantitas taxata per ſtatutum , niſi ſemel,quando
per omnes hæredes fuit ſatisfactum de illa,vt habe
retur teſtamentum in forma authentica, ſecundum
tenorem ſtatuti.de quo plenius per Bart.& Docto.
in dicta l.j.& Ioan.de Imola ſuper rubrica,extra de
18 teſtamen.†Et ſicut de eodem teſtamẽto poſſunt fie-
ri plures ſcripturæ,ſic etiam in vna charta vel ſcri-
ptura duo vel plures poſſunt facere teſtamentum ſe
inuicem inſtituendo vel aliter,vt voluerũt , diſpo-
nendo,ſecũdum Bartolum & Baldum , Paulum de
Caſtro,& Ioan.de Imola in l.patris. ff.de vulga.&
pupilla.ſubſti.Qui dicunt pro hoc facere l.eo quòd
à multis.C.ſi certum petatur. Idem voluit Bal.in l.
19 licet.C.de pact. vbi dicit ſe ita vidiſſe in facto.†Eſt
vlterius notandũ,quòd duplex eſt genus teſtamen-
torum, ſcilicet vnum in ſcriptis,aliud ſine ſcriptis.
de quibus habetur in dicta l.hac cõſultiſsima.C.de
20 teſtamen. In vtroq; tãmen teſtamento ſeptem teſtes
requiruntur,vt ibi probatur & in dict.l.ſi vnus.eo-
dem titul.& Inſtit.de teſtamen. §.j.& l.ij.C.de bon.
21 poſſeſ.ſecundum tab. cum ſimilibus.† Fallit tamen
in teſtamento facto inter liberos,quia valet cũ pau-
cioribus, vt dicta l.hac conſultiſsima. §.ex imper-
22 fecto.& l.fin.C.famil.erciſcun.† Item etiam fallit in Fallit
relictis ad pias cauſas,in cap.cum eſſes. & cap.rela- in iſtis
tum. extra de teſtam.& in l.j.ſecundum intellectum caſib⁹.

23 Bart.C.de sacrosanct.eccle. †Item secundum quos-
dam modernos fallit in testamentis,quæ fiunt tem-
pore pestis propter raritatem hominum, cum illo
tempore nõ possint plures testes adhiberi,ideo va-
lere debet,quomodocunq; fieri possit testamentum
ad similitudinẽ testamenti militaris. & per hoc alle
gant tex.in l.j.ff.de bo.posses.ex testamento mili.&
argumen.in l.j.& l.diuus.ff.de testamen.mili.addu-
cunt etiam in argument. l.fin.C.de testa. per quam
permissum est rusticis testari sine solẽnitate iuris in
locis,vbi non potest haberi copia plurium testium
24 secundum formam in illa lege positam.† Et vocã-
tur rustici,secundum Cynum ibi,& suos sequaces,
etiam ciues vel nobiles habitantes in rure, qui testa
ri possunt secundum solennitatem illius legis:quia
in hoc eadem est ratio in ciue & nobili viro,sicut in
alijs hominibus rus habitantibus: ergo idẽ ius esse
debet. l.illud.ff.ad legem Aquiliã. & etiam priuile-
gium dictę legis concessum videtur loco rusticano,
vt ibi in ver.ianeimus.& ibi,in illis verò locis.& sic
non tantum rusticis illud priuilegiũ concessum est,
sed loco & habitantibus. Et idem voluit ibi Bald.
25 post Nicolaum de Mata.& etiam Salic.†Quod ex-
tendit ipse Bal.ad eum qui detinetur à tyrãno, nec
potest habere septem testes ad faciendum suum te-
stamentum, quòd tunc valeat forma tradita in di-
cta l.fi. Iacob.tamen de Are.& Bar.tenuerunt,quòd
non loco,sed personis sit datum illud priuilegium.
quod probant per illum tex.in verbo,rusticitati.In
verbo,rusticanis.& in verbo,rusticorũ. & ibi dum
dicit tex.eorum cõsuetudinem. ideo secundum eos
nobilis existens in rure nõ potest testari secundum
solennitatem ibi traditã.Sed præcedens opinio vi-
detur æquior, secundum Bal. quem sequuntur qui-
dam moderni. Pro quo facit ille text.dum dicit,ad
Dei humanitatem respicientes. De iure enim diui-
no valet testimonium, nedum quinq; , sed duorum
vel trium testium,vt in dicto c.cum esses.& in cap.
relatum.Circa quod ad hoc videte Bald.in l.j.C.de
summa Trinit.& fide catho.& in l.conficiuntur.ff.
26 de iure codicil.†De testamento autẽ facto tempore
pestis, de quo suprà dictũ est, videtur quòd valeat
si fiat cum quinq; testibus,per rationem dictæ l.fin.
Sed an valeat cum paucioribus, puta quatuor,tri-
bus vel duobus,illa l.fi.præstat argumentũ q non,
cum ibi requiratur numerus quinq; testium.lex au-
tem sicut scripta est debet seruari , vt l.prospexit.
ff.qui & à quibus manumis.liber.non fi.& etiã spe-
ciale est in testamento facto inter liberos,vbi suffi-
ciunt pauciores , vt dicta l.hac consultissima. §.ex
imperfecto. ergo in alijs casibus est ius cõmune. l.j.
in fin.ff.ad municip.& l.j.C.de thesau.lib.x.& leges
speciales non sunt extendendæ,vt l.quod verò.ff.de
legibus. Sed in oppositum, quòd testamentum fa-
ctum tẽpore pestis,cum duobus testibus vel tribus,
eò quòd plures testes non possunt haberi,valere de-
beat, facit pietas, & pia causa, quæ facit tale testa-
mentum valere,vt dicto cap.cum esses.& cap.rela-
tum.Item testamentum militis factum in conflictu,
& bello terreno, valet cum duobus testibus, vt di-
cta l.j.& l.diuus. ff.de testamen.milita.& l.milites.
C.eodem tit. ergo à simili idem dici debet tempo-
re guerræ diuinæ. Et coadiuuat istam opinionẽ fa-
uor publicus,vt homines possint testari. l.cum an-
tiquitas.C.de testamen.& l.testamenti factio. §.eo-
dem titu. facit etiam quia non homines audent ap-
propinquare tali morbo infectos propter vitãdam
contagionem,imò tales morbo infecti contagioso
sunt de ciuitate , sicut leprosi, & hæretici ejciendi,
vt notatur in l.ij.C.de summa Trini.& fide catho.
& in cap.j.& ij. extra de eccle.ædifi. & notatur per
Alber.in l.ancillarum.ff.de peti.hæredi.facit in au-
thent.iusiurandum quod præstatur ab his. in fine.
collat.ij.& xxvj.quæstio.v.cap. episcopi.in princi.
Potest etiam adduci ad hoc illud vulgatum , quòd
necessitas non subijcitur legi.l.vnica.ff.de offi.con-
sulis. Et ideo lex in casu necessitatis admittit in te-
stes,familiares.l.consensu.C.de repud.in c.veniens.
ij.& cap.licet ex quadam. extra de testi.Esset tamen
super hoc cogitandum : quia Bar. in dict.l.j.de bo.
posses. ex testament.milit. hoc non audet firmare,
sed dicit quòd bonum esset ordinare, quòd tale te-
27 stamentum valeret.†Sed est bene cõsiderandum ad
illud, quod suprà dictum fuit , in testamento siue
in scriptis,siue nuncupatiuo, regulariter requisitos
esse septem testes,& rogatos,per iura superius alle-
gata.quoniam,vt dicunt aliqui,hoc procedit de iu-
re ciuili.secus autem de iure canonico, per tex.dicti
cap.cum esses. per quod dicunt esse generaliter de-
rogatum omnibus legibus ciuilibus dicentibus te-
stamentum non valere,nisi interueniant septem te-
stes. Et istam opinionem tenuerunt multi, vt Aza-
nus,Gofredus,Hostien.& Bartholomæus Brixien.
ij.quæstio. iiij.§.j.& ibi Landulphus. licet Ioan. gl.
decreti ibi tenuerit cõtrarium. Sed pro illa opinio-
ne dicit Hosti. facere ius diuinũ,quod est fortius hu
mano seu iure ciuili. tamen dominus Florentius in
alleg.c.cum esses.ibi alleg.per Ioã.de Imola,non te-
net istam opinionẽ, quia licet glos.ibi dicat, quòd
fortè Papa non posset tollere legem ciuilem,quan-
tum ad eos, qui non sunt de sua iurisdictione tem-
porali,hoc,secundũ eum,est sine fortè:quia quo ad
illos nõ potest se intromittere de temporalibus,nisi
ex causa speciali,puta ratione peccati,vel alia simi-
li in iure expressa,vt in cap.nouit.extra de iudicijs.
& cap.licet ex suscepto. extra de foro competen.&
cap.causam. qui filij sint legitimi. Et ideo in terris
ecclesiæ posset dicta opinio sustineri,in quibus Pa-
pa potest legibus ciuilibus derogare. & ita intelli-
gendum esse dicit dictum c. cum esses. quod habet
varias lecturas & diuersos intellectus , vt ibi patet
in gl. Circa quam Gulielmus Naso intellexit illam
decretalẽ, quòd loquatur in relictis ad pias causas,
vbi duo testes sufficiunt.Sed in alijs relictis sufficiat
parochialis sacerdos , cum alijs duobus vel tribus
testibus.Et istam opinionem tenuit Specul.titul.de
instrumentorum editione. §.compendiosè. versic.
item per ius canonicũ.Pro qua opinione facere vi-
detur, quia propter præsentiam presbyteri paro-
chialis præsupposita idoneitate aliorum duorũ vel
trium testium, videtur præsumptio falsitatis tolli,
super qua est fundata solennitas istius iuris ciuilis,
vt egregiè notatur per Bal.in cap.fin. si de inuestit.
28 inter domi.& vasal.lis oriatur.† Sed,vt dictum est,
præsentia parochialis sacerdotis illã præsumptio-
nem falsitatis tollit,argumen.l.fin.quod metus cau.
& nota

& notatur in cap.nemo. extra de simo. & cap.fin.
extra de postulan.& cap.monachus.lxxviij.distinct.
29 Vult tamen Spec. vbi suprà,† quòd si tres tantum
testes sine presbytero parochiali intersint, non va-
leat testamentum in non pia causa : quia à solenni-
tate legali non videtur discessum, nisi quatenus ex-
pressum reperitur, vt l.sancimus.C.de testamen.&
l.præcipimus.in fin. C.de appellat.& cap.cum ex-
pediat.extra de elect.lib.vj.& per hoc videtur idem
dicendum, si alius presbyter, quàm parochialis, sic
interfuisset: quia ita loquitur illa decretalis, cũ esses.
& non est inducenda iurium correctio, nisi in casu
expresso, vt in prædictis iuribus. Ioan.Andr.in di-
cto c.cum esses.ponit aliam opinionem, quam dicit
30 cõmuniter seruari, † videlicet ꝙ in relictis ad pias
causas sufficiant duo testes, siue agatur in foro ca-
nonico siue seculari, per illud, quod habetur in dict.
cap.relatum.Sed in relictis ad non piam causam di
cit, quòd in terris subiectis ecclesiæ seruetur opinio
Specul.de qua suprà, in terris verò Imperij seruetur
ius ciuile, quod requirit septem testes : aliàs non va
leat testamentum.& hanc opinionem asserit cõsue-
tudine esse approbatam, & ideo seruandã, argumen
to l.minimè.ff.de legib.& ita consuluit Frede.de Se-
nis consil.ccvij. vel ccxvij. & etiam Petrus de An-
charano.& in hac opinione residet domi.Florenti-
nus Doctor. Addens vlterius, quòd dictũ cap.rela-
tum.posset intelligi in testamento clerici : quia cle-
rici gaudent priuilegio ecclesiæ, vt notatur per gl.
& Docto.in c.ex literis.extra de pigno. Et pro hoc
facit, quia leges ciuiles non potuerunt in præiudi-
cium clericorum requirere solennitatem septem te-
stium in eorum testamentis, per id quod habetur in
cap.ecclesia sanctæ Mariæ.extra de constitu.quam-
uis Barto. in dicta l.j.C.de sacrosanct.eccle. asserat
contrarium.Sed plus placet dictum præcedens Ioã.
de Imola post Florentinum in dicto cap.cum esses.
tanquam verius de iure, per dictũ c.ecclesia sanctæ
Mariæ.& in cap.penult.extra de solutio. dictum ta
men domini Florentini inquantum intelligit præ-
dictam decretalem, relatum.loqui in testamento cle
rici, non probatur in illo text.cum non exprimat,
ꝙ ibi esset clericus ille, qui testabatur. In effectu ta-
men dictus dominus Florẽtinus super illo articulo
sequitur Ioã.And. Cuius opinionem licet dicat esse
consuetudine roboratam, videtur destruere text.di-
cti cap.cum esses. secundum Anto.de Butr.quia ibi
litera reprobat hanc consuetudinem, ideo ipse pu-
tat, quòd de puncto & de veritate iuris, si constet de
idoneitate duorum testium adhibitorum ad testa-
mentum, indistinctè omni casu, & omni loco omni-
busq; terris siue ecclesię subiectis, siue Imperio, suffi
ciant dicti duo testes ad validitatẽ testamenti.& sic
sequitur opinionem Hostien.& aliorum prædicto-
rum secum tenentium.& mouetur: quia ex quo con
stat de voluntate testatoris per duos testes, si non
mandaretur exequutioni, esset peccatũ, ideo saltem
per viã denuntiationis euangelicæ mandanda esset
exequutioni, vt in cap.nouit.extra de iudic. Addit
etiam, quòd prædictę decretales non videntur pro-
cedere ad correctionem iuris ciuilis, sed declarãt il-
lius irrationabilitatem, & cõsuetudinis illud obser-
uantis, eò quòd nutriret peccatum, si nõ seruaretur
voluntas testatoris, vt dictum est, de qua cõstat per
duos idoneos testes. Et sic cum agatur de materia
peccati, seruari debet ius canonicum contra ciuile,
per illa quæ habentur in cap.fin.extra de præscrip.
& c.possessor.extra isto titu.lib.vj. Naturalis enim
æquitas vult, & suadet defunctorũ voluntates ob-
seruari, vt dict.l.j.C.de sacrosan.eccle.contra quam
facere esset peccatũ. Et certè si ista opinio esset vera
cessarent plures altercationes factæ per gl.& Doct.
in ista materia, de quibus etiã aliquid infrà dicetur.
31 †Sed contra eam fortiter facit, quia si esset vera, se-
queretur quòd in omni casu mundi, & causa, suffi-
cerent duo testes. quod non est verum, cum aliquan
do plures requirãtur, et iã iure canonico, vt ij.quęst.
iiij.cap.pręsul.& extra de testib.cap.licet vniuersis.
& ibi Panor.in vltimo notabili.ad quæ tamen iura
pro defensione suæ opinionis domi.Anto. de Butr.
nititur ostẽdere, quòd scilicet loquuntur in casibus,
in quibus non nutritur peccatum, si non credatur
duobus testibus. quæ responsio non videtur vera,
quoniam dictum c.præsul.loquitur de accusatione
Cardinalium propter crimina, in quorum deposi-
tione requiruntur plures testes, de quibus ibi habe-
tur. Peccatum autem est, malefactorem, quacunque
præfulgeat dignitate, relinquere impunitum. Ad
quod facit cap.vt famæ.extra de senten.excõ.& per
l.ita vulneratus. ff.ad legem Aquiliam. & vt dicit
Ioan. Fab.in l.vnica. C.ne sanct.baptis.itere. Ma-
gnum peccatum est parcere nocentibus : quoniam
ira Dei in eorum vindicta mitigatur. Legitur enim
in libro Numeri c.xxv. Quòd Phinées filius Elea-
zari filij Aaron percussit principem quendam Is-
raëliten coëuntem cũ Madianitide, & ex hoc miti-
gauit iram Dei.& ad hoc concordat illud quod le-
gitur Isaiæ xlviij.cap. Grauius autem delinquunt
constituti in dignitate, & sunt multo magis pœna
digni, quàm inferiores, vt dicit tex.in l.presbyteri.
in fin.C.de epis.& cleri. & tamen in criminibus il-
lorum probandis requiruntur plures testes, quàm
in delictis aliorum per dispositionẽ iuris canonici,
quæ videtur immutare dispositionem Dei dicẽtis,
Quòd in ore duorum vel trium testium stat omne
verbum. Sed vt dicit Archi.in allegato cap.præsul.
illud priuilegiũ ibi datum fuit Cardinalibus pro-
pter insolentiam hæreticorum, qui Papam & Car-
dinales volebant accusare, vt eis amotis possent in
locum illorum institui. & sic bona ratione auctus
fuit numerus testium dispositus de iure diuino. sic
etiam bona ratione in testamentis propter pericu-
lum falsitatis, vt suprà dictum est. & hoc est quod
expressè dicit text.in dicto c.licet vniuersis.scilicet
plures esse causas, quæ requirunt plus quàm duos
vel tres testes, ideo respõsio prædicta Anto.de Bur.
ad illa iura, non videtur sufficiens, ob quod ipse di-
cit, quòd fortè in practica seruaretur opinio Ioan.
And.eo etiam maximè, quia Legistæ malè libenter
à iuribus suis recedunt. Opinionem tamen suam di
cit esse veriorẽ, secundum quam aliqui cõsuluerunt
in ciuitate Ferrarien. vt recitat Ioan.de Imola in di
cto c.cum esses. Qui contradicit dicto domi.Anto.
& confirmat opinionem Ioan. Andr. dicens illam
esse veram, & tenendam. Nam si vera esset opinio
domini Anto.de Butr.quæ fuit Hostien. & suorum

ſequacium fruſtra de presbytero parochiali fieret
mentio in dictis decretalibus. Sed ſimpliciter & ge
neraliter debuiſſent loqui, ideo non eſt ſine miniſte-
rio, quòd ibi Papa loquutus fuerit de teſtamentis,
quæ parochiani corã presbytero parochiali facie-
bant. & ſic apertè videtur voluiſſe, ꝙ ſi aliter fiant
teſtamenta non valeant, per illud quod habetur in
c.cum Apoſtolica. extra de his quæ fiunt à prælar.
& cap.inter corporalia. §.ſed neq;. prope fin. extra
de translatio. & cap.ad audientiam.extra de deci. &
l.vnica.§.ſinautem ad deficientis.C.de cadu.tollen.
Item facit contra dictam opinionẽ Hoſti. & Anto.
de Butr.illud quod dictũ eſt, quòd etiam de iure ca-
nonico aliquando plures teſtes, quàm duo vel tres
requirunt per iura allegata. Et illa autoritas, In ore
duorum vel trium ſtet omne verbum: debet intelli-
gi negatiuè, id eſt, non pauciorum, vt colligitur ex
text.& gloſ.in d.c.licet vniuerſis.& c.licet ex qua-
dam.& cap.veniens.in primo. & gl.in cap.nuper.
extra de teſti.Ideo ſcribitur Numeri xxxv.cap. Ad
vnius teſtimonium nullus condemnetur. illa etiam
autoritas loquitur indiſtinctè. Et ſic ſiue agatur de
materia inducente peccatum, ſiue de alia, tamen cer
tum eſt, quòd quandoq; requiruntur plures, quàm
duo vel tres, vt dictis iuribus. Et iſtam partem vi-
detur tenere Innocẽ.in cap. quæ in eccleſiarum.ex-
tra de conſtit. vbi expreſsè vult, quòd ius diuinum
per ius ciuile poſsit diſtingui dans exẽplum de nu-
mero ſeptem teſtium, qui requiruntur in teſtamen-
tis. quod dictum ſequuntur ibi cõmuniter Panor.
& Docto.& in l.fi.C.ſi contra ius vel vtili.pu. vbi
gloſ.licet in iſto articulo teſtamentorũ ipſe Panor.
in dicto c.cum eſſes. teneat opinionem Hoſtien. &
Anto.de Butr.Sed Bar.ſequitur opinionem Innoc.
in l.omnes populi. ff.de iuſtitia & iure.dum tractat
ſuper quibus poſsint fieri ſtatuta. Nec eſt bona ra-
tio dicti de Butrio, qui adducit, vt dictũ eſt, de ma-
teria peccati, ea etiã ratione vltra præmiſſa: quo-
niam ſecundum Ioan.de Imola in dicto c.cum eſſes.
non ſequitur ex hoc quòd in foro ciuili teſtamentũ
factum ſine ſolẽnitate legali debeat habere exequu-
tionem: quia videmus in ſimili, quòd pactũ nudum
in foro ciuili non obligat, vt l.iuriſgentiũ.§.j. ff.de
pactis. & l.legem.C.eod.titul.& tamen peccat illud
non obſeruans, vt in cap.j.extra de pact.ſed non au
ditur agens ex eo in foro ciuili. & ita pertrãſit cum
opinione Io.Andr.quæ eſt cõmunis. Et facit etiam
vltra dicta ſuperius ad excuſationem peccati: quia
quamuis voluntas teſtatoris ſit ſeruanda, hoc eſt ve
rum, quando eſt legitima, ita quòd lex ei non reſi-
ſtit, vt l.nemo poteſt.ff.de lega.j.& l.codicillis.§.fi.
de legat.ij.& ibi gloſ.notanda, imò ſi non ſeruat ſo-
lennitatem de iure requiſitã, obſtat ſibi illa regula,
quod potuit noluit, quod voluit implere nequiuit.
de qua in l.multum. C.ſi quis alteri vel ſibi. & in c.
cum ſuper.extra de offic.delega. Eſt enim ſeruanda
lex ciuilis, quæ nõ inducit notoriè peccatum, in c.j.
cum ibi notatis. extra de noui ope.nunt.ſed non eſt
peccatum non ſeruare voluntatem, cui lex reſiſtit.
lex enim ciuilis eſt pars legis diuinę, vt notauit Ioã.
Andr.in cap.ſuper ſpecula.extra ne clerici vel mo-
nachi.in nouella. Et allegatur per Bal.in præludijs
feudorum. Potuit enim lex ciuilis bona ratione in-
ducere ſolennitatem in teſtamentis, etiam ius diui-
32 num diſtinguendo, vt dictum eſt. † Non dicitur au-
tem teſtamentum, quod non eſt ſolẽniter factum, ſi-
ue fiat in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, vt iuribus alleg.
Sicut nõ dicitur ſentẽtia, quę eſt nulla, vt l.iiij.§.con
demnatum.ff.de re iudi.teſtamentũ enim eſt ſenten-
tia, vt dicta l.j.ff.de teſta. quod intelligatis propriè
non dici teſtamentũ non legitimè factum: quia abu
ſiuè poteſt dici teſtamentum, etiam illud quod eſt
nullum vel irritum, vt l.ij.§.j.ff.de teſtam.& quem-
admodum teſta.ape.& ff.de iniuſto, rupto, & irrito
33 teſtamen.l.j.& ij.& per totum titu. † Sed quæſtio eſt
præſuppoſita illa opinione pro vera, quæ cõmuni-
ter tenetur, quòd ſcilicet in terris Imperij requiran-
tur ſeptem teſtes, vtrum per inſtrumentũ publicum
ſumptum per tabellionem bonæ famæ, in quo no-
minatiuè ſunt ſeptẽ teſtes deſcripti, probetur teſta-
mentum.in qua quæſtione gloſ.in l.fi.C.de fideicõ.
recitat duas opiniones, Azonis ſcilicet & Ioã.quæ
ibi per Bal.& Doct.longo ſtylo examinantur. Opi
nio tamen Ioan.quæ fuit, quòd per tale inſtrumen-
tum probetur teſtamentum, eſt per conſuetudinem
approbata, quãuis ſecundũ gl. ibi opinio Azonis
habeat validiora argumenta.& eam tenuit Cyn.&
noſtri citramontani, & Iaco.de Bello viſu in publi-
ca diſputatione fuit eã ſequutus. Cuius & aliorum
argumenta poſſunt ibi videri.& in l.j.C.de teſtam.
& in l.hæredes palam.in prin. ẽ.eodem titul.& l.ij.
ff.quemadmo.teſta.aper. & per Canoniſtas in cap.
cum Ioannes Eremita. extra de fide inſtrumen.& in
cap.cum eſſes. per Ioan.de Imola. Quicquid autem
ſit de veritate iuris, cõſuetudo generalis inconcuſsè
ſemper iudicabit, & iudicat pro opinione Ioan.&
ita tenendum eſt, ſecundum cõmuniter Docto. Fa-
34 cit dict.l.minimè.ff.de legi. † Quid autem iuris ſit,
ſi non ſit factum inſtrumentum de teſtamento, ſed
duo vel tres teſtes dicunt in ſua præſentia, & alio-
rum quatuor vel quinq; teſtiũ, ſcilicet teſtamentum
factum fuiſſe, nunquid ſufficeret ad probandum ſo-
lennitatem teſtamẽti. Fuerunt opiniones de quibus
in gloſ.l.ij.C.de bo.poſ.ſecundum tab.& ibi Doct.
& dict.l.hęredes palam.in prin.Marti.tenuit ꝙ ſic,
per l.vbi numerus.ff.de teſti.quia ſecundũ eum, licet
ad validitatem teſtamenti requirantur ſeptẽ teſtes,
vt iuribus ſuperius alleg. Hoc fatetur verũ, vbi de
volũtate teſtatoris eſt quæſtio, ſcilicet quia fortè le-
gitimus, de quo loquitur iſta regula, negat teſtamẽ-
tum eſſe factum: ſed vbi eſt quæſtio de ſola ſolenni-
tate, duo teſtes ſufficiunt ad illã probandum, depo-
35 nentes eam interueniſſe. † Bulga.tenuit cõtrarium,
cuius opinionem ſequutus eſt Accurſius, & cum eo
Iacob.Butrig.ratione iſta: quia qualitas non poteſt
cognoſci ſine ſubiecto, cui inhęret.l.nec vllam.ff.de
petitio.hæredi. & l.eius.in fin. ff.ſi certum petatur.
Ideo ſolennitas non poteſt cognoſci ſine teſtamen-
to, quod teſtamentum non eſt ſine teſtibus ſeptem,
& ſic non poteſt probari ſolennitas, niſi probetur
voluntas: ipſa autem voluntas non poteſt probari,
niſi per ſeptem teſtes. Teſtis etiam interrogatus de
cauſa ſcientiæ non poterit deponere de ſolennitate,
quin etiam deponat de voluntate, vt dict.l.fin.ff.de
fideicommiſ. Sed vt dicit Ioã.de Imola in allegato
cap.cum eſſes.cõmuniter Docto.tenent opinionem
gloſ.

gl. esse veram, si legitimus, cõtra quẽ litigatur, neget testamẽtum, & sic volũtatem, ad cuius existentiam & validitatẽ requiruntur septẽ testes. Ideo nõ potest probari per minorẽ numerũ septem testiũ. Nec obstat huic dicto l. in testamento. ff. de fideicõmis. libert. vbi facilius videtur probari voluntas, quàm solennitas, quia ibi est speciale in casu illo, quo minus solennis voluntas valet, ideo nõ est mirum, si possit ibi probari dicta voluntas cum minori numero testiũ. Sed si aduersarius confitetur testamẽtum, negat autẽ solennitatem interuenisse cũ numero testium requisito de iure, tenent opinionẽ Marti. quia ámodo super volũtate non est opus testibus, cũ de illa constet per confessionẽ partis: super solennitate verò isto casu solum desiderãtur testes, quo casu duo sufficiũt, per regulam dictæ l. vbi numerus. Iacob. autem Butrig. opinionem gl. & suam satagit defensare, quòd etiam vbi aduersarius confitetur testamentum, negando solennitatem, confitetur aliud testamentum, quàm illud in vim cuius agit ille, qui dicit se hæredẽ scriptum, quia agit ex testamento solenni, sed aduersarius confitetur vnũ non solenne. Solẽne autem, & non solenne, nõ possunt esse vnum & idem. & si dicatur pluralitatẽ testamentorum non esse præsumendam, arg. l. idem Pomponius scribit instrumentum. ff. de rei vendi. Fatetur hoc Iac. Butrig. esse verum, sed hic illa pluralitas nõ tam præsumitur, quàm probatur. testes enim probãt de diuerso testamẽto ab illo, quod est confessatum. Bart. verò in dicta l. hæredes palam. in prin. & Bald. Salic. & Fulgo. in dicta l. ij. C. de bon. pos. secun. tabu. & communiter Doct. in hoc sustinentes Marti. dicunt, quòd in isto casu iudex corã quo litigabitur, facile poterit tollere æquiuocationem, scilicet interrogando partes, vel testes, an vni cum sit testamẽtum factum, vel plura: & si de vno dixerint, tũc confessio partis, & dicta testiũ ad vnũ & idẽ testamentũ referunt, vt practicatur ad literã in casu simili, in d. c. cũ Ioannes eremita. extra de fi. instru. & ideo isto casu duo testes sufficiant. aliàs secus, cũ testamẽti factio sit actus reiterabilis. & pro opinione Doct. facit l. in testamẽto. & l. fi. ff. de reb. eo. qui sub tutel. vel cura sunt. & dict. l. qui à patre. ff. de confir. tuto. & l. si pater. de testa. tutel. & idem dici potest, si positio actoris & confessio rei coarctentur loco & tẽpore, argu. notatorum in l. ij. C. de erro. aduo. Et ista quæ dicũtur de depositione duorum vel trium testiũ, dici possunt de instrumento, in quo notarius scribit, φ Petrus fecit suũ testamẽtum in sui præsentia, & Ioannis & Iacobi, & aliorũ quinq; testiũ, quos nominatiuẽ non describit: vtrũ probetur solennitas testamenti per hoc instrumentum. & cõmuniter Doct. post gl. in dicta l. hæredes palam. in princ. dicunt, φ nec voluntas nec solẽnitas probatur per tale instrumentum, quia caret solẽnitate testium requisitorum, secundum naturam actus. Testes enim qui nõ sunt nominati, fortè erãt inhabiles, iuxta ea, quæ habẽtur in l. qui in testamẽto. & l. ad testium. ff. de testamẽ. & Insti. eo. tit. §. testes. & non videntur vllo modo descripti, vt l. j. ff. de his quæ in testa. delen. & l. ita fidei hæredis. ff. de iure fisc. Et est hoc verũ, vbi negatur voluntas & solennitas, quia tunc illud instrumentum non potest

Si aduersarius cõfitetur testamẽtum & negat solẽnitatem.

probare facti veritatẽ, ad quam probãdam requiruntur septem testes. Ad quod facit dict. l. fin. C. de fideicom. Sed si aduersarius cõfiteretur testamentũ factum, sed negaret sufficientẽ numerum testiũ interuenisse, illud instrumentũ probaret solennitatẽ, si referret se ad dispositionem factam certo loco & tẽpore, vel articularetur & probaretur, quòd vnica tantum facta fuit dispositio per testatorem, per ea, quæ suprà dicta sunt de duobus testibus, vt dicto c. cum Ioannes eremita. quia parem vim obtinẽt testes & instrumẽta, vt ibi. & l. in exercẽdis. C. de fide instru. hæc tamen dicit Paul. de Cast. in alleg. l. hæredes palam. esse verum, si notarius in instrumento dicat se fuisse rogatũ. aliàs secus esset, vt quia fortè fuit præsens, sed nõ rogatus, id est, à se ipso cõfecisset instrumẽtũ: quod cõficere nõ debet, nisi rogatus, vt per totum tit. in auth. de tabel. colla. iiij. & idem esset secundũ Io. de Imol. in dicta l. hæredes palam. in prin. si à testatore fuisset rogatus, nõ de testamẽto suo, sed de confessione sua, qua confessus est se fecisse testamẽtum corã septem testibus, tali anno, & tali die, in quo sic disposuit, &c. quia tali cõfessioni stari nõ debet, etiã si in ea exprimerentur nomina testium, in quorũ præsentia testator cõfitetur se fecisse testamentũ, ne sit in eius potestate legẽ eludere. facit d. l. codicillis. §. fi. ff. de legat. ij. & l. ne in potestate. ff. de arbi. Adducit etiã ipse Io. de Imol. rationem, quia in effectu notarius solũ attestatur de cõfessione testatoris asserẽtis se solẽniter testatũ fuisse, nec illi solẽnitati dicit se præsentẽ fuisse & rogatũ. Et ideo secus est in duobus testibus deponẽtibus se fuisse præsentes actui, φ factus est ipsis & alijs quinque testibus præsentibus. Facit ad hoc auth. si quis in aliquo documẽto. C. de eden. cuius arg. vult do. Io. de Imol. vbi ſ. φ si notarius diceret se rogatum corã septẽ testibus, quos nominat, & in principio ponit aliã diẽ, in qua in effectu dicit se rogatũ de cõfessiõe testatoris, ab illa die, in qua dicit testamentũ esse factũ: vel esto φ ponat eandẽ diẽ, ponit tamen diuersos testes ab illis, corã quibus dicit testamentũ factũ fuisse, nõ probatur illud, quod asseritur, arg. d. auth. si quis in aliquo documẽto. Fatetur tamẽ, φ dicta verba tanquam enuntiatiua principaliter & propter se prolata inducerẽt dispositionẽ, iuxta l.
36 ex hac scriptura. cum ibi no. ff. de dona. †Sed quæritur, nunquid propter defectũ plenæ probationis in vltimis volũtatibus sit locus delationi iuramẽti. & Bart. quod mirũ est in l. admonẽdi. ff. de iureiur. in septima oppositione, tenet φ sic, quia in testamento occurrit duplex solẽnitas. vna de iure gentiũ, in qua sufficiunt duo testes: alia de iure ciuili, in qua septem requiruntur. Ideo dicit, quòd quando per duos testes probatur testamentum, dicitur probatum semiplene, & est locus delationi iuramenti. Sed vtrunq; dictum Bart. secundum Bald. & Salic. in allegata l. ij. C. de bo. pos. secundum tabu. Et per ipsum Salice. in dicta l. admonendi. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & iureiuran. non videtur verum. Nam primũ, quia probatio semiplena, secundum prædictos Doctores, debet sumi per respectũ ad numerum requisitũ, ita φ vbi sufficiunt duo testes, vnus facit semiplenam probationem, vt notatur in dictis iuribus. & in cap. fi. extra de iureiuran.

vbi dominus Benedict.allegat Bal. in dicta l.ij.Se-
cundum etiam non eſt verũ,quia deficit ſubſtantia
requiſita in teſtamẽto, cum non ſit numerus de iu-
re requiſitus.Ideo non valet,vt dicta l.ſi vnus.C.de
teſta. Et ſic iudex non debet induci ad deferendum
iuramẽtum in ſupplementum plenæ probationis.
Aliqui tamen nituntur ſaluare Bar.in codicillis,in
quibus quinq; teſtes requiſiti ſunt ad probationẽ,
& non ad ſolennitatem, vt notatur per gloſ.ſuper
rubrica.ff.de iure codicil. quod non placet Bald.in
dicta l.ij.vbi ipſe ponit vnam regulam notandam
37 in hac materia,†quòd vbicunq; venit aliquid pro-
bandum extrinſecus ad teſtamentum,ad illud pro-
bandum ſufficiunt duo teſtes. verbi gratia, ſi lega-
tarius contra inſtitutum hæredem obijceret nota-
rium , qui ſumpſit inſtrumentum teſtamenti,fuiſſe
notorium excommunicatũ, & ideo non valere in-
ſtrumẽtum,iuxta notata in cap.decernimus. extra
de ſenten.excommun.libr.vj.per gloſ. & Docto.&
Innoc.in cap.pia.extra de excep. eod.libr.& Spec.
titu.de inſtru.edi.§.reſtat.verſ.quid ſi inſtrumentũ
confectum à tebellione.poteſt probari per duos te-
ſtes illud fuiſſe abſolutum:quia valde remotum eſt,
& extraneũ ab vltima voluntate illud quod proba-
tur : Ideo ſtandum eſt regulæ dictæ l.vbi numerus.
38 ff.de teſtib.†Eſt præterea notandũ , quòd,vt valeat
teſtamentum,obſeruandę ſunt ſolennitates,de qui-
bus in l.hac conſultiſsima.in principio. C.de teſta-
men.quas videte practicatas per Specul.titu.de in-
ſtrumen.edit.§.vt autem caute.verſic. teſtamẽtum
verò ſolenne. Quæ tamen ſolennitates intelligun-
tur obſeruandæ in teſtamento in ſcriptis, licet ali-
quæ illarum requirantur in teſtamento nuncupati-
uo , vt ſcilicet vocentur, & rogentur ſeptem teſtes
39 maſculi:†quia mulier non eſt idonea teſtis in teſta-
mento, vt dicta l.qui in teſtamento. §.mulier.ff.de
teſtamen. niſi in relictis ad pias cauſas, vt ibi tenet
Paul.de Caſtr.Et etiam in codicillis, vt dicit ibi gl.
40 quam ſequuntur Docto. †Debent etiam teſtes te-
ſtamentarij,vt dictum eſt,eſſe rogati,vt dicta l.hæ-
redes palam. §.in teſtamentis. Facit ad hoc l.Pam-
philo.§.propoſitum.ff.de lega.iij.ibi,dũ dicit text.
accerſitis amicis.quod exponit gl.i.vocatis. Quod
tamen non requiritur in teſtamento militis teſtan-
tis iure militari , vt habetur in l.milites.C.de teſta.
milit.& l.diuus.& l.Lucius. vbi Bartol.ſ.eod. tit.
verum eſt,vt dicunt Docto.maximè Paul.de Caſt.
& Ioan.de Imol.in dict. §.in teſtamentis.ꝙ ſatis di-
cuntur teſtes rogati & adhibiti in teſtamento , etiã
ſi ob aliam cauſam venerint,ſi certiorati fuerint de
ipſo actu teſtamenti : quia ſatis dicitur rogatus &
adhibitus , qui certioratur de ipſo actu fiendo. l.in
teſtamentis.C.de teſtamen.Facit quod notatur per
Bartol.in l.Domitius Labeo.ff.de teſtamẽ.& l.ſci-
endum.ff.de verbo.obligatio.Dicit tamen Paul.de
Caſtr.in dicto §.in teſtamentis.poſt Bartol.in dicta
41 l.diuus. de teſtamen.mili. †quòd ſi teſtes examina-
ti ſuper teſtamento nũcupatiuo,dicãt ſe fuiſſe prę-
ſentes,nec addunt rogatos vel adhibitos, non vide
tur ſufficere:quamuis ſecus ſit, ſi notarius illorũ no
mina deſcribat. Ex quo enim paſsi ſunt per nota-
rium ſua nomina deſcribi, vel in teſtamẽto in ſcri-
ptis facto ſe ſubſcripſerunt , ſatis videntur rogati:

Vt valeat teſtamẽtũ,obſeruandę ſunt ſolẽnitates ſequẽtes.

ſicut ipſe notarius,dicens talem feciſſe ſuũ teſtamẽ-
tũ,præſumitur quòd fuerit rogatus, vt tenuit ſin-
gularis gloſ.in dicta authen.de tabellio.§.nos autẽ.
colla.iiij.Idem ideo dicendum eſt,vbi teſtes ſubſcri-
pti ſunt,quia præſumuntur rogati, vt notat Bald.
in dicto §.in teſtamentis.& ibi Paul.de Caſt. Et te-
nuit Cyn. in allegata l.hac conſultiſsima. licet hic
Bald. variet. Sed alia opinio videtur æquior,quia
eadem eſt ratio in teſtibus ſubſcriptis,quæ in tabel-
lionibus:ſed vbi nõ ſunt ſubſcripti teſtes,non præ-
ſumuntur rogati,quia ſolẽnitas extrinſeca nõ præ-
ſumitur, vt notatur per Bartolum in dicta l.ſcien-
dum.Sed quòd teſtes debeant eſſe rogati,eſt extrin-
ſeca ſolennitas,quia ſine rogatione ſunt teſtes,vt l.
ad fidem.ff. de teſtib. ergo rogatio non debet præ-
ſumi, niſi probetur. Fallit tamẽ ſecundum Docto-
res, ſi in imbreuiatura teſtamenti diceret notarius,
actum præſentibus talibus teſtibus, &c. Intellige-
retur enim ſub illa imbreuiatura , & clauſula,teſti-
bus præſentibus, & rogatis, ſecundum ea,quæ tra-
duntur in l.Gallus. §.j.ff. de liberis & poſthumis.
42 †Addit etiam Salicet. in allegata l.hac conſultiſsi-
ma. quòd in teſtamento nuncupatiuo, de quo non
eſt facta ſcriptura,non reperitur expreſſe iure cau-
tum,quòd teſtes debeant eſſe rogati:& ſuppoſito,
quòd illa conuocatio atq; affirmatio teſtatoris de
ſuo teſtamẽto,quã fecit dictis teſtibus,habeat vim
rogationis,vel etiã ſi expreſſe eos rogauerit , quã-
do tamen fit publicatio dicti teſtamenti , vt in pu-
blicam formam redigatur, iuxta materiam l.publi
cati.C.de teſtamen.teſtes ſuper hoc interrogati ha-
bẽt neceſſe deponere,quòd fuerũt rogati,vel quòd
teſtator alia verba protulerit,quæ vim rogationis
habere videantur.Et,vt dicit ipſe Salicet. eis credi-
tur de ipſorum rogatione:quia ſicut notarius atte
ſtatur de rogatione ſua,ita poſſunt ipſi teſtes de ſua
atteſtari.pro quo facit l.ſi quis decurio.C.ad legem
Corneliam de falſ. Aduertatis tamen quòd nõ mi-
nus dicitur teſtamentũ nũcupatiuum illud, de quo
facta fuit ſcriptura, vel inſtrumẽtum per tabellio-
nem publicatum,quia ſcriptura in teſtamento nũ-
cupatiuo non fit ad ſolennitatem,ſed ad probatio-
43 nem:†quoniam teſtamentum nõ præſumitur, niſi
probetur. l.iij.§.de illo.ff.pro ſocio. & l.lege obue-
nire.ſ.titulo proximo.In omni tamen teſtamento,
exceptis ſuperius dictis,requiruntur ſeptẽ teſtes ro-
gati vel certiorati, aut adhibiti:quia adhibere eos,
eſt idem quod rogare, ſecũdum Doctores in dicto
§. in teſtamentis. & notata per Bartolum in l.nul-
lum.ff.de diuor.qui allegat pro hoc textum & gloſ.
44 Inſtit.de teſtamen.§.fina.†Eſt tamẽ neceſſe ad va-
liditatem teſtamenti, quòd teſtes ſint in conſpectu
teſtatoris,vt in text.l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamẽ.
Et,vt ibi habetur & notatur , vt valeat teſtamen-
tum,requiritur, quòd teſtes videant teſtatorem:&
ideo nõ valeret,ſi teſtes cæci adhiberentur ad illud.
45 de quo tamen,†an cæcus in teſtamento aut alio a-
ctu poſsit eſſe teſtis,videte gloſſam & Angelum,in
authent. de hæred.& falci.§.ſi verò abſunt. & Spe-
cula.titulo de teſte.§.j.verſic.ſed nunquid cæcus. &
verſic.ſequenti.& per gloſſ. iij.quæſt. ix.cap.teſtes.
& per Archid.notabiliter xxij.quæſtio. v.cap.hoc
videtur.Et per Bald.in l.teſtium.C.de teſtib.& per
ipſum

ipsum in dicta l.si non speciali. ¶ Infertur etiam ex præmissis, quòd testes adhibiti in testamento non probarent, si pariete in medio vel cortina audiuissent verba testatoris, quamuis aliàs testimoniũ de auditu proprio in re perceptibili sensu auditus, vt sunt verba, valeat, vt notatur per glossam, Bartolum, & Ioannem de Imol. & Docto. in l.ij.§.idem Labeo. ff.de aqua pluuia arcend. sed in testamento hoc speciale est, quòd nihil debet esse intermediũ, inter testatorem & testes. Quod & voluit Cynus & Doctores in dicta l. si non speciali. quia infirmi sæpe consueuerunt mutare voces suas.facit l.iubemus.C.de testament. Et quia est magnus timor falsitatis, vt dicta l.finali.C.de fideicommiss.& recitat Cynus se vidisse quendam, qui ita fingebat vocem vicini sui, vt sæpe nocturno tempore dormiret cũ vxore eius, quæ decepta erat illius voce. Dicit tamen Bart. hoc esse verum, nisi testes prius vidissent testatorẽ, & audiuissent, & postea fuissent post cortinam. quod non placet communiter Docto. quia imò, vt dictum est, testes debent esse præsentes, videntes & audientes testatorem, rationibus prædictis. & probat text. di.l.si non speciali. ibi, dũ dicit text. in conspectu testatoris. & l.si vnus.eodem

Vide qd reci tat Cynus.

46 titulo, ibi coram testatore. Et †vult plus Salicet. in sæpe dicta l.si non speciali. non valere testamentum factum testibus existentibus retro cortinã vel parietẽ, autoritate rescripti principis: quãuis enim eius autoritas sit summa, naturalis tamen ratio nõ potest per eũ immutari, vt l.ij.ff.de vsufru.ea.re.quę vsu cõsu.quãuis gl.in dicta l.si nõ speciali.videatur tenere contrarium. Sed secundum Salicet. ille text. & gl.in verbo, priuilegio. debet restringi ad signacula testium tantum, scilicet quando ipsi testes viderunt testatorem, & eum audierunt dicẽtem illud esse suum testamentum in scriptis factum, & rogãtem eos, vt se subscriberent, & signarẽt. quæ omnia fiẽda sunt coram testatore, nisi hoc, scilicet de subscriptionibus & signis coram testatore fiendis, sit à principe remissum. Sed necesse est, quòd testes viderint testatorem, aliàs nõ possunt ferre testimoniũ: quia in teste requiritur visus, vt dicta l.testium.C. de testibus. ibi, in text. præsto fuerunt. ideo testes, qui non possunt videre propter obscuritatem noctis, non probant, secundum Bald. qui allegat not. in l.si cum exceptione. §.in hac.in fi.ff.quod metus

47 causa.& ibi per ipsum Bald. †Sed in contractibus, in quibus non requiritur rogatio testium, vt dicta l.ad fidem.ff.de testib.& l.fin.in fi. C.de codicil.nec requiritur in eis tanta solennitas, non minus valet testimonium, etiam si testes sint retro cortinam vel tenuẽ parietem, dũmodo habeant notas voces cõtrahentium. Et ita potest intelligi glos. in dicto §. idem Labeo. & in concordan. superius allegatis. de cæco. Sed secundum Ioannem de Imola in dicto §. idem Labeo. contra istud fortiter facit, quia etiam in contractibus testes debent esse præsentes actui, qui celebratur, vt dicta l.testium.versu, item. Item periculum mutationis potest esse in contractibus, sicut in testamento, vel vltimis volũtatibus, vt patet in exemplo Cyni suprà posito. & notatur per ipsum in allegata l.testium. & sic possunt decipi testes in contractu, sicut in vltima voluntate. nisi dicamus, quòd lex respexit communiter accidentia, vt l.nã ad ea.ff.de legib. l.non epistolis. & l.neq; naturales.C.de probatio. & etiam, quia in testamento est requisita maior solennitas: quamuis quo ad hoc non bene reperiatur iure cautum, vt patet in dicta l.testium. & l.si non speciali. Item videtur esse decisio in cap. præterea. extra de testib. iuxta gloss.& ibi not. per Innoc. quòd testimoniũ de auditu proprio non probet, interueniente medio pariete, sine aliis adminiculis, etiã ad effectus ciuiles, vt ibi patet secundum vnũ intellectum. per quæ motiua Io. de Imol. in dicto §.idem Labeo. putat esse verius de iuris rigore & mente, quòd tale testimonium sine adminiculis non probet: quamuis propter autoritatem glossarum & Doctorum eas communiter sequentium, in practica fortè seruaretur contrarium: si tamen probaretur, contrahẽtem illo tẽpore fuisse infirmum, fortè secundũ eum nõ sufficeret illa pro-

48 batio, argumen.l.iubemus.C.de testam. †Sed circa præmissa quæritur, nunquid valeat priuilegium, quòd possit fieri testamentum coram duobus testibus. Doctores in allegata l.si nõ speciali.& in l.testamenti factio. ff.de testamen. concludũt quòd sic, quia hoc permittitur in testamento militis, vt dicta l.milites.C.de testamen. milit. vel in testamẽto facto inter liberos, vt dictũ est, per allegatam l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& authẽ.quod sine. C.de testamentis. Reducitur enim per hoc materia probationis ad regulam dictæ l.vbi numerus. Imò etiam ad ius diuinum, secundum quod, In ore duorum vel trium stat omne verbum, vt iuribus supe-

49 rius allegatis. †Et idem secundum Doctores, si per statutum ciuitatis ita prouideretur, quòd in testamentis sufficiat minor numerus, quàm septem testium, vt l.omnes populi.ff.de iusti. & iur.& idẽ est in consuetudine, secundum Baldum in dicta l.si nõ speciali. Pro quo facit l.verbis legis.in fine.&. titulo proximo. quia postquam lex statutaria vel consuetudo cõfidit de legalitate hominum, de qua suspectus fuit Legislator, quando constituit numerum septem testium, adhibendũ in testamentis, illud seruari debet, imò & ipsa lex aliquando voluit testamẽta certa & indubitata, sine vllo teste obseruari, vt dicta l.fin.C.de fideicommiss. secundum vnũ intellectum. & Institu.de fideicommiss.hæred.§.fin.& naturalis iustitia ita suadet. igitur obseruandũ est.l. j.in principio.ff.de iusti.& iur.& l.scire oportet.§. sufficit.ff.de excusat. tuto. ibi, dum dicit text. cuius

50 fidem sufficit firmari ex ipsa naturali iustitia. †Iacobus tamen de Are. tenuit cõtrarium, vt recitatur per Ioan. Andr. in additionibus Specul. titu. de instrument. edi.§.compendiosè. versi. sed nunquid de consuetudine. vbi Spec. apertè tenet id, quod prius dictum est, & illam Speculatoris opinionem cõtra Iacobum de Are. communiter tenent Doctores, vt notatur per Bartol.& alios in l.j. C.de summa trinita.& fide cathol.& dicta l.testamenti factio.ff.de de testament. quia contrariũ in iure non reperitur. igitur in dubio potest sustineri statutum, vel consuetudo, per notata in dicta l.omnes populi. & pro hac opinione videtur casus in l.ij.C.quemadmodũ testamen. aperiã. Dicit tamen Angel. quem recitat Ioã.de Imol. in alleg. l.testamenti factio. quòd præ-

dicta vera sunt in ista solẽnitate inducta de iure ciuili, secus in introducta de iure gẽtium, vel diuino, quòd coram vno teste testamentum factum valeat, quia hoc aduersatur illi autoritati, de qua sępius ẽ. dictũ est, In ore duorum vel trium &c. Et facit arg. ad hoc illud quod notatur per Hostien. & Anto. de Butr. in c.j. extra de appel. vbi dicũt, ꝙ non potest induci per consuetudinẽ vel statutũ, quòd credatur testibus solũ deponẽtibus de credulitate. Pro opinione tamen Iacobi de Are. cõtra communem fortiter facit text. in l. fin. C. de testam. vbi vult aperte text. quòd non valeat consuetudo diminuens solẽnitatem testamẽti, præterquam in locis rusticanis, in quibus etiam reprobatur consuetudo, quæ tolerarct pauciores testes, quàm quinq;. Sed Docto. tenentes contrariam opinionem, respõdẽt ad illam legẽ, ꝙ ibi damnatur consuetudo, quæ præcedebat illam legẽ, sed nõ illã, quæ sequuta est eam. quæ solutio displicuit Io. de Imol. in d. l. testamẽti factio. quia eadem ratio videtur habere locum in præterita & futura cõsuetudine. Igitur videtur de intentione Legislatoris fuisse vtrunq; prohibere, quia à ratione legis ipsa lex regulatur. l.j. C. quæ sit longa consue. l. quod vero. ff. de legi. l. quod muliet. in prima. ff. solu. matr. & l. cum ratio. ff. de bo. damn. cum similib. Ideo non videtur verisimile, quòd Legislator voluerit permittere futurã consuetudinẽ: quia vbi à lege reprobatur cõsuetudo, nedũ præterita, sed etiã futura videtur reprobari, arg. l. si seruitus. ff. de serui. vrba. prædio. & facit quod notatur per Bart. & alios in l. si mihi & tibi. §. fi. ff. de legat. j. & per Cy. in l.j. C. quæ sit long. cõsue. in quinta quæstione principali. & ibi per Bald. & Ioan. Andr. in c. certificari. extra de sepul. & in clement. statutum. extra de elect. per Docto. Accedat quod habetur in authen. nauigia. C. de furt. aliàs sequeretur, quòd in dicta l. fi. C. de testamẽ. illi rusticani, de quibus hic, potuissent desistere à consuetudine sua antiqua, & postea introducere nouã, quæ remitteret magis de solennitate, puta, quòd valeret testamentum cum tribus vel quatuor testibus, & fieret illusio dispositioni legis. quod esset absurdum, & ideo non tolerandum, sed vitandum, vt l. nam absurdũ. ff. de bo. libert. & l. fi. C. de sentent. pas. Et huius rationis timore Bal. in dicta l. fin. dicit aliter, quod tamẽ fuit dictum originaliter Bart. in dicta l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. scilicet, quòd dicta consuetudo nõ valet, vt ibi, nisi approbetur per principem, quia inducentes illam consuetudinem non habebãt potestatem legis condendæ. Sed hæc ratio secundum Ioan. de Imol. impugnatur per text. dictæ l. fin. quæ vult solennitatem testamentorũ esse obseruandam in omnibus ciuitatibus & terris subiectis Romano Imperio, in quibus habetur copia peritorum. Sed in alijs, vbi deest copia peritorum, ordinat seruari antiquam consuetudinem, dum tamen adhibeantur quinq; testes. Ideo remanet argumen. dictæ l. fi. pro opinione Iacobi de Are. Nec obst. dicta l. ij. C. quemadmodum testamen. ape. quia, vt dicit Ioan. de Imol. & bene dicit, ille text. non loquitur de consuetudine diminuente numerum testium in solẽnitate testamẽtorũ requisita, sed de quadã cõsuetudine circa formam aperiendi testamenta, in qua non versatur tantum periculum. Ideo concludit ipse de Imol. de rigore iuris veriorem esse opinionem Iac. de Are. quamuis communis opinio sit illi contraria, quæ fortasis seruaretur in practica, vt bene dicit Panor. in cap. ij. extra de probatio. Communis opinio communiter sequẽda est, vt etiam notatur per Angel. & Ioan. de Imol. in l. cum quidã. §. quod dicitur per illum text. ff. de acquir. hæred. nisi esset euidenter falsa, vel posset cõuinci euidenti ratione, vt etiam vult Ioan. Andr. in c.j. extra de constitur. & Panor. in c. cum sint homines. extra de deci. Ad hoc facit notabilis text. in l.j. §. sed neq; C. de veteri iure enucl. vbi dicit, quòd ex multitudine autorum non oportet nos iudicare: quia sentẽtia vnius, etiã fortè deterioris, potest multos & maiores superare. quod etiam tenet Ioan. de Anania in c. significasti.

51 extra de homicid. †Verũtamen præsupposita prædicta cõmuni opinione pro vera, dubitari potest, An scriptura testamenti facti secundum consuetudinem vel statutum loci, probet vbiq;, etiam extra locum vbi factum fuit. Docto. in dicta l. si non speciali. tenent quòd sic, per illa, quæ habetur in dicta l. milites. C. de testamen. milit. & plenius per Doct. in allegata l.j. C. de sum. trinit. & fid. cathol. & facit

52 dicta l. ij. C. quemadmodum testa. ape. †Sed vtrum ciuis alienus veniens ad locum, vbi est priuilegiũ de faciendo testamẽtum coram minori numero testium, vel etiam ciuis dicti loci alibi existens, possit testari secundum formam & tenorem illius priuilegij. Quidam distinguũt, an priuilegium sit cõcessum ciuitati, vel loco, quo casu quilibet extraneus potest in eo loco testari, secũdum dictum priuilegium, argumen. l. si fundus. ff. de euictio. & l. ciuibus. ff. de reb. dub. & l. j. in principio. ff. de vsur. quia testamentum dicitur ibi nasci, vbi conditur, argumen. l. fi. C. de munici. & origi. libro x. & ff de mu. & hono. l & qui originem. secundum vnum intellectum. Ideo alibi legimus ad literã sic, quod pactũ inter se gentes aut ciuitates consuetudine, vel lege firmarunt, nullis ciuis aut peregrini libidine violetur. viij. distinct. cap. quæ contra. sed ciuis nõ poterit alibi testari secundum dictam formam, quando priuilegiũ concessum est loco. Aut est cõcessum dictum priuilegiũ personis seu ciuibus, & tunc extraneus nõ potest testari secundũ dictam formam, argumen. l.j. C. de emancip. libe. vbi videte Salice.

53 †In dubio autem secundum Bald. in dicta l. si non speciali. priuilegium censetur concessum tam loco quàm personis, argument. l. fi. ff. de constit. prin. & cap. cũ dilecti. extra de dona. de qua materia videte plenius per Docto. in allegata l.j. C. de sum. trin. & fide catholica. & in cap. cum olim. extra de cleri. coniuga. per Ioan. de Imol. post Petr. de Ancha. & latius per eundem de Anchar. in repetitione cap. j. extra de constit. in prosequutione quartæ quæstionis principalis. & per Ioan. Andr. in additionibus Specul. dicto titul. de instrument. edit. §. compendiosè. in prædicto versic. sed nunquid de consuetudine. & aliquid per Bald. in l. administrantes. §. fin.

54 ff. de excusa. tuto. †Addi potest hic quæstio, quam ponit hic Bart. in d. l. qui à latronibus. in prin. ff. de testa. de existente apud Barbaros vel infideles causa legationis aut mercãtiarum ibi decedẽte, & faciẽte testamen

Cõmunis opinio cõmuniter sequẽda est, nisi &c.

testamentum corã duobus testibus, secundũ cõsue-
tudinem illius terræ, vel statuta, verũ valeat. Bart.
ibi tenet quòd non, quia statuta vel consuetudines
infideliũ seu Barbarorũ nõ approbãtur apud nos.
& quãuis consuetudo vel statuta loci, vbi fit testa-
mentum, faciant illud valere, secundũ communem
opinionem, per d.l.ij.C.quemadmo.testa.ape.illud
est verum, secundũ mentẽ Bar. quando in solo Ro-
mano, id est, in quo seruantur iura Romanorũ vel
Imperatorum, illa statuta vel cõsuetudines appro-
bãtur. Bald. verò in d.l.ij.& ipse in l.ius ciuile.ff.de
iusti.& iur. recitat se in quæstione facti consuluisse
cõtrarium, quia ius gẽtium, secundũ quod factũ est
dictũ testamentũ, bonũ est, & ęquũ vbiq. l.j.ff.de iu
sti.& iur.& cohęret iuri canonico, imitãti ius diui-
nũ, scd'm qđ in ore duorũ vel triũ testiũ stat omne
verbum, per iura alleg. & sub iure diuino seu lege
diuina, sunt omnes populi & nationes. sed ius Im-
peratorum nõ viget vbiq. locorũ, vt no. per Doct.
in d.l.j.C.de sum.tri. & facit quod no. per Inno.&
Doct. in c.quod super.extra de voto. Paul. verò de
Cast. discipulus Bal cõtra ipsum sequit Bart. cuius
opi. dicit esse veriorẽ, in d.l.qui à latronibus. quia
sicut debet adhiberi solennitas iuris cõmunis, quã-
do in loco in quo fit testamentũ non est aliqua cõ-
suetudo vel statutũ, vel si sit, nõ habet approbatio-
nẽ: ita in isto casu, qa cõsuetudo vel statutũ Barba-
rorũ, si quę vel quod sit, nõ habet approbationem,
& fingitur non esse, ideo nõ videtur sufficere illam
vel illud obseruari. sed ibi Io.de Imo. per verbũ, for
tẽ, per quod sæpe respõdent periti, vt l.in substitu-
tione. vbi gl.& Bal.ff.de vul.& pu.subs.& gl.& Io.
de Imol. in c.quia ingredictibus. extra de testa.& l.
mutus. in prin.ff.de procu.& l.in cõmodato.§.sicut.
ff. cõmod.& l.si duo.§.j.ff.de arbi. dicit posse defen
sari opi. Bal. cõtra Bar. quia Barbaræ nationes &
hostes populi Romani in eorum locis sunt liberi,
& habent dominia rerũ suarũ, quæ sunt de iure gẽ-
tium. l.ex hoc iure.ff.de iusti. & iur. hinc est, q etiã
iure ciuili captus ab eis, efficitur eorum seruus, vt l.
hostes.& per totũ ti. ff.de capti. & postli.reu.& l.si
qs filio exhęredato.ff.de inof.testa.cũ similib. Ideo
videt q in suis locis possint condere leges suas atq.
statuta, & inducere consuetudines, & sic non repu-
tatur absonũ dicere, q sufficiat tũc testamentũ cõ-
ditum esse secundũ leges illius loci, quamuis fortè
posset cõfici secundũ ius cõmune.& text. d.l.qui à
latronibus. permittẽs illũ, qui legatus, aut aliàs sine
priuatione libertatis est apud eos, posse testari, non
phibet illud testamentũ fieri secundũ cõsuetudinẽ
illius loci, nec ratio stringit ad oppositum: ergo in
dubio debet intelligi secundũ generalitatẽ d.l.ij.C.
55 queãd.testa.ape.& ita residet. †Deinde notandũ est,
q testes adhibiti ad testamẽtũ, vt valeat, debẽt esse
liberi hoĩes, & nõ serui, vt d.l.qui testamẽto. §.ser-
uus.ff.de testa.& Insti.eo.ti.§.testes.& d.l.hac cõsul-
tissima. in princ.C.eo.tit. ibi, ciuibus Romanis. re-
manet tñ testamentum validũ, si tpe conditi testa-
menti seruus adhibitus pro teste cõmuni opinione
liber reputabatur, vt l.j.C.eo.ti. vbi no. per Doct.
56 †q cõditio testis testamẽtarij seu instrumẽtarij in-
spiciẽda est scd'm tẽpus quo adhibetur pro teste, &
non scd'm tẽpus quo examinat. pro quo facit d.l.
ad testiũ.§.j.quod intelligi debet de cõditione vera
57 vel putatiua: †secus esset in conditione testis iudi-
ciarij, qa in eo inspiciẽdũ est tẽpus, quo examinat,
vt habet in l.iij.§.lege Iulia.ff.de testi.& l.iij.§.duæ.
ver. finge.& ibi gl.ff.de Carbo.edi.& Spec. ti.de te-
ste.§.j.versu, quid si testis erat testabilis. Sed etiã in
testamentario teste intelligũt aliqui hoc esse verũ,
quod dictũ est, nisi testis mutasset conditionẽ suam
culpa sua, vt quia post tẽpus testamenti esset venũ-
datus in seruũ ad pretiũ participandũ, vel esset in-
famis ob suũ delictũ, vt in d. §.duæ. cũ sua gl. secus
qñ sine culpa sua, vt in casu d.l.i. vt quia fortẽ fuit
detecta pręcedens seruitus eius. Fuit tamẽ sententia
Azo.Dy.Bart.& aliquorũ Doct. in d.l.ad testium.
§.j.& Bald. in alleg.l.j.C.de testa. per illos tex. q te-
stis adhibitus ad solennitatẽ testamẽti, vel alicuius
actus, etiã post actũ, superueniente sibi casu ex suo
delicto vel culpa, propter hoc nõ impeditur testi-
ficaei: sed secus est dicendũ, vbi non fuisset adhibi-
tus ad solennitatẽ, vt in cõtractibus, in quibus re-
gulari iure testes non requirũtur ad eorũ validita-
tem, vel essentiã, sed solũ ad probationem, ideo in-
spicitur in illis testibus eorũ cõditio, tempore quo
in iudicio producũtur & examinãtur, vt l.quoniã
liberi.C.de testi.& d.§.duæ. allegant ad hoc tex. in
vsibus feudorũ, in c.vnico, an remoueri debeãt te-
stes, qui pares esse desierunt. & ibi gl.& c.j.si de in-
uesti. inter do.& vasal. lis ori. intelligit etiã Bart. q
respicitur conditio testis iudiciarij, quæ est tẽpore,
quo examinatur, nisi mutasset conditionẽ fraudu-
lenter in fraudem testimonij ferẽdi, vt ipse no. in l.
j.§.si seruus.ff.de quæstio. & in simili dicit Bal. in l.
Athletæ.§.amplius.ff.de excu.tut. q accusans testẽ,
vt nõ possit testificari cõtra eum, si cõstet iudici de
calũnia per aliqua argumẽta, nõ facit propter hoc
illum testẽ repelli à testimonio. idem no. ipse Bald.
in authẽ.si dicatur.C.de testib. Imò secundũ Cy. in
additionib. hoc faciens perdit causam, quia tollit
aduersario defensionẽ, argumento l.prouidendũ. in
58 fi.C.de postu. †Est tamẽ aduertendũ circa præmissa
pro clariori ipsorũ intelligentia, q gl.fi. d.l.j.C.de
testa. timore illorũ, quę habẽtur in d.l.quoniã libe-
ri.& in d.l.iij.§.duę. ponit ibi duas lecturas. vna est,
q illa l.j. loquitur de testamẽto nuncupatiuo facto
sine scriptis, quod nõ reuocatur in dubiũ: sed legiti
mus aduersarius volens ab intestato succedere, illud
cõfitet, sed obijcit, q vnus vel plures de testibus ad
illud adhibitis erãt serui: ideo nõ erat quęstio volũta
tis, sup qua nõ erat opus examinare aliquos testes:
sed si reuocaretur ipsa volũtas in dubiũ, & aduersa
rius illã nõ confiteret, nõ posset testis seruus exami
nari, quamuis tẽpore testamẽti cõmuni opinione
reputaretur liber, per d.l.quoniã liberi.& d.l.iij.§.
duæ causæ. ver. finge.& sic vult illa gl. q bene vale-
bit tale testamẽtũ, ex quo seruus adhibitus pro teste
cõmuni opinione reputabat liber. Sed non poterit
probari, quia detecta seruitute non potest exami-
nari, vt dictũ est, & sic non deficiet ius, sed proba-
tio iuris: sicut in simili dicit in l.duo sunt Titij.ff.
de testa.tutel. hoc tamẽ esset paruę, vel nullius vtili-
tatis, valere testamentũ, & non posse probari: quia
paria sunt, aliquid nõ esse, vel esse, & nõ apparere,
vt l.in lege.ff.de cõtrahẽ.emp.& d.l.duo sunt Titij.

Quo tpe debet inspici conditio testis instrumẽtarij vel iudiciarij.

cum similib. ob quod aliqui dicunt, vt recitat dicta glos. quòd si dicta l.j. loquatur in testamento nuncupatiuo, de quo facta fuit scriptura manu tabellionis, quæ probabit secundum ea, quæ superius dicta fuerunt. & notatur in dicta l.fi. C.de fideicom. frustra disputaretur de examinatione testium, quæ tunc non est necessaria, argu. l. eum precibus. C.de proba. & dicta l.fin. C.de fideicom. & notatorũ in dicta l. hæredes palam. in princip. quia quamuis instrumentũ tabellionis non obtineat nisi vicẽ duorum testium, vt notatur in l. in exercendis. C.de fide instru. & in c. cum Ioannes eremita. extra illo titu. prædicta tamen intelliguntur, quãdo fuerunt præsentes septẽ testes, & tabellio rogatus de conficiendo instrumentum testamenti, cuius scriptura facta cum solẽnitate requisita in l. generali. C.de tab.lib. x. plenẽ probabit, & obtinebit vicem septẽ testiũ: & ita obseruat cõsuetudo, vt in præcedentibus visum fuit, à qua nõ est recedendum, vt alleg. l. minimẽ. ff. de legi. & ista lectura illius l.j. est in se vera, licet videatur diuinare ad illam legem. Secunda fuit ibi lectura, ꝙ illa lex habeat locum in testamento solenni facto in scriptis, de cuius solennitate requiritur scriptura, & etiam testium subscriptiones & signa, quod probatur ex illo textu, dum dicit, testamentum signabatur. & in dicta l. ad testium. §.j. in verbo, signarunt. cum in testamento nuncupatiuo non sint apponẽda necessariò signa testium. Et idẽ probatur Institut. de testamen. §. sed cum aliquis. ibi, testamentum signaretur. & ista lectura etiã vera est, secundum Doct. ibi. †sed quia post mortẽ testatoris, qui solenniter in scriptis testatus est, testes debent sua signa & subscriptiones recognoscere, & testificari iudicialiter corã iudice, in hoc est dubiũ, an testis seruus, vel infamis, possit testificari post testamentũ, quamuis tẽpore testamenti reputaretur liber, vel bonæ famę: & hic sunt diuersæ opiniones recitatæ per Bart. & alios in dicto §.j. l. ad testium. & in dicta l.iij. §. duę causæ. & in dict. l.j. C.de testamen. & prima fuit opinio Azo. & Dy. ꝙ potuit, ex quo fuit adhibitus ad solennitatẽ: quia conditio testis testamentarij vera vel putatiua, attẽdi debet, vt dictũ fuit, secũdum tẽpus, quo adhibitus fuit ad testamentum, dum tamen non sit mutata eius delicto vel vitio, quia tunc illa noceret, si postea testis producatur ad examen in iudicio, vt dicto §. duæ. versic. finge. sed illa nõ mutata, licet detecta sit alia quàm cõmuni opinione putaretur, non debet nocere non obstante defectu superueniente. Ad quod adducunt text. cum glos. notabili super verbo, suppliciis. quæ incipit, innuit. in authen. de testib. §. & licet. colla. vij. Imò secundum aliquos licet testis ex delicto suo mutauerit conditionẽ suam, non est per hoc infringenda facultas probandi vltimã voluntatem, ne testatori inferatur præiudicium ex delicto testis, arg. l. non debet alteri. & isto ti. quod corroboratur, quia nihil videtur imputãdum illi, qui adhibuit illum in testem ad testamentum, eò quòd communis opinio reputabat eum habilẽ. ad quod allegant tex. in c. vnico, in libro feudorũ, tit. an remoueri debeant testes, qui pares esse desierũt. & ita secundum istos debet intelligi d.l. quoniam liberi. & secundum istam opinionem Azo. & Dy. quam sequitur Bart. & Cy. in additionib. in dicto §. duæ. non est ficnda differentia in testamento in scriptis, vel nuncupatiuo. Sed an sit detecta illa cõditio, quę erat occultata propter communẽ opinionem, quo casu possit admitti, vt dicta l.j. vbi tantum consideratur tempus signaturæ testamenti, quia tunc, non autẽ nũc, testis fungitur testimonio. Ad quod facit dicta l.fi non speciali. & etiam quia non fert testimonium de voluntate testatoris, sed de sua subscriptione & facto proprio, vt l. consulta diualia. C. de testa. & l. cum ab initio. & l. seq. ff. quemadmo. testa. ape. Sed Ioan. de Imol. in dicto §.j. l. ad testium. dicit, quòd contra istã opinionem fortiter facit dicta l. quoniã liberi. quæ indistinctẽ loquitur, & similiter dicta l.iij. §. duæ. cum sua glos. Nec obstat dict. §.j. quia nõ probat de necessitate, quòd existens seruus tempore quo deponit examinatus in iudicio possit testificari. sed dicit, quòd debet inspici cõditio testis, secundũ tempus testamenti: & sic intendit illa litera, quòd non inspiciatur conditio testis medio tempore, scilicet inter tempus testamenti conditi, & tempus depositionis, quã facit testis in iudicio. vel secũdum eum ibi disputatur de solennitate testamenti, nõ autem de voluntate testatoris, secundum glos. ibi. & ad l.j. prædictam C. de testa. dat eandẽ solutionem, quod non reuocabatur in dubium voluntas, sed solennitas, super qua fuit dubitatum, nõ autem an tempore cõditi testamenti testes erant serui vel liberi, sed vtrum haberentur tunc communi opinione pro liberis. & decisum fuit, quòd sufficit si pro liberis tũc habebantur. & idẽ dicitur in §. sed cum aliquis. Insti. de testa. vbi ad literam dicta l.j. recitatur. & ista fuit opinio glos. ibi, quam sequitur Iacob. Butrig. & ad dict. §. & licet. respondet Io. de Imol. quòd bene ponderatus non probat dictũ gl. ibi, imò potius oppositum: quia text. ibi dicit testes debere esse fide dignos, & rogatos in casu, de quo ibi loquitur. ꝙ si non sint tales, subdi debent tormẽtis. quasi velit, ꝙ testes in casu de quo ibi, si velint deponere quando non fuerunt rogati, præsumantur suspecti: & ideo subijciantur tormentis. & idem fortius est, si nõ sint fide digni. & sic non loquitur tantum, quando non sunt rogati, & quando non sunt fide digni: imò in vtroque casuũ prædictorũ, scilicet siue nõ sint rogati, siue sint rogati, sed suspecti. & hoc tenet Paul. de Cast. in d. §.j. l. ad testiũ. & etiã ille tex. §. & licet. loquitur in cõtractibus, & quantũ ad illos, qui rogauerunt testes, qui ex hoc videntur approbasse illorũ personas, arg. l. si quis testibus. C. de testi. Item ad c. vnicum, an remoueri debeant testes, qui pares esse desierunt. respondet, quòd ibi non interuenit defectus respiciens seruitutem vel infamiam, aut alium defectum, per quem detrahatur fidei testis, ideo ibi facilius admittitur ad testimoniũ: secus in casu isto, per d.l. quoniam liberi. Ideo videtur posse sustineri gl. & eius opinionem. Ipse verò de Imol. tandem se resoluit, & dicit posse dari nouum intellectum, ꝙ in d.l.j. sit speciale in testamento in scriptis, quo casu testes nõ deponunt nisi de facto suo, recognoscẽdo suas subscriptiones & sigilla, vt si l. si quis ex signatoribus. ff. quẽadmo. testa. ape. Seruus enim potest de suo facto interrogari in iudicio. l. interrogari

ri.C.de quæstio.& l.seruos.ff.de testib.& sic restringit
Ioan.de Imo.illam l.j.ad defectum testis contingentem
ratione seruitutis. Sed Ludouico Romano recitato
per Alexandrum de Imola non placuit ista opinio,
quæ non fuit noua, vt vult ipse Ioan.de Imol.sed fuit
Nicolai de Matherellis:quia secũdum eundem domi.
Ludo.si vera esset,sequeretur,quòd semper seruus pos
set esse testis in testamento in scriptis,cum de suo facto
posset interrogari.quod non est verũ,vt dictũ est s.in
prin.hui9 quæstionis. Sed hæc ratio Ludouici nõ vide
tur bona Alexandro,quia dicti Doct. loquũtur quã-
do testamẽtum nõ peccauit in solẽnitate:quia cõmuni
opiniõe testis tẽpore testamẽti reputabatur idoneus,
vt d.l.j.Sed Lud. Ro.loquit qñ defectus esset in solẽni
tate.ipse tamen putat non procedere opinionẽ Nicol.
de Mathe.& Ioan.de Imol.quia licet adaptetur ad tex.
d.l.j.non tamen adaptatur ad d.§.j.l.ad testium.qui lo
quitur in quocunq; teste minus idoneo.& facit cõtra
d.opinionẽ:quia testis adhibitus in testamento in scri-
ptis nõ solum deponere debet de suis signo & subscri-
ptione,sed etiam aliorũ testium,secundũ sententiã Iac.
Butric.Salice. & Fulgo.in l.publicati.C.de testa.aliàs
omnes testes essent singulares,& sic non probarent,vt
l.ob carmẽ.§.fi.ff.de testi.& cap.licet. extra de proba.
imò secundum Fulgo.in d.l.publicati.testes debent de
ponere,quòd ipsi fuerunt rogati à testatore dicente il-
lud esse suum testamentum,& ipso etiam se subscriben-
te si scribere sciat,per d.l. hac consultissima.in princip.
quia forma ibi tradita non debet dici superuacuo po-
sita.dicit tamen quòd si non tractaretur de publicatio
ne testamenti,sed de sola eius aptura,sufficeret quẽlibet
testem suam subscriptionem recognoscere,vt d.l. cum
ab initio.ff.quemadmo.testa.ape.ex quibus patet dif-
ficultas huius quæstionis. Verũtamen putat Alexan.
de Imol.veram esse opinionẽ Azonis,Dyn.& Barto.
& suorum sequaciũ,per tex.d.l.j.in verbo,vsq; adhuc.
vbi sentire videtur legislator, quòd si quæstio status
non fuit mota illi testi qui fuit adhibitus ad testamen-
tum vsq; ad illud tempus,quo examinatur,nihil noce
re debet,licet fuerit seruitus postmodum detecta.& vi
detur quædam diuinatio illud,quod ibi vult glo.scili-
cet q aduersarius fatebatur testamentum,sed arguebat
solennitatem,vel quòd erat de testamento confecta pu
blica scriptura manu tabellionis.& quamuis ibi non
fiat mentio de conditione testis tempore,quo in iudi-
cio,pducitur,præsumptio tamẽ ibi sumi põt,quod fuit
mutata conditio testis vel detecta tpe mortis testõris,
quo tempore erat effectus non idoneus,quãuis tempo
re testamenti esset idoneus.& cum nõ appareat de vlte
riori mutatione,reputari debet testem esse eiusdẽ condi
tionis qua erat illo tẽpore,argu.regulæ, semel malus.ex
tra isto tit.lib.vj.& l.si cui.§.ijsdem.ff.de accusa.& no-
tatorũ per Bald.in l. ex persona.C.de proba.& quic-
quid respondeat Ioan.de Imol.ad istam opinionẽ be-
ne facit d.c.vnicum,an remoue. debeãt tes.qui pa.esse
desi.in ratione ibi posita in tex.in fi.quæ generalis est,
& ideo dispositio debet intelligi generalis, vt l.regula.
§.si qs.& ibi Bart.ff.de iuris & fac.igno.pro ista etiã
opinione nõ cauillando literã,facit tex.sæpe allegatus
in d.§.j.l.ad testium.nec fuit bona cõsideratio Paul.de
Cast.ibi,qui intelligebat illũ tex.vbi nõ negabat volũ
tas,sed impugnabatur solẽnitas,& ideo vbi negat vo-
luntas,nõ posset testm̃ factũ pbari per tales testes.Sed
vt dicit Alex.remediũ est,q per institutũ articuletur,q
testator tali tempore fecit testm̃,& quòd testes adhibiti
ad illud illo tempore cõmuni opinione reputabantur
liberi homines & idonei.& hunc articulum probabit
per alios testes,per quã probationẽ cõstabit testamen-
tarios testes habilitatos propter cõmunẽ opinionem.
Nec obstabit tunc detecta alia cõditio, per iura supe-
60 rius allegata.& ita pertrãsit.†Sali.vero in d.l.j habuit
super istis suas cogitationes,ad hoc se resoluẽs,q quã-
doq; testis producit in iudicio ad probandũ illud,qd'
vidit vel audiuit,de quo tamen nõ fuit rogatus,& eius
conditio spectari debet secundũ tẽpus suæ testificatio-
nis,vt d.l.quoniã liberi.& d.§.duę.Quãdoq; producit
testis,vt testificetur de actu ad quẽ fuit specialiter vo-
catus atq; rogatus vt testis adesset:quo casu si ille act9
ad sui essentiã & solẽnitatẽ requirebat q fieret illa con
uocatio & rogatio,vt in testõ,cõditio illius debet inspi-
ci secundũ tẽpus quo fuit adhibitus pro teste,nõ habi
ta cõsideratione,q cõditio illius sit detecta vel suo deli
cto mutata tẽpore quo examinat,vt d.§.j.l.ad testium.
vbi Bar.ita tenet,& alleg.l.j.& l.si nõ speciali.& l.iube
mus.§.sed ne aliqua.in verbo, ad æternã rei memoriã,
C.de testa.quia iniquũ esset,quòd vitiũ in teste super-
ueniens,vel detectũ noceret ei, qui illũ adhibuit in te-
stem sequutus cõmunẽ opinionẽ,cum nihil peccaue-
rit,vt d.l.nõ debet alteri.s.isto tit.Si verò illa conuoca-
tio & rogatio non fuit necessaria pro solẽnitate illius
actus vel substantia,sed procedit à voluntate,tunc cõ-
siderari debet tempus quo examinatur testis,si ab vna
parte tantũ fuit adhibitus,vt d.l.quoniam liberi. sed si
ab vtraq; parte fuit vocatus,quamuis casus sit magis
dubitabilis,putat tamen ipse Salice.quòd tẽpore exa-
minationis vna pars non possit alteri obijcere de in-
habilitate testis, ex quo tẽpore actus illũ approbauit,
arg.d.l.si quis testibus.C.de testi.& per glo.in l.qm̃.C.
de hæret.& maxime hoc potest esse verũ si testes depo-
suerũt in iudicio priusq; appareat de dicto defectu. nã
tunc testimonium redditũ nõ vitiaretur,licet postea de
tegatur aliquis defectus testium. allegat ad hoc illud,
quod notatur in l.furti.ff de his qui notãtur infa.& in
authen.de testi.§.si verò quis. coll.vij.& in Spec.de te-
ste.§.j.versu,quid si erat.& versu seq.& in c.factũ legi-
timẽ. extra eo.tit.lib.vj.quia tamen ipse Salic.dicit for
te istam opinionem non seruandã in practica,ideo te-
nendo aliã opinionem dici posse intelligi,q testatori
non nocet mutatio vel detectio cõditionis testis,quo
ad solẽnitatem & substantiã testamẽti,sed ipsi testi no-
cebit in productione ad iudicium:quia sibi nõ crede-
tur vt testi:& imputare sibi debet testator, qui cautius
nõ prouidit à principio, adhibẽdo tabellionẽ, & con
fici faciendo publicum instrumentũ,per quod sua dis-
positio probaret.Tutior enim via est eligenda,in c.iu-
uenis.extra de sponsa.& ita pertransit satis sibi ipsi cõ
rius & nihil certum tenẽs,vt patet ex suis verbis supra
dictis,ideo tutius videtur standũ cõmuni opinioni in
testamẽtis per tex.allegatos.vel si vultis,latius cogita-
61 te.¶†Circa quod quæritur:quia dictum est superius,
quòd instrumentũ probet,in quo nominatiue descri-
pti sunt septem testes,per notatã in l.fi.C.de fideicõ.&
d.l.hæredes palam.in prin.ff.de testa.etiã si sit mutata
vel detecta cõditio testis,vt not.per glo.in l.tabularũ.
la ij.ff.quẽadmo.testa.ap.quo modo potest hoc esse in
testõ in scriptis,cuius cõtinentiã & tenorẽ testes igno-

rant. Ad hoc respõdet Sali. in d.l.j.q̃ sufficiet si in eorũ
præsentia videat tabellionẽ sumentẽ notã instrumẽti
ad requisitionẽ testõris dicẽtis illud esse suum testm̃ &
vltimã voluntatẽ scriptam à se, vel, si nesciat scribere, à
tali tabellione: qa per hoc testes dicent habere scientiã
implicitam illorũ, quæ ibi cõtinentur. quod erit satis se
cundũ eum. Ad quod facit l. in testõ. ff. de condi. & de
monst. Prædicta tamen possunt intelligi vera esse, &
procedere, nisi aliqui testes de numerarijs cõtradicerent
instrumẽto: quia etiã vnus numerarius cõtradicẽs fa
ceret vacillare instrm̃, vt l.j. in fi. & d.l. tabularũ. ff. quẽ
62 admod. testa. aper. & ibi not. ¶ †Quæstio etiam est an
illud qd' dicit in sæpedicta l.j. C. de testa. i teste seruo, ha
beat locum in alio inhabili, vt qui forte est infamis, &
cõmuni opinione reputabat nõ infamis. dicite secun
dum sententiã cõem Docto. ibi q̃ sic. & hoc vult glo.
quæ reputat singularis in l. cũ lege. in fi. ff. de testa. quã
sequunt ibi cõiter Doct. & Bal. in l.j. iij. col. C. de secũ.
nup. & ipse Bal. in l. Cassius. in fi. ff. de senato. & ipse in
d.l.ij. C. de senten. & interlo. omn. iudi. Angel. tñ in d.l.
j. tenuit cõtrarium, cum quo Fulgo. & aliqui transiue
runt per illum tex. ibi, in hac causa. & p̃ §. sed cum alis
quis. Insti. de testa. in quibus textibus ex liberalitate im
peratorũ, qui illas leges condiderunt, subuẽtum est ta
libus testamẽtis per suum rescriptũ. ¶ Ex quo inferunt
prædicti Doct. q̃ ante illorũ Imperatorũ rescripta tale
testm̃, in quo serui pro testibus adhibebant, erat nullũ:
sed fuit ibi ius speciale, q̃ si cõmuni opinione reputa
rentur liberi, valeat testm̃. & ideo quia fuit ius speciale,
nõ debet trahi ad alios casus. l. qd' verò. ff. de legi. Addit
Fulgo. rationem: quia nõ videt ita rationabile in alijs
inhabilib⁹ sicut in seruis, cũ frequẽtius cõtingat seruos
reputari liberos. ad qd' alleg. l. iusto. in prin. ff. de vsuc.
sed ille tex. dicit cõtrariũ sui propositi: qa dicit q̃ liberi
frequẽter emunt p̃ seruis. ideo secũdũ Alex. de Imol. te
nenda est cõis opinio, & maximè p̃pter vtilitatẽ publi
cam quã cõcernit fauor testõrũ conseruandorũ: qm̃ in
dubio testm̃ debet sustentari secundũ glo. notabilẽ in l.
Gallus. § quid si is. sup verbo, vtilitatẽ vel vtilitate. ff.
de libe. & posth. & ibi Bal. & Pau. de Cast. & facit tex.
in l. vel negare. ff. quẽadmo. testa. ape. & l.ij. C. cõia de
lega. ibi, & nemo moriẽs putet &c. & tenet Io. de Ana.
in c. quia in oĩbus. extra de vsur. facit qd' habetur in l. si
pars. ff. de inoffi. testa. & in c. fi. extra de senten. & re iu
dic. & qd' not. per Ioã. And. in c.j. & ij. extra de cogna.
spi. & glo. in c. iij. extra de proba. & Io. de Imol. in c. Raí
nutius. tertia charta. extra de testa. Fit enim extẽsio idẽ
titate rationis etiam in exorbitantibus, præsertim vbi
est fauor publicæ vtilitatis, vt not. per glo. in l. si à pri
mo. in verbo, vt natus. & ibi Ioã. de Imol. ff. de libe. &
posthu. & per glo. & Bart. in l. ij. § exercitum. ff. de his
63 qui notã. infa. ¶ †Sed quæritur de instrumentis ab illo
qui nõ erat tabellio, cõi tamen opinione p̃ tali reputa
batur, an valeant instrã per eum cõfecta, & per illa fiat
p̃batio ac si esset vere tabellio. Bar. & Docto. mouent
hanc quæstionem in d. §. j. l. ad testium. & Salice. & alij
Doct. in d. l. j. & Bald. in l. ij. C. de manu. vindic. & ipse
in d. l. ij. C. de senten. & interlocu. omn. iudic. & ipse in l.
Barbarius. ff. de offi. præto. & Inno. in c. j. extra de fi. in
stru. & Spec. ti. de instru. edi. § restat. versic. quid si is. &
ibi Io. And. in additionibus, in additione quæ incipit,
efficiendũ. & Host. in summa de fi. instr. § qbus instru
mentis. versi. quid ergo si papa. & Io. Fab. in d. §. sed cũ
aliquis. Et põt dici, q̃ si quærat de eo, q nũq̃ fuit crea
tus tabellio, nõ valent instrã p̃ eũ confecta: qa est oĩno
falsus, vt l. eos. §. fi. ff. ad l. Cor. de fal. imo etiã secũdum
Salic. in d. l. j. instrã per eũ confecta anteq̃ sua conditio
fuerit detecta, vel postq̃ detecta est, de mero iuris rigo
re non valẽt: qa incõpetens est, non habens autoritatẽ
cõficiẽdi instrã, arg. l. vnicę. C. de mãda. prin. & l. Herẽ
nius. ff. de decur. & l. cõsulta. C. de testa. & l. actuarios.
vbi Barto. & Ia. Rebuf. C. de numera. & actua. lib. xij.
quãuis qbusdã visum sit æquũ, q̃ p̃pter erroẽ cõem
& gestorũ vtilitatẽ valerent talia instrã, arg. d. l. Barba
rius. & d. l. ij. sed hoc nõ placet cõiter doctoribus, maxi
mè Spec. & Io. And. vbi supra. & Salic. in d. l. j. & præ
dictæ leges nihil vel modicum faciũt pro æquitate al
legata: quia in d. ll. interuenit autoritas, & decretũ supe
rioris, sed defuit illa autoritas, & decretum in eo q nũ
quam fuit creatus tabellio. nec est bonũ simile ad hoc
de teste inhabili qui cõi opinione tempore testamenti
reputabatur habilis: quia illa cõis opinio in teste iuua
tur iure naturali & ciuili, quorum præsumptione qui
libet præsumit bonus, vt not. per gl. in l. si verò. §. qui
pro rei qualitate. §. qui satis. cogan. & l. omnimodo. C.
de inoffi. testa. l. non est necesse. ff. de proba. & facit tex.
in l. seruos legaui. ff. de manu. testa. & l. cum pater. §. ro
go. ff. de lega. ij. & in c. vnico, extra de scrutinio. & c. fi.
extra de præsump. ideo ille erroe cõis in teste nõ potest
esse supinus: sed in tabellione secus est, quia tabelliona
tus causatur ab actu p̃ueniente per accidẽs, puta auto
ritate principis vel habentis autoritatem creandi tabel
liones, iuxta not. in l. non enim. ff. de adop. & in c. cum
P. tabellio. extra de fide instru. per Innocen. & Docto.
& per Bar. in l. apud proconsulem. ff. de manu. vin. &
Panor. in c. per venerabilẽ. extra qui filij sint legi. in sua
repetitione. ideo ius naturale & ciuile repugnat huic
errori cõmuni, cum nullus nascat tabellio. & hanc ra
tionẽ dicit Pau. de Cas. post Bar. in d. §. j. l. ad testiũ. esse
pulchrã & notãdã. Et sic cũ sit erroe cõis supin⁹, nõ de
bet errantibus prodesse. l. qd' nõ ratione. ff. de legi. & l.
nec supina. ff. de iur. & fac. ig. ¶ Dicit tamen Salic. in al
leg. l. j. q̃ isto casu si interuenisset creatio, aut decretum
superioris, quamuis cum effectu non esset tabellio, vt
puta, si erat seruus qui fieri nõ debet tabellio, vt d. l. ge
nerali. C. de tabu. lib. xij. vel si primates aut correcto
res seu consules tabellionum deputati in aliqua ciui
tate, vt refert Salic. esse Bononiæ, ad quos pertinet hoc
scire, & non permittere, sed corrigere, sciebant illum pu
blice exercere officium tabellionatus, & tolerabãt, in
strumenta interim cõfecta debent valere: quia tũc error
ille cõis nõ est supinus, sed causat⁹ à titulo verisimiliter
præsumpto, arg. l. si filius. cũ ibi not. C. de peti. hære. fa
cit in auẽ. de tabellio. §. j. in fi. & §. pe. vbi glo. & Ange.
col. iiij. Si aũt tales primates hoc nesciebãt, vel nulli erãt
ordinati in illo loco, in quo ille publice officium tabel
lionatus exercebat, trãsiuit tñ tantũ tẽpus ante detectã
eius conditionẽ, q̃ titulus & eius creatio possit pręsu
mi: putat ipse Salic. valere dicta instrumenta quæ inte
rim confecit, arg. d. l. si filius. & l. cum de in remverso. ff.
de vsur. Istis autem cessantibus non valent instrumen
ta: quia deficit decretũ, & autoritas præsumpta. & sic
iste erroe cõis non habet aliquã iustã cãm neq̃ fomen
tum, ideo reputat tanq̃ supinus & affectatus, vt s. di
ctum fuit. ad quod facit d. l. actuarios. cum ibi not. per
Docto. de instrumentis autem confectis post detectã
condi

conditionẽ illius qui putabatur,ſed vere nõ erat tabel
lio, dicendũ eſt indiſtinctè illa non valere,vt d.l.Heren
nius.ff. de decurio. ¶Vbi verò confecta fuerunt inſtrã
ab eo qui legitimè creatus fuit tabellio,ſed fuit poſtea
falſarius,ante ſniam priuationis eius valent inſtrã quę
fecit quãdiu in officio tolerabaẽ,vt dicta auẽ.de tabel-
lio.§.pe.& ita debet intelligi gloſ.ibi poſita:ſed inſtrã
confecta poſt ſniam priuationis non valent,vt l.ſi ali-
quid.C.de ſuſcep.præpo.& arca.libr.x.& ibi hoc te-
net Iacob.Rebuſ.poſt Bart.& facit quod habetur in l.
ſi quis ex argentarijs.§.j.ff.de eden.vbi gloſ.allegat d.l.
64 ſi aliqd.facit l.iudices.C.de dig.lib.xij.†Illud autẽ qđ
dictum eſt de inſtrumẽtis ante ſniam priuatiõis,habet
locum etiã ſi lex ipſo facto priuationẽ induceret:quia
illa priuatio legis eſt occulta,& nõ notoria,donec ſit p̃
ſententiã iudicis declaratũ.Ideo tunc cõis error habere
tur pro veritate,arg.in auẽ.credentes.C.de hæret.iũcto
principio cũ ſi. Error enim ille non eſt ſupinus,ſed iu-
ſtus cauſatus à iuſto initio:ſecus eſſet ſi poſt ſententiã
manifeſtã priuationis ad tabellionatũ reperiretur pu-
blice cõficere inſtrã in eodem loco,vbi fuit lata ſenten
tia quæ in notoriũ trãſiuit:quia ſtante ſnia non poteſt
dici ille error iuſtus,ſed ſupinus & affectatus, per ſupe
rius allegata.& habẽt locũ prædicta,vbi liber homo
fuit creatus tabellio.¶In ſeruo aũt qui cõmuni opinio
ne liber putabaẽ,decretũ,& autoritas ſuperioris,& pu
blica vtilitas facerent inſtrã valere,vt ſuperius dictum
eſt,arg.d.l.Barbarius.cum ſuis concor.¶Et tenete men
ti circa præmiſſa,quòd notarius delinquens in officio
non debet amplius illud exercere,vt not.per gl.in auẽ.
de armis.§.fi.coll.vj.imò inſufficiens notarius vel non
idoneus debet amoueri,ſicut etiã medicus,& doctor
inſufficiens poteſt reprobari,quãuis ſemel approba-
tus,vt l.ſed & reprobari.cum ibi not.ff.de excu.tu.&
l.quod ſemel.ff.de decre.ab ord.faci.not.per Iacob.Re
65 buſ.in l.ij.C de profeſ.& me.lib.x.†Quæſtio etiam eſt
circa præmiſſa vtrum fœnerator poſsit eſſe teſtis in te-
ſtamento.& reſpondet Bald.in ſæpedicta l.j.ꝙ non,ſi
ſit manifeſtus per notata in c.quãꝗ.extra de vſur.li.vj.
Idem eſt ſi nõ ſit manifeſtus:quia nõ eſt integer homo
ſecundũ Cy.in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.&
cle.hoc tamẽ reprehẽdit Bald.in d.l.j.quia vt ibi habe-
tur vitium occultũ non nocet.& hoc videẽ verius in
teſtõ:ſed in alijs actibus vel caſibus opinio Cy.poſſet
procedere,per ea quę habẽtur in l.improbũ fœnus.C.
66 ex qui.cau.infa.alicui irrog.†Addatis Bal.in d.l.ij.C.
de ſenten.& interlo.omn.iudi.dicentẽ,quòd habens fi-
liũ ſpuriũ,qui cõi errore reputabaẽ legitimus,nõ po-
teſt eum in teſtõ hæredem inſtituere.ad quod allegat il
lud,quod habeẽ in l.nemo.ff.pro legato.iũcto §.fi.in
auẽ.quibus mo.natura.effi.ſui.§.fi.colla.vij.& auẽ.ex
complexu.C.de inceſt.nup.Item in d.l.ij.mouit quæ-
ſtionẽ ipſe Bal.de filiofa.cuius pater cõmuni opinio
ne putabatur mortuus,vel ipſe filius putabatur emã-
cipatus,cum non eſſet verum,vtrũ valeat teſtamentũ
quod fecit de rebus ſuis,& concludit,quòd non per l.
pe.C.qui teſta.fa.poſ.& l.poſt mortem.ff.de adop.illa
tamẽ lex videtur probare cõtrariũ.ſed ibi interuenerat
emancipatio carens debita ſolennitate,& poſt eam in-
teruenerat curſus longi tẽporis.quæ duo ſimul iũcta
faciunt valere teſtamentũ,ſecundũ eundem Bal.ibi,&
Docto.Addatis etiam & pariter notate vnum in hac
materia valde notandũ,quòd ſi teſtator ſciebat illũ in-
habilem quem adhibuit pro teſte in ſuo teſtamento,li-
cet cõmuni opinione habilis putaretur,non valebit te
ſtamentum ſecundũ Io.Fab.in d.§.ſed cum aliquis. In-
ſti.de teſta.quia præualebit ſcientia teſtatoris,qui ſibi
debet imputare quare talem,quem vere ſciebat inhabi
lem,in ſuo teſtõ adhibuit pro teſte.ad qđ allegat pro
argumẽto illud,quod habetur in l.cum quidã.§.quod
dicitur.ff.de acquir.hære.& l.fi.in fi.ff.quibus ad liber.
67 procla.non li.†Item pro continuatione materię,quan
do poſsit teſtamentũ valere ſuperius dictũ fuit,quòd
in teſtamẽto requirũtur ſeptẽ teſtes. Circa quod quæri
poteſt an adhibitus ad ſcribendum teſtm̃ poſsit in eo
eſſe teſtis.de qua quęſtione reſpõdetur in l.Domitius
Labeo.ff.de teſta.quę fuiſſet ſtulta,quęſtio ſi id à Celſo
Iuriſconſulto Labeo quæſiuiſſet, vt Celſus ibi reſpon
dit.Sed vt ibi dicit Bar.Celſus nõ intellexit quæſtionẽ
Labeonis,qui nõ quęrebat de eo,quod dictũ eſt ſ.an
qui adhibetur vt ſcribat teſtamentũ,poſsit in illo eſſe
teſtis,quod nemo peritus dubitaret. Sed erat quæſtio
Labeonis cum in teſtamẽto,vt etiam ſuperius dictum
fuit,teſtes debeant eſſe rogati,vt iuribus ſuperius alle
68 gatis,†Vtrum eo ipſo,quòd eſt aliquis rogatus à te-
ſtatore vt ſuum ſcribat teſtm̃,cenſeatur etiam eſſe roga
tus vt ſit teſtis in eodem teſtõ,nec requiratur alia roga
tio.& ad hanc quæſtionẽ Celſus non reſpondit in d.l.
Domitius Labeo.Sed ibi Bar.reſpõdit,cuius reſpõſio
nem cõiter ſequũtur Docto.ꝙ alia rogatio nõ requiri-
tur.ſufficit enim,vt ibi etiã explanat Paul.de Caſ.poſt
Bar.& dictum eſt ſuperius,vt dicatur teſtis rogatus,ꝙ
non ſit fortuitus,ſed adhibitus ad teſtm̃ per d.l.Domi
tius.quam ad hoc dicit Ioan.de Imol.ibi eſſe notabilẽ.
69 facit §.fi.cum ſua glo.Inſti.de teſta.¶†Sed quæſtio eſt
vtrum tabellio rogatus numeretur in numero teſtiũ.
& gl.in d.l.Domitius Labeo.& in l.hac cõſultiſsima.
§.fi.ſuper verbo,octauũ.C.qui teſta.face.poſſunt.&
poſt diſputationẽ tenet opinionẽ Balduini antiquiſsi
mi gloſſatoris,& eſt cõis opinio ꝙ nõ,per §.ſed ſi in-
ſtrumenta.in auẽ.de inſtru.cautel.& fide.coll.vj.ſcili-
cet ꝙ non ſit in numero teſtiũ requiſito in teſtamẽtis
cõputandus,ita ꝙ per ſuum inſtrm̃,in quo ſolũ erant
ſex teſtes nominati,non probatur teſtm̃:quia vt dicũt
Docto.in teſtificãdo notarius eſt priuata perſona,ſed
in conficiendo inſtrm̃ eſt publica,p̃ not.per Inno.in c.
nihil.extra de elect.ideo dicit Bal.in pace Cõſtantię,ꝙ
rogatus vt tabellio,non videtur eſſe rogatus tanꝗ te-
ſtis reſpectu ſuæ ſcripturæ:quia eſt tanꝗ tabellio.Sed
vbi ſcriptura non eſt ſolennis,poteſt recipi vt teſtis ad
probationem negotij pro ſuppletione ſui inſtrumẽti.
& idem tenet ipſe Bald.ſuper rubrica.C.de fide inſtru.
vij.colũna.& in l.Lucius.§.ſi quis.in primo.§.de lega.
ij.& aduertatis,quia dict.l.Domitius Labeo.loquiẽ in
alio ſcriptore teſtamenti,quàm notario.quod proba-
tur per l.ſeruus.ff.de teſta.vbi ſeruus põt eſſe ſcriptor
teſtamenti,& tamen non põt eſſe tabellio,vt d.l.gene-
70 rali.C.de tabula.libr.x.¶†Poteſt autem iſte articulus
an hic tabellio computetur in numero teſtium,ſic re- Reſolu
ſolui,ſecundũ cõmunẽ ſententiam Docto.in locis alle- tio quę
gatis,quòd aut ſcriptura publica neceſſaria eſt,vt in ca ſtionis.
ſibus qui notantur in l.contrahitur.ff.de pigno.& per
gloſ.magiſtram in c.j.extra de cenſi.lib.vj.& iſto caſu
nõ computatur tabellio in numero teſtium:quia ipſe
tabellio adhibetur tunc vt publica perſona,& tanꝗ
officialis publicam ſcripturam conficiens,vt d.§.ſed ſi

instrumenta. Quandoq; publica scriptura de necessita
te nō requiritur. quo casu subdistinguendum est: quia
aliquando tabellio adhibeť, vt publicū conficiat in-
strumentū, & in publicam formā redigat. & isto casu
etiam nō cōputatur in numero testiū: quia aliàs instru
mentum suū probaret cū vno teste. quod non est dicē
dum per superius alleg. ideo si adhiberenť vj. testes so-
lum in testō, nō probaretur testm̄ per illud instr̄m, iu-
xta notata in d. l. fi. C. de fideiuss. & l. hæredes palam. in
prin. ff. de testa. Aut non est adhibitus, vt conficiat in-
strumentū de testō, sed q̄ tanq̄ scriptor illud scribat, &
tunc cōputabiť in numero testiū, vt d. l. Domitius La
beo. cum ibi notatis. ideo tunc licet in illa scriptura nō
fuissent nominati nisi sex testes, posset tamen ipse tabel
lio examinari cum alijs sex testibus, & de eorū deposi
tionibus fiet publica scriptura ad probandū testm̄, se-
cundū formam l. publicati. C. de testa. & ita cōiter te-
nent Docto. in locis allegatis Dicit etiam Salice. in al-
leg. l. hac consultissima. §. fi. & in hoc cōsentiunt Paul.
de Cas. & Io. de Imo. in d. l. Domitius Labeo. & Bal. su-
per rubrica allegata. C. de fide instru. q̄ in casu in quo
non requiriť de necessitate scriptura, si tabellio fuit ro-
gatus, vt de actu publicū instr̄m conficeret, & postea
reperiretur q̄ instr̄m deficeret in aliqua solēnitate re-
quisita, quāuis videri posset q̄ non fuit adhibitus vt
testis, sed vt tabellio, ideo posset examinari ad fidē scri-
pturę, non autē rei gestę faciendā, vt in §. oportet. in d.
aut. de instru. cau. & fide. & in l. si quis decurio. C. de
fals. ipsi tamen tenent cōtrariū: quia licet fuerit adhibi-
tus ad scribendū & publicandum, non minus videtur
adhibitus ad videndū & audiendū totum illud de quo
rogať conficere instr̄m, aliàs illud nō posset cōficere, iu
xta not. per glo. & Docto. in l. si ex cautione. C. de non
nu. pecu. & ideo explanans ista dicit Pau. de Cas. in d. l.
Domitius. q̄ licet nō possit probari testm̄ per instr̄m
in quo cū notario sunt adhibiti soli sex testes, si tamen
mortuo testatore alij testes superuiuāt, remedium est,
vt illi examinentur cum notario sibi delato iureiuran-
do. & sic probabiť testm̄. Nec poterit opponi contra
notarium, quòd non fuit rogatus vt testis: quia satis
est, quòd fuerit rogatus de testamēto, per supradicta.
Et facit ad hoc illud, quod not. in l ne in arbitris. §. sin
autem in scriptura. C. de arbi. in illa quæstione, An iu-
dex possit testificari de gestis coram eo. & ita sentit
71 Barto. & Docto. vbi supra. ¶ † Vlterius est attenden-
dum, quòd scriptori testamēti potest in testamēto lega
ri, & aliquid relinqui, vt l. dictāribus. C. de testa. Circa
72 quod oriūtur quæstiones. vna est, † an legatarius pos
sit esse testis in illo testamēto. & videtur quòd nō: quia
tunc esset testis in causa propria, quod nō debet esse, vt
l. omnibus. C. de testi. Ad solutionē huius argumenti
variæ solutiones datę fuerunt per glo. ibi, Bal. & Salic.
& in l. nullus. ē. illo tit. & in l. qui testamēto. in prin. ff.
de testa. & Insti. eo. tit. §. legatarijs. & per Specu. in tit. de
instru. edi. §. postremo. aliàs est §. instrumentum. versu,
quid de legatario. & ibi Ioan. Andr. in additionibus.
Et diciť à quibusdam, cōmunem opinionē esse, quòd
vbi versatur vtilitas instituti hæredis, & aliorum qui-
bus in illo testamento aliquid legatum est, legatarius
possit indistincte esse testis, per d. l. dictantibus. l. qui
testamento. in princip. & §. legatarijs. sed non pro se
ipso in illa causa, vt d. l. omnibus. Sed per hoc non est
iste articulus plenè declaratus, ideo secundū Salice. &

scripto ri testa menti pōt te stamē to ali quid le gari vel relinq.

Bald. in allegata l. dictantibus. Paul. de Cas. & Ioan. de
Imol. in d. l. qui testamento. pro explanatione huius ar
ticuli considerandi sunt casus sequentes. ¶ Vnus est
quando fuisset factum testamētum in scriptis, in quo
regulariter testes penitus sunt nescij quid in eo conti-
neatur, vel sit scriptum: quia fit in secreto, & habent te-
stes se ibi subscribere & sigillare, quo casu non repelle-
tur legatarius à testimonio, imò poterit suam subscri-
ptionem & sigillū recognoscere, iuxta illa quæ haben
tur in d. l. cum ab initio. cum l. seq. ff. quemadmo. testa.
aper. & l. ij. C. eo. titu. & ita procedit illud, quod habe-
73 tur in iuribus superius allegatis. ¶ † Secundus casus est
in testamento nuncupatiuo, de quo facta fuit scriptu-
ra manu publica tabellionis de hoc rogati, qui inde
publicum confecit instrumētū sicut fieri potest, vt s.
dictum est, vt d. l. hac consultissima. §. per nuncupa-
tionem. C. de testa. & isto casu legatarius potest esse te-
stis in illo testamento, per iura ad hoc superius allega-
ta. & reddi potest ratio: quia tunc testes adhibentur ad
solēnitatem, nec habent necesse in iudicio deponere de
veritate voluntatis, quia illa probatur per publicum
instrumentū, in quo nominatiuē descripti sunt septē
testes, vt sæpedicta l. fi. vbi ita notatur. C. de fideicom.
74 ¶ † Tertius casus est, quando confecta fuit scriptura
de testamento nuncupatiuo, sed non publica manu ta
bellionis, scilicet ab initio, quando conditū fuit testa-
mentum: sed tamen postea fuit publicata secundū for-
mam traditā in l. publicati. C. de testa. & isto casu etiā
legatarius posset producere illam scripturam publicā
confectam de publicatione testamēti, in quo sibi esset
aliquid legatum: quia non per ipsum legatarium, sed
per dictā publicā scripturā fit probatio secundū Paul.
de Cast. in d. l. qui testamēto. Sed hoc forte videť intelli
gendū, quādo ante motam controuersiam super testa-
mento facta foret publicatio testamēti, aliàs videť ob-
stare argu. d. l. omnibus. quod cogitandum relinquo.
75 ¶ † Quartus casus est, quādo testamentū non esset scri-
ptum manu publica, vel si priuata scriptū, nō esset pu
blicatum manu publica, & non esset quæstio volun-
tatis, sed solum solēnitatis, vt quia confitētur partes te
stamentū esse factū in ea forma quæ asseritur, sed dici-
tur quòd est minus solēne: quia vnus ex testibus est le-
gatarius, & isto casu admittitur in testem, vt in concor
dantijs superius allegatis, cum constet de voluntate te
statoris per confessionem partis. & ita potest intelligi
vna solutio glo. in d. l. qui testamēto. & allegata l. di-
76 ctantibus. ¶ † Quintus casus est, quando non esset fa-
cta aliqua scriptura, & non esset solum quæstio de so-
lēnitate, sed etiam de voluntate, & esset necesse, quòd te
stes deponerent super illa. & hic considerare oportet
aliquos casus: quia aut est quæstio inter vnum præten
dentem se hæredem ex testamento, & alium succeden-
tem ab intestato, vt inter institutum & legitimum, se-
cundum tenorem huius regulę. quo casu si prætendēs
se hæredem ex testamento articulauit de tota forma te-
stamenti, vt quia dixit, quòd ipse fuit hæres institutus
coram talibus testibus, & eisdem facta fuerunt talia le-
gata, est magna tunc dubitatio an legatarius admitta-
tur in testem. Super quo Ioan. And. in cap. insuper. ex-
tra de testib. in glo. j. videtur concludere, quòd si in o-
mnem euentū legatarius sit habiturus legatum, etiam
si non valeat testamentum: puta, quia in illo per testa-
torem fuit adiecta clausula codicillaris, legatarius pos-
sit esse

sit esse testis, & sibi sit danda plena fides. Sed si non sit habiturus legatum, nisi testamentum sit validum, admittitur plenè legatarius in testem. Sed sibi minus credatur, quàm alteri, propter affectionem, quam habet ad causam. & ita etiam tenuit Simõ Vicentinus, ita intelligens illum textum & similes. & secundum hoc sequitur, quòd si in testamẽto sint soli septem testes, quorum vnus est legatarius, non probabitur testamentũ hoc vltimo casu, ex quo omnes non sunt ex toto omni exceptione maiores: secus si essent octo, vel plures supernumerarij testes, ita quòd istius legatarij testimonium non esset necessarium: vel etiam vbi duo de octo testibus essent legatarij: quia saltem duo illi loco vnius haberentur. facit ad hoc in simili illud, quod notatur per Iacob. Butr. in l. parentes. & dict. l. omnibus. C. de testi. Sed quamuis Ioan. Andr. opinio æqua videatur, putant tamen Paul. de Cast. & Ioan. de Imol. posse sustineri, quòd etiam in casu isto legatarius sit idoneus testis, quamuis non possit legatum consequi, nisi valeat testamentum, & plenè probet, vbi est quæstio inter duos contendentes de hæreditate, vnum scilicet ex testamento, alium ab intestato: quia cum principalis quæstio sit de hæreditate, quæ nullo modo debet pertinere ad legatarium, quamuis per consequentiam possit consequi cõmodum, scilicet legatum sibi relictum, non videtur à testimonio repellendus, argu. d. l. dictantibus. l. qui testamento. & §. legatarijs. quæ iura indistinctè loquuntur. Et hoc videtur tenere Innoc. in cap. quoniam. extra de testi. prope finem. facit etiam ratio quam adducit Paul. de Cas. quia ad legatum faciendum ab initio sufficiebant quinque testes: & licet fuerint adhibiti septẽ, hoc fuit propter institutionem hæredis, & non propter legatum. vnde debent sufficere illi qui suffecissent à principio in codicillis, per notata in dict. l. hæredes palam. §. si quis post. per Doct. tenentes quòd legatum factum in testamento coram septem testibus, potest coram quinque in codicillis reuocari ista ratione, quia à principio sufficiebant quinque. esset tamen latius super ista ratione cogitandum: quia si testamentum non valet vt testamentum, non valet etiam vt codicilli, vt l. non codicillum. C. de testa. cum ibi notatis. & l. prima. ff. de iur. codi. nisi esset adiecta clausula codicillaris, vt ibi notat. & in l. fi. C. de codicil. licet Paul. de Cas. idem dicat isto casu, vbi non fuit adiecta illa clausula. sed non bene probat. & si testamentum non teneat, nec ex eo possit adiri hæreditas, legata non debentur, iuxta not. in l. eã quã. C. de fideicõ. ipse tamen Paul. de Cast. & Ioan. de Imol. resident in opinione quæ dicta est, ex qua infert ipse de Imola, quòd si ex post facto oriretur contẽtio inter hæredem & legatarium, non debet audiri hæres contradicens legatario, ex quo semel testamentum in dicta forma confectum fuit ab eo approbatum, & vsus est testimonio legatarij. quod etiam voluit Bald. in dict. l. qui testamento. faciunt notata per Barto. in l. nuda. ff. de dona. si tamen hæres vellet probare ademptionem legati, esset audiendus, vt Insti. de adempt. lega. in princip. ¶ Vbi verò hæres articularet solum de institutione facta coram septem testibus, multo fortius procederent dicta iura dicentia legatarium posse esse testem in testamento: quia sic articulando hæres hoc non asserit, quamuis legatarius illud prætendat, & poterit etiam esse, quòd hoc nõ probabitur. & ita intelligatur illud, quod notatur in dict. l. omnibus. aut est quæstio inter hæredem institutum, & vnum de legatarijs, & tunc alius conlegatarius poterit esse testis: quia non deponit in causa propria, sed aliena. & ita nos. per glos. in d. §. legatarijs. Aut est quæstio inter hæredem institutum in testamento, & ipsum legatarium, qui vult ferre testimonium cum alijs pro suo legato: & isto casu nõ potest testificari: quia causa est sua propria. & ita intelligatur dict. l. omnibus. igitur cautela esset, quod in testamẽto adhiberetur testis supernumerarius secundũ Docto. Et idem dicendum est, vbi agitur causa inter hæredem venientem ab intestato, & illum qui se prætendit legatarium in codicillis, secundum Paul. de Cast. & Io. de Imol. in d. l. qui testamẽto. quãuis Salice. & Fulgo. in allegata l. dictantibus. videantur tenere contrarium dicentes ipsum esse admittendum ad probandũ suum legatum ea ratione, quia suum testimonium coadiuuatur aliorum testimonio, argum. l. si quis ex argentarijs. in princip. ff. de eden. & etiam fauore vltimæ voluntatis, vt testes non se detrahant à veniendo auditum testamenta sperantes se posse ex eis aliquid posse consequi. Hoc tamen non approbant Moderniores: quia non est regulariter tantus fauor vltimæ volũtatis quin requirantur septem testes in testamento, & quinq; in codicillis. Et vult iuris dispositio, quòd in causa propria nemo sit idoneus testis, quãuis habeat testes confirmantes. nec obstat illud, quod habetur in dicta l. si quis ex argentarijs. in principio. quia verum est, quòd fides testis bene famati supplet imperfectionem testis infamis idem deponentis, secundum Bald. ibi per illum text. Sed hoc non procedit in causa propria ipsius testis, vt dict. l. omnibus. cum similibus. ideo teneatis priorem opinionem. ¶ Supradictis autem de tabellione & scriptore testamenti, & de dictante illud, videtur aduersari illud, quod habetur in l. j. §. ad testamenta. & §. seq. & seq. ff. ad l. Corn. de fals. & in l. ij. C. de his qui sibi ascri. in testamento. propter pœnam falsi quã incurrit sibi ascribens aliquid in illo testamento, vt dictis iuribus, vbi videte glossas, & Docto. præsertim in d. l.

Cautela.

77 secunda, & allegata l. dictantibus. †Circa quod quæritur an dicta pœna habeat locum in testamento nuncupatiuo. quam quæstionem mouet glos. in dicta l. prima. §. inter filium. ff. de fals. & non soluit. Odofredus tenuit quòd non: quia quæ continentur in testamento nuncupatiuo sunt nota testibus, ideo non potest in illo fraus cõmitti. & sic cessat ratio legis, & per consequens eius dispositio, vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & cap. cum cessante. extra de appella. hoc etiã tenet Specul. titu. de instru. edi. §. instrumentum. versu, quid ergo si testator. Sed Dyn. Iacob. de Are. Cy. Barto. Bal. Salice. & communiter Docto. tenent contrarium, videlicet q; ascribens sibi legatum in testamento in scriptis incidit in dictam pœnam, cum testamẽtum sumat vires à dicta scriptura, vt dict. l. hac cõsultissima. & l. iubemus. C. de testa. & ideo idem dicunt in testamento nuncupatiuo manu publica in scripturam redacto, quod, vt dictum est, probatur per illam scripturam maximè de consuetudine, per notata glos. in sæpe dicta l. fin. C. de fideicõ. & sic est eadem ratio tunc quæ in testamento in scriptis. & pro hoc facit dict. l. secũda. C. de his qui sibi ascribunt in testamento. & l. diuus. in princip. & l. impuberem. §. qui codicillos. ff. de fals. vbi ascribẽs sibi legatum in codicillis, incidit in crimen

falsi. Fuit tamen opinio Salice. in l. prima. C. de his qui
sibi ascri. in testamento. quòd si notarius qui sumpsit
instrumentum testamenti probaret per duos testes in
testamento descriptos, fuisse sibi factum legatum, ex-
cusaretur à præsumptione falsi, sibi tamen non pro-
desset ad consequendum legatum. Sed in testamento
nuncupatiuo facto sine scriptura, vel cum scriptura
priuata, ex qua non sumitur probatio, sed facta fuit me
moria dispositionis testatoris, illam scribens non inci-
dit in pœnam. Ideo dicunt Docto. quòd si hæres ma-
nu sua scripsit testamentum iubente testatore, & in præ
sentia testium dedit eam scripturam tabellioni rogato
à testatore, vt illam recitaret coram dictis testibus, &
conficeret publicum instrumẽtum de testamento, non
habet locum dicta pœna: quia illa scriptura non pro-
bat neque ab ea testamentum sumit vires, sed ab instru
mento inde confecto. videte circa hoc Ioan. And. in ad
78 ditionibus Specu. vbi supra. † Sed quia superius di-
ctum est, quòd testes adhibiti ad testamentum debent
esse liberi homines, quæstio est vtrum monachi, & fra-
tres minores, vel alij religiosi possint esse testes in testa
mento. & ratio dubitandi est, quia glos. in l. cum hære-
des. §. fi. ff. de acquir. posses. æquiparat monasticã sub-
iectionem seruili subiectioni. Facit quod habetur xij.
q. ij. c. non dicatis. & liiij. distinctio. cap. multos. cum
similibus. & quod habetur per Innocẽ. in c. cum olim.
extra de verborum signi. Sed æquiparatio non est per
omnia similis, vt habetur per Io. And. & Docto. in c.
in præsentia. extra de proba. & per Salice. & Docto. in
l. cum proponas. C. de hæred. instit. & Ioan. de Imo. in
l. prima. §. si fructuarius ff. de stipul. seruo. vbi tenet q
possint esse testes. Idem Io. Faber Insti. de testa. §. testes.
Et facit quod habetur in c. quãq. decimaquarta. q. ij.
hoc idem vult glos. in authen. de monachis. §. cogitan-
dum. colla. j. & Bald. in l. sed & si quid. ff. de vsufruct.
idem tenet Practicus Ferrariensis in titu. Forma iura-
menti testium. glos. fi. per cap. nuper. cum ibi notatis
extra de testi. Faciunt notata p Doct. in l. prima. ff. de
vul. & pupil. substit. & per Specu. tit. de teste. §. primo.
versu, quid de monacho. & Barto. in sua minorica. &
Bald in l. prima. C. de sacrosanct. eccle. & ita consuluit
Angel. & Salice. cum domi. Franc. de Ramponibus. &
ista est veritas, quam videte plenius declaratam in lo-
cis allegatis. ¶ Vltra præmissa potest notari pro vali-
ditate testamenti, de qua loquitur ista regula, quòd su-
perfluitas verborum non vitiat testamentum, sed be-
ne noceret illi omissio necessariæ solẽnitatis. quo enim
ad verba non est curandum quibus verbis vtatur te-
stator, dum modo de sua voluntate constare possit,
vt l. testamentum. C. de testa. Ideo si testibus conuoca-
tis ad suum testamentum ipse eos rogauerit, quòd sint
testes sui contractus, contractum vocans testamẽtum,
non vitiatur propter hoc testamentum, si tamen in eo
hæredem instituerit, quia constat de sua mente, vt ibi
notatur per Bald. & Docto. licet contractus proprie
non sit testamentum, nec econtra, vt l. verba contraxe-
79 runt. §. titu. proxi. † Valet tamen institutio hæredis si-
ue sit facta verbis præceptiuis siue precatiuis, siue præ
sentis siue futuri temporis, vt l. quoniam indignũ. C.
de testa. quoniam, vt ibi per illum tex. notant Docto.
in institutione hæredis, non requiritur solennitas ver-
borum, nec de illorum qualitate curandum est, dum ta
men de intentione & mẽte testatoris appareat, de qua
vbi constat in institutione, non est fienda vis, siue dire-
recta sint vel obliqua verba. facit quod habetur & no
80 tatur in l. his verbis. ff. de hæred. insti. † In substitutio-
nibus autem est bene magna differentia inter verba di
recta & obliqua, vt l. verbis ciuilibus. & l. cẽturio. vbi
Barto. & cæteri Docto. ff. de vulga. & pupil. substi. de
quibus per Bal. eleganter in l. fi. C. de sacrosanct. eccles.
Ideo dicit ipse Bald. in allegata l. quoniam indignum.
quòd quidam male allegant illam l. ad materiam substi
tutionum, quia ille tex. loquitur de verbis directis, &
inflexis respectu institutionis, non autem substitutio-
nis. quod tenete menti propter casus qui in facto oc-
currere possent. ¶ Notant etiam Docto. in d. l. quo-
81 niam indignũ. † quòd nõ interest vtrũ testm̃ vel aliud
instrm̃ scribat in mẽbranis vel papyro aut tabulá. Idẽ
est secundũ Bal. in libris tabellionum vel mercatorum.
facit l. j. in princip. & l. chartæ. ff. de bo. pos. secundũ tab.
& quod not. in l. chirographis. ff. de administ. tuto. &
per Anto. de Butr. in cap. j. extra de fide instru. & quod
not. per glo. iij. q. vij. c. postulatus. quæ dicit valere sen
tentiam scriptã in pariete. quam allegat, & sequit Bal.
in l. j. ff. de his quæ in testamẽto delen. Testamentũ autẽ
82 est sentẽtia, vt d. l. j. ff. de testa. † Sitis tamen cauti, q vili
tas & abiectio materiæ, in qua scribitur testamẽtũ, vel
aliud instrumentũ, inducit præsumptionẽ falsitatis, vt
est tex. memoriæ cõmendandus in aut. de triẽ. & semis.
§. & quod sæpe. colla. iij. allegatus ad hoc per Bald. in l.
83 contractus. C. de fide instru. ¶ † Sed circa præmissa quæ
ritur si testator dicat in suo testamento, relinquo bona
mea Titio, an per hoc videatur Titius hæres institutus.
& allegatur per Salice. in d. l. quoniam indignum. glos.
quæ est vulgaris in d. l. his verbis. quæ tenet, quòd sic,
licet verbum, relinquo, sit verbum cõmune, vt ibi no-
tatur, & in cap. si pater. extra de testa. lib. vj. per Doct.
& cap. cum tibi. per Ioan. de Imol. & cap. Rainutius.
per eundẽ extra eod. titu. & l. precibus. per Docto. C.
de impu. & alijs substitu. nam verba directa sunt illa,
instituo, vel hæres esto, & similia. quæ verba directa
adiecta vniuersitati iuris, puta hæreditati, siue vniuer-
sitati corporum, puta bonorum, siue rei singulari, pu
ta tali fundo, importãt directam institutionem, & tra
hunt etiam in tertio casu vniuersum nullo dato cohæ-
rede, vt l. prima. §. si ex fundo. & l. ex facto. in secun-
da. ff. de hæred. institu. Sed verbum, relinquo, vt di-
ctum fuit, est cõmune. Super quo dicit Salice. in allega-
ta l. quoniam indignum. quòd si testator vtatur hoc
verbo, relinquo, & constet de mente testatoris, illa ser-
uanda est, etiam verbis circunscriptis, vt l. tertia. §. con-
ditio. ff. de adimen. vel transferen. lega. & l. in conditio-
nibus primum locum. ff. de condi. & demonst. & l. ter-
tia. in fi. C. de liber. præte. vel exhæred. & l. cum quæ-
stio. in fi. C. de lega. cũ similibus. Si vero sit dubia mẽs
testatoris, tũc si hoc verbum, relinquo, adijciatur certæ
speciei, vel quantitati, non trahitur ad institutionem si
relictum fiat extraneo, vt l. cogi. §. & generaliter. ff. ad
84 Trebel. cum ibi not. per Bart. & Doct. † Sed vbi relin-
quit filio vel alteri, cui iure institutionis debet relinqui,
sunt sex opiniones recitatæ per Ioan. de Imol. in d. §. si
ex fundo. non in lectura, sed in commento. & per Bar-
to. & Docto. in dicta l. his verbis. & per Bald. & Sali
cetum & alios in l. quoties. & l. fina. C. famil. ercifcun.
Communis tamen opinio esse videtur, quòd etiam
in filio verbũ, relinquo, adiectũ certæ rei vel quãtitati
non

non. trahatur ad institutionẽ,per §.aliud quoq; capitu
lum. in authen.vt cum de app.cognosc.colla.viij. Sed
si adijciatur vniuersitati bonorum, sit tamẽ talis dispo
sitio, in qua non potest fieri directa institutio hẹredis,
sicut in codicillis,vt l.hæreditatem.C.de codicil.etiam
nõ trahiẽ ad institutionẽ, quia hoc nõ patitur natura
vltimẹ volũtatis,in qua ꝓfertur,trahitur tñ ad fideicõ
missum postq; iure directo valere nõ potuit,vt l. Scæ-
uola.cũ ibi notatis.ff.ad Trebel.& per gloss.& Docto.
in d.l.verbis ciuilib⁹.ff.de vulg.& pup.substi.Sed si ꝓ
feraẽ in vltima volũtate solẽni,vt in testõ, in quo ad-
sunt septem testes,& in quo põt fieri directa institutio
trahatur ad institutionẽ alio vniuersaliter nõ instituto.
vnde si testõr dicat,relinquo hẹreditatẽ,vel bona mea,
videẽ instituere.& ita loquiẽ gl.in d.l.his verbis.& etiã
glo.in auẽ.de hæred. & falc.§. si verò nulla.colla.j.&
facit l.hac edictali.C.de secun.nup.vbi hæreditas vo-
catur relictum,& l.diuus.ff de testa.milit. secus si alius
esset vniuersaliter institutus,quia tunc illud verbũ, re-
linquo, nõ importaret directã institutionẽ,sed fideicõ
missum,vt dicit gloss. in d.l.his verbis.& l.nam quod.
85 §.fi.cum l seq.ff.ad Treb. † Vbi verò nõ oĩa bona,vel
non indefinite bona,sed illorũ ꝑtem testator relinquit
alio vniuersaliter instituto secundũ Doct.in locis alle-
gatis,differentia fienda est,an testator relinquat certam
partẽ bonorũ,an certã partẽ hæreditatis,vt primo ca-
su sit simplex legatũ,& nõ vniuersale fideicõmissum.l.
si quis bonorũ,partẽ.& l.nõ amplius.§.fi.ff. de lega.j.
& ideo ad instantiã illius,cui factũ est relictũ,hẹres vni
uersaliter institutus nõ est cogendus adire.secus in secũ
do casu, vt legiẽ & not.in l.mulier.§.fi.ff.ad Treb.& l.
si quis seruũ.§.fi.& ibi per Bart.ff.de leg.ij.& ista sunt
verba Salic.in d.l.qm̃ indignũ.& Bal.in allegata l. his
verbis.Sed vt dicit Io.de Imol.Salic.quẽ allegat,videẽ
imperfecte locutus,quia non declarauit qñ relinquiẽ
certa quota hæreditatis,vel bonorũ alio vniuersaliter
non instituto,an tunc trahatur ad institutionẽ. quod
tamẽ ipse Salic.videtur voluisse in d.l.fi.C.famil. ercis.
ex quo alius nõ fuit vniuersalr institutus per not.in d.
c.Rainutius.& d.l.cogi.§.gñaliter. & hoc etiam videẽ
sensisse Bald.in d.l.fi.quæ opinio nõ vr̃ vera Ioan.de
Imol.quia mens testatoris illa fuisse videẽ, q̃ solã quo
tam relictã habeat ille cui eã reliquit,& nil amplius,ar
gu.l.maritus.C.de procu. non discedendo à verbis te-
statoris,vt l.non aliter.ff.de lega.iij.& sumi debet intel
lectus,per quem saluetur mens testatoris.l.ab omnib⁹.
in princ.ff.de lega.j.& l.voluntatis.C. de fideicõ.cũ si-
milibus.sed talis ꝓ põt sumi intellectus, q̃ scilicet ille cui
relinquiẽ,non capiat partẽ sibi relictam iure institutio
nis,sed legati.& istam opinionẽ sequiẽ Paul.de Castr.
in d.l.his verbis.quia iura dicentia, q̃ nullo alio dato
hærede institutio particularis trahiẽ ad vniuersum, vt
d.§.si ex fundo.cũ similibus, loquunẽ in verbis dire-
ctis.sed verbũ,relinquo,est cõe vt dictũ est.& ita resi-
86 det. † Addit vlterius,q̃ si testator instituat Titiũ in di-
midia parte hæreditatis,& aliam mediã partem relin-
quat Sempronio, in illa media videẽ Sempronius di-
recto institutus,qa in illa media sibi relicta nullus erat
institutus.& allegat ita per se colligi ex dictis Bart.in
dicta l.centurio.pen.colum.versu, quæro vlterius.ff.
de vulga.& pupil. vbi eum plenius videatis.& Ioan.
de Imol.ij.columna.& Bald.in l.ij.C.communia de le
87 ga. † Addit etiam Salic.in allegata l.quoniã indignũ.
quòd si testator,nullo alio hẹrede instituto dicat,quòd
vellet substãtiam suã ad Titium pertinere,dicitur illũ
directo instituere hæredem,per l.in testamentis. C. de
testa. verbũ em̃, vellem, quod est inflexũ, & optatiui
modi,inducit institutionẽ,sicut & verbum, volo, prę
sentis tẽporis indicatiui modi,vt l.Pamphilo.§.ꝓpo-
88 situm.ff.de leg.iij.¶ † Iungatis præmissis,quòd verbũ,
distribuo,adaptatur ad institutionem secundum Bal.
in auth.licet.C.de natura.liber.qui allegat dictã l.quo
ties.C.famil.ercisc.Et ideo secundum eum, si quis de-
putetur per testatorem distributor suorum bonorum
inter pauperes,videtur institutus.Facit l. si quis ad de
clinandam.cum ibi notatis.C.de episco.& cler. & qđ
not.in c.cum tibi.& cap.tua nobis.& cap. Ioãnes.ex-
tra de testa.Non est deinde tacendum,quòd illud qđ
superius dictũ fuit,testm̃ fieri posse quo ad institutio-
nem quibuscunq; verbis,intelligendum est scilicet ver
bis intelligibilibus , quæ possint intelligi : ideo dicit
89 Bal.in l.iudex.in fin.C.de sent.& interloc.om.iud.† q̃
notarius Christianus,qui nescit linguam Hebraicam
non posset conficere instrumentum testamenti, quod
facit Hebræus siue Iudæus, nisi ille Hebræus haberet
notam linguam notarij,& idioma loci,vbi conficitur
testm̃,& vtatur illa lingua in testõ conficiendo,per ea
quæ ibi habenẽ in glo. Facit qđ habeẽ in l.j.§.eadẽ.ff.
90 de verbo.obliga. † Et poterit etiam notarius Christia-
nus in principio instrumẽti,qđ facit de testõ Iudęi no
men dñi nostri Iesu Christi inuocare, secundum Bart.
super rubrica.ff.de no.oper.nunt.quia non est Iudæus
qui inuocat,sed notarius Christianus,q̃uis illa inuo-
catio non sit de solennitatibus requisitis ad instrumen
tum,quæ ponuntur per gloss.in allegata l.generali.C.
de tabu.lib.x.& in authen.vt præponatur nomen Im-
peratoris.in text. & gloss.colla. quinta. secundũ qđ
vult etiã Bal.in procemio. C.de cõsuetudine etiã hoc
inductum est secundum Io.de Imol.super rubrica præ
dicta de noui ope.nunt.quòd notarij in principio in-
strumentorum inuocent nomen dñi,etiam si conficiaẽ
testamẽtum,vel aliud instrumentũ inter infideles:ideo
illud debet tolerari.l.minime.& l.de quibus. ff. de legi.
facit qđ habetur in cap.cum dilectus.extra de fide in-
stru.¶ Pro ampliori declaratione aliquorum, quæ di-
cta sunt superius circa testm̃ confectum inter liberos,
qđ dictum fuit valere sine solenni numero regulariter
requisito in testamẽtis,quia valet testm̃ imperfectum
inter liberos,vt d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.
C.de testa.& l.fi.C.famil.ercis.quod est speciale fauore
91 liberorum,quia in cæteris esset intolerabile.† Sciendũ
est eñ illud quod dictũ est de liberis,intelligendũ esse de
imperfectione respectu solennitatis:secus esset in im-
perfectione ratione voluntatis, vt l.si is qui testamen-
tum.& l.ex ea.ff.de testa.ideo si pater scripsit suũ testa-
mentũ, in quo filios hẹredes instituit, & reliquit lega-
ta,& postea reposuit testamentũ in arca, qđ non legit
nec legi fecit aut recitari corã aliquibus testibus, testa-
mẽtũ illud nõ valet etiã inter liberos,tanq̃ imperfectũ
ratione voluntatis,secundum Bart.in l.xj.§.j.ff.de leg.
iij.vbi hoc sentit glos.nec etiam ad pias causas . quod
voluisse videẽ Salic.in dicto §.ex imperfecto. Sed ipse
Barto.in dicta l.si is qui testamentum. & in l.in testa-
mento.ff.de fideicom.liber.videtur tenere cõtrarium,
scilicet quòd valeat quo ad liberos,& pias cãs. Sed Io.
de Imo.in dicta l.si is qui testamentum. & in cap. quia

Verbũ distribuo ad aptaẽ ad institutionem.

ingredientibus.extra de testa.nititur cōcordare opinio
nes,dicens q aliqñ voluntas testatoris est imperfecta
eo q non fuit publicata corā testibus' ,put testator vo
lebat facere,quāuis testamētū scriptū fuerit manu sua,
sed morte præuentus anteq̃ veniret tabellio illud non
recitauit, nec fecit recitari , vel etiam testes tarde vene-
runt:& isto casu dicit posse tolerari, q inter liberos,&
ad pias causas valeat tale testamentum,si cōstet ipsum
esse scriptum manu testatoris.sufficiūt enim quæq; in-
dicia,vt de sua scripta voluntate constet, vt allegata l.
fi.C.famil.ercis.& facit quod habetur in cap. allegato,
cum tibi. cap.cum esses .& c.relatum.extra de testa.&
ita intelligatur opinio Barto. quam posuit in d.l.si is
qui testamentum.& alleg.l. in testamento.sed inter a-
lios non valeret,per ea quæ habent in d.§.ex imperfe-
cto.quandoq; voluntas testatoris est imperfecta pro-
pter hoc,quòd testator volebat plus disponere,quàm
disposuerit,sed propter mortē,vel casum superuenien-
tem fuit impeditus.quo casu si obseruaretur illud, qđ
iam dispositum est,de quo apparet,sequi posset scan-
dalū,vel grauis discordia inter fratres ratione inæqua-
litatis,non seruabitur etiam inter liberos,id quod di-
spositum est,argu.l.cum oportet.§.primo.C.de bon.
quæ liber.& l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de lega.ij. &
in cap.ij.extra de no.oper.nuntia.Si vero non timetur
scandalū,vel discordia grauis inter fratres ,ppter ob-
seruantiā dictæ exp̄ssę volūtatis,isto casu si dispositio
veniebat diminuenda respectu illius,quod testator fa-
cere proposuerat,vt in casu d.l.si is qui testamentum.
vbi diminuta fuisset portio primorum hæredum,per
institutionem aliorū,quos instituere volebat,sed mor
te præuentus fuit impeditus,non valebit dictum testa
mentum,quia deficit ratione voluntatis,sicut ibi pro-
batur.& est ratio ne nominatus plus inueniatur habe-
re,quàm voluerit testator,cuius voluntas & mens ser
uari debet,per iura superius allegata,& etiā,quia tunc
pro parte moreretur testatus & ,p parte intestatus cō-
92 tra regulam, ius nostrum.ff.isto tit. ¶ †Interdum verò
non fuisset verisimiliter id quod iam disposuit testōr
mutatum nec diminutū , nec etiam oriretur scandalū,
vt si iam testator mandauerat aliquam capellam con-
strui in aliquo loco, & expendi ducenta,tunc secundū
eundem Io.de Imol.potest sustineri quòd valeat dicta
voluntas in piam causam facta : quia quo ad illum a-
ctum volūtas est de se perfecta,nec est verisimile, q in
hoc testator se correxisset.ad quod facit argum. l. nō ad
ea.ff.de condi.& demonst.Ideo non debet inutilis red-
di, ex omissione alterius actus separati,argu.cap. vtile.
extra isto tit.lib.vj.cum similibus.Et si dicatur,quòd te
stamentum est quid indiuiduum,vt l.furiosum.C.qui
testa.face.pos.ipse respondet,quòd hoc est ex disposi-
tione iuris ciuilis,æquitas tamen iurisgentium suadet
contrarium,& etiam ex mente iuris ciuilis tot videnē
esse dispositiones quot sunt res separatę super quibus
fiunt,argumento l.scire debemus.ff. de verb.oblig. Et
ita dicit posse intelligi Bart.in d.l.in testamēto.quòd te-
stator volebat aliud disponere.Si autem non constaret
licet superueniat morbus propter quem obmutuit nō
vitiaretur actus præambulus, vt dicta l.si is qui testa-
mentum.quia in dubio non est præsumenda volunta
tis imperfectio. quod est notandum. secus si constaret
quod vellet aliud disponere per verba,quæ fortè pro-
tulisset,vt quia post aliquid iam dispositum diceret,
Item volo:& hoc dicto statim obmutesceret, quia tūc
constat de imperfectione voluntatis,quæ indubitāter
vitiat,vt ibi.Sed tunc est quæstio,an valeat inter libe- Quæstio.
ros,vel ad pias causas. & in hoc dubio transit Ioan.de
93 Imo.cum sua distinctione superius recitata. †Sed Pau.
de Castro ibi aliter locutus est, dicens pro explanatio-
ne materiæ,quòd vbi post institutiones & substitutio
nes factas testator volēs facere legata moritur,vel ob-
mutescit, licet quidā antiqui dixerint valere testamen-
tum per notata in allegata l. hæredes palam.in princi.
gloss.j.ff.de testamen.cōtrarium tamen videtur verius
ex quo testator non habuerat testamentum pro perfe-
cto,& absoluto,quia forte factis legatis adiecisset cōdi
tiones,vel modos circa institutiones & substōnes iam
factas.ad quōd facit tex.in dicta l.si is qui testm̄. Addit
vlterius, quod si voluntas testatoris fuit expressa,ta-
men antequam legeretur coram testibus moritur , vel
obmutescit,non valebit per d.l.ex ea.& l.fideicōmissa.
§.primo.Vult etiam ipse Pau.de Cast.quòd si tota vo
luntas ipsius testatoris fuerit complete scripta,sed non
recitata,si testes ignorent quid in ea scriptū sit, vt quia
ipse testator illam scripserat,vel scribi fecerat antequā
testes vocarētur,non valebit etiam inter liberos,vel ad
pias causas contra Barto.& Ioan.de Imol.quia licet re-
spectu illorum non requiratur solennitas, vt dicto §.
ex imperfecto. oportet tamē,vt ibi notaē, probari per
duos testes.Hoc autem casu non posset probari.Sed si
duo testes audirent dictum testatorem illam scripturā
dictantem,quamuis eis præsentibus non fuerit recita-
ta credit quo ad liberos valere testamentum , sed non
quo ad extraneos.Et ita intelligit istam materiam di-
screpans,vt videtis, à dictis Ioannis de Imola. Cuius
men distinctio videtur habere æquitatem. Aduertatis
tamen,quòd dictus §.ex imperfecto. in duobus corri-
gitur per authen.de testamen.imperfect.in princ.colla.
viij.transumptiuè in authen.quod sine.C.de testa.quæ
situaē super d.§.ex imperfecto.primo in subscriptione
quam pater doctus in literis facere debet ,ppria manu.
secundo quia quo ad extraneas personas non valebat
testm̄ imperfectū, in d.§.ex imperfecto. Sed de iure no
uissimo allegato,valet saltē quo ad legata,& fideicom
94 missa,& libertatis dationē.†Sciendū est aūt secundum
Ang.in d.auē.de testa.impfect.q in hac materia fuerūt
quatuor iura cōstituta.Primū fuit Cōstantini in alle-
gata l.fi.C.famil.ercis.vbi statuit,q pater inter liberos
suos vel emancipatos posset condere testm̄ quibuscū-
que verbis,& quibuscunq; indicijs. Deinde Theodo-
sius in d.§.ex imperfecto.illud ius Cōstātini qđ solum
loquebaē in patre, extendit etiā ad matrē, & lineā ma-
ternā.Postea supuenit Iustinianus,qui statuit q qñ pa
ter faciebat testm̄ in scriptis inter liberos,illud nō vale
ret,nisi in illo testō adesset filiorū subscriptio,vt in au-
then.de trien.& semis.§.& quod sæpe.collatio.iij. Po-
stremo nouissima constitutio per ipsum Iustinianū fa
cta est in d.authen.de testa.imperfe.& transumptiuè in
d.authen.quod sine.per quam disponitur, q qñ à pa-
tre inter filios fit diuisio bonorū p testm̄,quod fit in
scriptis,sit necessaria subscriptio patris,si sit peritus li-
terarum.Nec tunc est necesse q filij in eo se subscribāt,
& sic d.authen.quod sine.venit continuatiuè ad auth.
si modo.situatam super dicta l.fin. C.famil.erciscund.
quæ sumpta fuit ex dicto §. & quod sæpe. Non ta-
men possunt cum liberis in tali testamento hæredes
extranei

extranei institui, sed bene eis potest per legatū, vel fidei
commissum aliquid relinqui: sed si testamentum in scri
ptis fiat inter liberos, quod nō est scriptum à patre, sed
ab alio, valet si à patre literarum perito subscribat̃, vel
vbi scribere nescit, subscribatur à filijs, aliâs non tenet,
quod tñ tenebat per d. §. ex imperfecto. qui in hoc cor
rigitur. Dicit tñ Salic. in aut. quod sine. q̄ etiam nulla
interueniente patris, vel filiorū subscriptione si liberi
fateātur testm̄ fuisse scriptū de volūtate patris, sufficit
vt valeat dictum testm̄, quia ideo subscriptiões requi-
runtur, vt per eas probet̃ voluntas patris. & ad illud
qd' dicitur de proprijs subscriptionibus filiorū, respō-
det q̄ illę ꝓbant q̄ filij tempore conditi testamēti ap-
probauerunt illud, quod si non fecissent pater fortè a-
liter disposuisset. sed vbi fatent̃, illa cōfessio habetur ꝓ
approbatione. & in hoc, quamuis subobscurè, videt̃
95 residere, nec alium inuenio hoc dicentē. † In nūcupati-
uo autem testō, an corrigatur d. §. ex imperfecto. dispu
tatur per glo. & Doct. in dicta auth. quod sine. Marti-
nus tenet quòd sit correctus, cuius opinio cōmuniter
reprobatur. Sed tenet̃ opinio Azo. quę est cōis, scilicet
q̄ pater potest testari inter liberos nuncupatiuè qui-
buscunq; verbis, vel indicijs. Salic. autem in dicta aut.
& alleg. l. fin. C. famil. ercisc. conatur sustinere opinio-
nem Martini, quae fortè in scholis potest sustineri per
motiua sua, quamuis leuia sint, & sufficit respōdere ad
vnam rationē quā facit, scilicet q̄ si dictus §. ex imper-
fecto nō esset correctus in testō nuncupatiuo sequere-
tur absurdū, q̄ scilicet si testator pater fecisset testm̄ in
inter liberos in scriptis, quod scripsisset extraneus, cū
subscriptione quatuor testium, nō valeret nisi esset scri
ptum manu testatoris, vel subscriptum secūdū formā
traditā in dictis authēticis corrigētibus dictū §. ex im-
perfecto. & tñ si sit vera cōis opinio si esset fāctū testa-
mentum nuncupatiuè corā duobus testibus valeret,
cum tamen dici deberet hoc correctum à maioritate ra
tionis, à qua secūdum ipsum Salic. inducit̃ legum cor-
rectio, vt ipse notauit in l. si serui. C. de noxa. sed ista ra-
tio non est vera, per notata in auth. quas actiones. C.
de sacr. san. eccl. vbi magis cōmuniter tenet̃, q̄ per ma-
ioritatem rationis nō inducĩt legum correctio. & ita
etiam notauit Io. de Imo. in l. si verò. §. de viro. §. soluto
matri. & Alexan. de Imo. in dicta authen. quod sine. &
ideo tenete cōem opinionē, quae cōmuniter in practi
96 ca seruatur, quicquid dixerit Salic. † Aduertēdum est
etiam, q̄ secundū sententiā Docto. in testamēto minus
solenni, quod valet inter liberos, sufficiunt duo testes
masculi, siue foeminae, secūdum gl. in corpore de testa.
imperfect. versu, nos igitur. super verbo, derelinquat.
quam sequunt̃ Doct. & glos. in d. l. qui testō. §. mulier.
ff. de testa. quam sequit̃ ibi Pau. de Cast. voluit etiā gl.
in l. fi. C. de codicil. q̄ non est necesse illos duos testes
adhibitos in testamento cōfecto inter liberos esse ro-
gatos. vt enim dicit Bald. illa rogatio testiū in testamē-
tis introducta est ꝑ subtilitatē iuris ciuilis, quae remissa
est inter liberos, vt colligit̃ ex textu in dicto versu, nos
igitur. ibi, corā testibus. vbi de Rogatu nulla fit men-
tio. Nec obstat l. diuus. ff. de testa mil. & auth. rogati.
C. de testi. quia circa liberos praesumitur deliberatio
patris, argu. l. nec in ea. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulte. & sti-
mulo naturali vrgetur pater ad cogitandum pro libe
97 ris, vt l. amicissimos. §. fin. ff. de excu. tut. † Sitis etiam
aduisati secundum Bald. & Salic. in dicta authen. quod
sine. quòd in scriptura testamēti paterni inter liberos,
quamuis sit priuata, requiritur q̄ apponantur anni
dñi, mēsis, dies, & similia, quae apponunt̃ in instrumē
tis publicis, qd' dicunt ibi ꝓbari in illo text. in verbo,
tempus. Ad qd' etiam facit l. ij. §. diem. ff. quemadmo.
testa. aper. & in auth. quibus mod. natu. efficiun. legi. §.
quantū. colla. vj. & hoc est speciale in priuata scriptu-
ra testamenti inter liberos: quia aliâs regulariter valet
priuata scriptura sine die, & consule, vel tempore, vt
l. cum Tabernarij. §. idem quaesiui. ff. de pignori. & est
ratio specialitatis in testamento, quia mutabile est, & — Regulę valet priuata scriptura sine die & consule.
pluries fieri potest, ideo de tempore cōstare debet, q̄a
vltimo standum est, vt l. omniū. cum suis concord. C.
98 de testa. † Deinde sciendum est, quòd testamentū factū
inter liberos, non reuocatur ꝑ aliud testm̄, nisi secun-
dum sit solenne, & testator declaret in secundo testō se
nolle illud prius testamentum valere, vt in auth. prae-
dicta de testa. imperfect. §. j. & transumptiuè in authē.
hoc inter liberos. C. de testa. & debet illa declaratio te-
statoris expresse fieri, vt ibi intelligit Salic. in verbo, de
claret. & probat̃ clarius in corpore ibi dum dicit text.
hoc ipsum expressim significantem. Bald. tamen in di-
cta authen. hoc inter liberos. dicit sufficere, quòd volū
tas derogatoria ita declaretur, quòd intelligi possit, ita
quòd ex verbis testatoris pateat ipsa specificatio sic, q̄
nulla dubietas remaneat, argumen. l. ille aut ille. § pri
99 mo. ff. de lega. iij. † Et ex his notari potest vnus casus,
in quo secundum testamentum non valet, nisi de pri-
mo faciat specialē mentionem, in quo fuerūt instituti
liberi. & hoc operatur fauor liberorum, quoniam re-
gulariter secundum testamentum ritè factum tollit pri
mum, licet de eo non fiat specialis mentio, vt l. j. & ij.
ff. de iniust. testamento. dicta l. omnium. & l. sancimus.
C. de testa. Institu. quibus mod. testa. infirm. §. posterio
re. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. j. & l. si quis
in principio testamenti. de lega. iij. & l. j. C. de sacrosan-
ctis eccle. & cap. cum Marthę. extra de celebra. missa. &
xiij. q. ij. cap. vltima voluntas. notatur per gloss. Ioan.
And. in cap. j. super verbo, reuocare. extra de constitu.
100 libr. vj. † Sed fauor liberorum, vt dictum est, inducit
specialitatem in hoc casu in testamento inter liberos:
quia quamuis sit imperfectū ratione solennitatis, non
tamen reuocatur per secundum testamentum perfectū
conditum inter extraneos, nisi seruata forma, quae tra-
ditur in dicta authē. hoc inter liberos. & in corpore
101 vnde sumitur. † Sed si secundum esset conditum etiam
inter liberos, sicut primum, per illud secundum etiam
imperfectum reuocaretur primum: quia quo ad ipsos
liberos illud secundum est satis perfectum, sicut pri-
mum. & ita tenet gloss. in corpore super verbo, perfe-
cta. quae tenet in secundo non esse necessariam clausu
lam derogatoriam. licet Iacòb. de Rauenato & Cyn. in
dicta authen. hoc inter liberos. teneant contrarium,
quia text. in corpore praedicto loquit̃ indistinctè. Bal.
verò & Salic. ibi pro cōcordia distinguunt circa hoc,
quòd si interuenerit causa mutandi primum, non re-
quiratur clausula derogatoria in secundo, argum. l. iij.
C. de inoffic. testamē. & l. si cum Cornelius. ff. de solu.
& idem si non superuenit causa mutandi primum, si se
cundum sit fauorabilius pro liberis, quàm primum,
cum sit cuiusdam taciti odij exclusiuum, sed si primum
sit pro liberis fauorabilius secundo, non valet secun-
dum, nisi sit in eo clausula derogatoria. Nec debebun-

tur legata, vel fideicommissa in ipso secundo testō re-
licta, quia tota dispositio ruit, vt in dicto corpore, &
Quaestio. 102 eius transumpto. ¶ † An autem dispositio dictae aut.
hoc inter liberos. habeat locū in testō nūcupatiuo, vel
solū habeat locū in testō scripto manu testōris secūdū
formā traditā in dicta aut. qđ sine. cōis opinio Doc. est
ꝙ nō habeat locū in testō nuncupatiuo. Cui cōi opi-
nioni cōtradicit Ang. Primo per dictionē, hoc, positā
in dicta aut. hoc inter liberos. quae respicit testm̄ qđ
factū est secundū formā traditā in dicta auth. qđ sine.
Et ita vr̄ sonare text. in corpore in versu, & si quidem.
iuncto textu precedenti, cui continuatur. & sic in testa
mēto in scriptis, & nō alio loquat, & sic quo ad testm̄
nuncupatiuū standū sit antiquo iuri, vt scilicet p secū-
dum testm̄ tollat primū absq; alia derogatiōe, iuxta il-
lud qđ habet in eadem l. hac cōsulnsima. §. si quis au-
tē. & in d. §. posteriore. qa correctū nō vr̄, qđ stare p
mittitur, vt d. l. sancimus. C. de testa. & l. praecipimus.
in fi. C. de appel. Sed Paul. de Cast. adheret cōi opinio
ni cōtra Ang. & ita tenuerūt Cy. Bald. & Salic. quibus
Quaestio. 103 Alex. de Imol. dicit esse acquiescēdū. ¶ † Sed circa prae-
missa quaeri pōt si in primo testō apposita fuit clausu
la derogatoria, vt quia testator dixit, ꝙ nolebat vale-
re aliud testm̄, qđ eū facere cōtingeret, nisi in eo forma
liter describeret Pr̄ nr̄, vel Aue Maria, aut similia, sed
in testō secūdo nō apponit nisi verba gn̄alia derogato
ria, an sufficiat. Bal. & Doc. in d. aut. hoc inter liberos.
dicunt satis esse facere mentionem de primo testō, licet
de dicta clausula, & cōtētis in ea nō fiat mētio, qm̄ suf-
ficiūt clausulae gn̄ales, quas notarij in suis instrumētis
testamentorum consueuerunt apponere, videlicet, cas-
sans, & irritans &c. argum. l. j. secundae, & tertiae. ff. de li-
be. & posthu. & hanc cōclusionē dicit Bald. esse Iacobi
de Bello visu in quadam sua disputatione, & Io. And.
in dicto cap. j. extra de constit. lib. vj. Facit quod not. p
ipsum Bald. in l. humanum. C. de legi. imò secundum
eundē Bald. si fuissent plura pcedentia testamenta, illa
tamen p vltimum ritè cōfectū sunt reuocata, quāuis
in vno illorum esset clausula derogatoria, & sufficeret
ista clausula, cassans, & irritans &c. qa testamēta reuo-
cata nō merent habere nomē testamēti, vt d. §. posterio
re. & d. l. j. & ij. & l. cū in secūdo. ff. de iniusto testa. cū si-
milibus superius allegatis. Et ideo quia gn̄alitas illa te
stamētorū redacta est ad vnū in specie, arg. l. si optio.
104 ff. de optio. lega. † Nemo enim decedere pōt regularis
ter cum pluribus testamētis, sed bene cū pluribus co-
dicillis, vt l. diuus. §. codicillos. ff. de iure codicil. & ra-
tio est, quia testm̄ est volūtas perfecta, cuius perfectio
ni nihil addi potest, sicut nec plenitudini, quae omnia
cōprehendit. l. si cum dies. §. plenū. §. de arbit. Instit. de
cura. §. interdum. & l. licet. C. in quibus cau. tuto. hab.
tu. dari pos. Facit xcvj. distinc. c. bene quidem. in prin.
& vj. q. j. c. si oia. in fi. Codicilli aūt sunt volūtas imper
fecta: ideo cū pluribus pōt qs decedere, secundū Doc.
105 † Est tamen aduertendum, ꝙ testm̄ primū solenne, &
perfectum, nō tollitur p secūdū minus solenne, & im-
perfectū, nisi tria cōcurrāt, scilicet ꝙ in primo testamē
to solenni extranei fuerint heredes instituti, & quòd in
secundo fuerint instituti venientes ab intestato, & etiā
quòd in dicto secundo testamēto saltem interuenerint
quinq; testes, & adhuc his concurrentibus, secundum
testamentum non valebit vt testamentum, sed vt vlti-
ma voluntas ab intestato, vt est text. singulariter me-
moriae tenendus in d. l. hac consultissima. §. si quis au-
tem. & est ibi casus mirabilis, quòd causa intestati vin-
cit, & tollit cām testati, contra istam regulam, & illud,
quod habetur in l. qdiu. in secūda. ff. de acquir. haered.
& l. anteq. C. cōmunia de successio. & hoc est bene spe
ciale, cum nullum testamentum possit dici validū, nisi
possit cōfirmari per aditionem hereditatis, sed ex testa
mento non solenni non potest adiri haereditas, vt d. l.
ij. & l. cum in secundo. ff. de iniust. testamento. & l. si fi-
lius qui in potestate. ff. de liber. posthum. & l. si quis
cum. ff. de vulg. & pupil. substitut. ideo in casu praedi-
cto aditur haereditas ab intestato, qn̄ in illa voluntate
vltima sunt instituti ab intestato venientes, qui tamen
tenebuntur ad legata velut relicta in testamento, si ta-
men adeatur haereditas ab intestato, aliàs non, vt not.
per glos. quae ad hoc consueuit allegari, in l. qui filio.
§. seruus. & ibi Pau. de Cast. ff. de haered. instit. facit qđ
habetur in l. ij. ff. de fideicō. liber. Vult tamen Bald. quē
sequitur Salic. in dicto §. si quis autem. ꝙ quia seruat
secundum testamentum minus solēne, in quo sunt in-
stituti venientes ab intestato, & seruatur nō vt testm̄,
sed vt vltima volūtas intestati, omnes ab intestato suc-
cedentes erunt aequis portionibus admittendi, licet in
illa volūtate sint instituti ex inequalibus portionibus:
quia, vt dictum est, succedūt ab intestato. & ita dicunt
velle text. d. §. si quis autē. in verbo, intestati. Quibus
Bal. & Salic. cōtradicit ibi in hoc Fulgo. quem sequit
Alexand. de Imol. per l. si duobus. §. si prius. ff. de bo.
pos. contra tabu. & dicit ita ibi sensisse Bart. Sed text.
ille qui loquitur de alia imperfectione, quàm solenni-
tatis, scilicet praeteritionis filij, & Bart. non probant id
quod intendit Fulgo. & post eum Alexand. de Imol. si
bene videantur. ideo videtur tutior opinio Bal. & Sa-
lic. cum qua etiam vt refert ipse Alexan. transit Raph.
Cumanus in dicta l. si filius qui in potestate. p qua fa-
cit tex. l. fi. C. de codicil. Qui etiā tenet dictum §. si qs
autem. habere locum, quando omnes venientes ab in-
testato sunt instituti: secus si nō omnes, per illum tex-
tum indefinite loquentem. Indefinita em̄ propositio
vbi est eadem ratio dispositorū aequipollet vniuersa-
li, vt l. si pluribus. in princ. vbi Bartolus. ff. de lega. ij.
not. per Dy. extra isto titu. lib. vj. super rubrica. & in c.
solitę. extra de maio. & obed. aliàs vt ibi sonat text. nō
posset valere in totum secundum testamentum. & licet
hoc videatur esse de iure veteri, per tex. dictae l. ij. de in-
iusto testa. vbi per secūdum testamētum imperfectū,
in quo instituitur veniens ab intestato, rumpitur pri-
mum quod erat perfectū: tamē ibi dicit glos. quòd il-
lud fuit additum à compositoribus noui iuris; sed etiā
vbi hoc esset statutum de iure veteri, ad illud ius anti-
quū per Theodosium Imperatorem fuerunt addita
duo, videlicet, vt tale testamentum imperfectum, in
quo instituunt venientes ab intestato, valeat, non tan
quam testamentum, sed sicut vltima voluntas ab in-
testato. Item quòd quinq; testes adhibeantur in tali
voluntate, & non pauciores. quod intelligi debet de
alijs successoribus intestati, quàm de liberis, put not.
gloss. in l. filij. C. famil. erciscū. quia in testō facto inter
liberos duo testes sufficiunt, vt superius fuit allegatū,
& notatur per Ioannem de Imol. in dicta l. ij. de iniust.
106 testamen. † Vbi etiam tenet post Ange. cōtra Bart. in
l. militis codicillis. in princ. ff. de testa. mil. qui tenuit, &
dixit patrē posse instituere filios haeredes in codicillis,

ad fin

ad similitudinē militis, ꝑ d.§.ex imperfecto. Ipsi verò
tenent cōtrariū: quia nō vr̄ bona æquiparatio quam
facit Bar. de patre ad militē: quia si eēt bona, sequeret̄
ꝙ pater testādo inter liberos posset decedere cum duo
bus testis, & ꝓ parte testatus, & ꝓ parte intestatus, sicut
& miles, vt l. quærebat̄. ff. de testa. mili. qd̄ nō vr̄ esse ve
rū, nec ꝓbatur aliquo iure, sed potius oppositū, cū sit
speciale in milite. ergo in cōtrariū est ius cōe. l. ius singu,
lare. ff. de legi. & l. j. in fi. ff. ad municipales. & idem con
tra Bar. tenuit Bal. in d. l. filij. C. famil. ercis. quia hæredi
tas in codicillis directo dari nō pōt, vt l. hæreditatē. C.
de codicil. not. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & l. Scę
uola. ff. ad Trebel. bene fatet̄ Bal. in d. l. filij. ꝙ in dubio
si pater inter liberos disponēdo faciat hæredis institu-
tionē, ꝓsumit̄ ꝙ illa dispositio sit testm̄, & non co-
dicilli, vt dicta l. non codicillum. C. de testa. Si verò no-
tarius diceret patrem fecisse, vel facere voluisse codicil-
los, nō valeret institutio, quæ valeret in milite. & ratio
est secundū eū, quia in milite est fauor publicus, sed in
pr̄e est fauor priuatus. facit qd̄ not. in l. testō dn̄i. ff. de
hęred. instit. Itē miles non tenet̄ scire iura. l j. ff. de testa.
milit. & l. fi. in princ. C. de iure delibe. Alij verò tenent̄
scire, vt l. leges. C. de legi. l. nemo pōt. ff. de lega. j. & l. co
dicillis. §. fin. de lega. ij. & l. iuris ignorātiam. C. qui ad-
107 mitti ad bon. poss. possunt. † Addendum est præmis-
sis, ꝙ licet regulariter testamentū perfectū non tollat̄
per secundū imperfectū, ꝑ iura superius allegata: fallit
tñ si secūdū imperfectū factū sit p̄ntibus saltem tribus
testibus, & transcurrerit postea tp̄s decem annorū, vt
l. sancimus. C. de testa. & sic ad validitatem illius secūdi
reuocātis primū duo requirunt̄, scilicet ꝙ ita declaret̄
per testatorem in p̄ntia trium testiū, & ꝙ interueniat
postea transcursus decennij. Ex quo colligit ibi Salic.
illud vulgare, ꝙ quæ non prosunt singula, multa iu-
uant. & sic solus transcursus decem annorū à condito
testō, vel etiam longioris tēporis, nō inualidat testm̄,
quia tp̄s sicut non est modus tollendæ vel inducendæ
obligatiōis, vt l. obligationū ferè. §. placet. ff. de actio.
& oblig. ita nō est modus subuertendi testm̄. & est rō,
q̄a testm̄ cōfirmat̄ solū morte testōris, vt l. iij. in fin. & l.
iiij. ff. de adi. vel trāsfer. leg. ideo si quis fortè erat pau
per tempore cōditi per eū testamenti, & vixit postea
multis annis, & effectus sit diues, per hoc solū nō reuo
catur suū testm̄. quod dicunt Doct. ꝓcedere etiam si il-
lud testm̄ factum fuisset tp̄e periculoso quo dubitaba-
tur de morte, vel desꝑabat̄ de vita: q̄uis secus sit in do-
natione cā mortis, quæ facta tp̄e quo ꝓpter aliqd̄ pe
riculū desperabat̄ de vita, cessante periculo videatur re
uocata, vt est tex. in l. non omnis. in princ. ff. si cert. pet.
& not. per glo. & Bar. in l. iij. ff. de dona. cā mort. Sed il-
lud quod dictum est de institutione hęredis, ꝓcedit ni-
si testator se astrinxisset in dicta institutione ad casum
illius periculi. est tñ verum, quod faciens testm̄ in mor
tis articulo præsumitur in dubio nolle se astringere ad
illum casum, per text. l. fi. C. de posthu. hære. instit. quē
tex. ibi ad hoc ponderauit Bal. Faciunt ad hæc not. in
l. alumnę. §. fi. ff. de adimen. vel transfer. lega. & in l. po
test quis. ff. de hæred. institu. vbi videte Ioan. de Imola
108 post Bar. & Bald. † & ibi ꝓbatur, quòd valet testamē-
tum factum sub hac forma, volo testamentum istud
valere ita demum, si decessero de hac infirmitate. & est
institutio conditionalis. Nec obstat regula Catonia-
na, de qua in l. j. ff. de regu. Caton. quia illa locum ha-
bet, quando si testator statim condito testato moreret̄,
dispositio facta non valeret, quia tunc nō valeret etiā
quandocunq; decedat, vt dicta l. j. sed in casu prædicto
si testator statim post conditū testamentum decederet,
valeret sua dispositio, quia verificata esset cōditio per
eum apposita, cū decederet de illa infirmitate. Idem di-
cendū est in casu d. l. potest quis. si dixisset testator, vo-
lo testamentū valere, si decessero intra annū septuage-
simum, quia decedendo statim post conditum testa-
mentum decedit intra tempus, quod taxauit. Nec de-
bet inspici tempus conditi testamenti, sed tempus cō-
ditionis existentis, vt ibi plenius per Doct. regula au-
tem Catoniana non habet locum in institutionibus
109 conditionalibus, vt l. pen. ff. de regul. Caton. ¶ † Sed
circa p̄dicta quærit̄ si testator postq̄ fecit testm̄ solēne Quæ-
ex interuallo coram septem testibus illud reuocauit, di stio.
cens nolle illud valere, an per hoc erit testm̄ reuocatū.
& Bart. in l. si iure. ff. de lega. iij. dicit ꝙ non, nisi secuto
decursu decem annorū, vt dicta l. sancimus. quia dicta
reuocatio non est de modis, per quos testm̄ perfectū
reuocatur, qui ponunt̄ Insti. quib. mod. testa. infir. §. fi.
& pro hoc est casus ibi in §. ex eo. dum dicit text. solo.
& ibi, qd̄ postea testator id noluit valere. & etiā in di-
cta l. sancimus. & est casus magis clarus in l. militis co-
dicillis. §. veteranus. ff. de testa. mili. & l. hęredes palam.
§. si quid post. ff. de testa. & hoc tenet ibi glos. & gloss.
in dicta l. iij. §. fi. ff. de adimen. vel trāsferen. lega. & glo.
magna in fi. in d. §. ex eo. Et facit ad hoc, quia à seipso
non potest adimi hæreditas, nec reperitur persona per
quam talis ademptio possit cōfirmari aditione hæredi
tatis, quod est necesse. l. sed & si in conditione. §. fi. ff. de
hæred. instit. & l. si ita scriptum. §. regula. ff. de liber. &
posthu. ergo nō tollitur primum testm̄, vt l. cum in se
cundo. ff. de iniusto testa. Et pro hoc allegatur casus in Bona
dicta l. si iure. quia magis deberet dici reuocatum pri- ratio.
mum testamentū iure perfectum ex eo ꝙ fit secundum
licet non perfectum, q̄ per simplicem reuocationē, vt
arguit imꝑator in dicto §. ex eo. versu, vsqueadeo. vel
vt ibi dicit glos. magna in fi. tanta debet esse vis & po-
testas in reuocando primum, quando fit secundum li-
cet imperfectum, quanta est simplex reuocatio, & ta-
men testamentum non iure perfectum non tollit pri-
mū perfectū, vt allegata l. si iure. & d. l. ij. ff. de iniusto
testa. & d. l. hac consultissima. §. si quis autē. & d. l. san-
cimus. ibi, si autem in medio tempore. à cōtrario sen
su. ergo simplex reuocatio multo minus potest, vt ar-
guit tex. in dicto §. ex eo. Nec dixerit aliquis, ꝙ in d. l. si
iure. & concordantijs superius allegatis, testamentum
erat factū in præsentia minoris numeri testium, quàm
septem, quia illi tex. generaliter loquūtur, quapropter
etiam ex alia ratione potuit esse testamentum imperfe
ctum, licet interfuerit numerus testium de iure requisi-
tus, & tamen primum nō reuocatur, vt est casus in d. l.
si filius qui in potestate. ff. de liber. & posthu. & ista
est communis opinio, & veritas, secundū Modernos,
inter quos est Alexand. de Imo. in allegata l. sancimus.
quicquid dixerit Ioan. de Imol. in dicto §. regula. qui
tenuit cōtra communem opinionem ea ratione, quia
testator dicendo quòd non vult primum testamentū
valere, per consequentiam dicit quòd vult decedere in-
testatus, & sic hæreditatem suam venire ad succedentes
ab intestato. Ad quod, secundum eum, facit l. confi-
ciuntur. ff. de iure codicil. & sic videtur sublatum esse

prius testamentum. & allegat quendā Do. Honofriū
de Perusio istud tenuisse in d.l. hac consultissima.§.si
quis autem & ad §.veteranus. & alia iura concordan-
tia respondet id quod dictū est, scilicet quòd in illis iu-
ribus interuenerat minor numerus testium, quàm se-
ptem. quod tamen in illis textibus non aperitur, &
videtur quædam diuinatio, quia generaliter loquunt:
& distinguere non debemus, vbi lex nō distinguit, vt
l.de pretio.ff.de publ. Et ideo, vt recitatum est, opinio
Bart. est communis, in qua etiam ipse Ioā.de Imo. sibi
cōtrarius videtur residere in c.cum esses.extra de testa.
vñ.qōne.in fi.& ita vidi in casu de facto in hac ciuitate
occurrenti fuisse consultum per do.Ioannem de mon-
te Balusio, & Christophorū de Nicellis Docto. Tau-
rinenses. Nec valet secundum eos ratio quam adducit
Io.de Imo.in dicto §.regula.quia quamuis fiat reuoca
tio prioris testamenti in præsentia septem testium, nō
tñ per hoc censentur instituti venientes ab intestato, vt
est casus in d.l.hac consultissima.§. si quis autem. vbi
ita demum dicitur primum reuocari, quando in secun
da voluntate nominatim sunt vocati venientes ab in-
testato: aliâs primū nō reuocatur, quantumcunq; ex-
tranei sint in eo instituti, vt ibi, scribere instituit. & ibi,
quo non facto valebit primum testamētum. ideo hęc
pars tenēda est tanquam communis, & verior, & hoc
Quæstio. 110 quo ad hæredis institutionem. ¶ † Sed quo ad legata
& fideicōmissa vtrum per illam voluntatē declaratam
coram septem testibus modo præmisso reuocata vi-
deantur, est quęstio. pro cuius solutione sciendum est,
quòd legatum, vel fideicommissum per solam testa-
toris pœnitētiam reuocatur, vt l. fideicōmissum.C. de
fideicommiss.& si quis pœnitentiam testatoris expres-
sam probare velit, vt ea probata legatum, vel fideicō-
missum pro non dato habeatur, si datum fuerat in te-
stamento requirunt septē testes, & si in codicillis, qnq;,
vt sic vltima voluntas solennis tollatur ipso iure per
aliam solennem voluntatem, vt est intentio glos. quæ
cōmuniter approbatur in d.l. fideicommissum. ad qđ
111 facit d.l.hæredes palam.§.fi. † Veruntamen si post so-
lennem voluntatem legatum, vel fideicommissum in
ea relictum in alia minus solenni voluntate adimatur,
manebit legatum, vel fideicōmissum ipso iure, tamen
non debebitur ope exceptionis, vt d.l.iij.§.fi.ff.de adi-
112 men. vel transfer.lega. ¶ † Dubitari tunc tamen potest
de numero testium. & quāuis aliqui dixerint, quòd re-
quiruntur quinq;, tamen secūdum Azo.in summa de
testa.ordi.versu, illud.satis est adhibere duos, per regu-
lam l.vbi numerus.ff.de testi.quod placet Sali.in alle-
gata l.fideicōmissum. Cui concordāt quidam Moder-
ni, si per aliquos alios actus pœnitentia testatoris, etiā
tacitè præsumi possit, vt quia inter testatorem, & lega-
tarium, vel fideicōmissariū, ortæ sunt graues inimici-
tiæ, vel causæ inimicitiarum, vt dicit glos.ad hoc notā
da per iura, quę allegat in antedicta l.fideicommissum.
Hæc tamen secundum Bald.ibi procedunt in legatis,
& fideicommissis, sed non in hæredis institutione dire
cto facta, quia tacitè adimi non potest, vt l.ex parte.ff.
de adimen.vel transfer.lega.& ibi per glos.& Instit.de
113 adempt.lega.in princ. ¶ † Prædicta autem superius de
simplici reuocatione testamenti facta coram septem te
stibus, secundum opinionem Bar.quæ communis est,
vult, & intelligit ipse Bart.in d.l.si iure. ꝓcedere, & esse
vera vbi est simplex reuocatio. Sed si testator vnā cum
reuocatione testamenti diceret se nolle prædictū testa-
mentū valere, qa vult mori intestatus, erit per hoc re-
uocatum testm̄, quia videtur instituisse veniētes ab in-
testato. allegat l.si quis ita hęres instituatur. ff. de hære.
instit.& cum ista opinione transit Io.de Imol.in alleg.
c.cum esses.& sequitur Alexā.de Imol.in d.l.sancimus.
& allegat Bald.ibi ita tenere.& in l.j.in vltima colū.C.
de sacr.sanct.eccl.allegat etiam ꝓ hac opinione text.in
l.j.§.si hæres.ff.si tabu.testa.nul.exta. Sed ille text.fuit
ad hoc per alios tenentes cōtrariū allegatus. ad quem
respondēt, ꝙ ibi testator facto incidit tabulas testamē-
ti, vel illas cancellauit: in casu verò nostro verbo solū
reuocauit. Differentia autē est inter actum verbi, & a-
ctum facti, vt dicit Pau.de Cast.tenens cōtra Bartol.&
suos sequaces in l.j. §.sed & cōsulto.ff.de his quæ in te-
sta.delen. Pro quo facit, quamuis non allegetur, quia
plus est ostendere facto, quàm declarare verbo, vt l.si
tamen.§.ei qui.ff.de ædil.edic.& de adi. vel transferen.
lega.l.libertus.& c.dilecti.extra de appel. Qm̄ facto da-
tur voluntas intelligi, vt l.reprehendenda.C. de instit.
sub cōdit. fac.& l.Procula.ff.de ꝓba.& Insti.de rer.di-
uisi.§.seruos.& not.ꝑ Bal.in l.ij.C.de serui.& aqua.in
versu, quæro de decem & octo quæstionibus. qui etiā
in d.l.j.de sacr.sanc.eccl.non dicit illud ad qđ allegatur
per dictū Alex.de Imol.ipse tñ Bal.in d.l.sancimus. vi-
detur sequi opinionē Bart.sed ibi Salic.non audet fir-
mare, & relinquit cogitandū. Fulgo.verò Cumanus,
& quidam plures Moderni tenent aliam opinionem
cōtra Bart.ꝑ text.d.l.militis codicillis.§. veteranus. &
ibi ita tenet glos. Ad quem §.responsio Barto.vt dicit
Pau.de Cast.& alij tenentes cōtra eū est quædam diui-
natio, sed dictus §.si hæres.videt ꝓbare suum dictum
nō obstāte responsione Pauli de Cast. qa tex.ille non
se solū fundat super incisione vel cancellatione tabula
rum testamēti, ibi dū dicit tex.vel quia alia ratione vo
luntatē mutauit, & voluit ab intestato decedere.sed di-
ctus §. veteranus. vix pōt ad cōcordiā cū illo reduci,
nisi dicamus, ꝙ ille versus, vel quia alia rōne.in d. §.si
hæres. intelligat secundū pręcedentia, scilicet vbi testōr Cōcordia iurium.
incidit, vel cancellauit tabulas testamētu, & ꝙ ideo vo
luntatem mutauit cancellādo, vel incidēdo testm̄: aliâs
est difficilis illorū textuum concordia, sed cum Salice.
114 relinquo cogitandū. ¶ † Ex præmissis tñ & superius
dictis satis patere videtur secundum Doct.ꝙ illa clau-
sula apposita in instrumēto secundi testamēti, cassans
& irritans omne aliud testm̄, &c.intelligēda est si testm̄
in quo est apposita sit validū. ita not. Bar.in alleg.l.si
iure.& Bal.in d.l.sancimus.per l.cācellauerat.ff. de his
quæ in testa.delen.quod tamen verū est nisi postea in-
teruenirет cursus decem annorū, per tex.d.l. sancimus.
115 ¶ † Præterea sciendū est, ꝙ si testōr fecerit testm̄ perfe-
ctum, & postea facit aliud etiā perfectū testm̄, quod sta
tim incidit in præsentia eorundē testium, quia illud se-
cundū nō fuit habitū ꝓ cōsummato iuxta not.in d.l.si
is qui testm̄.ff.de testa.primū non esset sublatū, & ideo
non est opus inquirere si recōualescat, vt dicunt Doct.
in d.l.sancim⁹.in gl.sup.verbo, ipso iure. ¶ Sed si incidit
illud secundū ex postfacto, ꝑ illā incisionē non recōua
lescit primū, qđ ipso iure fuerat sublatum, vt d. l.sanci-
mus.& facit in argumētū l.qui res.§.arcā.ff.de solutio.
secundū tñ testm̄ incisum tollit per exceptionē, vt not.
in l.nostram.C.de testa.ideo institutus in secūdo agens
cōtra institutū in primo, si ille primus possideat hære-
ditatem

ditatem poterit exceptione contrariæ voluntatis
repelli. Nec poterit actor replicare, q institutus in
primo, habeat cõtrariam voluntatẽ defuncti, quia
eidẽ actori dicet in primo institutus, qd ad te, cũ de
viribus testamẽti, in quo sum institutus nõ sit quę
rendũ sed de exceptione, quã tibi oppono: & eodẽ
modo dicendũ esset de institutis in secũdo, si posſi-
derent, quia repellere possent institutos in primo,
opponendo de reuocatione primi testamenti, quæ
pbari potest per secundũ testamentũ, per quod in-
stitutio primorũ fuit reuocata. Et quãuis illud secũ
dũ fuerit incisum, illa incisio licet inualidet, tñ nõ
tollit quin fuerit factũ. Nec poterũt primi replica-
re de incisione secũdi, quia exceptio institutorũ in
secundo, eneruat in totũ intentionẽ primorũ. facit
quod habetur in l. cũ seruũ. C. de ser. fugi. scd'm Sa-
lic. in d. l. sancimus. & sic si vera sint, quę dicit Sali.
colligi potest in hoc magnũ cõmodũ possessionis,
de cuius cõmodis tractatur per Bald. in c. vnico, de
conten. int. do. & vas. de inuesti. & dictũ fuit in l. in
eo. §. isto ti. sed dicta Salic. nõ bene placuerũt Fulg.
in sæpe dicta l. sancimus. quia text. secundũ eũ in l.
pe. §. testamento. ff. de bono. pos. secund. tabu. dicit,
q scriptis in primo testamẽto, si secundũ fuit inci-
sum, datur bonorũ possessio secundũ tabulas, ergo
datur actio, arg. pro hoc in l. iij. §. bonorũ. ff. de bo.
pos. Dicit etiã, q quo ad obtinẽdum bonorũ pos-
sessionẽ secundũ tabulas, sufficit q testamentũ va-
leret tẽpore quo fuit factũ, vt l. j. §. sufficit. ff. de bo.
pos. secundũ tab. & sufficit q reperiat̃ vltimũ tem-
pore mortis. sed istud primum censetur vltimum,
ex quo incisum est secundũ & cãcellatũ, vt l. j. ff. de
his quæ in testa. delen. Bald. tñ super rubrica. C. qui
admit. ad bo. pos. poss. q. ij. dicit, q bonorũ posses-
116 sio non est actio, nec officiũ iudicis. †Vel ideo dici
potest, q primum testamentũ quod fuit sublatum
per secundũ, incisione secũdi recõualescit de ęquita
te prætoria, vt in simili habetur in l. posthumũ. in
prin. & versic. & idẽ circa. & l. filio præterito. ff. de
iniust. testa. & sic videt̃ esse conclusio, q secundũ te-
stamentũ solenne, ipso iure tollit primum: sed si se-
cũdum incidatur vel cãcelletur, reconualescit pri-
mũ de æquitate prætoria, secundũ dictũ Fulgo. &
quosdã modernos. videtur tamẽ, si hæc vera sint, q
instituto in primo esset tunc necessaria bonorum
possessio secũdum tabulas, nec posset succedere de
iure ciuili, per ea, quæ habẽtur per gl. & Doct. in l.
117 certũ. C. vnde legi. & vnde cog. †Quærunt etiam
Docto. si primũ testamentum solenne sit iuratum,
nunquid posſit reuocari. & videbat̃ q nõ, quia iu-
ramentum illud potest seruari sine interitu salutis
æternæ. Igitur seruandũ est, vt in c. si verò. & c. cum
cõtingat. cũ ibi no. extra de iureiu. & aut. sacramẽta
puberũ. C. si aduer. vẽd. Doct. in d. l. sancimus. tenẽt
contrariũ, & idẽ tenent in l. pacta quæ contra. post
gl. & in l. pactũ quod dotali. C. de pact. & l. stipula-
tio hoc modo cõcepta. ff. de verb. oblig. & l. si quis
in principio testamẽti. de legat. iij. & Io. Fab. in l. si
qñ. C. de inof. testa. Idẽ tenẽt Canonistę, q testamẽ-
tum potest mutari, nõ obstãte iuramẽto testatoris,
vt no. per gl. xiij. q. ij. c. vltima voluntas. & per Ioã.
And. in c. quod semel placuit. in mercurialibus. ex-
118 tra isto tit. lib. vj. †Imò voluit Bar. q mutãs testa-
mentum non incurrit periuriũ, quamuis iurauerit
illud nõ mutare, quia illud iuramentũ est cõtra bo-
nos mores, vt d. l. stipulatio hoc modo concepta. &
impedit liberã testandi facultatẽ: ideo nõ est obli-
gatoriũ, vt in c. non est obligatoriũ. extra eo. ti. lib.
vj. & opinionem Bar. sequutus fuit Anto. de Butr.
in d. c. cũ cõtingat. Sed opinio Bar. inquantũ dicit,
non incurrit periuriũ per mutationẽ testamẽti iu-
rati, reprobatur per Io. de Imol. in repetitione c. cũ
contingat. quẽ ibi sequitur Benedictus. Ipse etiam
Io. de Imol. in c. dilecto. extra de pręben. & d. c. cum
esses. concludit, q licet valeat mutatio testamenti,
testator tñ est periurus, quia iuramentũ seruari po-
terat sine salutis ęternæ interitu, per d. c. si verò. Et
quãuis dicat̃ esse cõtra bonos mores, hoc debet in-
telligi, scilicet cõtra bonos mores ciuiles, non tñ est
cõtra mores diuino vel canonico iure itroductos, de
quibus loquit̃ dicta regula, nõ est obligatoriũ. Ideo
secundũ eos allegãtes Bal. in l. pactum. C. de colla.
119 quæst. xix. †aliquid potest dici contra bonos mo-
res pluribus modis. vno modo, quia est contra ius
naturale, vel quasi, vt puta, q quis nõ teneat̃ educa-
re liberos vel parentes, cũ illorũ educatio sit de iu-
re naturali, vt instit. de iur. natu. in prin. & l. j. §. ius
naturale. ff. de iusti. & iur. vel si qs iuret aut promit-
tat nõ obedire Deo vel sanctæ matri ecclesiæ, aut
parẽtibus. hoc enim est turpe, & cõtra ius natura-
le, vt l. veluti. eod. ti. & etiam contra ius diuinum,
quod naturale interdũ appellatur, vt j. distin. c. hu-
manũ genus. & c. sequẽti. & iuramentũ cõtra illud
præstitum nõ obligat, vt dicta regula, non est obli-
120 gatoriũ. & facit c. cũ quidã. extra de iureiu. †Alio
modo dicitur aliquid cõtra bonos mores ex facto
de se turpi, vt si quis iuraret furari vel occidere ho-
minem, aut aliud facere, quod esset peccatũ. & idem
dicendũ est sicut in præcedenti casu, vt l. si vnus. §.
illud. & §. generaliter. ff. de pact. & l. generaliter. &
121 l. seq. ff. de verb. oblig. †Quandoq & tertio dicitur
aliquid contra bonos mores iuris artificio dispositos,
vt quia ius sic disponit: verbi gratia, q liberũ
sit arbitrium testatoris, ita q ambulatoria sit eius
voluntas, per iura vulgaria superius alleg. quamuis
iurans nõ mutare testamentũ secundũ leges ciuiles,
opinionẽq Bar. & suorũ sequacium nõ astringatur
iuramento, quia est cõtra bonos mores, per d. l. sti-
pulatio hoc modo cõcepta. quia tamẽ testator iura-
mentũ seruare poterat sine interitu salutis æternæ,
mutãdo incurrit periuriũ, secundũ Io. And. in dicta
regula, quod semel placuit. in mercurialibus. quem
cõmuniter sequũtur Canonistæ, excepto Anto. de
Butr. vt dictũ est. Fatetur tamẽ ipse Io. And. & sui
sequaces contra Spec. tit. de instru. edi. §. cõpendio-
sẽ. ver. quid si quis iurauerit. q valebit mutatio te-
stamẽti. quod etiã tenet idẽ Io. And. in addit. super
dicto vers. quia non potest quis sup vltima sua di-
spositione imponere sibi legẽ, à qua nõ posſit rece-
dere, in d. l. si quis in principio testamẽti. & alleg. l.
j. C. de sacrosan. eccl. & no. per gl. in d. c. vltima vo-
luntas. Sed aliquando mihi visum fuit mirabile, &
quibusdã doctisſimis viris, q Canonistæ nõ fateã-
tur illud iuramentũ de nõ reuocãdo testamentũ esse
cõtra bonos mores iure diuino, & etiam canonico
introductos, sicut & iure isto ciuili, quia iure diui-

Cõtra bonos mores aliqd põt dici pluribus modis vt hic primo

no vltima volũtas testatoris est ambulatoria vsq;
ad mortem,quia morte confirmatur testamẽtum,
vt dicit beatus Paulus in epistola ad Hebręos.c.ix.
& etiã iure canonico,vt d.c.cum Marthæ.extra de
celebr.mis.& d.c.vltima voluntas.& idẽ videtur de
pacto futuræ successionis acquirẽdæ , quod inducit
votum captãdæ mortis. quod Canonistæ cũ Legi-
stis dicunt esse contra bonos mores : dicunt tamen
Canonistæ,ꝙ est contra bonos mores ciuiles,& ta-
men votum captãdæ mortis reprobatur à iure ca-
nonico,in c.nulla.extra de conces. præben. & c.j.&
c.ne captandæ.eo.ti.lib.vj.nisi dicamus, ꝙ illud est
præsumptũ à lege,sed non præcisum.ad quod facit
quod no.Bald.in c.moribus.si de feud.fuer.contro.
Concludunt tamen,vt dictum est,etiã Canonistæ,
ꝙ non obstante iuramento potest testamentũ mu-
122 tari,vt potest videri plenius in locis alleg. †Licet
autem valeat mutatio testamẽti iurati,volũt tamẽ
Ioan.And.& Bar.ꝙ specialiter debet reuocari pri-
123 mum, †quia iuramentũ habet vim verborũ dero-
gatoriorũ,vt l.cũ pater.§.filius matrem.ff.de legat.
ij.& hoc etiã tenet Io.de Imol. in alleg. c.cum esses.
124 †Ex prædictis patere potest, ꝙ nõ potest fieri te-
stamentũ irreuocabile, licet Dy.fuerit in opinione
contraria,si testator dixerit, ꝙ casu quo continge-
ret eũ reuocare testamentũ, donat omnia bona sua
donatione inter viuos hæredi instituto in dicto te-
stamento stipulante notario pro dicto hærede : vel
vẽdit omnia bona sua dicto hæredi tali pretio, qđ
confitetur recepisse: vel apponit clausulas necessa-
rias ad traditionẽ possessionis,vt retentionẽ vsus-
fructus vel precarij constitutionẽ , de quibus clau-
sulis habetur per gl.& Docto. in l.quod meo.ff.de
acquir.pos.& l.si ager.& l.quædam mulier.ff.de rei
vẽdi.& l.quisquis.C.de dona.& in c.ij.extra de cõ-
suet.& per Bal.in l.quoties.C. de rei vẽdi.qa sc'm
eundẽ Dy.talis contractus potest fieri in testamen-
to,vt d.l.hæredes palã.§.fi.ff.de testa.Sed ibi Doct.
& Bar.in d.l.si quis in principio testamenti.& cõ-
muniter omnes tenent oppositũ.& tenuit Odofre.
in alleg.l.j.C.de sacrosan.eccl.quia illę clausulæ vi-
dentur appositæ in fraudem legis,quæ disponit,ꝙ
ambulatoria sit voluntas defuncti vsq; ad vltimũ
vitæ spiritũ,& ꝙ nõ possit fieri testamentũ irreuo-
cabile, qa ista est vna clausula testamẽtaria, postq̃
fit in testamẽto,sed testator potest omnes illas clau
sulas mutare,vt alleg.l.si quis in principio testamẽ
ti. eis igitur non obstantibus poterit testamentum
mutari.Circa quod videte plenius Ioã. de Imol. in
alleg.l.hæredes palam. §.fi.& Bal.in l.ex testamen-
to.C.de fideicõ. & ipsum Bal.in c.ij.de feudo dato
125 in vicẽ legis cõmis. †Sed quæritur,nũquid primũ
testamentum validũ de iure ciuili & prætorio,tol-
latur per secũdum,quod tñ validũ est de iure præ-
torio.in qua quęstione fuerũt plures & diuersę opi-
niones Doct.quæ recitãtur plenissimẽ per Ioan. de
Imol.in l.cũ in secũdo.ff.de inius. testa. vbi gl.tenet
ꝙ nõ,per l.si filius q in potestate.ff.de lib.& posth.
& ita etiã tenet gl.in l.si quis eũ.§.fi.ff.de vulga. &
pu.subs.& assignat ratio,quia duo vincula sunt for
tiora vno,in auth.itaq;. C.cõmunia de succes.& in
corpore de cõsang.& vteri.fratri.& Insti.de adopt.
§.sed hodie.& in c.j.extra de treu.& pa. & istã opi-

Secundũ Io. Andr. & Bar. testm̃ iuratũ debet specialiter reuocari

nionẽ glossarũ sequutus est Ang. pro qua facit , qa
prætor nõ potest quẽ facere desinere esse hæredẽ,vt
Insti.de bo.pos.§.quos autẽ. igitur testamentum va
lidũ iure ciuili, nõ potest tolli per validũ iure præ-
torio.l.& si sine.§.sed quod Papinianus.ff.de mino.
Facit etiã,quia minus potens,nõ debet tollere ma-
126 gis potens,arg.l.quæritur.ff.de sta.ho.†Alia opi-
nio fuit in cõtrarium,scilicet,ꝙ testamentũ validũ
iure prætorio, tollit testamẽtum validũ iure ciuili
& prętorio.quã sequit Bal.in d.l.si filius qui in po-
testate.& sentit Salic.in d.l.sancimus.licet nõ aude-
at firmare.& huius opinionis est ratio,quia nõ ve-
nit in iuris ciuilis derogationẽ,ꝙ secũdũ testamẽtũ
valeat solũ iure prætorio.& potest hoc facere præ-
tor,cũ per bo.pos.contra tab.auferat hæreditas hę-
redi scripto.qđ est cõtra voluntatẽ defuncti. Mul-
to igitur magis potest ille,qui venit per secundum
tabulas,iuxta voluntatẽ defuncti.& si nõ tollat pri
mum ipso iure,tollere tñ debet iure exceptionis,vt
in d.§.quos autẽ. Et pro ista opinione facit regula
iuris ciuilis,quę vult neminẽ posse decedere cũ duo
bus testamẽtis,nisi sit miles,vt iuribus supius alleg.
& l.posthumus.§.si paganus.ff.de inius. testa. Itẽ &
alia regula dicẽs,ꝙ vltima derogant prioribus,vt
alleg.l.sancimus.& d.l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.
de lega.j.& l.pacta nouissima.C.de pact.& sic ex vi
& potestate iuris ciuilis, nõ solũ immediatẽ ex po-
testate prætoris, primũ testamentum tollet per se-
cundum.& hæc ratio fuit Bar.in alleg.l.si filius qui
in potestate.facit etiã pro ista opinione, quia quã-
uis secundũ iura ad hoc vt primũ testamentũ tollat
per secundum,requirat ꝙ ex secũdo institutus pos-
sit hæres existere,vt l.pater filio.ff.de hæred.instit.
cum similibus. videtur tamen ꝙ istud verbũ , hæ-
res,verificetur etiã in succedente de iure prætorio,
vt l.in cõditionibus.§.si patronus. ff.de cõdi.& de-
monst.vbi verbũ,hæres, in conditione prolatum,
verificatur in successore de iure prætorio,& tamen
cõditio apposita per testatorẽ debet impleri in for
ma specifica,vt l.Mæuius.& l.q hæredi.in prin.eo.
ti.Accedat id quod habetur in l.j.§.bonorum.ff.ad
Treb.& l.j.& ij.ff. de bo.pos.hær.pet.& quod not.
per Bar.in l.fi.C.de edi.diui Adri.tol. quãuis enim
prætor nõ possit facere aliquẽ esse vel desinere hæ-
redem mero iure, hoc tamẽ facere potest quantum
ad effectum,vt patet in d.l.& si sine.§.sed quod Pa-
pinianus. & l.j.l.cum emancipatus. & per totũ tit.
ff.de bon.pos.contra tab.& d.l.j.& ij.ff.de bo.poss.
hæred.peti.cum ibi not.per gl.Bart.& Ang.& per
Albe. super rubrica illius tit.& l.j.ff.de peti.hæred.
& Rofredũ in ti.de bo.pos.hæ.peti.Nec obst.argu-
mentũ de duobus vinculis, quia postq̃ secundũ te-
stamẽtum de iure prætorio saltem tollit vinculum
iuris prætorij,quod est in primo testamento,argu.
eorum,quæ not.in l.si vnus.§. si acceptilatio. ff.de
pact.& sic sublato vno vinculo,remanet vnũ solũ,
scilicet iuris ciuilis,quod tanq̃ in rigore fundatum
debet succũbere ęquitati prętorię,arg.l.placuit.C.
de iudi.& l.quod si Ephesi.ff.de eo quod cer.lo.& si
dicatur,ꝙ ex quo in primo testamento fuerunt ab
initio duo vincula vnita, non potest vnũ tolli sine
reliquo,vt d.l.si ita scriptum. §.regula.ff.de libe.&
posthu.quia illud procederet in connexis,quorum
vnum

vnū non potest esse sine altero, vt est videre in casu
illius §. regula. secus in casu isto, quia testamentum
potest valere iure ciuili tantū, vt quando est insti-
tutus extraneus filio emancipato præterito, quem
ius ciuile olim nō recognoscebat, vt habetur in l. si
emancipatum. C. de colla. & Insti. de hæred. quæ ab
intest. defe. §. emācipati. Itē potest valere iure præ-
torio tantū, vt d. l. posthumus. in prin. & quādoq;
vtroq; iure, vt in testamento perfecto solēni, & sic
dicta vincula non habent cōnexitatem necessariā,
ideo vnū potest tolli sine alio. Accedat ad hoc, quia
quandoq; vna ratio potentior vincit duas, vt l. nā
& si parentibus. ff. de inof. testa. sed potentior videt
æquitas prætoria, vltimo loco veniens per regulas
suprà dictas. & ista videtur verior opinio, q̄ gl. in
d. l. si quis eū. §. fi. & in d. l. cū in secūdo. vbi plenius
videatis Io. de Imol. & Pau. de Cast. in d. l. si filius q
in potestate. Et hæc satis fuit sup tex. huius regulæ.
¶ Nunc venio ad gl. quæ primò ponit cōcordan-
tias ad hanc regulā, deinde opponit cōtra istū tex.
127 primò de l. si seruus. ff. de bo. au. iudi. possi. † vbi in
testamento valido institutus, si statuto sibi tēpore
per iudicem ad adeundam hæreditatem nō adeat,
omnia obseruantur, ac si non esset hæres institutus:
& sic videtur, ꝙ legitimus admittat, licet testamē-
tum valere possit: sed respōdetur, ꝙ ibi destituitur
testamentū, nec ámodo valere potest, ideo non ob-
stat secūdm intētionē huius gl. cōtra quā facere videt
text. in l. fi. §. sed quia quidam. vers. sinautē aliquis.
C. de iur. delib. vbi elapso tēpore ad adeundū hære-
ditatē, ille qui petijt tēpus ad deliberādum, & per-
mittens labi tēpus, nihilq; dicēs, habetur pro ade-
unte. Ad hoc respondebat Ray. allegatus per Bart.
in d. l. si seruus. ꝙ illa lex, si seruus. hodie corrigitur
per dictū §. vt scilicet elapso tempore sit hęres ille,
cui fuit statutū tempus, si nihil dicat. Bar. verò ali-
ter loquitur, scilicet, ꝙ illud quod dicitur, ꝙ tacens
post tēpus sibi datū, ad instātiam creditorū habet
pro adeunte, procedit in purè instituto, vt d. §. sed
quia quidā. in lege autē, si seruus. erat institutio hę-
redis cōditionalis, qua pendente cōditione nō po-
test institutus adire, vt l. is qui hęres. ff. de acqui. hæ-
red. Ideo post tēpus non erit hæres, quia nō extitit
conditio, vt d. l. si seruus. sed de ista tēporis assigna-
tione ad adeundā vel repudiandam hæreditatē, vi-
dete plenius Doct. in d. §. sed quia. ver. sinautē ali-
128 quis. & in l. cum antiquioribus. eo. ti. † Secūdò op-
ponit gl. cōtra istam regulā, de d. l. si quis ita hæres
instituatur si legitimus. ff. de hæred. insti. vbi quā-
uis testamentū valere possit, tamen legitimus præ-
ponitur & admittitur: respondet gl. ꝙ hoc ideo ibi
est propter expressam voluntatē testatoris, qui le-
gitimū videtur præposuisse instituto: & sic legiti-
mus succedit ex testamēto, nō ab intestato, secundū
intentionē huius gl. cui cōtradicit alia gl. in cōtra-
rio, quæ tenet, ꝙ legitimus ibi succedit ab intesta-
to, & non ex testamento. quod ibi sequuntur Doct.
& Sali. in d. l. anteq̄. C. cōmunia de succes. qm̄ illa
quæ sunt in conditione, nō sunt in dispositione, vt
l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. vel
dici potest secundum Bald. in d. l. anteq̄. ꝙ in d. l. si
quis ita hæres instituatur. legitimus veniens ab in-
testato, obtinet gradum instituti ex volūtate testa-
toris. & dici potest, ꝙ ibi non est propriè fallētia,
quia verū est, ꝙ causa intestati cessat, & postponit
causæ testati, vt hic, & in concordantijs alleg. in gl.
vbi scilicet causa testati potest habere locum, quæ
non poterat habere locū in sæpedicta l. si quis ita
hęres instituat. legitimo existēte hærede, cū ibi esset
extraneus hæres institutus sub conditione, si legi-
timus non esset hæres, sed legitimo acceptante hæ-
reditatē deficit cōditio, & sic cessat causa testati de-
fectu institutionis, secundū Ioā. de Imol. in d. l. quā-
129 diu. la ij. ff. de acquir. hæred. † Tertiò opponit gl. de
l. qui duos. ff. de vulg. & pup. subst. & pro solutione
dicit gl. capiat illud argumentū, qui potest. & non
sine causa ita loquuta est ista gl. qm̄ illa lex diffici-
lis est, vt ibi dicit Pau. de Cast. ideo opportunū esse
videtur illius intellectū declarare. intendit enim se-
cundum Docto. ꝙ substitutus pupillariter duobus
filijs impuberibus, ita si ambo decedāt in ætate pu
pillari, & sic cum expressione nominis collectiui,
succedit vtriq;, si vterq; simul moriatur in pupilla
ri ætate: sed si diuersis tēporibus, & ordine succes-
siuo decedant impuberes, tunc substitutus ex pupil
lari substitutione, succedit tantum vltimo moriē-
ti, in cuius hæreditate inuenit hæreditatem primo
defuncti ab intestato, & illa hęreditas siue bona pri
mi morientis, nō contribuuntur cū hæreditate vl-
timo moriētis, ad impediendū detractionem falci-
diæ, quæ detrahi potest de hæreditate vltimo mo-
130 rientis, quæ erat grauata legatis. † quod vt clarius
intelligatur, ponatur casus, ꝙ pater illorū duorum
impuberum in bonis ducenta possidebat, & sic ad
quemlibet illorū pertinebant centū. vnum autē il-
lorum tantum onerauit legatis vltra dodrantē. al-
terū verò non grauauit legatis, si illi filij simul mo-
riantur, substitutus eis pupillariter vtriq; succedet
ex pupillari substitutione & sic ex iudicio patris
defuncti habebit ambas hæreditates. ex quo sequit
in effectu, ꝙ ambæ portiones contribuuntur ad in-
uicem, postq̄ ambæ reperiuntur penes substitutū
ex prædicto iudicio defuncti, ideo nō detrahit fal-
cidiam ex illis legatis, quæ grauabant portionē al-
terius, quāuis ille grauatus, si vixisset, & habuisset
soluere legata, illam falcidiam potuisset detrahere,
vt l. in singulis. ff. ad l. Falcid. & ita probatur etiam
iste casus in l. pater filiā. §. duobus. eo. tit. in primo
casu, per quem suppletur iste casus: nam etiam iste
grauatus si fuisset consequutus portionē sui fratris
ex substitutione pupillari, & sic iudicio testatoris:
qa fuisset illi substitutus, & ille fuisset primo mor-
tuus, contribueretur portio illius cum sua, vt l. qui
fundū. §. qui filiū. vers. ꝙ si extranei. eo. ti. ad l. Falc.
in quibus iuribus plenius potest videri ista expla-
natio, secundū Doct. Sed tota ista positio casus nō
declarat contrariū formatum per gl. contra istā re-
gulam, nisi dicamus in hoc facere contrariū, ꝙ sci-
licet testamento etiam existente valido, quod fecit
pater inter filios impuberes dato eis substituto pu-
pillari, cum expressione nominis collectiui, vt di-
ctum est, portio primi decedentis nō venit ad sub-
stitutum, sed ad fratrem superstitem ab intestato: &
sic legitimus admittitur, vbi etiā testamentū vale-
re potest, quāuis, vt dicit Paul. de Cast. substitutus
vtriq; videretur etiam primo morienti debere suc-

Vide hic intellectū legis qui duos. ff. de vugar. & pu. substi.

cedere. Non tunc cum moritur, quia non est purifi-
cata conditio, scilicet si ambo moriantur in pupil-
lari ætate, sed tūc cum secundus moritur pupillus,
quia tunc ambo mortui sunt pupilli: & ita hæredi-
tas primi est in pendenti. quod secundum eum pro-
cedere potest de rigore verborum, quę possunt hoc
pati, sed non procedit inspecta tacita mente testa-
toris, qui per appositionem nominis collectiui, si
ambo, &c. cēsetur voluisse reseruare inter dictos fi-
lios suos pupillos ius legitimarū hæreditatū, siue
ius legitimę successionis, & velle, ꝙ inuicē sibi suc-
cedāt, & alter eorū præferatur substituto. Ad quod
facit eo. ti. ff. vulg. & pup. l. si pater impuberes. & l.
vel singulis. & Insti. de pup. substi. §. vel singulis. &
plenissimè no. per Docto. in l. pen. C. de impube. &
aliis substi. & sic declarato contrario, facilis patet
solutio, qualis dicta est in contrario præcedēti, sci-
licet, ꝙ ideo ibi causa intestati præponitur causæ
testati, contra istam regulam, ex tacita dispositio-
ne testatoris, eò quòd defecit conditio substitutio-
nis, quo ad portionem primi morientis, quia non
131 decessit simul cum secūdo. †Sed insurgit dubitatio
quomodo substiturus vtei ꝙ inueniet hæreditatem
primo morientis in hæreditate secundo moriētis:
quia hæreditas primo morientis non potest repe-
riri in hæreditate vltimi, si per ipsum secūdò mo-
rientem non fuit adita hæreditas primi, vt l. quo-
niam sororem. C. de iure deli. Ad hoc responderūt
aliqui, ꝙ vltimo moriēs agnouerat hæreditatē pri-
mi, cum autoritate sui tutoris, iuxta l. potuit. C. de
iure deli. Sed ista solutio est diuinatoria, & etiā pos-
set procedere, si vnus dictorum pupillorum ex in-
teruallo mortuus esset post alium, sed si eodem fere
momēto vel paruo tempore vnus post alium mo-
reretur, secus esset, & tamē per tex. dictæ l. qui duos.
& l. qui duos. ff. de reb. dub. habet locum illud quod
ibi dicitur, scilicet, quòd hæreditas primo morien-
tis, reperitur in hæreditate vltimi. Ideo secūda da-
tur responsio, ꝙ vltimo moriens transmisit ius de-
liberandi, secundū l. cū antiquioribus. C. de iur. de-
lib. Ista tamen solutio non potest procedere secun-
dum tēpora Digestorū: quoniā dicta lex, cū anti-
quioribus. fuit vna de quinquaginta decisionibus
Iustiniani, de quibus fit mētio in l. j. §C. de emenda.
Iusti. C. post prin. Facit etiā ad hoc, quia ius delibe
randi demū transmittitur, quando quis sciuit hæ-
reditatem sibi delatam, vt d. l. quoniā sororem. &
alleg. l. cū antiquioribus. & no. per Bart. in d. l. qui
duos. de reb. dub. sed fortè iste pupillus vltimo mo
riens, nesciuit fratrem suum pupillū prædecessisse,
132 & sic hęreditatem illius fore sibi delatā. †Quapro-
pter datur tertia solutio, quæ fuit originaliter Iac.
de Are. recitata per Paul. de Castr. & Io. de Imol. in
d. l. qui duos. ff. de vulga. & pup. ꝙ vltimo moriens
non transmisit ius deliberandi, sed ius petēdæ resti
tutionis in integrum ad adeūdam hæreditatē pri-
mi, quia fuit læsus non adeundo, & sic substitutus
habebit hæreditatem primi beneficio restitutionis
in integrū, quæ datur successori, vt l. non solū. ff. de
in integr. resti. & l. Pantonius. ff. de acquir. hære. &
facit quod habetur in l. j. C. de resti. milit. & hoc se-
quitur Bart. & vt dicit Pau. de Cast. ita cōmuniter
practicat. Subiungit tamen, ꝙ nō habemus tex. hoc

Prima respōsio siue solutio.

plenè probantē: imò, vt ipse addit post Bald. vide-
tur tex. in contrariū in l. si infanti. C. de iure delib.
dum dicitur expressè, ꝙ tūc hæreditas habetur pro
non delata. sed respōdet Ioan. de Imol. ꝙ illa lex, si
infanti. nihil obstat, quia ibi loquitur tex. de omni
hæreditate delata infanti, & non agnita: sed in alle-
gata l. qui duos. de vulga. loquit̃ de hæreditate fra-
terna delata pupillo, prędecedēte fratre in pupilla-
ri ætate, & est casus specialis. Ideo non debet dici, ei
derogatum per dispositionem illius legis, si infanti.
generaliter loquentis, arg. c. generi per speciem. ex-
tra isto ti. lib. vj. & quod no. in auth. offeratur. C. de
litis contest. Ista tamē responsio non videtur satis-
facere dubitationi, quia beneficium restitutionis in
integrū est valde diuersum ab eo quod dicitur in al-
leg. l. qui duos. vbi vult text. ꝙ substitutus reperit
hæreditatem primi in hæreditate vltimo morien-
tis. Sed secundum dictam responsionem non inue-
niret hæreditatem præmorientis, sed beneficium
133 restitutionis in integrum ad eam petendam. †Ideo
quarto dicit Angel. sub verbo, fortè, quòd quam-
uis regulariter frater hæreditatem fratris non agni-
tam non transmittat, fallit in casu isto speciali, per
quem ex legali dispositione subuenitur impuberi,
ac si agnouisset. & hæc opinio placet Paul. de Cast.
& Ioan. de Imol. per rationem, quam assignat An-
gel. Nam in sæpe dicta lege, qui duos. vnum statui-
tur contra substitutum, scilicet ꝙ non vocatur ad
hæreditatē primo moriētis, imò ab ea omnino ex-
cluditur, quia illa substitutio extinguitur quātum
ad illud primum morientem, licet rigor verborum
testatoris hoc non importet, secundum quem suffi-
ceret, ꝙ moriente vltimo in ætate pupillari, verba
ipsa verificarentur, quia vterꝙ pupillorū mortuus
est. Ideo aliud statuitur pro substituto, ꝙ illā por-
tionem primò moriētis, inueniat in hæreditate vl-
timo decedentis, ac si eidem primo morienti fuisset
singulariter pupillariter substitutus: quoniā pupil-
laris substitutio cōplectitur omnia bona, etiā aliū-
de, quàm à patre pupillo quęsita, per id, quod habe
tur in l. sed & si plures. §. quos possum. & §. ad sub-
stitutos. ff. de vulga. & pupil. substi. & hæc satis sint
super tota ista regula loco repetitionis.

Summarium.

In omnibus quidem: maximè tamen in iure æquitas ſpectanda eſt.

EXPLANATVR hęc regula duobus modis, ſecũ-
dum gloſ. Primò, vt intel-
ligatur iſte tex. dum dicit,
in omnibus, ſcilicet pro-
feſsionibus, vt Gramma-
tica, Dialectica, & cæteris
artibus liberalibus: in qui-
bus dicit ſpectandam eſſe
æquitatẽ. Nec declarat, quæ & qualis ſit illa æqui-
tas in ijs artibus liberalibus ſpectanda. vt enim di-
cit Archi. xxxvij. diſtin. in c. de quibuſdam. Addi-
ſcenda eſt Grãmatica, vt ſciamus Latinè loqui. La-
tinum enim idioma eſt ſermo philoſophantiũ, qui
ſuam doctrinam & ſcientiam illo idiomate tradi-
derunt, Imò & Theologi, atq; Iuriſtæ: quare ſi per
noſmetipſos neſciamus ſcientiam inuenire, ſed ad
hoc Doctorum hominũ auxilio indigemus, nobis
expedit illud idioma ſcire, in quo Doctores ſunt ſa-
piẽter loquuti. Ideo quia per Grammaticam iſtud
ſcitur, cõputata eſt ipſa inter artes liberales, vt eadẽ
diſtin. c. ſi quis Grammaticã. quia docet rationem
ſeruare recti ſermonis, vt l. Plautius. cum ibi nota-
tis per Bart. ff. de auto & arg. leg. Idem etiam dicit
Archi. de Dialectica, per quam docetur modus ar-
gumentãdi, & ratiocinandi. Ad quod facere poteſt
dictum c. ſi quis Grammaticam. & l. nõ poſſunt. ff.
1 de legib. †Et fortè poteſt dici, ꝙ æquitas in Gram-
matica ſpectatur, & ſeruatur in hoc, quòd ex vitio
eius nõ viciatur inſtrumentum, vt l. Imperator. in
prima. ff. de ſta. ho. & l. qui habebat. ff. de manu. teſt.
De quo dicetur plenius in l. ſi librarius. J. eo. tit. Se-
cũdò dicit gl. ꝙ maximè ſpectari debet æquitas in
iure, quod eſt ars boni & æqui, vt l. j. in princ. ff. de
2 iuſtit. & iure. †& ne per ignota procedamus, prius
ſciendum eſt, & videndũ, quid dicatur æquitas? di-
citur autem rerum conuenientia, in paribus cauſis
paria iura deſiderans, quæ omnia bene æquiparat,
vt eſt tex. & ibi eleganter per Bald. in tit. de pa. iur.
fir. §. ad hæc. verſ. vt autem æquitas. & ſecundũ eã
3 †dicitur pluribus modis. vno modo inquãtum di-
ſtinguitur ab iniquitate, & dolo. l. ita vulneratus. ff.
ad legem Aquil. & l. bona fides. ff. depoſiti. Ideo lex
quantuncunq; pœnalis, dicitur æqua, propter pu-
blicam vtilitatẽ, cuius intereſt, ne maleficia rema-
neant impunita, vt d. l. ita vulneratus. & c. vt famę.
extra de ſenten. excommu. Illud enim eſt æquũ, cu-
ius cõtrarium eſt iniquum, vel abſurdum. Hinc eſt,
quòd in pœnalibus iudex, qui æquitatẽ præ oculis
habere debet, poteſt procedere de ſimilibus ad ſimi-
lia, vel maiora, vt in §. porro. in feudis, quæ ſit pri-
ma cauſa benefic. amittẽdi, vbi eſt tex. notabilis ibi
cõmendatus ad hoc per Bal. pro meliori, qui ſit in
iure, quòd in pœnalibus ſtatutis & conſuetudini-
bus procedatur de ſimilibus ad ſimilia: de quo vi-
4 dete notata in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. †quod tamẽ
dicit ipſe Bald. non habere locum, quando habito
reſpectu ad priuilegium certæ perſonæ pœna im-
ponitur, quia tũc de ſimilibus perſonis, vel cauſis,
ad ſimiles perſonas vel cauſas non fit extenſio. Ad
quod allegat gloſ. ordinariam ſingularem Inſtit. de
actio. §. item miſta. ſuper verbo, in iudicium. verſ.
item quid ſi reipublicæ. vbi Angel. Aret. multum
de hoc dubitat, & relinquit cogitandum. Sed adda-
tis vos ad hoc gl. in c. j. cum ibi notatis per Domi-
nicum de ſancto Geminiano, extra de tempo. ordi.
libr. vj. & gloſ. in clemen. j. de vita & honeſt. cleric.
5 †Secũdò dicitur æquitas, prout diſtinguitur cõtra
rigorem & regulas iuris, vt d. l. ſi quis ſeruo. cũ ibi
notatis per Bald. & Doct. & l. ſi ſeruum. §. ſequitur.
ff. de verb. oblig. Dicitur etiam ęquitas ius & iuſti-
tia, cum ius ſit ars æqui & boni, vt dicit hic gloſ. &
dictum eſt ſuprà. Eſt etiam ęquitas ipſa mens & ra-
tio legis, vt l. ſcire oportet. §. aliud. ver. ſed & ſi ma-
ximè. ff. de excuſat. tuto. Facit l. cum ratio. in prin-
cipio. ff. de bon. dam. & l. ij. §. item Varus. in fine. ff.
de aqua plu. arcen. in fine. Dicitur & tandem tem-
perãtia ſiue æqualitas. lege, vt liberis. lege, illã. cum
authen. ibi poſita. & l. illud. §. fi. C. de collat. & l. fin.
C. de fru. & lit. expen. & in authent. de non eligen.
ſecun. nuben. §. fi. colla. j. facit l. hac lege. C. de pact.
cõuen. tam ſuper dote. vbi aliquid poteſt eſſe bonũ,
cuius contrarium eſt æquum: licet, ſicut ſuprà dictũ
fuit, vtrunq; ſimul concurrat, vt d. l. j. in princ. ff. de
6 iuſtit. & iure. †Sciendum eſt tamen, ꝙ quamuis ſit
ſpectanda æquitas, vt in hoc text. ita ꝙ iudex eam
præferre debeat rigori, vt hic, & l. reſpiciendũ. ff. de
pœ. & l. placuit. C. de iudic. & l. quod ſi Epheſi. §. in
ſumma. ff. de eo quod cer. loc. vt tamẽ ibi dicit Alb.
illa æquitas non debet eſſe cõformis cerebro, ſeu ca-
piti iudicis, ſed iuri, vt d. l. placuit. & facit l. illici-
tas. §. veritas. ff. de offi. pręſi. debet enim iudex habe-
re Deũ præ oculis, vt xj. q. iij. c. tũc vera. & extra de
offic. ordi. c. irrefragabili. circa medium. & l. rem nõ
nouam. C. de iudi. & c. ne pro defectu. extra de elect.
& c. qualiter & quãdo. extra de accuſa. & c. cũ æter-
7 ni. extra de ſenten. & re iudi. libr. vj. †Poteſt deinde
in hac regula dari generalis intẽtio, ꝙ omnis ęqui-
tas vbi reperitur ſcripta, ſemper præfertur rigori,
ponendo caſum in omni regula iuris patiente ex-
ceptionẽ, vt no. in l. omnis diffinitio. J. eo. tit. nã re-
gula procedit de rigore iuris, ſed exceptio de æqui-
tate. l. qui æquitate. ff. de excepti. doli. Ideo æquitas
exceptionis eſt magis ſequenda. & hoc vult iſta re-
gula, cum ſimilibus. quæ ſic debent intelligi, quan-
do æquitas ſcripta eſt. aliàs ſecus, ſecundum glo. in
allegata l. placuit. facit l. j. cum ibi notatis. C. de le-
gi. & l. proſpexit. ff. qui & à quibus manu. libe. non
8 fiant. †Quia tamen multa poſſent circa hoc argu- Reſolutio.
menta formari, reſoluendo dicere poteſtis, ſecundũ
Doctores, quòd ſi rigor iuris, & æquitas ſimul cõ- Quando rigor & æqtas cõcordant.
cordent, vtrunq; ſeruari oportet. & hoc voluit di-
cere gloſſ. in dicta l. placuit. dum loquitur de ſepa-
ratione ęquitatis & rigoris. Ad quod facit l. ſi & me
& Titium. ff. ſi certũ petatur. quamuis, vt dicit Ioã.
Fab. ſit tunc plus æquitas inſpicienda. ad quod al-
legat l. reſpiciendum. in fine principij. & l. interpre-
tatione. ff. de pœnis. Facit l. benignius. ff. de legibus.
9 & xxvj. quæſti. vij. cap. alligant. †Si autem diſcor-
dent rigor & æquitas, in cõſideratione iudicis ve-
nire debet, ſi æquitas ſit in ſpecie ſcripta, & rigor
in genere. quo caſu præfertur æquitas: quia generi

per speciem derogatur. l. in toto iure. & isto titu. & c. generi. extra eod. tit. lib. vj. & idem dicendum est, vbi vtrunque in genere scriptū reperitur. l. si tibi pecuniam. ff. si cert. peta. & l. si pecuniam. ff. de condi. ob cauſ. & l. ij. §. item Varus. in fine. ff. de aqua plu. arcen. & dicta l. si quis seruo. C. de fur. & l. cū res. C. si aliena res pign. data sit. Econtra verò, si rigor sit in specie scriptus, sed æquitas in genere, rigor præfertur: verbi gratia, æquitas est, ne cum alterius iactura quis locupletetur. l. nam natura. ff. de condi. indeb. & rigor scriptus est in specie, quòd vsucapionibus & præscriptionibus acquiritur bona fide dominium rei alienæ, & sic cum alterius iactura, vt l. j. & ij. ff. de vsucap. & Instit. quibus alie. li. in principio. & l. traditionibus. C. de pact. & iste rigor præfertur æquitati, quia scriptus est in specie contra prædictam æquitatem generaliter scriptam. Sed vt dicit Bal. hoc est propter iustitiam positiuā, quam dictus rigor in se habet, ideo præualet æquitate prædicta, quæ contradicit iustitiæ positiuæ. Facit l. j. §.

Qñ rigor est script⁹ in specie, sed æqtas i genere.

10 pueritiam. ff. de posiu. † Illa tamē æquitas naturalis quamuis generaliter scripta, scilicet, quòd quis nō locupletetur cū aliena iactura, facit quòd præscriptio completa, etiā bona fide, tolli possit per principem de plenitudine potestatis, si expressè deroget iuri cum clausula non obstantium, secundum Albericum post Odofred. in l. quoties. C. de preci. Impera. offeren. quia licet auferat ius quæsitū præscribenti, alio tamen respectu habet dictam æquitatem naturalem annexam. & ita sentit Anton. de Butr. Io. de Imol. & Benedictus in cap. cum nobis.

11 extra de præscri. quod est bene notandū. † Aliquādo neutrum scriptum est, scilicet neque æquitas, neque rigor iuxta formam. l. nō possunt. ff. de legi. vbi de similibus ad similia iudicādum est, & tunc æquitas est præferenda, sicut quādo vtrunque generaliter eodem modo scriptum reperitur, vt suprà dictum est, secundum Docto. quia, vt inquit Bal. potius simile æquitatis, quàm simile rigoris sequendum est, vt dicta l. non possunt. cum ibi notatis. Vbi verò alterum tantum scriptum est, illud est sequēdum, vt dicta l. prospexit. & l. inter causas. §. nō omnia. ff. mādati. secūdum gloſſ. & Doctores in dicta l. placuit. & l. j. C. de legi. Ex causa tamē iudex dispensat cōtra rigorem iuris, vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infam. & l. si seuerior. vbi Doctores. C. eodem titu. sicut etiam propter casū exorbitantias licitum est iudici transgredi leges, vt notatur per Innocen. in c. j. extra de consti. facit quod notatur & habetur in l. si quis filio exhæreda-

12 to. §. hi qui. ff. de inius. testament. † Deinde quo ad hanc regulam applicari potest quæstio mota per Doctores in diuersis locis, de statuto, quo cauetur, vt in curia mercatorum agatur de bona æquitate non inspectis solennitatibus iuris, qualiter sit dictum statutum intelligendum, quia æquitas prouenienis ex iure gentium naturali debet attendi, secūdum aliquos, non autem proueniens ex iure ciuili, quibus contradicere videtur lex, bona fides. ff. depositi. Barto. verò dicit in isto tenore statuti, quòd omnia non attingentia veritatem principalis negotij, debēt prætermitti, quia sunt de apicibus iuris, quas statutū noluit cōsiderare, vt l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati. vbi Bartol. vt si sit intentata actio directa, vbi vtilis debet intentari, vel nō erat lis contestata, vel non erat facta excusio principalis, antequam conueniatur fideiussor, vel quòd conuentio fuit nuda, non vestita, vel quid simile. Est enim verecundum mercatori, tales exceptiones allegare, vt notatur per Bartolum in dicto §. quædam. & l. Quintus. eodem titulo. & l. filiusfamilias. ff. de donati. & Baldus in l. si pro ea. circa finem. C. mandati. & Angelus Areti. Institu. de actio. §. item si quis in fraudem. videte textum cum gloſſ. singularem in authentica de fideiussorib. §. argentariorum. collati. j. vbi campsores, qui se constituerunt fideiussores, etiam non renuntiato beneficio de fideiussoribus, non habent illud beneficium, de quo ibi, & authen. præsente. C. de fideiussorib. Imò potuerunt prius cōueniri, quàm principalis, quod etiā tenet Baldus in l. frustra. C. de non numerata pecunia. Et ad legem, bona fides. respondet ibi Salicet.

13 & in dicto §. quædam. & dict. l. placuit. † quòd quādo ius ciuile ex causa detrahit iuri gentium, illud debet seruari, vt in tex. dictæ legis, bona fides. Ideo solennitas testamentorum introducta ex causa euitandæ falsitatis, vt dictum fuit suprà eo. ti. l. quandiu. vbi per ius ciuile ampliatur numerus testium, contra ius gentium, secundum quod sufficiūt duo, vt l. vbi numerus. ff. de testi. cum similibus. esset seruanda in dicta curia mercatorum. Et idem de exceptione nō solutæ gabellæ, quæ per statutum debuit solui, propter publicam vtilitatem, quæ est iusta causa derogandi iuri gentium: sed vbi ius ciuile nō derogat ex causa dicto iuri gentium, nec ei robur adijcit, vt in pacto nudo, tunc in illa curia mercatorum ius gentium seruatur propter meram æquitatem. Et ita etiam intelligit & tenet Baldus in dicta l. si pro ea. C. mandati. penultima quæstione. quam allegat Salicetus vbi suprà. Fuit etiam opinio Petri de bella pertica, vt recitatur per Ioannē de Imola, in dicta l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obligati. vbi dicit, quòd æquitas seruari debet, quando seruari potest contra subtilitatem & rigo-

14 rem iuris ciuilis. † Ideo qui sequitur subtilitatem iuris, & discedit ab æquitate, quando potest habe-

15 re locum, dicitur errare. quæ sunt notanda. † Addatis vnum notabile verbum Bal. in l. certum. C. vnde legitimi, & vnde cognati. vbi dicit, quòd si iuxta verbum bonum, nō sit adiunctum verbum æquum, materia remanet odiosa. & ponit exemplum in statuto, quo cauetur, quòd masculus excludat fœminam in succedendo: nam istud statutū factum est propter bonum publicum, vt conseruentur familiæ, quæ per masculos conseruantur. Ad quod facit l. j. §. denuntiare. versiculo, sed & si seruus. ff. de ventre inspiciendo. Facit l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebellianum. & l. hoc iure. §. finali. ff. de donation. & quod notatur per Ioannem Andreā in additionibus Speculatoris, in titulo de successionibus ab intestato. prima columna. versiculo, sit sciendum. & secunda. versiculo, similem quæstionem. & per Baldum in l. j. C. pro socio. vbi dicit, quòd in masculis, qui portant nomen & arma domus, remanet principalis ipsius domus memoria, & splendor genituræ. Dicit etiam Angelus consilio cxxxvij. secundum

cundum quotam meam, quòd non conseruatur memoria domus per fœminas transeuntes in alienam familiam. facit Instit. de legiti. agna. succes. §. quòd ad fœminas. versu, quòd ideo. tale tamen statutum non est æquum, vt fœmina excludatur. l. maximum vitium. C. de liberis præteri. vel exhæred. Ideo verba dicti statuti tanquam odiosi sunt, quantum fieri potest, restringenda: seruandum est tamen statutum in suo stricto significato propter bonũ publicum,
16 vt dictum est. † Quòd autem sit differentia inter æquum & bonum, Bal. nihil allegat, sed Antonius de Butrio in suo repertorio iuris ciuilis litera E, verbo, æquitas. allegat l. congruit. ff. de offi. præsid. Vos autem melius allegate l. hac lege. C. de pactis conuentis tam super dote. quæ ad hoc propositum fuit superius allegata. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Patriæ potestatis effectus, lege xij. tab.
2 Prætorum beneficia circa suos & emancipatos. & nume. 3.
4 Succedendi duplex modus tam de iure ciuili, quàm prætorio.
5 Differentiæ agnatorum & cognatorum, suorum & emancipatorum sublatæ.
6 Suorum & emancipatorum differentia quomodo sublata.
7 Repudians iure prætorio, succedere potest iure ciuili.
8 Bonorum possesionẽ agnoscens, an dicatur etiam adire iure ciuili.
9 Filia instituta repudians, an petat legitimam. & numero 10. & 11.
12 Bonorum possesio quid.
13 Bonorum possesio vsque ad quem gradum competat.
14 Cognati hodie vsque ad decimum gradum admittuntur, sicut agnati.
15 Fiscus in dubio semper excluditur.
16 Vnde agnati & vnde cognati iura non sunt hodie omnino confusa.
17 Agnati & cognati succedunt vsq; ad decimum gradum, nisi in casibus. & nume. 18. 19. 20. & 21.
22 Feudi succesio quando extẽdatur vltra septimum gradum.
23 Bonorum possesiones sunt sex.
24 Vnde legitimi quomodo & quibus competat.
25 Bonorum possesio vnde legitimi, quare ita dicat.
26 Vnde legitimi nõ est per se caput, sed alijs cohæret.
27 Bonorum possesio septima extraordinaria. & numero 31.
28 Carboniana bonorum possesio.
29 Bonorum possesio ventris nomine.
30 Bonorum possesio datur emancipato exhæredato querelanti.
32 Bonorum possesiones an sint hodie correctæ, & inutiles. & nume. 33.
34 Bonorum posses. secundum tabulas, in quibus casibus est hodie necessaria. & numer. 39. 40. 41. 42. 46. 47. 48. & 49.
35 Testamentum factum per arrogatũ quando reconualescat, eo sui iuris effecto.
36 Testamentum in quibus casibus reconualescat.
37 Filius sub cõditione institutus, etsi ea pendente nequeat adire de iure ciuili, bonorum tamẽ possesionem secundum tabulas petere potest.
38 Bonorum possesio secundum tabulas, quibus casibus hodie necessaria sit.
43 Præteritus abstinens vel repudians videtur approbare.
44 Præteritus potest agere petitione hæreditatis, antequàm declaretur testamentum nullum.
45 Iudicia duo cumulantur eodem libello, nullitas testamenti & petitio hæreditatis.
50 Testamento coram principe condito vel principi insinuato semper est locus iuri ciuili, non pretorio.
51 Testamento apud acta iudicij facto, an sit semper locus iuri ciuili, non prætorio. & nume. 52.
53 Bonorum posses. contra tab. an sit hodie necessaria. & nume. 54. & 55.
56 Bonorum possesio vnde liberi an sit hodie necessaria.
57 Pater per quam bonorum possesionem succedat filio intestato, sine liberis decedenti. & nu. 59. & 60.
58 Bonorũ possesio vnde parentes, an locũ habeat.
59 Edicto prætoris addi potest ex mente eiusdem.
61 Bonorum possesio vnde legitimi, an sit hodie necessaria.
62 Tempus adeundi iure ciuili currit ignoranti, sed non bonorum possesio.
63 Bonorum possesio vnde cognati, non est hodie necessaria.
64 Bonorum possesio vnde vir & vxor, est hodie necessaria.
65 Bonorum possesio septima extraordinaria, an sit hodie necessaria.
66 Bonorum possesiones extraordinariæ, vt Carboniana, & nomine ventris, an sint hodie necessariæ.
67 Bonorum possesio gratia litis agnoscẽdæ qualis. & nume. 69. & an sit necessaria, nume. 70.
68 Bonorũ pos. gratia litis agnoscẽdę, est vnde liberi.
71 Bonorum possesiones nõ dantur illegitimè natis.
72 Fratres naturales ex solo patre non habent inter se ius succedendi.

Quoties duplici iure defertur alicui succesio: repudiato nouo iure, quod ante defertur, supererit vetus.

PRO intelligẽtia huius regulæ atque glos. sciendum
1 est, † quòd lex xij. tabularũ antiquitus statuit filios esse in potestate patris, & inuenit effectus patriæ potestatis, inter quos fuit, & est ius patri intestato succedendi, vocatiq; sunt filij in potestate sui & necessarij, vt Instit. de hæredum qualita. & differentia. §. sui. & l. necessarijs. ff. de acquirenda hæredit. & l. j. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. causa testa. ab intest. vel alio modo. Appellabaturq; suus hæres, qui erat prior in gradu, & in potestate tempore mortis patris. Statutum etiam fuit ca-

dem lege xij.tabu.quòd deficientibus liberis in po-
testate primus in linea agnationis ad successionem
intestati vocaretur, vt habetur Instit.de hæred.quæ
ab intesta.defe.§.j.& Instit.de legiti.agna.successio.
2 §.j.†Et cum per dictam legem xij.tab.filij in pote-
state essent sui, & necessarij hæredes, superuenerunt
prætores, qui eis concesserunt beneficium abstinen
di, vt dicta l.necessarijs. & l.ei qui.eodem titul.& l.
nam nec emancipatus.de legat.j. & Instit.de hæred.
qualita.& differen.§.sed his permittit prætor.Non
potuit tamen prætor facere eas desinere esse hære-
des, sicut nec eos hæredes facere, vt Instit.de bono-
rum posses. §.quos autem prætor. Prouidit etiam
prætor, quòd agnati vsq; ad decimũ gradum succe
derent per suas bonorum possessiones. de quibus
ff.& C.in titulis, vnde liberi, vnde legitimi, & vnde
cognati, ita quòd primum capur est liberorum, vt
dictis iuribus.& l.j.ff.quis ordo in bonorum posses.
serue.Est tamen verum, quòd beneficium abstinen-
di concessum à prætore filijs in potestate constitu-
tis per subsequentes constitutiones iuris ciuilis fuit
approbatũ, vt l.ij.§.sed si sint sui hęredes.ff.ad Ter-
3 tullianum.& l.defunctis.C.de legit.hæred.†Et quia
ius ciuile tantum cognoscebat, & vocabat ad suc-
cessionē patris filios in potestate, emancipatos au-
tem non cognoscebat, prętor sua æquitate vocauit
eos ad bonorum possessiones tam ex testamento,
quàm ab intestato, vt titulis superius allegatis. &
ff.de bonorum posses. contra tabul. & de bonorum
posses.secundum tabul.quas bonorum possessiones
etiam traxit prętor ad filios in potestate, vt l.is qui
in potestate.& l.si duo.ff.de lega.præstan.contra ta
bulas bonorum posses.peti. & l.j.in princip. & §.j.
& l.illud.§.fi.& l.si post mortem.in fin. ff.de bono-
Duplex ē modus succedēdi de iure ciuili.
4 rum possessio.contra tabu.cum similibus.†De iure
etiã ciuili duplex est modus succedendi: vnus ex te-
stamento, alter ab intestato.& ex testamento certus
est modus per totũ titulum. ff.& C.de hæred.instit.
& per totum titulum, de testamē.ab intestato verò
consideranda sunt plura tempora.primo l.xij.tab.
quæ illos solos vocabat, de quibus suprà dictũ est,
inter quos erant agnati, ita tamen ꝙ ad successionē
defuncti solum primus agnatus vocabatur, & non
vlterior, vt Instit.de legiti.agna.succes. in princip.
ita quòd de linea cognatorum nihil erat prouisum,
sed magis denegatum, vt explanat Salice.super ru-
brica, qui admit.ad bonorum posses.possunt. quòd
alio postea tempore prętoribus displicuit, qui ideo
prouiderunt quòd nedum primus, sed vlteriores in
gradu tam de linea agnatorum, quàm cognatorum
vocarentur ad successionem per edictum successo-
rium.de quo ff.de succes.edict.& ff.vnde cognati.&
Instit.de succes.cogna. Aliud tempus fuit Senatus-
consultorum. intuētes enim senatores prouisionem
prætorum fecerunt senatuscõsulta, per quæ succes-
sio morientium fuit ampliata, cum antea tantum
esset coarctata, ꝙ matri filius non succedebat, neq;
filio mater: ideo per Senatuscõsulta, Tertullianum,
& Orficianum statutum fuit, quòd inuicē succede-
rent, vt probatur in illis titulis.ff.C.& Instit.Postea
5 †hæc vidētes prætores generaliter statuerunt, quòd
omnes vocati per leges, Senatusconsulta, & sic iure
legitimo, possent etiã venire ad successionē defun-
cti prætoris beneficio per bonorum possessiones,
vt suprà dictum est. Post hæc omnia prædicta iura
superuenit Iustinianus, qui iure nouissimo submo-
uit differentias inter suos, & emancipatos, agnatos
& cognatos, vt in authenti.de hæredi.ab intestato.
6 colla.ix.†Sed intelligatis, quòd sublata sit differen-
tia patriæ potestatis & emãcipationis in successio-
ne intestati: quoniam eodem modo patri intestato
succedit filius emancipatus, sicut filius in potestate,
vt in dicta authen.§.j. Differentia tamen prædicta
suitatis & emancipationis remanet in successione
contra testamentum, vt notatur per glos. Barto.&
Docto.in l.si filius. ff.de minorib.& per Bal.in au-
thent. ex causa. C.de liberis præte. vel exhæred.&
per glos.in authen. de hæredi.& Falci. §.exhæreda-
tos.collat.j.quod tenete menti. vbi enim præterire-
tur emancipatus à patre cum insertione causæ, ve-
niret contra testamentum per contra tabulas, sicut
olim, vt notatur in locis allegatis.& l.certũ. C.vn-
de legitimi.& l.si emancipati. C.de collationi. & l.
Gallus. §.& quid si tantum. ff.de liberis & posthu.
& ibi Bartol. & Paulus de Castro. Sed si sine inser-
tione causæ præteriretur emancipatus, veniret con
tra testamentum per ius dicendi nullum, sicut filius
in potestate, vt in authen.vt cum de appellat.cog.
§.aliud quoque capitulum.colla.viij.& notatur per
Bartolum & Baldum in dicta l.si filius. Forma au-
tem præteritionis cum insertione causæ, secundum
Baldum in dicta authenti.ex causa.est si pater in te-
stamento suo dicat, ideo filium meum non instituo
vel illum prætereo, quia me vulnerauit, vel quid
aliud simile fecit. Si enim apponerentur verba hæ-
reditatis priuatiua, tunc nõ esset præteritio, sed ex-
hæredatio, vt l.iij.C.de liberis præte.vel exhæreda.
& l.qui volebat. ff.de hæredibus instituen. Facit l.
emptor. §.fin. ff.de rei vendica. Et hæc suprà dicta
recitata sint pro intelligentia textus & glos. huius
regulæ. Vetus enim ius in hac regula vocatur lex
xij.tabul. quæ est vetustius ius, vt in l.ij.§.exactis.
versu, postea verò. ff.de origine iur.& Instit.de hæ-
redita.quæ ab intesta.deferun.in princip.& vij.di-
stinctio.cap.Moyses. Ius verò prætorium respectu
ipsius legis xij.tabu.dicitur nouum.& ita intelligi-
7 tur iste tex. † Et quia vtroque iure, ciuili scilicet &
prætorio defunctorum successiones alicui possunt
deferri, si repudiet de iure prętorio, succedere potest
de iure ciuili, vt in ista lege, cui concordare videtur
l.suum.C.de iure deliberandi.vbi secundum vnum
summarium casum repudians hæreditatem de iure
prætorio, nõ prohibetur adire de iure ciuili.vel se-
cundum alium magis ad literam illius legis, omisso
prætoris beneficio potest quis succedere de iure ci-
uili.& sic exclusus ab vno iure, nõ prohibetur aliud
intentare.glos. tamen in dicta l.suum. velle videtur
quòd si institutus repudiet bonorum posses. secun-
dum tabul. fiat locus substituto vulgari sibi dato.
Sed illa glos. reprehenditur per Bartolum & Do-
ctores, quia quamuis institutus repudiando vnum
ius sibi competēs excludatur à iure repudiato, non
est tamē priuatus altero, vt hic, & dict.l.suum. Ideo
repudiando bo.pos.de iure prætorio, potest postea
acceptare de iure ciuili, & præferetur substituto. Et
quamuis gl.prædicta pro sua intētione alleget l.iij.
C.de

C.de impube.& aliis substit.illa tamen lex nõ probat illud ad quod allegatur per dictam glos. sed solum dicit, quòd omittens successionẽ testati excluditur ab intestato,& fit locus substituto. Illa tamen glos.saluari posset,& sustineri in aliquibus casibus. Primo,si institutus in testamento esset talis, ꝙ non posset succedere, nisi de iure prætorio, & esset sibi necessaria bono.possess.secundum tab.vt in casibus, qui inferius dicentur, quorum aliqui ponuntur in l.fi.C.vnde legit.& vnde cognati.Secundò,si in repudiatione bo.pos. secundum tab.adijceretur clausula generalis concernens vtrunq; ius, prætoriũ scilicet & ciuile,vt quia diceret hęres institutus,repudio bo. pos. quia hæreditas est onerosa vel damnosa. Dictum enim intelligi debet secundũ rationem ipsius dicti.l.qui interrogatus.ff.de peti.hæredi.notatur per gl.& Doct.in l.si is qui animo.ff.de acquirenda pos. Et idem esset si hæres institutus simpliciter renuntiaret successioni nulla facta expressione hæreditatis vel bonorum possessionis. †Est vlterius attendendum,quòd licet repudiando vnum ius de pluribus,alterum remaneat, in acceptãdo aliud videtur,quia vt habetur in l.puberẽ. C.de iure delibe.qui potest esse hæres iure ciuili petendo bono. possess.dicitur gerere pro hærede,quamuis glos.magna ibi in fi. velit quòd agnoscens bo.pos.non dicatur adire de iure ciuili. Et intelligit illũ tex.quòd pro hærede gerere intelligatur de iure prætorio,& non ciuili,sed ibi Bart.consentit,quòd si quis non posśit adire de iure ciuili in casibus infrà dicendis, talis agnoscendo de iure prætorio non potest dici hæres de iure ciuili: sed vbi potest adire de iure ciuili,& fortè non prætorio,quia lapsum est tempus bon.pos.petendæ,scilicet anni vel centum dierum, per ea quæ habentur in l.j.§.si intra centesimũ.§.sed & videndũ.§.Largius.& §.fi.in fi.ff.de success.edict. & notata in l.j.& ij. C.qui admitti ad bo.pos. possunt.per agnitionem bon.pos.censetur adire,vt res magis valeat,quàm pereat.Facit l.quoties.ff.de rebus dub.sed in persona,cui vtrunq; ius, prætorium scilicet & ciuile cõpetit,agnoscendo simpliciter dicitur adire. & si iudex hoc iure veteri decernat bonorum possess.erit hæres de iure ciuili, & prætorio. & ita intelligit dictam l.puberem.prout iacet contra glos.prædictam.Bald.tamen ibi sequitur ipsam glos.quia per aditionem de iure ciuili quis cõsequitur iura directa,sed per bon.pos.iura vtilia.In persona verò vnius directa & vtilia non possunt concurrere,vt l.si hæres institutus.ff.ad Trebel.cum ibi notatis. & semel dominus amplius dominus fieri non potest.l.sequitur.§.lana.ff.de vsucap.& Insti.de actio.§.sic itaq;.& in hac opinione Salic.in dicta l. puberem.sequitur Bal. Fulgos.verò stat cum Bart. quia interdictum directũ,quorum bonorum,cõpetit hæredi per bono.pos.quod non competeret hæredi de iure ciuili,nisi vtile,vt habetur in l.j.ff.quorum bono.& tenet glos.super rubrica. C.eod.titul. vbi ipse Sali.reddit rationem,quare bonorum possessori detur directum, & vtile hæredi: quia in bonorum possess.de iure prætorio concurrunt mens,& verba prætoris,sed in hęrede de iure ciuili adest solum mens prætoris deficientibus verbis, quæ verba loquuntur in eo cui data est bonorum possessio,

vt patet in dicta l.j.ff.quorum bonorũ.& licet prætor non faciat hæredem directo, tamen facit in aliquem transire iura directa,vt l.prætoris.in princip. ff.de damno infecto.& præstat ad hoc bonum argumentum l.hæc actio.ff.si quadru.paupe.fecisse dicatur.Et licet Petrus & Cy.teneant contra glos.super dicta rubrica.Eam tamen sequuntur Iacob.Butrig. Bar.Richardus de Saliceto, & eius nepos Sali.quia ante illud edictum nõ veniebant hæredes de iure ciuili,nec prætorio ad illud possessorium adipiscẽdæ possessionis, quorum bonorum, sed tantũ agebant de iure ciuili hæredes petitione hæreditatis. Instar cuius prætor postea inuenit bonorum possessores, vt suprà dictum est, quibus non directa, sed vtilis competijt petitio hæreditatis, quæ vocatur bonorum possessoria hæreditatis petitio, vt de his patet ff.de petitio.hæredi. & in titul.de bonorum possessoria hæredi.peti.l.j.& ij. Deinde prætor fecit edictum, quorum bonorum, principaliter pro bonorum possessore, qui suo beneficio veniebat ad illud edictum pro rerum hæreditariarũ adipiscenda possessione. Et sic verba prætoris ad illum bono.possessorem directa videntur. Sed quia mens prætoris visa fuit subuenire contra occupatores bonorũ hæreditariorum ex interpretata mente prætoris hæredi de iure ciuili,illud edictum competit hæredi vtiliter,qualiter ius ciuile etiam subuenit ei,qui succedit tantum de iure prætorio,vt in dicto titul.de bonorum possessoria hęredi.peti.Nec obstat argumẽtum, quòd semel dominus amplius non potest esse dominus: quia verum est diuerso tempore,quo ad eundem effectum: secus eodem tempore quo ad diuersos effectus se cõpatientes,vt l.iij. §.ex pluribus. cum ibi notatis per glos.& Bar.ff.de acquir.possess. facit l.si creditori.§.fin. ff.de legat.j. Alexand.verò de Imola in dicta l.puberem. dicit sibi plus placere opinionem glos.contra Bart.& suos sequaces,quia agnoscendo bonorum possessionẽ videtur elegisse viam succedẽdi de iure prętorio,& illa via sibi debet patere,vt l.si mulier.§.fin.ff.quod metus causa. & l.recusare.§.Titius. ff.ad Trebellianũ. & sic non videtur habere animum adeundi de iure ciuili. Sed actus agentium nõ extenduntur vltra eorum intentionem.l.non omnis.ff.si certum petatur.cum similibus.Sed hæc ratio Alexandri modernioribus non placet:quia vnam istarum viarum acceptãdo, cum ambæ tendant ad idem,vtranq; videtur acceptare, & habet animum adeundi,qui declaratur etiam per actus,qui citra nomen & ius hæredis fieri non possunt,vt l.pro hærede.& l.gerit. ff.de acquir.hæredi. sicut dicendo,adeo hæreditatem,videtur agnoscere bonorum possessionem de iure prætorio, vt l.fin. C.qui admitti ad bonorum possessionem possunt. Bonorum enim possessio comprehenditur appellatione hæreditatis, vt est text.in l.hæreditatis.in secunda.ẽ.titul.proximo.de verborum signifi. Et facit ad hoc,quia hæreditatem volendo siue ciuili,siue prætorio iure videtur comprehendisse omne ius quod sibi competebat.Ad quod facit l.& an eadem. §.actiones.cum ibi notatis. ff.de exceptio.rei iudic. Item tex.dictæ l.puberẽ.non cauillando tex.probat opinionem Bar.contra glos.& suos sequaces,quam etiam tenuit idem Bald. sibi ipsi contrarius in l.si

quis mihi bona.§.sed quid si mãdauerit. ff.de acqui
renda hæredit. Et hoc videtur verius.si tamen vul-
tis,latius cogitate.Sed quia superius dictũ est,quòd
institutus repudians vnum ius sibi competens,non
est priuatus alio sibi etiam cõpetente:ideo creditor
à debitore hæres institutus, & repudians hæredita-
tem,non prohibetur petere sibi debitũ.Et est ratio,
quia non per repudiationem,sed per aditionem hæ
reditatis fit actionum confusio,vt l.Stichum.§.adi-
rio.ff.de solutio.& l.debitori.C.de pact.& l.licet in
9 imponẽda.C.ad legem Falcidiam. †Quod facit ad
quæstionem,quam Cyn.& Docto.mouent in dicta
l.iij.C.de impube.& aijs substit. Mater instituit fi-
liam hæredẽ vniuersalem dato sibi substituto vul-
gari,filia repudiat hæreditatem maternam ex testa
mento,deinde vult habere legitimam suam. Quæri
tur an possit. Et videtur quòd sic,quia legitima est
debitum bonorum subsidium, vt in authen.nouis-
sima.C.de inoffi.testa.& l.Papinianus.aliàs,contra
veterani.§.quoniam autem quarta.ẽ.illo tit.igitur
potest illã petere hæreditate prius repudiata,sicut,
vt dictum est, Creditor institutus hæres repudians
hæreditatem petit sibi debitum à defuncto.& pro
hoc videt casus in l.si libertus patrono.versu, quid
ergo.ff.de bo.libert. Cy.& communiter Docto.de-
terminant contrarium in allegata l.iij.& Bald.in l.
vnica.C.quando non peten.partes peten.accres. Et
Panor.in cap.Raynutius.prope fi. extra de testam.
scilicet quòd filia prædicta non poterit petere legi-
timam:quia institutio nõ potest diuidi,vt l.verbis
ciuilibus. ij.responso.ff.de vulg.& pupil.substit.Et
hæreditas nõ potest pro parte acquiri,& pro parte
repudiari,vt l.j.ij.& iij. ff.de acquir.hæred.& l.qui-
dam eulogio.C.de iure delibe. imputare etiam sibi
debet filia,si hæreditatem simpliciter repudiauerit
cum potuerit totã habere.Pro quo facit l.suus quo-
que.§.sed si filio.ff.de hæred.insti. item ista filia ma
trem viuam non habebat obligatam pro legitima:
quia in vita illius peti non poterat, per ea quæ ha-
bentur in l.j.§.si impuberi.& ibi Bart. ff.de collat.
bono.& not.Bal.in l.omnis qui.ff.de procura.& in
l.lex Cornelia. ff.de vulg.& pupil.substit.& Ange.
in authen.de hæred.& Falci.in prin.colla.j.& Ioan.
de imola in l.cum filius.ff.de verbo.oblig.& ipse in
cap.Raynutius. superius allegato,& Specul.titu.de
executio.senten.§.sequitur.versu,quid si filius.ergo
hæc filia legitimã petere non poterat tanquam de-
bitum maternum,per dictam l.iij.C.de impube.&
alijs substit. quæ solum permittit filiam agere con-
tra substitutum vulgarem actionibus, quæ contra
matrem competebant.Et per hoc sesponsum est ad
primum argumentũ,quod fiebat in oppositũ:quia
legitima nõ debet dici debitum, quo mater defun-
cta teneretur.Non obstat etiam dictus versus,quid
ergo.in allegata l.si libertus patrono.quia secũdum
Sali.& aliquos Docto.ille tex.loquitur in portione
debita patrono in bonis liberti,quę differt in mul-
tis à legitima debita filio vel filiæ. Patronus enim
plus iuris habet in portiõe sibi debita quo ad quæ-
dam, quàm filius vel filia in legitima sibi debita in
bonis patris : quia illa quæ datur patrono vocat eũ
ad portionem suam sine onere, vt Instit.de succes.
liber.§.sed nostra constitutio.secus est in ea,quæ da-
tur filio vel filiæ,vt ibi probatur:& etiam,quia sa-
tis est, quòd portionem suã habeat patronus, quo-
quo relicti titulo,vt l.siue libertus. §.excluditur. ff.
de iure patro.Et ibi notatur per glos. secus est in li-
beris:quia legitimam debẽt habere iure institutio-
nis,vt in authẽ.vt cum de appel.cog.§.aliud quoq;
capitulum.colla.viij.& istud tenet Salic.in l.ij.C.si
quid in fraudem patro.& l.quoniam in prioribus.
quæstione penultima.C.de inoffic.testa.Vel secun-
dum Bal.& Angel.melius responderi potest ad di-
ctum versum,quid ergo.quòd ibi patronus erat ita
grauatus,quòd portio remanens non sufficiebat ad
10 portionem sibi de iure debitam.†Et ideo idem esset
secundum eos in dicta filia, si mater in testamento
eam intantum grauasset legatis,quòd legitima por
tio sibi non remaneret : quia tunc hæreditate repu-
diata legitimam petere posset,per dictã l.quoniam
in prioribus. Et ita etiã potest intelligi illud quod
dicit Bal.in dicta l.vnica.C.quando nõ peten.par-
tes peten.accres.& Bar.in l.gerit. ff.de acquir.hære.
& in l.quia poterat. ff.ad Trebel.& Albe.in proœ.
Digestorum. §.discipuli. in quo videtur consentire
Paul.de Castr.in l.j.ff.de acquir.hæred.Dicit etiam Limi-
Bal.in sæpe dicta l.iij.& Sali. & Alex.de Imol.post tatio.
11 eos,†quòd præmissa procedunt in filia simpliciter
repudiante, & postea petente legitimã : sed si dice-
ret,sum cõtenta repudiare, retenta legitima:illa re-
pudiatio non valeret, quia nõ potest pro parte re-
pudiare, & pro parte retinere, vt suprà dictũ fuit,
vt expressè habetur in dicta l.ij.ff.de acquir.hæredi.
Et facit quod habetur per gl.in l.vt debitum. C.de
12 hæredi.actio. †Deinde pro materia bo.pos.de qua
hic fit mentio,secundum declarationem glos.essent
plura vidẽda.Primo quid sit bo.pos.de quo dicen-
dum est vt habetur per glos.& Doct.in rubrica.C.
qui admit.ad bo.pos.pos. Et est expedita doctrina
Iurisconsulti illam describentis in l.iij.§.bonorum.
vbi Bar.ff.de bo.pos.videte not.gl.in l.nihil. ẽ.tit.
13 proximo.†Secundo vsq; ad quem gradum compe-
tant bo.pos. Et dicite, quòd vsq; ad decimum gra-
dum in agnatis, sed in cognatis vsq; ad sextum gra
dum,licet aliquæ personæ de septimo gradu vocen
tur,vt in l.j.§.hæc autem.ff.vnde cog.& §.fi.Instit.
14 de succes.cogna.†Sed hodie cum sit sublata differen
ria agnationis & cognationis,vt in authẽ.de hære.
ab intesta.§.nullam.& §.reliquum.colla.ix.cognati
admittuntur vsq; ad decimũ gradum sicut agnati,
vt not.per gl.in d.§.fi. & in authen.in successione.
C.de suis & legiti.hæredi. Nec trahi debent agnati
vsq; ad gradum cognatorum : imò econuerso,cum
15 istę successiones sint fauorabiles,vt ibi notatur†ad
hoc scilicet quòd in dubio excludatur fiscus, cõtra
quem in dubio fienda est interpretatio,vt l.nõ pu-
to.ff.de iure fisci. Et istud placebat Sali.in dicta l.fi.
C.vnde legit.& vnde cogna.si cognatus velit succe
dere de iure ciuili. Sed si velit venire de iure præto-
rio tantum,tunc tanquam cognatus nõ admittetur
ad plus,nisi vsq; ad septimũ gradum : quia sibi de-
bet imputari,qui vetus grauamen elegit, argumen
ro l.fin. §.sinautem aliquis.in fin. C.de iure deliber.
Sed opinio Saliceti non tenetur per modernos, nec
videtur vera, quia ex quo iure probatur sublatam
esse differẽtiam agnationis & cognationis,sequitur
quòd

quòd inter agnatos & cognatos promiscua facta est iurium participatio, vt vnius iura alteri cõcessa esse intelligantur, argum. l. j. ff. de legat. j. & l. omnia. C. de episcopis & clericis. Ideo non est curandum, si cognatus velit venire de iure prætorio, ex quo ius agnatorum iure nouissimo fuit consequutus: & sic hodie cognatus vsq; ad decimum gradum admittitur ad successionem defuncti, sicut admittitur agnatus. & hoc tenet glos. in dicta authen. in successione. & dicta authen. de hæredi. ab intestato. §. si verò. & sic sentit Bar. in d. l. fi. C. vnde legi. & vnde cognati. & ibi Bal. vij. col. in versu, quo ad secundã quæstio. & ita concludunt moderni. Et ibi ponderat Alexã. de Imola vnum dictum Bald. in vj. col. versu, sequitur videre de bo. pos. vnde cogna. vbi dicit, quòd licet in successione defuncti pariter admittantur agna-

Limitatio. 16 ti & cognati, nõ est ita intelligendum, † quòd illa duo capita edicti successorũ sint hodie per hoc in vnum transfusa, imò exclusua à bono. possess. vnde agnati, poterit sibi ipsi succedere per bo. pos. vnde cognati, secundũ illud quod habetur in l. j. §. sed videndum. ff. de succes. edict. quia expedit nobis habere plures vias, vt in hac regula. & l. si domus. ff. de seruit. vrb. prædio. & hæc opinio Bal. in hoc placet Alexan. de Imol. & putat esse veram, quando agnatus vel cognatus esset exclusus repudiatione, qua renuntiauit bo. possess. vnde cognati, sed si esset exclusus tempore, videretur maius dubiũ, cum hodie ad vtrunq; caput pariter, & eodem tempore deferatur successio, vt dicto §. nullam. & ideo Cy. prius tenuerat contra Bal. in rubrica. C. de successo. edict. scilicet ambo capita agnatorum & cognatorum hodie esse in vnum transfusa per dictum §. reliquum. qui tamen nõ probat hoc sufficienter, secundum Alex. de Imola, super quo esset magis arguere ille tex. ponderandus. Nec valet differentia, quam facit dictus Alex. inter exclusionem repudiatione vel tempore: quia text. indistinctè illas æquiparat in dicto §. sed videndum. & ideo ipse Alex. in hoc descendit, posse sustineri Bal. dicendo quòd eodem tempore agnati & cognati veniunt bene pariter per bon. pos. vnde legitimi, quæ eis hodie defertur, per iura allegata: sed si vellẽt venire ex capite vnde cognati, quomodocunq; sint exclusi à primo, nihil eis obstat quo minus venire posaint per iura nouissima, quæ vocant cognatos fauorabiliter cum agnatis. ad quod præ-

17 stat argumentum l. quoties. ff. de actio. & obli. † Ad suprà dicta autẽ est aduertendum, quoniam dictum est, quòd vsque ad decimum gradum admittuntur agnati, & etiam hodie cognati ad successionem defuncti: liberis verò, vt dicit Bal. in dicta l. fin. datur bono. pos. in infinitum, id est, quandiu eorum vita potest prætendi vel natura, vel Dei miraculo, & sic vltra decimum gradũ, si tantum producatur linea directa. Agnati verò & cognati hodie vsq; ad deci-

Fallentia. 18 mum gradum. † Quod fallit secundum aliquos in successione militum, in qua non succedunt agnati, nisi vsq; ad quintum gradum, vt l. ij. ff. de vetera. & mili. succes. Quidam tamen dixerunt hoc esse correctum per ius nouissimum, vt dicto §. reliquum. & §. nullam. Alij cõtra & veriua videntur tenere, quòd sit correctum: quia illi tex. loquuntur vniuersaliter, in quacunq; successione, & in omnibus successioni-

19 bus, &c. † Secũdò fallit in agnatis patroni, qui non succedunt liberto, nisi etiam vsq; ad quintum gradum, vt in §. multis. Instit. de succes. liber. Sed hæc fallentia impropriè fallentia vocatur: quia agnati patroni vel cognati, nõ sunt agnati vel cognati li-

20 berti, de cuius successione tractatur. † Tertiò fallit in successione contrahentis incestas nuptias: quia non succeditur sibi, nisi vsq; ad tertium gradum, vt l. si quis incesti. C. de incest. nupt. secundum Bald. in

21 dicta l. fi. † Quartò fallit ista regula in feudis: quia in illis non succedunt agnati, nisi vsq; ad septimum gradum, per tex. allegatum per glos. & Doct. in c. j. §. hoc quoq; sciendum. in tit. qui feud. dare possunt. & tenet Bald. in cap. faris. in titu. de prohibita feud. alien. per Lotharium. & in authenti. defuncto. C. ad Tertullia. & in cap. j. de feudo marchiæ, ducatus, & comitatus. vbi tamen dicit ipse Bal. q; si de acquirente feudum illud fecit transitum ad descendentes ex eo, tunc transit ad descendentes in infinitum, vt in cap. j. si vasal. feudo priue. cui deferatur. vbi dicit esse tex. notabilem. Et idẽ vult, vbi transit ad transuersales descendentium, sed ad transuersales ascendentium regulariter non, vt in titu. de gradi. succedendi in feudum. facit tex. in cap. vnico, de natura succes. feudi. & ibi etiam Bald. sed vbi de acquirente primordialiter fecit transitum ad collaterales ex pacto vel ex alijs causis quibus potest, vt in cap. j. de benefic. fratria. tunc non progreditur vltra septimum gradum, vt dicto §. hoc quoque sciendum. secundum Iaco. de Bello visu. & hoc quando feudum vacat per mortem, sed si per delictum, remittit ad notata in cap. si vasallus culpam. Si de feudo fuerit controuer. de quo videte plenè recitata in l. non de-

22 bet. ff. isto titu. † Addit etiam Bald. in dicto cap. j. de feudo marchiæ, ducatus & comit. quòd quotidie in successionibus Ducum, Comitum, & Baronũ, qui ab Imperatore habuerunt feuda, iam quingenti anni fluxerunt, potest accidere quòd mortuo vltimo Duce, Comite, vel Barone sine liberis succedunt quicunq; agnati, etiam centesimi gradus: quia feudum est paternum. Et idem dicis in successione Regum, quia si tota Regia domus decederet, & staret vnus de antiquo sanguine Regum, verbi gratia, secundum eum in regno Francorum de inclytissima domo de Borbonio, & non superesset alius proximior, esto etiam quòd esset millesimo gradu, tamen iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis succederet in regno Frãciæ, non obstante quòd in alijs successionibus post decimum gradum nullus admittatur de iure communi. videte tamẽ plenius eundem

23 Bald. vbi suprà. † Tertio videndum est, quot sint bonorum possessiones. de quo quærit glos. & Doctores in sæpe dicta l. fin. & conclusiuè dici potest, quòd sunt sex, quæ tribuũt ius in proprietate, quarum quatuor sunt ab intestato, vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor. Et duę sunt ex testamento, scilicet secundum tabulas, & contra tabulas. Quæ ideo dicitur ex testamento, quia sine testamento dari non potest, licet rumpat testamentum, vt notatur per glos. in §. sunt autem. Instit. de Quot sint bonorum possess.

24 bono. pos. & in l. vt liberis. C. de collatio. † Verum quia de bo. pos. vnde legitimi dictũ est eam esse ab intestato, sciendum est, quòd ipsa bo. pos. vnde legi.

eſt generalis, & cõpetit tam agnatis, quàm cogna-
tis.datur etiam à prætore illis,qui per leges vel Se-
natuſconſulta vocantur ad ſucceſsionẽ, vt l.vnica.
ff.vt ex legi.ſenatus've conſul.bo.poſ.detur.& facit
l.tutelas.ff.de capi.dimi.vbi quærenda ſunt exẽpla,
ſecundum Bald.ſuper rubrica.C.vnde legi.& vnde
cog.& l.ij.§.hæc autẽ.& l.generaliter.ff.vnde legit.

Limitatio.

Bene verum eſt, quòd quando lex vel Senatuſcon-
ſultum prouideret dando bo.poſ.tunc cõpeteret ſe-
ptima bo.poſ.extraordinaria, de qua inferius dice-
tur:ſecus quãdo prouideret de iure ciuili:quia tunc
haberet locum bo.poſ.vnde legit. vt dict.l.genera-
liter. iſta tamen vnde legit.eſt tam generalis, quòd
cõprehendit etiam ſeptimam extraordinariam, vt

Dicitũ vnde legitimi.

25 ibi habetur in fin. †Et dicitur ideo bo.poſ.vnde le-
gitimi,quia per eam legitimo remedio prędicti vo
cantur,argu.l.legitima.ff.de pactis. & in §.conſtat.
Inſtit.de iure natu.gen.& ciui.ſecundum Iaco.Butr.
quia prætor aditus interrogabat, ex quo capite a-
gnoſcentes bon.poſ.veniebant,quorum aliquis re-
ſpondebat,quòd per vnde liberi:quia erat de libe-
ris defuncti. Alius per vnde agnati,qui erat proxi-
mior agnatus : vel per vnde cognati, quia erat co-
gnatus:vel per vnde legiti.quia vocabatur per Se-
natuſconſul. Tertul.aut Orficianum, quod eſt reme
dium iuris ciuilis,vt dict.§.conſtat.ex quibus patet
ſecundum Sali.ſuper dicta rubrica.C.vnde legit.quod
26 vnde legitimi,†non eſt per ſe caput edicti ſucceſſo-
rij, ſed cohæret cuilibet capiti, ſcilicet vnde liberi,
vnde agnati, & vnde cognati. Nec excluditur per
ſpeciales bo.poſ.ſecundum eundem Sali.& moder-
nos,quia ſpecies non excludit ſuum genus,vt l.cer-
27 ti condictio.in prin. ff.ſi certũ peta.†Videndum eſt
igitur, quæ ſit illa ſeptima extraordinaria bo.poſ.
de qua ſuprà fuit facta mentio.vocatur enim extra-
ordinaria,vt not.in d.l.fin. per gloſ.& Docto.quia
non habet propriã vel certam ſedem, & requiritur
vt ipſa cõpetat,quòd detur ex nouis legibus vel ſe-
natuſconſultis ciuilibus, & non prætorijs, & quòd
nominatim ſiue expreſſim in l.noua caueatur quòd
detur bo.poſ.& non hæreditas:quia aliàs cõpeteret
vnde legit.vt d.l.vnica. vt ex legi.ſenatus've cõſul.
bo.poſ.det.& inſtit.de bo.poſ.§.ſeptima.& d.l.ge-
neraliter. ff.vnde legiti.imò,vt dictis iuribus caue-
tur,oportet quòd d.l.noua deferat dictam bo.poſ.
extraordinariam in confuſo,& in genere,ſiue expri
mendo nomen aliquod bon.poſ.licet vt dictum eſt
bo.poſ.vnde legit.cum ſit generalis,iſtam compre-
hendat : in inueſtigationẽ autem exẽplorum huius
extraordinariæ ſeptimæ bo.poſ.gloſ.laborat in di-
cto §.ſeptima.& in d.l.vnica, vt ex legi.ſenatus've
conſul.vbi tex.denegat eam vocatis ad hæreditatẽ,
& ſucceſsionem defuncti per antiquiſsimam legem
xij.tab. Quidam verò Doct.dicunt non bene poſſe
de ea poni exempla.ſed ſatis eſt, ſecundum Bald.in
dicta l.fin.dare doctrinam,quòd ſi fieret lex vel ſta-
tutum municipale tribuens in genere bono.poſſeſ-
ſionem,daretur hæc ſeptima, quæ tamen alio reſpe
ctu poſſet dici ordinaria,quia tribuit ius in proprie
tate,& non in ſola poſſeſsione,ſicut aliæ tres bono.
poſſeſsiones,quæ habent plurimũ facti,& non con
28 ſtituunt ius in re,ſed in ſola poſſeſsione,†vt eſt Car
boniana, quæ datur filio impuberi patienti quæ-
ſtionem ſtatus.de qua ſ.& C.in titulo,de Carboni.
29 edicto.†Secunda eſt,quæ datur vẽtris nomine,quæ
ſolam detentionem tribuit,vt l.iij.§.ſi.ff.de acquir.
30 poſſeſ.de qua in tit. ff.de ventre in poſ.mit.†Tertia
eſt,quæ datur filio emãcipato gratia litis agnoſcen
dæ,vt poſsit querelare teſtamentum patris, in quo
fuit exhæredatus,vt l.Papinianus.in princip.aliàs
contra veterani.ff.de inoffi.teſtam.& l.ij.C.eod.tit.
31 †Sed reuertendo ad ſeptimã, ſecundum Docto.mo
dernos poſſunt illius dari exempla.Vnum eſt quan
do aliquis princeps non recognoſcens ſuperiorẽ in
ſuo territorio conderet legem, quòd ſi curialis ſuus
decederet ſine deſcendentibus,ſequens in ordine cu-
rialium illi ſuccederet per bo.poſ. tunc dabitur ex-
traordinaria,ex quo ille ſucceſſor vocatur per hanc
l.nouam,& per bon.poſ.in genere, non autem per
legem xij.tabu.& ſic omnia neceſſaria concurrunt,
vt ſuprà dictum eſt.idem dari poteſt exemplum,ſe-
cundum aliquos,per tex.l.iij.§.à municipibus.ff.de
bono.poſſeſ. Alia exẽpla ponuntur per gloſ.in ſæ-
pe dicta l.vnica, vt ex legibus ſenatus've conſul.in
mortuo apud hoſtes:quia ius ciuile defert bon.poſ.
ac ſi eſſet mortuus præambula hora captiuitatis ex
fictione legis Corneliæ,vt l.iij.§ ſed & eius.ff.de bo
norum poſſeſ. facit l.nec nos. C.de capti. & poſtli.
reuerſis.& ita exemplificat Ioan.Fab.in dicto §.ſe-
ptima. quamuis hoc exemplum diſplicuerit Cy.&
antiquis Doctoribus:quia vocatus ad illam ſucceſ-
ſionem vocatur à lege Cornelia, quæ eſt iuris ciui-
lis,vt l.lege Cornelia.ff.de teſtamen. ſed Alexan.de
Imola in dicta l.fin. dicit poſſe ſuſtineri iſtud exem
plum,quia licet talis vocetur per legẽ Corneliam,
non tamen fuit vocatus per dictã antiquam legem
xij.tab.quod eſt ſatis,vt dict.l.vnica,vbi aliud exẽ-
plum ponitur per gloſ.de l. ſed cum patrono. ff.de
bono.poſſeſ. & illam gloſ. ſequuntur Ioan. Fab.&
Alexan. vbi ſuprà, licet Bar.in dicta l.ſed cum pa-
trono.improbet illud exẽplum, propter hoc quòd
ibi detur bono.poſſeſ.vnde legit. ex quo patronus
erat de iure ciuili vocatus : ergo non poteſt compe-
tere extraordinaria,ſed ſecundum quoſdam moder
nos argumentum Bar.non procedit : quia licet vbi
competit vnde legit.non poſsit competere ſeptima
extraordinaria : quia vnde legit.cõpetit ei,qui à le-
ge ciuili vocatur ad hæreditatẽ tantum, non ad bo
norum poſſeſsionem per legem ciuilem,tamen vbi
primo competit illa extraordinaria,poteſt poſtea
competere vnde legitimi generalis,ſecundum Bal.
& Salicet.ſuper rubrica. C.vnde legiti.& vnde co-
gnati. Sed videtur in oppoſitum vrgere text.in di-
cta l.ſed cum patrono.ibi dum dicit litera,patrono
bonorum poſſeſsionem pollicetur.niſi dicamus,vt
ſentit Alexan.de Imol. & ſecum quidam moderni,
quòd licet prætor polliceatur patrono bono. poſ.
tex.tamen non ſpecificat quam bono.poſſeſ. polli-
ceatur,ſed loquitur in confuſo,& generaliter.cætera
32 exempla videre per gloſ.& Docto.vbi ſuprá.†Sed
circa præmiſſa quæritur, an iſtæ bon.poſſeſsio.ſint
hodie correctæ, vel an ſint vtiles aut neceſſariæ, &
quo ad correctionem dicitur,quòd non ſunt corre-
ctę.ſi quis enim omiſſo iure ciuili velit ſuccedere de
iure prætorio,poterit , vt probatur in iſta regula.
Nec reperitur aliqua lex dicens contrarium. igitur
remanet

remanet ius antiquum incorrectum, vt l. sancimus. C.
33 de testamen. & l. praecipimus. in fin. C. de appella. † An
verò licet non sint correctae, tamen sint vtiles, videtur
quòd non: quia, vt dictum est, sunt temporales anno,
vel centum diebus conclusę, vt iuribus superius allega
tis: sed ius adeundi de iure ciuili est longissimi tempo-
ris triginta annorum, vt l. licet. C. de iure deliberã. cum
ibi notatis, & l. ij. C. de constitu. pecu. Sed vt ex inferius
dicendis patebit, dici debent vtiles, imò quandoq; ne-
cessariae, licet glo. in dicta l. fin. dicat bon. posses. secun-
dum tabu. regulariter, nec olim fuisse nec hodie esse ne-
cessariam, cum quilibet institutus in testamento admit
tatur ad aditionem haereditatis de iure ciuili. ponit ta-
34 men illa gloss. † tres casus, in quibus etiam hodie ipsa
bon. posses. secundum tab. necessaria est. Primus est in
l. posthumus. in princip. ff. de iniusto, rupto & irrit. te-
stam. quando scilicet testamentum ruptum agnatione
posthumi praeteriti, & viuo testatore defuncti recon-
ualescit de iure praetorio. qui est casus singularis secun
dum Paul. de Castr. & Ioan. de Imol. ibi, licet aliqui te-
nuerint, quod reconualescat de iure ciuili. sed commu
nis opinio, quae tenenda est secundum Barto. Bald. &
caeteros Docto. tenet, quòd de iure praetorio, vt ibi po
test latius per eos videri, & per Ang. post gloss. à Do-
ctoribus commendatam in l. j. ff. de petitio. haeredita.
35 † Secundus casus quē ponit glos. in saepe dicta l. fin. est
de eo quod habetur in §. non tamen. Institu. quib. mo
dis testam. infirmen. hoc tamen intelligendum est secū-
dum illud quod habetur in l. qui ex liberis. §. testamen-
to. ff. de bon. poss. secundum tabu. scilicet quod ita de-
mum testamētum factum per eũ qui se dedit in arro-
gationem postea effectum sui iuris reconualescit de iu-
re praetorio si declarauerit corã quinq; testibus in co-
dicillis, aut alijs literis se velle mori cum eodem testa-
36 mento, vt ibi habetur. † Addatis ad hoc casum in quo
sine alia approbatione reconualescit testamentum, sci-
licet quando pater naturalis filio suo impuberi substi-
tuit pupillariter, & deinde filius fuit arrogatus, & ar-
rogator demum decessit, & post eum impubes. recon-
ualescit em̃ substitutio pupillaris praedicta de iure prae
torio absq; eo, quòd filius impubes illã approbet, cu-
ius reputatur illud testamentum quo ad quędam, vt l.
patris & filij. ff. de vulga. & pupil. substitu. & hoc no-
tatur per glos. quae ad hoc consueuit allegari in l. si ar-
rogator. ff. de adoptio. videte tamen ibi Bal. circa hoc
disputantem in versu, quaero ergo primo. idem etiam
dici debet, quod sine alia approbatione testamentum
reconualescit, & est necessaria bon. posses. secundum ta
bu. quando scilicet testator incidit testamentum secun
dum ad hoc vt prius quod fecerat teneret, vt in casu
37 dicti §. testamento. † Alius est casus in dicta glos. l. fin.
positus, vbi hodie per l. ij. §. si sub conditione. ff. de
bon. poss. secundum tabu. vbi videte Bart. filius enim
institutus sub conditione, licet ea pendente nõ possit
adire haereditatem de iure ciuili, potest tamē petere bo
no. posses. secundum tabu. ad hoc facit quod notatur
in l. si pater. C. de institu. sub condit. fac. & l. suus quo-
38 que. ff. de haered. instituen. † Alios casus addunt Bart.
& Moderni in allegata l. fin. in quibus etiam hodie est
necessaria bono. posses. secundum tabu. vnus est quan
do filius iam natus praeteritus in testamento patris, in
quo instituti sunt venientes ab intestato, decedit, viuo
testatore, quia reconualescit testamentum de iure prae-
torio, & instituti per patrem habent necesse venire per
secundum tabu. vt allegata l. posthumus. versu, idem
& circa. & notatur in l. si duobus. §. si prius. ff. de bon.
posses. contra tab. Alius est in l. filio praeterito. ff. de in-
39 iusto, rupt. & irrito testamen. † hoc tamen debet intelli
gi secundum illum intellectum qui habet, quòd ibi te-
stamentum reconualescit de aequitate praetoria, nõ au-
tem sequendo intellectum illorum, qui volunt ibi te-
stamentum reconualescere de aequitate iuris ciuilis. de
quo ibi plenissimè post Bart. & Ange. & Ioannem de
Imol. & Paul. de Castr. dicentes, quòd communis opi-
nio tenet primum intellectum, scilicet quòd in dicto ca
su testamentum reconualescit solum de aequitate prae-
toria: Ideo necessaria est bono. poss. secundum tabul.
40 † Alius potest addi casus in l. cum haeres instituta. ff.
ad Trebel. sena. consul. vbi curator furiosi instituti &
grauati per fideicommissum de restituendo, debet pe-
41 tere bono. posses. secundum tabu. † Ponitur etiam a-
lius casus in l. facta. §. si in danda. ff. eod. titu. ad Trebel.
vbi conditio impossibilis, vel turpis, remittitur à prae
tore qui concedit instituto bono. possessionē secundũ
tabu. qui conditione non impleta non posset adire de
iure ciuili. quod tamen debet limitari quando talis cō-
ditio à testatore scienter fuisset imposita. secus si puta-
bat illam conditionem esse possibilem, quia tunc non
rejicitur, sed vitiat dispositionem secundum Bartol. in
l. ab omnibus. §. j. ff. de lega. j. & Angel. in l. centurio. ff.
de vulga. & pupil. substitu. facit quod habetur in l. ser
uo manumisso. per gloss. & Docto. ff. de conditio. in-
42 debi. & Paul. de Castr. in l. j. ff. de conditio. insti. † Ad-
dit alium casum Barto. quando filius praeteritus tacet
per annum vtilem non petendo bon. possessionē cō-
tra tabu. quia tunc haeredi scripto competit bon. pos.
secundum tabu. vt l. si impubes. §. fi. ff. de carbon. edic.
& ibi notatur. dicit tamen Salic. in dicta l. fin. esse circa
hoc attendendum, quòd illa bono. posses. est facti non
iuris, vt ibi not. in gloss. fin. Ideo filius praeteritus non
prohibetur, etiam post annum, dicere testamentũ nul-
lum de iure ciuili cōtra haeredem institutum qui agno-
uit bono. possessionem secundum tab. vt l. suum hae-
redem. C. de iure deliber. pro quo facit ista regula: ideo
dicit Paul. de Castr. in allegata l. filio praeterito. quòd
ibi Barto. per omnes reprobatur in hoc, quod ipse vo
luit, quòd filius praeteritus tacendo per annum, videt
approbasse testamentum. quod non est verum: quo-
niam, vt ipse Paul. dicit, & etiam Salic. illa bon. poss.
secundum tabu. quae post annum taciturnitatis prae-
teriti fuit agnita per haeredem scriptum carebit effectu
quoties testamentum fuerit dictum nullum per filium
praeteritum, interim tamē proderit haeredi scripto quo
ad fructus perceptos, quos suos fecit propter titulum
quem habebat, & quia ex mora nõ petentis illos per-
cepit, arg. l. mulier. §. si haeres. ff. ad Trebel. & etiam titu
lus dat sibi causam praescribendi, vt l. & generaliter. ff.
43 de noxal. ¶ † Et est circa istud considerandum secun-
dum Paulus de Castro vbi s. quod si praeteritus ab-
stineat, vel repudiet paternã haereditatem, videtur eo
ipso testamentũ approbare in quo est praeteritus, vel
si expresse dicat approbo. Sed si neutrum istorum fa-
ciat, fecit tamen aliquem actum qui stare non potest
nisi testamento existente valido, vt fortè scienter acce
ptauit legatum in illo sibi factum, videtur etiam ap-
probare, vt l. si pars. in fin. ff. de inofficios. testamen. &

Qñ filius p̃teritus censeat approbare testamentũ vel non.

tunc etiam renuntiat iuri dicendi nullum, vt notatur
per Bart.in l.post legatum.circa principium. ff. de his
quib. vt indig.& idẽ dici debet, si nõ acceperit legatũ,
sed illud petierit sibi tradi, nisi à petitiõe fuerit repulsus
eo quòd legatum fuerat reuocatum per patrem testa-
torem, vt l.nihil.§.si cũ filius.ff.de inoffic.testamento.
vbi autem nullum horum fecit, fuit tamen in pos-
sessione bonorum paternorum, etiam si per mille an-
nos taceret à contratabulãdo, vel dicendo nullum, nõ
censetur testamentum approbasse, secundum eundem
Paul.de Castr.argumen.l.si is cuius.ff.ex quibus caus.
44 maio.in integr.restitutio.† Et est notandum, quòd fi-
lius præteritus non habet necesse dicere testamentum
nullum, vel illud petere declarari nullum, sed potest a-
gere petitione hæreditatis tanquam hęres ab intestato,
& hæreditatẽ auocare à possessorẽ quatenus ad ipsum
pertinet, & si opponatur de testamẽto, poterit replica
re de nullitate ipsius, & sic per modum incidentiæ ve-
niet nullitas, & erit vnicum tantum iudicium, nec erit
necesse nisi vnam super hæreditate proferre sentẽtiam,
vt dicit idem Paul.de Castr.per l.j.cum ibi notatis.C.
de ordin.iudic.sed si velit actor, faciet duo iudicia, &
primo poterit petere declarari testamentum esse nullũ,
& implorare iudicis officium nobile, vt declaratur per
Bartol.in l. quæ sub conditione.§. fina.ff. de condit.
institu.& per Innocentium in cap.fin.extra de offic.iu-
dic.& eo ipso, quòd hæc facit, videtur se immiscere pa-
ternæ hæreditati, sicut quando intentat bono. posses-
sionem contratabu.vt l.cum quidam propinquus.ff.
45 de bon.possess.† Poterit etiam duo iudicia simul cu-
mulare in eodem libello, & vtrunq; principaliter, scili-
cet, petere declarari testamentum nullum, & hoc facto
declarari se hæredem ab intestato, & aduersarium con-
demnari ad restitutionem, per ea quę habentur in l.qđ
tempore.C.de restitu. milit.quæ notate pro practica.
46 ¶ † Potest addi alius casus secundum Salic. si hæres
scriptus repudiet de iure ciuili, reseruato sibi iure succe
dendi de iure prætorio, sicut econtra dicitur in allega-
ta l.suum.C.de iure deliber.& probatur in ista regula.
Et facit quod habetur per Docto.in l.qui se patris.C.
47 vnde lib. Alius casus est secundum Fulgos.quando
filius in potestate est institutus hæres à patre dato sibi
substituto vulgari, & abstinuit filius. Nam cum sit hæ
res de iure ciuili, vt Institu.de hæred.quali. & differen.
§.sui. & l.in suis.ff.de liber. & posthumis. substitutus
vulgaris non potest venire, nisi per secũdum tabulas.
sed iste casus dubitabilior est, quàm dixerit Fulgos.pro
pter illam magnam dubitationem, an datio substituti
vulgaris tollat suitatem, de qua longissimo tractatu

An datio substituti vulgaris tollat suitatem.

per Doctores in l.si filius hæres.ff. de liberis & post-
hu.& l.Papinianus.§.quarta.ff. de inoffic.testamento.
& l.si fratris.C.de iure deliberan.& l.post aditam.C.de
impuber.& alijs substitutioni.& aliquid dictum fuit
48 in l.inuito.§.isto titulo.† Item alius casus est secundũ
eundem Fulgos.quando ille qui adiuit hæreditatem
postea per beneficium restitutionis in integrum absti-
nuit. nam substitutus ei venit per bono.possessionem
secundum tabulas, quia primus fuit hæres de iure ciui
li, & per restitutionem in integrum non desijt esse hæ-
res, vt l.& si sine.§.sed quod Papinianus.ff.de min.&
probatur hoc secundum aliquos in l.ij.versu, ergo.ff.
de vulga.& pupilla.substitu. vbi tamen dicit Ioan.de
Imol.quòd ibi non negatur, quòd in dicto casu substi-
tutus non possit venire de iure ciuili. Ad quod alle-
gat l.primam.§.si quis adita.ff.ad Tertul.Senatuscon
sult.¶ Sed in eadem l.ij.versu, plane si omissa.ff.de vul-
ga.potest poni alius casus secundum Alexan.de Imo.
in allegata l.fin.scilicet quod quando hæres institutus
omissa causa testati adiuit ab intestato, quia tunc sub-
stitutio pupillaris facta in testamento conseruatur ex
edicto prætoris, & sic iure prætorio posito in titulo
49 ff.si quis omiss. causa testamen. † Finaliter potest esse
necessaria bono.possessio secundum tabu. quãdo scri
ptus hæres etiam ignorans exclusus est à iure adeundi
de iure ciuili spatio xxx.annorũ, vt dicta l.licet.C.de
iure deliberan.iuncta l.sicut.C.de pręscriptio.xxx. vel
xl.annorum.si tamen ignorauerit vsq; huc bono.pos-
sessionem secundum tabu.sibi competere, poterit ve-
nire per illã, quia in ea nõ currit tẽpus ignoranti, vt l.
ij.in principio, versu, cæterum.ff.quis ordo in bono.
possessio.seruetur.& l.ij.C.qui admit.ad bono. posses
sio.possunt.& notatur per Bald.super rubrica illius ti
50 tuli.¶ † Vnum tamen notandum dicunt esse Moderni
post Bald.in allegata l.fin.versu decimo & vltimo, qđ
in casibus superius tam per gloss.in sæpedicta l.fina.q̃
per Doctores enumeratis non pcederet prædicta do-
ctrina glos.& Doctorum, si testamentum fuisset condi
tum in præsentia principis, qa tunc non esset necessa-
ria bono.possessio secundum tabul.& idem si princi-
pi fuisset insinuatum testamẽtum, quia posset adiri hæ
reditas de iure ciuili.& dicunt esse de hoc glos.singula-
rem in l.omnium.C.de testamen. & ibi sequitur eam
Angel.& Ioannes de Imol.in allegata l.filio pręterito.
& vt dicit Alexand.de Imol.in dicta l.omnium.est cõ-
munis Docto.opinio, quamuis Cyn.post Richardũ
51 Malumbrã ibi, tenuerit oppositum, & nõ bene.† Vo-
luit etiam Bald.in dicta l.fin.quòd hoc non solum p-
cedit in testamento facto coram principe, vel sibi insi-
nuato, sed etiam in testamento facto coram iudice ad
tribunal iudicij, & sic apud acta.quod est mirabile, &
notandum si verum sit: quoniam Paul.de Cast.Ludo
uicus Romanus, & Alexand.de Imol.ibi tenent con-
trarium, quia illa l.omnium. exorbitat à regulari iure,
& ponit ius singulare in condendo testamentum co-
ram principe, vel sibi insinuatum, ideo non debet
52 extendi.l.ius singulare.ff.de legi.† Quidam tamen Mo
derniores tenent opinionem Baldi per ea quæ dixit,
& ibi Salic.in l.pacta nouissima.C.de pact.vbi volũt
quòd testamentum vel donatio causa mortis facta in
iudicio apud acta valet cum duobus testibus, per tex.
dictæ l.omnium.vbi litera bene visa ęquiparantur isti
duo casus, quòd testamentum sit factum coram prin-
cipe, vel apud acta, quia tamen magni Doctores su-
per hoc sunt maximè diuisi, esset plenius cogitandum.
53 ¶ † Nunc videndum est, an bono.possessio contra ta-
bulas sit hodie necessaria. ad quod respondet gloss.in
sæpe dicta l.fin.quod olim & hodie necessaria est filio
emancipato præterito. quod intelligi debet de præte-
rito cum insertione causæ, quia si sine causa præterire-
tur emancipatus, posset testamẽtum dicere nullum, vt
etiam superius dictum fuit per authen.ex causa.C.de
liberis præteri.& exhæred.quia licet sit sublata diffe-
rentia emancipationis & patriæ potestatis in succes-
sione intestati, non tamẽ ex testamento, per ea quæ al-
legata fuerunt in l.si filius.per gloss.& Bartolum.ff.de
minori.& in §.exhæredatos.in authen.de hæred.& fal-
cidia.&

cidia. & notatur per Ioannem Andr. in additionibus
Specul.titu.de instrumen.editio.§.vt autem.in additio
54 ne,quæ incipit,secus &c.†Similiter hæc bono. posses
sio contra tabulas necessaria est patri filij emancipati
præterito cum insertione causæ, argumento l.nam &
si parentibus.& l.filio.§.contra.ff.de inofficioso testa
mento.cum ibi notatis.& l.prima.in fi.ff.si quis à pa
rente fuerit manumis. & notatur per Bartolum in di
cta authen.ex causa.Hoc tamen est dubitabile, quia se
cundum aliquos testamentum filij emancipati,in quo
præteriuit patrem,est nullum,per §.& hæc quidem de
parentum.in authen.vt cum de appellatio.cogno.col
55 latione viij.† Est etiam & olim & hodie necessaria bo
norum possessio contra tabulas patrono in bonis li
berti,in quo nihil est immutatum,secundum Nicolaũ
de Matharelis,& Baldum in allegata l.fi.in vltima co
lumna.vt probatur per totum titulum. C. de bonorũ
56 possessio.contra tabul.liberti. ¶†Viso de bono. pos
sessionibus competentibus ex testamento,sequitur vi
dere de his quæ competunt ab intestato, & primo de
bono.possessio.vnde libe.an hodie sit necessaria.& se
cundum gloss.in dicta l.fina.olim filio emãcipato qui
erat incognitus à iure ciuili,fuit necessaria,sed hodie se
cus,quia est à iure ciuili cognitus,vt in dicta authen.
de hæredib.ab intestato.§.primo.quamuis Cyn. dixe
rit hoc esse verũ quando alius qui sit suus, non præce
dit emãcipatum,aliâs remanet incognitus,vt olim.cõ
trarium tamen est verius,vt notatur per Salic.in dicta
l.qui se patris. C. vnde liberi. Potest etiam dici, quòd
vnde liberi sit necessaria,si scriptus hæres adiuit, &
postea repudiauit beneficio restitutionis in integr.nã
secundum aliquos non desinit esse hæres de iure ciui
li,vt superius fuit recitatum.Ideo nepos vel descendẽs
prętеritus nõ potest venire nisi per vnde liberi.sed põt
cõtrariũ melius dici per notata Doctorũ in dicta l.qui
se patris.quia sententia iudicis restituẽtis facit eum de
sinere esse hæredem,cum illa sententia sit de iure ciuili,
& habetur pro veritate,vt l.ingenuum.ff.de statu ho
mi.& l.prima.C. de cõdictione indebiti.& l.si fideius
57 sor.§.in omnibus.ff.mandati. ¶ †Quæstio etiam est de
patre per quam bonorum possessionem succedat pa
ter filio intestato.quod est intelligendum non superstі
tibus ipsi filio liberis,quorum est prima successio , vt
in dicta authen.de hæred.ab intestato.§. primo. & di
cta authen. in successione. Ista quæstio mouetur per
glo.in dicta l. qui se patris. super verbo,facultates,in
fin.& fuit opinio Placentini,quòd succedat per vnde
liberi vtilem bonorum possessionem,seu per vnde pa
rentes, sic nominatam. Ioãnes & Azo dixerunt quòd
per vnde legitimi. Accursius verò dixit non esse ab
surdum si detur patri vtilis vnde liberi,vel vnde paren
tes.Citramontani nostri quos sequitur Cyn. & Fulgo
sius in allegata l.qui se patris. sequuntur opinionem
Ioannis & Azo.quòd pater scilicet succedat filio per
vnde legitimi.& allegant §.fina.vbi videtur casus,In
58 stitu.de legitim.agnato.succes.† Nec est dicendum, ꝙ
habeat vnde parentes , quia prætoris inuentionibus
non est addendum, nec detrahendum, vt l. in præto
rijs.ff.de præto.stipulation. Prætor autem adinuenit
septem bonorum possessiones,quæ vt dictum est ha
bentur Instit. de bonorum possessio. inter quas non
inuenitur bonorum possessio vnde parentes . Illam
igitur addere non debemus.l.in conuentionalibus. ff.
de verborum obligationib. Præterea pater & mater
hodie succedunt æqualiter filio, vt dicta authen.de hæ
redib.ab intestato.§.consequens. & authen.defuncto.
C.ad Tertullianum. sed mater in bonis filij intestati
solum iure prætorio succedit per vnde legitimi,vt l.se
cunda.ff.vnde legitimi.Si igitur pater haberet bonorũ
possessionem vnde liberi,excluderet matrem,quia vn
de liberi est primũ caput edicti successorij, quod pos
tergat,& excludit vnde legitimi,vt l prima.ff.vnde li
beri.& l.prima.ff.quis ordo in bonorum possessio.ser
uet,Bartolus verò,Baldus,& communiter apud nos
Vltramontani tenent opinionem Placentini, & Ac
59 cursij.pro qua facit,quia ex mente prætoris possumus
addere ad eius edictum,vt patet in l.secunda.C. de bo
norum possessione secundum tabulas. vbi datur bo
norum possessio secundum nuncupationem in testa
mento nuncupatiuo,vel contra nuncupationem con
tra testamentum nuncupatiuum,vt l.prima.C.de bo
no.possessione contra tabulas liberti. & sic ibi fit ex
tensio vltra verba prætoris.Non videtur igitur abso
num dicere,quòd detur vna vtilis vnde liberi vel vn
de parentes patribus in bonis filiorum.Pręterea pater
habet contra tabulas in bonis filij,vt l. filio.§ contra.
ff.de inofficio.testamento.sed cui datur contra tabulas
datur vnde liberi saltem vtilis,vt l. prima.§.rectè.ff.si
tabulę testamen.nullę exta. Nec obstat,secũdum eos,
quòd pater præferretur matri,quia hoc erat illo iure,
vt Institu.ad Tertullianum.§. primo.Sed de iure no
uissimo istud est correctum per dictum §.consequens.
Vel si vultis tenere hanc partem, potest dici quòd ille
text. loquitur de successione ciuili: sed si pater & ma
ter consentirent venire de iure prætorio per bonorum
possessio.remanerent incorrecta iura prętoria: ideo, vt
60 dixi, Fulgosius, & aliqui eum sequentes dicunt, †tu
tius esse tenere opinionem Ioannis, & Azo. & Citra
montanorum,quibus non obstat dictus §.rectè.quia
non dicit omnibus dari bonorum possessionẽ vnde
liberi,qui habent contra tabulas.Nec etiam est verum
quia patronus præteritus à liberto habet contra tab.
vt in dicto titul.C.de bono.poss.contra tab. liber. &
tamen ab intestato non habet vnde liberi.Sufficit ergo
patri,si detur sibi vnde legitimi,ad similitudinem pa
troni,& etiam matris. Pro quo facit l.vnica, in fin.ff.
vt ex legi.senatus ve consul.bonorum possessio detur.
vbi dicit tex.nunquam aliâs competere bonorum pos
sessionem,quàm si lex eam specialiter deferat:ideo non
obstant l.secunda.C.de bonorum possessione secun
dum tabul.& l.prima.C.de bono.possessio.contra ta
bulas libert.quia in illis legibus secundũ nuncupatio
nem,& contra nuncupationem specialiter à lege defe
runtur,sed non reperitur in iure vnde parentes: igitur
61 non est danda.& hæc opinio videtur verior.†Vtrum
verò vnde legitimi, sit hodie necessaria, tangit glos.in
dicta l.fina.& dicit non esse necessariam. quod fatea
mini fore verum in personis quæ vocantur per l.xij.
tabularũ, vt sunt agnati ꝓximiores,& idem in his qui
vocantur per Tertullianum,vel Orfician.senatuscon
sultum,cum illa senatusconsulta sint iuris ciuilis.Pos An vñ
62 set tamen esse vtilis vnde legitimi.†quia tempus iuris legiti
adeundi de iure ciuili currit ignoranti,sed non tempus mi sit
bono.possessionis,vt l.secunda.ff. quis ordo in bon. hodie
63 possessione seruetur.† Vnde cognati autem fuit olim necessa
necessaria ꝑ l.ij.C. vñ legit.& vnde cognati.sed nõ ho ria.

An septima extraordinaria sit hodie necessaria

dię,vt in dicto §.reliquum.in authen.de hæred. ab in-
64 testato.†Vnde vir & vxor, etiam hodie necessaria est
65 vt ff.& C.vnde vir & vxor.cum ibi notatis. ¶† Sed
quæritur de septima extraordinaria,an sit hodie neces-
saria.Iacob.Butriga.tenuit quòd non nec olim nec ho
die,quia sunt alię bon.possessiones speciales.Cyn.est
in contraria opinione,quia prætor dat speciales,ista
vero,vt dictũ est,datur illis quibus lex vel senatuscon-
sultum defert bonorum possessionẽ.Nec est eadẽ cum
prætorijs,nec habet certam sedem ex testamẽto,vel ab
intestato.& hoc sequitur Salic.in dicta l.fin.& quidam
Moderni,quamuis Bald.super rubrica.C. qui admit.
ad bono.possessio. possunt. quæstione ix.dicat eam
esse prætoriam saltim intentione,& etiam secundum
eum,& quosdam Modernos in dicta l.fina.est necessa-
ria,quando statutum seu decretum alicuius Ducis,co-
mitis,aut rectoris prouinciæ inuenit nouum modum
succedendi.& idem vult Bart.in l.secunda.ff.de bono.
possessio.talia enim decreta æquiparantur iuri præto
rio,quia illi statuentes non habent potestatem cõden-
di ius ciuile,nisi sint facta statuta de cõsensu totius po
puli,vt in §.constat.Institu.de iure natura. gentium,&
ciuili.vnde virtute talis statuti,vel decreti non posset
peti hæreditas,sed bono.possessio.Ideo hoc casu neces
saria est,quod voluit Rofredus in libellis suis titul.de
66 septima bono. possessione extraordinaria. ¶†Quæ-
stio etiam est de tribus extraordinarijs superius nomi
natis,an sint necessariæ.& conclusiue dici põt q̃ Car-
boniana,& ea quæ datur nomine ventris vxori præ-
67 gnanti necessariæ sint sicut olim.†De ea vero,quæ da
tur gratia litis agnoscendæ sciendum est pro illius in-
tellectu,quòd de ea nõ est specialis titulus,sicut de Car
boniana,& ea quæ datur nomine ventris,sed aliquã-
do vocatur litis ordinandæ,aliquando litis agnoscen
dę,de qua fit mẽtio in l.posthumus.& l.quẽadmodũ.
& l.Papinianus.in principio.ff.de inofficioso testam.
& l.secunda.C.eodem titu.& competit emancipatis
exhæredatis à patre,qui volunt intentare querelã in-
officiosi testamenti qui ibant ad iudicem à quo eis ali-
quid pro signo dabatur,puta anulus,vel aliud simi-
le,per quod à iure ciuili cognoscebantur,eo quòd à vi
uo prætore cogniti videbantur, vt notatur per Do-
cto.in locis allegatis.quæ tamen declaratio irridetur à
nostris Citramontanis, qui dicunt ius ciuile non ha-
bere oculos,vt res corporales cognoscere posit.Sed
sustinendo Vltramontanos,quorum est prædicta de-
claratio,videtur posse dici,quòd propter signum cor-
porale non cognoscebantur à iure ciuili,sed propter
decretum prætoris viui qui eis decreuerat bonorũ pos
sessionem gratia litis agnoscendæ præparatoriam que
relę inofficiosi testamenti.Sed contra hoc facit, quia
hæc bonorũ possessio gratia litis agnoscendæ est præ
toria,& querela est ciuilis:prætor autem non potest
quenquam admittere ad ciuile remedium, vt dicto §.
68 quos autem.Instit.de bonorum possessio.†ob quod
dicunt nostri Citramotani,quòd ista bonorum pos-
sessio gratia litis agnoscendæ erat vnde liberi.sui enim
exhæredati habent querelam de iure ciuili,quasi ipsi
non possint deludere legem,cum sint sui, & necessarij
hæredes,vt iuribus superius allegatis.emancipati verò
si fuissent admissi sine bonorũ possessione potuissent
deludere legem,quia rupto per eos testamẽto per que-
relam potuissent repudiare hæreditatem; ideo ad ob-
uiandum prædictę delusioni voluit prætor tales filios
non admitti nisi agnoscerent bonorum possessio. vn-
de liberi, sub conditione , si testamentum subuertere-
tur per querelam,quia quamuis hæreditas non possit
adiri sub conditione , & stare in suspenso,vt l.actus le-
gitimi.ff.isto titu.secus est in bonorũ possessione,vt l.
illud.§.fi.ff.de bonorum possessio. contra tabul. & l.
secunda.§.si sub conditione.ff. de secundum tabul.sed
hæc opinio,& sua declaratio aliquibus non videtur
vera,quia vult quòd querela sit de iure ciuili,quod nõ
cognoscebat emancipatos:ideo præteriti veniunt de
iure prætorio per contra tabulas.Item bonorum pos
sessio non potest agnosci sub conditione nisi in duo-
bus casibus,per iura allegata.Nec iura vocant istã bo-
norum possessionem vnde liberi,sed gratia litis agno-
scendæ seu litis ordinandæ,licet posset dici, quod ap-
pelletur vnde liberi,litis agnoscendæ, seu ordinandæ
69 gratia.† Fulgosius verò in dicta l.fin. secutus nostros
Citramontanos aliter intellexit,& declarauit hanc bo-
norum possessionem litis agnoscendæ gratia quæ da-
tur emancipato.quòd sic aggreditur.lex xij.tabul.ma-
ximam dedit patribus potestatem in liberos , sicut di-
ctum fuit in principio huius regulæ,ita quòd eos non
solum possent exhæredare, sed occidere,vt l. in suis.ff.
de liberis & posthumis. & l.fina.C.de patr. potesta.si-
cut etiam dominis in seruos,quod postea fuit tempe-
ratum,vt l.prima.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.&
Instit.eodem titu.§.sed hoc tempore.Patres tamen po-
terant libere exhæredare filios,nec hoc reperitur corre-
ctum ante iura C.illud tamen sequenti iuris pruden-
tiæ visum fuit iniquum,quòd sine cã filij exhæredaren
tur:ideo concessit lex filijs exhæredatis, vt agerent cõ-
tra institutum petitione hæreditatis, quibus si obijcie
batur de exhæredatione,datus fuit illis color allegandi
patres quasi furiosos,& dementes fuisse,probando se
bene meritos apud ipsos patres, quo probato subuer
terentur testamẽta patrum quasi furiosorum,vt l. hoc
colore.l.nam is.§. primo.l.Titia.& l. qui repudiantis.
ff.de inofficio.testamento.& Instit.eodem titu.in prin
cipio. filius verò emancipatus à patre non sic poterat
agere petitione hæreditatis tanquam incognitus à iu-
re ciuili,sed prætor vocauit eum quamuis exhæreda-
tum ad successionem,quam tamen non potest habere
nisi petita in iudicio bonorũ possessione vnde liberi,
gratia litis agnoscendæ,vel ordinandæ.facit l.fina.C.
qui admitti ad bonorum possessio. possunt.qua bo-
norum possessione petita agit postea bonorum pos-
sessoria hæreditatis petitione,& vtitur illo colore alle
gatę quasi dementiæ contra paternum testamentum
quo vtitur filius in potestate.& illa bonorum posses-
sio vnde liberi,est illa,quæ vocatur à legibus gratia li
tis agnoscendæ, vel ordinandæ. & secundum Fulgo-
sium videtur superfluum dicere, quòd hæc bonorum
possessio vnde liberi gratia litis agnoscendæ petatur
sub conditione, quia omnis decreta bonorum posses
sio habet tacitam conditionem,si sit delata, vt l.iij.§.si
causa.ff.de bonorum possessio. & ibi per glos.& quã-
70 uis Salic.in sæpe dicta l.fi.cogitandum relinquat, † an
ista bonorum possessio gratia litis agnoscendæ sit ho-
die necessaria. Communis tamen opinio habet eã esse
necessariam filio emancipato si exhæredetur à patre cũ
insertione causæ,quia non est sublata differentia eman
cipationis,& patriæ potestatis in successione ex testa-

mento

mento, vt fuit superius allegatum. & ita etiã tenet Bal. post Gulielmum de Cugno in dicta l.secũda.C. de in-
71 officioso testamen. ¶ †Vltimo sciendum est, vt tangit Bald.in sæpe dicta l.fin. quòd istę bonorum possessiones non dantur filijs illegitimè natis, quibus non datur vnde liberi, nec vnde legitimi, nec vnde cognati, nisi in hęreditate materna per vnde cognati, vt l.hac par-
72 te.l.si spurius.& l.Modestinus.ff.vnde cog.†ideo fratres naturales nati ex eodẽ patre, & diuersis matribus, non habent inter se ius succedendi, vt notatur per glo. in dicta l.hac parte.& est tex.in l.fin. in fin. C.de natura.libe. Facit quod habetur in §.vulgo. Institu.de successio.cognato.& in § nouissimè.Institu.ad Orfician. Circa quæ videte per me plenius recitata in l.quoties idem sermo.§.isto titu.in versu, & vt plenè liqueat.cũ versiculis sequentibus vsq; ad versum, quæro pro materia. & per hæc sit satis vtiliter regula præsens expedita. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Argumẽtum à legibus correctis quomodo sumendum.
2 Testamentum reuocatum aut irritum probat in multis voluntatem defuncti.
3 Stipulatio à librario male scripta non ideo est nulla.
4 Contractus alieno nomine à notario nominatus, nõ ideo vitiat.
5 Error scribentis libellum non nocet parti probato errore.
6 Librarius iudicis errans non facit eum reum.
7 Error confitentis in supplicatione an sibi noceat.
8 Error appellantis quasi in plus esset condemnatus, an sibi noceat.
9 Sententiarum diffinitiuarum pluralitas non præsumitur, nisi probetur.
10 Testamentum non vitiatur errore librarij.
11 Defectus verbi vel syllabæ an vitiet testamentum.
12 Imperfecta oratio vel ambigua an vitiet testamentũ.
13 Error testamenti vel instrumenti an præsumatur notarij vel partium.
14 Defectus in narratiua testamenti contingentes, à testatore vel partibus processisse præsumuntur, non autẽ à notario.
15 Substantialia actus obseruata, sed scribi omissa, errore probato non vitiant.
16 Error actus scripti an probetur per testes.
17 Error testamenti solennis, in quo scriptura requiritur, per testes probari potest.
18 Error in scriptura quando noceat, & quando non.
19 Error testamenti an per duos testes probetur.
20 Error notarij in testamento scribendo quot testibus probetur.
21 Error in substantia testamenti non probatur minori testium numero, quàm ipsum testamentum.
22 Sententia imperfectionem continens in verbo condemnationis expensarum an vitietur.
23 Testamentum quare in dubio sustentari debeat.
24 Oratio truncata, respectu obligati supplemẽtum per subauditionem non admittit.
25 Iudex condemnationem exprimens, & victum victori in expensas damnans, qualiter intelligi debeat.
26 Error sententiæ quomodo possit corrigi.
27 Notarius quando errorem suum corrigere possit & quando non.
28 Indictionis dies vetustate rasus in instrumẽto an vitiet.
29 Notarius quando possit corrigere errorem suum.
30 Notarius in instrumento testamenti omittens diem, vel ponens alium pro alio, an possit ipse corrigere.
31 Notarius quando autoritate propria errorem suum corrigat, & quando iudicis præcepto.
32 Notarius errorem commissum in hoc quod ad partẽ pertinet, incontinenti corrigere potest.
33 Notarius de rasuris & interlineaturis debet facere mẽtionem in fine instrumenti.

Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset: nihil nocere, quo minus & reus & fideiussor teneantˋ.

ISTA regula tam per glo. hic quàm per Bart. satis declaratur, & incipit glos. declarare qd sit librarius, quẽ sumit pro scriptore siue notario, apud quem olim fiebat testamentum antiquissimo correcto iure, hodie nõ necessario, de quo Institu.de testamen.in principio.de forma scilicet testamẽti, quod per ęs & libram dicebatur, vt in illo tex. quod ideo, vt ibi dicit Angel. Aretinus post glos. recitatum est, quia bonum est scire breui summa iuris veteris scientiam sine onere, & prolixitate, potissimum cũ per eius scientiam introducimur ad perfectum modum sciendi ius nouum, & nouissimum. quod vt ibi dicit Ioan. Faber facit contra illos qui contemnunt videre iura correcta, *Librarius qd sit.*
2 †cum tamẽ prosint ad declarationem & intellectũ noui iuris, ideo glos. in verbo, imaginem, in l.prima. in princip.C.de Lati.liber.tollen. colligit non esse sumendum argumentum à legibus correctis. quod tamen ibi dicunt Doctores esse verum, si nõ sint incorporatę in iure, aliàs secus, secundum glos.& Barto.in l.prima.ff. de coniungendis cũ emanci.liber. facit cap. autoritate.
1 extra de concess. præben.libr.vj. †Simile videmus in testamento reuocato, vel irrito facto, qđ tamen postea declarat volũtatem defuncti in aliquo articulo dubio, vt l.fina.& ibi Baldus.ff.de rebus eorum, qui sub tute. vel cura sunt. facit l.si ego.§ primo.ff.de iure dotium. & l.qui à patre.ff.de confirm. tut.& l.si pater. ff.de testamentar.tutel.& quod notatur per Bald. in l. de quibus.quarta quæstione. ff.de legibus.& Ioannes Andreas in mercurialibus in cap.quod quis.extra isto titu.libro vj. ¶Sed prosequamur declarationem huius regulæ per exempla gloss.& Bartoli, & primo dat exemplum gloss.de stipulatione, in qua de forma substantiali, & debita solẽnitate requiritur, quòd præcedat interrogatio, & responsio incontinenti subsequatur, vt l.prima.in principio. vbi per Bartolum, Ioannem de Imol.& Doctores.ff.de verborum obligationi.& per gloss.Institu.eodem titulo.in principio.& per glos.in l.prima.C.de vsur.& l.prima.C.si vt ab hæredi.se abstine. licet tex. ibi videatur facere in cõtrarium, in quãtum vult non esse curandum de solennitate verborũ. sed secundum Raineriũ allegatum per Ioan. de Imo.

in dicta l.j.in princip.ff.de verborum oblig.ibi agitur
de obligatione tollenda,sed in stipulatione de ea indu
cenda,quod est difficilius,argumento l.Arrianus.ff.de
actio.& oblig.vbi tamen stipulatio interuenit,& scri-
ptum est eam interuenisse,omnia præsumuntur solen-
niter acta,vt de hoc est bonus text.Instit.de inutil.stip.
§.si scriptum.quem allegat ad hoc Bald.in dicta l.pri-
ma.C.de vsur.Facit §.fina.Institu.de fideiuss.& l.prima.
3 C.de contrahen.& committend.stipula. ¶†Vbi verò
notarius scribens in instrumento stipulationem inter-
positam, prius scripsit respōsionem, cum scribēdo de-
buit præponere interrogationem,vt iuribus allegatis,
error ille scribentis non nocet veritati.& hoc dicit ista
regula.Cui concordat l.fina.in fin.C.de fideiuss.& ibi
4 per glos.& Docto.¶†Quod trahit hic gloss.ad cæte-
ros contractus,quos si alio nomine quàm debeat vo-
cauerit notarius,vt quia stipulationem, quæ contra-
ctus est,vt not.glo.in l.semper in stipulatiōibus.ē.isto
titu.vocauerit transactionem, & sic de similibus,non
debet nocere partibus.Facit text.in l.si vno anno.in
princ.ff.locati.plus enim,vt inquit ista glos. valet qđ
agitur quàm quod scribitur.vt per totū tit.C.plus valere.
quod agitur,nisi in casu l.si alij.ff. de vsufruct.leg.vbi
5 videte Bar. ¶†Trahit etiam glo.hic istam regulam ad
errorem scribentis libellum supplicatorium siue con-
uentionale,vt nō noceat parti probato errore.de quo
remittit gloss.ad ea quæ dixit in l.secunda. C. de errore
6 aduoca.¶†Quod applicat ibi Bald. ad ea quæ Iacob.
Butriga.narrat multoties se vidisse in facto,si munici-
pali statuto caueat quod certa officia debeant denuntiare
maleficia,& deputati ad illa nesciunt scribere,si per li-
brarium siue scriptorem faciant scribi,qui scriptor er-
ret,non debent puniri denuntiantes, nisi constet quòd
falso fecerūt,vt l.diuus.ff.ad l.Cornel.de fals.&,vt ipse
dicit,in dubio magis debet præsumi error quàm ma-
litia,vt l.penult.C.de his qui sibi ascrib. in testamen.
7 ¶†Aliud exemplū dat Bald.in libello supplicatorio,
aliquis putabat se condēnatū in centū, supplicat prin
cipi,vt aliqua sibi pars condemnationis diminuatur:
princeps supplicatis respōdet,fiat iustitia: procurator
fisci petit centum à supplicante, quia de illis constat per
suam supplicationem,vt l.cum precum. C.de liberali
cau.Supplicans dicit se errasse,quia in minus erat con
demnatus,vel in nihilo,error ille nō debet nocere sup-
plicanti:imò iudex debet sequi veritatem,& non erro-
neam confessionē,vt probatur in dicta l.ij. C. de erro-
Simile exemplum. 8 re aduoca.& in ista regula.¶†Dat simile exemplū Bal.
in libello conuentionali, quidam putans se cōdemna
tum in centum,cum esset condemnatus solum in quin
quaginta,appellauit quasi condemnatus esset in cen-
tum, & ita ab eo libellus appellatorius formatus est
reliquusque processus.Illa falsa confessio non auget cō-
demnationē,& ideo,vt inquit idem Bald. si nō erat in
aliquo condemnandus,iudex appellationis pronun-
tiare debet bene appellatum non obstante errore.Et si
erat condemnandus in quinquaginta,pronuntiabit
bene iudicatum,& male appellatum inspecta veritate.
Et si petatur restitutio per eum qui non erat cōdemna
tus , dicetur per iudicē superuacuò illam esse petitam.
Facit quod notatur per Innoc.in c.G.perpetuus.extra
de fide instrumentorum. Assertio enim supplicantis
vel libellantis hoc solum facit quòd transfert in sup-
plicantem, vel libellantem,onus probādi negatiuam,
qua probata talis assertio non præiudicat,per dictam
l.secundā. Nam in dubio staretur assertioni , per dictā
l.cum precū.& l.rura.C.de omni agro deser.lib.xj. Ne
gatiua autē illa in prædictis casibus probabit eo ipso quod
cōtrariū non probatur,vel quia ostensa sententia pa
tebit,illam aliud continere,quàm fuerit narratum in li
9 bello supplicatorio,vel appellatorio.†Non enim præ
sumi debet pluralitas sententiarum, nisi probetur , vt
notatur in l.idem Pomponius scribit si frumentum.§.
fin.ff.de rei vendi.& si actor dicat,reus confitetur de
vna summa manifestē, & ex sententia apparet de a-
lia:ergo euidenter apparet pluralitas. dicite secundum
eundem Baldum,quòd in diffinitiuis super eodem fa-
cto non cadit nec præsumitur pluralitas,quia duæ dif
finitiuæ non possunt ferri super eodē facto,vt l.prima.
cum ibi notatis.C.quando prouocare non est necess.
Faciūt notata in l.cum qui.§.in popularibus.& l.qui
iurasse.§. fina vbi etiam Bald.ff.de iureiurando.& per
Speculatorem titulo de teste.§.iam de interrogatorijs.
versu,quid si vnus.& Ioannes de Imol.in l.is qui reus.
penultima charta.ff.de public.iudicijs.& quod habe-
tur in l.si à te.in principio.ff. de exceptio. rei iudica. &
l.Sempronius Proculo.ff. de lega.secundo.Licet vt di
cit idem Baldus in dicta l.secunda.sit tutius referre se
ad vnam scripturam,vt l.finali.C.de rebus creditis &
10 iureiurando.ibi, postea autem. ¶†Aliud exemplum
ponit gloss.in testamentis,siue instituendo siue legan-
do sit erratum.error enim librarij siue scriptoris non
nocet testatori neque testamento, vt l.errore. C.de te-
11 stamentis.cū concordantijs hic allegatis in gloss.†imò,
vt ibi dicūt Doctores, verbum deficiens in eo supple-
tur,quia oratio trūcata,vel imperfecta, suppletur per
subauditionē verbi principalis.Facit l.verbum volo.
C.de fideicom. vbi dicit Baldus, quòd si deficiat vna
syllaba,non est reputandum pro vitio . & dat exem-
plum,aliquis promisit centum sub pœna dupli,& in-
uenitur omissa in instrumento vel apochis syllaba pli,
illa debet subaudiri,quoniam ad mentem debet habe-
ri recursus,vt l.alienationis.§. oratio.ē titu. proximo.
de verborum significatio. & cap.intelligentiam.extra
eodem tit. Facit quod habetur in cap.ad audientiam.
extra de rescrip.& in l.prima.§.sin autem.ff. de hæred.
instituen.& est ratio prædictorum, quia interpretatio
fieri debet salua ratione recti sermonis,vt l.Plautius.ff.
de auro & argen.legato. & l.cum pater.§ cum imper-
fecta.ff.de lega.secundo.¶Ex quibus infertur,quòd o-
ratio imperfecta non vitiat testamentum,nec instru-
mentum,nec falsa Latinitas.Facit l.Imperator.ff. de sta
tu hominum.cum ibi notatis.& quod habetur in cap.
dudū. extra de conuersi.coniugato. præsumitur enim
minus scriptum,quàm dictum,vt dictis iuribus. con-
cordat l.cum auus.ff.de condition. & demonstration.
Simile videmus,quòd aliquando vnum verbum in-
cludit totam orationem,vt si dico alicui,latro, vel si-
mile verbum,intelligitur,tu es,vt notatur per Bartolū
in l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ff.de iniurijs.
12 ¶†Intelligite tamen imperfectam orationem, vel am-
biguam non vitiare instrumentum,vel testamentum,
si sit talis,quòd intelligi possit, licet cū difficultate : sed
si esset talis,quòd nō posset cōprehendi mens testato-
ris vel intentio,aut partium,secus esset dicendū,vt no-
tatur per Doctores in l. ambiguitates. C. de testamē.
ga paria sunt non esse,vel esse,& non apparere,vt l.in

lege

lege.& ff.de contrahẽ.empt.l.duo sunt Titij.ff.de testa.
13 tutel.¶†Hic autem cadit quæstio pro intelligẽtia ma-
teriæ,si instrumentum vel testamentum reperitur defe-
ctuosum,vtrũ præsumi debeat error notarij,aut testa-
toris,vel partium.Bal.in dicta l.errore.C.de testa.dicit
ꝙ si defectus reperiaẽ in ptinẽtibus ad officiũ notarij,
vt in indictione,annis dñi,& similibus solennitatibus
instrõrũ,de qbus in l.generali.C.de tabula.lib.x.& in
authen.vt præpona.no.Imperat.in princip.colla.v.
præsumi debet,quòd ille defectus contigit errore no-
tarij.Faciunt notata per glo.& Docto.in dicta l.ambi
14 guitates.† sed cæteri defectus cõtingentes in narratiua
testamenti vel instrumenti præsumitur processisse à te-
statore vel partibus:quia præsumi debet pro tabellio
ne,quòd non aliter scripsit,quàm fuerit dictũ,& quic-
quid scripsit,fuit ei iniunctum vt scriberet,& quòd de
voluntate testatoris vel partium ita scripsit. Ad quod
facit id quod habetur per glos.in fi.Bar.& Io.de Imol.
in l.sciendum.ff.de verborum obligat.& in authen.de
tabel.§.nos autem.colla.iiij.præsumptio enim est,ꝙ
notarius fideliter scripserit,nec excesserit fines mãdati.
quæ præsumptio causatur à bona fide publici officij
præsumpta.Ad quod facit l.cũ precibus.C.de proba-
tio.& l.secunda.C.de offic.ciuil.iudi.in verbo,quod
non arbitramur.& est simile verbum ij.quæstione vj.
cap.decreto nostro.& facit cap.ad audiẽtiam.cum ibi
notatis.extra de præscrip.& tex.sæpedictę l.errore.qui
est ad hoc multum notabilis secundum Bald. ¶Addi
potest secundum Salice.& Docto.in dicta l.ambiguita
tes.quòd omissio accidentalium non vitiat testamen-
tum,vt dicta l.errore.& ita debet intelligi glo.hic posi
ta in fin.sed si omittantur substantialia vel solẽnia,eo
quòd non fuerint dicta vel adhibita,vitiatur actus,vt
vult glos.in dicta l.ambiguitates.& dict.l.prima.§.sin
autem.ff.de hæred.instit.& notatur per Bald.in l.cum
15 proponebatur.ff.de lega.ij.†Si tamen fuerint dicta vel
adhibita,sed scriptor desidia vel imperitia illa omisit,
tunc errore non probato vitiarent:quia,vt dictum est,
par est aliquid non esse,vel esse,& non apparere,vt iu
ribus allegatis.Errore autem probato non vitiatur a-
ctus.& ita intelligatur illud,quod dicit ista glo.prope
16 finem.¶†Sed quæritur nunquid error probari posit
per testes,scilicet in testamentis,quòd testator plus vel
minus dixerit,quàm sit scriptum.& cõmunis opinio
Doct.est quòd sic in testamẽto nũcupatiuo:quia in eo
testes habent necesse deponere de veritate & volunta-
te testatoris,& scriptura non est de substantia illius.l.
hæredes palam.in princip.ff.de testa.& Instit.eo.§.fin.
& C.eo.l.hac consultissima.§.per nuncupationem.sed
in testamento in scriptis sunt diuersæ opiniones:quia
Dyn.Bal.& Salice.in dicta l.errore.tenent quòd error
non posit probari per testes,cum nesciant quid in illo
testamento contineatur,sed adhibentur solum ad sub-
scribendum & sigillandum,& de substantia talis testa-
menti est scriptura,vt dicta l.hac consultissima.in prin
cip.& l.proximè.ff.de his quæ in testa.delen.& addu-
cunt pro ista opinione l.fin.ff.de iure codicil.cum ibi
17 notatis per Bartol.† Alij autem,vt Iacob.de Rauenn.
Petrus,Cyn.& sui sequaces tenent,quòd etiam error
testamenti solennis in quo requiritur scriptura,posit
probari per testes.pro qua opinione facit dicta l.erro-
re.vbi Alexand.de Imol.putat istam opinionem per
illum text.esse veriorem.Facit etiam,quia parem vim
habent testes,& instrumenta.l.in exercendis.C.de
fide instrumen.& cap.cum Ioannes eremita.extra eo-
dem titu.Nec obstat,quòd tale testamentum requirit
scripturam de sui substantia:quia hoc verum est quo
ad ipsum testamentum,sed error testamenti non requi
rit scripturam ad sui probationem,imò sufficiunt te-
stes.vel potest dici,vt sentit Angelus in dicto §.sin au-
tem.quòd probato errore per testes,non valebit testa-
mentum vt solenne in scriptis:quia omissio solennita-
tis substantialis etiam contingens errore notarij vitiat,
vt notatur in dict.l ambiguitates.& supra dictũ fuit,
tenebit tamen tanquam testamentum nuncupatiuum.
& hoc sequitur Ioan.de Imol.in dicto §.sin autem.per
ea quæ habentur in dicta l.fin.ff.de iure codicil.quam-
uis etiam posit dici ad illam legẽ,quæ pro contraria
opinione superius fuit adducta,quòd ibi non errore,
sed voluntate testatoris fuit omissio facta,vt etiam vo
luit gloss.fin.in sæpedicta l.errore.istud tamen dictum
intelligit Ioan.de Imol.esse verum,nisi forte testator se
restrinxisset ad actum tantũ testamenti solennis in scri-
ptis:quia tunc secus esset,vt l.si miles.in prima.ff.
18 de testam.mili.†Facit etiam quòd error posit proba-
ri per testes,illud,quod habetur in l.quoties.§.primo.
ff.de hæred.instit.Ideo concludit Angel.recitatus per
Ioan.de Imo.quòd vbi gerens actũ potest illud in scri-
ptis,& sine scriptis conficere,si actus sit ab ipso geren-
te perfectus,sed scriptor siue notarius errauerit,nõ no
cebit error illo probato,per dictam l.errore.& dictum
§.sin autem.pro quo facit text.huius regulæ,saluo eo,
quod dictum est,nisi scilicet se arctasset gerens actum,
quòd nollet illum valere,nisi in scriptis:quia tũc omni
no scriptura requireretur,vt l.contractus.C.de fide in-
19 strumen.¶†Sed tunc quæstio est,quot testes requiran Quot testes requirũẽ ad probandũ istũ errorẽ testamenti.
tur ad probandum istum errorem.glos.in dicta l.cum
proponebatur.ff.de lega ij.tenet quòd tot testes requi-
rantur,quot in testamento.Faciunt notata in l.secun-
da.C.de bon.posses.secundum tab.quia nõ potest esse
quæstio de isto errore quin sit de substantia testamẽti.
& hoc sequuti sunt Dyn.Nicol.de Mather.Rayn.Ful
gos.& Paul.de Cast.sed Cy.Iacob.de Rauen.& Citra-
montani,& Barto.cum ipsis tenent probari posse il-
lum errorem per duos testes,per regulam l.vbi nume
rus.ff.de testib.& dictam l.hæredes palam.§.primo.&
§.sed si notam.ff.de testam.sed Angel.ibi,Bal.& Salice.
in dicta l.errore.pro concordia opinionum distin-
20 guunt,† quòd si quis vult probare specialem errorem
notarij circa indictionem,annos domini,& similia,
quæ non sunt testamentum,sed sunt solennitates te-
stamenti,posit error probari per duos testes,per di-
ctam legem,vbi numerus.Et idem dici debet si agatur
de probando aliquid extra testamentum:verbi gra-
tia,testator instituit Titium hæredem,& volo proba
re,quòd non de te Titio,qui eras inimicus testatoris,
sed de me,qui eram amicus,testator sensit:possunt ini-
micitiæ probari per duos testes,vt dicta l.vbi nume-
rus.facit l.tertia.§.fina.ff.de adimend.vel transferend.
lega.& l.si quis seruum.§.si inter duos.ff.de lega ij.Et
idem si agatur de voluntate testatoris declaranda,vt
dicta l.hæredes palam.§.primo.†Sed vbi agitur de
probatione erroris circa substantiam testamenti,vt cir
ca hæredis institutionem,nõ potest error probari mi
nori numero testiũ,quàm septem.& ita procedat opi-
nio glos.in dicta l.cũ proponebatur.& in dicta l.ij.C.

de bon.pos.secundum tab.vbi videte circa hoc Bald.
in versu,ex his.& versu,pone in instrumēto.& ipsum
Bal.in cap.si quis feudum.in titu.si de inuesti.inter do.
& vasa.lis oriatur.& in l.fina.C.de fideicom.v.colum.
& ipsum Bald.& Ioan.de Imol.in dicta l.quoties.§.
22 primo.ff.de hæred.instit.¶ †Superius dicta faciunt ad
quæstionem quæ mouetur per Docto.in dicta l.erro-
re.& in d.§.sin autē.iudex aliquē absoluit diffinitiuē,
& postea subiunxit,victum victori in expensis,& o-
misit verbum,condēnamus:vtrum quo ad expensas
valebit dicta sententia.& videtur quòd non:quia nō
continet condēnationem vel absolutionem in expen-
sis,cum in sententia nullum dictorum verborum fue-
rit expressum in expensis,ideo non videtur valere,vt
l.præses.ff.de re iudic. Sed in oppositum facit ratio
istius regulę,& iurium superius allegatorum,vbi de-
bet subaudiri verbum principale errore omissum,&
tamen loquūtur in testamento solēni etiam in scriptis.
Et istam partem tenet Barto.in dicto §.sin autem.quā-
uis quidam libri lecturæ Barto.in isto passu non ha-
23 beant eius decisionem.†Bald.tamen ibi tenet opposi-
tum pro prima opinione.& respondet ad iura in con-
trarium allegata quòd loquuntur in vltima volunta-
te fauorabili,vt l.in testamentis.ē.isto titu.quia testa-
mentum in dubio debet sustentari secundum gloss.&
Docto.in l.Gallus.§.quid si is.ff.de liber.& posthu.su-
per verbo,vtilitatē.& facit quod habetur in l.si pars.
ff.de inoffic.testam.Sed ista quæstio loquitur in actu
sententię,qui respectu condēnationis est odiosus,vt di-
cta l.Arrianus.ff.de actio.& obliga.& l.fauorabilio-
24 res.ē.isto titu.†Opinionem tamen prædictam Barto.
sequitur Angel.qui dicit ita fuisse iudicatum Perusij.
Hoc etiam tenet idem Barto.sibi contrarius in dicta l.
pręses.idem tenens sicut Bal.& dicens in dicta l.errore.
& similibus,esse speciale in testamentis,vbi excusatur
testator si perfecte non loquatur propter mortis cogi-
tationem quæ eum turbat.l.hac consultissima.§.at cū
humana.C.qui testa.fac.pos.Sed sententia deliberate
cum pondere,& scriptura ferenda est,vt l.secunda.&
fin.C.de senten.ex peric.recit. Et ideo est quid iudici
imputetur si aliquid omittat,quod sit de substantia.
& ista pars secundum Ioan.de Imol.in dicto §.sin au-
tem.videtur magis communis,& verior de iure,& il-
lam approbat Ludo.Romanus in dicta l.præses.sub-
iungit tamen ipse Ioan.de Imol.vbi supra,quòd alia
opinio potest defensari.& dicit quòd ratio illius §.&
dictæ l.errore.non fuit solus fauor vltimæ volunta-
tis,sed præsumptio secundum quam coniecturari pos-
sumus verisimiliter ex verbis à testatore ꝓbatis,quod
eius mens & intentio fuerit debere subintelligi verbū
principale.quæ ratio etiam videtur habere locum in
sententia iudicis,cuius mens fuit in dubio velle conde-
mnare,cū aliud verbum,quàm condēnamus,non pos-
sit subaudiri salua ratione recti sermonis,vt d.l.Plau-
tius.ff.de aur.& argen.lega.& præsertim videtur hoc
posse dici,cum iudex taxationem expēsarū reseruauit;
quia tūc videtur,eā fuisse mentē iudicis,vt in eis con-
demnaret,ideo debet subaudiri dictum verbum,con-
demnamus,argumento huius regulę,& iurium allega-
torum.facit etiam,quia sufficit vnam ex pluribus ra-
tionibus adesse,vt notatur per glo.notabilem in l.libe-
rorum.§ primo.ff.de his qui notantur infa.& in §.af-
finitatis.Insti.de nup.Item etiā pro ista opinione facit
secundū Alex.de Imo.in d.l.errore.quia verba senētię,
& verba testatoris pariter interpretātur,vt est notabi-
lis tex.in l.nō est mirū.ff.de pig.act.quē tex.ad hoc pro
positum allegat Bart.in l.centesimis.§.fin.circa penul
timam colūnam.ff.de verb.oblig.Potest tamē secūdū
eundē Alex.ad hoc responderi illud esse verū,vbi esset
eadē ratio in vtroq;,sed in proposito est diuersa,vt pa
tet ex notatis per Bar.in d.l.præses.ideo ex diuersis nō
fit recta illatio,vt l.inter stipulantē.§.sacram.versu,sed
hęc dissimilia.ff.de verb.obli.Vt tamē dicit Io.de Imo.
in d.§.sin autem.alia opinio seruaretur in practica,cū
25 sit magis cōmunis.†Si tamen iudex in aliqua parte sen
tentię condēnationē expressisset,vt quia dixisset,con-
dēnamus reum in petitis per actorē,& victum victo
ri in expensis,licet expresse non dixerit,in expensis cō-
dēnamus,videtur tamē ratione copulæ repetitum in
sequentibus,argum.l.Seiæ.§.j.ff.de fund.instruc.quod
voluit Bart.in d.l.pręses. Tandem resoluit se Alexan.
de Imol.in sæpedicta l.errore.quòd in sententijs magis
debet attendi mens iudicis,quàm verba,vt sentētia va
leat,vt dicit gloss.notanda in l.& puto.§.primo.aliàs
est l.Iulianus.super verbo,communicari.ff.famil.ercis.
Potest igitur colligi mens iudicantis,in actu sententię,
licet in verbis non sit tota perfectio.Ideo si iudex in
sententia dixerit,reum absoluimus,& victum victori
in expēsis,earum taxatione nobis reseruata,debet sub-
intelligi verbum,condemnamus,propter reseruatio-
nem taxationis,quam si nō reseruasset,esset verborum
ambiguitas:quia post illa verba,victum victori in
expensis,ita posset subaudiri absoluimus,sicut conde-
mnamus.Et ita dicit posse cōcordari opiniões,quod,
vt supra dictum fuit,videtur esse de mente & intentio-
ne Io.de Imol.in dicto §.sin autem.vbi plenius videa-
26 tis,& iuribus superius allegatis.¶ †Deinde videndū
est,qualiter error iste possit corrigi.de quo hic tractat
Bar.& ipse,& alij in dic.l.Imperator.ff.de stat.ho.ipse
etiam Bar.in l.fi.ff.de tab.exhi.& Speculator & Ioan.
And.in additiōibus in titu.de instru.edit.§.instrumen
tum.versu,sed nunquid confectio.& Bald.super rubri-
ca.C.de fid.instru.versu,sed pone ꝙ tabellio.& ipse
Bald.in d.l.ambiguitates.C.de testa.quæstione fin.&
idem Bald.in l.fi.versu,quarto quæritur.C.de eden.&
iterum Bald.in titulo.C.de Iustiniano C.confir.versu,
sed nunquid tabellio.& ipse idem in dicta l.cum pro-
ponebatur.ff.de lega.ij.& idem in dicta l.prima.§ sin
autem.& idem Bal.in l.secunda.C.de fideicom.libert.
Anto.de Butr.& Panormitan.in cap.ex literis.extra de
fid.instru.& dicto cap.ad audientiam.extra de rescrip.
27 †ex quorum dictis potest colligi resoluendo,quòd si
notarius errauerit in eo,quod non reddit instrumētū
nullū,vt est falsa Latinitas,vt dicta l.Imperator.potest
ille error per ipsum notarium corrigi:quia hoc nō mu
tat facti substantiam.facit l.actorum verba.ff.de re iu-
dic.& quod notatur in l.qualem.cum l.sequenti.ff.de
arbit.Si verò erretur in eo quod vitiat instrumentū,sed
tamen non mutatur effectus,& cōstet in quo est erra-
tum,vt in defectu cōtingente per omissionē indictio-
nis vel simili,qđ vitiet,vt dicta l.generali.C.de tabul.
lib.x.& in authen.vt præponatur no.Imperat.in prin.
& in authen.quibus mod.naturales effi.legi.§.quan-
tum.colla.vj.& cap.inter dilectos.extra de fide instru-
ment.error ille poterit corrigi per notarium,ne no-
ceat partibus,secundum Bart.hic,qui allegat dictam l.
errore

errore.& l.si quis in nomine.eo.titu.quod tamen Bal.
in dicta l.fi.C.de eden.in dicto versu,quarto quęritur.
intelligit esse verum antequam notarius illud instru-
mentum erroneum partibus tradiderit in solēni figu-
ra:quia tūc propria autoritate corrigere non poterit,
sed solū iudicis autoritate,secūdū Gulicl.de Cugn.&
Cyn.quos allegat ita tenuisse in allegata l.Imperator.
de stat.ho.vbi idem tenet Alber.& Speculator vbi s.
quamuis secundum eundem Bald.arguendo nō videa
tur hoc esse verum,per regulam,quam tradit Innocen.
in cap.ex literis.extra de offi.delega.scilicet quòd ille,
cui incumbit aliquod factum sine iurisdictione,nun-
quam fungitur officio suo donec illud solenniter per-
fecerit,sed officium tabellionis non est iurisdictionale,
ergo tabellio tradendo instrumentum erroneum non
est functus officio.ipse verò Bald.ad hoc respondet,
quòd prima pars est vera:quia si notarius hoc faceret
scienter,poneret se in discrimine falsitatis l.qui falsa vel
varia.ff.de testib.& non crederetur sibi,& ideo cauere
debet ne id faciat sine iussu iudicis,& probato errore.
dictum autem Innocen.procedit in his qui possunt va
riare,non in teste vel tabellione,quibus est interdicta
variatio,ideo ille cuius interest potest coram iudice pe
tere corrigi errorē,illo scilicet probato,vt dicta l.cum
proponebatur.quę est ad hoc singularis,secundū Bal.
qui vlterius dicit quòd etiam parte non petente illum
errorem corrigi ipse tabellio potest implorare iudicis
officium,vt possit suum errorem corrigere naturali
æquitate hoc dictante.interest enim tabellionis pro-
prium errorem suum corrigere.ad quod facit cap.qua
liter & quando.in primo.extra de accusa.& l.si quis
ex argētarijs.§.primo.ff.de eden.& ita etiam tenet Bar.
in dicta l.fi.ff.de tabul.exhiben.tabellio enim propter
culpam suam,& errorem tenetur parti ad interesse,vt
est tex.menti tenendus in l.fina.C.de magistrat.con-
uenien.& facit l.fi.ff.si mensor fal.mod.dixerit. Quod
tamen interesse,vt dicit Bald.vbi supra,est plenè pro-
bandum,non autem per simplex iuramentum.allegat
ad hoc tex.notabilem in l.argentarius.§.cum autē.ff.
de eden.Sed ipse Bal.in dicta l.cum proponebatur.ali-
ter videtur loquutus,dicens quòd quando instrumen-
tum carens indictione fuit per notarium traditum par
ti,ipse potest illam addere:quia dicitur tunc potius pri
uata scriptura,quàm instrumentum,vt l.veluti.secun-
do rñso.ff.de edē.ideo videt sibi cōtrarius,ad hoc quod
dixit in dicta l.l.fi.versu,quarto quęritur.sed prius di-
ctum suum videtur verius secundum Albericum,post
Gulicl.de Cugn.& Andream de Pisis,in dicta l.Impe-
rator.& quamuis huic dicto videatur obuiare dicta l.
hæredes palam.§.sed & si notam.ff.de testa.ipse respon
det,quòd non obuiat:quia ibi testator poterat confice
re nouum testamentum sine alicuius consensu,non sic
in tabellione,qui non potest mutare substantiam in-
28 strumenti.¶ †Vnum tamen notate secundum eūdem
Bal.in l.vnum ex familia.§.si omissa.ff.de lega.ij.quòd
si in aliquo instrumento antiquo ratione antiquitatis
non apparet indictio de qua supra dictum est,quia for
te litera deleta est,si apparent anni domini,perinde est
ac si ibi esset indictio:quoniam propter ea,quæ ibi scri
pta sunt,supplentur alia quæ legi nō possunt propter
deletionem,& repræsentatur eorum intellectus,argu-
mento dicti §.si omissa.& l.cum pater.§.cum pater.eo
29 dem titu.quod est menti tenendum.†Si verò non ap-
pareat in quo fuit erratum,vt quia est omissa dies,sed
de qua die non constat,dicit hic Barto.credendum esse
notario dicenti se de illa recordari:quoniam credi de-
bet officiali in officio sibi commisso,vt l.apparitores.
C.de exacto.tribut.libro.::.& l.si quis decurio.C.ad l.
Cornel.de fals.& l.magis puto.§.ne autem.ff.de rebus
eo.qui sub tutel.vel cura sunt.quoniā iste error,vt in-
quit Bart.reputatur pro minimo,vt patet in teste,qui
si dicat de die non recordari,non minus probat,vt l.
testium.cum sua glos.C.de testib.quod intelligit Bald.
in dicta l.cum proponebatur.quando notarius non
compleuit scripturam,nec in mūdum redegit,& dum
non deuiet ab originali,ad quod debet recurri,vt in
dicta authen.de tabel.§.fin.& not.per eum post Bart.
in dicta l.Sempronius Proculo.ff.de lega.ij.Sed ex in-
teruallo non potest notarius aliquid addere vel muta-
re ad similitudinem testis,vt in cap.præterea.extra de
testib.cogend.qui est text.ad hoc notabilis,vt ibi dicit
Panormitan.allegatus ad hoc communiter per legi-
30 stas & canonistas.†Et hoc quando erratur in omitten
do diem,sed si apponeretur vnus dies,vel mensis pro
alio,non posset notarius se corrigere,nisi probato er-
rore per testes,vel alijs legitimis modis.ad quod fa-
cit l.quicquid astringendæ.secundum vnam lecturam
in tertio responso.ff.de verbo.obliga.quod & voluit
Bald.in dicta l.cum proponebatur.quia illa variatio
reddit eū suspectum,vt dicta l.qui varia.¶Quandoq;
erratur per notarium eo quòd non concordant in in-
strumento anni domini cum indictione.& vt hic di-
cit Barto.tunc præsumitur erratum in indictione tan-
tum:quia dolus non præsumitur,nisi probetur,vt l.
quoties.§.qui dolo.ff.de probatio.quia indictio non
ita scitur ab omnibus,sed anni domini sic communi-
ter,ideo in illis error præsumitur dolosus,vt l.I.atę.&.ti
tu.proxi.& l.cedere diem.§.fi.eo.ti.Idem tenet Bald.in
31 dicta constitutione de Iustin.Codice confir.† Non ta-
men autoritate propria tunc notarius corriget errorē,
sed cum iudicis præcepto cum causæ cognitione,& ci
tatis partibus quarum interest,& probato errore,
quod præceptum iudicis,& fides veritatis excusat à
falso notarium secundum Baldum in dicta l.cum pro-
ponebatur.& Gulielmum de Cugn.Cyn.& Alberic.
in dicta l.Imperator.vbi addit Alberic.quòd partes
quibus traditum fuit erroneum instrumentum,tenen-
tur de æquitate restituere illud notario,vt corrigat er-
rorem,vt l.ij.§.interdum.ff.ad exhib.& l.quædam.§.
fina.de eden.& dicit hanc fuisse opinionem Odofredi,
qui dicebat,hoc verum,nisi in iudicio productum
fuisset instrumentum,& per partes ei adhibita fides:
quia tunc quo ad illas personas,quæ adhibuerunt fi-
dem illi instrumento,non posset corrigi.& ita dicit se
32 consuluisse in ciuitate Veronæ.† Aliquando erratur [Si errat in eo qd' per tinet ad partes.]
in hoc quod pertinet ad partes.& vt hic dicit Barto.
incontinenti notarius corrigere potest,non autem ex
interuallo,nisi probato errore.facit quod habetur per
glos.magnam in authen.de testi.§.quia verò.dicit ta-
men Bal.in sæpedicta l.cū proponebatur.quòd error
concernēs partes,potest per ipsas emendari & corrigi,
vt ibi patet,licet non per tabellionem,cuius officium
est solum scribere id,quod visu vel auditu percepit,&
verba partium non mutare,non autem illud,quod

consistit in iudicio rationis. facit quod notatur in l. illa institutio. ff. de hæred. instit. & per glos. & Doctio. in l. si ex cautione. C. de non num. pec. & per Innocen. in cap. quoniam cõtra falsam. extra de probatio. imò soli notario dicenti se errasse non creditur, vt not. in cap. sicut. extra de testi. & per Barto. in l. si quis in graui. §. si quis moriẽs. ff. ad Sillei. & in l. generaliter. C. de nõ nume. pec. vbi Bal. & Salic. & per Bald. in l. secunda. C. cõminat. epistolas, programa.
13 ¶ † Vnum in ista materia in d. c. ex literis. dicit Panor. esse menti tenendũ, quod si notarius faciat interlineaturam in nota sua vel instrũo aut rasuram, si velit euitare omnem suspicionem, debet ipse hoc attestari in fine instrumenti, quòd ipse hoc fecit. allegat ad hoc text. in l. prima. cum ibi notatis per Barto. ff. de his quę in testa. delent. & per Archid. tricesimaquinta, quæstione ix. §. j. pars verò quæ corrigit vel abradit instrumẽtum debet puniri, vt notatur per glos. in dicta l. prima. §. sed & si consulto. super verbo, substitutus. & est tex. cum ibi notatis in cap. olim. extra de rescrip. & in cap. cum olim. extra de offic. delega. & hoc si dolose facit: quia sine dolo non committitur falsum, vt l. prima. in princip. & l. secunda. ff. ad l. Cornel. de fals. secus putat ipse Panormitan. si per simplicitatem pars aliquid non substantiale corrigeret, vt circa cognomina partium vel testium, aut aliquid simile. ad quod facit illud, quod in simili notauit Innocen. in c. fraternitatis. extra de hæreti. & Barto. in allegata l. prima. de his quæ in testa. delen. videte plenius pro materia Doct. in locis allegatis. & hæc sufficiant pro ista regula. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Peculium multis modis sumitur.
2 Peculiorum quatuor genera possunt habere filijfamilias.
3 Profectitium peculium quid.
4 Castrense peculium quid.
5 Quasi castrense peculium quid.
6 Doctor medicus vel aduocatus intelligitur militare.
7 Quasi castrense an dicatur salarium aduocati vel procuratoris. & nu. 8.
9 Salarium arbitri vel notarij non dicitur quasi castrense. & nu. 10.
11 Assessorum lucrum an dicatur quasi castrense.
12 Clericorum duplex peculium.
13 Clericatus ordo non liberat à patria potestate, sed bene episcopalis.
14 Ordo sacer non liberat à patria potestate.
15 Clerici sunt in patris potestate quo ad temporalia, sed non quo ad beneficialia.
16 Vsusfructus aduentitij peculij in clerico nõ quæritur parenti.
17 Testamentum clerici existentis in potestate patris non vitiatur præteritione parentum.
18 Militis testamentum an præteritione possit dici nullum.
19 Clerici coniugati in duobus tacitum retinent priuilegium.

Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

I STA regula inquantum hic declaratur per glos. procedere, secundum ista tempora Digestorum, non est magnæ vtilitatis, aliquid tamen non spernendum infra dicetur. Pro cuius declaratione sciendum est iuxta notata glos. in rubrica. ff. de pecu. & ibi Salice. & per Hostien. Ioan. Andr. & Io. de Imol.
1 extra de pecul. cleric. ¶ † Peculium multis modis sumitur in iure: quia quandoque pro patrimonio, vt l. cogi. ff. ad Trebellian. & ita potest sumi in dicto titulo, extra de pecul. cleri. Quandoque sumitur pro eo, quod paterfamilias filio vel dominus seruo concedit. & de hoc habetur in dicto titulo. ff. de pecul. per totum. Aliquando sumitur pro eo, quod præsidij seu auxilij causa pro casu guerrę reponitur, vt l. si chorus. ff. de lega. iij. ¶ Interdum capitur pro salario deputati ad aliquod officium, vt l. ordinariorum. C. de cohortal. lib. xij. Aliquando sumitur pro rebus paraphernalibus, vt l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. Et dicitur peculium, secundum Salice. super dicta rubrica, & explanat Ioan. de Imol. super alia rubrica, de pecul. cleri. quasi pusilla seu parua pecunia, vt l. depositi. §. peculium. ff. de pecul. ex eo, quia illud, quod superest patri vel dño ex parsimonia cõsueuerit dari in peculium filiofamilias, vel seruo, vt eodem titu. l. peculium est. nõ quin possit dari non modica quantitas pecuniæ in peculium filio vel seruo. & sic potest dici à pecunia. Dicitur autem pecunia à pecoribus, à quibus antiquitus cœperũt diuinæ, vt j. quæstione tertia. cap. totum. & strictè propriéque loquendo peculium non cadit in eo qui est sui iuris, qui non dicitur habere peculium, sed patrimonium, vt l. fi. C. de inoffi. testamento. sed propriè dicitur habere peculium qui est in alterius potestate. & potest appellari peculium dominicum, vel illud, quod filiusfamilias habet à patre, non tantum ex expressa concessione, vt dicta l. peculium est. sed vt dicit Salice. super dicta rubrica, de peculio, ex tacita, patiendo res ipsas apud filium vel seruum esse in peculio, & earum habere administrationem, vt l. quã Tuberonis. §. sunt quidam. & l. peculium ex eo. in princip. ff. de pecul. & ita etiam te- vnde dicit peculiũ.
a net Azo in summa. ¶ Sciendum est vlterius, † quòd filijfamilias quatuor peculia possunt habere. Primum est castrense, secundum quasi castrense, de quibus infra dicetur, in quibus iura noua nihil immutarunt de iure antiquo: quia in istis duobus filijfamilias reputantur patresfamil. vt l. prima. in fi. cum l. seq. ff. ad sena. cõsu. Macedo. & dicta l. fi. C. de inoffi. testa. & l. pen. & fi. C. qui testa. fac. pos. Tertium est profectitium, quod à patre proficiscitur vel ab alio contemplatione patris, & in isto etiam nihil est immutatum: quoniã hodie quæritur patri, sicut & olim, vt l. secunda. & l. cum oportet. in princip. C. de bon. quæ liber. facit quod habetur in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. subst. filius tamen in dicto peculio profectitio põt obligare patrẽ qui sibi concessit peculiũ, scilicet vsque ad vires peculij, dummodo non donet, per illud, quod habetur in l.

in l.si quis seruum.§.etiam.ff.de pecul. & l.contra iu-
ris regulas.§ fina. ff. de pact. Quartum est peculium
aduentitium, quod prouenit ad filium vel ex linea
materna, vt in titulo C.de bonis maternis.siue à lu-
cris nuptialibus, vt l.prima.C. de bon.quæ liber.seu
vndecunque. & in isto, vt dicit hic gloss.iura vetera
sunt immutata: quia iure veteri totum acquirebatur
patri, vt l.placet.ff.de acquirend.hæred. & Institu. per
quas perso.nob. acqui. in princip. & §.igitur. hodie
verò minime, nisi quo ad vsumfructum. Et adhuc sunt
certi casus, in quibus vsusfructus bonorum aduenti-
tiorum filij non acquiruntur patri, vt dicta l.cū opor
tet.& authenticis ibi positis.C.de bon.quæ liber.& l.
fin.eodem titu. Quibus addatis in authent.de incest.
nupt.§.primo.colla.iij.& l.fin.C.de senten. pas. & re-
stitu.l.Imperator.ff.ad Trebel.& l.vbi.C.de iur.dot.&
iste est effectus summarius totius illius tituli & inten-
tionis huius gloss.& gloss.in dicta l.cum oportet.in
principio, super verbo, exceptis peculijs.vbi & cum
ipsa Doctores declarant, quæ sint ista peculia.
3 ¶†Et primo de profectitio, id quod dictum est illud,
esse quod proficiscitur ex substantia patris seu pater-
nis rebus aut contemplatione patris, in quo nihil per-
tinet filio neque in proprietate neque in possessione,
vt in hac regula, cum in eo nihil sit immutatum, vt
ibi plenius explanat glo.super verbo, ex eius substan-
4 tia.† Et ibi Doctores dicunt illud esse castrense, quod
filiusfamilias in castris militaribus acqrit, vt l.prima.
& per totum titu.ff.de castren.pecul. & l.prima.C.de
castren.pecul.milit.libr.xij.vel illud, quod acquirit in
palatio principis seruiendo, vt l.prima.C.de castren.
palati. pecul. eod.lib.quod dicit Bald.in dicta l.cum
oportet.procedere in quæsitis per filiumfami.militem
in maritimo bello: quia etiam in mari dicitur quis mi-
litare, vt l.prima.ff.de bon.posses.ex testa.mili.vel di-
citur, quòd castrense peculium est, quicquid pater vel
mater, coniuncti & amici donant antedicto filio eunti
ad castra pro militando, & omne illud, quod in castris
occasione militię acquisiuit, in quo etiam comprehen
ditur hæreditas illorum qui instituerūt dictum filium-
familias, qui aliàs non poterant esse noti, vt est tex.ad
literam in dicta l.prima.C.de castren.pecul.milit.
5 ¶†Quasi verò castrense esse dicit dicta glos.& Docto.
quod quæritur per filiumfamilias ex publica causa
vel ex salario publicæ causæ, vt est text. in l.velut. C.
de assessor.& domestic. & dicunt Doctores in dicta l.
6 cum oportet.† quòd quando filius est doctor vel me-
dicus aut aduocatus, intelligitur militare, vt l.fori.
& ibi glos.& l.aduocati.C. de aduoc. diuerso.iudic.
7 & dicta l.fina.C.de inoffic.testam.† Speculator tamen
in titu.de actore.quinta columna.versu, nec intelligas.
tenet, quòd quæsita per Modernos aduocatos non
dicantur esse quasi castrensis peculij, nisi percipiant
salarium de publico, vt est aduocatus fisci. Sed Bald.
in dicta l.cum oportet.sibi contradicit: quia aduoca-
tus ratione publici officij dicitur militare, vt iuribus
allegatis, quæ vrgere videntur contra Speculatorem.
8 †secus dicit Bald. esse in salarijs procuratorum, quæ
asserit esse aduentitia pro eo, quia officium procurato
ris est vile, vt Institu.de excep.§.fina.& l.si quis pro-
curationem.C.de decurio.lib.x. Cogitate tamen, quia
Ioan.de Anania super rubrica, extra de magistris.ix.
columna, allegat Barto.in dicta l.si quis procuratio-
nem.dicere, quòd non intelligitur ille text.de procura-
toribus curiarum siue iudiciorum, quamuis ipse Bal.
dicat contrarium in l.inuitus.C.de procurat. Sed vos
allegate contra Bald.tex.in cap.infamis.& cap.infa-
mes. iij.causa, quæstione vij. vbi ad literam dicitur,
quòd infames non possunt esse procuratores, vel pa-
troni causarum: ergo esse procurator ad iudicia non
est infame officium, quod volebat Bald. vt dictum est.
9 ¶†De salarijs autem arbitrorum dicit non esse illa
quasi castrensis peculij: quoniam infames possunt esse
10 arbitri, vt l.Pedius.in princi.ff.de arbit.† & idem dicit
in salarijs notariorum non procedentibus ex bursa fi-
scali: quia est vile officium respectiuè, vt dict.l.si quis
procurationē.& talis salaris non differunt à negotia
tione seu mercantia, & re familiari. Circa quæ videre
Iosn.Fab.Institu. per quas perso.nob. acquir. vbi vi-
dese Angelum Aretin.in §.igitur.concludentem, quòd
etiam illud, quod percipitur per aduocatos à priuatis
personis pro stipendio succedit loco eius, quod perci-
piebatur de publico. Et sic dicitur quasi castrense. alle-
gat Cyn.glos.& Docto.superius allegatos in dicta l.
11 fori.† Ex qua glos.dicit ibi Bartol. quòd illud, quod
assessores ex officijs lucrantur, dicit esse quasi castren-
se, de quo possunt facere testamentum, vt iuribus su-
perius allegatis. Imo l.fina.allegata. C. de inofficioso
testamento.videtur posse intelligi in omnibus haben-
tibus aliquam administrationem de publico, & occa-
sione illius aliquid lucrantur, vel ex salario publico,
aut occasione administrationis à priuatis personis.
quod dicit esse menti tenendum. Et sic in hoc concor-
dat cum Bald.contra Speculatorem, vbi supra.
12 ¶†Addi potest præmissis, quòd in clericis potest con-
siderari duplex peculium secūdum Ioan.de Imol.post
Hostien.& Ioā.And.quos allegat super dictā rubrica,
extra de pecul. cleric.scilicet aduentitium & profecti-
tium.& dici potest profectitium, quod proficiscitur
ex rebus ecclesiæ, de quo clericus non potest testari, vt
in cap.primo, secundo.& cap.quis nos.extra de testa.
Aduentitium verò sit illud, quod clericus quæsiuit
aliunde, quàm de bonis, vel occasione ecclesiæ, quod
tamen secundum Docto.ibi non tenet simpliciter na-
turam peculij aduentitij Sed illud quod est in laico
aduentitium, censetur quasi castrense in clerico, adeo
quòd clericus, licet sit filiusfamilias, poterit de illo testa
ri, vt habetur in dicto cap.quis nos.& in l.cum lege.
& l.sacrosanctæ.C.de episc.& cler. Ex quo dicit Ioan.
13 de Imol.vbi supra colligi posse, † quòd licet clericatus Clericatus est ordo.
sit ordo, vt est text.in cap.cum contingat.extra de æta.
& quali.ordi. Non liberatur clericus per ordinem cle-
ricatus à patria potestate, licet sit secus in ordine epi-
scopali, vt in authen.sed episcopalis dignitas.C.de epi
sco.& cleric.& in corpore vnde sumit in authē. Con-
stitutio quæ digni.& episc.liberat à patria potestate.§.
14 fin.colla.vj. † Non liberatur etiā quis per susceptio-
nem ordinis sacri à patria potestate, licet glos.voluerit
contrarium in c.indecorum.extra de ætat.& qualit.cui
contradicunt Panormitan. & Doctores, vt ibi potes
videre. Minores etiam ordines ecclesiastici sacri sunt,
sed non tantum sicut maiores qui vocantur magis sa-
cri, vt notatur per gloss. tricesimasecunda distinctio.
in summa allegata ad hoc per Io.de Imol.in repetitio
ne c.cū contingat.quadragesimasecūda charta.extra de
furdur.non tamen per hoc liberantur à patria potesta

te, vt dictum est. quod etiam tenet Bald. in dicta l. sacro
sanctę. Nam dicuntur habere peculium, quod non ha-
berent si essent sui iuris, vt dicta l. fin. C. de inoffi. testa.
15 †Subiungit tamen idem Bald. quòd licet sint in patria
potestate, hoc verũ est, quo ad temporalia: secus quo
ad beneficia ecclesiastica, & spiritualia: quia quantum
ad illa sunt sui iuris, vt in cap. si annum. extra de iudi.
lib. vj. Et si succedant cum cæteris fratribus, non con-
ferunt peculium quod habent, quod dici debet quasi
castrense, secundum eundem Bald. vbi s. & Panor. in
in dicto cap. indecorum. ¶Vult etiam Ioan. de Imol. in
dicto cap. quia nos. quòd clerici etiã in parentum po-
testate constituti possunt licite disponere, & testari de
16 omnibus bonis aduentitijs. †vnde vsusfructus illorũ
bonorum non acquiritur parẽtibus: quia illud, quod
dicitur aduentitium in laicis, dicitur castrense vel qua-
si castrense in clericis. quod tenuit ibi Hostien. & cæte-
ri Docto. qui dicunt de hoc esse casum decisum & ro-
tundum in authen. presbyteros. C. de episc. & cleric. &
videtur casus in allegato cap. quia nos. quod genera-
liter loquitur. quod sequitur Bald. in dicta l. sacrosan-
17 ctæ. ¶† In quo plus dicit Panormit. in allegato c. quia
nos. quòd testamentum clerici existentis in patria po-
testate non infirmatur propter præteritionem paren-
tum, quãuis debita portio seu legitima eis debeatur, se-
cundum quod iura disponunt, in dicta authen. presby
teros. vbi hoc tenet Bald. & hoc importat verbum, li-
bere disponere, positum in text. dicti cap. quia nos.
¶Et facit pro hoc, quia miles seculi habet hoc priuile-
gium, quòd ex præteritione dictarum personarũ non
rumpatur testamentum, vt dicta l. fin. C. de inoffic. te-
sta. & facit text. in l. de inofficioso. C. eod. titu. Fortius
debet hoc habere miles dei. & hoc aperte sentit glo. no
tabilis in authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles.
licet ibi loquatur de ingrediente religionem, tamen ra-
tio sua concernit clericos seculares. & sic potest intelli-
gi dicta authent. presbyteros. & allegat Panormit. Fre
dericum de Senis ita tenuisse in consilio sexagesimo.
hoc etiam tenet Angel. in l. prima. ff. de inoffic. testam.
18 †tenet tamen quòd in testamentis militum hodie ha-
bet locum querela, vel ius dicendi nullum propter
præteritionem vel exhæredationem, vt in authent. in
testamento. C. ad Tertul. qui etiam allegat l. Papinia-
nus. §. contra veterani. ff. de inof. testa. & hoc tenet Bar.
per §. aliud quoque capitulum. in authent. vt cum de
appel. cog. colla. viij. videte tamen circa hoc Salice. &
Docto. in dicta authen. in testamento. & Angel. Areti.
qui hoc tenet in §. fin. Institu. de testa. milit. hoc tamen
dicit Angel. de Perusio limitandum, vt fallat in clericis
testantibus de castrensibus seu quasi castrensibus, per
text. dicti authen. presbyteros. & ibi hoc tenet gl. Cleri
Clerici dicunt milites. ci enim dicuntur milites, vt notatur per glos. & Doct.
in l. miles. in princip. ff. de re iudic. Omnia tamen pri-
uilegia concessa militibus armatæ militiæ non conce-
duntur militibus celestis militię, secundum Docto. in l.
prima. ad fin. C. de iuris & fac. igno. Et idem sequitur
Ioan. de Imol. in allegato cap. quia nos. licet Iacob. Bu
trig. tenuerit contrarium in dicta l. sacrosanctæ. & non
bene secundum eum. quod procedit, vt ipse Ioan. de
Imol. dicit post Anto. de Butrio, quem allegat etiam
in clericis habentibus primam tonsuram. quod est no
tandum: quoniam illi etiam clerici appellantur, vt xxj.
distinct. cap. cleros. quod licet non inueniam tactũ, pu
19 tarem solum in clericis non coniugatis: † quoniã cle-
rici coniugati etiam cum vnica & virgine ferentes ve-
stem & tonsuram clericales, in duobus solum retinent
priuilegium clericale, quæ habentur in cap. vnico. ex-
tra de cleri. coniug. lib. vj. Et sic sit expedita hæc regula
pro illius intellectu: quia vt peculium sit apud filium,
& remaneat, scilicet profectitium de quo loquitur hęc
regula, necessaria est concessio patris, vt dicta l. quam
Tuberonis. §. sunt quidam. & §. sequẽti. & l. nõ statim.
cum similibus. & ibi notatur per Docto. supra de pe-
cul. In aduẽtitijs verò iure isto, quod per filiosfa. acqui
rebatur, etiam momento apud eos non remanebat, vt
dicta l. placet. ff. de acquir. hæred. ideo non poterant si-
bi quærere vel adipisci possessionem peculij, sed patri.
facit l. j. in prin. ff. si quis à parent. fuer. manu. Guliel-
mus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Vsurarum stipulatio illicita non vitiat stipulatio-
nem sortis.
8 Vtile per inutile quando vitietur. & vsq; ad nu. 12.
13 Vtile per inutile quando non vitietur. & numeris seq.
vsq; ad finem.
22 Actione inepte cõcepta, si ex libello possit vera actio
colligi, an valeat.

Non solent, quæ superabundant, vi tiare scripturas.

ER exempla glos. declara-
tur hæc regula. & primo per
l. vsuras. & l. placuit. ff. de
1 vsur. † vbi illicita vel supra
modũ facta stipulatio vsu-
rarum non vitiat stipulatio
nem sortis, vel vsurarum li-
citarum, & reducitur ad le-
gitimum modũ. quod pro-
cedebat secũdũ ista tẽpora Digestorum, & iure isto ci-
uili, per quod etiam hodie vsuræ non possunt exigi,
vt dictum fuit plenius in l. in ambiguis pro dotibus. s.
isto tit. nisi in casibus, & modis ibi declaratis. & in aut.
ad hæc. C. de vsur. & per totum illum tit. extra de vsur.
Cætera exempla glo. clara sunt, quæ possunt videri, &
ex dictis glos. colligi, quòd vtile per inutile non vitia-
tur. facit l. pecuniæ fœnebris. ff. de vsur. vbi dicit Salic.
hoc esse verum, vbi vtile ab inutili est separabile: secus
si non possit separari, vt l. Pedius. §. primo. ff. de arbit.
& de hoc plene per glos. quam videte & notate, quo-
niam pulchra est, vt ibi dicit Albericus in l. si sponsus.
§. generaliter. ff. de donatio. inter virum & vxo. & per
2 Cyn. & Docto. in l. sancimus. C. de donatio. † glos. ta-
men hic opponit, quòd vtile per inutile vitietur, de l.
actus legitimi. s. isto titu. & de §. proprius. Institu. qui
dare tut. pos. Et faciunt ad argumentum glo. iura dicen
tia quòd vtile per inutile vitietur, vt l. cum hi. §. si præ-
tor. ff. de transac. & dicta l. Pedius. §. primo. ff. de arbit.
& l. prima. §. item quæritur. ff. de aqua quotid. & æsti.
& l. certa ratione. C. quando prouoc. non est neces. gl.
non respondet huic oppositioni, nec in l. testamentũ.
C. de testa. vbi simile format argumentum. Salice. ibi

Vno verbo se expedit, quem quidam moderniores
sequuntur, scilicet quòd superfluitas vitiosa, quę est
contra formã actus vitiet, vt in dictis iuribus. & in
l. Græcè. §. si quis. ff. de fideiuss. aliàs secus, vt in ista
regula, cum suis cõcordantijs. vel potest dici, secun-
dum Bal. in l. Gallus. in §. quidam rectè. ff. de liberis
& posthu. in tertia oppositione, vbi dicit ꝙ si ver-
ba superflua ponantur in cõtractibus, non vitiant,
vt in ista regula. si apponãtur in legibus, quæ non
sunt regulæ, similiter non vitiant, vt l. certi condi-
ctio. §. quoniam igitur. ff. si cert. peta. vbi verò appo
nuntur in legibus, quæ procedunt per modũ regu-
læ, legislator est dignus reprehẽsione, vt fuit Gallus
reprehensus à Scæuola de superfluitate verborũ in
dicto §. quidam rectè. regula enim debet esse breuis:
quia est breuis narratio, vt l. j. &. isto tit. de brocardo
autem isto, quod hic tangit glos. summatim, tracta
tur plenius in dicto §. generaliter. per glos. & Doct.
& d. l. sancimus. C. de donat. & d. l. certi. §. quoniam
igitur. vbi Bald. colligit casus, in quibus vtile per
inutile vitiatur, & econtra casus, in quibus non vi-
3 tiatur. & ibi Alber. †Vitiatur enim vtile per inuti-
le in casibus sequentibus. Primo vbi iudex cogno-
scit de maiori summa, quàm sua sit iurisdictio: quo-
niam in summa minore pertinente ad suam iurisdi
ctionem non valebit sententia: quia instantia nõ po
test pro parte valere, & pro parte non valere, vt di-
cta l. certa ratione. C. quando prouoc. non est neces.
facit l. extra territorium. ff. de iurisd. om. iudic. aliàs
de vno iudicio plura fierent, & plures lites. quod esse
nõ debet. facit l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.
secus est in contractibus: quia illud tantum vitiatur
4 quod excedit. †Secundò vitiatur, si iudex misit ali-
quem in possessionẽ pro debito, quod erat partim
verum, & partim falsum: quia decretum iudicis est
indiuiduum. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei qui in
poss. miss. erit. facit l. in hoc iudicio. ff. famil. erciscun.
& l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. &
5 ita Bar. consultus de facto respondit. †Tertiò, si do
net aliquis bona sua pręsentia & futura, propter ad-
iectionem futurorum vitiatur donatio præsentiũ,
quæ valeret, si de præsentibus tantũ facta foret do-
natio, vel etiam si futura duntaxat fuissent donata.
Sed quando simul vtraq; donantur, non valet dona
tio, nec est ratio quare alterum istorum, plus quàm
aliud possit eligi. est enim talis donatio, vel pactum
in fraudem legum loquentium de futura successio-
ne acquirenda. l. fi. C. de pactis. cum ibi notatis per
Docto. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb.
oblig. Ideo non valet in aliquo, arg. l. si libertus mi
norem. ff. de iure patr. Idem enim factum, vt inquit
ipse Bal. non debet diuidi, arg. ff. de his quib. vt in-
dignis. l. cum qui. §. pro parte. & ff. ad Sillei. l. si quis
6 in graui. §. si quis tabulas. † Quartò, quando iudex
competens simul procedit cum incompetente, pu-
tans illum esse suum collegam in iurisdictione dele-
gata, licet faciat argumentum contra secundũ Bal.
quòd in officijs inutilis adiectio nõ vitiet. l. quidam
decedens. & l. Titium & Mæuium. in prin. à cõtra-
rio sensu. ff. de admini. tut. Nihil tamen valet quod
agitur, vt in cap. cum super. extra de offi. delega. ibi
enim duo erant delegati cum clausula, ꝙ si ambo:
vno autem recusato, alter poterat procedere solus.
sed si procedat cum recusato, non tenet processus. &
ibi iubet Panor. notari, quòd quandoq; in actis di-
7 uiduis inutile vitiat vtile, vt ibi est casus. †Quintò,
quando sunt duo arbitri, vnus habilis alter inhabi-
lis: quia forma cõpromissi non potest seruari, ideo
laudum non valet, vt dicta l. Pædius. §. j. ff. de arbit.
quia forma non debet diuidi, cum det esse rei, vt l.
Iulianus. §. sed & si quis rem deteriorem. ff. ad exhib.
& in cap. tua. extra de his quæ fiunt à prælato sine
8 consen. capi. & xij. q. ij. cap. sine exceptione. †Sextus
casus est siue sexto, quando inutile est contra natu-
ram contractus: quia tunc vitiat vtile, vt d. l. actus.
9 &. isto tit. †Septimò, quãdo adiectio fit per modum
conditionis impossibilis, vt l. nõ solum. ff. de actio.
10 & oblig. †Octauò, quando adiectio impedit cõsen-
sum partium, vt l. j. §. cum adijcit. ff. de verb. oblig.
11 †Nonò, quando resultat repugnantia iuris cõmu-
nis facta relatione vnius ad aliud, vt dicta l. Græcè.
§. illud. & hoc secundum Bal. quãdo fideiussor pro-
mittit vt fideiussor. Sed si vt principalis reus pro-
mitteret, teneret. Sed huic dicto Baldi obuiat auto-
ritas glos. magistræ in authen. de fideiuss. §. j. colla. j. Nota
quam communiter Docto. sequuntur Angel. ibi & gl. ma-
Docto. in authent. præsente. C. de fideiuss. quæ vult, gistrã.
quòd vbi fideiussor facit suũ proprium debitum,
12 non minus dicitur fideiussor. †Decimò, quãdo vti-
le non potest ab inutili separari, vt allegata l. Pæ-
dius. §. j. & l. j. §. illud. & §. Trebatius. ff. de aqua quo-
13 tidiana & æstiua. cum similibus. †Econuerso secun-
dum eundem Bal. inutilis adiectio non vitiat, vt in
ista regula, & datur exemplum in dicta l. certi. in §.
quoniam igitur. vbi inutilis stipulatio adiecta nu-
merationi pecuniæ non vitiat eam. facit l. si ita sti-
pulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verb. obl. quia,
vt inquit ipse Bal. quãdo sunt duo actus æquè prin
14 cipales, vnus non potest alterũ facere inutilẽ. †Idem
dicẽdum est, & secundo in tutore vero & falso, quia
si simul præstẽt autoritatem pupillo, autoritas falsi
tutoris non reddet inutilem autoritatem veri tuto-
15 ris, vt l. j. §. j. ff. quod fals. tut. auto. †Simile est & ter-
tio, vbi suspectus & nõ suspectus simul edunt ratio-
nes, quia creditur editioni propter fidem non su-
16 specti. †Pariter & quarto, si iudex putans se habere
iurisdictionem ex vno capite, & non habet, sed ha-
bet ex alio capite, procedat ex capite incompetẽti,
non vitiabitur processus, secundum Innocẽ. in cap.
cum ex officij. extra de præscrip. facit text. l. j. §. j. ff.
de iudicijs. vbi hoc tenet Angel. & allegat Specul.
ita tenuisse in tit. de iurisdi. omnium iudi. §. j. versic.
vltimo not. quod verũ esse dicit idem Angel. quan-
do litigantes procedunt ex capite cõpetenti. & ita
est casus in dicto §. j. secus si iudex & litigãtes simul
errarent, vt est tex. in l. si in seruum. §. si quis iudex.
17 ff. de arbit. †idem est quinto, in quocunque habente
duas potestates vel duo iura, quia semper pręsumi-
tur eligere viam habilẽ, & alia non vitiat. l. iij. ff. de
18 testa. mili. †Similiter sexto testamentum non solẽ-
ne de iure ciuili, non vitiat testamentũ solenne iure
ciuili, vt l. cum in secundo. ff. de iniusto, rupto, & ir-
19 rito testamen. † Quando etiam & septimo adiectio
tendit ad augendum, non ad infringendum, non
20 vitiat. l. cum precario. ff. de precar. † item octauo, si
iudex condemnauit in certa & taxata quantitate,

& postea subiungit, saluo quòd si esset contra statu-
tum reducatur ad formam statuti. illa adiectio non
vitiat sententiam, sed rem: quia illa clausula est con
ditionalis, & incerta, nō procedens ex iudicis certo
consensu, arg. l. qualem. & l. non distinguemus. §. de
21 officio. ff. de arbit. & l. moris. §. istę. ff. de pœnis. † Itē
nono, si adiectio facit nouum capitulum, & nō ve-
nit ad aliud capitulum qualificandū, similiter non
vitiat, vt l. quædam mulier. ff. famil. ercisc. & l. Car-
22 melia Pia. ff. de iure patro. † Finaliter & decimo, si
narratio, medium, & conclusio libelli bona sint, ta-
men actio est ineptè concepta, nō vitiat inutilis ex-
pressio actionis, secundum Innocen. in cap. exami-
nata. extra de iudic. nam tacitè ex bona narratione
concluditur actio competens. Sed Bald. in dicto §.
quoniam igitur. tenet contrariū, quia peccat in for-
ma, & aptitudine libelli, nec intelligitur tacitè pro-
poni vna actio, ex quo alia exprimitur: quia ex-
pressum facit cessare tacitum, vt l. rogasti. §. si tibi.
ff. si certum peta. & debet imputari illi, qui ineptam
actionem expressit, vt l. j. §. j. ff. si mēs. fals. mod. dix.
Item quia actio inepta expugnat conclusionem, &
vbi est repugnātia, cōtrarietas, seu impossibilitas,
vtile vitiatur per inutile, vt l. scripturæ. C. de fide
instru. & l. vbi repugnantia. ff. isto tit. videte de istis
Dy. in c. vtile. extra eod. tit. lib. vj. & Salic. in dicta
l. sancimus. C. de donatio. & iura quæ allegantur
quàm plurima. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Fideiussorum vnus soluens insolidum, quando
recuperet ab alijs.
2 Fideiussorum plura beneficia seu priuilegia. & nu-
mero 3. 4. & 5.
6 Beneficium diuisionis an fideiussor opponat post
litis contestationem.

Nemo dubitat soluendo videri eum, qui defenditur.

VNICO exemplo glos.
declarat istā regulam. Pro
1 † cuius intellectu sciendum
est, quòd si plures pro eo-
dem constituant se fideius-
sores, quilibet tenetur inso
lidum, etiam si nō dicatur.
Per beneficium tamē epi-
stolæ diui Adriani, quam
non habemus, vt dicit glos. Instit. de fideius. §. si plu
res. hic allegato in glos. quamuis de ea epistola ibi
fiat mentio. & in l. fin. C. de constit. pecu. & l. inter
fideiussores. cum l. seq. ff. de fideiusso. fit diuisio inter
eosdem fideiussores, qui sunt soluēdo tempore litis
cōtestatæ, vt sic debitum diuidatur inter eos, si sint
omnes præsentes & soluendo, vno illorum ante li-
tem contestatam illud postulante, vt dicta l. fi. C. de
cōstit. pecu. & l. si dubitetur. ff. de fideius. & per illius
epistolæ beneficium, si vnus ex pluribus fideiussori-
bus, qui est soluēdo, soluat insolidū, recuperare po-
test à confideiussoribus: facta autē diuisione ex epi-
stola diui Adriani non tenentur pro illo, qui nō est
soluendo, sed si non opponant de dicto beneficio,
& soluant insolidum, sibi debent imputare, vt hæc
probantur in dict. §. si plures. vbi hoc declarat An-
gelus Aret. & Ioan. de Imol. post glos. in cap. perue-
nit. extra de fideius. Vbi autem vnus cum pluribus
alijs fideiussit pro aliquo, dicitur esse soluēdo, si ha-
bet defensorē, vt dicit ista regula, quæ sic explana-
tur per glos. quod si Titius fideiussit cum alijs, & Seius
eum defendit cum fideiussione iudicatum solui, vi-
detur soluendo quo ad creditorem, qui à defensore
vel fideiussore est exacturus, quod sibi debetur, &
ideo Titius potest opponere beneficiū epistolæ di-
ui Adriani, vt iuribus superius allegatis. & hæc est
2 declaratio glos. super hac regula. † Et sic potest col-
ligi, quòd si plures fideiusserint pro vno habēt ali-
qua beneficia iuris. Vnum est, quòd prius cōuenia-
tur principalis præsens, quàm fideiussor, vt in au-
then. præsente. C. de fideius. & in authen. eodem tit.
3 §. j. collat. j. Aliud est beneficium diuisionis ex epi-
stola diui Adriani, de quo suprà dictū est, quod ve
dicit Ioan. de Imola in dicto c. peruenit. fallit inter-
dum fauore pupillorum, vt l. fi. ff. rem pupil. sal. fo.
4 vbi est tex. elegans & notandus. † Habet etiam fide-
iussor tertium beneficium, videlicet cedendarum
actionum, vt l. fideiussoribus. l. Modestinus. & l. vt
fideiussor. ff. de fideiusso. nam fideiussor soluens vel
volens soluere creditori, potest ab eo petere, quòd
sibi cedat actiones, quas habet contra principalem
creditorem, vt dictis iuribus. Et dicta authent. præ-
sente. in fi. vbi per Cy. & Docto. & plenius per Bar.
5 in l. si stipulatus. §. j. ff. de fideius. † Item etiam potest
petere cessionem actionum contra cōfideiussorem,
aliàs potest recusare, ne soluat creditori. quod tamē
patitur fallentias positas per Bar. in dicta l. si stipu-
6 latus. §. j. † Est præterea hic aduertendum ad illud,
quod dictum est, beneficium diuisionis cōpetens fi-
deiussoribus ex epistola diui Adriani debere oppo
ni ante litem contesta. vel tempore litis contestatæ.
quod videtur tenere Cy. in l. exceptionē. C. de pro-
batio. & in dicta authen. præsente. quoniam Barto.
tenuit contrarium in dicta l. si dubitetur. cuius opi-
nionem Ioā. de Imol. vbi suprà dicit esse veriorem,
per l. fideiussor. aliàs, si fideiussor. C. de fideiusso. vbi
tex. innuit, quòd possit opponi quandocunque ante
sententiam. & illam tenuit Dy. quem ibi recitat &
sequitur Ioan. Fab. & hoc etiam ibi tenet gl. & Sali.
videte plenius Ioan. de Imol. in dicta l. si dubitetur.
vbi etiā disputando recitat opiniones, An post sen
tentiam in exequutione possit opponi. quod tenuit
glos. in dicta l. fideiussor. & ibi Iaco. Butrig. sed ipse
Ioan. de Imol. tenet cōmunem esse opinionem con-
tra glos. & Iacob. prædictum, quia dicta exceptio
impugnat sententiam, & illam perimit, ideo si fuit
omissa ante cōdemnationem, postea non est admit-
tenda, vt l. si plures. & l. inter reos. §. penult. ff. de fi-
deiussorib. istis tamen exceptionibus consueuerunt
notarij apponere renuntiationes in suis instrumen-
tis, quę conficiunt inter partes, apponendo clausu-
lam, & renuntiauerunt dicti fideiussores beneficio
authenti. præsente. siue legi de principali prius con
ueniendo, beneficio epistolæ diui Adriani, & bene-
ficio cedendarum: imò si aliqui obligant se, vt duo
eei

rei renuntiant beneficio de duobus reis, circa quæ
videte practicam Specul. in titul. de renuntiatione
& conclusione. §.j. versu, & quoniam. Gulielmus
Msynerius legum Doctor.

Summarium.

1 ☞Disputare cum principe, de quibus liceat.
2 Rescriptum principis in dubio reducitur ad ius cō-
mune.
3 Papa potest interpretari suum rescriptū parte ab-
sente.
4 Interpretatio quid importet.
5 Prætoriæ stipulationis ambiguitatem interpreta-
tur prætor.
6 Actori plus fauetur, quàm reo in præparatorijs
causæ.
7 Testatoris verbis interpretandis, quid obseruandū.
& nume. 8. & 9.
10 Interpretatio ambigui qualiter in iudicijs faciēda.
11 Libellus generalis vel ambiguus peti debet decla-
rari.
12 Probatio ambigua vel obscura debet interpretari
contra probantem.
13 Testis in iudicio dictum suum & declarare, & cor-
rigere potest.
14 Interpretatio in contractibus, quando fiat contra
proferentem. & nume. 15.
16 Disiunctiua quando resoluatur in copulatiuam.

In ambiguis orationibus maximè sententia spectanda est eius, qui eas protulisset.

PRIMVM exemplum
verificationis huius regu-
læ secundum glos. est in re-
scriptis principis, per l. Ne
ratius. in fin. isto tit. & hoc
est quod voluit Innocē. &
post eum Docto. in c. cum
ecclesiasticæ. extra de exce-
ptio. vbi dicit, quòd rescri-
ptum sumit vires ab intellectu rescribētis. quod re-
citat & sequitur Bal. in l. j. ff. de constit. principum.
facit tex. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. & l. ex fa-
cto. ff. de vulga. & pupilla. substit. & l. fin. C. de legi.
& tex. in cap. licet. extra de offi. ordi. & cap. ex mul-
tiplici. de decimis. & cap. in his. de verborum signi.
eius enim est interpretari, cuius & condere, vt dicta
l. fin. & maximè hoc procedit, quia vt dicit idē Bal.
1 in allegata l. j. †cum principe non est licitum dispu-
tare de potentia, vt ibi, sed de scientia, & voluntate.
de scientia, quia etiam quandoq; errat, vt notatur
per glos. in l. ij. ff. de supel. lega. & glos. xxiij. distin.
cap. præterea. & notat Bal. in l. præscriptione. C. si
contra ius vel vtili. public. vbi tamen est ambigua
eius voluntas, ad ipsum debet recurri pro declara-
tione suæ intentionis, vt in ista regula, cum cōcor-
dantijs. Nulla tamen, vt dicit idem Bal. in allegata
l. j. fit iniuria principi, si bonus & æquus reputetur:
quia per ista duo nomina sua maiestas conseruatur
in esse, vt in dicta l. ex facto. videte tamen Bald. in l.
si duas. in princip. ff. de excusat. tut. vbi addit, quòd
licet princeps habeat absolutam potestatem, tamen
vbi dubitatur de eius volūtate, recurri debet ad ius
commune. quod intelligi debet, nisi ipse princeps
aliter suam declararet voluntatem: qua declarata
secundum bonum & æquum, vt dictum est, illi sta-
bitur: quia tūc quicquid principi placet, habet vi-
gorem legis, vt dict. l. j. & in §. sed & quod principi.
Instit. de iure natu. gen. & ciui. Cessante autem eius
declaratione Panor. in cap. causam. extra de rescrip.
2 in primo notabili, eleganter colligit, †quòd rescri-
ptum principis in dubio reducitur ad ius commu-
ne, etiam si sit necesse cum impropriatione verbo-
rum, & transpositione clausularum. cuius rationem
reddit: quia rescriptum conceditur ad iuris obser-
uantiam, nec debet contrariari iuri: quia aliàs esset
priuilegium, vt notabiliter dicit glos. super verbo,
noscatur. in cap. j. extra de constit. libro vj. notatur
per Cy. & Docto. in l. rescripta. C. de preci. impera.
offe. Ideo vt rescriptum non operetur contra suam
naturam, debet intelligi taliter, quòd nō obuiet iu-
ri communi. quod intelligendum est, quando ver-
ba hoc patiuntur: quia cessante ambiguitate cessat
interpretatio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de le-
gatis. iij. Et notate vnum, secundum eundē Panor.
3 quòd † Papa potest interpretari suum rescriptum
sine citatione partis, & ea absente, vt notatur per
Innocen. in cap. olim. extra de verborum significat.
& ita etiam potest decernere nullitatem actus pro-
uenientem accessoriè ex inepta interpretatione re-
scripti. Illud etiam, quod dictum est superius in re- Limi-
scriptis principis, procedit, secundum glo. hic, in le- tatio.
gibus condendis. ad quod allegat l. fi. C. de legib. fa-
4 cit l. j. eodem titul. vbi dicit Salice. †quòd interpre-
tatio est expositio verbi vel declaratio, vt l. j. §. fin.
in fin. ff. de verborum oblig. & operatur multa, quia
declarat, mediat, statuit, transfert, dictat, corrigit &
extendit. & istis modis sumitur in dicta l. j. quorum
effectuum aliqui ponuntur per glos. ij. in l. j. ff. de ori
gine iuris. & aliqui ponuntur in l. j. §. qui operas. ff.
ad Tertullianum senatusconsultum. vt dictum fuit
in l. fraudis. ō. isto titul. Addit post glos. Bal. in dicta
5 l. fin. †quòd pro generali lege condenda & interpre
tanda recurri debet ad principem illius cōditorem,
& in interpretatione canonis ad Papam, & legis ci
uilis ad Imperatorem, quod nō est restringendum,
vt dicit idem Bal. ad personā, sed ad officium. nam
Imperator, qui nunc est, potest interpretari legem
præcedentium Imperatorum: quia gerit idem offi-
cium. licet in alia materia interpretatio possit re-
stringi ad personam, vt in hac regula. facit l. idem
Pomponius. §. fin. cum ibi notatis. ff. de rei vendic.
6 †Similiter dicit Bald. in allegata l. si duas. in princ.
super verbo, qui creauit. ff. de excusa. tuto. quòd du-
bium oriens ex facto iudicis, debet per eum inter-
pretari & declarari, per illum text. facit quod nota-
tur per glos. & Salic. in dicta l. j. C. de legi. & l. acto-
rum. l. Paulus. in prima. & l. iudex. ff. de re iudicata.
Exemplum etiam ponit huius regulæ, ista glos. in
7 testamētis, †in quibus, si verba testatoris clara sint,
ab eis non est recedendū: sed vbi sunt ambigua, in-
spiciendum est quid senserit testator, vt l. nō aliter.

& l.librorum.§.quod autem Casſius. ff.de legat.iij.
& l.in conditionibus primnm locum.& l.pater Se-
uerinam.§.conditionum. ff.de condit.& demonſtr.
vbi enim certum eſt,quid voluerit teſtator,eius vo
luntas ſeruanda eſt, vt dictis iuribus.& l.penulti.ff.
de legat.j.& ibi bona gloſ. & l.cum proponebatur.
de legat.ij.& l.xj.§.item ſi quis.ff.de lega.iij.& l.hæ
redes mei.§.fi.ff.ad Trebellianum.& ideo dicit tex.
in l.cum quæſtio.in fin. C.de legat. quòd teſtatoris
voluntas, quando legitima eſt, dominatur, nec re-
linquitur interpretanda vbi certa eſt. Facit l.pedi-
culis.§.argento.ff.de auro & argento legat.& ita di
cit Bald.in l.voluntatis.C.de fideicommiſ. Si verò
ſit incerta vel dubia,ita quòd dubium eſt quid ſen-
ſerit teſtator, tunc ſi lege interpretetur,ſtandum eſt
legis interpretationi,vt l.ſi pater.ff.de hæred.inſtit.
vel ſi hęres ex diſpoſitione legis habet declarare,ſta
bitur illius declarationi, vt l.hæredes. §.ſi incerto.
ff.famil.erciſcun. & l.ſi quis à filio. §.ſi quis plures.
ff.de legat.j. lege vero de hoc nihil diſponēte recur-
ri debet ad iudicem,vt dicta l.voluntatis. & l.quæ-
ſitum. §.ſed & idem Pomponius.in fin. ff.de fundo
inſtruct.ſecundum Iacobum de Are.ad hoc allega-
tum per Bald.in dicta l.voluntatis.qui iudex inter-
pretabitur voluntatem teſtatoris ex coniecturis.l.
cum in teſtamento.ff.de rebus dub.verſabiturq́ iu-
dicis conſideratio circa cōſuetudinem loquendi te-
ſtatoris,conſuetudinem regionis,dignitatem lega-
tarij,affectionē teſtatoris,& neceſsitudinem ſeu con
iunctionem parētelæ,& ſeriem atq; vicinitatē ſcri-
pturarum tam præcedētium, quàm ſequentium in
teſtamento,vt hæc omnia probātur in text.& gloſ.
l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de lega.j. & dicto §.quod
autem Caſsius.& dicta l.cum in teſtamēto. & notat
Bar.in allegata l.non aliter. & Salice.in dicta l.vo-
8 luntatis.†Sed vbi ex dictis coniecturis voluntas te-
ſtatoris nō poteſt declarari,recurri debet ad verbo-
rum propriam ſignificationē,vt allegata l.non ali-
ter.Sed ſi ſignificatio verbi ſit multiplex,vna pro-
pria,alia impropria,ſtandum eſt propriæ ſignifica
tioni,ſecundum Bart.vbi ſuprà,qui ad hoc allegat
9 l.j.§.ſi is qui nauem.ff.de exercito.†Sed ſi vtraq; ſi-
gnificatio verbi ſit propria,accipiendum eſt illud,
quod eſt minimum,vt l.apud Iulianū. §.Seio.ff.de
legat.j.& l.qui concubinam. §.cum ita.& l.numis.
ff.de legat.iij. Fallit tamen hoc fauore religionis,& — Fallentia.
eccleſiæ, vbi ſumetur maius,vt eſt tex.bene notan-
dus in l.Titia.§.Seia.ff.de auro & argento legat.ſed
ſi non apparet quod ſit minimum, diſpoſitio nihil
valebit,vt l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamen.tutel.& l.
ſi quis de pluribus.& l.ſi fuerit.ff.de rebus dubijs.ſe-
cundum Docto.in dicta l.voluntatis.Idem dici de-
bet,ſecundum Bart.in dicta l.non aliter. quando te-
ſtator errauit in nomine appellatiuo, vt l.iiij.ff.de
legat.j.Hoc tamen tenēdum eſt,quòd mens vltimæ
voluntatis intelligi debet ſecundum intentionē di-
ſponentis,vt in iſta regula,ſecundum pręfatū exem
plum gloſ. Ad quod facit l.ex verbis. C.de donat.
inter virum & vxorem.Aliud exemplum pro decla
ratione huius regulæ ponit hic gloſ. de l.in præto-
rijs.ff.de præto.ſtipul. vbi ambiguus ſermo præto-
riæ ſtipulationis debet interpretari per pręторē:ver
bi gratia,ſecundum Angel.ibi allegatum per Ioan.
de Imola,ſi quis promiſit aliquem ſiſtere in iudicio
die quinta Ianuarij,& promiſſor dicat ſe intellexiſ-
ſe de die quinta exeunte,non autē inchoante Ianua-
rio,hoc pertinet ad interpretationem prætoris.vbi
gloſ.allegat ad hoc iſtam regulam.& ibi dicit idem
de Imola,quòd circa præparatoria cauſę prætor fa
uet actori,ſed circa deciſoria fauere debet ſecūdum
10 quod ſuadet æquitas.†Vltra gloſ.dicit,quòd in iu-
dicijs interpretando intentionem ambiguam faue-
tur proferenti,vt l.ſi quis intentione ambigua.ff.de
iudicijs.vbi poſt gloſ. dicit Angel.illam legem eſſe
intelligendā dupliciter.primo,vt loquatur in acto-
re dum loquitur de intentione:ſecundo in reo, dum
ponit de oratione.& hunc ſecundum intellectum di
cit eſſe bonum,ex quo colligit,quòd quando exce-
ptio propoſita per reum eſt ambigua,pro eo eſt in
dubio interpretanda. Subiungit tamen, quòd cau-
tus debet eſſe reus proponens exceptionem,vt aptè
illam proponat:aliàs ſuccumberet,vt ff.de flumi.&
ne quid in flumi.publi.l.j. §.Labeo.vbi Barto.& in
l.j.ff.de except.not.Specul.titul.de exceptio.§.viſo.
circa principium.Et habetur in Clemen.fin. in ter-
tia gloſ.extra de appellat.& in cap.pia. extra de ex-
ceptio.lib.vj.Aliud enim eſt,exceptionem eſſe am-
biguam, aliud ineptam. dicit tamen Ioan.de Imola
in dicta Clement.fin. eſſe conſiliū, quòd iudex non
ſtatim repellat exceptionem, eò q; generaliter pro-
ponatur : quia ſufficit eā ſpecificari in probationi-
bus,niſi pars aduerſa opponat eam non eſſe admit-
tendam propter ineptam generalitatē.ad quod alle
gat no. per gl.in c.ex inſinuatione.extra de procur.
11 & tex.in cap.in præſentia.extra de probat. †Alius
intellectus eſt dictæ l.ſi quis intentione ambigua.q;
tota loquatur in actore.quem intellectum dicit An-
gelus eſſe veriſsimum. Addit tamen , quòd ſtultus
eſt ille, cōtra quem producitur libellus actoris am-
biguus & trahibilis ad plures ſenſus , ſi illum reci-
pit,nec petit declarari. Eodem modo, ſi actor ſim-
pliciter petit fieri iuſtitiam in rebus,quas dicit ſibi
ablatas per reum ,talis libellus non eſt recipiendus,
ſi petatur declarari in c.cum dilectus.extra de ordi.
cogni.Idem ſi dicat actor ſe vim paſſum,quia de vi
armata & non armata poteſt intelligi : ideo cautè
facit reus, ſi petat declarari:aliàs quæcunq; violen-
tia probetur,poteſt reus condemnari,vt in dicto c.
cum dilectus.& ibi per Innocē.quamuis probatio-
nibus exiſtentibus ambiguis deberet cōdemnari de
inermi, vt l.ſi præſes. ff.de pœnis. Et concludi po-
teſt generaliter, ſecundum Angel. & Docto. quòd
vbicunq; aduerſarij intentio eſt ambigua, auditur
aduerſarius,ſi petat declarari,ne ita obſcurè loquēs
poſsit variare cum alieno diſcrimine, vt l.prætor
edixit.ff.de iniurijs.& l.de ætate. §.nihil intereſt. ff.
de interrog.actio.Facit quod notatur in l.fin.C.de
anna.excep.vbi libellus incertus toleratur,niſi reus
petat illum declarari,qui tunc eſt declarādus,quan-
do petitur,ſecundum Bal. Sali.& Docto.ibi,vel in
probationibus debet declarari,ſi non petatur decla
ratio ante litem conteſtatam.Ad quod allegat Bal.
gloſ.notabilem in l.j.§.ſi quis argentum.ff.depoſiti.
dicit tamen ipſe Bald.in l.certi condictio. in princ.
ff.ſi certum petat. quòd illa probatio debet eſſe ſu-
per illis, quæ poſſunt in ſilo libello cōprehendi de

natura

natura petitionis, vt dicta l.si quis intentione ambigua. sed ea, quæ non pertinent ad naturam petitionis, non includuntur. l.non possumus. ff.si pars hæred.pet. & l.fundus. ff.cōmuni diui. & aliàs probatio super illis facta non valeret, & esset impertinens, tanquam facta lite non contestata. l.si quis libertatem. §.fin. ff.de peti.hæredit. sicut non releuat apta probatio, quādo petitio est inepta, vt notatur per Ioan. Andr. in nouella in cap.examinata. extra de iudicijs. Potest autem incertitudo, vel ambiguitas nasci ex multis, de quibus videte notabilem, & bonam glos. & ibi Doct. in l.quoties in stipulationibus. ff.de verborum oblig. quam declarat Angel. per exempla in dicta l.si quis intentione ambigua. vbi notabiliter dicit Bal. in prima quæstione, quòd si libellus actoris vel positio est specialis, responsio vero rei est indefinita, & ambigua, non valet: verbi gratia, actor ponit rem, quam petit, ad se iure domini pertinere: respondet reus ad actorem pertinere, nec adiecit qualiter, scilicet an iure dominij, vel aliter, nō stabitur dictæ l.si quis intētione. & ita etiam tenet ibi Bar. quia respōsio videtur certa per responsionem ad formā interrogationis, vt l.si defensor. ff.de interrog.actio. facit ad hoc, quia responsio debet fieri secundum interrogata, vt l.si duo patroni. §.quis. ff.de iureiurando. & instit.de inutil.stipul. §. præterea. aliàs est impertinens, secundum Bald. in l.fin. C.de senten.pas. & restit. facit quod notatur in l.fin. in princip. ff.de condi.indebiti. in obiectione, quæ ibi fit contra Scæuolam. Ad idem facit quod notatur in l.& si sinc. §.sed quod Papinianus. ff.de minorib. Vnum in istis venit præcipuè notādum, quòd in probationibus ambiguis non procederet

12 ista regula, † quia probatio ambigua vel obscura debet interpretari cōtra probantem, vt notatur in cap.in præsentia. extra de probatio. & ibi Doct. quam glos. Bald. dicit esse singularem in l.quoties. §.si quis ita. ff.de hæredib.instituen. sed illi glos. date duas socias, vnam. iij. quæstio. iij. cap.in testibus. & aliam in cap.contra eum. extra eodem titul. lib.vj.

13 Hoc tamen verum est, † quòd testis potest in iudicio suum dictum declarare & corrigere, vt in cap. cum clamor. extra de testib. & cap.præterea. extra de testib.cogē. notat Albericus in dicta l.si quis intentione ambigua. Quod tamen debet intelligi, si testis statim redeat, non autē si longo post tempore vellet variare, & suam depositionem corrigere, vt notat idem Albericus in l.Imperator. ff.de statu hominum. & Angel. consilio ccxv. quia præsumeretur subornatio, vt notant domini de Rota in nouis decisionibus decisione ccxcij. Facit quod habetur in Clement. ij. extra de probationi. & in l.per hanc. C.de tempo.appellat. vnusquisq; enim suo verbo debet acquiescere, vt notatur per Bal. & Salice. in l. generaliter. C.de non nume.pecu. Ideo quamuis testis ex interuallo dicat se falsum testimoniū dixisse, sibi non creditur, sed statur primo dicto, vt ibi notant prædicti Doct. & ipse Bal. in l.ea quæ. C.cōmi. epist.program. & ipse in authent. si dicatur. C.de testibus. & Albericus in l.ij. C.de fide instrumen. & in l.qui falsa. ff.de testibus. & Barto. in l.si quis in grauí. §.j. ff.ad Sillelanum senatusconsultum. facit cap. sicut. extra de testibus. cum ibi notatis. & per glos. in cap.cum causam. & cap.veniens. extra illo titul. & per Specul. titul. de teste. §.j. versu, quid si idem

14 testis. & versu sequenti. † Deinde glos. hic opponit contra istam regulam, quia obscura oratio vel pactio interpretatur contra proferentem, vel cōtra illum, qui habetur pro proferēte, vt l.veteribus. ff.de pactis. Facit l.Labeo. ff.de cōtrahen.emp. cum similibus. Vt ponit Albericus exemplum in dicta l.veteribus. venditor equi dixit emptori, quòd ille equus non ascendebat arbores, & erat verum, quòd non ascendebat pontem ligneum, fit interpretatio contra venditorem, vt notatur per glos. xxij. quæstio. ij. cap.nec artificioso. vbi Archidia. ad hoc allegat d. l. veteribus. vel vt dicit idem Alberic. dans aliud exemplum, vēditor equi dixit, quòd fortiter rodebat, & erat verum, quòd mordebat, cōtra venditorem est interpretandū, qui artificioso est vsus mendacio, & sic non fit interpretatio secundum sententiam proferentis, sed contra eam. glos. respondet, quòd hæc regula non habet locum in cōtractibus, in quibus debet attendi in cuius fauorem sit pactum, vel conuentio, quia in illius odium fit interpretatio in ambiguis, quia, vt dicit Albericus, ille habetur pro proferente, siue sit venditor, siue emptor, vt l.cum manu sata. ff.de cōtrahen.emp. cum similibus. Quia in eius potestate fuit clarius verba proferre & declarare intentionem. Quandoq; tamen incertitudo in illis statim recipit declarationem à lege, vt l.si ita. & l.si in emptione. in princip. ff.de contrahen.emp. quia in alternatiuis rerum est electio debitoris, vt l. plerunq;. §.fin. ff.de iure dotium. & l.iij. in princip. & §.j. aliàs est l.ij. §.Scæuola. ff.de eo quod certo loc.

Equus non ascendit arbores.

Equus fortiter rodit.

15 † Tamen circa obscuritatem vel ambiguitatē, quæ occurrit in contractibus potest distingui, secundum Albericum in dicta l.veteribus. quòd aut occurrit circa personas, & regulariter vitiatur cōtractus, vt l.item si seruus. §.fin. cum l.sequenti. & l.sed si sibi. ff.de stipul.seruo. Fallit tamen quando lex declarat, vt quando facit alterū haberi pro adiecto, vt l.eum qui ita. §.qui sibi. ff.de verborum oblig. vel quando disiunctiua conuertitur in copulatiuam, vt l.cum quidam. C.de verborum signific. per quam legem Ioan. de Imol. in dicta l.item si seruus. §.fin. dicit tex. dicti §.final. & textus legum sequentium esse correctos: quia disiunctiua posita inter personas honoratas, etiam in contractibus, resoluitur in copulatiuam, vt in dicta l.cum quidā. in fi. Circa quas personas attendi debet, quòd etiam in testamentis, si personæ honorentur per testatorem, inter quas cadit ordo charitatis & affectionis, primo nominatæ personæ primo vocantur, vt l.cum pater. §.penult. ff. de legat.ij. & l.si quis seruum. §.certam. eodem titul. & l.quoties. ff.de vsufruct. & l.hæredes mei. §.j. ff.ad Trebellianum. & quod habetur in l.Gallus. §.j. ff.de liberis & posthumis. & l.qui soluendo non erat seruum. ff.de hæredibus institué. quia ordo verborum describit ordinem intellectus, vt in cap.in Christo pater. de consecra. distinct.ij. & dicta l.quoties. ff.de

16 vsufruct. & l.j. ff.de albo scriben. † Illud autē quod dictum est, disiunctiuam positam inter personas resolui in coniunctiuam, procedit inter personas honoratas: secus inter personas oneratas siue grauatas: quia tunc disiunctiua stat in propria significa-

Fallentia.

tione, vt l.si ex toto.§.j.ff.de leg.j. Fallit tamen hoc vltimum fauore pupillorum, vt in dict.l.cum quidam.vt est quando disiunctiua ponitur inter personas tutorum grauatas: quia tunc resoluitur in coniunctiuam, vt vtraq; persona etiam disiunctiuè nominata oneretur onere subsidiandæ tutelæ. & hoc secundum Bal.& Salice.in dicta l.cum quidam.ideo est, quia tutela principalius respicit honorẽ, quàm onus, propter cognitionem administrationis, vt l.testamento centurio.§.j.ff.de manu.testamen. Tutela enim est vis, & potestas in capite libero, vt Instit. de tutel.§.j. Docto.verò post gl.in dicta l.cum quidam.dicunt prædicta vera, scilicet quòd alternatiua posita inter personas resoluitur in coniunctiuam, quando inter ipsas personas est par affectio, & illæ personæ pro personis cõsiderantur. si autem considerarentur vt res, vel essent loco rerũ, vt sunt serui, tunc disiunctiua remaneret in sua natura, vt l.statu liberum.§.j.ff.de legat.j. Idem esset vbi personæ pro personis acciperentur, sed disponens seu proferens vellet disiunctiuã in sua natura remanere: quia tunc non resoluitur in cõiunctiuam, vt quia testator dedisset electionem hæredi soluendi legatũ cui vellet, vt l.si Titio.in secunda. ff.de legat.ij. Simile est vbi resoluendo disiunctiuam in coniunctiuam dispositio remaneret inutilis, & vitiosa, vt l.fundus ille. ff. de contrahend.empt. & dicta l.eum qui. §.qui sibi. ff.de verborum obligat.& authenti.si quando.C.de constit.pecu. Si autem ambiguitas sit circa verba, & possit haberi intelligentia, secundum vnum intellectum ille seruandus est. l.eum qui Calendis. & dicta l.quoties in ambiguis. ff.de verborum oblig. & de hac materia videte plenius Ioan.And.& Doctores in cap.in obscuris.& cap.contra eum.eodem titul.libr.vj. Innocen.Compostellanum & Docto. in dicto c.causam.extra de rescrip.& hæc sufficiant super ista regula. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Fiscus quid.
2 Procurator fisci & procurator cameræ idem est.
3 Respublica sumitur tribus modis.
4 Respublica propriè pro Romanorum statu, seu dominio sumitur.
5 Respublica quandoq; pro cuiusuis ciuitatis, aut municipij statu accipitur.
6 Fiscum non habent singulæ ciuitates nec episcopi.
7 Episcopi ideo fiscum non habent, quia eorum camera tacitam hypothecã, veluti fiscus, non habet.
8 Episcopi quare dicantur habere fiscum.
9 Fiscus in quibus habeat ius.
10 Deportati conditio, & in quo differat à relegato.
11 Deportatus ideo intestabilis dicitur, quòd testari seu testamentum condere nequit.
12 Deportati non perdunt ius capiendi alimenta, quæ testamento sibi relinquuntur.
13 Deportatus habetur pro mortuo ciuiliter, nisi in casu.
14 Mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus expressis.
15 Deportatus non perdit facultatem eligendi, cui hæreditatem fideicommisso relictam restituat.
16 Deportati bona intelliguntur tacitè publicata, si acceptet fiscus.
17 Relegati bona non confiscantur.
18 Deportati bona fisci sunt, si illa acceptauerit, sin autem deportati remanebunt, aut ipsius hæredis.
19 Deportati bona quando non confiscantur.
20 Deportati & relegati differentia.
21 Deportare qui possint.
22 Præses prouinciæ an possit deportare.
23 Banniti an æquiparentur deportatis vel relegatis.
24 Banniti nostri temporis, qua ratione neq; deportatis neq; relegatis valeant comparari.
25 Excommunicati & banniti in quibus assimilentur & differant.
26 Iudex potest bannitum vel excommunicatum repellere nemine excipiente.
27 Relegari potest quis respectu certi loci, excommunicatus autem alicubi, censetur vbiq; excommunicatus.
28 Appellatio suspendit sententiam deportationis & relegationis, non autem excommunicationis.
29 Excommunicatio quare non suspendatur per appellationem sicut aliæ sententiæ.& nu.30.& 31.
32 Excommunicationis denuntiatio quãdo impediatur per appellationem.
33 Arbitrator an esse possit excõmunicatus & deportatus.& nume.34.
35 Arbitramentum potest ferri die feriata in honorem Dei, sed non arbitrium.
36 Monasterium an teneatur acceptare bona ingressi religionem, & satisfacere creditoribus.
37 Bonorum confiscatio iure veteri inducta, an habeat hodie locum.

Ea sola deportationis sentẽtia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

R O aliquali intelligẽtia & declaratione terminorũ huius regulæ, cum sua glo. videndũ est quid sit fiscus, quid deportatio, & quid re
1 legatio. †Quid autẽ sit fiscus, dicitur super rubrica per gl.C.de iure fisci.lib.x. & per glos.in l.in prouincijs.C.de numera.& actua.lib.xij.& per Bald.super rubrica. C.de priuileg.fisci.dicitur enim ibi saccus Cæsaris vel Regis, aut Reipublicæ vel marsupium: aliàs camera Imperialis, quod vt post Bartol.dicit Iacob.Rebuf. in dicta rubrica, de iure fisci, intelligi potest pro loco vbi est domus, quæ vocatur camera fisci, sic quòd loquendo propriè dicitur camera Imperialis, quicquid ad eius commodum pecuniarium pertinet. l.sed Celsus.in princip. ff.de contrahenda empt.vbi vocatur pecunia populi, vel Reipublicæ: quoniam, vt dicit glos. in allegata l.in prouincijs. ab initio dicebatur arca fiscalis populi Romani, vt ibi reponerent pecuniam, quam recipiebant de tributis: & vbi crescente Imperio, non sufficiebat arca, bursa, vel marsupium, ad fiscum, id est, ad saccum perueniebat, & inde ad domum,

quæ

quæ ærarium vocabatur, ab ære ibi reposito, quod
æs sumitur pro omni pecunia, vt l.j.C.si cert.peta.
& l.æris alieni.C.de dona.& l.ob æs alienum.C.de
action.& obligatio.& l.cedere diem.§.æs alienum.
ß.ti.proximo.& appellatione domus, vel cameræ,
aut ærarij Imperialis magis pecuniarium commo-
dum ibi cõtentum, vel repositũ intelligitur, quàm
locus, sicut de mensa domini dicimus significari
magis negotiationem, quàm locum, vbi mensa re-
ponitur, vt l.cum pater.§.mensę.ff.de lega.ij.& l.fi.
ff.de institoria. & secundum Bart. & Iacob.Rebuf.
2 super dicta rubrica. C. de iure fisci. † Ex his colli-
gi potest, quòd idem est dicere procurator fisci, &
procurator cameræ.& ita loquitur curia Romana,
& etiam curia Franciæ, habẽs cameram computo-
rum. Ad quod facit id, quod habetur in titu.de pa.
iura.fir.§.si quis verò temerarium.ibi, cameræ no-
stræ. & in l.instar.ij. C.de iure fisci. libro x.Et hæc
3 concordant in nomine fisci, & reipublicæ.†Sumi-
tur enim respublica aliquibus modis. Primò, in-
quantum concernit totum vniuersale Imperium,
& tunc est verũ, quòd fiscus & respublica sunt idẽ,
vt in dicto titu.de iure fisci. nam posito fisco, poni
tur respublica, non tamen econtra: sicut posito ho-
mine, ponitur animal, non econtra. ita debet in-
telligi glos. dictæ rubricæ. C.de iure fisci.& text.&
glos.in l.non est ambigendum.ff.de bono.posses.&
l.inter publica. §.j.ẽ.titu.proximo. facit quod ha-
betur in l.ij.in principio.& l.fiscus.in quęstione.cũ
4 ibi notatis.ff.de iure fisci.†Secundò, sumitur respu
blica, pro republica Romanorum, prout erat illo
tẽpore, quo imperiũ vniuersale erat apud rempu-
blicam illã ciuitatis Romanæ, & tunc etiam fiscus
& respublica idem supponebant: quia populus Ro
manus habebat fiscum & ius confiscandi, ac domi-
nabatur omnibus nationibus, vt C.de Iustiniano
Cod.confir. in princip. Si verò luquamur de repu-
blica Romanorũ post translationem imperij, quã
fecit populus Romanus in imperatorem, vt l.j.ff.
de consti.princip.& l.vnica.ff.de offi. præfect.præ-
to.ibi, regimentis reipublicæ, &c. & Institu.de iure
natu.gen.& ciui.§.sed & quod principi. debet intel
ligi de iuribus nunc competentibus illi ciuitati Ro
manæ intra territorium suum. & vt dicit Bartol.
super dict.rubrica.C.de iure fisci.adhuc idem esset,
respublica & fiscus, argumento.l.sciendum.ff.de le-
gatio.in principio.& l.simile. ff.ad municip.& ibi
5 glos.†Potest etiam sumi respublica, pro republica
cuiuslibet ciuitatis, vel cuiuslibet municipij, iuxta
notata in authent.de hæred.& falcid. in principio.
collat. j.super verbo, totius reipublicæ. & tunc nõ
est idem cum fisco, quod apparet ex diuersitate ti-
tulorum.C.de iure fisci. & de bonis vacantib. libr.
x.& C.de iur.reipub.libro xj.Quælibet enim ciui-
tas præter Romanam & Constantinopolitanam,
vtuntur iure priuati, vt habetur in l.metum.§.ani-
maduertendum.ff.quod met.caus.Quædam tamen
ciuitates in Lombardia habent merum & mistum
Imperium, ex cõstitutione Frederici Imperatoris,
de quo in authent.de defenso.ciuit.§.iusiurandum.
in fine magnæ glos.collatio.iij.& notatur per Bar-
tol.recitatum per Iacobum Rebuf.in rubrica dicto
6 titu. C. de iure reipubl. †Fiscum tamen non habẽt
aliæ ciuitates, vel municipia, vt l.j.C.de bonis va-
cantib. libro x. licet habeant bursam communem,
vt l.j.§.quibus.ff.quod cuiusq; vni.no.& etiã quas-
dam prærogatiuas & priuilegia, vt notat Baldus
7 super dicta rubrica.C.de priuileg.fisci.†Vbi etiam
dicit, quòd Episcopi non habent fiscum, quia eorũ
camera non habet tacitã hypothecam, sicut fiscus,
cum hoc nulla lege caueatur, sine qua loqui erube-
scendum est, vt l.illam.C.de collatio.& §.conside-
remus.in authen.de trien.& semis.colla.iij.Sed glo.
in c.quia diuersitatẽ.extra de conces.præben.tenet,
quòd ecclesia habet fiscum, quod quidam intellexe
runt de fisco ecclesiæ Romanæ.Sed ibi Panormita.
& Ioannes de Imol.dicũt communiter teneri, quòd
quilibet Episcopus, vel alius habens iurisdictionẽ
episcopalem, censetur habere fiscum. Ad quod fa-
cit illud, quod habetur & notatur in clemen.nolen-
tes.de hæret.& cap.excommunicamus.§.j. extra il-
lo titu.Pœnæ tamen pecuniariæ ad fiscum Episco-
pi venientes, debent in pios vsus deputari, ad eui-
tandam suspicionem auaritię, iuxta notata Panor-
mita. & Ioannis de Imol. in cap.vt clericorum.ex-
tra de vita & honestate cleric. & cap. licet. extra de
pœnis.Circa quod videte Hosti. in summa de offi-
cio ordinarij. §.quid pertinet. versic.non tamen.&
8 versic.generaliter.†Quod autem Episcopi dicãtur
habere fiscum, non est mirum, quia æquiparantur
præfectis prætorio, vt notatur per glos.in l.vnica.
ff.de officio præfecti prætorio.& habetur in l. epi-
scopale.C.de episcop.audien. Vel, vt dicit gloss.ij.
quæstio. iij.§.hinc autem colligitur. æquiparantur Epi
Senatui.Ad quod facit text.xvj.quæsti.j. cap.eccle- æqpa-
sia. Imò Episcopi præscripserunt generaliter exer- ratur.
citium iurisdictionis in ciuilibus & criminalibus,
etiam sine consilio capituli, vt notatur per Ioan.de
Imol.post dominum Florentinum in cap.j.extra de
his quæ fiunt à præla.sine consen.capi.quod, vt di-
cit ipse Ioannes de Imol. fieri potuit, iuxta notata
in capit.non est. extra de consuetud. libro vj.Facit
quod notatur per Ioannem Andream in ca.j. de re-
bus eccle. non alienan.eodem libro. Possunt etiam
Episcopi in insulam deportare, vel mittere in exi-
lium, de quo infrà dicetur. Et sic illud pertinet ad
ecclesiam, vt habetur in 50.distinctio. cap.accedès.
iij. q.iiij.cap.ij qui.& q.v. cap. de accusatoribus.in
fine.& lxiij.distin. c.in synodo.& xvj.quæst.j.cap.
9 Probinum. in textu & gloss. †Viso quid sit fiscus,
sciendum est, vt dicit Bal.super rubrica. C.de pri-
uileg.fis. quòd ad eundem fiscum propriè pertinẽt
ea, quæ imbursantur, vel incorporantur ei, vt sunt
iura regaliarum, declarata in titu.quæ sunt regalię.
& ea, quæ ab indignis auferuntur, vt per totum ti-
tulum.ff. & C.de his qui.vt indig.& maximè in l.
hæreditas.eodem titul. Faciunt quæ notantur in l.
eam quam.C.de fideicommis.Item iura pœnarum
applicata fisco propter delicta.Faciunt ea, quæ ha-
bentur. ff. & C. de pœnis.& de interdi.& relega.&
etiam mulctæ, quæ imponuntur, vt per totũ ti.C.
de modo mulcta. Et in istis pœnis vel mulctis im-
positis propter crimina vel delicta, dicitur fiscus
habere causam lucratiuam, secundũ Bal.in l.quid
ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not. infa.in fi.&
Bart.in l.Mæuius.§.duobus.in vltima charta.ff.de

lega.ij.& facit text.in l.mulctarum. in verbo,com-
pendia.C.de modo mulcta. Et in exigendo sibi de-
bita ex caussis prædictis, vel illarum aliqua publi-
ca causa non seruat fiscus ordinem iuris : secus si ex
causa priuata exigeret à suo debitore,secũdum Sa-
licetum in l.quoniam nonnulli.C.de appella.Facit
text.in l.fiscus cum in priuati.ff.de iure fis.Et quã-
uis pars cõdemnationis ex statuto debeatur alicui
priuato, fisco tamen debet tota solui, & illi priua-
to fiscus suam partem soluet, vt l.res quæ. §.j.ff.de
iure fisci.notatur per Bartol.& Iacob. Rebuf.in l.j.
C.de vendi.rerũ fisca.cum pri.cõmu.lib.x. Fiscum
etiam non obligat cõditio existens ex cõtractu cõ-
fiscati post confiscationem,vt notatur per Bald.in
in l.liber homo.§.si ita scriptum. ff.de hæred.insti.
& assignat rationem, quia fiscus succedens ex con-
fiscatione est successor bonorum,nõ personæ. Ideo
conditio existens post confiscationem non reperit
personam veram,neq; fictam,quam possit afficere.
Ideo nihil operatur. facit l.quoties.§.fi.ff.de nouat.
quod dicit esse menti tenendũ.videte circa hoc Ioã.
de Imol.& ipsum in l.inter eos. §.fi.& l. si debitori
10 deportatio.ff.de fideius.†His visis de fisco,videndũ
esset de deportatione & relegatione , de quibus lo-
quitur tex.huius regulæ,cum sua glos.de quibus in
multis iuris passibus tractatur,& præsertim per to
tum titulum.ff.de interdi.& relega.& maximè in l.
exilium.& l.inter pœnas. & l.relegatorum.cum si-
milibus.de quibus habetur Instit.quibus modis ius
patr.pot.sol. §.cum autem. & §.sequenti.& ibi ha-
betur differentia inter deportatos , & relegatos. de
quibus infrà dicetur. Deportati enim in insulam,
perdunt ea,quæ sunt iuris ciuilis,& ciuitatem,licet
libertatem retineant,vt dicto §.cũ autem.& l.qui-
dam sunt.ff.de pœnis.& l.fin.ff.de capit.diminu.&
Institu.eodem titu.§.minor seu media. Ideo nõ po-
test deportatus hæres institui,vt l.j.C.de hæred.in-
stit. prætterquam in testamento militis, vt l.neq;.§.
j.ff.de testa.milit. Sed in testamento pagani nõ po-
test institui , nec etiam ab intestato succedere, quia
acquisitio hæreditatis ex testamẽto vel ab intesta-
to,est iuris ciuilis,vt l.lege obuenire. ẽ.titu.proxi-
mo.notatur in l.j.ff.de acquirend. rerum do.& l.ex
hoc iure.ff.de iusti.& iure. & Bartol. super rubrica
ff.de acquir. hæred.glos.tamen super dicta l.j.C.de
hæred.institu. tenuit,quòd quamuis ex testamento
capere non possit , potest tamen accipẽre vt fisco
quæratur, qui aufert ab eo, tanquam ab indigno.
Est enim differentia inter capere & accipere,vt di-
cit text.in l.aliud est capere.ẽ.tit.proximo.Sed cõ-
munis opinio est in contrarium, scilicet, quòd nec
capere , nec accipere potest deportatus , vt voluit
Cy.Bartol.Bald.& Salicet. in dicta l.j.& ipse Bart.
in l.si deportati seruo.ff.de lega.iij.Idem tamen etiã
Moderniores in dicta l.j.& Ioan.de Imol.in l.si ser-
uus eius.ff.de acquirend.hæred.& in cap.ij. extra de
testa. longissimo stylo disputant ad vtranq; partẽ.
sed quia,vt dicit idem Ioã.de Imol. dicta pœna de-
portationis non est multum in vsu , circa hoc non
Limitatio. 11 est multum insistendum.†Deportatus etiam est in-
testabilis, quia testari non potest, vt l.j.§.hi qui.ff.
de lega.iij.quia,vt dictũ est,perdit iura ciuilia.Te-
stamẽti autem factio est de iure ciuili actiuè & pas-
siuè,vt l.iij.& iiij.ff.de testamen. Intelligite tamen,
quòd deportatus perdit testamenti factionem,si sit
à iudice competente deportatus, aliàs non: imò si
esset à iudice cõpetente deportatus non habẽte sub
se insulas,nõ efficitur incapax, nec perdit testamẽ-
ti factionem, priusquam princeps insulam assigna
uerit,seu approbauerit factum,vt l.si quis filio ex-
hæredato.§.eius.ff.de iniusto, rupto,& irrito testa-
mento.& l.j.§.deportatos.ff.de lega.iij.Non perdit
tamen libertatem,per dictam l.fi.ff. de capi.dimin.
notatur per glos.in l.ij.C.de bo.proscrip.nõ perdit
etiam naturalia iura. Ideo retinet matrimoniũ, vt
l.j.C.de repud. & l.res.C.de dona. inter vi.& vxo.
licet matrimonium aliquo respectu sit de iure ciui-
li,vt notatur per Sali.in secũda oppositione.& ibi
Docto. in dicta l.j.C.de hæred. instit.& per glos.in
l.j.§.ius naturale.& l.ius ciuile.in princip.ff.de iusti.
& iure. Retinet etiam deportatus acquisitiones ex
contractibus iuris gentium,& licet actiones dican-
tur de iure ciuili,vt l.ij.§.deinde.in primo.ff.de ori.
iur.Tamen secundum Salic.in dicta l.j.illas retinet.
& quãuis actiones sint de iure ciuili , hoc est respe-
ctu nominis & formationis,nõ respectu causæ ori-
ginalis,ex qua nascuntur,quã in casu isto debemus
attẽdere. & facit ad hoc dict.l.quidã sunt.ff.de pœ.
& quod habetur in l.si tibi mandauero.§.is cuius.
ff.manda.& quamuis Iacob.Butrig.tenuerit,quòd
illas actiones non possit deportatus in iudicio ex-
ercere,cum actus ille sit merè ciuilis,Salic.tenet cõ-
trarium,ne lex,quę dicit actionem ei cõpetere,fru-
stra sit imposita verbis,& non rebus, contra l.ij.C.
cõmmunia de lega.Ideo putat,quòd intra insulam
in qua sit deportatus, possit actiones sibi cõpeten-
tes intentare in iudicio, & extra insulam per pro-
curatorem ab eo constitutum.pro quo allegat glos.
in l.si victum.ff.de re iudi.quam ibi sequuntur Bar.
Angel.& Ioan.de Imol.& tenuit Alber.post Iacob.
de Rauennaco in dicta l.si tibi mandauero.§.is cu-
ius.Deportatus etiam perdit patriam potestatem,
imò non solum delicto patris, sed filij perditur pa-
tria potestas,vt dicto §.cum autem. vbi Ang. Are.
dicit hoc non esse mirũ,quia pater vel filius depor-
tatus cum perdat ciuitatem,& ea quæ sunt iuris ci-
uilis,desinit patria potestas,quæ inducta est iure ci
uili,seu Romano.Insti.de nup.in prin. & l.nam ci-
uium. ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.sicut iuris-
dictio incœpit in mundo à patria potestate in fi-
lium,secũdum Innocentium in cap.quod super.ex-
tra de voto.quod allegat Bald.in l.j.C.de episcop.
& clericis. facit l.in suis. ff.de liberis & posthumis.
12 vbi licebat patri occidere filium. †Retinent etiam Retinẽt deportati.
deportati ius capiendi alimenta sibi relicta,vt l.iij.
ff.de his quæ pro non scrip. haben. & l.legatũ.cum
ibi notatis.ff.de capi.diminu. notatur per Baldum
in repetitione l.j.C.de sacrosan. ecc.& dixi plenius
in l.in totum omnia.suprà isto titulo.in prosequu-
13 tione tertij exempli. †Habetur tamen deportatus
pro mortuo ciuiliter. Fallit in notabili casu l.in-
tercidit.ff.de condition.& demonstra.vbi legatum
conditionale factum deportato postea restituto in
integrum subsistit,eueniente conditione ante mor-
tem naturalem restituti , vbi Bartol. allegat Dyn.
& Iac.de Are.dixisse,quòd in his,quorum dies ces-

sit

sit ipso manẽte in deportatione, habetur pro mor-
tuo, vt l.j.§.quidam filium.ff.de bo. pos. cõtra tab.
& l.si necesse.§.si deportatus.ff.de bo.liber.secus est
in his quæ cedunt ipso restituto, vt dicta l.interci-
14 dit. vbi est vnus casus, quòd mors ciuilis nõ æqui-
paratur naturali, quia etiam, vt dicit Ioã. de Imol.
super rubrica, extra de testa. mors ciuilis non æqui
paratur naturali, nisi in casibus expressis in iure, vt
l.ex ea parte.§.in insulam.ff.de verb.obligat.& est
glos.notabilis Ioan. Andr.in c.susceptum.extra de
rescript.libr.vj.& glos.& Archid.xvj.quæst.j.cap.
placuit.in secundo.facit text.in l.Statius Florus.§.
15 Cornelio Felici. ff.de iure fis.†Alius etiam casus ha
betur in l.cũ pater.§.hæreditatem.ff. de lega. ij.vbi
hæres institutus & grauatus fideicõmisso post mor
tem suam de restituẽdo illud illi filiorum suorum,
quem eligeret, si postea deportetur in insulam, non
perdit facultatem attributam sibi à testatore eligẽ-
di in morte personam illius filiorum cui restituat,
quia fuit electa industria personæ, à qua non est re-
cedendum, imò durabit. facit l.vnica.§.ne autem.
C.de cadu.tollend.& sic mors ciuilis non æquipa-
ratur naturali in illo casu.& rationem reddit Salic.
in dicta l.j.C.de hæred.instit.quia mors illa ciuilis
per deportationem non consummauerat effectum
naturalis mortis. pro quo facit text. in dicta l.cum
16 pater.§.à filia.†Item est aduertendum, quòd aliquo
in pœnam deportato in insulam, sequitur ꝙ bona
tacitè & consequutiuè sunt publicata, vt l.ij. C.de
bon.proscrip.siue dam.& l.deportatorũ. C.de pœ.
& notatur per glos.& Docto.in l.iij.C.si pend.ap-
pella.mors int.& l.tutelas.§.si libertate. ff.de capit.
diminu. Potest tamen iudex in sua sententia depor-
tationis reseruare bona deportato, vt est glos.quæ
reputatur singularis in l.si qua militi. §.j.ff.ex qui-
bus causis maio. & hoc sequuntur Bald.& Salicet.
in dicta l.iij.dicentes tamen illud debere intelligi in
dominio rerum, quod est de iure gentium: secus in
actionibus personalibus, quæ sunt de iure ciuili, vt
suprà dictum est. Ideo nomina debitorum nõ pos-
sent reseruari in sententia iudicis.bona autem con-
fiscata deportati, applicantur fisco, ita si fiscus ve-
lit illa agnoscere, vt dicit hic glos.sic intelligẽs istũ
text. bona verò non acceptata, remanent hæredi-
bus eius, quia pro mortuo habetur. l.actione.§.pu-
blicatione.ff.pro socio.& non debent remanere de-
portato, quia male meritus debet egestate labora-
re. l.bona fides. ff. depositi. Glossa tamen residet,
quòd fisco non acceptante bona ipsius deportati,
illi debent remanere. Illud tamen quod dictum est,
bona deportati confiscari, fallit in filio deportato
habente peculium castrense, quod non confiscatur,
vt l.si filius.C.de bo.proscrip. Et est ratio secundũ
Salic.ibi, post Iacob.de Are.quia in castrensi pecu-
lio filius non habebat hęredẽ ab intestato: sed pater
omnia occupabat iure peculij, vt l.ij.ff.de castren.
pecul. hodie verò in illo peculio filiusfamilias ha-
bet hæredem ab intestato, vt dict. l.ij.& l.pater qui
castrense. eod.titu. Ideo quidam dixerunt, illud pe-
culium hodie publicari, alij contra, vt euitetur legũ
correctio. Sali.verò pro concordia dicit, quòd vbi
pater solus superest successurus ab intestato, in illo
peculio potest admitti, si velit, non vt hæres, sed vt
pater, & illud occupare iure peculij, sicut olim, vt
dict.l.pater qui castrense. Si verò essent alij illi filio
deportato successuri, puta filij eius, aut proximi, cõ
fiscabitur illud peculium, nisi pater illius viueret,
quia licet filij deportati in successione ab intestato
excluderent auum, eundemq́ patrem, vt in authen.
de hæred. ab intest.§.j.colla. ix.filius tamen depor-
tatus non habet hæredem, imò nec viuus.l.nec nos.
C.de capti.& l.j.ff.de hæredi.vel acti.vẽdi.& sic pa
ter deportati nõ potest dici exclusus, imò ante mor
tem naturalem filij deportati permittitur sibi à le-
ge illud peculiũ occupare. quod non reperitur cor-
rectũ, & maximè, quia filijs aut proximis depor-
tati non quæritur eius hæreditas, quia nõ habet hę-
redem, vt dicta l.deportati.& iuribus superius alle-
gatis. Ideo non debet obesse patri illud peculiũ, vt
prius sibi debitum occupanti. & ita residet Sali. In
quibus autem casibus hodie procedat confiscatio,
17 dicetur in sequentibus. †Non sic est in relegato in
insulam, vt notatur per glos.ponentem differentias
inter deportatum & relegatum, in dict. §.relegati.
Insti.quibus mod.ius pat.po.sol.quia relegatus nõ
perdit bona, sed retinet, vt l.j.ff.de interdi.& releg.
& hoc, quãdo ad tempus relegatus est, sed si in per-
petuum relegaretur, posset sibi per sententiam adi-
mi pars bonorum, vt l.relegati.& l.relegatorum.§.
18 ad tempus.eodem tit.†Confiscata autem bona de-
portati applicãtur fisco, ita si fiscus velit illa acce-
ptare, vt dicit hic glos. sic intelligens istum text.&
non acceptata remanent hæredibus eius, quia pro
mortuo habetur, vt l.actione.§.publicatione.ff.pro
socio.& non remanent deportato, quia male meri-
tus debet egestate laborare.l.bona fides.ff.depositi.
Glos.tamen residet quòd fisco non acceptante bo-
na deportati, remanent ipsi deportato. De quo in-
19 frà dicetur amplius.†Fallit tamẽ id quod dictũ est,
bona deportati cõfiscari in filio deportato habente
peculiũ castrense quod non cõfiscatur, vt l.si filius.
C.de bo.proscrip. Et ratio est secundum Salice.ibi
post Iacob.de Aretio, quia in eo filiusfamilias non
habet hæredem ab intestato, sed pater omnia occu
pabat iure peculij, vt l.ij.de castrẽ. pec. Hodie verò
in illo peculio filiusfamilias habet hæredem ab in-
testato, vt not.in dicta l.ij.& l.pater qui castrense.
eod. titu. Quidam dixerunt illud peculium publi-
cari: alij contra, vt euitetur legum correctio. Salic.
verò pro concordia dicit, quòd vbi pater est solus
successurus ab intestato, in illo peculio potest pater
admitti, si velit, non vt hæres, sed vt pater, & illud
occupare iure peculij, vt olim, vt dicta l.pater qui
castrense. Si verò essent alij illi filio deportato suc-
cessuri, puta filij eius aut proximi, confiscetur illud
peculium, nisi pater viueret, quia licet filius viuẽs
non habeat hæredem. l.nec nos.C.de capti.& l.j.ff.
de hæred.vel acti.vend. & sic pater non potest dici
exclusus: imò ante mortem filij permittitur sibi à
lege illud peculium occupare, quod non reperitur
correctum, & maximè filijs aut proximis deporta-
ti non quæritur eius hæreditas, quia non habet hę-
redem, vt dicta l.deportati.& iuribus superius al-
legatis. Ideo nõ debet obesse patri illud prius, vt si-
bi debitũ occupanti. Et ita residet. In quibus autẽ
casibus hodie procedat confiscatio, infrà dicetur.

20 †Est etiam differentia inter deportatos & relega-
tos, quia relegatus retinet patriam potestatem, &
in ea retinetur, vt d.§.cū autē.& §.relegati. Vterq;
tamen, vt dictum est, liber remanet. l.sed si auia.ff.
de bon.dam. Alias differentias inter eos videte per
gl.in d.§.relegati. Quibus addatis aliā differētiam,
secundum Ang.Aret.ibi,quia relegatus ad tempus
qui non seruat confinia exilij sui,vel relegationis,
punitur secūdum distinctionem legis, aut damnū.
§.quisquis.ff.de pœnis.vbi tēpora duplicātur. Re-
legati verò in perpetuum si non obediant, depor-
tantur.Deportati verò non obedientes,capite pu-
21 niuntur, vt d.l.relegati.†Prędicta autem procedūt
in deportatis & relegatis,vt dictū est, à iudice com
petenti.Quis verò sit iudex competens,glos.hic re-
mittit ad d.l.j.§.deportatos.& §.à pręfectis.ff.de le-
gat.iij.Sed glos.in d.§.cum autem.nominat Impe-
ratorē,prætorem,vel eū,qui eius vice iudicat,præ-
fectum pretorio,& præfectum vrbis,per iura,quæ
allegat l.ij.§.j.ff.de pœnis.& d.§.à præfectis. & d.l.
inter pœnas.ff.de interdi. &releg. Nominat etiam
Senatum, qui in autoritate videtur par principi,
quia sicut à principe,ita ab eo nō licet appellare.l.
j.§.j.ff.à quib.appel.non lic.Est tamen aduertendū
ad illud,quod dicit d. gloss. de eo qui vice alterius
iudicat:quia secundū Ang.Are.ibi,illud intelligen-
dū est gl.voluisse de eo,qui vice prætoris vel præ-
fecti prætorio iudicat, nō per delegationē vel mā-
datum Imperatoris, per text.d.l.j. §. hi quibus.ff.
de legat.iij.quia indubitate delegatus, aut cōmissus
à principe posset deportare: quoniam,vt pulchrè
dicit Bal.in tit.de pa.iura.fir.§.ad hæc.omnimoda
iurisdictio est apud principem, tanquā apud fon-
tem,à quo fluunt omnes iurisdictiones per deputa-
tiones,vel concessiones,iudicaturarū cōmissiones,
& confirmationes, sicut flumina fluunt à mari,&
ad illud refluunt,ita etiam ad principē iurisdictio-
nes refluunt per appellationes,nullitates,& quere-
las:& sic dicta gl.dicti §.cum autem.non est sic in-
telligenda,quòd Locūtenens præfecti,aut vicarius
ab eo deputatus,possit deportare: quia hoc facere
est de mero Imperio, quod non potest delegari. l.j.
ff.de offic.eius cui manda.est iurisd. & l.placet.cum
ibi notatis per Sali. C.de peda.iudi. & l.nemo po-
test gladij potestatem.ō.isto titu. vbi pleninissimè
dictum fuit. Sed intelligitur d.§.hi quibus.scilicet
de eo qui vicē pręfecti gerit ex cōmissione,vel mā-
dato principis,vt puta fortè præfecto mortuo,vel
absente,aut aliàs impedito:quia tunc talis gerēs vi
ces præfecti potest omnia,quæ ille poterat,ad ani-
maduertendum in facinorosos homines, vt est tex.
cum gl.in l.ij.C.de offic.eius qui vi.alt.ger.& tenet
Bart.in d.§.hi quibus.videte tamen cum in d.l.j.ff.
de offi.eius cui mand.est iuris.qui aliter videtur lo-
qui.Sed quod dictum est, verius est, vt plenius pro
cōcordia tractat Ang.Are.super rubrica,Institu.de
22 excep.†Quæstio est autē,an pręses prouinciæ pos-
sit deportare in insulam.quod videbatur, quia po
test illud quod est maius, scilicet cōdemnare ad vl-
timū supplicium,vt l.illicitas.§.qui vniuersas.ff.de
offi.præs.Sed tex.videtur in cōtrarium, scilicet,
nō possit, in l.ij.§.j.ff.de pœ.& d.l.inter pœnas.de
interdict.& releg.Sed ad illos text.respōdet gl.in d.
§.qui vniuersas. quòd in illis textibus hoc contigit
propter defectū insulæ, quam si Præses sub sua iu-
risdictione haberet,posset deportare in illam, sicut
posset ad mortem naturalē condemnare,vt d.l.rele-
gatorum.in princ. & hoc sequitur ibi Bar.& prius
tenuit Dy.in c.cui licet.extra eod.titu. Aliter verò
loquitur Bal.in d.§.deportatos.de legat. iij.dicens,
Præses prouinciæ potest pronuntiare aliquem
esse deportandum in insulā,sed non potest actu de-
portare, quia hoc significat actum perfectū, quem
sibi princeps reseruauit. Ideo inferior hoc non po-
test sine speciali commissione legis, vel principis,
vt d.§.à præfectis.& hoc videtur sequi Ang.Aret.
in d.§.cū autem. Nec obstat huic opinioni d.l.re-
legatorum.in prin. quia loquitur in relegatione in
insulam,quā facere potest Præses prouinciæ,si ha-
bet sub se insulam, sed non deportare, etiam si in-
sulam sub se habeat, nisi solum vocali pronuntia-
tione,sed non cum effectu,cum hoc sit sibi denega-
tum,vt iuribus allegatis.&hoc etiam Bart.sibi cō-
trarius tenere videtur in d. §.qui vniuersas. & fir-
mat ibi Albe.post Richar. & Iac. de Rauēnaco.Sed
vt dictum est ō.secundum Ioan.de Imol.in d.c.ij.ex-
tra de testam.hæc pœna hodie non est multum vsi-
tata.Ideo nō videtur circa hoc, quòd sit labor im-
probus assumendus. Tamen licet dicatur hodie nō
haberi in vsu istos deportatos, Bal.in alleg.l.iij.C.
si penden.appel.mors interue.dicit, imò,quia re
ges & principes bene possunt deportare in insulā,
si illam habeant,vt d.§.à pręfectis.Item possunt de-
portare in aliquod nemus illud assignādo loco in-
sulæ, quia volūtas regis est viua lex,& potest imi-
tari naturā.vnde sufficit dicere,deportamus. quod
verbum per se est omniū bonorū publicatio,vt iu-
ribus superius alleg. & omniū gratiarū ademptio,
23 vt l.fi.C.de senten.pas.†Esset igitur videndū, quid
iuris sit in bannitis,seu iussis exulare nostri tempo
ris, quibus debeant comparari. hanc quæstionem
mouet glos.reputata singularis in d.§.relegati.Sed
videte aliam gl.licet breuiorem in l.ad cognitionē.
in fi.ff.ex quibus cau.in pos.eatur. glos.verò d.§.re-
legati.videtur diffinire, assimilētur deportatis,
si ita banniantur aut iubeantur in perpetuum exu-
lare propter crimen, propter quod olim deporta-
bantur, vt l.j.ff.de bo.dam. cum publicatione bo-
norum per legem aut constitutionē, vel consuetu-
dinē,aliàs æquiparātur relegatis.Bar.in d.l.ad co-
gnitionem.remittit de hoc ad suam quandā dispu-
tationem de bannitis,quæ incipit,statuto Lucanæ
ciuitatis, &c.& similiter ad illam remittit in lege,
ex facto.§.ex facto.ff. ad Treb. Opinionē tamen d.
gl.sequitur Specu.in ti. de instrumentorū editione.
§.cōpendiosè.vers.quid de bānito.sed multi Doct.
inter quos fuit Ang.Are.& plenius ipse Bal.in d.l.
j.C.de hære.insti.contradicūt dictæ gl.& dicit Bal.
argumentū,quod facit d.gl.nō valere,sicut nō valet
argumentū si diceretur,asinus nascitur, & moritur
sicut homo,ergo asinus est homo, vel homini simi
lis dicendus:quia bāniti nostri tēporis quādoq; cō-
demnātur absentes,quod nō est in deportatis.& sic
magis assimilantur relegatis,vt l.absentē.§.fi.ff.de
pœ. Bart. etiam in dicta disputatione cōcludit,
non æquiparantur deportatis. Ipse etiā & Bal.in l.
amissione.

De bānitis seu iussis exulare nostri tēporis.

amiſsione.§.j.ff.de capit.dimi. idem tenuerit, quia
non perdunt iura cõmunia,ſed ſolum iura munici-
palia ſuæ ciuitatis, vel loci à quo banniũtur:etiam
ſi publicentur eorũ bona.Sed Salice. in alleg.l.j.di-
cit,ꝙ bannitus perdit etiam iura cõmunia reſpectu
illius ciuitatis à qua bannitur: quia ſtatutum loci
municipale poteſt in illo loco derogare iuri cõmu-
ni,ꝑ no.Bar.& Doct. in l.omnes populi.ff.de iuſti.
& iur.Et hanc opinionẽ Sali.dicit Ang.Are.in d.§.
cũm autem.eſſe fortè de iure veriorem: ſed in cõſu-
lendo non eſſe recedendum ab opinione Bar. & ſe-
quacium ſuorum, quæ eſt cõmunis. Bal.etiam ipſe
24 in ſæpe dicta l.j.C.de hæred.inſtit.dicit, ꝙ banniti
noſtri tẽporis, nec deportatis nec relegatis ſunt in
totum comparãdi, quia bannum eſt quædam pœ-
na per ſe, quæ nõ debet dici deportatio vel relega-
tio,ſed habet aliqua vtriſꝗ ſimilia, ſicut habitatio
nõ eſt vſus nec vſusfructus, ſed aliud ius per ſe ſub-
ſiſtens,habens aliqua ſimilia cum vtroꝗ, vt l.cum
antiquitas.C.de vſufruct. ſic etiam contractus em-
phyteoticus non eſt venditio nec locatio,ſed habet
cum illis aliquam ſimilitudinẽ,vt l.j.C.de iure em-
25 phyteo.& Inſti.locati.§.adeo.† Iſta autem bãnitio
ſeu exiliũ,aſsimilatur excommunicationi, per quã
in foro eccleſiaſtico quis ponitur extra cõmunio-
nem eccleſiæ.pro quo facit bonũ argumentũ text.
in ti.hic finitur lex,deinde conſ.reg.inci. & ibi per
Bald.& ſicut excõmunicatio quandoꝗ à iure,quã-
doꝗ à iudice infertur,vt in c.nouit.& c.pe.extra de
ſentent.excom.cum ſimilibus. ꝙ aliquãdo propter
contumaciam , aliquando propter offenſam,vt in
c.ex parte.in primo.extra de verb. ſign.ſic bãnitio
quandoꝗ fit à lege, vt in titu.de ſtatutis & conſue.
contra liber.eccleſię.§. itẽ quæcunꝗ.& C.de epi.&
cle.authẽt. itẽ nulla cõmunitas. & per iſta habetur,
ſecundũ Bald.in d.l.j.ꝙ bãnitio aſsimilatur magis
excõmunicationi,quàm deportationi, vel relega-
tioni, vt ſicut excõmunicatio eijcit hominẽ extra
cõmunionẽ eccleſiæ quo ad ſpiritualia, ita bãnitio
eijcit hominẽ à republica, quia non gaudet reipu-
blicæ auxilio,nec officijs publicis,ſecũdum Nicol.
de Matherellis,quẽ allegat Bal. in ſæpe dicta l.j.&
in l.j.C.de fideiuſ.Et cum iſtæ bannitiones ſecundũ
eundem Bald.ſint à iure nouo inductæ,non ſunt in
totũ ſicut deportationes, vel relegationes:ſed pro-
cedunt à natura diuerſorum iurium aliquid ſimili-
tudinis cum illis habentes, & etiam, vt dictum eſt,
cum excõmunicatione: quia bãnitus nõ poteſt vti
iuriſdictione, ſicut nec excommunicatus, in tantũ
ꝙ ſententia lata ab excõmunicato, nõ poteſt rati-
ficari,vt no.per Inno.in c.aduerſus.extra de immu.
26 eccl.†Poteſt etiã iudex bannitũ vel excõmunicatũ
repellere nemine excipiente,ſecundũ Bal.in prędi-
cto ti.hic finitur lex.vbi allegat Iaco.de Are.ita te-
nuiſſe.Facit,quãuis ipſe nõ alleget,tex.cũ ibi no.in
l.quos prohibet.ff.de poſtul. ſicut etiã bãnitus po-
teſt in integrũ reſtitui per principẽ, vt C.de ſentẽ.
paſ.& reſti.per totũ ti.cũ ſimilib. ſic etiã abſolutio
ab excõmunicatione dicitur quædã in integrũ re-
ſtitutio. facit quod no.in c.ex literis.extra de in in-
teg.reſti.gl.etiã Inſti.de capi.dimin.§.minor.æqui-
parat deportatos & relegatos excommunicatis. &
ibi Ang.Are.allegat ſimilẽ gl.in c.paſtoralis.§.ve-
27 rum.extra de appe.quę ęquiparat illos.†Sed vt ibi
dicunt Doct.hoc non eſt verũ ſimpliciter, nec quo
ad omnia: nã quis poteſt relegari reſpectu certi lo-
ci, vt in d.l.relegatorum. ſed non excommunicari:
quia excõmunicatus reſpectu vnius eccleſiæ,eſt ex-
cõmunicatus quo ad omnes,vt xj.q.iij.c.curę. Item
relegato non denegatur cõmunio ſacramentorum
eccleſiæ nec hominũ, ſed bene excõmunicato. De-
portatus etiam perdit ciuitatem,& ea quæ ſunt iu-
ris ciuilis, & efficitur inteſtabilis actiuẽ & paſsiuẽ,
vt iuribus ſuperius allegatis.ſed iſta non perdit ex-
communicatus: imò ſecundũ cõmunẽ opinionem
poteſt donare & teſtari,vt not.per gl. & Doct.in c.
decernimus.extra de ſentent. excom.& in c.verita-
tis.extra de dolo & contu.niſi eſſet excõmunicatus
pro hæreſi vel vſuris,ſecundum Archidia.& Ioan.
Andr.in c.pia.extra de excep. libr.vj.vt eſt cõmu-
nis opinio,vt no.per Bal.in l.ſi. C.ſi à nõ cõpeten.
iudi.& Panor.& Doct.in d.§.verum.& Io.de Imol.
ſuper rubrica, extra de teſta. qui allegant Angel.de
Peruſio in quadã ſua diſputatione,incipiente,Duo
ad inuicẽ litigãtes.in prin.dicentẽ cõcluſiuẽ,ꝙ ex-
cõmunicati ſunt ſpecies hominũ dãnatorũ per ſe,
itaꝙ propriẽ nõ ęquiparãtur deportatis nec relega
tis,ſed aliquo reſpectu cum vtroꝗ & ſingulis illo-
rum participant,ſed in multis diuerſa inter eos iu-
28 ra ſtatuuntur,vt in exemplis ſuprà poſitis.†In hoc
etiam differunt, quia ſententia lata contra depor-
tatum aut relegatũ,aut aliàs pro crimine bannitũ,
& illius effectus ſuſpenditur per appellationẽ, vt l.
ij.§.eũ qui.ff.de ferijs.& l.furti. in prin. ff.de his qui
notan. infa.ſed appellatio non ſuſpendit excõmu-
nicationẽ,vt habetur in d.c.paſtoralis. §.verũ.vbi
Doct.nituntur reddere rationẽ diuerſitatis poſt gl.
& ſecundũ Hoſti. poteſt ratio reddi, quia ſententia
excõmunicationis eſt medicinalis,vt in c.j.extra de
ſenten.excommu.lib.vj. In adhibitione autem me-
dicinæ non attenditur voluntas infirmi, ſed medi-
ci,vt in cap.& qui emẽdat. xlv.diſtinct. & cap.non
omnis. v.quæſt. v.Ideo debet attendi voluntas iu-
dicis,non autem appellantis.Sed hæc ratio nõ pla-
cet ibi Docto.quia iudex ſeu medicus animarũ po-
teſt eſſe imperitus in cap.ad aures.extra de ætate &
qualit.ordin.facit l.illicitas.§. ſicuti.ff.de offi.præ-
ſid.quare ipſe Hoſtien.dat aliam rationem, dicens,
29 quòd appellatio ideo ſuſpendit alias ſentẽtias,quia
illæ ligant corpora,ſed excommunicatio animam,
in cap. ſi quis presbyterorum. extra de reb.eccleſiæ
non alienand. & xij. quæſtio. ij.cap.indigne.& xj.
quæſtio.iij.cap.nemo.Sed hæc ratio non infert ne-
ceſſarium,ꝙ non poſsit ſuſpendi per appellationẽ.
Quare idem Hoſti.aliter dicit,ſcilicet ꝙ nõ ſuſpẽ-
ditur ſentẽtia excõmunicatonis per appellationẽ,
quia pro mortali peccato infligitur, ſine quo non
eſt infligenda,vt d.c.nemo.& c.nullus.eadem cau-
ſa & quæſtione.quaſi velit, ꝙ quia per excommu-
nicationis ſententiã quis ſeparatur à gratia Dei,
non poteſt appellatio eum reſtituere, aliàs eſſet de-
fenſio iniquitatis. Sed etiam iſta ratio non conclu-
dit,vbi prætẽditur iniuſtitia excõmunicantis, vel
imperitia,quæ eſt cauſa motiua ab eo appellãdi.&
ideo appellatio introducta eſt ad coërcẽdũ iniuſti-
tiã vel imperitiã iudicantis,vt l.j.in prin.ff.de app.

glos. verò in dicta l. fi. C. si à nõ compe. iudi. dicit, quòd sicut à sentẽtia vltimi supplicij potest appellari, vt l. qui vltimo. ff. de fur. & l. ij. §. fi. eodem titu. ita & à sententia excõmunicationis potest appellari ad superiorem: sed quòd illa appellatio suspendat excommunicationem, est contra text. dicti §. verum. & cap. is cui. extra de senten. excommu. lib. vj. nisi fortè gloss. dictæ l. fin. intelligatur, quòd ab excommunicatione potest appellari, non vt suspẽdat eam, sed causam deuoluat ad superiorem, quia appellari potest ad illum effectum deuoluẽdi, vt in cap. ad reprimendam. extra de offic. ordin. & ibi est glos. notabilis. Bart. autem in dicta l. fin. recurrit ad primam rationem Hostien. scilicet, quòd excõmunicatio est medicinalis. quæ ratio fuit superius impugnata. pro qua impugnatione videte notata in dicto §. verum. Anto. de But. in dicto §. verum. dicit in sententia excommunicationis, quòd non suspẽdatur per appellationẽ, hoc ideo esse: quia depẽdet à potestate clauium, in qua etiam tollẽda requiritur certa forma, vt in cap. cum desideres. & cap. à nobis. in secũdo. extra de senten. excommu. quam formam appellatio ab ea interiecta non inducit. & hoc voluit Bald. in dicta l. fin. Appellans etiam ab excommunicatione, nõ habet claues, vel illarũ potestatẽ. Sententiæ verò deportationis, relegationis & similes, cõcernunt actus laicos & priuatos: ideo appellatione priuata possunt suspendi. Sed hoc nõ videtur bene dictum, quia etiam infamia, quæ imprimitur ex sentẽtia lata, suspẽditur appellatione, vt dicta l. furti. & tamẽ illa infamia non potest tolli nisi per principem, & non per priuatum appellantem in l. j. §. de qua. ff. de postul. & in cap. cum te. extra de senten. & re iudi. Dominus Florentinus in dicto §. verum. aliter dicit, scilicet hoc ideo esse in sententia excommunicationis, quòd non suspẽdatur per appellationem: quia trahitur potius ad naturam interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ, vt in cap. per tuas. extra de senten. excommu. & cap. venerabilibus. eod. titu. libr. vj. Sed hoc non videtur verè dictũ, quia interlocutoria dependet ex futuro euẽtu post appellationem, vt notatur in cap. non solũ. & cap. si à iudice. extra de appel. libr. vj. Item sententia suspensionis, à beneficio suspenditur per appellationem, quamuis sit interlocutoria, vt notant
30 Doct. in dicto §. verum. †Quapropter Io. de Imol. ibi distinguit, quòd si loquamur quo ad ipsum factum, non est differentia inter excommunicationis sententiam, & alias sententias: quia excommunicatus per sententiam iudicis, non potest dici non excommunicatus, ita etiam condemnatus à iudice ad pœnam corporalem, vel pecuniariã, nõ potest dici non condẽnatus: quia facta non possunt haberi pro non factis, vt l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postli. reuers. sed si loquamur de vinculo excõmunicationis descendente ex ipsa sententia, tunc est differentia inter illam, & alias sententias: quia excõmunicatio non suspenditur per appellationem, sed aliæ sententiæ bene suspendũtur, etiam si sint tales, quæ trahant secum exequutionem, vt alleg. l. furti. ipse tamen Ioan. de Imol. non reddit rationem differen-
31 tiæ. †Vel potest dari alia ratio, secundum Panorm. quem recitat & sequitur do. Benedictus, quòd hoc prouenit ex natura ipsius sententiæ excommunicationis, & cuiuslibet censuræ ecclesiasticæ, vt in dicto c. is cui. de senten. excommu. lib. vj. Et facit ad hoc, quia effectus sententiæ excõmunicationis, nõ est separabilis ab ipsa sententia: quoniam data excommunicatione, necessariò sequitur eius effectus. quod nõ est in alijs sententijs, in quibus inspecta veritate, appellatio non extinguit sententiam, sed eã suspendit, in c. venientes. extra de iureiur. & c. pastoralis. §. præterea. extra de offic. deleg. vt plenius declarat ipse Panor. vbi supra. Et istud fuit de mente Salic. in allegata l. fi. reddentis rationem, quare excommunicatio nõ suspenditur appellatione, quia est simplex, & pura, vltra quam nihil est fiendum, vel exequẽdum, quia statim lata ponit excommunicatum extra communionẽ fidelium. & sic vno solo instanti non distat illius exequutio à sentẽtia. & sola superest denuntiatio, vt sententia fidelibus innotescat, & excõmunicatus vitetur. & hoc etiã est de mente glos. in dicto §. verum. Si verò loquamur quo ad illud quod restat exequẽdum post sententiam, dicendum est, quòd in alijs sententijs non fit exequutio appellatione interposita, etiam si appellatio non esset recipienda, vt in casibus positis in l. obseruare. C. quorum appel. non recipi. Imò iudex exequẽs sine autoritate superioris, paritate supplicij puniretur, vt notatur per Bal. & Paulum de Castr. in l. si quis filio exhæredato. §. hi autem. ff. de iniusto, rup. & irri. fact. testa. & per Bal. super rubrica. C. de pœna iudic. qui male iudi. & in l. vnica. C. ex delict. defun. & l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. & leg. & l. addictos. C. de episc. audi. & Angel. Aret. in tractatu suo criminum, glos. super verbo, præsente Caio & appellante. vij. colum. sed in sententia excommunicationis non suspenditur appellatione, vt in dicto §. verum. quia ille actus dependet à vinculo eius, quod non est suspensum, vt ibi volunt Docto. & Bald. in allegata l. fi. vbi addit quòd sicut sententia censuræ ecclesiasticæ est anomala, ita & appellatio, quæ ab ea interponitũ. quod prouenit, vt dictum est, ex censurarum ecclesiastica-
32 rum natura. †Sed est bene notandum, quòd quamuis non impediatur denuntiatio excommunicationis regulariter per appellationẽ, fallit tamẽ, quando per denuntiationẽ quis magis ligaretur, vt contingit in c. tua. extra de sentent. excom. de quo casu videte bonam glos. quam ibi allegat Panor. in cap. cum deuotissimã. xij. quæst. ij. & in c. omnes. xvij. q. iiij. & text. xj. q. iij. c. canonica. Secundò fallit, quando ignorans fuisset excommunicatus, quod potest euenire, vt habetur in c. apostolicæ. extra de cleric. excommu. ministran. quia tunc demum potest denuntiatio impediri per appellationem, argumẽto notatorum in c. dilectis. extra de appell. vers. cũ interim. Tertiò, quando appellaretur ad hoc, vt non fieret denuntiatio excommunicationis latæ à iure, si factum non sit notorium, vt in c. peruenit. extra de appel. vbi de hoc per Ioann. de Imol. qui ponit has tres fallentias, quas ibi recitat Benedictus, addens, quòd quarto fallit, quando iudex qui excommunicauit, à quo fuit appellatum, detulisset appellationi: quia tunc abdicasset à se iurisdictionem, vt in c. cum appellationibus. cum ibi notatis, extra de appel.

Fallit in istis casibus.

appel.lib.vj.Quinto quãdo iudex ad quem est appel-
latum inhibuisset iudici à quo ne denuntiaret,sicut sen
tit Ioan.Andr.post Innocen.in dicto §.verum. & facit
quod notatur in dicto cap.non solum.circa fin. Sexto
fallit,quando sententia excõmunicationis lata esset à
delegato à quo foret appellatum, & appellatio fuis-
set à superiore recepta:quia tunc amplius denuntiare
non potest,vt in c.pastoralis.§.præterea.extra de of-
fic.deleg.quod procedit in delegato.nam ordinarius
potest ipsum excõmunicatum denuntiare appellatio-
ne non obstante,etiam si nõ fuerit ille ordinarius qui
excõmunicauit:quia ad officium suum pertinet facere
excõmunicatos denuntiari,vt vitentur,vt in dicto c.
pure.xj.q.iij.& faciunt notata in c.j.extra de treuga &
pa.quod procedit etiam si appellatio sit per superio-
rem recepta,nisi ante denuntiationẽ ipse superior man
daret appellantem non denuntiari excommunicatum:
quoniam esset sibi obediendum,nec audiretur aduer-
sarius appellans:quoniam non habet in hoc aliquod
interesse.nam ante appellationis exitum non tenetur
ille,qui appellauit,sibi satisfacere,nisi sit excommuni-
catus pro manifesta offensa,vt in cap.consuluit.extra
de appel.secundum Innocen.Ioan.Andr. Benedict.&
Docto.¶Ex prædictis colliguntur plures similitudi-
nes,& dissimilitudines inter excommunicatos, & de-
portatos atq; relegatos.aliam similitudinẽ possumus
colligere ex sententia Barto.& Docto.in dicta l.cũ pa-
ter.§.hæreditatem.ff.de lega.ij.& l.ex facto.§.si quis ro
gatus.ff.ad Trebel. & l.si quis arbitratu.ff. de verbo.
obliga.& Angel.Aretin.in dicto §.minor.Insti.de ca-
33 pi.dimin.vbi volunt, † quòd deportatus vel relega-
tus potest esse arbitrator, & ita etiam excommunica-
tus.Sed Angel.de Perusio in dicto §.si quis rogatus.te
net,quòd excommunicatus propter crimen hæresis,si
durat in illa per annum,non potest esse arbitrator,sed
ante annum sic,per authen.credentes.C.de hæretic.sed
si ex alia causa sit excommunicatus ante,& post annũ,
poterit esse arbitrator,cum arbitramentũ sit quædam
transactio,vt notatur per glos.in authen.vt diffe.iudi.
§.si verò contigerit.colla.ix. & trãsumptiuè in authẽ.
si verò.C.de iudi. & notatur per Benedict.& Docto.
in cap.quintauallis.extra de iureiur.excommunicato
enim permittitur contrahere,in cap.si vere.extra de sen
ten.excommunic.vbi Innocen.& Panorm.qui recitat
Hostien.dicentem,quòd excõmunicato potest quis in
contractu ante excõmunicationem inito post eam cõ-
municare,vel si ignorabat eum excõmunicatũ tempo
re contractus.& hoc ad commodum contrahentis,sed
non excõmunicati.& fundat se per c.ad probandũ.ex-
tra de senten.& re iudi.sed Panor.& Benedict. post In-
nocen.in d.c.ad probandum.tenẽt contractũ ante,vel
post validum,per illam decretalem,si vere.indistinctè
loquentem. & quia contractus sunt de iure gentium,
vt l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.excommunicatio ve-
rò est de iure positiuo,ideo valet contractus etiam ex
quo quæritur obligatio excõmunicato.allegant nota
ta in c.felicis.extra de pœnis.libr.vj.& in ca.veritatis.
de dolo & contu.& dicto cap.si verò.Idem dicunt in
quasi contractu:quoniam valet iudicium agitatum
cum excõmunicato,si non repellatur,vt in c.pia.extra
de excep.lib.vj.In iudicio enim quasi contrahitur,vt l.
iij.§.idem scribit.ff.de pecul.Sed Ioan.Andr.in dicta re
34 gula,dolo facit.dicit,† quòd excommunicatus nõ po
test esse arbitrator,per dictum cap.ad probandũ. quia
si non valet sententia delegati excommunicati,ita nec
etiam arbitratoris, vt in c.vno delegatorum.extra de
offic.deleg.Io.verò de Imol.in dicto §.si quis rogatus.
fatetur dictum Io.And.procedere in arbitro: quia ex-
communicatus nõ potest esse arbiter,vt not.per glos.
& Docto.in l.paruli.ff.de arbi.sed arbitrator sic quo- Excõi-
niam,vt vult Specul.tit.de arbitro.§.fi.versu,sed nun- cat⁹ nõ
quid amicabilis.& Barto.in l.si de meis.§.recepisse.ff. põt es-
35 de arbi.† arbitramentum potest fieri die feriata in ho- se arbi-
norem dei:quia est quædam transactio,quæ tali die fie ter.
ri potest,vt l.fin.C.de ferijs.secus in arbitro, vt l.si fe-
riatis.ff.de ferijs.& ista opinio placet Angel.Aret.in
dicto §.minor.quæ etiam fuit Bald.in dicto §.hæredi-
tatem.quam tenuit Anton.de Butr.in dict.cap.quin-
tauallis.& ibi etiam Ioan.de Imol.quod verum ibi fa
tetur Benedict.nisi esset publicè excõmunicatus:quia
licet possit esse proxeneta vel mediator,nõ tamẽ tunc
poterit esse arbitrator,vt voluit Ioan.Andr.in dicta re
gula,dolo;facit.per cap.in causis.extra de elec.& Spec.
tit.de arbitro.§.differt.versu,item secundũ eum.& Pa-
normit.in dict.c.quintauallis.maximè per illud quod
habetur in cap.post cessionem.per glos.& Docto. ex-
tra de proba.quia habet arbitrari vt bonus vir,quod
nomen non cadit in excommunicato publicè,ex quo
publicè manet in excommunicatione:vel si sit excom
municatus pro hęresi,& in ea steterit per annum,vt di
cta authen.credentes.& sic secundũ Io.de Imol.non est
in hoc differẽtia inter arbitrum & arbitratorem.quod
clarius voluit Panormit.in dicto cap.quintauallis.&
dicto cap. ad probandum.quicquid tamen ipsi dixe-
rint,vult Benedict.in allegato cap quintauallis.in ver
su,nona differentia.ppe fin.quòd licet publicè excõica
tus non possit esse arbitrator, nec arbitrium exercere
partibus inuitis,cum nõ teneantur coram eo compa-
rere,nec illi cõmunicare,si tamen partibus ipsis cõpa-
rentibus,cõsentientibus, vel non contradicentibus ar
bitretur,tenebit tale arbitramentum,cum inde resultet
quidam cõtractus inter partes, qui valet etiam factus
cum excommunicato,vt notatur in iuribus allegatis.
& multo fortius debet valere, si sit factus eo mediato-
re,vt etiam voluit Ioan. Andr. in dicta regula,dolo fa-
cit.quod tamen procedit,nisi assumeretur super spiri-
tualibus.& ita intelligatur illud,quod habetur in di-
cto cap.in causis.¶Ex pręmissis satis colligi potest in-
tellectus verus huius regulæ,scilicet quòd sententia de-
portationis ea sola aufert,quæ ad fiscum perueniunt.
fiscus enim non est successor necessarius : quia si nolit
non agnoscit bona deportati,vt est text.& gloss.super
verbo,lucrosa.in l.eius.§.primo.ff.de testa.& ibi Ioan.
de Imol.& Paul.de Cast.qui hoc extendit ad illum qui
ingreditur religionem:quia si bona eius non sint lucro
sa,monasterium non tenetur illa recipere,quamuis te-
neat ingressus,sed monasterium non tenebitur credito
36 ribus ingressi.† contrarium tamen videbatur,ex quo
personam ingressi acceptauit,ita videbatur, quòd ne-
cessario deberet acceptare bona, & respondere credi-
toribus ingredientis.sed contrarium est verius, per di-
ctam l.eius.§.primo.ad similitudinem fisci,vt ibi.& fa
cit l.prima.§. an bona.& l.non possunt.ff.de iur.fisc.
imò etiam secundum eundem Paulum de Castro, esto
quòd bona essent lucrosa,vt quia non erant obligata
aliquibus creditoribus, tamen si fiscus lata sententia

contra deportatum etiam cum expressa confiscatione
nolit acceptare bona illius, non veniēt ad fiscum, sed
remanebunt hæredibus eiusdem deportati. quod intel
ligatis ab intestato, non autem ex testamento: quia te
stari non potest, per iura superius allegata. Et ita dicit
hic glos. quam Paul. de Cast. vbi supra reputat singu
97 larem. ¶ †Quæstio tamē est vtrum hodie iura loquen
tia de publicatione bonorum hominis condemnati de
crimine capitali, quod est quando profertur sententia
mortis naturalis, vel per quam sententiam perditur li
bertas vel ciuitas, vt est tex. in l. edicto. §. rei autem ca
pitalis. ff. de bon. possess. & notat Paul. de cast. in dicta
l. eius. §. primo. sint hodie correcta per authē. vt nulli
iudic. §. fina. coll. ix. & authen. bona damnatorum. C.
de bon. damn. quod voluit glos. in dicto §. j. super ver
bo, publicabuntur. quod quibusdam placuit, vt reci
tat Bald. in titu. de pace tenend. in princip. & §. j. quia
potius debent bona reseruari descendentibus vel ascen
dentibus aut proximis, vt dictis iuribus, quæ genera
liter loquuntur, ergo generaliter, & sic in quocunque
maleficio debent intelligi. notatur per glos. in l. tertia.
ff. de offi. præsid. & l. prima. §. quod autem. ff. de aleat.
l. prima. §. generaliter. ff. de lega. præstand. & l. in frau
dem. in fin. ff. de testamen. mili. vbi enim lex non distin
guit, nec nos distinguere debemus. notatur per glos. &
Doct. in l. de pretio. ff. de publici. & suadet ratio, quòd
sic intelligamus vetera iura in hoc esse correcta, secun
dum Bald. vbi s. quia successio patris maiori ratione
debetur filio, quàm econtra. l. nam & si parentibus. ff.
de inoffic. testam. & l. si quis legatum. §. si. ad finem, &
ibi glos. ff. ad l. Cornel. de fals. & l. scripto. ff. vnde liber.
imò viuo patre filius bonorum paternorum quasi do
minus reputatur. l. in suis. ff. de liberis & posthum. &
Instit. de hæred. qualit. & diffe. §. sed sui quidē hæredes.
Itē nemo negabit quin fortius sit ius cōpetens filio in
bonis paternis, q̄ illud, qđ in bonis liberti cōpetit pa
trono: sed sic est, q̄ ꝓpter delictū liberti patronus nō
perdit bona quæ competebant liberto, vt l. si in liber
tinum. ff. de bon. libert. imò esset durum & iniquum,
quòd filius mendicaret propter delictum patris. ad
quod facit text. in authen. de trien. & semis. §. prohibe
mus. colla iij. fiscus etiam, vt in præcedētibus dictum
fuit, prætendit causam lucratiuam. filio verò iure natu
ræ bona paterna debentur saltem illorum pars legiti
ma. facit l. cum ratio. in princip. ff. de bon. dam. & tex.
in ratione sui in l. prima. C. de secund. nupt. Prædictæ
autem opinioni consentiunt aliqui, vbi ad mortem na
turalem fit condemnatio, quo casu iura vetera sunt
correcta, per dicta iura nouissima. & ratio est: quia ta
liter condemnatus efficitur seruus pœnæ, sed per seruū
non acquiritur fisco, vt l. si in metallum. ff. de his qui
bus vt indig. Si vero condemnatus superuiuat conde
mnationi, vt deportatus vel in metallum damnatus, iu
ra loquentia de confiscatione vel publicatione bono
rum remanent incorrecta: quia iura nouissima intelli
guntur in condemnatione ad mortem. & ita videtur
tenere Bald. in dicta l. eius qui. §. primo. & ibi Paul. de
Cast. post Dyn. Cy. & alios per authen. sed hodie. C.
de donat. inter vir. & vxo. & l. qui vltimo. ff. de pœnis.
& sonat text. in authen. vt nulli iudi. §. fin. sed glos. ibi
& in authē. bona damnatorū. aliter sentit, sicut eū in
tellexit Ioan. de Imol. in dicto § primo l. eius qui. scili
cet quòd siue condemnatus superuiuat siue non, dum

vide in tellectū aut. bo na dā natorū

modo sit tale crimen, propter quod perdat ciuitatem,
corrigantur iura antiqua. secus vbi non perdit ciuita
tem, vt est relegatus: quia tunc publicatio bonorum
propriè afficit & respicit personam, quod non est in
casu, vbi moritur per sententiam vel perdit ciuitatem.
& hanc opinionem dicit communiter teneri, quam te
net Barto. in l. prima. ff. de bon. dam. vel dici potest, q̄
vbi bona publicantur expresse eo casu quo non ve
niebant tacite publicanda, remanent antiqua iura in
correcta, & sic etiam in casibus, in quibus etiam iura
volebant publicari dimidiam, vel tertiam partem bo
norum, vt in casu l. primę. C. ad l. Iul. de vi pub. siue pri
ua. & in authen. de incest. nupt. colla. iij. & authen. in
cestas. C. eodem titu. & authen. item qui domum. C. de
sepul. viol. quia illud veniebat ex publicatione expres
sa, & non in consequentiam, ex eo quia damnatus re
tinebat ciuitatem & libertatem, hodie nihil erit im
mutatum, licet Barto. in dicta l. prima. ad fin. videatur
tenere contrarium, sed non bene, secundum Io. de Imo.
in dicta l. eius qui. §. primo. & ab hac opinione non di
scedunt Alberic. & Salic. recitata ibi glos. & opinio
nibus Doctorum, si bene ponderentur eorum dicta, li
cet dicat Alberic. quòd dict. authen. bona damnatorū.
non videatur procedere de iure canonico, vt xxvij. q.
j. cap. si quis rapuerit. & ibi glos. quod sumptum est à
§. si quis rapuerit. in authen. de sanctis. epis. colla. ix. Ille
tamen canon & glo. loquitur de his qui committunt
enorme delictum in ecclesiam, propter quod eorum
bona confiscantur ecclesiæ. ad quod facit xvij. q. iiij. c.
si quis deinceps. & xxx. q. j. cap. si quis sacerdos. & sic
illa iura non loquuntur de confiscatione applicanda
fisco. in qua tenete id, quod dictum est, scilicet quòd in
damnatis ad mortem naturalem vetera iura corrigan
tur, secus in alijs, vt s. dictum est. & tenet Angel. in d. §.
fina. in authen. vt nulli iudic. qui text. secundum eum
non vendicat sibi locum in illis qui tantum bona per
dunt, imò seruantur iura vetera, quæ quandoq; fisco
quandoq; agnatis vel cognatis applicantur, vt dicta
authen. de incest. nupt. in princip. & prædicta authent.
incestas. & l. vnica. C. de rap. virg. & in authen. de rap.
mulie. colla. ix. Idem dicendum est, vbi partem bono
rum vel cōdemnationem in pecunia debet condemna
tus sustinere: quia talis pœna fisco potest applicari. l.
mulctarum. C. de mod. mulc. & in authent. de collato.
in princip. & §. si quis autem. colla. ix. & iuribus supe
rius allegatis. Idem est etiam secundum Alberic. vbi s.
in multis criminibus, propter quæ inferuntur pœnæ
confiscationis bonorū vel partis eorū per statuta ciui
tatum iuxta doctrinam Innocen. in cap. postulasti. ex
tra de for. compet. super quo statuto dicit Angel. in al
leg. § fina. quod superexistentia liberorum condemna
ti ex illo statuto non impedit sententiam vel eius exe
cutionem, per illum text. iuris nouissimi. & alleg. istam
regulam cum concordantijs suis, imò si statutum dice
ret, quòd bona homicidę vel criminosi debeāt sibi pro
parte auferri, & alia pars adiudicaretur filijs, vel illis re
seruaretur, pro illa parte bonorum filij non tenentur
alere patrem: quoniā, vt ipse dicit, ex bonis alicui ab
latis propter delictum suum, non debet ipse ali, vt est
tex. in dict. titu. de pace tenen. §. si quis hominem. vbi
dicit Bald. hoc alibi nō reperiri, imò si aleretur ex illis,
auferretur filijs portio sua, & confiscaretur, vt ibi dicit
text. facit quod notatur in l. fina. C. de iure fis. lib. x. Sed

attendatis: quoniam Angel.nimis generaliter loquitur: quoniam text.dicti §.si quis hominem.loquitur in casu specialissimo, videlicet in homicidio cōmisso, propter quod pax violatur, & alibi reperitur iure decisum, quòd de portione assignata filijs confiscati debēt filij alere patrem: quoniam licet sit legum contemptor & impius, est tamen pater, vt in dicta authen.de incest. nup.in princip.& in dicta authen.incestas.& ratio illorum textuum procedit in alijs criminibus præterq; in casu dicti §.si quis hominem. ¶ Addit etiam Bald.in dicto cap.de pace tenen.plures casus, in quibus etiam hodie fit bonorum confiscatio, scilicet in crimine læsæ maiestatis contra principem vel rempublicam commisso, vt dict.§.fi.& dict.authent.bona damnatorum. Item in crimine hæresis, vt in authen.Gazaros.C.de hæretic.& extra eodem titu.cap. vergentis in senium. & cap.cum secundum leges.eodem titu.lib.vj.Item quandoq; ipso facto bona publicantur, vt l.commissa.cum sibi notatis.ff.de publica.vectig.& commis.Et hæc sufficiant super ista regula.Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Præoccupatio quando fiat sola citatione, libelli oblatione, vel litis contestatione.

2 Donatio qualiter erat olim contractus innominatus, & nunc nominatus.

3 Primus actus quando præferatur secundo, & contra. & numero 4.

5 Prioritas est duplex.

6 Pactum de petendo post præscriptam actionem an eam denuo pariat.

7 Monachatum assumens prævia protestatione contraria, an censeatur verus monachus.

8 Monasterium ingrediēs cum pacto retentionis bonorum, an valeat.

Quoties vtriusq; causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit.

DECLARATIO huius regulæ, quam facit glo. hic in principio videtur esse contra cap.qui prior est tempore.extra eodem titu. lib.vj.& l.potior.ff.qui potio.in pig.habe.cum similibus, scilicet quòd in donatione facta duobus videtur consideranda temporis prioritas, & non tempus litis contestatę, vel sententiæ, sicut intendit ista glos.per l.si
2 vero.ff.de pecul.quam alleg. † Sed pro solutione aliqua consideranda sunt ex sententia Barto. Bald.atque Docto.in l.si pluribus.ff.de lega.j.& Salice.in allegata l.si vero.Quòd vbi agitur de iure quærēdo per occupationem considerari debet res, de cuius acquisitione tractatur. Quia aut illa res concernit iurisdictionem, & eius exercitium.& ad hoc sufficit sola citatio, vt l.si quis postea.& l.vbi cœptū.ff.de iudi.& cap.gratum. 3
extra de offic.deleg.Aut concernit potestatem ordinis iudiciarij, vel processus, & sufficit prior libelli oblatio, ita quòd prius offerens libellum dicitur præoccupasse, vt l.qui prior.& in l.in tribus.ff.de iudi. Sed si quęratur de consequenda consolidatione officij per præoccupationem requiritur litis contestatio, vt l.pluribus.ff.de procura.cum ibi notatis.Et idem est si tractetur de actione inducēda per dictam præoccupationem.quod satis est, ad hoc litem contestari, vt dicta l.si pluribus.in fin.ff.de lega.j.& l.si Titius.ff.de verborum obliga.Si autem agatur de iure quæsito præferendo, dicendum est quòd si præoccupatione vnius absorberetur omnino ius alterius, sufficit litis cōtestatio, vt l.ex duobus.in secunda.ff.de duo.reis.secundū vnā lecturam.Sed si petitio vnius non absorberet ius alterius, licet possit elidi, requirit̃ sentētia ad hoc q; dicatur præoccupasse, vt dict.l.si vero.hic allegata.& l.si quis à multis.ff.de noxa.Nec huic dicto obuiat l.in operis. ff.loca.quoniam ibi præoccupatio locum non habet, & per consequens non obest alteri litis contestatio, nec sententia.& rationem reddunt Docto.præallega. quia in operis promissis duobus, vnicuique creditorū est implēda promissio, sed ordine successiuo. Nam primo illi cui prius sunt operæ promissę.Sed ista non videntur conuenire exemplo, quod hic primo ponit glos.de donatione facta vni, & deinde alteri, posito casu quòd donator non plus habet in bonis, quàm vni promiserit. Nam text.huius regulæ dicit illum præferendum, cuius causa in lucro tempore præcedit:& sic concordare videtur cum dicta regula, qui prior est tempore.Sed vt dicit Alberic.in l.quoties.C.de rei vendic. hic allegata in gloss.dicta regula procedit in his quæ solo consensu consummātur.Donatio vero hodie, licet sit contractus nominatus, quamuis olim esset innominatus, vt dicit glos.in l.prima.C. de rer.permuta. & l.fina.ff.de condi.ob causam.& l.prima.C.de dona. quæ sub modo.& subijcitur donator necessitati traditionis, vt C.de donat.l.si quis argentum.in principio. & §.fina.Donatio tamen non est sic omnino consummata quo ad omnes effectus, sed requiritur traditio, qua interueniente secūdus donatarius si sibi prius traditur, præfertur primo, & sic consideratur tempus traditionis, vt dict.l.quoties.in fin.C.de rei vendic.de cuius intellectu tractat Ioan.Andr.in additionibus Specul.titu.de empt.& vendi.§.primo.& sic potest intelligi ista regula, vt illam intelligit glos.vel vbi vni donatariorū prius rei donatæ facta fuit traditio: quia sua causa in illo lucro tempore præcedit.Hoc tamen non habet locum in donatione facta ecclesiæ: quia in ecclesiam sine traditione rei donatę transit dominium, vt l. fina.C.de sacrosanct.eccles.vbi post glos hoc expresse tenet Salice.& in hoc ecclesia est priuilegiata, vt etiam tenet Alberic.in dicta l.quoties.& ibi Bald.secundum quem fallit hoc etiam in beneficialibus, in quibus nō requiritur possessio ad ius acquirendum vel quasi. Nam duobus impetrantibus beneficium, ille obtinet, cui prius facta fuit collatio, & non ille cui prius fuit tradita possessio, vt plene notatur in cap.capitulum sanctę crucis.extra de rescrip.& in cap.cum in cunctis. de concess.præb.libr.vj. & cap.tibi qui gratiam.de rescrip.libr.vj.nisi in casu cap.cum à sede.de præben.eo.
4 lib.vbi de hoc plenius videatis. ¶ † Aduertatis tamen ad illud, quod dictum est, donationem olim fuisse con

Donatio hodie est contractus nominat⁹.

tractum innominatum, sed hodie nominatum: quo-
niam diuersæ fuerunt circa hoc opiniones Docto. vt
recitatur per Salice. in dicta l. fina. ff. de condi. ob cau-
sam. & Ioan. de Imol. in l. in ædibus. §. primo. ff. de do-
nat. Vt enim dicit idem Salicet. donatio valida fiebat
olim duobus modis tantum: vno per stipulationem,
de quo nunc non quærimus, alio per traditionem, &
de isto frustra esset quærere per dict. l. quoties. secundo
modo fit cum fit donatio rei non existentis in præsen-
tia, & illa olim erat donatio nuda, in qua licebat pœni
tere, nec dabatur aliqua actio. Sed hodie datur, nec est
locus pœnitentiæ: imò donatori imponitur necessitas
traditionis, vt dict. l. si quis argentum. & hæc est illa,
quæ hodie dicitur contractus nominatus: quia secun-
dum Salicetum contractus nominati non à nomine,
sed actionis productione cognoscuntur. l. iurisgentiū.
in principio. ff. de pact. & lex placito. C. de rer. per-
muta. facit l. prima. ō. eodem titu. Sed videte de hoc ple
nius Salice. & Ioan. de Imol. in locis præallegatis.

3 ¶ † Deinde ista gloss. opponit contra hanc regulam:
quoniam hæredem esse est titulus lucratiuus, vt pro-
batur in l. fina. in verbo, lucratur, & ibi hoc notat Sa-
lic. C. de fideicommiss. facit tex. in l. si seruus. § Stichum.
ff. de lega. j. & l. inter stipulantem. in fin. ff. de verbo-
rum obligationibus. & alibi dicitur, quòd est quasi lu-
cratiuus in l. si infanti. in gloss. C. de iure delibe. & per
gloss. & Docto. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acqui
rend. hæred. & in l. cum in vna. §. tutor. ff. de appella.
& tamen quamuis hoc consistat in lucro, non est po-
tior ille, cuius causa tempore præcedit, sed cuius cau-
sa sequitur in tempore: quoniam posterius testamen-
tum si sit iure perfectum, rumpit prius factum. l. pri-
ma & secunda. ff. de iniust. rup. & irrit. & l. si mihi. §. si in
legatis. de legatis primo. & l. si quis in principio testa-
menti. de lega. tertio. l. quarta. de adimend. & transfe-
rend leg. l. sancimus. C. de testa. & in §. posteriore. Insti-
tu. quib. mod. testamen. infir. l. j. C. de sacrosanct. eccles.
& in cap. cum Marthę. extra de celebra. miss. tricesima-
quarta, quæstione secunda. c. vltima voluntas. & no-
tatur per gloss. in cap. primo. super verbo, reuocare.

hæredē esse est titulus lucratiuus.

4 extra de constitu. libro vj. ¶ † Timore cuius contrarij
gloss. hic distinguit, quòd in vltimis voluntatibus, &
alijs actibus, Aut actus dependet ex voluntate vnius
tantum, & vltimum præualet primo, vt de vltima vo-
luntate probant iura statim allegata. Idem dicit in le-
gibus: quia ex voluntate legem condentis hoc depen-
det, vt l. nō est nouum. cum duabus legibus sequētib.
ff. de legi. licet videatur, quòd condere legem non de-
pendeat ex solius principis potestate, sed etiam à con-
silio procerum, vt l. humanum. C. eodem titu. de legi.
sed secundum Docto. ibi dictio, humanum, soluit con
trarium: quia dicit humanum hoc esse, non autem ne-
cessarium: quia Papa vel Imperator etiam solus in ca-
mera potest condere leges, vt ibi notant Ioan. Fab. &
Alberic. & idem Alberic. super rubrica eodem titu.
Similiter dicit hic gl. hoc procedere in rescriptis: quia
vltimo statur, & non primo. & nihil allegat, sed allega-
te gloss. & Docto. in cap. primo. cap. cæterū. & cap. si
autem. extra de rescript. & in cap. vt debitus. extra de
appella. Aut actus dependet ex voluntate plurium,
vt in contractibus, & glos. dicit quòd vltimo statur, &
non primo, si omnes contrahentes in hoc consentiant,
vt l. pacta nouissima. C. de pac. vbi dicit Bald. illud esse
verum, quando pacta primum & vltimum sunt con-
traria, vt pactum de petendo, & pactum de non peten
do, quę tamen pacta secundum eum non sunt propriè
contraria: quia contraria propriè dicunt, qn̄ si vnū est
verum, reliquū est falsum, sed ista sunt ambo vera, ideo
non est propriè contrarietas, sed incompatibilitas, nō
quo ad originem, sed quo ad effectum. Incōpatibilia
tamen, secundum Aristotelem, quem allegat Bal. quo
dam modo sunt contraria, non similia. quando enim
sunt similia, omnia seruantur tam primum, quàm vlti
mum, vt l. tenetur. § primo. & l. si sterilis. §. si tibi. ff. de
actio. emp. & vendit. & l. iurisgentium. §. primo. vers.
& ideo. ff. de pact. Idem est quando pacta sunt dissepa-
rata seu diuersa si incontinenti fiunt: quoniam vtrun-
que seruatē. l. in bonęfidei. & l. petens. C. de pact. & l. hęc
venditio. & l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. Sed
quando sunt contraria vel incompatibilia, statur vlti
mo, per dictam legē, pacta nouissima. hoc tamen mo-
dificatur ibi per gloss. quam Bald. dicit singularem, &
notabilem, scilicet nisi pactum haberet clausulam dero
gatoriam, aut verba derogatoria ad similitudinem vl-
timæ voluntatis, per tex. quem allegat in dict. l. si mi-
hi & tibi. §. fina. ff. de lega. j. & in hoc notabilis est illa
glos. quòd verba derogatoria in contractibus, idē ope
ratur quod in vltima voluntate. quod est ideo, secun-
5 dum Bald. ibi, † quia duplex est prioritas, & posterio-
ritas. quædā enim secundum ordinem scripturæ, & in-
tellectus, de qua loquitur text. dict. l. pacta nouissima.
Alia est secundum ordinem intellectus. ideo vbicunq;
primus contractus habet verba derogantia secundo,
quamuis ille secundus quo ad ordinem scripturæ sub-
sequatur, præcedit tamen quo ad ordinem intellectus,
secundum quem ordinem intellectus est nullus ex defe
ctu consensus, sine quo non contrahitur, vt l. consen-
su. ff. de actio. & obliga. & l. prima. § fina. ff. de pact. &
6 Institu. de obliga. ex consen. & ibi glo. ¶ † Circa quod
quæritur de tali quęstione, creditor habens debitorem
obligatum fecit sibi pactum de non petendo vsque ad
xxx. annos, quibus lapsis inuicem creditor & debitor
pactum fecerunt de petendo, verum ex isto vltimo pa
cto possit agi, non obstante lapsu xxx. annorum. & vi
debatur quòd non, quia tempore xxx. annorum sub-
lata est omnis actio, vt l. omnes. & l. sicut. C. de præ-
scrip. xxx. vel xl. anno. Item quia debitori duę exceptio
nes competere videbantur, scilicet pręscriptionis, & pa
cti de non petendo. per pactum igitur subsequens de
petendo solum submouetur pactum de non petēdo,
& remanet præscriptio, ad instar illius, cui debentur
duæ seruitutes, vt l. si domus. ff. de seruit. vrb. pręd. Sed
in contrarium facit dict. l. pacta nouissima. vt ibi no-
tat Alberic. post Odofred. quia aliàs pactum vltimum
de petendo nihil prodesset. quod non est dicendum:
quia verba apposita in contractu non debent esse sine
virtute aliquid operandi. l. si stipulatus. ff. de vsuris.
notat Bald. super rubrica. C. de contrahen. empt. facit
text. in cap. si Papa. extra de priuil. lib. vj. Nec valet al-
legatio præscriptionis: quia non valenti agere nō cur-
rit præscriptio, vt l. fina. C. de anna. præscript. Sed ob-
stante pacto de non petendo vsque ad xxx. annos, cre-
ditor agere non poterat: ergo ei non currebat præscri-
ptio, imò sine pacto de non petendo debitor sciens se
obligatum

obligatum quandiu viuebat non poterat præscribere, secundum sententiam veram vtriusque scholæ, vt plenissimè recitatur per Angel. & Ioan. de Imol. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuc. & per Benedict. post Panormitan. & Anton. de Butr. in cap. fin. extra de praescrip. quãuis aliqui magni Docto. tenuerint cõtrariũ, inter quos fuit Bart. qui salua determinatione sanctæ matris ecclesiæ ita tenuerat. Sed postea mutauit opinionem in repetitione l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & bene mutauit, secundum prædictos Docto. Sed in quæstione proposita propter pactum de non petendo non poterat currere præscriptio, & sic lapsis triginta annis, propter secundum pactum ex priori obligatione non præscripta poterat creditor conuenire debitorem. facit ad hoc illud, quod habetur in l. quod debitori. ff. de donat. causa mor. & quod notauerunt Cy. & Alberic. in l. quoties. C. de preci. Imperat. offer.

7 ¶ Item faciunt prædicta ad aliam quæstionem, † quidam iuit ad abbatem cuiusdam monasterij, vt reciperetur in conuersum illius, præmissa per eum protestatione, quòd in veritate non esset conuersus, sed hoc faciebat ad euitandum onera loci, vel ciuitatis, vbi morabatur. deinde post aliquod interuallum recipitur in conuersum promittens obseruantiam regularem, deinde eo mortuo monasterium dicit bona illius ad se pertinere per authẽ. ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs. proximiores eius contradicunt, asserentes conuersionem nullam ex defectu veri consensus, qui fuit exclusus per dictam protestationem, quæ habebat verba expresse derogatoria. protestatio enim declarat animũ protestantis. l. at si quis. §. plerique. ff. de religios. & sumpt. fu. in contrarium verò faciebat: quia factũ derogauit protestationi tanquam illi contrarium, vt cap. cum M. Ferrariensis. extra de constitu. & cap. sollicitudinem. extra de appella. facit quod habetur in cle. gratiæ. extra de rescrip. & in l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. Bald. in dicta l. pacta nouissima. mouet hanc quæstionem, & allegat Iacob. Butri. distinxisse: quia si protestatio erat concepta respectu futuri actus quantũcunque ex interuallo fiendi, actus præcedentis talis protestationis excludit actum subsequentem & illius consensum. & ita intelligatur gloss. allegata. Si verò protestatio fuit simplex non collata in futurum si incontinenti fiat actus, non valebit: secus si ex interuallo fiat: quia actus contrarius protestationi ex interuallo factus inducit præsumptionem pœnitentiæ illius protestationis, & quòd fuerit mutata voluntas,

8 per iura allegata. & ita pertranseunt. ¶ † Quæ faciunt ad aliam quæstionem de ingrediẽte monasterium, qui tempore ingressus protestatur, vel facit pactum, quòd bona sua sibi propria remaneant, vtrũ valeat pactũ, quod videtur esse contra substantiam monachatus, vt in cap. cum ad monasterium. extra de stat. monac. de quo videte gloss. & Alberic. in l. per seruum. §. primo. ff. de vsu & habita. & gloss. & Docto. in dict. authent. ingressi. & per Archidiacon. xxxij. quæstio. ij. cap. solet. & Specul. titu. de statu mo. versicu. xxxij. & plenius Docto. in dict. l. pacta nouissima.

Summarium.

1 ☞ Debitor offerens se quod superest soluturum facto calculo, impedit alienationem pignoris.
2 Pignus melius vendens, si per alia potest satisfieri, non est in bona fide.
3 Debitor sine oblatione dicens se paratũ soluere an impediat alienationem pignoris.
4 Oblatio sola siue depositio an sufficiat ad impediendã venditionem pignoris.
5 Ignorantia quando excuset hæredem à pœna.
6 Iusta causa litigandi quando dicatur.
7 Fideicommissum quando ex iusta ignorantia alienetur ab hærede.
8 Hæredi dubitanti de falcidia an hæreditas sit exhausta legatis, quomodo succurratur.

Non potest videri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat.

GLOSSA ad declarationem huius regulę ponit exẽplum, primo de l. si residuũ.

1 C. de distract. pigno. † vbi debitor qui pignora dedit creditori, & partem debiti soluit probabiliter ignorãs quãtum restabat ad soluendum, calculo facto obtulit se partem reliquam soluturum, impedit alienationem pignoris, cum non dicatur improbus ignorãs quantum restat ad soluendum. Sed si non ignorauit, non posset impedire alienationem permissam creditori, iuxta l. si conuenerit. ff. de pigno. act. & hoc nisi residuo soluto: vt l. quandiu. C. eodem titu. de distract. pigno.

2 † Si tamen plures res essent obligatæ, ex quarum vna posset creditor consequi id, quod sibi debetur, & vendat meliorem, isto casu non videtur bona fide versatus, vt l. magis puto. §. idem prætor. ff. de reb. eorum qui sub tutel. vel circa sunt. facit l. prima. §. denique. ff. de aqua pluuia arcenda. vt recitat gloss. in dicta l. quandiu. cuius opinionem in hoc passu sequitur Al-

3 beric. & ibi Salic. ¶ † Sed quæstio est de debitore ignorante quantum supersit soluendum de debito, & vult impedire alienationem rei suæ pignoratæ, qui debet offerre solutionem residui petito prius arbitro seu calculatore, qui referat quantum restet, vtrum sufficeret sine oblatione, quòd debitor diceret se paratum esse soluere. & videtur quòd isto casu alienatio non esset prohibita, licet postea soluta pecunia rescinderetur, secundum gloss. in dicta l. si residuum. per text. l. penultimæ. ff. de rescind. vendit. Sed ibi dicit Salicet. esse speciale in dicta l. penultima. in venditione rei propter publicum vectigal. sed secus esset in alio casu priuato, & debet imputari debitori scienti se aliquid esse soluturum de debito cur non obtulit, iuxta formam dict. l. si residuum. vel, vt ibi dicit Alberic. & Salice. in allegata l. penultima. ibi in venditione illius rei gratiose aliquid fuerat omissum de solennitatibus requisitis, & sic secus est in alio casu, & etiam illo, vt est tex. in l. secunda. C. si propter public. pensi-

4 tat. ¶ † Est etiam aduertendum, quòd in hoc sola oblatio sufficit, nec est necessaria consignatio pecuniæ, vel depositio, vt dicta l. si residuum. & l. Item liberatur. §. qui paratus. ff. qui. mod. pig. vel hypot. taci. sol. & hoc quantum ad inhibendum venditionem, dummodo

oblatio fiat iudicialiter: quia facta extra iudicium sola
non sufficit, sed est necessaria depositio, vt l. secũda. C.
debit. vendi. pig. impe. non pos. & notatur per glos. &
Salice. in l. si priusquã. C. de distrac. pigno. Et de mate-
ria offerendi & deponendi illud, quod debetur, vide
te tex. & ibi notata in l. acceptam. C. de vsur. & per Io.
de Imol. in l. solutionem. ff. de solutio. & C. eodem tit. l.
5 obsignatione. & ibi per Docto. ¶ †Secundo glos. dat
exemplum huius regulæ, de l. in testamento. in j. ff. de
condi. & demons. vbi ignorantia hæredis excusat eum
si non impleat dispositionem testatoris, sub ea forma
quam dixit. Ex coniecturis tamen non omnino indu-
bitatis fauorabile præceptum testatoris est implẽdum,
sed non pœnale, secundum Bal. ibi. Qui subdit, quòd
ex præsumptionibus, vel coniecturis, non debemus
procedere ad petitionem pœnarum. & ad hoc ille text.
est notãdus. ibi enim quidam testator iusserat sub pœ-
na monumentum sibi construi, ad exemplum vnius
alterius nominati in testamento, quod non reperie-
batur, sed bene aliud, ad cuius exemplum suspicaba-
tur testatorem voluisse sibi ædificari monumentum,
ideo hæredes propter ignorantiam liberantur à pœna
si tale quale scriptum est, nõ faciãt ædificari. Sed tamen
aliud ædificari facere debent, considerata dignitate, &
substãtia defuncti: non sunt tamen improbi, qui igno
rant quod facere aut soluere debent, vt in hac regula.
6 ¶ †Tertio exemplificat glo. in hac regula de l. si quis so
lutioni. in prin. ff. de vsur. vbi non dicit in mora qui iu
diciũ suscipit ex iusta cã, sed habet iustã cãm litigãdi,
quã videt habere si debitũ non erat cõtractũ cũ eo, sed
cum suo prædecessore, & illud ignorabat. facit l. qui
in alterius. cum ibi plenè collectis. s. isto tit. & in aut.
de iudici §. oportet. colla. vj. & l. qui solidũ. §. etiã. ff. de
lega. ij. vel etiã quia miserat procuratorẽ aut nuntium
ad soluendũ, quem credebat soluisse, vt C. qui pet. tut.
7 l. cum à matribus. †Extra glos. potest poni exẽpliũ de
l. fi. § fi. ff. de lega. ij. vbi hæres ignorans fideicõmissum
vel legatum factũ per testatorẽ in codicillis quos pro-
hibuerat aperiri donec post mortẽ hæredis, nõ impro-
be dicitur rem legatã alienare: quinimò eius, & empto
ris ignorantia facit alienationẽ irreuocabilem, vt ibi,
quæ aliàs esset reuocabilis adueniente tẽpore fideicõ-
missi, vt l. fi. §. sin autẽ auaritia. C. cõmunia de leg. &
ad hoc est valde notãdus d. §. fi. Quoniam aliàs resolu-
to iure datoris resoluitur ius acceptoris, vt l. lex vecti-
gali fundo. ff. de pig. cum ibi notatis. & in c. j. §. rursus.
quib. mod. feud. amit. & c. j. §. fina. de controuer. inue-
sti Sed, vt dictũ est, ignorãtia iusta facit ne ius accepto
ris resoluatur, vt d. §. fi. quæ etiam facit, vt dator igno-
8 rans improbus nõ habeatur. †Postremo potest exem-
plificari hæc regula per l. j. §. cum dicitur. ff. si cui plus
quàm per l. falcid. vbi hæres institutus dubitans vel
ignorans an hæreditas in tantũ sit exhausta legatis, qđ
sit locus detractioni falcidiæ, nõ improbe facit si arbi-
trum, vel calculatorem petat à iudice dari qui æstimet
valorem bonorum, vocatis his qui debent vocari, an-
tequam soluat legata: quia ante calculationem igno-
rat quantum soluere debeat, vel si velit ante calculum
soluere integra legata vel fideicommissa, petet sibi satis
dari de dolo, & de recuperando vsque ad quantitatem,
quæ ratione legis Falcidiæ inuenietur sibi deberi. Et
hæc sunt notanda. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Contractus omnis tempore consensus nascitur, &
tempore dissensus dissoluitur.
2 Distractus actum retro similem requirit, vbi vltra con
sensum processum est.
3 Matrimonium consensu mutuo partium cõtrahi qui-
dem potest, vt dissoluatur autem non est in hominis
potestate.
4 Vniuersalis dictio cuncta comprehendẽs, nihil pror-
sus excludit.
5 Iurisconsultus spiritualia non apprehendens, de sacra-
mentalibus non est locutus.
6 Ius Canonicum perfectè continet quicquid alibi po-
test inueniri.
7 Virginitas semel amissa, haud quaquã recuperari potest.
8 Possessio non acquiritur sine actu corporis & animi.
9 Possessio qualiter, & quot modis amittatur.
10 Serui possessio nõ perditur, nisi diu se pro libero gesserit.
11 Diu, hæc dictio, quantũ tempus importare dicatur.
12 Possessio rerum sensitiuarum qualiter acquiratur aut
perdatur, & qualiter earum quæ non sentiunt.
13 Possessio rerum quando negligentia amittatur.
14 Dominus rei quando per apprehensionem factã ab
alio de eadem re, eiusdem amittat possessionem.
15 Iudex quid circa possessionis amissionem considerare
debeat.

Omnia quæ ciuili iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

GLOSSA non legit istã
regulam, sed remittit se ad l.
nihil tam naturale. s. isto ti.
vbi videte per me recitata,
& de eius materia habetur
in iuribus ibi allegatis, &
in c. j. extra co. ti. vbi exẽpli
1 ficat Panor. †in cõtractu q
dicitur nasci tẽpore consen
sus, & dicitur dissolui tpe dissensus, vt in ista regula. Exẽ-
plum etiã ponitur in stipulatione quæ cõsensu cõtrahitur
& cõtrario dissensu dissoluitur, vt l. j. §. fi. & l. si vnus. §. pa
ctus ne peteret. ff. de pac. simile in cõtractu emptiõis &
vẽditionis qui cõsensu cõtrahitur l. cõsensu. ff. de acti. &
obli. cũ similibus. & cõtrario dissensu dissoluitur, vt l. ab
emptiõe. ff. de pact. & l. j. & ij. C. qñ lice. ab empt. disce.
2 †Sed vbi vltra cõsensum processum est, oportet in distra
ctu actũ retro similẽ interuenire, vt dictis iuribus: quia
quæ iure cõtrahuntur, iure cõtrario distrahuntur, vt dicit
hęc regula, & probatur in d. c. j. extra eo. ti. facit l. prout quisque.
ff. de sol. & l. ita prædia. ff. de ser. rusti. pręd. Cõtrariorũ
enim eadẽ est disciplina. not. per glos. in l. si merces. §. vis
maior. ff. locati. Hæc tñ regula fallit in matrimonio, se-
cundũ gl. in d. c. j. & rõnẽ fallẽtię assignat glo. in c. qua-
propter. xxvij. q. ij. vel vt dicit Panor. ratio est, quia ma-
trimoniũ est maximũ sacramẽtũ, in c. debitũ. extra de
3 biga. †& ex quo est cõtractũ, eius dissolutio non est in
hois potestate: quia quos deus cõiunxit nõ pôt homo sepa-
rare, vt xxxij. q. ij c. quos deus. fallit etiam d. regula ex-
tra co. ti. in baptismo, & sacramẽtis, quę eo modo non
soluuntur quo cõferuntur, vt j. q. j. c. quicqd. facit xv. q. vij.
c. fi. &

cap.fi.& de consecrac.distin.iiij.cap. ostendit. Et quã-
uis ista regula cõcepta sit sub verbo vniuersali omnia,
4 †quod nihil excludit,vt l.fi.ff.de penu lega. & l.fina.ff.
de supellect.lega.& l.prima.ff.de vsufruct.ea. rer. quæ
vsu consu.vel min.& l.Iulianus respondit testatorem.
de lega.iij.& l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff. de reb.du-
bijs.& l.à procuratore.C.manda.& in cap.solitę.extra
de maio.& obedien.& xix.distinc.cap.si Romanorũ.
5 †tamẽ Iurisconsultus non intellexit loqui de sacramen
talibus,quoniam vt dictum est in dicta l. in totum o-
mnia.ẽ.isto tit. Iurisconsultus non posuit os in cœlũ,
sed vt naturalis,vel moralis Philosophus locutus est
de his quæ sub cœlo consistunt,ac dispositione,& or-
dine rerũ animatarũ,& corporaliũ,vt dicit Bald.in l.j.
6 in principio.ff.de iusti.& iur.†secus in iure canonico
in quo perfecte inuenitur quicquid alibi quæritur, vt
dicit tex.xxxvij.distinct.cap.legimus.Ideo cum regula
iuris canonici dicat,quòd omnis res per quascũq; cau-
sas nascitur, per easdem dissoluitur, bene dicit ibi glo.
illam fallere in sacramẽtis , per iura allegata.Quoniam
licet baptizatus incidat in hęresin vel fiat apostata,nõ
amittit baptismum,vt dicto cap. quod quidam. vbi
videte Archidiaco. Panorm.autem in dicto cap.pri-
mo.reddit de hoc rationẽ in sacramẽtis,quia in illis nõ
7 põt ꝓpriè interuenire actus cõtrarius:†sicut dicimus
in virginitate amissa , quæ non potest recuperari , vt
xxxij.q.v.cap.Paulus.& hoc est in istis sacramentis ꝓ-
pter characterem spiritualem,qui imprimitur.Fallunt
etiam istæ regulæ eiusdem ferè tenoris in possessione
8 amittẽda,†quoniam ad eam acquirendam requiritur
animus & corpus,vt l.iij.§.primo.ff.de acquir.possess.
& l.licet.C.eod.titu.& tamen animo solo perditur,vt
dicta l.iij.§.in amittenda.cui tamen contrariari videtur
l.quemadmodum.eo.titu.quæ videtur requirere cor-
pus & animũ,vt perdatur possessio.ad quam Panor.
& quidam alij dixerunt quòd si ab animo incipiat de-
sinere possidere, solo animo perdatur:secus si incipiat
à corpore,quia corpus sine animo non sufficit. ¶Sed
pro cõcordia cõtrariorum, quæ circa hoc possent fieri
potest dici,secundũ Docto . maximè Salic.in dicta l.li
9 cet.¶†Si quæratur qualiter perdat possessio,quia aut
loquimur de possessione rerum mobilium vel immo-
bilium. primo casu si per aliũ fuerat apprehensa pos-
sessio tota perditur, naturalis scilicet & ciuilis, qualis-
cunq; cõditionis fuerit res mobilis,vt l.j.§.per seruũ.et
l.rem quæ nobis.& l.si rem mobilẽ.ff.de acquir. poss.
vbi tex.reddit rationem,quia mobilium vilis est pos-
sessio & abiecta.Si autem ab alio non fuerit apprehẽ-
sa possessio dictarũ rerum mobilium,facta est differen
tia rerum animatarũ anima rationali,vt sunt serui,ab
10 alijs rebus.†In seruis enĩ priusquã præsumatur in du-
bio q; dñs seruorũ perdiderit possessionẽ ciuilẽ , quæ
animo retinetur,vt dicta l.licet. oportet,q; seruus diu
se gesserit pro libero,ita q; se voluerit præscribere pro
libero,vt dicta l. iij. §.si seruus.& l.Pomponius.circa
principium.& l.per eum.in fi.eo.tit. Quandiu igitur
seruus vult ꝑscribere libertatẽ,tunc ante cõpletã ꝑscri-
ptionẽ gerit se ꝓ seruo,& se ipsum possidet dño,q ideo
nõ perdit illius possessionẽ.item etiã nec statim q; se ge
rit pro libero,sed demum cũ se credit esse liberum , vt
dicta l.per eum.§.fina.& credit ille seruus se liberum si
diu moratus fuit in libertate,& non ante,vt ibi est tex.
11 & in dicto §.si seruus.¶†Sed dubitari potest quantũ
illud diu debeat intelligi.& glos.in d.§.si seruus.recitat
opiniones, & videtur residere quòd intelligat de decẽ
annis inter pręsentes,& viginti inter absentes.Sed Pet.
& Cy.in l.prima.C.vbi causa stat.quos sequitur Ray.
dixerunt hoc esse arbitrarium,argumento l. finalis in
fin.ff.de iur. deliberan.Bald. verò in d.l.j.C.vbi causa
stat.vbi est similis gloss.& Ioannes de Imo.in d.§.si ser
uus.sequuntur dictas glos.quod dicunt esse tutius per
text.quem illæ glos.allegant in l. si cũ fideicõmissum.
§.Aristo.ff. qui & à quib. manu.libe.non fi. & per il-
lud quod habetur in dicta l.diuturna.ff.de legi.iuncta
12 glos.super rubrica.C.quæ sit lõga consue.†Sed quan
tum concernit alias res mobiles,distinguendæ sunt in
hoc res sensitiuæ ab insensitiuis.Nam sensitiuę,vt sunt
bos ,equus,& similes,statim q; exiuerunt custodiam
domini,& persecutæ non reperiuntur,illarum perdit
dominus possessionẽ,vt d.l.iij.§.Nerua.& l.Pompo
nius.in principio.nec propterea dicuntur res furtiuæ,
quia in eis deest dolus & animus,sine quo furtum nõ
cõmittitur,vt l.j.ff.de furt.non tamen per hoc dñs per-
dit dominium,imò retinet,vt l.si quis vi.§ differentia.
ff.de acquir.possess.quod verũ est nisi dñs habuisset res
illas pro derelicto,vt l.j.& ij.ff.de vsucap.pro derelict.
13 †Quo verò ad non sensitiuas dicendũ est,q; si dñs illa
rum neglexerit adipisci possessionem earum,quasi res
illę perierint,ꝓ illã negligentiã nõ inuestigãdi aliã ob-
liuionem,illarũ possessionẽ perdit.ad quod alleg. Sa-
lic.in alleg.l.licet.per l.si de eo.§.j. cum ibi notatis per
Bart.ff.de acquir.pos.Sed re vera ille tex.loquit de pos
sessione immobilium.sic tñ pertrãsit Salic.cuius dictũ
melius ꝓbatur in d.l.Pomponius.in princ.vbi autem
de possessione recuperanda nõ adhibuit tantam negli
gentiam,q; res videat periisse , non perditur possessio,
nec præsumit amissa,nisi ꝑ obliuionẽ , quæ præsum- Quasi p̄datur posses- sio in im- mobili bus.
ptiuẽ inducit ex cursu temporis,vt statim dicetur in a-
lijs rebus immobilibus , in quibus distinguẽdũ est in-
ter p̄dia tributaria,& nõ tributaria.in tributarijs enim
nedũ possessio perdit biennio,sed etiã dñium, vt l.qui
agros.C.de omni agro deser.lib.xj vbi Bar.& Iac.Re-
buf.cõmendant illũ tex.ꝓ locis in quibus secundũ for
mam statutorũ prædia sunt tributaria. Cui dicto con
tradicit Ang.recitatus ꝑ Ioã.de Imol.in allegata l.si de
eo.§.j.quia dicta l.qui agros. inducit specialitatem fa-
uore fisci,cui tributa debent,cuius priuilegiũ nõ debet
extendi ad alia loca priuata,vt l.cũ qui vectigal.ẽ.titu.
proxi.Bart.etiam in d.§.j.opponit cõtra d.l.q agros.
de l.vnica.C.de vsuc.trãsfor. vbi sublata vẽ differẽtia
tributariorum,& nõ tributariorum prædiorum . nec
respondet opinioni cui Ang.nititur rñdere,scilicet q; l.
qui agros.procedit vbi prædia tributaria deserunt,&
occupator tenebat inculta in p̄iudicium fisci,qui inde
reditus nõ capiebat: sed vbi prædia culta sunt, ꝓcedat
dicta l.vnica.quæ solutio non placet Io.de Imol.quia
in d.l.qui agros.occupator prędia coluerat,vt ibi pa-
tet in text.& etiã melioris conditionis esset occupator
dictorum prædiorum tributariorum dolosus,& negli
gens,quàm diligẽs , cõtra l.Seruius.ff.qđ vi aut clam.
ideo oppositioni rñdet,q; si tpe occupatiõis p̄dia erãt
iam deserta , ꝓcedat dicta l.qui agros.licet occupator
illa postea coluerit:secus si tempore occupationis nõ
erant deserta.& ita loquatur dicta l.prima. Sed si præ-
dia non sunt tributaria,& possessio à nemine sit appre
hensa,in dubio isto casu requiritur obliuio causata ex

cursu temporis decem annorum, per ea quæ superius
fuerunt allegata, nõ quòd ex obliuione sola immedia-
te possessio perdatur: sicut non perdũt illam dormien
tes, sed ex illa cum cursu dicti temporis inducitur præ-
sumptio, quod dominus deposuerit animũ posiden-
di, secundum Dyn. quem allegat Salic. in dicta l. licet.
14 †Et idem dicẽdum est vbi fuit possessio per alium ap-
prehensa, & dominus qui prius posidebat hoc igno-
rabat, sed vbi scit possessionem per alium apprehẽsam
suam possessionem perdit ex negligentia tanti tempo-
ris, ex cuius lapsu suspicari videatur se posse repelli. l.
quod meo. §. fina. l. clam posidere. §. qui ad nundinas.
& l. quamuis. & l. si id quod. §. fina. ff. de acquir. pos-
sessione. & l. tertia. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. qđ
tempus arbitrio iudicis relinquetur ex circunstantijs
probatis, & qualitatibus actuum qui interuenerunt.
& ita intelligatur glos. in l. furtum. §. fundi. ff. de vsuca.
& ibi per Barto. & Ioannem de Imol. ex quibus elicit
15 Salic. vbi š. vnam conclusionem in practica, †quòd in
dubio circa amissionem possessionis iudex primo de-
bet considerare qualitatem actuum gestorum per pos
sessorem, & secundum illos arbitrari, vt iuribus supe-
rius allegatis, & l. si de eo. §. primo. & l. ancillam. ff. pro
suo. & l. pro hærede. ff. de acquirenda hæredita. de qui-
bus actibus, si non constet ei, ita quòd non potest ani
mum suum ad aliquid apertè applicare, lapsus tũc de-
cem annorum sufficit ad inducendam præsumptionẽ
obliuionis & depositionis animi, & hoc quando nul-
lus possedit, aliâs vbi fuit possessio apprehensa per a-
lium sciente domino, minus tempus sufficeret, sed non
dicit quantum. Ioannes verò de Imo. in dicta l. si de eo.
§. primo. circa hoc recitat varias & contrarias gloss.
vna enim dicit requisitum esse longum tempus in di-
cta l. si id quod. in principio. de acquiren. possessione.
aliâs dicit sufficere tempus arbitrarium moderãdũ per
iudicem etiam minus quàm longum. & hoc vult glo.
in dicta l. furtum. §. fundi. ff. de vsucapio. Alia gloss. di-
cit tẽpus esse arbitrariũ, sed illud longũ moderabitur
iudex, scilicet decem vel viginti annorum, vt Institu. de
vsucapio. §. quod autem. super verbo, absentiam. glo.
etiam in l. prima. C. de seruis fugi. aliter locuta est. Inno
centius in cap. querelam. extra de elec. in quinta gloss.
tenet, quod est tempus arbitrarium, sed iudex debet ar-
bitrari illud esse minus, quàm longum. & reddit ratio-
nem, quia absurdum videtur quòd requiratur tantum
tempus ad perdendam possessionem, quantum requi
ritur ad perdendum dominium, ad quod perdendum
sufficit longum tempus, vt l. fin. C. de præscript. longi
tempo. Idem notauit Innocen. in cap. secundo. in glos.
secunda, quæ incipit, per Monachos. prope fin. extra
de restitu. in integrum. & istam partem putat Ioannes
Ad perdendũ dñium — de Imol. in dicta l. si de eo. §. primo. esse rationabiliorẽ,
& tenendam per rationem Innocentij, & argu. dictæ
l. fina. in fin. ff. de iur. deliberan. Nec obstat illud quod
supra dictum est in gloss. in l. iij. §. si seruus. ff. de acquir.
posses. & gloss. in l prima. C. vbi cau. stat. quia, vt di-
ctum est, intelliguntur illæ glos. de seruo, qui mala fide
se gerit ꝓ libero. Et ideo ne malignitas serui posit de
facili nocere domino, requiritur quòd diu, id est, lõgo
tempore moratus sit in libertate, vt priuet dominum
sua possessione, quam habebat, argumento dictæ l.
Pomponius. in princip. & secus esset si bona fide se ge
reret pro libero, vt tenet gloss. in l. quod autem. ff. de li
ber. caus. & Innocentius in cap. secundo. extra de seruis
non ordinandis. qui tñ non declarat quãtum tempus
debeat iudex arbitrari. Circa quod dicit Ioan. de Imo.
vbi š. quem recitat, & sequitur Ange. Aretin. in dicto
§. quod autem. Institu. de vsucap. posse probabiliter te
neri, quòd sit biennium, nisi appareat illum qui posi-
debat fuisse ex aliqua causa impeditum. & talis negli-
gentia sufficere videtur ad perdendam possessionem:
quia olim sufficiebat etiam ad perdendum dominiũ,
vt Institu. de vsucapio. in principio. & in dicta l. vni-
ca. C. de vsucapi. transfor. alias rationes adducit, quas
videte. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Mensis an triginta tantum dies contineat. & nume
ro 8. 9. 10. 11. 12. & 13.
2 Annusq; quid.
3 Bissextus quid.
4 Dies naturalis continet vigintiquatuor horas.
5 Hebdomada quid.
6 Annus solaris & lunaris quid.
7 Annus emergens quid.

Vbi lex duorum mensiũ facit mentionem, & qui sexagesimoprimo die venerit, audiendus est. Ita enim Imperator noster Antoninus cum diuo fratre suo rescripsit.

MATERIA huius re-
gulæ satis videtur intrica-
ta per gloss. & Doctores in
suis locis. Sed gloss. hic per
tres leges, quas allegat, po-
nit exempla in hac regula,
videlicet per l. si venditor
de his. ff. de ædil. edict. & l.
prima. C. de temporibus
appellatio. & l. si fideiussor. C. de fideiuss. per quas ta-
1 men non plenè fit declaratio intentionis gloss. †Diffi-
cultas enim in hoc vertitur quot dies habeat mensis,
cum sit duodecima pars anni, vt dicit Panormitanus
in cap. licet. extra de supplenda negligentia prælator.
2 †Habet autem annus trecentos sexagintaquinq; dies,
& sex horas, quamuis textus in l. ita vulneratus. ff. ad l.
Aquil. & in l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statuliber. lo-
quatur de diebus trecentis sexagintaquinq;, tamen de
sex horis nihil dicit. Sed gloss. in cap. quadragesima. de
consecratio. distinctio. v. & Panormita. in dicto cap.
licet. & glo. in cap. si propter. extra de rescrip. lib. vj. &
ibi Archidiaco. & gloss. in c. quæsiuit. extra de verbo-
rum significatio. & gloss. in l. iij. §. minorem. ff. de min.
3 de dictis sex horis faciunt mentionem, †ratione qua-
rum de quadriennio in quadriennium additur vnus
dies Februario, qui dicitur intercalaris, & fit Bissex-
tus, vt l. cum bissextus. š. titulo proximo. & l. tertia. ff.
4 de diuersis & tempor. præscriptio. †Dies autem na-
turalis constat ex vigintiquatuor horis, vt notat glo.
in l. more Romano. ff. de ferijs. & l. secunda. supra titu-
lo proximo. & in capite, consuluit. extra de officio
delega.

Hebdomada.

5 delegari. †Hebdomada verò est naturaliter & com-
muniter septem dierum, vt dicta l. cum bissextus. licet
quandoq; in sacris literis sumat hebdomada pro septē
annis, vt nota. per Nicol. de Lira, Danielis cap. ix. ita
quòd septem anni faciūt hebdomadam, vt notat per
Alberic. in dicta l. ita vulneratus. qui allegat gloss. trice
simatertia. q. ij. cap. hoc ipsum. & tricesimaprima di-
stinct. cap. tenere. vbi etiam dicitur quòd septimana ali
quando sumitur pro anno. vbi etiam dicit glos. q; pro
anno sumitur tempus, vt dicamus omni tēpore, id est,
omni anno, vt in cap. omni tempore. de consecrat. di-
stinct. iiij. & ibi glos. & à planetis ordinantur septē dies
hebdomadę, vt no. per gloss. in l. omnes iudices. C. de
6 ferijs. ¶ †Sciendum est etiam secundum Bald. in l. de di
uisione. ff. solu. matri. & ibi Ioan. de Imol. quòd quidā
est annus cōmunis, quem aliqui vocant solarem, & est
maior vndecim diebus, quàm sit annus Lunaris xj. die
bus secundum Nicol. de Lira vbi s. & est quidam an-
nus emergēs. Annus cōmunis incipit à natiuitate do-
mini in quibusdā locis, vt in curia Romana, & hac ciui
tate, vt notant dñi de Rota in decisione quinquagesi-
ma, in nouis, & in alijs locis, & Francia, & Anglia ab
incarnatione dñi, vt nota. per glos. super rubrica. C. de
indictio. libro x. & est text. in cap. in nomine domini.
tricesima tertia distinctio. tamen anni cōcurrunt post
Martium, vt nota. in decisione noua Rotæ centesima
octaua. Sed incipientes annum à natiuitate hoc ideo
faciūt, quia prius fuit nota & reuelata mundo natiui-
tas Christi, quàm eius incarnatio. Videte pro his Spe-
cula. titu. de instrum. edit. §. breuiter. versu, cæterum.
7 †Annus verò emergens secundum Bald. in dicta l. de
diuisione. potest incipere quandocunq;, quia nulla da
tur regula in illius inchoatione, sed sic inchoatur sicut
emergit ex contingentia facti, idem etiam in mense, &
in hebdomada, vel die, quē annū, mensem, hebdoma-
dam, vel diem emergentem gloss. vocat artificialem in
dicta l. ij. s. titu. proximo. & in dicta. l. more Romano.
Dies verò iste artificialis describitur, quòd est spatium
vigintiquatuor horarum, vt in dicto cap. cōsuluit. nec
habet proprium nomen diei, sicut habent alij dies cō-
munes naturales. sic etiam est in anno solari, qui non
habet proprium nomen, sed menses communes natu-
rales bene habent proprium nomen, quo quilibet eo-
rum discernitur, vt Ianuarius, Februarius, & reliqui.
8 ¶ †Sed quia tex. huius regulę de mense artificiali loqui
videtur, de quo etiam loquitur text. Instit. ad l. Aquil.
§. hoc capite. facit quod not. per Archid. lxxv. distinct.
cap. quod à patribus. videndū est quot dies habet iste
mensis qui etiam legalis potest appellari, vt hic, & vt
dicit Bald. & post eum Ioan. de Imol. in dicta l. de diui-
sione. vbi quęrimus de tēpore, nisi sciamus illius prin
cipium, necessariò ignorabimus illius progressum: nec
possibile est in tpe intelligere hoc verbū desinit, nisi in-
telligamus verbum incipit, q a in istis artificialibus an-
nis, mēsibus, hebdomadis, & diebus, præsupponen-
dum est, quòd possunt quādocunq; incipere, iuxta no
tata in l. libellorū. ff. de accus. & l. diuortio. §. si merces.
ff. solut. matri. Annus etiam emergens siue artificialis,
vel legalis est trecentorum sexaginquinq; dierum, vt di
cta l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & dicta l. si hæres. §.
Stichus. ff. de statulib. Dies verò est viginti quatuor
horarum, vt dictū est, & naturalis incipit à media no-
cte, & finit in media parte noctis sequētis, vt notatur
in dicta l. more Romano. & ibi Bald. & Doctores. &
Innocen. in dicto cap. consuluit. licet artificialis incipe
re possit in aurora, i. albescente coelo, vt exponit glos.
9 in l. Titius. §. fina. ff. de liber. & posthum. †Sed mensis
quot habeat dies, est opinionum diuersitas inter Do-
ctores, vt plenè notatur in cap. licet. extra de supplen.
negligentia prælato. & ibi Ioannes Andr. in nouella,
& sequentes eum Doctores, & Bartolus in allegata l.
cum bissextus. Baldus etiam variè locutus est. Nam in
in cap. primo quo temp. mil. inuestit. pet. debeat. re-
citat vnam opinionem, quòd mensis dicitur tot habe-
re dies, quot habet maior pars mensium anni, quia fa-
uorabiles esse debemus. Ipse verò Baldus in authent.
qui semel. C. quomodo & quando iudex. in gloss. fin.
arguit ex intentione illius gloss. quòd vbi mensis sim-
pliciter profertur, intelligitur de triginta diebus. hoc e-
tiam videtur velle gloss. in l. fin. §. si autem dubius. su
per verbo, sexaginta. C. de iure deliberan. Bartolus al-
legat in dicta l. cum bissextus. quòd computentur pro
mense vigintinouē dies, per illum tex. sed ille tex. solū
loquit de Februario mense viginti octo dierum, qui
augetur vno die propter bissextum, ideo Bartolus nō
residet in illa opiniōe, sed deinde arguit de ista lege, vbi
videtur mensis intelligi de triginta & vno diebus.
Attamen iste text. hoc non posset probare, nisi de tri-
ginta diebus, & medio, quia pro duobus mēsibus as-
signat sexaginta & vnum dies. Quapropter ipse Bar-
tolus ibi recitat opinionem Ioannis Andreæ in cap.
quàm sit ecclesijs. extra de electi. libro sexto. ad quam
communiter recurritur, quòd vbi assignatur mēsis ad
aliquid agendum, intelligatur mensis tot habere dies,
quot habet mensis in quo negotium faciendum occur
rit: & tunc quando occurrit aliqua dies illius mensis
lapsi, supplentur tot dies de mēse sequenti. quod dici-
tur communiter seruari, secundum Antonium de Bu-
trio in dicto cap. licet. quamuis Hostiensis ibi dicat il-
lud esse arbitrio iudicis relinquendum, qui debet po-
tius ampliare quàm arctare. Bartol. tandem residet in
opinione Ioannis Andreæ, quā dicit esse veram, nisi
lex aliud exprimat. & in opinione Ioannis Andr. vi-
detur residere Bald. in l. prima. ff. si quis cautio. sic ex-
planando, quòd si assignetur dilatio vnius mensis, &
illa emergat in Februario habēte pauciores dies, debet
mensis assignatus numerari secundum dies prioris, &
non sequentis mēsis, in quo finit dilatio, ita intelligen
do, quòd quota die prioris mensis incœpit dilatio, ea-
dem die sequentis mensis finiatur. pro quo allegat tex.
expressum in l. qua ætate. ff. de testamen. & l. prima. ff.
10 de manumis. †Sed ipse Baldus in l. eos. §. si autem. C.
de appellation. ad sciendum quot diebus constet men
sis explanat, quòd si mensis exprimatur per nomen
proprium, vt quia dicatur de Ianuario, vel alio mēse,
per expressionem nominis proprij habetur dierum
certitudo: quia Ianuarius vnum & triginta dies com-
prehendit: si de Februario mense sermo fiat, erunt vi-
ginti octo dies, excepto bissexto, in quo erunt viginti
nouem, vt sæpe dicta l. cum bissextus. Aut mensis ex-
primitur per nomen appellatiuum, vt quia iudex ad
aliquid assignauit terminū vnius mensis: quo casu di-
cit esse distinguendum, quia aut loquimur ad finē cu-
tandi pœnam, aut ad extensionem fauoris: vel lo-
quimur in casu in quo non est odium neque fauor. de
primo ponit exemplū, iudex aliquē posuit ad cōfinia,

Mensis quot habet dies.

vel iussit exulare per mensem, mensis debet intelligi de
viginti octo diebus, quia fauor debet ampliari. l. cum
quidam. ff. de liberis & posthum. & cap. odia. extra eo-
dem titu. libr. vj. De secundo exemplificat in indulgen
tiis concessis per Papam in quodam loco duraturis
per mensem, intelligi debet de triginta & vno diebus,
ratione praedicta, quae facit duas regulas. vnam, quòd
odia debẽt restringi. aliam, quòd fauores debẽt amplia
ri, per iura allegata. De tertio dat exemplum, quando
iudex assignat terminum vnius mensis ad comparen
dum. quo casu dicit mediam viam eligendam, scilicet
quòd mensis sit intelligendus triginta dierum. & vti-
tur argumento, quia in odiosis fit strictior interpreta-
tio, quàm in fauorabilibus, vt notatur in dicta l. tertia.
§. minorem. ff. de mino. Tandem idem Bald. ibi se redu-
cit ad hoc, quòd assignatio mensis indistinctè debet in-
telligi de triginta diebus, quod voluit Salic. in authen.
iubemus. in secũdo notabili. C. de iud. & ad istũ tex. q
contra facere videtur, rñdet Bal. q̃ fortè ista lex inter-
pretaẽ leges veteres ex aequitate & benignitate addẽs
vnum diem, vt d. l. j. C. de tempori. appella. & ibi nota
tur in glos. fi. quod etiam voluit hic glos. in fin. Si autẽ
fieret noua lex, & loqueretur minister legis, nõ autem
lex cõmunis, cessaret ratio istius l. quia est praeter natu
ram dierum, secundum quod taxantur dies. Ad quod
facit dictũ cap. primũ. quo tempo. mil. inuestit. per. de
be. vel secundum eundem Bald. in dicto §. finautẽ. ista
lex magis loquitur ex benignitate legis quàm significa
tione mensis. & ita pertransit. Panorm. in dicto cap. li
cet. extra de supplen. neglig. praelat. recitat quosdam te
11 nuisse, † quòd menses sic debeant computari, vt sint
xxviij. dierum. haec fuit opinio Petri de Saxonia, vt di
cit Dominicus sancto Geminiano in dicto cap. quàm
sit. Nam in omni fere patria solẽt recipi quatuor heb-
domadę pro mense, cui vulgari consuetudini videtur
standum. l. minime. ff. de legi. l. prima. ff. de flumin. & l.
cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instruc. & instr.
lega. Qualibet autem septimana habet septem dies,
& sic quatuor ebdomadae xxviij dies complectuntur.
Ipse tamen Panor. nõ transit cum illa opinione, sed al-
legat istam l. quòd quãdoq; pro duobus mensibus dã
tur lxj. dies. Aliquando dantur pro mense xxxj. vt est
text. in l. secunda. versu, quòd si in primo fatali. & l. fi.
§. finautem. C. de tempor. appellatio. Alibi dicitur, q̃
dantur xxx. dies pro mẽse. l. quòd si nolit. §. si quid ita.
& l. ędiles autem. in principio. & d. l. si venditor. quam
sic intelligit ibi Alberic. ff. de aedil. edict. quamuis illam
l. gloss. hic intelligat secundum istam, quòd duo men-
ses sint sexaginta vnius dierum, quod non videtur tole
rabile, vt superius fuit dictum, & alij text. superius alle
gati eodem titu faciunt mentionem xxx. dierum. & di
cta l. fina. §. finautem dubius. C. de iure deliberã. & est
text. expressus in dicta authen. iubemus. & in corpore
vnde sumitur, vt cum de appel. cogno. §. sed quod prae
senti. collatio. viij. & l. si maritus praeuenerit. in princi.
& l. miles. §. sexaginta. & l. si marit⁹ sit in magistratu. ff.
ad l. Iul. de adulte. & l. iure mariti. C. eodem titu. Ista di-
uersitas opinionum inducit aliquos tenere, quòd sit re
currendum ad Calẽdarium, & hoc seruatur in dicto c.
quàm sit. Alij resident in opinione triginta dierum ꝓ
mẽse, in qua opinione plura iura ĩ. allegata videntur
concordare, ideo illis facilius standum videtur, argu-
mento eorum, quae habentur in cap. in nostra. extra de
testi. & hoc tenuerunt aliqui in cap. sacro. extra de sent.
excommu. all. g. xxiiij. q. iij. cap. de illicita. quamuis ille
12 text. hoc nõ probet. † opinionibus recitatis putat Pa-
norm. quòd vbi mensis à certo termino cõputatur, sit
habendus recursus ad Calendarium, vt si à principio
mensis illud occurrat, fiat computatio secundum nu-
merum mensis occurrentis: si in medio, habeatur re-
spectus ad mensem inchoantem & sequentem, facta di
uisione pro rata. Vbi autem promissio non computa
tur à certo termino, vt quia aliquis obligatur ad aliqd
agendum per duos menses, sit accipiendus mensis se-
cundum quod cõmuniter accidit, non secũdum quod
singulariter. Et quia dictum est, quòd mensis cõmuni
ter accipitur pro xxx. diebus. & ita residet sine alia alle-
gatione. Paul. de Liazaris in apostillis suis super dicto
cap. quàm sit. recitatus ibi per Dominicũ de sancto Ge
13 miniano distinguebat, † quòd aut ius disponit à quo
tẽpore incipiat mensis, vt quia dicat iudex, facias, vel
compareas intra mensem à die praesentationis, & sic de
mõstrat certum tempus, tunc incipiat mensis secundũ
quod occurrit in Calendario, & si quid deficiat de illo
mense, accipiatur de sequenti. & sic ꝓcedat opinio gl.
in dicto cap. quàm sit. Aut non exprimitur à quo tem-
pore incipiat mensis, tunc accipiatur duodecima pars
anni, vt ꝓbatur in dicto cap. licet. quamuis alij tenen-
tes aliam opinionem illud cap. allegent pro se. Nã il-
lud quod ibi dicitur, quòd duo semestria faciunt annũ
procedit quando semestria sunt continua, sed interpo-
latim sumpta nunquam facient integrum annũ. Sunt
enim aliqui menses qui capti sex vicibus nunquam fa
cerent medietatẽ vnius anni, vt patet in Februario: &
sunt aliqui qui accepti sex vicibus excederent medium
annũ, vt sunt illi qui habẽt triginta & vnum dies, ideo
Flor. in d. l. ita vulneratus. fuit in opiniõe, q̃ loquẽdo
de mense habito respectu ad totum annum, sumendus
sit mensis prout currit tempus anni, ne egrediamur il-
lud tempus anni, quod esset absurdum. sed si habeatur
respectus ad vnum mensem, vel plures, tunc si in prin
cipio mensis de eo fiat mentio, intelligitur de ipso mẽ-
se prout currit, argumento l. eum qui Calendis. & l. li-
ber homo. §. decem. ff. de verborum obligation. Sed si
aliter fiat mentio de eo, tunc aut mensis declaratus est
à contrahentibus, & hoc seruandum est, vt l. semper in
stipulationibus. § isto titulo. & dicta l. eum qui Calen-
dis. & ita potest intelligi l. lecta. ff. si cert. peta. vbi mẽ-
sis ponitur vigintiquinq; dierum. Potest etiam sic in-
telligi ista lex, vbi ponit numerum sexaginta & vnius
dierum pro duobus mensibus, vt quia iudex vel con
trahentes ita expresserunt. Si vero mẽsis non sit decla-
ratus: aut agitur de fauore, vel odio. si de fauore qui
exigat celeritatem, intelligitur mensis viginti quinque
dierum, vt dicta l. lecta. vel triginta dierum, vt iuribus
superius allegatis, quae de triginta diebus loquuntur.
Si fauor ille exigat dilationem, intelligitur de triginta
& vno diebus, vt dicta l. ij. ff. de diuer. & tempor. prae-
script. & alijs iuribus quae fuerũt circa hoc alleg. & sal-
uabitur etiã haec regula secundum Flor. quae supra lx.
dies duorũ mensiũ addit vnum diem. Si de odio tra-
ctetur, sequenda est opinio Bal. superius recitata, quã
ponit in dicta l. eos. §. finautem. C. de appellationi. vel
si vultis, quia glossa hic in fine dicit de benignitate
esse audiendũ illum, cui duo menses fuerunt assigna-
ti, si sexagesimoprimo die venerit, intelligatis iuxta
materiam

materiam,& not.in l.prima.ff.si quis cautio. Vbi dies
in quo fit asignatio non computatur in termino,li-
cet regulariter tempus currat de momento ad momen
tum,vt dicta l.tertia.§.minorem.ff. de minor.& l. pri-
ma.§.dies.& ibi glossa.ff.quando appellãdum sit.Fa
ciunt ad ista ea quæ notantur per Archidia.& Docto.
in cap.statutum.extra de rescript. libro vj. & cap. fre-
quens.de restitutio.spoliato. & cap. pia. de exceptio.
eodem lib.& in cap.super eo.in secundo.extra de app.
& in illis locis per Doct.ista sufficiant pro ista regula.
Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Prætorum edicta habent vim legis.
2 Album prætoris triplex.& nume.3.& 4.
5 Citationes affixas destruens qualiter puniatur.& nu-
mero 6.
7 Citare per edicta an iudices omnes possint.
8 Citationis modus olim & nunc.& nume.9.& 10.
11 Citans patrem vel patronũ non obtenta venia quo-
modo puniatur.& nu.13.
12 Solidus quando sumatur pro aureo.
14 Matrem etiam meretricem non vocat filius in ius si-
ne venia.
15 Parentum appellatio quando comprehendit natura-
les.& numero 16.
17 Patrem cum venia vocat in ius filius emãcipatus, nõ
qui in potestate.
18 Citatio non obtenta venia,quæ obtinenda erat,an sit
nulla.& numero 19.
20 Rusticitati quando non parcatur.& nu.21.
22 Rusticorum priuilegia quæ.& nu.23.& 24.
25 Rustici in quo sint alijs deteriores.
26 Veniæ petitio an faciat quemuis posse in ius vocari.
27 Vasallus an agere possit contra dominum non peti-
ta venia.

Qui vetante prætore fecit, hic ad-
uersus edictum fecisse propriè dicitur.
Eius est actionem dene gare, qui pos-
sit & dare.

DICTA prætorum
de quibus loquitur hæc
1 regula,†habent vim legis,
vt Institut. de iure natura-
li, gentium & ciuili.§.præ
torum edicta. & istud ius
prætorium,quod etiã ho-
norarium vocatur,à præ-
toribus introductum fuit
adiuuandi iuris ciuilis gratia, vt in bonorum posses-
sionibus.Aliquando vt suppleat,vel diminuat ius ci-
uile,vt l.ius autem ciuile.§.ius autem prætorium.ff.de
iustit.& iur.& per illud ius prætorium inducta fuerũt
plura edicta.Et vt dicit Rofred. in proœmio seu sum-
mula de edictis,ius prætorium tripartitè collectum est
seu diuisum,scilicet in actiones prętorias,interdicta,&
edicta,quæ etiam edicta verbo actionis cõtinentur,vt
l.actionum.§.fina.& l.in honorarijs.ff.de actio.& obli-
ga.Est tamen aliqua differentia,quia in interdictis ali
quid præcipitur,& fieri prohibetur, vt in interdicto,
vti possidetis,interdicto quod vi aut clam, de vi & vi
armata,de aqua quotid.& æsti.& similibus multis,vt
quilibet studiosus per singulos titulos interdictorum
poterit faciliter inuenire,& notare:sed in edictis nihil
præcisè præcipitur,sed bene sub quadam cõminatiõe,
& si contra fiat,prætor actionem pollicetur, quæ vo-
catur in factum, vt in corrumpente album prætoris,
vt l.si quis id quod. ff.de iurisdict.omniũ iudic.de qua
l.gloss.hic ponit exemplum primum in hac regula.Idẽ
in alijs edictis prætoris positis per discursum iuris, vt
in titulo de minori.de restitutio.in integrũ. de his qui
deiec.vel effud.de ædil. edict.& alijs similibus multis.
Veniendo igitur ad exemplum positum hic per glos.
de dicta l.si quis id quod.in qua dicitur,quòd corrum
pens,vel corrũpere faciens album prætoris, vel illud
quod in albo prętoris proponitur vt ibi sit perpetuo,
tenetur pœna quingentorum aureorum, & qui non
habet in ære,luit in corpore.Pro cuius declaratiõe sciẽ
2 dum est secundum Alberic.& Doctores ibi,† quod in
iure fit mentio de triplici albo. vnum est de quo loqui
tur illa l.quam post gloss.ibi declarat Bartolus, quòd
olim in vrbe Roma erat quidam paries dealbatus,in
quo scribebãtur edicta prætorum, & illud album de-
struens,vel corrumpere faciens,incidebat in illam pœ
nam.quod intelligendum est quando destruebatur edi
ctum prætoris,quod propositum erat ibi vt esset per
3 petuo.† Secus si aliquid ꝑponebatur ad tempus,vt Secundum.
erant citationes,quoniam secundo etiam illud dicitur
album in quo citationes scribebantur quando quis ci
tabatur per edicta,vt authen.de litigio.§.omnem.col-
latio.viij.& in authentica,qui semel.C. quomodo &
quando iudex.& gloss.in clemen.prima.extra de iudi.
super verbo,albo.facit quod notauit Specul.titulo de
dolo & contumac.§ restat.in principio.& titulo de ci
4 tatione.§.sequitur.versu,& nota.†Est & tertiũ album
in quo nomina decurionum scribebantur, vt in titu. Tertiũ.
ff.de albo scriben. & de tertio isto albo non loquitur
dicta l.si quis id quod.sed de primo secundum Alber.
ibi,quamuis videretur hodie non esse tale album prę-
toris,& sic non esse locum pœnę illius legis, sed vt di-
cit Rofred.in titu. de edicto de albo corrupto,imò ho-
die locum habet,& si non directo,tamen vtiliter, quo
niam licet hodie illa descriptio in albo prætoris in de-
suetudinem abierit,tamen illius loco successerunt statu
ta ciuitatum,vel libri,aut scripturæ existentes in char-
tis,vel armarijs publicis,& corrumpens ista incideret
in pœnam illius legis, quod sentiunt ibi Albericus,
Bartolus,& Baldus, quòd omnia quæ scribuntur in
albo, libro,vel charta, ad hoc vt sint perpetua,cõpre-
hendũtur illo edicto.ideo si quis corrumperet,vel de-
strueret illa quæ sunt scripta in armario, aut archiuo
seu scrinio cõmunis, aut illa amoueret, cõprehendere-
tur illa pœna.Facit ad hoc,licet non allegetur per eos,
illud quod habetur in l.moris.§.solet.ff. de pœnis. &
hac ratione idem dicit Barto.si quis propter proditio
nem,seditionem,aut falsitatem fuisset depictus in pa-
riete,& illam figuram pictam aliquis destrueret, aut a-
moueret,teneretur illa pœna,quia text.dicta l.si quis
id quod.non loquitur solum de scriptura, sed gene-
5 raliter de eo quod in albo sit propositum.† Vbi autẽ
scribuntur citationes quãdo quis citatur per edicta,&
illa aliquis destruit,vel amouet, glos.in dicta l.si quis

id quod in principio tenet, quod de æquitate tenetur
pœna illius legis, cum sit eadem ratio, argumẽ. l. illud.
ff. ad l. Aquil. Sed Barto. & Alberic. ibi ex sententia Ia-
cobi Butrigarij. & Iacobi de Aret. tenent contrarium.
quod dicunt probari in illo text. dum dicit, non qui-
dem prout res inciderit, sed citationes fiunt prout res
incidit. Nec ex æquitate allegata per dictam gloss. fien
da est pœnæ extẽsio, vt l. inteꝑtatione. & l. præses. ff. de
pœn. nõ tñ debet amotio aut corruptio illius citatio-
nis remanere sine pœna, sed dabitur actio in factum ad
interesse, & extra ordinem punietur corrumpens, vel
amouens, iudicis arbitrio, per l. hodie. ff. de pœn. & l.
prima. §. primo. ff. de effractori. & expilatori. Poterit
etiã accusari de falso, vt l. prima. §. qui in rationibus.
ff. ad l. Cornel. de fals. quod etiam voluit gloss. dictę l.
si quis id quod. in princ. super verbo, in albo. vbi re-
fert ipse Alberic. do. Gabrielem de Ocelctis recitantem
se vidisse puniri quendam pœna falsi, qui extraxerat
vel destruxerat vnum folium cuiusdam statuti. quod
ibi Baldus applicat ad illos qui corrumpunt schedu-
las citationũ, vel amouent eas, sicut faciunt multi. Ro-
fred. etiam vbi s. hoc inducit contra malitiam aduoca
torum qui corrũpunt quaternos, & libellos immutãt,
confessiones, acta iudiciaria, vel dicta testium, sicut as-
serit se sæpe vidisse in facto. Et licet dolus non præsu-
matur nisi probetur l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba
tioni. & probandus sit ex indicijs perspicuis, vt l. do-
lum. C. de dolo. Si tamen aduocatus pręd icta abradat
vel corrumpat, præsumitur dolo fecisse, & sic con-
tra eum est pręsumptio doli, sicut & alibi præsumi-
tur dolus, in l. tutor qui repertorium. in principio. ff.
de admini. tuto. Et idem si aduocatus mandaret tabel-
lioni, quòd abraderet, & ille abrasit, vterque tenet, secun
dum eum, quia etiam quamuis error iuris seu imperi-
tia excuset à dolo, vt l. tertia. §. si quis ignorans. ff. ad
Silleianum senatusconsultum. & notat gloss. in l. pla-
gij. la secunda. C. ad l. faui. de plagi. & dictũ fuit & alle-
gatum plenius in l. semper in dubijs. s. isto titul. quia
ignorantia iuris est lata culpa, & non dolus. l. latę. s. ti-
tulo proximo. non tamen est tolerabilis in aduocato,
qui habet, vel habere debet scientiam iuris: imò tur-
pe est sibi ius, circa quod versatur, ignorare, vt l. secun-
da. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de origine iuris. Ideo
non excusaretur à dolo præsumpto propter ignoran-
tiam iuris, vt vult prædictus Rofred. & post eum An-
gel. in l. secunda. ff. quod quisque iuris. per illum text. per
quem in tali casu lata culpa ęquiparatur dolo, vt nota
tur elegãter per Floria. in l. idem iuris. §. mulionem. ff.
ad l. Aquil. quod est bene notandum, & tenendũ mẽti.
6 †Quod autem puniri debeat, vt dictum est, corrum-
pens, vel amouens schedulas citationum, vel alia, quę
superius fuerunt allegata, non est mirum, quoniã gra-
ue est offendere prætorem vel iudicem, vt notatur per
Innocentium in cap. primo. extra de noui oper. nuntia.
Habet enim prętor maiestatem, & qui eam cõtemnit,
non debet impunitus remanere, vt l. si familia. ff. de iu-
risdictio. omnium iudic. facit l. de ętate. §. qui tacuit. ff.
de interrogato. actio. & l. penulti. §. fina. ff. de iustit. &
iure. ibi, vbicunque ꝑtor salua imperij sui maiestate. facit
etiam l. spadonẽ. §. si ciuitatis princeps. i. magistratus.
ff. de excusatio. tutorum. Contemnitur autem prætor
vel iudex, ita, vt dictũ est, faciendo, & sua mãdata atque
citationes lacerando, & alijs multis modis qui ponun

tur. ff. si quis ius dicenti non obtemper. & ibi per Bal-
dum plenè & eleganter. Qui etiam dicit in l. prima. C.
quorum appellation. non recipi. quòd non est maior
contumacia, quàm contemnere iudicem etiam in non
comparendo. Et facit ad hoc pertinẽter illud quod legi
tur in libro Numerorũ cap. xvi. quòd propter mani-
festam contumaciam Datan, & Abirom, qui fuerunt
rebelles Moysi rectori populi Dei, terra illos viuos de
7 glutiuit, & descenderunt in infernũ viuẽtes. † Est etiam
hic aduertendum ad illud quod s. dictum est de corrũ
pentibus citationes quæ fiunt per edicta, quoniã quę
stio est mota per Doctores, an omnes iudices possint
citare per edicta. Ioannes Andre. in sua gloss. in dicta
clemen. prima, de iudic. mouet quæstionem, & non re-
spondet, sed remittit ad Speculato. titu. de citatione. §.
sequitur. vbi videtur concludere, quòd maiores ordi-
narij, & delegati à principe possunt citare per edicta,
sed non iudices pedarij, hoc est, vt exponit Ioannes de
Imol. in dicta clemen. prima, qui possunt tantum co-
gnoscere de paruis, & leuibus causis, & delegati infe-
rioris à principe, sed citant per literas destinatas ꝑ nun
tium. facit quod notatur per gloss. in l. sancimus. C. de
iudic. & in authen. de exhiben. & introduc. reis. §. si ve-
ro non administrat. collatio. v. dicit tamen Speculator,
8 †quòd iste modus citandi per edicta non frequentatur
in vsu, sed modus citandi per nuntium, vel literas. Cui
addit Ioannes de Imol. in allegata l. prima. quòd quam
uis ille modus citandi in albo hominis non sit in vsu
vt olim erat, quod & sentit gloss. in dicto §. omnem. in
authen. de litigios. super verbo, præcones. tamen fit ꝑ — Modꝰ vsitatꝰ citandi
schedulas affixas ad ostium citati, vel fores palatij,
aut ecclesiarũ. Facit quod habetur in l. vt perfectius.
C. de annali exceptione. & l. scire oportet. §. oportet. ff.
de excusatio. tutorum. & l. prima. §. denuntiare. ff. de
ventre inspicien. Quod intelligi debet secundum An-
gel. de Perusio in dicto §. omnem. ita esse procedendũ
ad citationem modo præmisso faciendam, si citandus
personaliter non potest inueniri, vt l. iij. §. prætor aiit.
9 versu, abesse. ff. de dãno infect. † Et vbi citatur ad do-
mũ, schedula citationis affigenda est foribus vel ostio
domus, vt dictum est. Vult etiam Bartol. in extraua-
ganti, ad reprimẽdam. super verbo, per edictum, quòd
citatio prædicta per schedulam, quæ fit loco edicti nõ
potest fieri de iure canonico, nisi in casibus expressis
in dicta clemen. prima. Iure verò isto ciuili in alijs casi-
bus fieri potest, vt in dicto §. omnem. & dicta authen. — De iure ciuili.
qui semel. In hoc tamen iudex vt bonus vir procedere
debet eligendo modum citandi seruando æquitatem,
vt in authen. iusiurandum quod præsta. ab his. §. pri-
mo. faciunt notata in simili per Innocentium in cap.
10 primo. extra de constitu. † Vbi enim citare potest per
nuntium, vel literas, non citabit per edicta, imò si face-
ret, grauaret partẽ, & ab eo posset appellari, quamuis
à citatione, quæ est aliqua, regulariter non appelletur,
vt notatur per Bald. in l. prima. C. de episcop. audien.
Hoc tamen procedit secundum eundem Barto. & Io-
annem de Imol. vbi s. nisi citandus impediret, vel pro
curaret ne citatio perueniret ad eum: quia tunc citari
potest per edictum, vt est casus in allegata clemen. pri-
ma. vel secundum eos vbi citanda esset aliqua commu
nitas, aut multitudo hominum, vel aliquis rebellis iu-
dici, ad quos fortè non pateret tutus accessus. facit ad
hoc cap. statutum. §. primo & secũdo, extra de rescrip.

libro

libro vj. Super hoc tamen debebit aliqua informa-
tio sumi, antequam sic mandetur citationem fieri
per edictum. allegat ad hoc argumentū in l. de æta-
te. ff. ad Trebe. & l. sciendū. ff. de legatio. Istam autem
citationem per edictum, vel per literas factam, cor
rumpens vel lacerans, facit contra edictum, & pu-
niri debet, vt superius fuit recitatū. quod declarat
Ang. Aret. in §. pœnales. Insti. de actio. dummodo
amotio vel laceratio fiat intra tēpus citatoriū. Fa-
cit l. j. ff. de crim. l. stel. secus si laceraretur vel amoue-
retur post tempus in citatorio comprehensum, vel
appositū, cum tunc illius effectus sit finitus, & nul-
lius intersit. Nec est inuerecundum citanti, vel ci-
tare iubenti, argumento notatorum per glossam &
Docto. in l. damus. C. ad legem Corneliam de fals.
Nisi tamē illa schedula vel literæ cōtinentes edictū
citatorium post tale tempus essent aliquo respectu
vtiles, vel necessariæ prætori, vel etiam parti: quia
non habent aliud originale dictæ citationis ad illā
probandam, quia tunc amouens vel lacerans debet
puniri, argumento illorum, quæ notauit singulari
ter Bartol. in l. ij. §. si plura. ff. quemadmodum testa.
11 aper. Et hæc sufficiant de isto primo exemplo. †Se-
cūdum exemplum ponit hic glos. in ista regula, de
l. quicq;. §. j. ff. de in ius vocan. cui addatis ē. isto titu.
l. penult. & fin. vbi filius vel libertus vocans in ius
patrem, vel patronum, sine venia petita, & obten-
ta, hoc est, sine permissione prętoris, facit cōtra edi
ctū, & punitur pœna quinquaginta aureorū, quos
text. vocat solidos. Instit. de pœna temere litigant.
§. fin. Sed vt dicit glos. in allegata l. fi. ex hoc colligi
potest, quòd solidus & aureus pro eodē ponuntur,
& ipsorum septuagintaduo faciūt libram auri, vt
l. quotiescunq;. C. de suscep. præpo. & arca. libr. x.
vbi secundū Bartol. & Iacobum Rebuf. si bene cō-
putetur, quilibet aureus valet sextā partem vnciæ
auri. Sed hodie, vt dicit idem Bartol. aurei Veneti
& Florentini habent octauam partem vnciæ, ita
quòd octo faciunt vnciam auri, & nonagintasex li
12 bram. †Quòd autē solidus pro aureo sumatur, hoc
est verum, quādo profertur à iure. Sed secundū cō-
munem vsum & consuetudinē loquendi, in diuersis
partibus intelligitur de solido minuto, hoc est, mo-
netæ minutæ, qui solidi siue aurei, siue minuti, de-
bent habere impresionē principis, vt C. de veter.
numis. potes. l. j. libr. xij. Et pro hac diuersitate soli-
dorum, qui quandoq; sumuntur pro aureis, & quā-
doq; pro solidis minutis, refert Rofre. in tit. si quis
ius dicenti non obtemp. in ver. sed illud quæritur.
recitatus per Alberi. in allegata l. fi. ff. de in ius vo-
cand. quæ canonizata est xij. quæst. ij. cap. qui mā-
cipium. versic. libertus. quòd quidam fatuus iudex
accipiens solidum pro duodecim denarijs currēti-
bus annullauit quādam donationem trecentarum
librarū, quæ facta fuerat sine insinuatione, quæ nō
valet vltra quingentos solidos, quos extimabat ad
vigintiquinq; libras, vsq; ad quas pronūtiauit do-
nationem valere, & vltra non valere, & ignorātis-
simè pronuntiauit, quia illi quingenti solidi à iure
pronuntiati, pro aureis sumi debuerunt, iuxta no-
tata in l. sancimus. & l. si quia argētum. C. de dona.
Ratio autē quare statuitur hæc pœna quinquagin-
ta aureorum filio patrem, vel liberto patronū ve-
nia non petita vocanti in ius, est propter honorem
& reuerentiam, quæ debetur parentibus & patro-
nis, vt dicto §. fi. Institu. de pœna temere litigan. &
l. honori. ff. de obseq. à libe. & liber. facit l. veluti. ff.
14 de iusti. & iur. Et est honor ille præstandus & reue-
rentia à filio patri, & etiam matri, quamuis mere-
trici, vt est text. in dicta l. quicq;. §. fi. & etiam patri
naturali tantum, vt l. parentes. eodem titu. vbi Bal.
post Guliel. de Cug. dat doctrinam, quòd vbi pro-
uisio legis desiderat causam naturalē, vel quasi, vt
sunt iura alendi & honorandi parentes, vt dicta l.
15 honori. & l. ij. C. de in ius vocan. †Appellatio pa-
rentum comprehēdit naturales tantum, nisi aliter
exprimatur à lege, vt est casus in dicta l. parentes. &
ibi glos. quam sequuntur Alberic. & Bald. quia le-
gitimorum & illegitimorum parentum in hoc est
æqua conditio, in authent. quibus mod. natu. effici.
legit. §. sancimus. vers. liceat. colla. vj. licet huic di-
cto obuiare videatur l. iij. C. ad legem Iul. de adult.
sed hoc est secundum Barto. & Alberic. quia ita ibi
in l. exprimitur. Item ibi de odio, hic de fauore tra-
ctatur, qui est ampliādus, vt iuribus vulgaribus in
præcedenti regula allegatis. facit l. appellatione pa-
rentis. ē titu. proximo. Imò etiam propter natura-
lem causam consideratam à lege, cōtinetur spurius
appellatione filiorum in lege Pompeia de parrici.
quia natura cōmunis est, vt l. hos accusare. §. omni-
bus. ff. de accusat. vbi est text. singularis, secundum
Bald. in allegata l. parentes. videte gloss. in dicto §.
pœnales. in verbo, vel parentes. & ibi Angelus de
16 Aretio, †qui hæc limitat, nisi spurius ille sit natus
ex incestu, vt est glos. singularis in l. quia semper. ff.
de in ius vocan. cui glos. non contradicunt Docto.
hoc etiam dicit intelligendū esse de quolibet dāna-
bili, & punibili coitu, qui posset criminaliter ac-
cusari. Ad quod allegat glos. in §. si aduersus. Instit.
de nupt. & Angel. de Perusio, & Ioan. de Imol. in l.
ex facto. §. j. ff. ad Trebel. Est vlterius sciendum pro
declaratione huius exempli positi per gloss. in ista
regula, quòd sine permissu prætoris, vel iudicis, nō
debet filius patrem, vel libertus patronū in ius vo-
care, hoc est, venia petita & obtenta, quia non suffi
cit illam petere, nisi obtineatur, vt l. venia. C. de in
ius vocan. & probat text. dictæ l. quicq;. §. j. ibi, sine
permissu meo. vbi dicit Albe. q; si prætor sine cau-
sa veniam petitam denegaret, cogeretur per supe-
riorem illam concedere. Ad hoc allegat in authent.
vt iudices non expe. sacr. iusio. circa princi. colla.
viij. & in authent. vt differen. iudic. §. si verò conti-
gerit. colla. ix. Permissionem autem prętoris veniā
concedētis intelligere debemus, scilicet vel alterius
iudicis super hoc iurisdictionem habentis, secun-
dum Rofred. vbi suprà. & Alberi. in dicto §. j. & sic
nomē prætoria large sumitur, vt l. j. ff. de offi. præsi.
17 †Sed quod superius dictum est de filio vel filia vo
cante in ius patrem sine petita & obtēta venia, in-
telligi videtur de emācipatis, quia existentes in po
testate non possunt cōtra patrem litigare, etiā ve-
nia petita, vt l. qui in potestate. C. de in ius vocan.
& l. lis nulla. ff. de iudici. facit bonus text. vbi reddi-
tur ratio in l. ne cum filio. ff. de fur. & hoc, nisi in ca
sibus notatis per glos. & Docto. in dicta l. lis nulla.
& plenius per Rofred. titulo de in ius vocan. circa

Quod dicit de filio intelligit de emācipato.

principium.facit l.Imperator.ff.ad Treb.vbi patre existente dilapidatore consulitur filio officio iudicis misericorditer implorato,& sic petita, & obtēta venia.Facit etiam quod habetur in l.penul.ff.de peti.hæred.& l.si ienones. C.de episc.audiē. & in l. hi tamen omnes.§.j.ff.de accusati. qui canonizatus est.ij.q.j.c.prohibētur. versic.liberi libertiq;. Addit Alberi.alium casum in allegata l.lis nulla. de filia, quæ potest implorare iudicis officium, vt pater eā dotet,vt notatur per glos.in l.si socer.ff.solu.matr. cum teneatur pater eam dotare , vt l.fin. C.de dot. promis.& l.qui liberos.ff.de ritu nupt. videte quod notatur per glos. in l.obligationum ferē. §.lege.ff. de actio.& oblig.& ij.quæst.vij.c.quæritur.& xxiij. quæst.iiij.c.si ecclesia.in glo.j.& in c.ex parte.extra de resti.spolia.quamuis Cy. voluerit,quòd in casibus prædictis notatis in iuribus alleg. filius possit in ius vocare patrem sine venia. Sed Rofred.in tit. de in ius vocand. circa princip. & Alber. in dicta l. qui in potestate.tenent contrarium.& melius,quia etiam in dictis casibus subest ratio reuerentię debitæ patri,siue sit suus filius, siue emancipatus,vt iuribus superius allegatis.

An citatio sit nulla venia nō petita.

18 †Sed quæritur vtrum citatio sit nulla, venia non petita. Bal.in l.quamuis.ff. de in ius vocan.recitat aliquos tenentes quòd non, sed tantū committitur pœna: & hoc tenet ibi Bar. si citatus compareat , & hoc tunc erit non vi citationis,sed comparitionis : secus si non compareat. Quòd autem non teneat citatio , arguit Bald.post Petrum de l.j.§.Officius.ff.ne quis eū qui in ius vocа.est vi exim.vbi dicit esse expressum, quòd ordo omissus reddat citationem nullam. Ipse autē se resoluit, quòd vbi in citatione fuit expressa qualitas citati, vt quia fuit vocatus pater,vel patronus,citatio sit vitiosa, & nulla : secus si non fuit qualitas expressa, quæ vitiū citationi nō afferebat:vt verbi gratia,quia pater vel patronus nomine proprio,& non tāquam sit pater,vel patronus citatus fuit,citatio sit aliqua.Ad quod allegat Innocen.in c.præterea.in fine.extra de dilatio.vbi omnino remittit.

19 Cy.verò in dicta l.qui in potestate. tenuit, †quòd vbi pater non excepit de venia non impetrata per filium,valeat processus,quasi volūtate patris præsumatur factus.volenti enim non fit iniuria. l.cum donationis.C.de transactio. Quod etiam tenēt Alberic.Ioan.Fab. & Docto. in dicta l.venia.l.qui in potestate.& l.quamuis.quia nō annullatur iudiciū, sed solum imponitur pœna, quam etiam secūdum prædictos Docto. pater potest perere,& nihilominus excipere de venia non petita , ad impediēdum

20 processum. †Non est etiam tacendum, quòd ad excusandum condemnationem prædictæ pœnæ nō parcitur rusticitati.& est in isto casu propter rationem naturalem, quæ hoc statuēdum induxit,vt est text.in dicta l.venia.quia naturalis ratio suader,vt dictū est,quòd pater & patrono reuerētia exhibeatur.Facit ad hoc in simili illud,quod habetur in l.si adulterium cum incestu. §.j. ff. ad legem Iuliam de adul.& l.si quis in tantā.in principio magnæ glos. C.vnde vi.& l.liberorum.ff.de his qui not. infa.In aliis autem parcitur imperitiæ & rusticitati , vt in corrumpente album prætoris , vt dicta l.si quis id quod.§.doli mali.& dict.l.si quis in graui.§.si quis ignorans.ff.ad Sillel.in c.super literis.§.nos igitur. extra de rescript.in c.cum vniuersorū. extra de rer. permu.& c.inter corporalia.prope finem. extra de transla.& xxiij.q.iiij.c.qui secūdum carnem. quod

21 dicit Alber.in dicta l.venia. †esse verum,prout rusticitas sumitur in propria significatione: quoniā interdum sumitur pro superbia,vel malitia : & tūc ei non parcitur,vt colligi potest ex text. & glos.in c.de Liguribus.xxiij.q.v. Accedat bonus text.in l. athletæ. §.de rusticis.ff.de excusa.tuto. vbi Bal.notat differentiam esse faciēdam ex qualitate rusticorum,quia qui habēt animi peritiā, non sunt habēdi pro rusticis.quod dicit posse applicari ad multa. Et tandem concludit si sint sagaces vel vafri, & periti, non habent priuilegium vel excusationem: secus si sint innocentes & quieti, vt videtur esse text. in l.vtili ratione.C.de defenso.ciuit.ibi, dum dicit text. Innocens & quieta rusticitas. vbi colligit Alberic. quòd in dubio est præsumptio pro rusticis, quòd non sint autores rixarum , sed innocentes,& quieti.sicut etiam alibi dicitur,Sancta rusticitas omnia palam habet. vt notatur per glos. Institu. de acti.§. item Seruiana.& alio loco dicitur, q̄ sancta rusticitas sibi soli prodest. ij.q.vij.c. sancta quippe

22 rusticitas.†Rustici etiam simpliciter sumpti, habēt priuilegiū,vt defensores ciuitatum possint de causis eorum quantæcunq; quantitatis cognoscere , ne distrahātur ab agricultura,vt est casus ibi ita ponderatus per Albe.in allegata l.vtili ratione.ibi,peculiaris patrocinij. Aliud habēt priuilegiū, de quo

23 in l.si.C.de testa. †quamuis secundum aliquos etiā nobiles rus habitantes comprehendantur illius legis dispositione.de quo fuit plenius dictū in l.quā-

24 diu possit valere testamentum.§.isto ti.†Item sunt priuilegiati in casu l.exequutores.& l.sequentis.C. quæ res pig.oblig.pos.& authent.agricultores.ibi posita.& in authen.nulli credētem agricolæ.colla.

25 iiij.quæ posita est in authen.ad hæc.C.de vsur. †Et alia contra se habent in l.seruis vrbanis. in glos.ff. de legat. iij. & in tit. C. nulli licere in fræ.vel sellis equest. lib.xj. Non debent etiam optare pecunias. l.domini prædiorum.C.de agricol.& censi.libr.xj. vbi dicit glos. & sequuntur Docto. hoc non esse de prohibitione iuris,sed ne domini pecunias auferāt ab eis,vel illas aliter perdant.aut est ideo,quod videtur verius , ne discedant à gleba , cui sunt ascripti.Addit tamen Alber. in allegata l.vtili ratione. quòd rustici nostri tēporis sunt rixosi , & pessimi, optātes summē pecunias,de quibus dicitur, Nihil impudentius arrogantia rusticorum , qui garrulitatem autoritatem putant,vt scribitur xlvj. distin. in principio.quod ibi Archi. intelligit de arrogātia rusticorum, id est, superborum Doctorum,vel incompositorum Prælatorum,qui in garrulitate & litigiis cōparantur rusticis,qui in talibus sæpe ver

26 santur.†Vltimo sciēdum est,quòd sunt plures personæ, quæ non possunt in ius vocari,quæ enumerantur in l.j.& ij.ff.de in ius vocā. cum ibi notatis. Esset videndum,an postulatio venię,in illis habeat locum.glos.in dicto §.pœnales.tenet quòd nō,quā sequitur ibi Angel.Are.quem plenius videre.glos. etiam super verbo,reuerentia. in c.vnico,de vasal.

27 milit.qui contumax est.& ibi Bal.quærentem,†an vasal

vasallus posſit agere contra dominum, non petita venia.& tenent ꝙ ſic, quia vaſallus non eſt de perſonis enumeratis in edicto prętoris, vt patet ex ijs, quæ habentur in iuribus allegatis. Et iſtæ pœnales prohibitiones non habent locum, niſi in perſonis expreſsis in iure, vt l.quarta.& l.generaliter.ff.de in ius vocãdo. Plus addit ipſe Bald.in dicto c.vnico, quòd ſubditus poteſt agere contra patriam, vel fiſcum, nõ petita venia. ſed gloſ.in l.bene à Zenone. C.de quadri.præſcript.ſuper verbo, iuſsione. tenet contrariũ, quę cõſueuit ſemper ad hoc allegari, quæ videtur verior per illũ text.& eã ibi ſequitur Bald.

Summarium.

1 ☞Superfluitas vitanda.
2 Sententia an faciat de non debito debitum.
3 Sentẽtia notoriè iniuſta eſt ſemper reuocabilis etiã ſine appellatione.
4 Actionem non habens, quando quis agat.& numero 5.

Eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.

DE DVABVS regulis ſuprà poſitis, gloſ.hic declarat iſtam regulã, videlicet de lege, nemo qui condemnare nõ poteſt.& de lege, omnia quę iure cõtrahuntur. ẽ.iſto titu.& de his quæ in vtraq; illarum dicta fuerũt, poteſt hęc regula ſatis declarari, vbi videatis quæ fuerunt reci-
1 tata ſuper illis, ne hic ſuperuacuo repetantur, †cum ſit vitanda ſuperfluitas, vt notatur per gloſ.ſi.allegantem concordãtias in c.legebatur. extra de maio.& obedien.& notatur in l.Gallus. §.quidã rectè. ff.de liber.& poſthu.vbi Scæuola reprehendit Gallũ de ſuperfluitate.& in prima conſtitutione Cod. §.quibus.& l.verba ſuperflua. C.de donation. ſic etiam extra in prooemio Decretaliũ ibi, reſecatis ſuperfluis. Sed vltra illa quæ dicta fuerunt in dictis duabus regulis, poteſt opponi cõtra iſtũ text.quoniam regulari iure ſine actione neminẽ audit prætor.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.& l.quoties.§.item ſi pro temporali.ff.de adminiſtra.tuto. Non poteſt igitur prætor vel iudex alicui non habenti dare actionẽ, quã habere neceſſe eſt quęcunq; priuſquã agẽs audiatur, ergo nec poteſt habẽti illã denegare. Sed pro ſolutione gloſ.vt videtis, intelligit, quòd iudex cõdemnando reum in iudicio, dat actionem actori, & denegat, reum abſoluẽdo. quod
2 eſt ideo, quia ſentẽtia iudicis à qua nõ eſt appellatũ, facit ius, & indebitũ facit debitum, vt l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.mandati.& l.j.C.de condict. indeb.& c.cum inter.extra de ſentẽ.& re iudi. quoniã res iudicata pro veritate accipitur. l.ingenuũ. ff.de ſta.homi. Sententia enim, quæ tranſiuit in rem iudicatam, meretur exequutionem ſine probatione debiti, vt eſt gloſ.& ibi Bartol.& Bald.in l.ſi filiofamil.in ij.ff.ſolut.matrimõ.& eſt gloſ.in c.quoniam contra falſam.extra de probati.& ibi Panor. & Docto.& in cap.in præſentia. extra de procura. vbi præſumitur pro iudicibus maximè literatis & peritis.& dicit Benedict.in dicto c.cum inter.quòd non eſt amplius neceſſe producere acta ad probandum proceſſum, vel iuſtitiam, eſto quòd pars dicat eam iniuſtam, vel non rite latam. & hoc tenuit Innocen.in c.bonæ.in primo.extra de electio.& in dicto cap.quoniam cõtra falſam. & in.c.cum in iure
3 peritus.extra de offic.deleg. †Sed hoc eſt verũ, niſi
ſentẽtia eſſet notoriè iniuſta, quoniã illa poteſt dici Limitatio.
nulla, vel ſaltem reuocabilis, etiam ſi nõ fuerit appellatum, quamuis notorietas iniuſtitiæ poſtea acciderit, vt notatur per gloſ.& Docto.in cap.fraternitatis.extra de frigi.& malefi. vbi rationẽ reddit Panormitan.quia ſententia iniuſta ſumit ſuſtentamentum à iure, quod præſumit illam iuſtam, propter autoritatem iudicis, vt habetur in dicto c.bonæ.& cap.in præſentia. extra de renuntia.& l.Herẽnius.§.Caia.ff.de euictio.quæ præſumptio ceſſat cum notoriè conſtet de iniuſtitia. Probatio enim vincit pręſumptionem, vt notatur in l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& per gl.in c.cupientes. §.quòd ſi per viginti.extra de electi. libro vj.ſuper verbo, veriſimiliter. Ideo in c.quia plerique. extra de immu.eccleſ.dicit Innocen. recitatus per Panormi. in allegato cap.fraternitatis.quòd ſi pars, in cuius fauorẽ fuit lata ſententia, confiteretur illam eſſe iniuſtam, eſt per iudicem retractanda: quia illa cõfeſſio inducit notorietatem iniuſtitiæ. quod eſt ſummè notandum. De illo tamen quod ſuprà dictũ eſt, quòd ſententia facit debitum de indebito, plenius dicẽdum eſt.& tractatur, & diſtinguitur per gloſſas & Doct.in d.l.j.C.de condictio. indebi.& dicto §. in omnibus.in l.ſi fideiuſſor.ff.mandati.& in l.j.C.
4 de iudic. †Quod autem dictũ eſt ſuprà, ꝙ ſine actione non auditur aliquis, habet fallentias. Non enim debet audiri, niſi in cõteſtatione litis ſperetur oriri actio, vt in caſu ſingulari l.ſi Titius & Seius.ff.de verb.oblig.& ibi per Bartol.& Ioan.de Imol. Vbi etiam dicunt illud fallere, ſi non agatur ſine actione, ad finem vt ſequatur ſententia ex actione de facto intentata, ſed vt alia ſtipulatio ex illa committatur, ſcilicet quando agitur de facto, vt oriatur actio ex ſtipulatione pœnali, non ex pacto nudo, ex quo agebatur, vt l.nuda. C.de contrahenda & commit.ſtipul. videte tamen ibi plenè Cy. Alberi. & Salicet. atq; Docto. qui poſt gloſ.longis ſermonibus hoc diſputarũt propter diuerſas opiniones Ioan.& Azo. Sed opinio prædicta eſt communis.
5 Idem eſt ſecundum Ioann.de Imol. †ſi reus expreſſè conſentiat agi de facto, vt l.ſi quis hominem. aliàs incipit, Iulianus. §.quantum autem.ff.ad exhibend. Simile eſt ſecundum eundem de Imol. ſi reus taceat, & iudex patiatur litigari cum agente ſine actione, vt dicto §.quãtum.& l.cum putarem.ff.famil.erciſ. & tunc tenebit ſententia lata ſuper actione de facto intentata. Secus dicit eſſe, ſi iudex non taceat, etiam parte rea tacente, quia ad iudicis officium pertinet repellere agentem ſine actione, vt iuribus allegatis. quamuis pars nihil opponat, vt eſt text.ſingularis & gloſ.ſecundum vnam lecturam in l.vbi pactum.

C.de transactio. & glos.in l.j.ff.de offi.assesso.Facit quod notauit Innocen.in cap.ij. extra de offi.iudic. Posset etiam vltra gloss. exemplificari hæc regula in donatione, quæ fieri debet ex liberalitate & munificentia.l.j.ff.de donatio.& in c.j.extra eodem tit. & dictum fuit plenius in l.donari videtur.ō.isto ti. quoniam donator potest dare seu cedere actiones sibi competentes, vel illas denegare. l.nec ignorās. C.de donatio. & dat quandoq; actiones, id est, illas cedit donando,vt est text. & glos.super verbo, oportet.in l.donatio.C. eodem titu.de donatio.Et si velit,antequam donet,illud denegabit:quia eius erat dare, neq; poterat sibi inuito auferri actio illi competens, nisi sua voluntate, vel suo mandato.l. si Stichum. in fi. ff.de nouatio.notatur per Bartol. & Docto.in l.post dotem. in sexta lectura. ff.soluto matri. & in l.cum quis decedens. §.nuptura.ff.de lega.iij. Et hęc sufficiāt super ista regula,additis illis, quæ dicta fuerūt in alijs duabus regulis hic in glos. allegatis. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 Extrahere est inuitum trahere de loco.
2 Criminaliter reus, quando per fideiussorem à carcere liberetur.
3 Domus esse debet cuiq; tutissimum refugium.
4 Domo an extrahi posit, qui ministros fugiēs domum peruenit.
5 Extrahi quis potest de hospitio,in quo est aduena.
6 Extrahi an quis posit de porticu, vel ostio domus.& nu.9.
7 Domus appellatione, quando contineatur porticus & ostium.& nu.8.
10 Ecclesia non potest quis extrahi.& nu.16.
11 Citari quis potest in ecclesia.& nu.12.
13 Citationi insunt tria.& nu.14.& 15.
17 Publicus latro quis dicatur.
18 Nocturnus populator agrorum quis dicatur.
19 Ecclesiæ immunitate qui non gaudeant. & numero 20.
21 Ecclesia nondum consecrata an habeat priuilegia immunitatis.
22 Ecclesia interdicta, an gaudeat priuilegio immunitatis.
23 Episcopalis domus an gaudeat priuilegio immunitatis,ne quis in ea capiatur.
24 Carceratus qui permissus ire ad missam iurauit redire ad carceres,an extrahatur de ecclesia.
25 Ecclesiam confugiens extrahi debet autoritate iudicis ecclesiastici.
26 Delinquens in ecclesia,an sit puniendus per iudicē ecclesiæ.
27 Pœnis varijs potest pro eodem delicto puniri.
28 Ecclesiæ immunitate an gaudeat,q̃ in ea delinquit.
29 Ecclesiæ immunitatem violans, qua pœna puniatur.
30 Immunitas qualis sit fugientis ad ecclesiam.
31 Episcopus vel officialis,an posit extrahere clericū de ecclesia.& nu.32.33.& 34.
35 Domo quando quis extrahatur etiam in causa ciuili.& nu.36.& 37.
38 Citatio ad domum quando sufficiat. & nume.39. 40.& 41.
42 Latitare quando quis dicatur.
43 Citatio non debet fieri ad apothecam artificij, sed ad domum habitationis.
44 Citationis forma à iudice decretæ.

Nemo de domo sua inuitus extrahi debet.

1 EXTRAHERE †est
inuitū de domo sua trahe
re,sicut exigere est ab inui
to extorquere, vt in l.xj.
§.si rē.ff.de legat.iij.& de
clarat glo. hanc regulam,
per legem, plerīq;.ff.de in
ius vocan. Quam intelli
git procedere in ciuilibus
2 caussis,†quoniā secus est in criminalibus,vt in aut.
vt nulli iudic.§.quoniam verò. collat.ix. Quod est
verum, quando pœna corporalis est imponenda,
secundum Baldum in l.sed etiam.ff.de in ius vocā.
Si autem sit imponenda pœna pecuniaria crimine probato,& reus inuenit fideiussorem idoneū de
eum repræsentando,nō debet duci ad carcerem,secundum eundem Baldum, qui ad hoc allegat titutulos ff. si quis in ius vocat. non ier. & in ius vocati,aut eant, vel satisdent. in rubro, & nigro. Qui
etiam addit inuentos cum armis,non esse ducēdos,
si de se repræsentando inueniant idoneum fideiussorem:sed si fideiussorem nō inueniant, distinguit
inter masculum & fœminam. Masculus potest duci,& detineri, vt l.ij.ff.de custod. reor. Mulier autē
non debet duci, sed relaxari suo iuramento de sistendo iuri.& allegat textum notandum in authen.
nouo iure. C.de custod.reo.quam authent.quidam
habent super l.j.C.de offic.diuers.iudic.& facit tex.
in corpore,vt nulli iudic.§.necessarium.Et hoc intelligendū est de muliere honesta,secus in meretrice,
secundum Albericum in dicta l.ij.C.de custod.reo.
& authent.ibi posita.Plus addit Bald.in dicta l.sed
etiam. post Iacobum Butrig. quòd in causa criminali exigente pœnam corporalē,si publicato processu appareat quòd reus sit absoluendus,nō debet
plus detineri, vt dicit esse text. expressum in l.nullus.in fi.C.de exhibē.reis. ibi,donec repererit, &c.
Sed quando quis ciuiliter citatur, honeste citandus
est,& non debet extrahi de domo sua, vt hic. & l.
iiij.§.prætor ait.vers.verecundè.& ibi glos.allegās
istam regulam. & dicta l.plerīq;.ff.de dam.infect.&
ibi notatur per Ioan. de Imol. Fallit tamen hoc secundum Albe.in dicta l.plerīq;.in curiali fugitiuo,
vt l.ex omnibus.C.de decurio.libr.x. quod intelligit ibi glos.in eo, qui est origine curialis:secus in
illo,qui ex accidēti est effectus curialis. Recitat etiā
idem Albe.Iaco.de Rauen.licet sub dubio fortè,dixisse hanc legem, & dict.l.plerīq;. non habere locū
in magnis iudicibus,& magnis caussis,sed solum in
paruis.Ipse tamen & melius ex communi sententia
Docto.tenet contrarium per curialitatem huius re
3 gulæ,& dictę legis,plerīq;. †Debet enim domus esse
tutissimum refugium,atq; receptaculum,vt ibi dicit text. Imò est iniuria, inuito aliquo domū suam
ingredi

ingredi in ciuilibus causis, & datur cõtra ingredientem actio iniuriarum, vt l. lex Cornelia. §. domum. in principio. & l. qui in domum. ff. de iniur. Et quia in ciuilibus extractus de domo sua videtur vim pati, vt dicta l. plerique. tanquam illicitè captus, vt ibi dicit Bal. est ante omnia relaxãdus. facit l. qui neque. ẽ. tit. proximo. Est etiam aliud, quia capienti in domo pro ciuili causa, potest de facto resisti, etiã cum armis, vt l. prohibitum. cum ibi notatis. C. de iure fisc. lib. x. & l. deuotum. C. de meta. & epide. lib. xij.
4 †Qui etiam quæerit de tali quæstione, familia potestatis, vel iudicis currebat post aliquem, quẽ potestas vel iudex iusserat capi submissum carceribus, vt quotidie fit & fieri potest, secundum Barto. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. & notatur per Specul. tit. de renuntia. & conclusione. §. j. ad fi. vers. est beneficij. & consuluit Fredericus de Senis consilio lx. recitatus per Io. de Imol. in repetitione c. cum contingat. extra de iureiur. in prosequutione noni mẽbri, in sexagesimasecunda charta. & tenet Ang. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tribu. lib. x. vij. columna. quia hoc fieri potest per legem, ergo per pactum, vt est glos. notabilis super rubrica de decret. decurio. lib. x. & sentit Albe. in l. ob æs. C. de actio. & oblig. sed reuertendo ad quæstionem, velocitate fugæ ille submissus carceribus peruenit, & intrauit domum suam, nũquid isto casu poterit extrahi de domo sua. quod videbatur, considerato principio, argumento l. quod ait lex. §. fi. ff. ad legem Iuliã de adult. Sed ipse Bald. firmat contrarium, per tex. dictæ legis, plerique. in verbo, tutissimũ refugiũ. quod notate, quia sæpe contingit in facto. Item licet iste text. loquatur de domo sua, de qua quis inuitus nõ debet extrahi. Idem intelligendum est de domo cõducta, vt notat Bald. & Docto. in locis allegatis. & probat text. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniurijs. & l. nec in ea. §. ius occidẽdi. ff. ad legem Iuliam
5 de adulte. †De hospitio tamen in quo quis est tanquã aduena, bene potest extrahi, vt dicta l. lex Cor- An de hospitio.
6 nelia. §. domum. †Iuxta hoc etiam quæritur, an de porticu, vel ostio domus suæ possit quis extrahi. illa enim videntur cohærentia domui, & omnis locus cohærẽs illi, dicitur de domo, in l. cætera. §. hoc Senatusconsultum. in secundo. de lega. j. Facit text. in l. prædijs. §. penulti. & fi. ff. de legat. iij. Baldus in l. sed etiam. ff. de in ius vocando. remittit super hac quæstione ad no. per Iac. de Are. in d. §. hoc senatusconsultũ. & possunt videri no. per ipsum Bal. super rubrica. C. solu. matrimo. & Bar. in l. meminisse. ff. de officio procons. & lega. & per ipsum Bartol. in l. j. §. j. ff. de cloacis. & l. si vitẽ. §. si ad ianuã. ff. quod vi aut clam. & per Angel. Aret. in suo tractatu criminum. glos. super verbo, fecit insultũ. vbi ex sententia Baldi & Floria. in l. quidam Hiberus. ff. de
7 seruitu. vrba. prædio. †videtur concludere, quòd in materia fauorabili appellatione domus contineatur porticus, & ostium illius, vt puta, si dicat statutum, quicunque inuentus fuerit de nocte sine lumine extra domum, soluat decem, si in ostio vel porticu inueniatur, non incidit in pœnam, quia porticus vel ostium appellatione domus continetur, vt iuribus allegatis. Ideo in quæstione proposita videtur posse dici, quòd quis de porticu, vel ostio domus suæ, cum sit vel esse debeat tutissimum refugium, non debet extrahi in causa ciuili, cum hoc
8 sit fauorabile. †Sed vbi dispositio est odiosa, vt quia per statutum imponitur pœna insultandi ad domum, tunc porticus nõ contineatur appellatione domus. & ita debeat intelligi opinio Bartoli in locis allegatis. vel secundum Florianum, quem sequitur domi. Ang. Aret. fortè non esset malum dicere, quòd si porticus affigatur cum domo, iudicabitur vt pars domus, aliàs secus: & maximè, quando statutum pœnale loquitur per dictionem ad, videlicet ad domum, non per dictionẽ in, videlicet in domo, quo casu, vt dicit Bal. super rubrica, vbi statutũ dicit, si quis insultauerit in domo, non sufficit aliquem insultare in porticu, nec in ostio, vt voluit Cy. in additionibus, in dicta l. meminisse. quod tamen dicit Cy. de ostio, nõ placet Bal. quia qui est in ostio, est partim in domo, & partim extra domũ. Facit quod no. in l. fundi nihil. in princ. ff. de actio. emp. & vẽdi. & in c. vnico, extra de cõsec. eccle. vel alta. lib. vj. & text. in l. Seiæ. §. Titianæ sorori. & l. quæsitum. §. Papinianus ait. & §. canales. & §. specularia. ff. de fund. instru. & instru. lega. & quod notatur per Alberi. in l. præsenti. in princip. C. de his
9 qui ad eccles. confug. †qui igitur extrahit de ostio, secundum hoc videtur extrahere de domo. sufficit enim tangere partem, vt l. vulgaris. ff. de fur. quę est canonizata de pœniten. distin. j. c. vulgaris. & hoc etiam vult Bald. in dicto §. hoc senatusconsultum. vbi dicit, quòd appellatione ædium continetur domus, & porticus. Ideo vbi lex, vel statutum loquitur de domo, vel æde, idem intelligitur de porticu,
10 per illum tex. & alia iura allegata. †De ecclesia etiã quis non debet extrahi, vt l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confug. Facit quod habetur in authen. vt li. matri & auiæ. §. penul. coll. viij. & in c. inter alia. extra de immu. eccles. & est ratio secundum Alber. in dicta l. plerique. quia ecclesia non est sub iudicis secularis potestate. ff. ne quid in loco pub. l. ij. & Insti. An de ecclia qs debeat extrahi.
11 de rer. diuis. §. nullus. †Ipse tamen, & ibi Bartol. & Bal. post Guliel. de Cug. dicunt, quòd licet ecclesia sit tutissimum refugium, vt inde nemo possit extrahi, potest tamen verbo in ea citari, & valet citatio verbalis in ea facta, vt dicta l. præsenti. §. sed si quidem. & authen. de mand. princip. §. sed neque hęc quæ dicuntur verba. colla. iij. & quãuis ecclesia non sit sub iurisdictione iudicis secularis, hoc verũ specialiter, sed bene sub quadam generalitate, quia est in eius territorio, arg. l. in modicis. ff. de contrahen. empt. & l. id quod. in fi. ff. de peri. & cõmo. rei vẽdi.
12 & facit dicta l. præsenti. in fi. †Sed videretur, quòd citatio verbalis nuntij seu seruientis, nõ possit fieri in ecclesia, quia citatio est actus iudicialis, quoniã ab in ius vocando iudicia incipiunt. Insti. de pœ. teme. litigan. §. fi. & notatur per glos. super rubrica C. de in ius vocan. Ad hoc respondet Bald. in l. nemo apostolorum. C. de sacrosanct. eccles. quòd licet citatio sit de processu, eò quòd ab ea inchoetur processum, hoc tamen verum est, inquantum cõcernit iudices, sed inquantum cõcernit dictum nuntium seu seruientem, est quædã exequutio facti, quæ non est propriè de processu iudicij. ita dicit esse intelligendum dict. §. fi. vt enim plenius tangit idẽ Bald.

in l.omnes qui vbiq̃.§.exequutoribus. C.de episc.
13 & cleri.†In citatione insunt tria. Primum est com-
missio, quã facit iudex de citando,& illa residet in
iudice: & vocatur sentẽtia interlocutoria, vt aper-
te sentit text.in l.cum clericis.C. de epis.& cler.ibi,
dum dicit text. sententiarum tuarũ autoritate pul-
14 sentur. †Secundum est medium , quod est nudum
ministeriũ exequutoris, in quo propriè non est iu-
risdictio. l.fin.ff.de re iudi. Ideo in exequutione seu
actu illo exequutionis commisso per iudicem,non
curamus territoriũ,quia cohæret suo autori,id est,
trahitur ad actum iudicis. Hoc tamen dicit Bal.in-
telligẽdum,scilicet,quòd verbalis nuntij seu serui-
entis , aut exequutoris citatio , fieri potest in loco
nõ subdito iudici citari iubenti,si ambo scilicet lo-
ca sint sub eodẽ principe superiore , etiam nõ sub-
alterna: secus si sint diuersorũ dominorũ, vel prin-
cipum,vt not.per eũ in l.in tẽpus.ff.de hæred.insti.
quod etiam ibi tenet Io. de Imol. Facit text. in cle.
15 pastoralis.extra de sent.& re iudi.†Tertiũ,qđ inest
citationi,est cõparitio, q̃ est vltima extremitas, &
cõfert intra territoriũ iudicis citantis,vel citari iu-
bẽtis,& sic in loco permisso,arg.l.fi. ff.de offi.pręf.
vrb.& ideo in ecclesia quo ad hoc nõ permittit iu-
dici seculari, vt c.j.& c.cũ ecclesia. extra de immu.
ecc.& c.decet.eo.ti.li.vj. quod tenet Alb.in l.denũ-
tiamus.C.de his q ad eccl.cõfu.Sed verbalis citatio
nuntij bene permittitur,vt dictũ est,& aperte tenet
Panor. in dicto c.inter alia. & allegat d.l.præsenti.
vbi dicit esse tex.prout est,cum ibi not.per Bart.&
Doct. Ecclesiasticus autẽ iudex in ecclesia iudicare
potest,vt not.per gl.& Doct.in d.c.decet.facit ij.q.
ij.c.pręceptum.& extra de appel.c.qua fronte.cum
16 ibi no. †Quod autem dictum est suprà de ecclesia,
quæ domus domini est , vt d.c.decet. neminẽ posse
extrahi, etiam pro quocunque crimine , fallit vbi
sit publicus latro , vel nocturnus populator agro-
rum,vt allegato c. inter alia.vbi dicit Panor.in se-
17 xto notabili,†illum esse publicũ,qui palàm & pu-
blicè furatur, vel prædatur,vt sunt piratæ,vel pu-
blicè stantes in stratis,itineribus , & vijs publicis:
vel habentes arcem,vel castrũ, vt vi & armis præ-
dentur transeuntes.facit,licet ipse non alleget,l.ca-
pitalium.§.famosos latrones. & §.grassatores.ff.de
pœ.cum ibi no.per gl.& Doct.& l.j.& ij.C.quãdo
18 licet vnicuiq; sine iudic.se vindic. †Nocturnus ve-
rò populator agrorum est,secundum eum , qui ob-
sidet stratam publicam, prædando homines trans-
euntes. & differt à publico latrone, quia nõ publi-
cè, vt latro, sed clandestinè moratur , & furatur in
loco. Vel secundum Innocent. ibi dicitur, quia in
nocte segetes destruit,vel comburit,dum ibi se ab-
scondit,vel latet,etiam propter homicidia & rapi-
nas,quas facit in stratis illis. Et idem voluit Hosti.
in summa eod.tit.inquantum facit text. & gl.xvij.
q.iiij.c.sicut antiquitus. Idem dicendum est in illo,
qui spe immunitatis ecclesiasticæ delinquit in ec-
clesia,vel eius cœmeterio:quia nõ defenditur ab ec-
clesia, nec gaudet eius immunitate, vt in c. fi.extra
de immunit.eccles.Ideo de illa potest extrahi.quod
ideo est secundũ Panor.quia talis peccat sub spe ve
nię,ideo fortius delinquit,quàm alius:quia scriptũ
est,Maledictus homo qui peccat in spe. & plus de-
linquit malum faciens in ecclesia,quàm extra eam,

Fallit regula

l.si quis in hoc genus. C.de epis.& cler.& l.conuen-
ticula.eod. tit.& extra de senten.excom.c.cum pro
causa.& xvij.q.iiij.c.frater coëpiscopus.& c.ad epi
scopos.vbi dicitur illos esse indignos accessu eccle-
19 siarũ,qui ecclesias violasse probãtur. †Et sic, quã-
uis ab immunitate ecclesijs cõcessa excipiãtur tãtũ
duo casus,in quibus nõ habet locũ immunitas ec-
clesiæ,sed possunt extrahi delinquẽtes, vt d.c. inter
alia.& d.c.sicut antiqtus.in d.tĩ c.fi.ponit alius ca-
sus, in delicto scilicet cõmisso in eccl'ia, qa est casus
specialis scđm Panor.ibi,q dicit dispositionẽ gene
ralẽ positã in d.c.inter alia. loqui in delinquẽtibus
extra ecclesiã,in dictis duobus casibus,quæ limitat
p dictã dispositionẽ specialẽ d.c.fi.loquẽtis de deli-
ctis cõmissis in ecclesia. & ita generi per speciẽ de-
rogat.c.generi.extra isto ti.lib.vj. facit lex,sanctio
legũ.ff.de pœ. Et hæc procedunt de iure canonico,
quia ius ciuile plures alios ponit casus, in qbus nõ
habet locũ immunitas ecclesiastica , vt in homici-
dijs,adulterijs,raptoribus virginũ,per tex.in auth.
de mãd.prin.§.neq; autẽ homicidis. colla.iij.Sed vt
dicit gl.in sæpedicto c.inter alia. per ius canonicũ
derogatũ est in hoc iuri ciuili , quia ius canonicum
defendit in ecclesia raptorẽ virginũ , vt xxxvj.q.j.
c.de raptoribus.Hostiẽ. verò in d.c.inter alia.& in
summa d.§.inquãtũ. nititur saluare ius ciuile, quod
dicit posse intelligi,qñ illa delicta essent cõmissa in
ecclesia,vel eius cœmeterio.Et sic limitabit ius ciui
le secundũ dispositionẽ d.c.fi.de immu. eccles. Alij
verò trãseunt cũ gl.d.c.inter alia.quorũ aliqui reci-
tati per Panor. addũt aliũ casum,vbi delinquẽs nõ
gaudet imunitate ecclesiastica,de c.j.extra de homi.
scilicet vbi quis de industria aut ex proposito occi
dit hominẽ.De cuius tamen intellectibus pluribus,
videte plenissimè Io.de Ana.ibi, & ipsum Panor.
20 in alleg.c. inter alia. quicquid tamẽ dixerint,†quo
ad homicidas tales per insidias , & ex proposito,q
occidũt homines, sæpissimè in hac ciuitate vidi iu
dicari, & practicari in casibus occurrẽtibus de cõ-
silio maximorũ Doctorũ sequẽtiũ gl.ibi,& Abba
tem antiquũ,q tales de ecclesia extrahebant de au-
toritate iudicis ecclesiastici , nec proderat illis im-
munitas ecclesiæ, secundũ literã d.c.j.de homi. vbi
ita tenet gloss. quod maximè videtur procedere in
homicidijs qualificatis & enormibus, per illa,quæ
post Pe.de Ancha.notauit ipse Io.de Ana.ibi,licet
hoc nõ bene placeat Panor. qui tamen in fine dicit
illud c.vt sonat,secundum intellectũ gl.& Abbatis
antiqui,posse intelligi in homicidio taliter qualifi-
cato,vt nõ videret sufficere, etiam in clerico,quòd
deponeret,nisi degradaretur, & traderetur brachio
seculari,vt moriat,per not.per ipsum & alios in c.
at si clerici.extra de iudi.& in ca.j. extra de his qui
21 fil.occid. vbi plenius videte. †Item sciendum est in
hac materia,quòd hoc priuilegium,ne quis inuitus
extrahatur de ecclesia,pręter casus exceptatos,gau-
det ecclesia , etiam non consecrata , ad cultum ta-
men diuinum ædificata, de cõsensu , vel autoritate
episcopi,aut superioris : licet in ea non sint diuina
officia celebrata,vt tenẽt Guli. de monte Lauduno
& Io.de Imol.in cle.j.de pœnit.& remi.quãuis gl.in
c.ecclesiæ.extra de immu.eccle.teneat contrarium,
quam sequitur Abbas antiquus.Sed Hostien.tenet
quod dictum est, secundũ quem sufficit q sit locus
conse

cõsecratus Deo autoritate episcopi primariũ lapidem imponentis: quoniam postea nõ potest ad humanos aut seculares actus redire, vt in c.ad hæc. extra de relig.domi.& quãuis tex.ibi dicat, celebrant, exponi debet, secundũ Panor.id est, celebrari possunt. Et licet aliqui cõtradixerint, vt fuit Clemens Papa quartus, qui fuit egregius Iurista, vt recitat Panor.ipse tamẽ sequitur hanc opi.ꝙ ecclesia nondum cõsecrata, in qua diuina nõ fuerunt celebrata, gaudeat hoc priuilegio, ea ratione, quia tex.in d.c. ecclesiæ. fundat se super hoc, ꝙ ecclesia est diuinis obsequijs dedicata: ideo quia de proximo potest cõsecrari debet gaudere priuilegio ecclesiarũ consecratarum. Adducit etiã vnum dictũ Gofr.quod etiam ipse sequitur, scilicet ꝙ oratoriũ priuatum constructum autoritate episcopi gaudet dicta immunitate. Adducit etiã l.omnia priuilegia. C.de epis.& cleri. vbi omnia priuilegia cõcessa ecclesijs, cõceduntur hospitalibus: à fortiori igitur idẽ dicendũ est in ecclesia nondũ consecrata, sed de proximo cõsecrãda. Et hanc opinio.tenuit Io.Fab.in l.j.C.de his qui ad eccle.confug.& eam tenuit Ioã.de Lignano, Petr.de Ancha.& dictus Io.de Imol.in allegata Cle.j.Concludit tamẽ Panor.in hoc standũ esse consuetudini: quia cõsuetudo est optima legum interpres, vt in c. cum dilectus.extra de cõsuet.& in l.de interpretatione.ff.de legib. Aduertatis etiã ad id quod statim dictum est, oratorium priuatũ autoritate episcopi cõstructum gaudere hac immunitate: quoniã illud non habet locũ in oratorijs existẽtibus in domibus priuatorum, secundũ prædictum Panor.qui allegat de cõsecra.dist.j.in prin.& in authen.de eccl.tit.§.si quis in sua domo.coll.ix.facit id quod habeť in authen.vt in priua. domib.sacra myste.nõ fi. colla.v. Et facit ratio, quia talia priuata loca possunt reduci ad profanos vsus, vt not.per Innocẽ.in c.inter dilectos.extra de dona.secundũ præfatũ Panor.†Quæritur vlterius, an ecclesia interdicta gaudeat hac immunitate, vt exceptis casibus specialibus nullus inde extrahatur. Gofr.Vincen.& Gul.de Monte Lauduno tenẽt ꝙ sic, quos sequitur Io.Fab.in d.l.j. Pet. de Anch.& Io.de Imol.in dict.Cle.j. quoniã Deus, in cuius honorẽ fuit data immunitas, nõ deliquit, ideo propter delictum ministrorum nõ debet perdi tale priuilegiũ.facit c.quæsiuit. extra de his quæ fi. à maio.parte capi. Ita etiã tenuit Innoc.& Hosti.in d.c.ecclesiæ.& ibi Panor.adducens simile de clerico interdicto, suspẽso vel excõmunicato, qui hoc non obstante retinet priuilegiũ circa iniectionẽ manuũ, de quo xvij.q.iiij.c.si quis suadẽte.& circa forũ.Ad quod facit illud quod habeť lxxxj.dis.c.dictũ est no
22 bis.& extra de iudi.c.at si clerici.†Et idẽ dicendum est de domo episcopali seu palatio, vt tenet Hostiẽ. in d.c.inter alia.per tex.c.id cõstituimus.xvij.q.iiij. Illum tamen tex.quidã intellexerunt, quãdo domus episcopi distat solũ ab ecclia quadraginta passibus deputatis eccliæ pro suo atrio, & circuitu.de quibus in d.c.sicut antiquitus.domus enim episcopi nõ debet longẽ distare ab ecclesia, vt xlj.dis.c.episcopus. & in hac opi.videť residere Inno.quam ponit vltimam in d.c.inter alia.Sed gl.in d.c.id cõstituimus.tenet ꝙ domus episcopi, licet sit extra dictos passus, gaudeat hoc priuilegio, vt ibi apertẽ probať in illo tex.qui loquiť indistinctẽ.Et hęc opi.placet Panor.

Pet.de Ancha.Ioã.de Imol.& Io.Fab. Nam vt dicit Panor.facile est videre in simili, ꝙ familia epi, quãuis sit secularis, gaudet priuilegio fori, vt in c.fi.cum ibi notatis.extra de offi.archi.Et est hęc materia fauorabilis, ideo potius ampliãda, ꝙ̃ restringẽda.l.cũ quidã.ff.de lib.& posth.& c.odia.extra isto ti.li.vj.
24 †De vna quæstione, quæ fuit origin aliter Barthol. Quæstio.
Brixiensis in quæstionibus suis, quæ incipit, carceratus.quærit Alber.in l.fideli.C.de his qui ad eccle. cõfug.quidã carceratus à custode carcerũ requisiuit de gratia, vt permitteret eũ ire ad ecclesiã pro solẽni missa in die festo audiẽda, pmittẽs ea finita redire ad carcerẽ, qui custos à dicto carcerato, pmissione & iureiurãdo receptis de redeũdo ad carcerẽ, pmisit eum ire ad ecclesiam: missa finita carceratus nõ vult redire, an inde possit extrahi.post multa allegata ad vtrãq; partẽ concludit dictus Barthol.Brixien.ꝙ si iustẽ erat carceratus ab eo, qui habebat potestatem carcerãdi, debet redire: alś inuitus possit extrahi, sic tamen ꝙ vita, & mẽbrorũ mutilatio sibi seruet, per d.c.inter alia.Et fuit etiã opi.Tãcredi.& hoc sequit Albe.in d.l.fideli.& Io.And.in addi.Spec.tit.de iureiuran.super rubr.& Panor.in alleg. c.inter alia.in
25 finali quæst. †Sciendũ est deniq;, ꝙ in casibus supra dictis, in quibus fugiẽs ad ecclesiã inde extrahi potest, hoc fieri debet autoritate iudicis ecclesiastici, nõ autẽ secularis, vt not.per Sali.in authẽ.si quis ei. C.ad legẽ Iul.de adult.Si tamẽ iudex secularis requisiuerit ecclasticũ, qui nolit vbi debet extrahere, hoc facere poterit iudex secularis, secundũ eũ, per tex.in dicta authẽ.de mãd.prin.§.sed neq;.& hoc sequitur Ang.Aret. in suo tractatu criminũ gl.super verbo, in scalis sancti Petronij.tex.tamẽ in d.c.fi.mãdat iudicibus ecclasticis, ꝙ denunciẽt talẽ nõ debere gau
26 dere immunitate ecclastica.†quod trahit ibi Pañ. vt laicus delinquẽs in ecclia nõ sit puniẽdus per iudicem ecclasticũ, sed per suũ iudicẽ secularẽ, prout voluit Bar.in l.si cui.§.fi.ff.de accus.qui ad hoc allegat d.c.fin. quod vt super eo dicit Panor. hoc bene pbat: quoniã ibi nõ mãdať iudicibus ecclasticis, ꝙ puniant laicos in ecclia delinquẽtes.quod fecisset, si fuissent de suo foro. Et ita tenet cũ Bar.licet Cy.tenuerit cõtrariũ in alleg.l.præsenti.Credit tamẽ ipse Pañ. hoc debere intelligi quo ad principale delictũ cõmissum in ecclia. verũ tamen quia vltra illud est cõmissum sacrilegiũ per eũ.qui deliquit in ecclia, cũ violauerit per hoc immunitatẽ eccliæ, & maximẽ si in ea sanguinẽ humanũ effuderit, vt in c.cum pro causa.cũ ibi notatis.extra de sen.excõ.& xvij.q.iiij. c.si quis domũ.& quod habeť in c.cum sit generale. extra de foro cõpe. de illo crimine sacrilegij poterit puniri per iudicẽ ecclasticũ.Ad quod allegat c.quisquis.xvij.q.iiij.& quod not.in alleg.c.cũ pro causa.
27 †Nã pro eodẽ delicto potest quis puniri varijs pœnis, quãdo ex eo resultãt plures species delictorũ, vt notať per Bar.in l.Senatus.ff.de accus.& per Bal.& Alber.in l.placet.C.de sacrosan.eccle. videte ad hoc illud quod not.per gl.& Doct.in l.j.C.de cri.sacril. & per gl.xxvij.q.j.c.virginibus.& d.c.cum sit generale.& Panor.in sæpe dicto c.inter alia.versu, vite
28 rius quærit. †Circa prædicta etiã ipse quærit, si in Quæstio.
ecclesia vel cœmeterio aliquis delinquat, nõ tamen sub spe veniæ, vel eo animo, vt ab ecclesia defendatur, an possit inde extrahi, secundũ tenorem d.c.fi.

Et videbatur quòd non,quoniam ille text.fundare se videtur sub spe veniæ, quam ille non habuit.cessante autem ratione legis,cessat ipsa lex,vt l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. facit c.cum cessante. extra de appel.Hosti.tenuit contrariũ cum suis modificationibus & rationibus recitatis per Panorm. qui præcisè tenet eum extrahẽdum,per decisionem dic.c.si.vbi tex.in sua decisione allegat duas rationes,quæ vident procedere in isto casu:vna est,quia in eo,quo quis deliquit,debet puniri.secunda,quia frustra inuocat legis auxilium,qui committit in legem,vt l.auxilium.in fin.ff.de minori.in c.quia frustra.extra de vsuris.& in c.cum olim. extra de offic. delegati.& in delictis præsumitur animus malus,in
29 c.j.cum ibi notatis. extra de præsumptio. †Potest deinde quæri,quæ sit pœna violãtis immunitatem ecclesiasticam.Et de iure isto ciuili talis violator est reus lęsæ maiestatis,sed vt ibi dicit Io.Fa.& Panor. in allegato c.ecclesiæ.extra de immuni.eccle. de iure Canonico imponitur alia pœna,videlicet excõmunicationis, & pecuniaria triginta librarum argenti,& restitutio damni, & imponitur sibi publica pœnitentia donec restituat illum,quem violẽter extraxit de ecclesia,vt xvij.q.iiij.c.miror.cap.quisquis.cap.nullus.cap.si quis contumax.& est ibi bona glos.& c.si quis deinceps.& hoc quando quis inuitum de ecclesia extrahit: secus si volentem de loco immunitatis extrahat,& sic extractum volẽtem ad mortem vel mutilationẽ membrorum condemnet, licet videretur offensa ecclesia,argumento c.reintegranda.iij.q.j.Sed verius dicunt Gofr.& Hostien.in d.c.si. non esse puniendum,qui volentem extrahit: quoniam sola violentia punitur,vt d.c.inter alia.& ita tenet Archi.post glos. xvij.quæst.iiij.c. reum.& Panor.in sæpe dicto c.si.antepenult.quęstione. quia volenti non fit violentia neq; iniuria,vt l.cum donationis.C.de transact.& cap.scienti. extra isto tit.
statur maiori parti,sed in discordia summarum omnes
videntur consentire in summa minori. & ita intelligit
ibi Barto.vel secundum Bald.non valet sententia pa-
ri numero lata in discordia, sed in dispari numero sta-
tur maiori parti.& qui consentit in summa maiori,vi-
detur etiā cōcordare in minori, quae inest maiori,per
modū cōtinentię,vt dicit ibi gl.sup verbo,cōsenserint.
vel,vt dicit Bal.p modū cōsensus vt patet in illo tex.in
6 dicto verbo, cōsenserint. ¶†Quod pcedit secūdū eū
in summis vel quātitatibus,sed nō in speciebus:qa mi
nor non inest maiori,vt est text.in cap.cui de non sa-
cerdotali.extra de praeben.lib.vj.facit l.qui lancem.ff.
de aur.& argen.lega.¶Est tamen aduertendum,quòd
in dicto §.si plures.quibusdam visa est esse contrarie-
tas de primo responso ad secundum:quoniam in pri-
mo dicitur, quòd statur maiori parti:in secūdo,quòd
minori quantitati.Si enim vnus ex tribus arbitris con
demnet in xv.secundus in decem,tertius in quinque,
primi duo concordant in decem, tertius in quinque,
& tamen dicit ibi tex.quòd valet sententia in quinque,
quamuis maior pars arbitrorum concordet in decē.
Sed dicite,q tūc maiori parti statur qn̄ discordat à mi-
nori in totū,vt quia forte maior pars condemnat,&
minor absoluit.Sed quādo omnes condemnant,statur

tunc minori summæ in qua omnes cōcordāt.& hęc est
decisio dicti §.si plures.ij.responso.& in c.j.ij. respōso
7 de arbi.lib.vj.& ibi Io.And.¶ †Est tamē quæstio mo-
ta per glos.in d.§.si plures.de tribus arbitris,quorum
duo cōdemnant in decem,& tertius in quinq;,quæ sen
tentia prævaleat.Otho & Azo fuerūt in opinione,ꝙ
prævaleat duorum sentētia qui condēnant in decem.
Nec obstat secundū responsum dicti §.vbi statut sen-
tentiæ illius qui condemnat in quinq;,quoniam illud
procedit,quādo in quātitatibus singularibus sunt oēs
discordes:quia tūc minori quātitati statᷣ,in qua omnes
concordāt. glo.tamen ibi tenet contrariū:quia ratio il-
lius tex.ita videbatᷣ decidere ,ppter suam generalitatem
Sed opinionē Othonis cōtra glos.sequutus est Odof.
quia si secus diceremus,sequeretᷣ absurdū,scilicet ꝙ vni
soli esset data potestas,vt in minus posset condēnare
duobus alijs simul cōcordātibus in maiori summa.&
ista opinio cōtra glo.est approbata iure canonico in
d.c.j.j.responso.quāuis Specul.ti.de arbi.§.fi.ver.no-
tare quoq; debet.sequatᷣ gl.cōtra illū tex.Sed Alberi.re
fert se obtinuisse i practica secūdū opinionē Othonis
& Odof.per tex.dictæ decretalis quæ facta fuit ad deci
sionē dictę quæstionis,quāuis aliq dixerint illā seruan
dam esse in foro canonico,& opinionē gl.in foro ciui
li.Sed hoc nō videtᷣ bene dictū:quia non reperitur iure
ciuili decisio textualis cōtra primū rñsum dictæ decre-
talis,ergo illi standū est in vtroq; foro,ꝑ notata Doct.
in c.j.extra de no.ope.nūti.& ij.respō.d.§.si plures.per
quod se fundabat Accursius.cōcordat ij.respō.dictę de
cretalis,quo nō obstāte determinatᷣ expresse in j.respō
so illius decretalis cōtra opinionē d.gl.qm̃ dicta sed'a
respō.d.§.& decretalis loquūtur in casu,vbi duo ex tri
bus arbitris in nulla summa singulariter,vel expresse
concordabant,sed in minori summa ex iuris disposi-
tione dictis in hac regula cū suis concordantijs,in eo
quod plus est semꝑ inesse minus,videntᷣ in minori cō-
cordare,vt s.dictū est.Fuit tamen opinio Albe.Gallio
ti in sua margarita alleg.per Bal.& Alber.in d.§.si plu
res.ꝙ illud procedat,scilicet ꝙ discordia illorū triū ar-
bitrorum trahatur ad concordiā minoris summæ,vt
dictis iuribus,nisi duo arbitri in maiori summa cōde-
mnantes expresse protestarētur,ꝙ non intendūt in mi-
nori summa cōsentire. de quo remittit Bald.ad nota-
ta per Io.And.in d.c.j.glos.fi. vbi ipse tenet contrariū,
& dicit illam protestationē esse impossibilē,& sibi ipsi
cōtrariā. quod sequitur ibi Domi.de sancto Geminia
8 no.¶ †Circa hoc quęrit Alber.post aliquos de tribus
arbitris,quorū duo condēnauerūt in decem,tertius in
quinq;,& adiecit ꝙ in residuo absoluebat:quæritᷣ quę
sentētia valeat.& quāuis quidā dixerint,ꝙ teneret sen-
tentia in quinq;,secundū opinionē dictæ glo.superius
reprobatæ,etiam si esset vera non valet illorū opinio:
quia sententia huius tertij habet duas partes,scilicet il-
lam in qua condēnat in quinq;.Item aliam in qua pro
parte absoluit,& in qua est vnicus & singularis,& cō-
tra sententiā aliorū duorum:ergo sentētia illius nō po
test pro parte valere,& pro parte non,vt l.in hoc iudi-
cio.ff.famil.ercisc.& etiā in d.§.si plures. & alleg.c.j.j.
respōso,non fit vlla mentio de absolutione,& sic quę-
stio nō est in terminis illorū iuriū & glos.prædictæ.&
additᷣ ratio quare sentētia duorū teneat:quia aut illorū
duorū condēnatio fit in ea parte in qua tertius absol-
uit,& habetᷣ ꝓpositū:qa maiori parti debet stari,ꝑ di-

Si ex tribus arbitris duo cō dēnant in decē an.

cta iura.& idē dici debet si vnus condēnet in quinq;,&
alij duo absoluāt in totū:quia duorū sñia præualebit,
9 vt dictis iuribus.¶ †Sed si vnus dicat,cōdēno in decē,
alius in quinq;,& tertius in totū absoluit,quæstio est
cuius sentētię stabitᷣ.& fuit aliquorū opinio,ꝙ abso-
10 lutorię,cū sit in minus lata. † Appellatiōe enim quod
est minus continetur nihil,vt l.illud.§.si cuius.ff.de tri-
buto.Ista tamen dictio minus,aliquid ponere videtur,
vt nō accipiatur pro nihilo,vt l.fi.§.fi.C. de don.ante
nupt.Sed hoc est,quādoponitᷣ minus respectu maio-
ris positionis,vt ibi.aliàs etiā pōt accipi pro nihilo,vt
in d.§.si cuius.cū similibus Sed quia de absolutione ni
hil dicitur in d.c.j.nec in d.§.si plures. non videtᷣ bene
11 fundata prædicta opinio.†Ideo pro declaratione præ
dictorū potest dici secundum Alberi.post Pet.ꝙ vbi à
pluribus cognoscentibus de eadē causa diuersæ ferun-
tur sentētię,statur illi parti quę maiorē habet numerū,
vt dictis iuribus.& l.sicuti.& l.item si vnus.§.princi-
paliter.ff.de arbit.quod procedit tam in arbitris q̃; iu-
dicibus.Sed in arbitris si pares numero discordent,nul
lius tenebit sentētia,vt d.§.si plures. Compelli tamen
possunt,per iudicem eligere tertiū. de quo vide ea quæ
leguntur & notātur in d.l.itē si vnus.§.si in duos.& d.
§.principaliter.quorū si vnus se absentet,eo legitimè re
quisito alij possunt procedere,vt in c.ij.extra de arbit.
12 lib.vj.¶ †In iudicibus verò delegatis diuersas sentētias
ferentibus neutra valet sentētia,sed est in voluntate de-
legātis quā illarū eligat,& cōfirmet,vt l.duo ex tribus.
& l.duo iudices.ff. de re iudi.¶ Ordinarij verò si cogno
scant de causa liberali,tenet sñia lata in fauorē libertatis
vel pro reo,vbi sunt numero pares,vel ꝓ minori sum
ma,vt l.inter pares.ff.de re iudi.& assignatᷣ ratio diuer
sitatis inter arbitros & iudices:quia à sñia arbitrorum
non appellatur,vt l.diē proferre.§.stari.& l.j.C.eo.tit.
Sed à iudicibus bene appellatur.l.& in minoribus.C.
de appella.& per totum illū tit.Sed ꝙ iniquę sentētiæ
arbitri stetur,& non appelletur,procedit de iure isto ci
uili,secundū qd' statur sentētiæ iniquę arbitri. Sed nō
statur de iure canonico,vt in c.ij.& c.exposita.extra de
arbi.notatur in Specul.illo tit.§.j.ver.est autē differen-
tia.& per Hostien.in summa illius tit.§.qualiter ad effe
ctum perducatur.circa fi.versi.& licet sentētiæ suæ.Ra-
tio etiam differentię inter ordinarios & delegatos est:
quia ordinarij cognoscunt iure proprio,nec alius ha-
bet se intromittere de eorū sententijs,nisi per remediū
appellationis:quia grauatus potest appellare.Sed dele
gati cognoscunt ex iurisdictione delegantis,quæ non
est propria delegatorum,vt l.j.§.qui mandatā.ff.de of
fic.eius cui man.est iuris. Item iurisdictio ordinaria est
fauorabilis,& delegata est odiosa,vt not.per glos.Ioā.
And.in c.j.extra de rescrip.lib.vj.& facit qd' habetᷣ in
13 c.ad hæc.extra eo.ti.¶ †Quæritur vlterius an id dicen-
dum sit in pluribus testibus,quorum aliqui deponūt
rem aliquam valere centum,alij ducenta,vel quidam
de maiori alij de minori tempore,vtrum maior nume-
rus reducatur ad minorem,in quo omnes vidētur con
cordare.glos.notāda & singularis,secundū Alber.mo
uet hanc quæstionem in d.§.si plures.& videtur quòd
fiat reductio ad minus,quod continetur in maiori per
hanc regulam,& propter concordiam testium ad quā
iudex debet conari,vt in l.curēt.ff.de testib.& in c.cum
tu.extra eod.titu.glos.tamen prædicta tenet cōtrarium
ex quo testes proponunt,& asserunt aliquam certam

quantita

quantitatem illam affirmantibus, magis quàm negantibus credi debet.facit l.ij.in prin.C.de vete.iur. enucle.& quod not.per Innocen.in c.veniens.extra de verb.ſig.& per Archid. viij.q.iij.c.Artaldus.qui
14 ibi dicit†plus eſſe credendũ duobus deponentibus affirmatiuam,quàm centum deponentibus negatiuam.vide eundem Innoc.in c.qui per nouale. extra de verb.ſig.in gloſ.nota ꝙ &c.verſic.ſed quæ res.& de renunt.cap.ſuper hoc.in ij.verſ.inducunt autem pro ſe.& quod not.in authen.de hæred.& Falci. §.ſi verò abſunt. & ibi in gloſ.& in l.hæredes palam.in prin. ff.de teſta. Sic etiã creditur magis teſtibus deponentibus de bona fama, quàm ſuper infamia,in c.licet.& c.qualiter & quando.in gloſ.magna.extra de accuſ.Albe.autem & Bal.in allegato §.ſi plures.
15 circa hunc articulum,†an plus credatur teſtibus deponentibus affirmatiuam,quàm negatiuam, remittunt ad diſtinctionem Oldr.dicẽtis,quòd vbi teſtes negant cognitionem eius actus, ſuper quo producuntur,vt puta quia dicunt ſe neſcire,vel non credere illud,ſuper quo deponunt eſſe verum, tunc eo modo negatiuè deponẽtes nihil probant. & ita intelligatur d.l.hæredes palam. §.& ſi plures. & gloſ. d.§.ſi plures.Aut contra alios teſtes,qui affirmatiuè depoſuerunt,deponunt aſſertiuè contrarium.& hic ſubdiſtinguit Oldr.quia aut deponunt ſuper re,vel ſuper eo quod conſiſtit in arte,& peritia ſiue in ratione peritiæ artis , aut deponunt ſuper facti accidentia.Primo caſu, æquè bene valet depoſitio illorum,qui deponunt negatiuè, ſicut illorum, qui deponunt affirmatiuè.quod patet in medicis,& obſtetricibus, vt ſi deponat medicus, ꝙ non remanebit cicatrix,vel obſtetrix deponit mulierẽ nõ eſſe prægnantem.Ad quod facit l.j.ff.de vent.Inſpi.verſ.& ſi quidem omnes. & verſ.ſinautem. cum ibi notatis
16 per Bar.& Doct. †Secundo caſu,quando negatiua conſiſtit in ſola facti accidentia,nec permiſcetur iudicio vel peritiæ artis, ſi illa negatiua ſit probabilis,vt quia coarctatur ad locum, & tempus,cæteris paribus æquè bene creditur negatiuè,ſicut affirmatiuè deponentibus.Verum eſt, ꝙ ſtatur illorũ depoſitioni,qui veriſimiliora deponunt vel vero proxima,vt l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.Aut negatiua non eſt coarctata ad locum,aut tempus, & ſic non reputatur probabilis : quia teſtes non poſſunt reddere cauſam ſui dicti, quam interrogati reddere debent,vt l.ſolent. C.de teſti.quia,vt dicit Bal.in dicto §.ſi plures. non entiũ non ſunt cauſæ. Ideo plus creditur affirmantibus,quamuis paucioribus.& ſic intelligitur gloſ.d.§.ſi plures.& quod habetur in l. actor.C.de probat.& l.ſi quis.C.de fabricen.lib.xj. & l.j.§.j.ff.de itine.actuq́ pri.& per Cy.in l.ij.C.de erro.aduo. & per Io.Andr.in c.j.extra de præſcrip.
17 lib.vj.& in c.bonæ memorię.extra de elect.†Poſtremo gloſ.dat exemplum huius regulę in ſeruitutibus ruſticorũ prędiorũ,in quibus,qui habet ſeruitutem actus,habet etiam itineris,quod eſt minus:quia qui habet ſolã itineris ſeruitutẽ,poteſt ſolus ire,vel pedibus deambulare , aut ſuper equũ vel iumẽtum ſedens,dum non trahat,vel ducat equum,vel iumentum à ſe ſeparatum,ſed ſuper equo vel iumento incedere poteſt.l.qui ſella.& l.inter actum.ff.de ſerui. ruſti.prædi. Sed qui habet ſeruitutem actus, habet etiam ſeruitutẽ itineris:quia in ſeruitute actus,quæ maior eſt,cum poſsit illam habens iumentũ,vehiculum, plauſtrũ,aut armẽtũ ducere, vel aliud,ineſt ſeruitus itineris,vt dictis iuribus.& Inſtit.de ſeruit. in prin.Et qui habet ſeruitutẽ viæ,habet etiam ſeruitutem actus, & itineris : quia ea cõprehenduntur in via,quæ maior eſt,vt l.via.& l.vię latitudo.ff.de ſerui.ruſti.prædio.& iuribus ſuperius allegatis. His tamen ſeruitutibus ciuili modo vtendum eſt,vt l.ſi cui.ff.de ſeruit.facit l.item ſi fundi.in prin.& l.vſufructuarium.§.fi.ff.de vſufruct.& quod notatur per Alber.in l.Imperatores. ff.de ſer.vrb.præd.& quod legitur & notatur in l.cum hi.ff.de tranſact.vbi modus ſeruandus eſt.& in c.j.extra de offi.cuſto.& tex. in tit.de pace tenen.& eius viola.§.fi.Quod inducit Ang.Aret. Inſtit.de ſeruit.in prin. ad quæſtionẽ de capitaneo gentium armorũ,cui cõceſſus fuit tranſitus per territorium alicuius ciuitatis vel oppidi,ꝙ illa conceſsio intelligitũ,vt ciuili modo trãſeat, non deuaſtando fructus,nec damna inferendo.& allegat Flor.ita tenuiſſe in d.l.ſi cui. per illũ tex.qui addit, quòd intelligi debet,vt tranſitũ faciat ciuiliter per loca minus nociua ciuitati,vel oppido illi.quod eſt notandum, ſi bene ſeruaretur. Sed vt dicit Poëta,

Nulla fides pietasq́ viris, qui caſtra ſequuntur. Poëta.

Et per hæc ſit expedita regula hęc in ſui principio.

Summarium.

1 ☞Satiſdatio de iudicato ſoluendo quid contineat, & quando interponi debeat.& nu.2.& 3.
4 Procurator actoris cum mandato admittitur ſine cautione,ſecus in procuratore rei.
5 Procurator præſentis vel in actis conſtitutus, non ſatiſdat.& nume.6.
7 Procurator habens ſpeciale mandatum,ſatiſdet in caſibus.
8 Conuentus ſuo nomine quid ſatiſdet.
9 Cautionis vocabulo quid intelligatur.& nume.10. 11.12.13.15.16.17.& 18.
14 Arbitrium iudicis circa cautionẽ cum promiſsione pœnæ verſatur circa quatuor.
19 Satiſdationis loco an ſufficiant pignora. & numero 20. & 22.
21 Pignus an ſit plus quàm fideiuſſor.

Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione.

DICTIO, promiſſor, poſita in hoc textu, debet exponi,id eſt,procurator, vt nota.per gloſ.ij.in l.j.ff. qui ſatiſd.cog. vel dicitur promiſſor,ſecundũ Ange. in authent.de fideiuſſo.§.j. collat.j. ille qui promittit de iudicio ſiſti.allegat l.ij. §.j.ff.qui ſatiſd.cog. in gloſ.magna. gloſ.autem hic in prin.dat exemplum de eo,qui defenſioni litis ſeu cauſæ alienæ ſe proponit, qui debet ſatiſdare prius quàm audiatur,& hoc cum fideiuſſoribus,vt l.ſi ad defendendũ.in fi. ff.iudi.ſol.& alleg.l.j.ff.qui ſatiſd.

1 cogā.†quæ satisdatio,vt subiungit glos.est de iudi-
cato soluendo,vt in §.fin. Instit.de satisda.quæ tres
clausulas cōplectitur, scilicet iudicio sisti, iudicatū
solui,& de dolo,vt l.iudicatum solui.eod.tit. Quæ
tres clausulæ secundum glos.ibi intellectu,& effectu
insunt,sed verbo vna est tantum clausula,vt l.cum
2 quærebatur.eod.tit.vbi per Bar.†& debet interpo-
ni ista satisdatio ante litem cōtestatam, vt l.de die.
§.si seruus.ff.qui satisd.cog.& not.Bar.in §.quæstio.
super rubrica.ff.iudi.sol.& Insti.de satisd. §.si verò.
& l.Pomponius.§.rati.ff.de procurat. Ratio autem
quare ante litem cōtestatam hæc satisdatio sit præ-
standa,redditur per Panor.post glos.in quarta par-
te in c.mandato.extra de procur.quia ista est dilato
ria exceptio,quæ debet proponi ante litē contesta-
tam,& non postea,vt nota.in l.exceptionem. C.de
probat.& in c.pastoralis.extra de except.Quod de-
bet intelligi,nisi post litem cōtestatam interueniret
procurator rei:quia etiam tunc interponeretur,vt
l.ij.C.de consor.eius.lit.not.per glos.& Docto.in c.
Limitatio. 3 cum M.Ferrariensis.extra de constit.†Est etiam hic
attendendum, quòd prædicta loquuntur in procu-
ratore rei,qui quantūcunq; constet de mandato suo
debet cauere de iudicato soluendo.Quod procedit,
nisi dominus pro eo fideiussisset sub hypotheca,id
est,vt dicit Panor.in allegato c.mandato. sub obli-
gatione bonorum suorum.& ita dicit seruari de fa
cto.facit quod habetur in Cle.j.cum ibi notatis, de
procurat.& Instit.de satisd. §.si vero aliquis.& not.
Bar.super rubrica.ff.iudi.sol.vt enim dicit Bal.post
Cy.in l.vnica.C.de satisd. lex permittit,quòd pro-
curator per dominū releuetur à satisdatione de iu-
dicato soluendo: aliàs pauci essent, qui procurato-
rio nomine reorum causas illorū assumerent defen-
dendas,si necesse haberent obligare se ad soluendū,
vt d.§.si vero aliquis.facit l.tribus. ff.de vsufru.ear.
re.quæ vsu consu.& l.si defensor.ff.de interro.actio.
Quo modo autē releuetur procurator per dominū,
& de forma tenenda,vide Bart.super dicta rubrica,
iudi.sol.& Docto.super d.l.vnica, C.de satisd.& l.
elegantem.§.seruus pactionis.hic allegato in glos. ff.
4 de dolo. † Sed insurgit quæstio,procurator actoris
cōstitutus apud acta , vel de cuius mandato cōstat,
non cauet de rato, an admittetur sine cautione, vt
not.in l.j.C.de procur.& c.j.extra eod.tit.quare se-
cus sit in procuratore rei non releuato per dominū,
de hoc tractatur per glos.& Doct.in l.non solum.§.
qui alieno.ff.de procura. per Cy.& Docto.in l.j.C.
eod.tit.per Spec.tit.de satisd.§.iij.versic.sed quæ est
ratio.& Panor.in allegato c.mandato.qui dicit esse
rationem differētiæ, quoniam securius litigat reus,
qui possidet,quàm actor,qui petit.reus enim habet
exceptionem rei iudicatæ,si vincat cōtra actorem,
& est in possessione,quare tutior est,quàm actor nō
possidens. Hæc tamen ratio non bene placet Spec.
vbi s.nec Albe.in d.§.qui aliena.licet placeat glos-
satori in dicto §. qui aliena. vt enim dicit ibi Bald.
reo est satis consultum,eo ipso q mandatum acto-
ris est certum,sed non est actori consultū antequàm
soluatur sibi.Actoris etiā interest plures habere de-
bitores,vt etiam voluit gl.in §.qui aliena. Sed non
interest rei habere creditorem , ex quo habet exce-
ptionem rei iudicatæ,facit l.j.ff.vt in pos.leg. Vel si
vult is dici potest clarius, secundum Bald.rationem
differentiæ esse aptam & claram, videlicet quia sti-
pulatio de rato non potest admitti , vbi constat de
mandato,vt not.in l.aliàs.cum l.seq. ff.de iureiurā.
ideo non debet interponi,vt l.non cogendum. §.fi.
ff.de procur.Sed etiam si de mandato constet,stipu-
latio iudicatum solui bene potest admitti, & adhi-
beri nouum remedium satisdationis ratione perso-
næ,ideo merito debet adhiberi, vt dicit d.l.vnica.
C.de satisd. & idē dicit Bal.in vltima oppositione.
l.j.C.de procur.Cautio enim de rato per mādatum
redditur inutilis:quia ille,qui mandauit seu consti-
tuit procuratorem præcisè,debet habere ratum &
gratum,vt l.si procuratorē absentem. ff.de procur.
5 †Addatis ad suprà dicta,†quòd procurator absen-
tis de rato non cauet, vt in d.l.j.C.de satisda.& ibi
notatur per Bal. qui dicit hoc esse verum siue con-
stet de mandato,siue non constet:quoniam præsen-
tia domini non contradicentis illi,qui se gerit pro
suo procuratore, habetur pro mādato.notatur per
Innoc.in c.ex parte decani. extra de rescript.ad hoc
facit l.qui patitur.ff.manda. Non improbare enim
est par ratihabitioni, in l.quo enim.§.j. ff.rem rat.
habe.vide tamen circa hoc plenissimè Io.de Imola
in l.sæpe.in gl.super verbo,proprietate.ff.de re iud.
6 Addatis etiam,†quòd si dominus in actis iudicali-
bus constituit procuratorem,ille procurator nō te-
netur satisdare,vt not.per glos.& Doct.in sæpe di-
cta l.vnica.C.de satisd.Nec refert secundum Alber.
7 ibi,si aduersarius sit vel non sit præsens.†Fallit ta-
men hoc secundum glos.ibi in duobus casibus,vbi
habens speciale mādatum satisdat.vnus est in l.qui
ita.§.j.ff.ad Treb. Et ratio redditur ibi in tex.quem
vide. Alius est in l.de pupillo. §.qui procuratorio.
ff.de noui oper.nunt. sed illam glos. non approbat
Dy.dicens,quòd in illis casibus de mandato dubi-
tabatur.quod tenere videtur Ioā.de Imol.post Bar.
in dicto §. qui procuratorio. ibi enim secundū eum
fortè ostēdebatur extraiudicialiter mandatum,vel
instrumentum mandati, & contra illud plura pos-
sunt obijci. Ad quod facit illud quod habetur in l.
si quis inficiatus. ff.deposi.vbi verò iudicialiter ex-
hiberetur instrumentū mandati,si datur copia par-
ti & nil allegatur cōtra,secus esset, per not.in dicta
l.si quis inficiatus.& l.nomen.C.quæ res pig.oblig.
8 pos. †Subdit hic vlterius gl.pro declaratione istius
regulæ,quòd tex. bene loquitur dū dicit, rei alienæ
promissor:quoniam si pro sua cōueniatur, non de-
bet satisdare,vt est tex.Instit.de satisd.§.sed hæc ho
die.sic intelligendo, q conuentus suo nomine qua-
cunq; actione,nō cauet de iudicato soluendo,sed be
ne de iudicio sisti,si nō possideat immobilia,vt ibi.
& l.sciendum.ff.qui satisd.cog.Quæ cautio aliquan
do est iuratoria, aliquando satisdatoria, secundum
personæ qualitatem.de quo vide bonam glos.in di
cto §.sed hæc hodie. Et has cautiones debet de iure
actor præstare antequàm per iudicem sibi cōceda-
tur, quòd offerat libellum contra reum,vt est tex.in
authen.generaliter.C.de episc.& cler.quod tamē de
cōsuetudine nō seruatur,vt ibi not.per gl.& Doct.
9 †Præterea debet attendi, quòd iste text.hanc pro-
missionem,de qua in hac regula,vult esse cum satis-
datione, cum tamen quando cautionis verbū pro-
fertur

fertur à lege, vel etiam à testatore, cuius dispositio
censetur lex, vt in §.disponat.in authẽ.de nupt.col-
latio.iiij. intelligitur regulariter de nuda cautione,
nisi aliter à lege, vel testatore exprimatur, vt l.san-
cimus.C.de verb.sig.vbi Bal.reddit rationem, quia
simpliciter dictum sine additione simpliciter debet
intelligi.& quia in hac regula verbũ satisdationis,
expressum est, ideo ita debet fieri, cum verbũ satis-
dationis, aut fideiussionis in plus se habeat, quàm
verbum simplicis cautionis, vt probatur hic, & d.l.
sancimus.& C.ne fideiu.do.den.per totũ.& in d.l.j.
ff.qui satisd.cog. Cautio enim est genus generalissi-
mum, licet promissio sit amplior, secundum Doct.
vt l.sciendum.§.dictum.ff.de ædili.edict. Satisdatio
est genus subalternũ, fideiussio, vel nuda cautio est
10 species, secundum Fulg.in allegata l.sancimus. †Est
tamen sanè intelligendum illud, quod dictum est de
nuda cautione, quæ talis intelligitur prolata à le-
ge, vel testatore, si nil aliud addatur, quòd non debet
sic esse nuda, quin sit solennis, & efficax sub bona
forma, quæ valere possit tam de iure, quàm de con
suetudine, vt nota.per glos. super verbo, nudam.in
prin.in d.l.sancimus.quas ibi sequuntur Doct.& sic
debet intelligi l.huiusmodi.in princ. ff.de legat.j.&
l.j.§.si cum duobus.vers.quòd si per inopiam. ff.de
colla.bo.non tamẽ debet in illa adhiberi fideiussor,
quem difficile esset inuenire in arduis, vt ibi not.&
11 in l.ij.§.sed si dubitetur.ff.de iudi.†Dicta tamẽ cau-
tio debet præstari sub hypotheca bonorũ per l.fi-
lio.ff.vt lega.no.ca.secundum Bar.in l.prætoriæ sa-
tisdationes.ff.de prẹto.stipul.quod non bene placet
ibi Ioan.de Imol. quoniam regulariter non tenetur
quis obligare bona sua: nisi simus in casu, in quo cõ
tra regularem dispositionem iuris habentem quòd
debet dari fideiussor, illũ non teneatur dare, sed sa-
tis est cauere sine fideiussore, quo casu, quia promis-
sor releuatur à fideiussore præstando, grauatur in
hoc, vt cogatur obligare bona sua.& tunc dicit esse
verum intellectum dict.l.filio.& l.iij. §.quamuis.ff.
12 si cui plus quàm per legem Falci.†Angel.tamen in
d.l.prætoriæ.sequitur Bar.quod etiam sentit ibi gl.
ꝙ qui tenetur nudo verbo cauere, tenetur sub hy-
potheca bonorum suorum.& ita dicit cõmuni con-
suetudine esse seruatum: quoniam hoc facile factu
est. Ad quod facit l.j.C.quæ res pig.oblig.pos.dicit
tamen Ioan.de Imola, quòd non potest negari, quin
sit præiudiciale quo ad aliquid obligare bona sua:
quoniam per hoc in necessitatibus suis nõ sic de fa-
cili inueniet, qui sibi subueniat: quia antiquior cre-
ditor habens hypothecam, prẹfertur habenti illam
posteriorem, vel solam actionẽ personalem, vt l.j.
l.diuersis.& l.seq.C.qui potio.in pign.hab.& c.qui
prior.extra isto titu. lib.vj. Ideo de iure putat opi-
nionem suam esse veriorem, vel vt vult Bart.in d.l.
prætoriæ. illud sit arbitrio iudicis committendum.
bene fatetur, quòd vbi circa hoc sit consuetudo, illa
13 est seruãda. †Sed an cogatur saltem promittere sub
pœna, glo.in dicto §.sed si dubitetur. videtur dicere
quòd sic, cum qua transit ibi Alber.& residet Ioan.
de Imol.super rubrica, in fi. extra de pigno.& glos.
in l.iij.in fin.ff.de alie.iudi.mutan.causa fact.& alia
glos.in dicta l.iij.§.quamuis.ff.si cui plus quàm per
legem Falc.sed glos.tenet contrarium in l.ij.in prin.
ff.si quis cautio.& glos.in allegata l.prætoriæ satis-
dationes.vbi Oldr.recitatus per Ioan.de Imol.con-
cordat quòd hoc debet committi iudicis arbitrio,
14 argumen.l.j.ff.de præto.stipula. †Cuius arbitrium
versari poterit circa quatuor casus pœnã esse pro-
mittendam. Primo, vbi agitur de re inæstimabili,
vt est libertas, vt l.procurator ad exhibendum.§.fi.
ff.rem ratam hab. Secundò, vbi remittitur satisda-
tio ex clemẽtia seu benignitate quadam legis, vt in
dicta l.iij.§.quamuis. vbi est bona glos. & in dicto
§.sed si dubitetur. Tertiò, quãdo per cautionẽ vult
quis purgare & moram, & pœnã, vt dict.l.iij.§.fin.
ff.de alie.iudi.mutan.causa fact. Quartò & vltimo,
vbi est cõsuetudo loci, quòd pœna promittatur, ar-
gumen.l.quòd si nolit.§.qui assidua.ff.de ædil.edict.
& extra istos casus nõ debet pœna promitti, & ita
se expedit. Sed quia hæc materia propter varietatẽ
15 iurium requirit altiorem indaginẽ, † Pro clara hu-
ius materiæ doctrina colligendo dicta Docto.in lo-
cis allegatis, dici potest quòd quandoꝗ verbũ, cau-
tionis, profertur à lege prẹtoria, & tunc dari debẽt
fideiussores vel pignora, vt hic, & dicta l.j.§.iubet.
ff.de collat.bo.& allegata l.prætoriæ satisdationes.
ff.de præto.stipul.vbi per Bart.& Ioan.de Imol.&
Sali.& Docto. in allegata l.sancimus. C.de verbo.
signifi.de quo articulo aliquid infra distinctiua dice
tur.& hoc procedit, nisi ab illa lege prætoria darẽ
certa forma, à qua tunc parte inuita non liceret dis-
scedere, argumento l.Paulus.ff.de solutio.& l.diuus
Adrianus.ff.de vsu & habi.sed bene esset licitũ par-
te volente, quo casu de prætoria efficeretur conuen
16 tionalis, secundum Sali.†Aliquando verbum, cau-
tionis, profertur à lege ciuili, quo casu attẽdi debet,
an ibi addatur verbum, idoneæ: quoniam tunc dari
debent fideiussores vel pignora, vt l.si mãdato Ti-
tij.§.fin.ff.mand.& l.iiij.§.adijci ita demum.& §.fi.
ff.de fideicommiss.liber.& l.si debitori.ff.de iudic.&
ita intelligi potest cap.j.in fi. extra de sequestr.pos.
& fruct.& c.qua fronte.extra de appel.& c.ex par-
te in Christo.extra de verb.sig.Idem dicit Sali.post
glos.in allegato §.fi. l.si mandato Titij.si adijciatur
verbum plenariũ, vt quia dicitur caueat plenariẽ,
vel plenam cautionem præstet: quia tunc fideiussor
dari debet, argum.l.si quis alienam. ff.de cõtrahen.
empt.& l.litigatores.§.ij.& l.ita demum.& l.si cum
dies.§.plenum.ff.de arbitr.Idem si adijciatur verbo
cautionis, dictio sufficienter, secundum Albe.in di-
cta l.sancimus. Ad quod facit tex.in dicto c.j.in fin.
de sequestr.pos.& fruct. & illud quod habetur in c.
ex transmissa. & cap.literas. in fin. extra de restitu.
spol.& cap.ad nostram.in prin.extra de iureiuran.
& c.ex publico.de conuer.coniug.& c.actor.de do-
lo & contuma.lib.vj.& ibi glos.& Docto. Simile si
addatur dictio competenter, vt in l.si debitori. vbi
glos.& Docto.ff.de iudi.& cap.solent.extra de sent.
excom.lib.vj.Si autem nõ addatur aliquod verbo-
rum prædictorum, sit tamen casus, in quo, si intelli
geremus de nuda cautione, dispositio redderetur in-
utilis vel modicẹ vtilitatis, vt quando isti, qui aliàs
erat obligatus, imponit à lege onus cautionis, de-
bet intelligi de idonea.l.in omnibus.& ibi per An-
gelum & Paul.de Castr. ff.de iudic.& l.si constante.
§.quoties.vbi per Bal.ff.soluto matri.& l.diuortio.

X 2

§.interdum.vbi Paul.de Castr.eod.tit.facit l.si cre-
ditores.ff.de priuil.credi.& toto tit. ff.vt leg.no.ca.
Sed si dispositio aliàs posset habere effectũ,verbum
cautionis, à lege ciuili prolatum,intelligitur de nu
da cautione,vt sæpe dicta l.sancimus.& ibi per gl.j.
& per glos.in dicto §.interdum.Ad ista bene facit l.
penult.in fi.ff.de peti.hæred.vbi est tex.ad hoc val-
17 de no.†Et idem dici debet,quando verbum cautio-
nis,profertur à testatore, nisi adderetur verbũ ido-
nea,cõpetenti,sufficienti, rectè,bene,aut simile, se-
cundum Alber.& Sali.in dicta l.sancimus.& Ange.
in dicta l.si debitori. Qui addit se vidisse practica-
re,quòd quando lex dat alicui dilationem misera-
tionis causa,vt diffinitiuè condemnato,cui datur à
lege ad soluendum tempus quadrimestre, vt l.fi.C.
de vsur.rei iudi.cum dilatio non debeat esse nociua
creditori, ad hoc vt sit securus poterit condemna-
tus capi donec satisdederit de soluendo adueniente
tempore à lege cõcesso.Et idem dicendum est in di-
latione moratoria cõcessa debitori per principem,
vt l.vniuersa rescripta.& ibi per Bal.C.de precib.
impera.offeren.& in dicto §.interdum.& per Paul.
de Cast.in dict.l.in omnibus. qui vult apertè,quòd
ille,qui tenetur ex dispositione legis vel statuti dare
fideiussorem,non debet ad hoc cogi,imò releuãdus
est si sit euidenter idoneus ad soluendum.facit quod
habetur in l.de creationibus.in tex.& gl. C.de epis.
audien. & per Doct.in l.quæcunq;. C.de fun.patri.
lib.xj. & ibi Iacob.Rebuf. Speciale etiam in causis
virorum illustrium,qui etiam non possidentes im-
mobilia non coguntur satisdare de iudicio sisti,sed
remittuntur suæ iuratoriæ cautioni,vt notatur per
glos.super verbo,fideiussionem. & ibi Iaco.Rebuf.
in l.quoties.C.de dignita.libr.xij. Cum tamen iure
isto esset regulare contra,vt dicta l.sciendum. ff.qui
satisd.cog. Sed hodie nullus suo nomine conuentus
cogitur satisdare,vt in dicto §.sed hæc hodie.Instit.
de satisda. Est etiam secundum glos.hoc speciale,&
fallit hęc regula in veris tutoribus vel curatoribus,
quæ in causis, quas defendunt pro pupillis vel mi-
noribus non tenentur satisdare de iudicato soluen-
do,sed bene de iudicio sisti,& de rato, vt est text.&
ibi glos.& Docto.in l.fi.§.defensionem.C.de admi.
tuto.Idem etiã in quasi tutoribus,vt sunt orphano-
trophi,vt l.orphanotrophos.C.de episc.& cleri.&
in authen.de eccle.tit.§.fin.colla.ix.secus autem vi-
detur in patre,vt l.si filius. ff.qui satisda.cog. Circa
quod dici potest,secundum Sali.& Doct.in dicto §.
defensionem.quòd in castrensibus pater satisdat,vt
dicta l.si filius. quia in illis non est legitimus admi-
nistrator, nec cogitur defendere, sed in aduentitijs,
in quibus habet vsumfructum cogitur filium defen
dere.l.j.C.de bo.mater.& l.fi.§.vbi autem.C.de bo-
nis quæ liber.Ideo in illis nõ cogitur satisdare,sicut
nec tutor,vt dicto §.vbi autem.& notatur per Dy.
in cap.ratum.extra isto tit.lib.vj.vel etiam si trans-
ferret in se iudiciũ animo nouandi.quod facere po-
test per l.solutionem vel iudicium. ff.de solutio.vel
vbi pro filio emancipato veniret,vel vbi nõ habe-
ret vsumfructum,etiam in aduentitijs, quod quan-
doq; potest esse,vt l.cum oportet.in prin.& authẽ.
excipitur.C.de bonis quæ liberis.vel etiam in dote
filiæ cum eo communi satisdare tenetur.l.ij.ff.solu-
to matri.& l.non solum.§.si de dote.ff.de procurat.
his casibus satisdaret, secundum Alber. in dicta l.si
18 filius.post Iaco.Butrig.Bar.& Bal.†Circa prædicta
quæritur,quid si quis promiserit cauere ad sensum
& dictamen sapientis,nunquid sapiẽs dicere debet,
quòd fideiubeatur vel præstetur cautio nuda. glos.
tenuit istam quæstionem in dicta l.si mãdato Titij.
§.fin.& ibi Bal.Alber.& Sali.& per ipsos in dict.l.
sancimus.& mouet Specul.in tit.de empt.& vendi.
§.j.versicu.sed quid si in instrumento aliquo. & ibi
Ioan.Andr.in addi.& idem Specul.in tit.de instru.
edit.§.postremo.versic. sed quid si contrahentibus.
& ibi etiam Ioan.Andr.& Iacob.Rebuf. in l.qui-
cunq;.C.de omni agro deser. lib.xj.& glos. Ioan.de
Imol.& Docto.in l.illa institutio. ff.de hære.instit.
& per glos.aliquid in l.ex ea parte.ff.de verb.oblig.
& videtur resolutio quòd sapiens, quantum potest
debet se conformare iuri, & ab eo non deuiare , &
quicquid sit in solẽnitate vltimarũ voluntatum , de
quo plenissimè tractatur in dicta l.illa institutio.in
contractibus tamẽ habet locum,quod dictum est in
distinctione prædicta,per dictã l.si mandato Titij.
§.fin.vel vt dicit Andr.de Barulo,recitatus per Ia-
cobum Rebuf. in dict. l.quicunq;. si esset tale factũ,
in quo de sui natura nõ requiruntur fideiussores, vt
in contractu venditionis, in quo regulariter nõ de-
bent dari, nisi immineat euictio in limine contra-
ctus,vt l.si post perfectam.C.de euictio. & l.penult.
§.fin.ff.de pericul.& com.rei vendi. quo etiam casu
non via actionis,sed solum exceptionis,vbi vendi-
tor petit pretium debet dari fideiussio , vt est glos.
singularis in l.j.§.stipulatio duplæ. super verbo,vt
satisdetur.& ibi Bart.sequitur illam gl.ff.de præto.
stipul.& tunc sufficit nuda cautio sine fideiussione,
vt l.emptori.& l.j.ff.de euictio. Si verò factũ de sui
natura esset tale,quòd requireret satisdationem,de-
beat satisdare,vt in dicto cõtractu venditionis im-
minente euictione in eius limine,per iura allegata.
Illa intelligunt Doctor. vt intelligit dicta glos. &
Bart.& sic vbi dicitur, quòd caueatur ad dictamen
sapiẽtis,illud referri debet ad illud quod de iure fie-
ri potest.pro quo facit l.eo tempore.in fin.j.respon.
ff.de pecu. iuncta l.nepos Proculo. ff.de verb.signi.
Cum enim exigitur dictum sapiẽtis,intelligitur de
sapiente, qui non fallat neq; fallatur, vt l.fin. C.de
pondera.& au.illa. libr.x.vide tamen pro istis ple-
nius Docto. in locis allegatis. Addit vnum ad hæc
Bald.in sæpe dicta l.sancimus. quòd vbi quis pro-
mittit pro alio se esse fideiussorẽ,non tenetur se prin
cipaliter debitorẽ pro illo obligare,nisi ille se obli-
get,vt est casus singularis menti tenendus in dicta l.
tribus. ff.de vsufruct.earum rerum quæ vsu consu.
Cum etiã verum sit, quòd qui pro alio se obligat,
faciendo se principalem promissorem censetur iure
fideiussoris , nisi fieret expressa nouatio obligatio-
nis,qua principalis debitor tenetur,vt dicit gl.ma-
gna notabilis & menti tenenda in authent. de fide-
iusso.§.j.colla.j.Reuertamur ad glos. quæ hic oppo
nit contra istum text.de l.penult. §.ad crimen. ff.de
publi.iudi.vbi ad defensionem accusati de publico
crimine nõ admittitur defensor,nisi ad allegandum
causas absentiæ,quo casu non satisdat,vt l.seruum.
§.publicè. ff.de procurat. glos.soluit, quòd hæc re-
gula

gula intelligi debet in caussis ciuilibus, non autem
in criminalibus. & ita pertransit. Dicite tamen ple-
nissimè de materia huius oppositionis, quę propriè
non tangit hanc regulam, illud quod habetur per
glos. & Docto. in dicto §. publicè. & dicto §. ad cri-
men. vbi per Ioan. de Imola eleganter post Bartol.
& Angel. qui multas circa hoc adducunt fallentias,
vt in l. j. ff. an per alium cau. appel. re. pos. & l. reos.
vbi Bal. & Salicet. C. de accusat. & cap. veniens. ex-
tra eodem titul. vbi Panormita. recitatus per Ioan.
de Anania singulariter notat ex illo tex. quem alibi
nescit, quòd licet in criminalibus caussis ad disputã-
dum de crimine regulariter non admittatur procu-
rator, potest tamen admitti ad proponendum exce-
ptionem contra accusatorem de ipsius indignita-
19 te. quod ibi probatur, & est notandum. †Deinde gl.
quærit an qui debet satisdare, liberetur dando pi-
gnora. Et arguit primo quòd sic: quia dare pigno-
ra æquipollet dationi fideiussoris, vt videtur text.
Instit. de rerum diuis. §. venditæ. & l. promissor Sti-
chi. §. fin. ff. de constitu. pecu. & in dicta l. j. §. iubet.
versic. an pignoribus. ff. de collat. bonorum. & facit
s. isto titu. l. plus cautionis. vbi vide per me recita-
ta post Paul. de Castro in l. diuortio. §. interdum. ff.
soluto matrimo. Plus enim facere videtur, qui dat
pignus auri vel argẽti, quàm qui dat fideiussorem.
& videtur probari, secundum Albericum in dicta
l. promissor. §. fi. Et dicit tex. quòd tutius est pigno-
ri incumbere, quàm in personã agere, Insti. de obli.
20 quæ ex delict. nas. §. furti. † Contrarium tamen hic
videtur tenere glos. per tex. l. prædictæ, prætoriæ sti-
pulationes. ff. de præto. stipul. Sed hoc ideo ibi est,
quia verbum, satisdationis, profertur à lege prętor-
ria, ideo requiritur datio fideiussoris, nõ pignoris:
quia prætoriæ satisdationes præstantur ratione fu-
turi dãni vitandi. Sed si creditor cogeretur recipere
pignora, posset esse sibi damnum ratione periculi
futuræ traditionis dictorum pignorũ. posset enim
culpa etiam leui illa perdere, & teneretur, iuxta no-
tata per Docto. plenè in l. quæ fortuitis. C. de pign.
actio. & in l. contractus. s. isto titu. vt ibi plenè fuit
recitatum. Ideo nõ debet compelli illa recipere, ces-
sat autem illud periculum receptis fideiussoribus.
21 †Et ad illud quod dictũ est, quòd plus facit, qui dat
pignus, quàm qui satisdat, dici potest, secundũ Al-
bericum in dicta l. promissor. §. fin. hoc verum esse,
si cõsideretur facilitas habilior cõsequendi id quod
debetur, sed consideratione habita ad euitationem
futuri damni, potius est, & tutius habere fideiusso-
res, quàm pignora. & ea videtur fuisse consideratio
22 Iurisconsulti in dicta l. prætorię stipulationes. †Sed
contra istam determinationem facere videtur l. re-
scripto. §. debitores. versic. planè. ff. de muneribus &
honorib. vbi etiã quando à lege profertur verbum
cautionis vel satisdationis, satis est dare pignora.
glos. vero in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. qui-
bus modis pign. vel hypotheca sol. dicit esse casum
specialem in dicto §. debitores. quod non placuit
Bartol. sed ipse in dicto §. qui paratus. ibi recitatus
per Salicet. dicit, quòd in dicto §. debitores. lex non
simpliciter loquitur de fideiussore dando, sed vlte-
rius procedit disponendo, quòd satisfacit, qui dat
fideiussores vel pignora. Et illud idem dicit ibi Al-
bericus. Vel dici potest secundum eum, quòd vbi
quis ex legis dispositione vel cõuentione partium,
debet tantum dare pignora, non liberatur dando fi-
deiussores, nec ecõtra, sed tenetur dare fideiussores,
vel pignora, secundum formam conuentam inter
partes. Ad quod facit l. semper in stipulationibus.
cum ibi notatis. s. isto titu. Si vero alternatiuè sit fa-
cta conuentio dare fideiussores vel pignora, libera-
bitur obligatus alterum præstando quod elegerit,
cum illa sit natura alternatiuæ in rerum vel actio-
num obligatione, vt l. plerunq. in fin. ff. de iure do-
tium. & l. non vtique. aliàs est §. Scæuola. in l. ij. ff. de
eo quod certo loco. Vel secundum eundem Alberi.
potest concludi, quòd quando quis tenetur soluere,
non liberat[illegible] dando fideiussores vel pignora, vt di-
cto §. fi. in princip. & etiam si tenetur satisdare tan-
tum, vel tantũ dare pignora, nõ habet electionem,
sed tenetur obseruare illud ad quod est obligatus,
nisi alia sit volũtas creditoris, quo inuito aliud pro
alio dari vel solui non potest. l. ij. §. mutui. ff. si cert.
petatur. & ita pertransit de ista quæstione aliqua
subnectendo, quæ fuerunt superius declarata. Po-
stremo glos. hic opponit contra istam regulam de
l. satisdationis. s. titu. proximo. vbi satisdatio po-
nitur pro nuda repromissione. & soluendo dicit,
quòd hoc ideo ibi sustinetur: quia ille, cui satisdan-
dum erat, fuit cõtentus de nuda repromissione. vo-
lenti enim non fit iniuria, nec dolus. l. cum donatio-
nis. C. de transactio. aliàs secus esset, vbi fit mentio
de satisdatione, secundum quod fuit superius expla-
natum.

Summarium.

1 ☞ Tributoria quando detur in patrem vel domi-
num.
2 Pupillus non intelligitur pati, quòd seruus eius ne-
gotietur, aut quòd domi suæ cudatur falsa mone-
ta &c. & nume. 3. & 4.
5 Patiens videtur consentire quando prohibere po-
test.
6 Patientia quando habeatur pro consensu. & nu. 7.

Pupillus pati posse non intelligitur.

PLVRIBVS casibus
declaratur hæc regula per
glos. & pro primi declara-
tione, quam ponit de l. sed
si seruus. §. sed si ipsius pu-
pilli. ff. de tributo. præmit-
tendum est, secundũ Rofre.
in libellis suis tit. de tribu-
toria. & Salicetus super l. j.
1 s. illo titu. † quòd quando contrahitur cum filiofa-
milias vel seruo alicuius, vel etiam libero homine
bona fide possesso in merce peculiari sciente & pa-
tiente patre, vel domino, datur actio tributoria, per
quam pater vel dominus vocatur in tributum, id
est, in communionem cum cæteris creditoribus, &
cõmunicantur inter eos merces peculiares, ita quòd

tantum tribuitur cuilibet creditori, quantum sibi
retinet pater vel dominus, pro rata tamen debiti,
vt dicta l.j.§.fin. & sic de peculio nihil deducit pa-
ter, vel dominus, nisi prius satisfacto creditoribus.
Si tamen eo ignorante filius, vel seruus contrahat
de peculio, deducit quod sibi debetur de peculio, &
etiam quod debetur illis, qui sunt in patris, vel do-
mini potestate, dominio, vel tutela, vt l.sed si da-
mnum.§.præterea. ff.de pecul. Patientia igitur pa-
2 tris vel domini eis nocet. † Si vero pupillus sit do-
minus peculij serui sui, qui negotietur in merce pe-
culiari pupillo sciente, scientia pupilli & patientia
sibi nõ nocet, nisi tamen esset eius ætatis, vt dolum
cõmittere posset. Sed adhuc non sufficeret hoc quo
ad negotiationem habitã cum seruo: quia non in-
telligitur illam pati, vt in hac regula, & est tex. in di
cto §.sed si ipsius. allegato in glos. Scientia vero tu-
toris ipsius pupilli non obligat ipsum pupillum,
nisi quantum factus esset locupletior, vt dicta l.sed
si seruus. §.si seruus. quia vt ibi dicit Salicet. pupil-
lus non debet lucrari cum alieno damno vel iactu-
ra, per illum text. facit l.nam hoc natura.ff.de con-
dictione indebi. cum multis in iure similibus alle-
3 gatis per glos. in dicto §. si seruus. † Secundo glos.
exemplum ponit in hac regula, de his quæ haben-
tur in l.j.§.impuberes.C.de falsa mone. vbi pupilli
etiam scientes in suis domibus cudi falsam mone-
tam excusantur à pœna imposita talibus per legẽ,
quia pupillus propter ætatem pupillarem non in-
telligitur illud pati. Idem dicit Albericus post Cy.
4 & ibi Salicetus in dicta l.j.§.impuberes. † quòd non
tenentur ad emendationem damnorum vel malefi-
ciorum, quæ fiunt in dictis suis domibus, vel quòd
domus prædictæ non deuastentur, etiam propter
similia, vel etiam propter ludos per tenorẽ statuti
domus debeant deuastari. & hoc etiam tenet Sali. in
domo maioris, in qua luditur, illud omnino igno-
rantis. allegat l.cotem.§.dominus.ff.de public. ve-
ctigal. & com. & ibi Bartol. & Ioan. de Imola. facit
l.j.C.de eunuchis. Nec obstat dicta l.j. de fal. mone.
quia, vt ibi patet in principio, in illo crimine iniũ
cta est necessitas maioribus inquirendi de fabrican
tibus falsam monetam in eorum prædijs vel domi-
bus. & ita ibi notatur per glos. Ad quod vide Pra-
cticum Ferrariensem in titul. forma libelli pro so-
lutione pedagiorum, glos. vj. glos. tamen in dicto §.
impuberes. quo ad pupillos intelligit de pupillis
non capacibus doli, quos dicit excusatos per illum
tex. sed secus dicit, si sint doli capaces. Sed ibi Cy.
fatetur illud verum in dolo, qui consistit in cõmit-
tendo. Ad quod facit l.infans. ff.ad legem Cornel.
de sicar. & l.impuberem. ff.ad legem Corneliam de
falsis. Sed si dolus consistat in omittendo, minores
impuberes excusantur, vt dicto §.impuberes. dicta
l.j. de falsa mone. vbi maiores puniuntur pro negli
gentia, sed non impuberes. Et ita sequitur ibi Ioan.
Faber, & Salicet. qui allegat ad hoc glos. in l.ferè in
omnibus. š. isto titulo. vbi vide plenissimè recita-
ta. & quod notatur in l.ij.C.si aduersus delict. facit
ad hoc bonum argumentum text. in l.j.§.impubes.
ff.ad Silanianum. vbi etiam hoc tenet Bal. qui alle-
gat Dynum & Cynum ita tenuisse. tex. tamen in l.
excipiuntur. eodem tit. ad Silanianum. vult etiam
quòd impuberi nõ parcitur in delicto commisso in
omittendo, sed ibi est casus singularissimus. & in
illo text. plura concurrebant, quæ augebant deli-
ctum, & adducebant præsumptionem, quòd seruus
impubes fuisset conscius de nece domini. & illum
text. inducit ibi Bald. contra vxorem, quæ silet de
nece mariti interfecti in domo sua, quòd præsuma-
tur conscia occisionis. quod est notandum. Tertio
declarat hic glos. istam regulam, per illud quod ha-
betur in l.Labeo.ff.de aqua pluuia arcenda. vbi fa-
ciens fieri opus, per quod sibi noceatur per aquam
pluuiam, non potest agere, vt opus illud demolia-
5 tur: † quia patiendo id fieri, cum posset prohibere,
consensisse videtur, vt ibi. & facit quod habetur in
l.qui bona.§.si quis iuxta. ff.de damno infecto. & l.
Sabinus. ff.cõmuni diuid. Sed hoc in maiore pro-
cedit, non autem in pupillo: quia non intelligitur
hoc fieri per istam regulã. est etiam hæc glos. in hoc
notanda. Quarto ista glos. declarat text. quòd vbi
præsentia maioris præiudicat sibi, non præiudicat
pupillo sua præsentia. Et dat exemplum de eo, quo
præsente rem ipsius alius obligauit: quia sibi præ-
iudicat, per l.si fine. C.ad Velleianum senatuscon-
sultum. dicit tamen ibi Bald. hoc non esse verum,
scilicet quòd si quis obliget rem alterius ipso præ-
sente, quòd sibi præiudicet, nisi interueniat actus
iudiciarius vel consensus, vt l.si fideiussor.§.pater.
ff.de pignorib. vel nisi interueniat dolus præsentis,
& tacentis, vt dict. l.si fine. vbi maritus, qui non po
test obligare res vxoris non cõsentientis, & hoc iu-
re communi, nec consentientis, & hoc iure speciali
propter senatusconsultum Velleianũ, si tamen obli
get res vxoris, tanquam suas proprias ipsa vxore
pręsente, & dolosè tacente, tenet obligatio, sed hoc
6 est propter dolum vxoris. † Vtrum autem regula-
riter sciens & præsens habeatur pro consentiente,
est materia brocardica, de qua per Baldum in dicta
l.si fine. & per Doctores in l.filius.§.maritus. ff.de
procurat. & l.Caius.ff.de pigno. actio. & l.qui pati-
tur.ff.mand. & in cap. qui tacet. extra isto tit. lib. vj.
& dicetur in l.qui tacet. ʃ. eod. vbi melius cadit. hoc
tamen in pupillo regulare est, quòd sua patiẽtia ad
suum incommodum non debet sibi nocere, vt hic
cõcludit gloss. sed secundũ eam ad suum cõmodum
scientia eius bene operatur consensum per patien-
tiam, per l.illud relatum.ff.de iniur. & hoc dicit Bal.
7 in allegata l.si fine. † procedere etiam in alio, quàm
pupillo, quòd taciturnitas, & patiẽtia habetur pro
cõsensu ad vtilitatem patientis, vt l.si procuratori
præsentis.ff.de verb. obli. & dict. l.qui patitur. & l.si
remunerandi.§.si passus.ff.mand. quod dicit esse ve-
rum in vtilitate vera, vel præsumpta: & ideo filia
præsumitur consentire patri agenti de dote. præsu-
mitur enim ex affectu paterno, ꝙ agat ad eius vtili-
tatem, vt l.ij.§.voluntatem.ff.solut. matr. Tandem
glos. opponit contra istam regulam de l.pupillum.
ʃ. eod. vbi dicitur quòd pupillus est capax fraudis,
& iniurię faciendæ: igitur debet intelligi pati posse
contra istam regulam. glos. soluit, quòd contrarium
loquitur de pupillo proximo pubertati, qui potest
delinquere. quod qualiter accipi debeat, ibi dicetur.

Summar

Summarium.

1 ☞Diſiunctiua eſt in arbitrio implere volentis.
2 Diſiuncta quando vertatur in coniunctam,& ecõ-
trà. & nume.3.4.5.7.9.10.11.12.13.14.15.16.17.& 18.
6 Ordo verborum indicat ordinem intellectus.
8 Seu,dictio ampliatiua.
19 Subſtitutio vna plures conditiones reſpiciens, de-
bet eas vniformiter reſpicere.
20 Libellus alternatiuus an admittatur.

Vbi verba coniuncta non ſunt, ſuffi-cit alterutrum eſſe factum.

QVANDO plures cõ-
ditiones apponuntur co-
pulatiuè in hæredũ inſti-
tutione, debẽt omnes im-
pleri,vt l.ſi hæredi plures.
ff.de condi.inſti. Sed ſi diſ-
iũctiuè, ſufficit quòd vna
impleatur , vt ibi in fi. &
hoc eſt , quod vult iſta re-
gula ſic declarata per gl. & ſic ad veritatem copu-
latiuæ requiritur concurſus:ſed ad veritatẽ diſiun-
ctiuæ ſufficit alterum eſſe factum,vt hic,& d.ſi hæ-
1 redi plures.†vbi etiam probatur,quòd in electione
vel in arbitrio implere debentis in alternatiua , ſeu
diſiunctiua eſt illud,quod faciat,vt ibi,cum dicitur
in text. cui libet,id eſt, placet. & ſic duæ dictiones,
non vna,ſecundum glo.ibi,quam ſequuntur Docto.
& facit text.Inſtit.de hære.inſtit.§.ſi plures.& l.ſub
diuerſis.ff.de condi.& demon. Idem exemplificãdo
dicit hic gl.eſſe in alternatiua rerũ,vel ſtipulatione
diſiuncta,quia debitoris eſt electio , vt l.plerũq;.in
fi.ff.de iure dot.cum ſimilibus. Sed hæc materia de
coniunctim vel diſiunctim prolatis in vltimis vo-
luntatibus, & contractibus, longum habet tracta-
tum,& fieri poſſunt ad vtranq; partem multa con-
traria , quorum aliqua ex ſententia gloſ. & Docto.
2 breuiter & clarè perſtringamus.†Quandoq; enim
coniuncta reſoluitur in diſiunctam, & ecõuerſo,vt
dicit hic gloſ.in ver.& ſcias etiam.& ſicco ſatis pe-
de ſine magna declaratione pertrãſit, remittens ad
legem , coniunctionem.& l.ſæpe.ſ.tit.proxi. & ad
legẽ penultimã,quę incipit,cũ quidam.C.de verb.
ſigni.vbi plenius hoc examinatur in textu & gloſ.
& per Docto.Pro cuius compendioſa examinatio-
ne ſciendũ eſt,quòd diſiunctiua quãdoq; inter per-
3 ſonas ponitur, & quandoq; inter res.†poſita inter
perſonas mutat naturã ſuam,& accipitur pro con-
iuncta, vt ponit text. exemplum in dicta l.penult.
& concordat d.l.ſæpe.quod habet locum, quando
ponitur inter perſonas honoratas, quia tunc reſol-
uitur in coniunctam , vt ibi : ſecus ſi ponatur inter
perſonas oneratas, ſeu grauatas,quia diſiuncta illo
caſu remanet in ſua propria ſignificatione , vt l.ſi
ex toto.§.j.ff.de lega.j.Sed primo dicto videtur ob-
uiare tex.in l.ſi Titio aut Seio.ff.de lega.ij.vbi hæ-
res grauatus dare Titio aut Seio cui vellet , dando
cui vult,liberatur:& ſi neutri dat,vterq; petere po-
teſt.Sed ſecundum gl.in dicta l.penult. quam ſequi-
tur Albe.illud operatur electio per teſtatorem data

Diſiũ-
ctiua
poſita
iter p-
ſonas.

hæredi , vt ibi notatur per gloſ. Idem etiã dici po-
teſt in tutoribus,quoniam dati diſiunctiuè, intelli-
guntur coniunctim dati,vt ſæpedicta l.penul.cum
tamen ſint perſonæ grauatæ , quia tutela eſt onus.
Sed hoc ſecundum Docto. ibi,operatur fauor pu-
pillorũ, vt colligitur in illo text. & etiam licet tu-
tela ſit onus,habet tamẽ annexum honorem. Inſti.
de tutel.in princip.& hoc propter adminiſtrationẽ
quæ eſt honor , vt l.teſtamento Centurio. §.j.ff.de
4 ma.teſta.†Diſiũctiua verò poſita inter res,remanet
in ſua natura , quia licet vtraq; cadat in obligatio-
ne,altera tamen eſt in ſolutione ad electionẽ ſoluere
debentis, vt dicta l.plerunq;.cum ſimilibus. Ratio
autem differentiæ de diſiunctiua perſonarũ & rerũ,
redditur per Docto.poſt Odoſ. quia in diſiunctiua
perſonarum ideo accipitur pro cõiuncta, quia ve-
riſimile eſt, teſtatorem hoc voluiſſe. & nulli nocet,
cuius ſemper legitima voluntas dominatur.l.cum
quæſtio.in fi.C.de lega.& ſpectanda, ſeruãdaq; eſt.
l.vndecima. §.cum in fideicommiſsis. aliàs,Impe-
rator.ff.de legat.iij.& l.in conditionibus primũ lo-
cum.ff.de condi.& demõ.& l.j.C.de ſacroſan.eccle.
& in authen.de nup.§.diſponat.colla.iiij.Secus au-
tem eſt in alternatiua rerum , quia teſtator alterna-
tiuè loquutus,videtur velle vnum tantum dare, vt
ſi reſolueretur in cõiunctam, noceret hæredi,ita q
cogeretur vtrunq; dare. quod non præſumitur, vt
dictũ eſt,teſtatorem voluiſſe. Aliam rationẽ reddit
Bal.in alleg.l.pe. quia ſi diſiuncta poſita inter per-
ſonas honoratas non conuerteretur in coniunctã,
diſpoſitio remaneret inutilis,tanq; incerta, argu.l.
item ſi ſeruus.§.fi.cũ l.ſeq.ff.de ſtip.ſer. licet ille tex.
ſit correctus per d.l.pen.quæ dicit,q iura vetera,&
etiam conſtitutiones in hoc variarũr. licet Cy. ibi
aliter diſtinxerit. Sed cõmunis eſt opinio, q hodie
d.lex,item ſi ſeruus.cũ lege ſequẽti, correcta eſt per
d.l.pe.vt recitat & tenet Io.de Imol. ſuper d.l.item
5 ſi ſeruus.†Suprà dictis obſtare videtur tex.in l.cum
pater.§.pe.ff.de lega.ij.vbi diſiũcta poſita inter per-
ſonas honoratas non reſoluitur in cõiunctam , ſed
primò nominatæ vocãtur ad diſpoſitionẽ teſtato-
ris.Sed ſolui poteſt contrariũ,q in d.§.pe.teſtatrix
illa ſubalternabat perſonas illas ſecundum ordinẽ
charitatis & affectionis illarum. Ideo perſona pri-
mò nominata vocatur,argu.l.quoties.ff.de vſufru.
& l.ſi quis ſeruum.§.certam.de lega. ij. & l.hæredes
mei.§.fi.ff.de libe.& poſth. & l.qui ſoluẽdo nõ erit
6 ſeruũ.ff.de hęr.inſti.†Ordo nanq; verborũ deſcribit
ordinẽ intellectus,vt in c.in Chriſto pater.de cõſec.
diſt.ij.& d.l.quoties.& l.j.ff.de albo ſcrib.vel vt di-
cit Albe.in alleg.l.pe.diſponebaẽ per nomina pro-
pria,vbi nulla affectio,vel affectionis pręrogatiua
colligi poteſt. Sed in d.§.pen.diſpoſitio fiebat per
nomina appellatiua, ex quibus colligitur affectio,
& eſt etiã colligenda prærogatiua.Ideo ibi diſiũcta
remanet in ſua natuta propria,& nõ accipitur pro
cõiuncta,imò ſeruatur ordo verborum. & hoc ibi
in gl.dicere voluit Roger.vel ſecundũ Iaco. de Are.
quẽ allegat Albe. in d.§.pe.admittũtur ſubſidiariẽ
poſtremo nominati in defectum priorũ.Ideo diſiũ-
7 ctiua nõ reſoluitur in coniunctã. †Vult etiam Bal.
in d.l.pe.q alternatiua tẽporum non reſoluatur in
8 coniunctã,per d.l.quoties.ff.de vſufr.†Addit vlte-

rius de dictione alternatiua ampliatiua, vt est di-
ctio, seu, quæ posita inter res, cõiungit & ampliat.
ideo vtrũq; debetur. l. si quis ita legauerit vxori. ff.
de au. & arg. leg. vbi per Bart. de significato huius
dictionis, seu. & per gloss. super verbo, incorrupta.
in d. l. pen. Ideo si quis dixerit, dono vel lego pecu-
niam quã habeo Romæ seu Auinione, vtraq; pe-
cunia cedit in legato, vel donatione, per illum tex.
& notatur lxiij. distin. c. ego Ludouicus. in gl. & per
Archid. allegantes d. l. si quis ita legauerit. Vult ta-
men ibi Archi. q illa dictio, seu, auget non immo-
derate. & allegat Simonem Vicentinum ita tenuis-
se in c. sedes apostolica. extra de rescript. Illa etiam
dictio, seu, quãdoq; disiunctiuè, & sine ampliatione
profertur. & ita sumitur in tex. c. vlti. in fine. lxxv.
9 distincti. †Sciendum est vlterius pro declaratione
prædictorum, q disiũcta posita inter personas ho-
noratas, vt dictũ est, resoluitur in coniunctã, quan-
do scilicet inter eas est par affectio, & præsumitur (Limitatio.)
testatorem voluisse eam in sua natura remanere. &
hoc est verum, quãdo personæ illę pro personis cõ-
siderantur. Sed si personæ inter quas ponitur disiũ-
cta, non vt personæ, sed vt res considerarẽtur, vel
essent loco rerum, vt est dare in seruis legatis, tunc
disiuncta remaneret in sua natura, vt l. statu libe-
rum. §. si. ff. de legat. ij. & idem dici debet, etiam vbi
personæ pro personis accipiuntur: sed testator vo-
luit disiũctam in sua natura remanere, vt quia ele-
ctionem dederit hæredi soluẽdi legatum cui vellet,
quia tunc, vt dictum fuit, non resoluitur in cõiun-
ctam, vt d. l. si Titio aut Seio. ff. de lega. ij. Similiter
dicendũ est in coniuncta posita inter personas, quæ
sui natura cuilibet partem attribuit. & hoc verum,
nisi ex hoc sequeretur absurdum, quo casu vni soli
ius attribuit, vt in casu l. fundus. ff. de contrahenda
empt. vbi si Titio præsenti, & Mæuio absenti fiat
venditio fundi copulatiuè, licet dici deberet quẽli-
bet illorũ habere partẽ in fundo, per d. l. pen. Titio
tamẽ soli fundus pertinet iure nõ decrescẽdi, secun-
dũ Doct. quia per præsentẽ non acquiritur absen-
ti. & si sibi quæreretur, emptor præsens remaneret
inuitus in cõmunione, quod esse non debet. & etiã
interest venditoris, ne cassetur venditio, si non tene-
ret in totum respectu præsentis emptoris. In stipu-
latione verò aliter dicẽdum est, quoniam si quis si-
bi & alteri coniunctim stipuletur decem, valet sti-
pulatio, sed solum pro media, quia quo ad alterum
est inutilis stipulatio, vt l. stipulatio ista. §. alteri. ff.
de verb. obligat. non vitiat tamen vtilem respectu
stipulantis, vt l. si mihi & Titio. ff. de verb. obligat.
& Instit. de inut. stipul. §. quòd si quis. & sic cõiun-
10 cta ibi resoluitur in disiunctam. †Vlterius quãdoq;
disiuncta posita inter personas etiã honoratas, nõ
semp resoluitur in coniunctã, vt patet in dote, quã
auus maternus dotans neptem stipulatur sibi aut
nepti reddi dictã dotem soluto matrimonio, quo-
niam fauore nuptiarum & dotis præfertur neptis
dotata auo materno dotanti in illa dote, vt l. Ca-
ius. ff. soluto matrimo. vbi per Doct. & Bal. in sæpe
allegata l. penult. Aduertendum est etiam circa istã
materiam, quòd secundum doctrinam Barto. in l. j.
ff. de iusti. & iure. in principio. quam Ang. de Aret.
11 recitat, Instit. de vulga. substit. §. si plures. †quando
copula, siue coniuncta ponitur inter incompatibi-
lia, resoluitur in disiunctam, vt l. si Titio fundus. ff.
de vsufru. lega. Si enim relinquatur alicui fundus,
& illius fundi vsusfructus, hæc sunt incompatibi-
lia, quia cum vsusfructus sit seruitus personalis, nõ
possunt simul ista tolerari: quoniam res sua nemi-
ni seruit, vt l. vti frui. in principio. ff. si vsusfru. pe.
l. in re communi. ff. de seruit. vrb. prædi. & l. cum in
fundo. in principio. ff. de iure dot. & dictũ fuit ple-
nius in l. neq; pignus. ẽ. isto ti. Ideo si legatarius cui
copulatiuè legatus est fundus, & illius fundi vsus-
fructus, possit eligere fundum, cui vsusfructus non
formalis, sed causalis accedit, iuxta illud, quod ha-
bet in l. quod nostrũ. ff. de vsufru. si vsumfructũ le-
gatũ formalẽ elegerit, à se proprietatẽ abdicat, vt
l. si Titio fundus. & sic copula adiecta per testato-
rem resoluitur in disiunctam. ad quod vide notata
Salic. & Doct. in authen. hoc locum. C. si secũ. nup.
12 mul. †Aliquando ponitur copula inter compati-
bilia, vel consonantia simul, tunc si sic consonant,
quòd vnum alteri inesse videatur, sublata copula
de medio resoluitur in adiectiuũ illius dispositio-
nis, vt l. j. ff. de pact. vbi placitum & cõsensus resol-
uuntur, id est, placitus consensus, vt ibi exponitur
per gloss. quam sequuntur Doct. Quandoq; conso-
nant in vnum, vt genus, & species. & de hoc remit-
tit Bart. ad notata per Dy. in c. generi. extra isto ti.
li. vj. vt fuit plenè recitatũ in l. in toto iure. ẽ. isto ti.
13 †Contingit etiam quandoq; copulatiuã poni in-
ter diuersa, quo casu si ponatur inter duo substanti-
ua, quæ non sunt aliter verificata, non requiritur
copulatorum concursus, vt in text. legis, huiusmo-
di. §. si Titio. ff. de legat. j. vt quando testator legat
Titio & Mæuio rem, quæ erat Titij, in cuius Titij
persona non valet legatum tanquam rei propriæ,
vt l. proprias. C. de legat. faciet tamen partẽ Mæ-
uio, vt d. §. si Titio. Si verò ponat copulatiua inter
duo adiectiua, respectu vnius substãtiui, requiritur
concursus copulatorũ, vt l. Titiæ textores. in prin-
14 cip. ff. de legat. j. †Occurrit etiam aliquando, quòd
copula ponitur inter duo adiectiua, nõ respectu ali-
cuius substantiui, & tunc illa copula aliquando ca-
dit inter orationes, quo casu aut respectu alicuius
accidentis, aut non: primo casu requiritur cõcursus
copulatorũ, nec coniũcta tunc resoluitur in disiũ-
ctam. & iste est casus d. l. si hæredi plures. Secundo
casu non requiritur concursus, vt l. j. ff. de his qui
not. infa. vbi tex. dicit, quòd condemnatus de fur-
to, de homicidio, de adulterio, & lenocinio, sit in-
famis, nõ requiritur, quòd de omnibus sit condẽna-
natus, sed vt infamis sit, sufficit eũ esse de altero cõ-
demnatũ, vt etiã explanat Pet. de Ancha. in cle. in
15 plerisq;. extra de elect. †Posset opponi deinde cõtra
istũ tex. sumptũ à contrario sensu de l. j. §. si. ff. de cõ-
di. instit. vbi coniuncta posita inter duos seruos à
domino testatore honoratos, resoluitur in disiun-
ctam, cum tamen, vt dictum est, disiunctiua posita
inter personas honoratas resoluitur in coniunctã,
vt sæpedicta l. penult. Cyn. & Bald. in d. l. si hæredi
plures. dixerunt, q in d. l. j. §. si. coniuncta apposita
erat habita consideratione ad iuris effectum. Sed in
d. l. si hæredi plures. & in ista regula à cõtrario sen-
su apponebatur cõiuncta, considerando merum fa-
ctum

ctum, quod testator, vel cõtrahentes volebant fieri.
Ideo non obstat contrarium, vel in d.l.j.§.fi.dispo-
sitio respiciebat duo subiecta, ideo diuisionẽ respi-
ciunt, secundum Bald.in d.l.si hæredi plures. vel vt
ibi dicit Paul.de Cast.in d.§.fi.legis primæ.de con-
di.& demõ.erat apposita cõditio necessaria, scilicet
ꝙ testator instituebat duos seruos hæredes, cũ liber
tate, si sui essent cũ moreretur: hoc enim erat neces-
sariũ, etiã si testator non dixisset, quia alienati per
eum non poterant effici liberi in præiudiciũ illius,
in quem fuissent alienati: ideo dictæ copulatiuę lo-
quutionis non requiritur concursus, scilicet ꝙ am-
bo serui illi essent in dominio testatoris tempore
suæ mortis, sed satis est, ꝙ vnus illorum suus repe-
riretur, & sortiretur dispositio testatoris effectũ in
persona serui remanentis in potestate testatoris, in
d.verò.l. si hæredi plures. conditiones copulatiuẽ
appositę consistebant in mera volũtate illas appo-
nentis.& ita intelligendum est secundũ eum, & me-
lius, vt ipse dicit, quàm dicat Bald.qui plura non
16 necessaria verba circa hoc effundit. †Notari etiam
debet pro veritate præmissorum, quòd in coniun-
ctim siue distuctim dispositis volũtas testatoris si-
ue contrahentis, vbi certa est, semper debet obser-
uari.& hoc dicunt Docto.in d.l.pe.& locis alleg.&
concordan.duas glos.vnam d.l.pe.super verbo, in-
corrupta.in princ.& aliam in l.Lucio. ff.de lega.ij.
quę inuicem contrariari videntur.licet Dy.& Cy.
dicerent vnam in cõtractibus, aliam in vltimis vo
luntatibus loqui, in casu scilicet dubio.licet text.d.
l.pe.idem statuat in vtrisq;.Sed harum gl.cõcordia
est, ꝙ quæq; voluntas in cõtractibus & vltimis vo-
luntatibus, dum certa sit, seruari debet. Addunt vl-
terius Doct. volũtatem colligi posse ex verbis ex-
equutiuis testatoris, vel contrahentis, considerãdo
ad quem dirigũtur.& ita intelligatur gl.d.l.Lucio.
& facit l.si sic stipulatus. ff.de verb.oblig.vbi Io.de
Imol.dicit illam legem esse notandam, per quã de-
claratur d.l.Lucio.quia inquantum dicit aliud esse
in vltimis voluntatibus & in cõtractibus procedit
in casu dubio.Sed si constet ad quem verba dirigũ-
tur, non est differentia inter contractus, & vltimas
voluntates, vt patet in d.l.si sic stipulatus. vbi ver-
ba stipulationis exequutiua directa ad stipulantẽ,
faciunt ipsius esse electionem. & ratio redditur per
eum, quia vbi verba sunt clara, non egẽt interpre-
tatione, vt l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de legat.
iij.Quod inducit ipse Ioan. de Imol.post Bart.in d.
§.cum in verbis.ad quæstionem, Quòd si inter cõ-
iunctos, vel proximos est quæstio, & secundũ for-
mã statuti (vt est in hac ciuitate) debeat per eos fie-
ri compromissum, non debet fieri, si clarũ & aper-
tum sit ius pro vna parte, per prædicta. & prædi-
ctorum reddit rationem Bal.in d.l.Lucio.quia ver-
borum interpretatio sumi debet ad vtilitatẽ illius,
cuius fauore apponũtur, vt l.nec simul.§.j.ff.quãdo
dies leg.ced. Sed quãdo verba exequutiua neutri di
rigũtur, in legatis est electio hæredis, vt l.si ita reli-
ctũ.§.fi.de lega.ij.& in cõtractibus debitoris, vt iu-
17 ribus superius alleg.†Deinde notãdũ est circa illud,
quod dictum est, disiunctam positam inter res, re-
manere in sua natura, quoniam illud verũ est, quã-
do profertur ab homine, vt in hac regula, & iuri-
bus super hoc alleg. secus si proferatur à lege, quia
tunc resoluitur in coniunctã, vt l.Quintus Mutius.
& ibi gl.notabilis.ff.de au.& arg.leg. Et est ratio di
uersitatis secundũ Doct. quia disiunctiua actis siue
legis debet esse pro vtraq; parte vera, aliàs remane
ret incerta, quod esse non debet, vt in prima cõsti-
tutione C.§.quibus.quod clare colligitur, secundũ
Alber.ibi, in d.l.pe. cũ loquitur de interdicto quod
vi aut clam.vbi tex.dicit apertissimè, ꝙ aut, sumi-
tur pro &. Bart.tamen, quem plenius vide in l.si is
qui ducẽta.§.vtrum.ff.de reb.dub. hoc intelligit ve
rum, quando lex plura statuit alternatiuẽ circa idẽ
factũ, quia tunc ponitur pro cõiuncta, ratione prę-
dicta, aliàs secus, per illa quæ habẽtur in l.j.ff.ad le-
gem Cor.de sica.& l.j.ff.ad legem Pomp. de parri.
18 †Postremo pro quodam epilogo, secundum Albe.
in d.l.pen.dici potest per modũ regularis doctrinę,
ꝙ regulariter cõiuncta & disiuncta retinẽt propriã
significationẽ, & naturam, quoniã in dubio à pro-
pria verborum significatione non debet recedi, nec
in testamentis, vt l.non aliter. ff.de lega.iij.Nec in
contractibus, vt l.j.§.si is qui nauem. ver.in re igitẽ
dubia.ff.de exer. & si aliquo casu reperiatur vnam
sumi pro alia, hoc speciale est ex aliquibus speciali-
bus rationibus inductũ, vt ex prædictis potest ap-
parere.& hoc probat d.l.sæpe.ibi, dum dicit inter-
dum.& l.coniunctionem.dum dicit nonnunq;.ff.ti.
prox.quasi diceret aliquando, ita ꝙ regulariter cõ-
trariũ est, vt hic.& d.l.si hęredi plures.& sic est spe-
ciale in casibus, in quibus inuenitur cõtrarium, vt
est vnus in d.l.cõiunctionem. vbi coniuncta sumi-
tur pro disiuncta in illa stipulatione, mihi hæredíq;
meo, te, hæredemq; tuum. Nam illa cõiuncta, q;, su-
mitur pro vel. & est ibi ratio specialitatis, quia se-
cundum naturam, illa copulata non possunt simul
concurrere, quoniam viuus non habet hæredẽ, nec
est hæreditas viuentis, vt l.nec eos. C.de capti. &
postli.reuers.& l.j.ff.de hæred.vel ac.vendi.& l.j.ff.
pro hære. Similiter in casibus ẽ.positis sumitur cõ-
iuncta pro disiuncta, rationibus specialibus supe-
rius declaratis. Itẽ econuerso, disiũcta ponitur pro
coniuncta specialitate alicuius fauoris principij,
quæ versatur in casibus superius pdictis, vt d.l.pe.
cũ ibi no.& facit l.generaliter.in princ. C.de insti.
substi.& res.sub condi.fa. vbi facta vniuersali fidei-
commissaria substitutione sub pluribus cõditioni-
bus negatiuis, puta dicẽdo, si filius vel filia intesta-
tus vel intestata, vel sine liberis, vel sine nuptijs de-
cesserit, talem substituo, si aliquod prædictorũ ue-
nerit, deficit substitutio fideicommissaria, ita ꝙ ad
validitatem illius substitutionis, requiritur omnes
conditiones disiunctiuẽ negatiueq; positas defecis-
se.& ita disiuncta resoluitur in coniunctã, licet re-
gulariter in disiunctis cõditionibus sufficiat alterã
euenire, vt in hac regula, & sæpedicta l.si hæredi
plures.& alleg.l.si is qui ducenta.§.cũ ita. §.verũ.&
§.item si pater. & c.inter cætera. extra de rescript.
Sed in d.l.generaliter. speciale est, secundũ aliquos
Doctores ibi, post gloss. super verbo, incertus. di-
centes esse rationem vnam, scilicet, quòd nescire-
mus, ex qua illarum conditionum euenisset facul-
tas illius substitutionis, vel restitutionis obtinẽdæ.
& sic esset incertus successionis euentus. Commu-

nior tamen Doct.sententia est dictam rationẽ non
valere,quia si omnes conditiones simul euenirent,
verificaretur conditio ex omnibus: si autem sepa-
ratim,ex ea quæ prius eueniret,vt l.cum quæreba-
tur.ff.iudi.sol.& l.si ita quis stipulatus. ff.de verbo.
oblig. Iaco.Butri. ideo aliam rationẽ assignat hic,
scilicet quòd in dict.l.generaliter.speciale est fauore
liberorũ.Sed ista ratio minus valet,& contra text.
d.l.generaliter. vbi patet,ꝙ illa lex procedit etiam
in extraneis hęredibus institutis. Alij dicũt causam
specialitatis esse, quia testator præsumitur prædi-
lexisse filios instituti etiam extranei ipsis substitu-
tis. Sed adhuc ista ratio minus valet cæteris, quia
idem esset in alijs conditionibus alternatiuis adie-
ctis substitutioni, vt oporteret quãlibet adimple-
ri,quod est falsum,vt d.l.si hæredi plures.Ideo Sali.
in alleg.l.generaliter.dicit esse rationẽ, quia omnes
illæ conditiones ibi positæ erãt cõceptæ negatiuẽ,
& nisi omnes implerentur,esset quædam repugnã-
tia,quia vna non impleta, si deberetur fideicõmis-
sum,ex illa repugnaret implemẽtũ illius.Sed quic-
quid ipse dicat,nulla videtur repugnantia,quia nõ
repugnat,quin hęres institutus possit decedere sine
liberis,& condito testamento,& sic decedere testa-
tus, vel contractis nuptijs,& sine liberis. Quapro-
pter Albe.licet confuse ibi dicit esse aliam rationẽ,
quia erant conditiones, si decesserit intestatus, vel
sine liberis, vel sine nuptijs:& in vna illarũ condi-
tionum,videlicet si decesserit sine liberis, debet su-
mi coniectura volũtatem testatoris fuisse, ꝙ liberi
hæredis præferantur substitutis, & si illa conditio
extiterit, videtur saltem tacitẽ eos inuitasse, vt l.
Lucius.la ij.cũ ibi not.ff.de hæred. insti.Si ergo de-
cedat hæres cum liberis,& sine testamento,nõ eue-
nit cõditio substitutionis ex mente testatoris cõie-
cturata,per d.l.Lucius.Si autẽ decedat sine liberis,
19 & cũ testamento,necesse est idẽ coniecturari: †quia
vna substitutio respiciẽs plures conditiones, debet
eas vniformiter respicere,vt l.iã hoc iure.ff.de vul.
& pup.subs.& l.ij.& l.quamuis.C.de impub.& alijs
substi.vnde sicut necesse est, vt cõditio dicatur eue-
nisse, ꝙ hæres sine liberis decedat, ita est necesse,ꝙ
decedat sine testamento, & sine nuptijs:hoc autem
dicere nõ possemus, nisi disiunctam resoluamus in
coniunctam. & hæc ratio specialitatis placet,cum,
vt dictũ est,aliàs regulare sit,ꝙ in alternatiuis con-
ditionibus sufficit alteram esse veram, vt in ista re-
gula,& iuribus superius alleg. facit l.si illud aut il-
lud. ff.de lega.ij. Sed hæc inuestigatio rationis red-
dendæ videtur non necessaria, quoniam vbi certa
est dispositio legis nõ expedit inuestigare de ratio-
ne ipsius,scilicet respectu dispositi expressè per le-
gem.facit l.prospexit. ff.qui & à quib. Sed vbi agit
de extensione fiẽda ad casum nõ expressum in iure,
expedit inuestigare rationẽ legis,vt scire possimus,
an fieri possit extensio,quę nõ debet fieri,nulla exi-
stẽte ratione indẽnitatis.Facit l.quod verò.cũ l.seq.
& l.non possunt. ff.de legib.secundũ Ioan.de Imol.
in l.Gallus.§.si eius.ff.de lib. & posth.vbi post Bal.
20 in hac materia alternatiuorũ mouet quęstionẽ,†An
admittendus sit libellus alternatiuus. quod videt,
quando vtraꝙ pars alternatiuæ releuat intentionẽ
actoris,vt si dicat actor, ꝙ res emphyteotica ceci-
dit in cõmissum,eò ꝙ emphyteota dño irrequisito
illã alienauit,vel qa tẽpore à iure statuto canonẽ
debitum non soluit,secundum ea,quæ habentur in
l.ij.& iij.C.de iure emphy.& authen. qui rem.C.de
sacrosanct.eccles.& §.adeo. Instit.locati.& in c.po-
tuit.extra eo.tit.& ita tenuit Cy.recitatus per Bal.
in d.§.si eius.& allegat not.in §.aliæ.Insti.de actio.
Huic tamen dicto contradicit Bal.cui nõ placet di-
ctus alternatiuus libellus,quoniam continet ambi-
guitatem facti. Actori verò non permittitur am-
biguum factum narrare,vt l.Pomponius. & l.si in
rem agat aliquis.la j.ff.de rei vendi. Ideo secundum
eũ non debet admitti libellus alternatiuus,nisi age-
retur ex contractu alternatiuo,vt d.l.nõ vtiꝙ.aliàs
Scæuola.ff.de eo qđ cer.lo. & opinionẽ Bal. sequit
de Imol.in d.§.si eius.addens,ꝙ petitio alternatiui
facti non admittit,nisi quãdo est in potestate acto-
ris quid eligat.Faciunt no.per Bart.in l.vbi autẽ.§. Alternatiui
qui illud.ff.de verb.oblig.Fateri tamen oportet,ꝙ facti
quando ex materia deducta in libello, possunt col- petitio
ligi plures actiones, licet ignotũ sit quã actor vo- qñ ad-
luerit intentare,procedat libellus absꝙ declaratio- mittat
ne, per not.in l.fin.C.de anna.excep.quod intelligi
debet,si pars aduersa non petat declarari,quoniam
vbi hoc petit,declarari debet per actorẽ, vt ibi no.
& in l.j.ff.de eden. Si verò libellus plura contineat
copulatiuẽ, quamuis,vt dictum est, in copulatiua
requiratur concursus extremorũ,vt sępedicta lege,
si hæredi plures: si tamen pars vtraꝙ potens est ad
fundandam intẽtionem actoris,verbi gratia, si di-
cat actor in libello, peto rem declarari cecidisse in
cõmissum, eò ꝙ me directo domino non requisito
illam alienasti, & non soluisti canonẽ debitũ intra
tempus iuris,sufficiet alteram tãtum probari,quia
vna per se sufficit ad fundandã intentionẽ actoris,
vt habetur in text.& gl.in c.significauit.& c.signi-
ficãte.extra de app.& c.licet causam. extra de pro-
bat.& c.ex parte.extra de rescrip. & in l.diuus.ff.de
re iudic.per Bart. & Doct.dicunt tamen Panor.&
Docto. in c.cum causa. extra de emp. & vend.ꝙ in
casu illius decretalis,& l.ij.C.de rescin.vẽdi.proce-
dit libellus alternatiuus,vt peto rem restitui, vel iu-
stum pretium suppleri.quod ideo est, quia incerti-
tudo non reddit ibi rem dubiam,vẽditore decepto
vltra mediũ iusti ptetij,sed habetur pro certo:quo-
niam ibi electio est debitoris: aliàs autem non to-
lerat libellus alternatiuus, vt in c. cõstitutus.extra
de resti.in integ.Et faciunt notata in c.ex parte.ex-
tra de rescript. & per Ioannem de Imol.in dicto c.
cũ causa. in primo notabili.& hæc sufficiant super
ista regula. Gulielmus Maynerius legum Doctor.

Summarium.

1 ☞ Mulieri dolosæ non succurritur Velleiano.
2 Calumniari quid significet.& nu.3.
4 Mulieribus in quibus casibus succurritur. & nume
ro 5.6.7.11.& 14.
8 Debitorem nõ idoneum scienter subdelegans, non
liberatur à debito.& nu.9.
10 Incestus sub colore matrimonij commissus,quãdo
excusetur.
12 Vidua quæ dicatur.

Viduæ

13 Viduę, pupilli, & miserabiles personę nullo rescri-
pto continentur, nisi specialiter nominentur.

Mulieribus tunc succurrendum est, cū defraudant̄: non vt facilius calūnient̄.

INTENTIO huius
regulæ probatur, & decla-
rat̄, secūdum quod dicit gl.
in l.ij.§.verba.ff. ad Velle.
vbi mulieri succurritur per
Velleianum, propter sexus
imbecillitatē, nisi decipiat.
& est glos. secundum Albe.
ibi, quia beneficiū illud nō
causatur à dolo creditoris, sed à fragilitate mulie-
2 ris. †Vbi verò dolo versatur, mulier nō habet au-
xilium senatusconsulti, d.§.verba. & l.si decipiēdi.
eod.ti.& l.si fine.C.eod. in fi. dolus enim doloso, &
nō alteri nocere debet, vt l.qui à debitore.ff.quæ in
frau. credi.facit l.si merces. §.culpæ. ff.locati.& l.si
rem. §.si duplæ. ff.de euictio. Nam deceptis & non
decipientibus iura opitulātur, vt dicit text.in dicto
§.verba. cum concordantijs ibi alleg. in gl. Ex quo
ibi colligit Sal. prouisionem factam ad vtilitatem
& fauorem alicuius, cessare debere, illo committēte
dolum. Ex cuius Salic.& etiam Albe. sentētia post
glo. ibi, circa hoc dicendum est, ꝙ vbi mulier scit
sola se dolo versari, ita ꝙ creditor hoc ignorat, eidē
dolosę mulieri non succurritur per Velleianum, vt
ibi.& dict. l.si fine.in fi.& d.l.si decipiendi. Si verò
creditor scit dolum, vel intelligat, tunc secus, quia
creditor sciens deceptus dici nō potest. Sciēti enim
& volenti non infertur dolus, vt l.cum donatio-
nis. C.de transactio.facit l.j.in fin. ff.de actio.emp.
& vendi. De moribus autem, vitijs, præsumptio-
nibusq; in mulieres, vide Albericū in l.sed si ego.
ff.ad Velleia.& l.filia in orbitate.de inoffi.testa.vbi
sufficiat remissio. Sicut ergo dicit hic gl. pro decla-
ratione huius tex. mulieribus succurritur, id est, iu-
uantur, cum defenduntur à damno, dolo dato non
interueniēte: aliàs minimè, quoniam sic facilius ad
deceptiones, id est, calūnias perueniretur. quod non
est tolerandum: quoniam malitijs hominum, id est,
virorum & mulierum, non est indulgendum, vt l.
in fundo. ff.de rei vendi. concordat c.sedes aposto-
lica.& c.plerūq;.extra de rescript. & c.significante.
extra qui ma.accu.pos.& c.auaritię.de elect.lib.vj.
etiam peruersorum iniquitatibus debemus obuia-
re. c.ad reprimendum. extra de offic.ordin.& c.ad
falsariorium.extra de crim.fal.& hoc procedit, nisi
malitia fiat ad bonū, vt fraus euitetur, nec dicitur
tunc propriè malitia, vel calumnia, sed astutia, vel
cautela, vt l.nihil dolo facit. & l.nemo videt̄ frau-
dare. ff.isto tit. Sed si ad malum fiat, est ei obuiandū,
2 vt hic, & iuribus superius alleg. †Est etiam notan-
dus tex. huius regulæ, secundū gl. quia verbum, ca-
Calumniari. lumniētur, hic positum in tex. sumitur pro verbo,
decipiāt.& sic largius, quàm sumatur in l.j.§.calu-
mniari.ff.ad Turp. vbi calūniator dicitur, qui falsa
crimina intendit.& ita etiā sumitur in l.athleras.§.
calumniator.ff.de his qui no.infa.& l.j.C.de aduo.
diuer.iudi.cum ibi not.per glos.& Doct.& ij.q.iij.
§.notandum secūdò.v.q.vj. per totum.& per totū
tit.extra de calum.& C.eod.tit.& maximè in l.qui
3 non probasse. †Aliter verò sumit̄ ff.de calumn.per
totum tit. scilicet ꝙ calumniari dicitur, qui vt ne-
gotium alicui calumniæ causa fiat, vel nō fiat, pe-
cuniam accipit in publicis vel priuatis causis. sed
in idem recidit, secundum expositionem Alber. in
l.j.eod. tit. quia cum dicitur calumniari, qui pecu-
niam recipit, vt faciat negotium: id est, vt aliquem
calumniose accuset, aut vocet coram iudice, vel vt
non faciat, id est, calumniose non accuset illum, vel
non vocet in ius, id est, in effectu, vt alicui causa ca-
lumniosa moueatur, vel non moueatur, dicitur ca-
lūniari. quod procedit, siue iudiciū cœptū erat, siue
non cœptum, & in ciuilibus, vel criminalibus cau-
sis, vt hæc probantur in l.j.& l.& generaliter.ff.eo.
tit.de calum. Circa quod vide Rofre.in libellis suis,
in ti.de actio.in factum ex edicto de calumnia. Ca-
lumniari tamen in hoc text. sumitur, vt dictum est,
pro decipere: quoniam, vt not. hic gl. auferri debet
occasio delinquendi, per text. quem allegat in l.j.§.
sed ne furādi.C.de Lati.liber. tol. vbi gl. alleg. con-
cordātias. Tacere autem in aliorum deceptionem
nocet, & dicitur deceptio, vt d.l.si fine.C.ad Velle.
& ideo ibi non succurritur mulieri deceptoriè ta-
centi. Facit tex. in authen. ad hæc.C.de Lati.libert.
tol.& l.presbyteri.cum ibi not.per Bal.de episc.&
cleric. quæ canonizata est v.q.v.c.presbyteri. Qui
enim veritatem celat, nocere desiderat, vt in c.j.ex-
tra de cri.fal. Facit quod no.per Bart.in l.Paulus.ff.
4 ad legē Cor.de fal. †Secūdò declarat gl. hāc regulā
in muliere inutiliter dotem sibi stipulante, quoniā
eidem succurritur per legē. nā si stipulatio dotis sit
inutilis, & male cōcepta, vel impertinenter, lex di-
sponit eam esse vtilē, vt l.vnica.§.j.C.de rei vxo.
actio. vt in exemplis ibi positis per gl. super ver-
bo, inutiliter. de quo ibi plenius per Salic.& Doct.
& plenissimè dictū fuit in l.in ambiguis pro doti-
bus.ff.isto tit.ver. aliud speciale ponit̄ in dote. quia
5 ipsius fauore, &c. cum vers.seq. †Tertium exemplū
ponit̄ in hac l. secundum gl. de l.j.§.fi.ff.de eden. vbi
mulieribus, minoribus, & rusticis, parcitur in pœ-
na spreti pręcepti de edēdo, quia illæ personæ præ-
sumuntur potius imbecillitatis gratia, quàm con-
tumacia non parere: secus esset in alijs personis nō
exceptis. Facit ad hoc l.ne passim. C.de iur.& facti
igno. vbi est nota. gl. quæ dicit mulieribus succur-
ri in omnibus casibus, in quibus succurritur mascu
6 lis. †Circa quod secundum Bart. ibi sciendum est,
ꝙ vbi agitur de præsumptione ignorantiæ iuris,
facilius præsumitur in muliere, quàm in masculo,
& hoc indistinctè, vt l.si adulterium cum incestu.ff.
ad legem Iuliam de adult.& l.cum de indebito.§.fi.
ff.de probat.& dicta l.j.§.fi.ff.de eden. Aliquando
tractatur de succurrendo mulieri, nō propter igno
rantiā iuris, sed propter sexus fragilitatē, quia mu-
lier est, & habet locū ista regula, & quod habetur in
l.j.& d.l.si fine.C.ad Velleia. & d.l.ij.§.verba.ff.eo.
tit.& l.de die.§.j. ff.qui satis. cog. de quo etiā subse-
quens glos. ponit exemplum. Aliquando autē mu-
lieribus errantibus in iure non succurritur, nisi in
casu, quo succurritur masculo, vt dicta l.ne passim.
de quo habetur in l.diuus Claudius.§.quæri tamen

debet. verſic. matri quoq;. ff.ad legem Corneliam
de falſ. & l.j.§.accuſationem.in fi. & l.mulier.ff.ad
Turpil.de quo vide Bart.in dicto §.accuſationem.
in fi.& gloſ.& Salic.in l.ſi fœmina. C.ad Turpl.&
ipſum Salic.in l.ſi ea.prima quæſt.C.qui accuſ.non
7 poſ.†Item poteſt poni exemplum de l.ſi cũ dotem.
§.ſi mulier.ff.ſolu.matrim.vbi ſi delegatur mulieri
ſoluto matrimonio pauper debitor mariti,vel eius
hæredis,pro dote ſua repetenda, non perimetur a-
ctio dotis.& eſt ſpeciale fauore dotis,vt ibi not.per
Doct.qui intelligũt illud procedere, quãdo mulier
ignorãter recipit delegationẽ pauperis debitoris:
quia vbi reciperet ſcienter, non ſuccurritur ſibi,eò
quòd ſcienti & volenti non infertur dolus, vt fuit
ſuperius allegatũ.Facit quod habetur in l.promit-
tendo.§.ſi à debitore.ff.de iure dot.quod dicit Paul.
de Caſt.in dicto §.ſi mulier.eſſe verum,quãdo mu-
lier ſciebat ius & factum,ſcilicet quòd non teneba-
tur ipſum delegatum recipere. Facit ad hoc l.inter
cauſas.§.abeſſe.ff.manda. vbi creditor recipiẽs ſci-
enter debitorem non idoneum, ſibi delegatũ à ſuo
debitore, videtur eum approbare tanquã idoneũ,
& ſoluendo. Eſt tamẽ regulariter verũ,quòd dolus
dans cauſam delegationi,nõ illam vitiat ipſo iure,
ſicut nec alios contractus ſtricti iuris, vt l.dolo.C.
de inuti.ſtipulat. Fallit tamen, quando cauſa dotis
ſit muliere hoc ignorante, vt dicto §.ſi mulier.vbi
Ioan. de Imol. in primo notabili. Facit l.ſi mulier.
8 §.quòd ſi dos.ff.quod met.cau. †Dicunt tamẽ Bal.
& Ang.recitati per Io.de Imol.in dicto §.ſi mulier.
ibi eſſe argu.cõtra debitores, qui ſcientes quoſdam
mercatores eſſe fallituros, ſiue relicturos de proxi-
mo, illos ſuis creditoribus hoc ignorantibus dant
in expromiſſores, quibus nõ debet ipſorum dolus
prodeſſe,ſed remanet primitiua obligatio,ſi erat ex
cauſa dotis,& in alijs obligationibus ſaltem datur
actio de dolo,quæ danda eſt,vbi non ſit alia actio,
vt l.j.§.j.& l.eleganter. in princip. ff.de dolo.& di-
ctorum Bald.& Angel. dictum,dicit ipſe Ioann.de
Imol. ſatis habere æquitatem,ſi ille qui talẽ expro-
miſſorem mercatorem rupturum dedit,ab eo nihil
erat recepturus,quia tũc tenetur de dolo:ſecus ſi ab
eo aliquid erat habiturus, vel recepturus:quia tunc
nõ argueretur dolus, cũ hoc feciſſe videatur animo
ſuũ conſeruandi,vel ſe præſeruãdi indẽnem, & non
principaliter animo decipiendi. Principale autem
propoſitũ inſpiciẽdum eſt,vt l ſi quis nec cauſam.
§.res pignori. ff.ſi cert.peta. Facit quod habetur in
l.fluminum. §.fi.ff.de dam. infect. Charitas enim à
ſe ipſo habet principium,vt l.præſes.C.de ſeruitu.
& aqua.& hoc etiam tenet Paul.de Caſt.in dicto §.
9 ſi mulier. †Dolus tamẽ ſecundum eundem Ioan.de
Imol. præſumetur, ſi poſt debitoris delegationem
prædicti, intra breue tempus delegatus rupit, vel
arripuit fugam,vt l.ſi vẽtri.in fi.ff.de priuil.credi.
Faciunt notata per Bart. & Docto.in l.poſt cõtra-
ctum.ff.de dona. Vult tamen Bart.in dicto §.ſi mu-
lier.quòd ſi ipſa mulier fuerit decepta, recipiendo
delegatum expromiſſorem non ſoluendo, etiã ceſ-
ſante dolo delegantis, dummodo mulier putauerit
illum delegatum eſſe ſoluendo, cum non eſſet,non
affertur ex hoc præiudiciũ mulieri, quaſi ſubintel-
ligatur in delegatione tacita cõditio,ſi delegatus ſit
ſoluendo, per notata in dicto §. abeſſe. & l.iij.de fi-
deiuſſ. Sed fortè ſecus ſit, quando quis tenetur dare
fideiuſſorem,quia illo caſu ſi detur,ſed nõ idoneus,
diſtinguendum eſt,an ſcienter,vel ignoranter reci-
piatur.& ſic intelliguntur notata in dict. l.ij.Aliud
eſt in delegatione, quia in ea interuenit nouatio
præcedentis obligationis, quia nõ ſit delegatio ci-
tra nouationem,vt l.j.ij.& iij.C.de nouatio.Ideo ſi
dolus non interuenerit,vel non ſit fauor dotis,non
videtur remedium pro recipiẽte delegatum.Sed vt
dicit Paul.de Caſtr.ſi debitor delegans fuit in dolo,
aſſerendo delegatum eſſe idoneum,vel vbi ſciebat,
malitioſè non certificauit creditorem,& ſic eſt do-
lo verſatus,vt dicta l.j.in fi.ff.de actio.emp. & vẽd.
ſuccurritur cõtra eum creditori actione de dolo,vt
dictum eſt. Sed ſi debitor delegans à creditore ſuo
lucretur liberationem dans ei expromiſſorem, qui
non erat debitor eius, ſuccurritur cõtra ipſum per
actionem in factum, vt l.fi.ff. de eo per quẽ fact.eſt.
vbi in ſubſidium habetur recurſus aduerſus illum,
qui lucratus eſt,vt in caſu iſto: quia delegatione li-
beratus eſt à primitiua obligatione. Sed ſi delega-
tus erat verè debitor,licet non ſoluẽdo, qui libera-
tus eſt ab ipſo,& ipſe à creditore:vnde non dicitur
lucratus, vt l.ciuitatibus.in fi.ff.de legat.j. tunc,vt
dicit idem Pau.de Caſt.videtur, quòd ſit damnum
ſui creditoris, licet ignorantis delegatum non eſſe
ſoluendo, quia in pari cauſa potior eſt rei cõditio,
vbi vterq; eſt ſine lucro, & vterq; certat de damno
vitando.& ita intelligitur gloſ.quæ eſt in dict.l.ij.
ff.de fideiuſ. dum ibi ſubaudit, maximè ſi ignorãs.
quaſi velit idem, ſi ſciens illum receperit:cũ dictio,
maximè,ſit implicatiua, vt notatur in l.illud.ff.ad
legem Aquiliam.& in c.ad abolendum.extra de fil.
presbyt.licet illa gloſ.reprehendatur per Dyn.quæ
reprehenſio ſecundum eundem Paul.de Caſt.poteſt
eſſe bona,quando debitor delegãs fuit in dolo, vel
lucro,ita intelligendo l.ſi quis ſtipulatus fuerit Sti-
chum aut Pamphilum. §.fin. ff.de verbo. obligat.
aliàs illa gloſ. male reprehenderetur, imò procede-
ret per dict.§.abeſſe.Addit gloſ.aliud exemplum in
hac regula de l.ſi adulterium cum inceſtu.§.j.ibi,nã
ſola.& verſic. fratres.ea.l.ibi,nam & mulieres.ff.ad
10 legem Iuliam de adult. †vbi mulier inceſtum com-
mittẽs per ignorantiã iuris ciuilis,excuſatur.quod
intelligendum eſt, ſi ſub colore matrimonij illud
committat, quia ignorantia iuris illam non excu-
ſaret,ſi ſine colore matrimonij cõmitteret inceſtũ,
imò puniretur indiſtinctè,ſecundum Bart.ibi.Vbi
verò committit inceſtũ, an & quæ ignorantia ex-
cuſet,vide dictum Bar.poſt gloſ. ibi.& gl.& Doct.
in l.qui cõtra.& l.ſi quis inceſti.& authen. inceſtas.
C.de inceſt.nupt. & in corpore.eod.tit. & C.de in-
terdi.matri. inter pu.&c. & in l.fi.ff.de rit.nupt.&
Inſtit.de nupt.§.ſi aduerſus.& ibi Ang. Aret.& per
ipſum in ſuo tractatu criminum.gloſ.ſuper verbo,
eu may adulterato la mia dona.pen. & vlti.charta.
& in c.& ſi neceſſe.extra de dona.inter vi.& vxo.&
ibi per Panor.poſt Io.And.& per Bal.ſuper rubri-
ca.ff.de rer.diuiſ.q.ij.& in c.cum ſecũdum leges.ex-
11 tra de hæreti.lib.vj. †Succurritur vlterius mulieri,
ſecundũ gloſ. per text.in l.j.§.viduas.C.de fal.mo.
quando per negligẽtiam eius falſa moneta fuit fa-
bricata

bricata in domo sua, & in hoc æquiparatur pupillo,
vt ibi habetur, sicut & in casu l. vnicæ. C. quando Im-
pera. inter pu. & in cap. regum. xxiij. q. v. debent enim
in caussis suis fauorabiliter tractari, & præseruari ab op
pressionibus, vt ibi. & lxxxvj. distinct. cap. primo. &
ibi in glos. & per Archidiacon. vbi etiam notatur, quod
causæ talium viduarum spectant ad forum ecclesiæ, no
tatur per Innocen. in cap. ex parte B. extra de fo. cõpe.
in vlti. glos. & Hostien. in summa illius titu. §. quibus.
versi. item quando fauor personæ. & gloss. & Docto.
in cap. significantibus. extra de offic. deleg. & Alberic.
in fin. rubricæ. C. si à non compe. iudi. verũtamen pro
pter illarum fauorem non est alicui iniuria facienda,
vt in cap. ex tenore. extra de foro compet. per glos. &
Docto. & not. Alberic. in dicta l. vnica. C. quando Im-
pera. inter pu. & vi. qui allegat simile de cap. primo. ex
tra de priuileg. lib. vj. vbi Papa dicit se velle seruare pri
uilegia, quæ concedit, sic quòd aliorum priuilegia nõ
perturbet. & quod dictum est s. de viduis mulieribus,
Vidua est. 12 refert Alberic. in dicta l. vnica, † quosdam dixisse illam
solum dicendam esse viduam, quæ maritum amisit, se-
quentes glo. d. l. vnicæ. quæ hoc velle videtur. Sed hæc
opinio confutatur per tex. l. malum. §. viduam. s. titu.
proxi. vbi dicitur, quòd non solum illa dicitur vidua
quæ amisit virum, sed etiam quælibet mulier honesta
virum non habens. facit xxxiiij. distinct. cap. viduarũ.
& c. seq. & huius opinionis fuit Azo in summa tit. C.
quando impera. inter pu. & vi. & tenuit Oldra. & Cy.
cum sit eadẽ ratio in vtraque: quoniã dicitur vidua qua
13 si sine duitate, vt in dicto §. viduam. ¶ † Vnum etiam
notate, quod tangunt Innocen. & Hostien. in dicto c.
significantibus. recitati per Archid. lxxxvij. distinct. c.
licet. quòd si impetretur rescriptum à principe contra
viduas, non ligantur illo, nisi specialis mentio fiat de il
lis. Idem vult Bald. in dicta l. vnica. & ibi Alberic. in q.
de qua quæritur, Papa concessit religiosis mulieribus
priuilegium, quòd ad procurationes & collectas non
teneantur, deinde mittit aliquem legatum cui concedit,
quòd procurationem possit exigere non obstante ali-
quo priuilegio, concludit mulieres illas religiosas pri-
uilegiatas, non teneri ad procurationem, nisi specialis
mẽtio fieret de priuilegio ipsarum, per dict. l. vnicam.
& not. per Innocen. vbi supra. ¶ Postremo hæc regula
verificatur secundũ gloss. per l. secundã. §. fin. ff. de iur.
fis. vbi mulier, si ignorantia facti, vel etiam iuris se vel
aliquem deferat in fiscum, excusatur. de quo vt ibi per
Barto. post glos. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Pupillus quando dicatur proximus pubertati. &
numero 3.
2 Fœmina quando dicatur proxima pubertati.
4 Pubertas plena quando dicatur esse xviij. annorũ in
masculo, & xiiij. in fœmina.

Pupillum, qui proximus puberta-
ti sit, capacem esse & furandi, & iniuriæ
faciendæ constat.

E materia huius regulæ
quæ dicit pupillum proxi
mum pubertati posse face-
re fraudem & iniuriam, ali-
quid dictum fuit in l. suprà
proxima. §. pupillus. glos.
verò tractat, quando pu-
pillus dicatur esse proxi-
mus pubertati: dicitur ali-
quando proximus infantiæ, vt habetur Insti. de inutil.
stipul. §. furiosus. versi. pupillus. & conclud it hic glo.
1 † quòd decimo anno & medio cõpleto dicitur proxi-
mus pubertati: quia tunc minus distat à pubertate, quàm
infantia. infra verò illud tempus dicitur proximus in-
fantiæ, quæ durat vsque ad septimum annũ, vt not. per
gl. in l. hæreditatum. ff. ad l. falc. & l. si infanti. C. de iur.
delib. & per Ioan. And. in procr. vj. & cap. quoniam
frequenter. extra vt lit. non cõtes. & sic est intentio hu-
ius glo. quòd quãdo dinumeratio tẽporis supra septi
mum annũ minus distat à septimo anno, vsque ad quẽ
dicitur infantia, dicat proximus infantiæ, & ecõira si
minus distet à pubertate dicatur illi proximus. similẽ
glo. habetis in l. j. ff. de nouatio. & in d. versi. pupillus.
2 & Instit. de oblig. quæ ex delicto nas. §. in summa. † Est
enim dimidium tempus inter infantilem ætatem, & pu
bertatem, quod procedit in fœmina, quæ citius pube-
scit, scilicet in xij. anno, & masculus in xiiij. vt l. qua æta
te. ff. de testa. Instit. quib. mod. tu. fi. in prin. & de pupil.
sub. §. masculo. & l. fi. C. quando tu. vel cu. esse desi. Suf
ficit ergo in fœmina, quòd sit transgressa ix. annũ cum
dimidio: quia illud est mediũ tempus à vij. anno, vsque
ad duodecimum, & sic ab infantia vsque ad pubertatem
secundum Bart. & Io. de Imol. post glo. in d l. j. ff. de no
uatio. quod tamen dicunt esse verum in casu dubio: &
ideo secus videretur, vbi malitia, de qua tamen in facto
appareret, suppleret ætatẽ, per not. in c. de illis. c. à nobis.
c. attestatiões. & c. cõtinebatur. extra de despõ. impub.
3 facit l. iij. C. si minor se maio. dix. ¶ † Dictis glo. Doct.
nostri citramon. & cum ipsis Ordra. cõtradicunt, vt re
citat Bald. in l. non tantũ. ff. de excus. tuto. vbi est tex. quod
dicitur proximus pubertati, qui non distat ab ea, nisi
per sex menses. Bart. tamen Ioã. de Imol. & cõmuniter
Docto. post Dy. sequẽtes dictas glo. dicũt text. d. l. non
tantũ. & l. iij. §. pen. ff. de liber. exhi. loqui in alia mate-
ria. & idem sequitur Bal. in d. l. non tantũ. dicẽs tamen
quòd huius articuli subtilitas in hoc consistit, quod si cõ-
paratiuẽ loquamur, tunc procedunt illæ glo. scilicet, quod
proximus dicatur infantiæ masculus, qui non cõple-
uit decimũ & mediũ annum, & fœmina nõ completo
nono & medio anno. Et ecõuerso dicatur proximus
vel proxima pubertati. Sed si absolute loquamur, se-
cus videretur. Aliud est enim loqui comparatiuẽ, &
aliud absolute. quod dicit esse vtile propter delicta
puerorũ de quibus loquitur hæc regula. Sed de hoc di
cite vt plenius dictũ fuit in l. fere in omnibus. s. isto ti.
& extra de delic. pue. per totũ. & xv. q. j. per totum. &
xiij. q. iij. c. j. & xxij. q. vj. c. paruuli. cum ij. c. seq. & C. si
aduer. delic. per totũ. Sed mirũ videtur quod gl. & Docto.
in locis superius allegatis solã dinumerationẽ tempo-
ris inter infantiam & pubertatẽ adducant ad sciẽdum
quando pupillus & pupilla dicãtur proximi infantiæ
vel pubertati, sine lege loquẽtes, cũ sit erubescẽdũ sine
lege loqui, vt l. illã. C. de colla. & in §. cõsideremus. in

authen.de trien.& semis.& tamen tex.d.l.non tantum. expresse dicit de sex mẽsibus.quod videtur firmare gl. in d.c.attestationes.super verbo,circa finẽ anni.& in c. continebatur.super verbo,proxima.illo ti.& eam iubet ibi Panor.notari ad hoc ꝙ quis dicitur esse ,ppe finem alicuius ætatis,quãdo distat ab ea per sex menses. & alleg.d.l.non tantũ.quã ad hoc dicit esse notandã. ¶ Addit etiã propter not.p d.glo.quas alleg.ꝙ Anto. de Butr.ibi dicebat hoc esse iudicis arbitrio remittendum ex quo aliter nõ reperitur hoc clare à iure determinatum,excepta causa matrimonij.tamẽ quãuis text.in d.c.de illis.dicat esse inspiciẽdũ an malitia suppleat ætatem,debet ibi exponi malitia,id est,vigor naturalis seu potentia,vt in illo tex.colligitur ibi,cũ potuerũt simul copula cõiungi.nam,vt ipse dicit,nõ sufficeret ad hoc malitia in rebus agẽdis,vt c.puberes.eo.ti.Sed sufficit naturalis ille vigor,& potẽtia.Multi enim ante cõpletam pubertatẽ ad matrimoniũ contrahendũ pubescũt siue cõsummandũ,sicut refert beatus Gregorius in dialogo,ꝙ quidã puer ix.annorũ grauidauit nutricẽ suã,
4 vt etiam recitat glo.xx.q.j.in summa.† Aliquãdo etiã plena pubertas dicitur in xviij.anno,& xiiij.in fœmina.sed hoc est fauore alimentorũ,vt est tex.& ibi Bar. in l.Mela.in prin.ff.de ali.& cib.leg.Igitur in matrimonijs,si ante completã ætatẽ xij.annorũ fœmina inuenitur cognita,satis videt viri potens,vt matrimonium dicatur cõsummatũ.facit c.continebat.extra de despõ. impub.quod tenet Host.in summa illius ti.§.quibus. vltima colũna.quẽ vide.Sed si non fuit cognita,non est,vt dicit Panor.disputandũ de ista proximitate pubertatis.Sed cõpletum tẽpus à iure ordinatũ debet expectari,nisi ex alijs signis posset deprehẽdi potẽtia matrimoniũ cõsummãdi.In alijs autẽ rebus,vel negotijs stetur opinioni Anton.de But.vt hoc relinquat arbitrio iudicis,arg.l.j.in fi.ff.de iur.deli.Malitia enim supplet aliquãdo ætatem,quæ malitia aliter sumitur ꝙ in dictis decretalibus, vt in l.iij.C.si mi.se maio.dix.& sic potest intelligi opinio Bal.in sæpedicta l.nõ tantũ.intelligendo istam glos.& similes comparatiuè,sed nõ absolute loquendo.quod bonus iudex ex personarum & negotiorum qualitate arbitrari poterit.

Summarium.

1 ☞ Actiones ex delicto quare post litem contestatam transeant ad hæredes.
2 Condictio furtiua transit in hæredes.
3 Condictio omnis degenerat contra furem.
4 Condictio furtiua vnde oriatur.& nu.5.& 6.
7 Aquiliæ legis actio quatenus in hæredes transeat.
8 Pœnalis actio ex vtraq; vel altera parte quæ dicatur, & quomodo ad hæredes transeat.
9 Actio ex delicto non transit ad hæredes,nisi quatenus ciuiliter agitur.
10 Actio transiens in hæredes intelligitur nõ insolidum, sed pro portionibus hæreditarijs.
11 Actiones ex delicto quomodo transeant in hæredes hæredum,etiam si ad eos nil peruenerit.
12 Primum decretum habet vim litis contestatæ,& facit actionem transire ad hæredes.
13 Actio legis Iuliæ repetundarum qualiter detur in hær. de n.
14 Actio vi bonorum raptorum non transit in hæredes.
15 Iniuriarum actio quo modo ad hæredes vel in hæredes transeat,& an cedi possit.& nu.16.
17 Actiones ex delicto quando transeant ad hæredes.

In hæredes non solent actiones transire,quæ pœnales sunt ex maleficio: veluti furti,damni,iniuriæ,vi bonorum raptorum.

PLENISSIME tractata fuit materia huius regulæ in l.sicuti pœna.e.isto ti. quam etiam tractant Doct. in l.vnica.C.ex delic.defun. inquã.hær.conue. vbi Cy. Salice.& Docto.reddunt ra
1 tionem† quare actiones ex maleficio descendentes quę non transeunt in hæredes lite non contest. post litem contest.transeunt in ipsos:quia per contestationem litis videtur celebratus quidam contractus: quoniam in iudicijs quasi contrahitur,vt l.iij.§.idem scribit.ff.de pecul.& ibi Bart.& in l.iij.§ j.ff.de præto.stip.qui quasi contractus est cũ huius transitus in hæredẽ,secundũ Bart.in l.j.ff.de pri.delic.quod non est lite non contest. nisi de eo,quod perueniret ad hęredem:quia in illo succederet defuncto.ideo turpe lucrum non potest apud eum remanere,vt l.in hæredem ff.de calũ.vt fuit dictũ in d l.sicuti pœna.cum plena discussione materiæ,quã hic nõ replico,ne superfluus accuser,cõtra illud, quod habetur in §.quibus.in prima cõstit.C.& l si C.de dona.cum similibus.satis igitur factũ putabo si intellectum huius glo.hic positę transcurrã illam declarãdo. ¶ Primo igitur ista glo.sequẽdo verba & exempla huius regulæ ponit exẽplum in actione furti quæ pœnalis est oriens ex maleficio,vt l.si pignore.§.cum furti actio.ff.de fur.& l.ancillæ.C.eo.titu.& Insti.de perpe. & tem.actio.§.non autem omnes.& ideo non transit
2 in hæredem furis,cum sit merè pœnalis.† Condictio tamen furtiua cum sit in aliquo pœnalis,cũ in ea veniat interesse etiam extra rem & consistens in lucro,vt l.si condicatur.ff.de condi.fur.transit in hæredem secũ secundum glo.hic,& text.Instit.de obliga.quæ ex delic. nas.§ fi.& etiam contra quemlibet vniuersalem successorem,vt l.si pro fure.§.fi.ff.de condi.fur.vbi assignatur ratio.Quia licet actiones descendentes ex maleficio non transeant in hæredes,vt hic,nisi quatenus ad eos peruenerit,vt d.l.vnica.C.ex delic.defunc.& allegata l.sicuti pœna.e.isto titu.& l.prima.ff.de pri.delict. vbi per Bart.Condictio tamen furtiua est irregularis, & degenerans in odium furis,vt notatur in l.prima.ff. de condi.fur.imò,vt dicit Bald.in l.fallus.quinta op
3 positione.C.de fur.† Omnis cõdictio degenerat contra furem,vt l.fin.ff.vsufruct.quemad.caue.in tantum quod etiam contra furem toleratur libellus ineptus in actiõe,dũmodo sit aptus in causa faciũt no.j.q.iiij.c. præsulatus.& in l.illicitas.in princip.ff.de offic.præsi. & per Ioan.de Anan.super rubrica.in fi.extra de fur. & secundum eundem Bald.post Dyn.ista degeneratio seu irregularitas condictionis furtiuæ non solum procedit contra furem,sed etiam in omnibus alijs actionibus quæ competunt cõtra furem:quia furtum passus agere

agere poteſt contra furem condi.indeb. & condic.ob
cauſam, & condi.ob turpem cauſam: quia fur habet
turpem cauſam,vt l.perpetuo.& l.pen.ff.de condi.ob
tur.cauſam.Item etiam poteſt agi condi.ſine cauſa,vt l.
prima.cum ibi notatis.ff.de condi.ſine cauſa.& C.de
condi.ex l.& ſine cauſa.l.iij.& conſiſtit in hoc irregula
ritas contra furem: quia hæc condictio furtiua datur
domino, & ad reſtituendum, vt l.prima.ff.de condi-
ctio. furtiua.cum alię condictiones competant ad dan
dum,vt dict.l.fin. vſufruct.quemadmo. ca. ff. & facit
Inſtitu.de actio.§.ſic itaque.propter quā irregularita-
tem,& degenerationem datur etiam in hæredem furis
etiam de eo,quod ad eum non peruenit. & rationem
reddit hic gloſſ.& in dicta l.ſi pro fure.§.fina.& l.pri-
4 ma.ff.de actio.& obliga.† quia oritur ex varijs figu-
ris cauſarum,& non ex contractu vel quaſi, maleficio
vel quaſi.& idem tenet glo.in §.omnium.Inſtit.de act.
5 †Licet Gulielmus de Cugn.Dyn.Cy.Bar.Bal.& com
muniter Docto.reprehendant dictas gloſ.dicentes iſtā
condictionem furtiuam oriri ex maleficio,vt eſt tex.in
l.ſi ambo.§.quoties.ff.de compen.& l.ſi mulier.§.hæc
actio.ff.rer.amo.& ita videtur tenere gloſ.in l.ſeruus
quem.in princip.ff.de actio.empt.& vend.Salice.verò
in dicto §.fin.l.ſi pro fure.ſequutus dominum Richar
dum patruum ſuum tenet opinionem gloſſ.prædicta
6 rum,† quod condictio furtiua reſpectu ſuæ originis
ſit ex varijs figuris cauſarum. & hoc ideo: quia cauſæ
perſonalium actionum ſunt delicta vel quaſi, contra-
ctus vel quaſi,vt Inſtitu.de obliga.§.fina.Cauſæ verò
realium actionum ſunt ius dominij vel quaſi,vt Inſti.
de actio.§ primo.vbi hæc optimè probantur.inuen-
ta igitur vna actione habente vtrunque pro ſua cauſa
neceſſario dicere debemus eam naſci ex varijs figuris
cauſarum.Sed clare patet condictionem furtiuam eſſe
huiuſmodi. ex parte enim rei,ſcilicet furis, cauſa ex de
licto,quia ex furto,vt iuribus per dictos Docto.alle
gatis.& ita debet intelligi gloſ.dict.l. ſeruus quem.in
princip.ex parte verò actoris ex dominio vel quaſi,vt
dict.l.prima.ff.de condict.fur. Igitur naſcitur ex varijs
figuris cauſarum.& cum opinione Salice.tranſit An-
gel.Areti.in dicto §.primo.Inſtitu.de actio.& hæc opi
nio reſolute cōſiderata,videtur concordare opiniones
gloſ.& Docto.Eſt enim condictio furtiua anomala:
quia datur propter delictum,&,vt dictum eſt,datur
in hæredem furis de eo,quod ad eum non peruenit,
& in hoc conuenit cum actionibus perſonalibus: &
datur domino,& ad reſtituendum,& in hoc conuenit
cum realibus.ideo dicere, quòd oriatur ex varijs figu-
ris cauſarum,eſt dicere quòd oritur ex maleficio vel
quaſi,& dominio vel quaſi,ſecundum prædictos Do
cto.& per hæc ſit expedita glo.in ſuo primo exemplo
7 cum verſi. item nonne condictio furtiua, &c. ¶†Se-
cundum exemplum ponit iſta gloſ. in hac regula ſe-
quendo ordinem tex.dum dicit dāni iniurię in l.Aqui
lia,quæ eſt pœnalis propter hoc,quòd creſcit per infi-
ciationem. l.inde Neratius.§.hæc actio.ff.ad l.Aquil.
& l.contra negantem.C.eodem titu. Non tamen trāſit
in hæredem,niſi quatenus ex damno iniuria dato hæ-
res factus fuiſſet locupletior, vt dict.l.inde Neratius.
§.hanc autem actionem. non tamen eſt pœnalis actio
l.Aquiliæ quo ad verum pretium rei, vt notatur in l.
item Mela.§.ſed ſi plures.ff.ad l.Aquil.& notat Flor.
in allegato §.hāc autem actionem.¶Vlterius ipſe aliā
rationem aſsignat quare non tranſit in hæredem:quia
eſt ex maleficio,vt Inſtitu.de noxal.in princi.ergo non
eſt principaliter tranſitoria in hæredes, vt in dicto §.
non autem omnes.Inſtitu. de perpe. & temp.actio.&
Inſtitu.de l. Aquil.§ his autem verbis.& fuit ſententia
Odofredi in dicto §.hanc autem actionem. pœnales
verò actiones,licet non dentur contra hæredes,bene
dantur hæredibus,quando non competunt ad vindi-
ctam:quia ſi ad vindictam competerent,non tranſmit
terentur,niſi lite conteſta.vt notatur per gloſ.in l.cum
emancipati.§.emancipatus.ff.de colla.bo.& per gloſ.
in dicto §.non autem omnes.& per Flor. in dicto §.
hanc autem actionem.& per Angel.Areti.in dicto §.
his autem verbis.& Barto.in l.prætor.§.primo.ff.de
iniur.Sed lite conteſt.ſecus eſt,vt ibi notatur.& in l.in-
iuriarum. la ij.ff.de iniur.& in l.ſi.per gloſ.& Docto.
C.de hæred.vel actio.vend. ¶In hæredes autem non
trāſeūt pœnales actiones,niſi qñ ad dictos hæredes ali
qd peruenit,quod tñ in locis alleg.dicunt prædicti Do- pœnales qñ trāſeūt in hęredes.
cto.eſſe verū,ſcilicet q non tranſeūt actiones pœnales
contra hæredes,quando ſunt pœnales ex vtraq; parte:
ſecus ſi eſſent pœnales ſolum ex parte conuenti,vt vo
lunt Innocen. & Ioan.Andr.in cap.ex literis.extra de
8 rapto.† Et dicitur pœnalis actio ex vtraque parte,ſe-
cundum Bart.in l.prima.ff.de pri.delict. quando vni
nihil abeſt,& alteri nihil adeſt,vt quando pro delicto
imponitur pœna pecuniaria, quam reus non habet,
nec actori illa ſubiecta eſt,ſed ſibi eſt applicanda pro-
pter delictum.de quo vide Panormitan.in cap. paro-
chiano.extra de ſepul.& gloſſ.xij.q ij. cap.fraternitas.
& Bald.in l.iubemus.§.ſane.la ij.C.de ſacroſanct.eccl.
& Ioan.de Imol.& Ioan.de Anan.in dicto cap. in lite-
ris.& hæc fuerunt plenius recitata in dicta l.ſicuti pœ-
na.vbi tamen dictum fuit quòd tranſeunt dictæ actio-
nes pœnales in hæredem iure canonico,& ciuili,inter
quæ iura in hoc non eſt differentia, ſcilicet lite conte-
ſtata, vel ſi ſit habita pro conteſt.vt quia defunctus ſit
confeſſus in iudicio,ſecundum Specul.in titu.de accu-
ſa.§.primo.verſic.quid ſit latro.de quo vide ibi Ioan.
Andr.in addi.Barto.verò in dicta l.prima.ff.de priua.
delic.hoc fatetur verū in vera cōfeſsione:ſecus in ficta,
argum.l.eius qui delatorem.ff.de iur.fiſ. Niſi in caſu l.
ij.C.de his qui ſibi mor.conſci.Sed hoc totū intelligi-
te ſecundū illa quæ dixit Io.de Imol.in l.defuncto.ff.de
9 pub.iudi.¶†Hoc tamen ſciendum eſt,quoniam ex de-
licto publico & priuato poteſt agi criminaliter & ciui
liter,vt l.qui nomine.ff.ad l.Cornel.de fal.& in publi-
cis iudicijs apponitur quandoq; pœna pecuniaria,vt
l.ſecunda.ff.de pub.iudi.& l.ſecunda.ff.ad l.Iul.de an-
no.Si agatur criminaliter,& reus moriatur etiam poſt
litem cōteſt.crimen eſt extinctum,nec datur actio con
tra eius hæredem,vt l.prima.C.ſi reus vel accuſa.mor.
fue.& l.prima. & iij.C.ſi pen.appel.mors inter.Si ve-
rò ciuiliter agatur,ſunt opiniones diuerſæ,vt l.ex iudi
ciorum.ff.de accuſ.& in dicta l.defuncto.quæ plenius
fuerūt recitatę in dicta l.ſicuti pœna. ad quam recurra
10 tis,& ad notata per Docto. in dictis locis. ¶† Vnum
etiam notandum eſt,quòd vbi actio criminalis trāſit
in hæredes,forte lite conteſta. intelligendum eſt, quòd
tranſit contra omnes hæredes pro portionibus hære-
ditarijs,ita quòd nullus eorum tenetur inſolidum,vt

l.secunda.in fin.ff.de præto.stipul.secundum Salice.in
dicta l.vnica.C.ex delic.defunc.versicu. quæro secun-
do.quem recitat,& sequitur Angel. Aretin.in dicto §.
11 non autem omnes.¶ † Transit tamen actio pœnalis in
hæredes hæredum, in quos trāsiuerat,quamuis ex ma
leficio nihil ad eosdem hæredes hæredum peruenerit:
quia illi,quorum fuerunt hæredes, ad quos aliquid
peruenerat,illud consumpserunt,vt est text.reputatus
singularis in l.videamus.ff.quod met.cau.quem alle-
gat glos.in dicto §.non autem omnes.& ibi Angelus
Aretin.allegat Angel.de Perusio ita tenuisse in dicta
l.vnica.C.ex delic.defunc.& tenet Flor.in dicto §.hanc
actionem. ea ratiōe,quia actio prædicta,licet pœnalis,
ceperat esse transitoria:quia transiuerat contra primū
hæredem de eo,quod ad ipsum peruenerat,quamuis
illud consumpsisset,& sic debet dici actio hæreditaria.
facit l.vnica.C.vt actio.ab hær.& contra hære.incip.
12 ¶ † Illud etiam quod dictum est de litis contesta.proce-
dit,secundum Barto.in dicta l.prima.ff.de priua.delic.
etiam in casu quo non fuisset lis cōtest.sed processum
contra defunctum ad primum decretum:quia tunc ha
bet vim contestationis.& facit actionem transitoriam
in hæredes etiam in ciuilibus actionibus,vt l.vt perfe-
ctius.C.de anna excep.cum ibi notatis. vel saltem fa-
cit,vt posit peti restitutio in integrum, eo quòd per
defunctum factum est,ne lis cōtestaretur,ideo ex clau-
sula generali,si qua mihi iusta causa videbitur,petetur
Fallit regula l. Iul.re pet. dicta restitutio,vt l.prima.in fin.ff.ex quib.cau.maio.
13 & hoc sequitur Flor.in dicto §.hanc autem. ¶ † Fallit
autem hæc regula in l.Iulia repetundarum,vt l.ij.§.il
lo titu.vbi actio ex illo descēdens, quę est in factum,se-
cundum Barto.ibi competit contra hæredem defun-
cti intra annum,etiam si nihil ad eum peruenerit.& vt
dicit Ange. Aretin.in sæpedicto §.non autem omnes.
ratio specialitatis est, quia hæres defuncti etiam de eo,
quod ad ipsum peruenit,vel non peruenit, tenetur,sed
subleuatur in alio:quia non tenetur vltra annum, vt
14 ibi.¶ † Tertium exemplum in hac regula est in text.&
glos.in actione vi bonorum raptorum,quæ est pœna
lis,cum competat ad triplum pro pœna,& descendat
ex maleficio,vt Instit.vi bono.rap.in princip.Ideo nō
transit in hæredes etiam de eo,quod ad eos peruenit,
vt l.secunda.§ fina.ff.vi bon.rap.vbi redditur ratio in
text.quare nō detur in hæredes etiam de eo,quod per-
uenit ad eos:quia ad hoc sufficit condictio furtiua,vt
15 ibi habetur.& ita hic concludit glos.¶ † Quartū exem
plum est in hoc text. positum de actione iniuriarum,
quæ non datur contra hæredem iniuriantis,cū ad eum
nihil possit peruenire,& etiam non transit ad hæredes
iniuriati,nisi post litem contest.quod aliquibus pos-
set videri mirum, quia secundum doctrinam gloss.&
Docto.in dicta l.fi.C.de hæred.vel act.vend.actio in-
iuriarum potest cedi,vel vendi,& cum non transmitta
tur etiam ad successores sanguinis,iure etiam videba-
tur quòd non posset vendi vel cedi,nec suis,nec extra-
neis, per id quod habetur in dicta l.cum emancipati.
§.emancipatus.ff.de colla. bon.glos.tamen in dicta l.
fina.& ibi Docto.& in l.si nomen.ff.de hære.vel act.
ven.tenent quod dictum est,scilicet eam posse cedi,vel
vendi.Contra quod facere videtur,quia actio iniuria
rum non nascitur ex contractu vel pacto,sed ex facto
vel contumelia, vt l.si vnus.§.pactus ne peteret. ff. de
pac.Ideo non videtur posse nasci vel transmitti ex con
tractu venditionis,vel cessionis.Hoc tamen totum sic
intelligit Bald.in allegata l.fina.scilicet illas glos.proce-
dere quo ad exercitium actionis directæ competentis
iniuriato,sed non quo ad actionem vtilem,quæ oria-
tur ex contractu venditionis vel cessionis,quod etiam
intelligit procedere quo ad cessionem aut venditio-
nem condictionis furtiuę, vt competat exercitium di-
rectę actionis emptori vel cessionario tanquā procu-
ratori in rem suā facta cessione,& nō aliter. Ad quod
allegat quod habetur in l.quod sæpe.§.si res.ff.de con
16 trahend.emp.† Ideo subiungit,quòd si vendens vel ces-
dens actionem iniuriarum decederet re integra,finire-
tur mandatum:quia actio super qua fundatur ipsum
mandatum esset extincta, argum.l. lex vectigali fun-
do.ff.de pigno.secus si decederet cessionarius vel em-
ptor,& superuiueret cedens vel venditor: quia tunc
non esset actio extincta, vt l.necessario.§.fi.ff.de peri.
17 & com.rei vendit.¶ † Finaliter pro expeditione istius
materiæ, ad sciendum si actiones ex delicto descenden
tes transeant contra hæredes ,recurratis ad recitata in
dicta l.sicuti pœna.per ipsum Mayneriū,& Bal.atq;
Doct.in dicta l.vnica.C.ex delic.defunc.quæ breuius
quàm dici possit colligite ex sententia Bart.in dicta l.
prima.ff.de priua.delic. Cuius verba recitat Angelus
Aretin.in dicto § non autem omnes.quòd si delictum
commissum fuit in contractu bonęfidei,in quo dolus
venit purgandus per actionem ex eo contractu, actio
illa inquantum est persecutoria transit in hęredem,etiā
si ad eum nihil peruenerit,vt l.si hominem.§. datur.ff.
deposi.non tamē tenetur hæres pœnali ex parte agen-
tis,vt ibi not. per gl.& Doct.facit lex,ex depositi.& l.
ex cōtractibus.ff.de act.& obli.Idē est in cōtractu stri-
cti iuris,cuius dolus purgat ex natura cōtractus habē
tis clausulā,dolū,vt l.stipulationes commodissimū.&
l.ex ea parte.§.fi.ff.de verb.obli.Quādoq; dolus venit
purgādus p actionē de dolo aut aliā nō prouenientem
ex natura contractus,sed ex natura delicti,& tunc actio
non transit in hæredem, nisi quantum ad eum perue-
nit,vel dolo fecit ne perueniret,vt l.in hæredē.& l.seq.
cum l.seq.ff.de dolo.& d.§.non autem omnes. versic.
aliquādo.facit quod habetur in l.prætor.§.fi.ff.de bo.
author.iud.possid.Vide ad hoc notata in l.elegāter.in
princ.& §.j.ff.de dolo.per glos.& Docto. in l.quæsi-
tum.§.fina.iuncta l.cum precario.ff.de preca. ¶ Inter-
dum dolus committitur extra contractū, & per legē
ipso iure imponitur pœna,& transit contra hęredem,
qui ad solidam pœnam tenetur,vt l.Caius.ff.ad Silla.
senatusconsul.& l.commissa.ff.de publi.& l.iij.§ quod
autem.ff.quod quisq; iur.& ibi notatur per glo.& Sa-
lice.in dicta l.vnica,ex delic.defunc.& Ioan.de Imol.in
allegata l.commissa.sed si pœna non ipso iure per le-
gem,sed per hominem sit imponenda,transit illa actio
pœnalis si fuerit lis contestata cum defuncto,intelli-
gendo tamen vt superius dictum est:lite verò non con
testata procedit hæc regula,& sibi similes,quòd non
transit in hæredes,nisi quatenus ad eos peruenerit, vt
fuit dictū.Dicite tamen plenius vt habetur in locis su
perius allegatis. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Actionem esse nullam aut exceptione tolli quan-
do in

do interst.& nu.2.
3 Exceptione non proposita,si tamen iudici vt iudici
notorie constet,an sit reus absoluendus.& nu.3.& 4.

Nihil interest,ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

GLOSSA posito prius
exemplo in hac regula de l.
eleganter. §.seruus pactio-
nis.ff.de dolo.opponit con
tra istum text.quòd interst
non habere actionem ipso
iure,vel habere &posse per
exceptionem repelli,per il-
lud, quod habetur in l.si
vnus.§.pactus ne peteret.& versic.sed si pactum.ff. de
pac.vbi actio competens contra debitorem per pactũ
elisa potest per contrarium factum iuuari,sed omnino
extincta non iuuatur per pactum subsequens:quia ex
tincta non suscitatur,vt l.qui res § aream.ff.de solu.&
sic interesse videtur an ipso iure non competat actio,
1 vel per exceptionẽ possit repelli. † Glos.io iuit q͏ illud,
quod hic dicitur non interesse inter ista,debet intelligi
quo ad effectũ nihil interesse,& non alio modo. Nam
vt dicit Bald.in d § pactus ne peteret.vbi extincta est
actio,vel sublata ipso iure,non est opus exceptione,
vt l.vbi pactum.C.de transac. facit l.palam.§.fin.ff.de
rit.nupt.Sed vbi aduersus actionem cõpetit exceptio,
opus est opponere exceptionem, vt notatur in l.o-
mnes.ff.de noua & l.penul.ff.de præto.stip.& requi-
ritur hominis ministerium,vt notatur in d.§. pactus
ne peteret.super verbo,factum.glo.quæ incipit,id est,
in opponendo.Opposita verò exceptione resultat idẽ
effectus.& ista est intentio huius glos.Quoniam quã-
do obstat exceptio aduersus actionem,perinde est, ac
si non subesset, vel non competeret actio,vt declarat
Bald.in d.l.& eleganter.§.seruus pactionis quod pro
bat ille tex.ibi dum dicit,quasi nulla actio sit quæ ex-
ceptione repellitur.vbi Alberi.allegat istam regulam.
2 ¶ †Sed vlterius potest opponi,quòd multum interest
an ipso iure quis actionem non habeat,vel habeat,&
possit exceptione repelli: quoniam vbi quis actio-
nem non habet,non debet audiri agere volens.l.si pu-
pilli.§.videamus.ff.de nego.gest. & l.quoties.§. item
si pro temporali.ff.de administ.tut.imò libellus quem
actor sine actione in iudicio producit,potest repelli,
& impeditur litis contestatio per reum dicentem a-
ctori,sibi non competit actio,vt notatur per Barto.
in l.Papinianus.§. si quis impubes.ff.de inoffic.testa.
& l.nam postea.ff.de iureiurando. & tamen si actio
competat,licet possit exceptione repelli,auditur actor
donec per reum opponatur exceptio,quę etiam pro-
bata non sufficeret,nisi opponeretur, vt notatur per
gloss.prædictam in d.§.pactus ne peteret. vbi etiam
notatur,quòd si actor habens suam intentionem fun-
datam,confitetur se fecisse pactum de non petendo,
aut dolo,vel metu induxisse reum ad obligandũ,non
prodesset reo,imò ipse non opponens exceptionem
prædictam esset condemnandus:quoniam talis pro-
batio dici debet impertinens,quasi non facta super ex-
ceptione, quæ non fuit opposita, & facta probatio
super non proposito,vel non intentato,vt l. si quis
3 libertatem.§.fin.ff.de peti.hæred. †Illam tamen glossæ
opinionem non approbat ipse Bald.in casu, in quo
de iniquitate petitionis constat per confessionem a-
ctoris,argumen.l.cum precum.C.de liber.cau.ex con-
fessione enim actoris iudicialiter facta resultat noto-
rium,& vt sapienter dicit Innocen.in cap.primo, ex-
tra de offi.vica.eodem passu ambulant petitio inepta
& notorie iniusta.facit quod notatur per glo.in l.qui
cum maior.§.si patris.ff.de bon. liber.imò,quia iudi-
ci vt iudici constat de attentata illicita exactione, ipse
Iudex etiam in facto supplere debet,ne actor aliquid il- Iudex ĩ facto supple redebet
licite exigat,vt l.illicitas.in princip.ff.de offic.præsi.&
l.fina.ff.de peti.hæred.gloss.tamen prędicta,secundum
Bald. sustineri potest,vbi probatio facta foret per te-
stes super iure exceptionis non propositæ per reum:
quoniam probatio per testes requirit ordinem iudi-
cij,scilicet vt primo exceptio allegetur per reum, &
demum per ipsum probetur.faciunt notata in cap. cũ
venerabilis.extra de excep.Sed probatio per cõfessio-
nem non requirit aliquem iudicij ordinem,vt l.si debi-
tori.ff.de iudi.& in cap.Pisanis.extra de restitu.spol.
Eo tamen ipso,quòd allegatur factum,ex quo resultat
exceptio,illa videtur proposita si proponatur oppo-
nendo,vel articulando,secundum eundem Bald. qui
allegat ad hoc d.cap.dudum.extra de elec. Nec requiri-
tur in exceptione aliqua conclusio.l.defendente.ff.de
auto.tut.facit l.prima.ff. famil.ercíscun.& in hoc dif-
fert à libello actoris qui requirit conclusionem.l. pri-
ma.C.de libel.obla.& cap.primo.extra eodem titu.
Sed exceptio non est inepta si non habet expressam
conclusionem,nisi tacita, quæ ex eius propositione
debet resultare non resultaret,vel esset inepta, vt l.pri-
ma.§ Labeo.ff.de flu.vbi per Bart.& Angel.de Peru-
sio.& per ipsum Angel.in l.si quis intentione ambi-
gua.ff.de iudi. Circa quod vide Specul.in titu.de ex-
cep.§.viso.circa principium.Cyn.& Docto.in l.do-
mum.C.de rei vendic.& in dicta l.fina.ff.de peti.hære.
& Angelus Aretin.Institu.de excep super rubrica.xix.
colum.versicu. capio quartum quæsitum de modo.
per Barto.& Angel.in l.prima.ff.de except.notatur in
cle.fin.de except.& in c.pia.extra de excep.lib.vj.& ta-
men tota disputatio potest solui, secundum quod hic
4 dicit gloss.† quòd nihil interest quo ad effectum an a-
ctio ipso iure non competat, vel competat,& exceptio
ne infirmetur,scilicet eo casu quo opposita est,vbi est
opponenda, secundum superius allegata, & notatur
per glos.& Innocen.in cap.secundo. extra vt lite non
contest.& Barto.in l.eum qui ita.§. qui ita ff.de ver-
borum obligationibus.& ibi per Ioan.de Imol. post
eum. Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞Totum dicitur multis modis.& nu.3.& 5.
2 Re coniuncti an dicãtur,si vni totum,alteri pars relin-
quatur.& nume.4.& 6.
7 Generi per speciem derogatur,si primo totum,deinde
pars legetur,secus si contra.
8 Pars simpliciter intelligitur dimidia.

9 Pecuniæ appellatione continetur totū patrimonium.
10 Partis appellatione aliquando contineri totum.
11 Institutus in re certa quando vocetur ad totum. & numero 12.13.14.16.17.18.19.22.23.24.25.& 26.
15 Fideicommissum particulare nunquam trahitur ad vniuersum, secus in institutione.
20 Miles quo modo possit decedere pro parte testatus & pro parte intestatus. & nu.21.
27 Institutus in re certa quando ad totum vocetur, hærede vniuersali repudiante.
28 Totius & partis quando sit par ratio.
29 Corpus totum fingitur esse vbi est caput.
30 Capitis dignitas.

In toto & pars continetur.

quid sit totū & quid pars. 1

BREVIS est hæc regula in suo contextu, sed in materia longior esse potest. ¶Sciendum est tamen pro declaratione, quid sit totū & qd sit pars. † Totū enim quandoq; ponitur pro omni, vt in contractu societatis totorum bonorū. quod exponitur, id est, omnium, vt Institu. de socie. in princip. & ibi glos. prima. & ibi, totorum, est adiectiuum genitiui casus pluralis numeri. Hic autem cum dicitur in toto, nomen est substantiuum neutri generis, & sumi potest pluribus modis, secundum doctrinam Bart. in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. in quæstione qua quærit
2 † si testator vni reliquit totum, & alteri partem, vtrum dicantur re coniuncti, cum in toto pars contineatur, vt hic. in qua quæstione dicit, quòd totum quandoq; sumitur vniuersaliter pro toto vniuersali, vt est genus, & species: & isto casu in quæstione prædicta si legetur vni genus, & alteri species, non dicuntur isti re coniuncti, cum per speciem generi derogetur, & sic non continetur sub toto, vt l. vxorem. §. codicillis. & §. felicissimo. & l. seruis vrbanis. §. fina. ff. de lega. iij. facit l. alimenta. §. basilicæ. & l. Stichus. ff. de ali. & ciba. lega. & cap. generi. cum ibi notatis per Dyn. & Ioan. And. ex-
3 tra eodem titu. lib. vj. † Aliquando dicitur aliquod totum integrale habens partes, vt est fundus habens pro partibus integralibus proprietatem & vsumfructum, quarum partium vna remota non dicitur plenus fundus, vt l. qui vsumfructum. ff. de verborum oblig. vbi vide Docto. & pro intellectu istorum vide not. in l. recte. §. titu. proxi. per gloss. & Barto. post Iacob. de Are. & in l. quarta. ff. de vsufruct. & l. non quocunq. §. ser-
4 uus. ff. de lega. j. † In quæstione tamen proposita per Barto. in d. l. re coniuncti. si vni legetur fundus, & alteri vsusfructus dicti fundi, videntur re coniuncti in vsufructu, in quo faciunt sibi partes per concursum, vt l. si alij. ff. de vsufruct. leg. & l. idem Neratius. §. fin. ff.
5 de vsufruct. accres. † Quandoque sumitur totum integrale habens partes ipsum construentes, vel habens partes quotitatiuas, in quibus quotitatiuis vna remota remaneret in alijs partibus fundus, vt totus fundus: quia domus, & fundi non à natura, sed ab hominum destinatione ordinantur, vt l. quod in rerum. §. si quis post testamentum. ff. de lega. j. & l. si quis duas. §. si quis partem. ff. communia præd. cum concor. ibi allegatis in glos. Quando autem vni legatur fundus totus, alteri verò quota pars illius, vt quarta vel quinta, recurrendum est, secundum Barto. ad illam distinctionem, quæ ponitur in l. cum quæstio. C. de lega. quia si vni primo testator totum, & postea alteri partem legauit, non videntur re coniuncti, sed illa pars adem-
6 pta videtur à toto. † Si verò primo partem, & alteri postea totum legauit, in illa parte primo legata videntur re coniuncti, & fiet diuisio, vt ibi habetur, & redditur primi membri ratio per Barto. quia pars aliunde euelli non potest, quàm à toto in quo continetur: quia extra totum nil superest. pars igitur à corpore totius resecatur. facit l. doli clausula. ff. de verborum obliga. & l. hæres meus. §. duæ statuæ. ff. de lega. iij. & l. in rem.
7 §. item quæcunque. ff. de rei vendi. † Et est ratio quare in secundo casu, scilicet quando primo pars legatur vni, & secundo alteri totum, non derogatur generi per speciem, & quando legatur primo totum, & secundo pars, bene derogatur: quia totum verificatur in qualibet sui parte, vt l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de lega. iij. vbi vide glo. notabilem istud declarantem. vnde si ex genere adimatur quædam species, non vitiatur legatum: quia verificatur genus in alijs speciebus remanentibus: sed secus est in casu quo remouetur pars integralis, puta vsusfructus fundi: quia tunc non est fundus, sed nuda proprietas, secundum Oldradum in in dicta l. si alij. ff. de vsufruct. Aliquando etiam respectu totius integralis partes ipsum integrantes toto ipso dissoluto, cum illę partes desierint cohærere, non sunt vt illius partes considerandę, nec eodem iure iudicandæ, vt est dare exemplum in domo quæ constituitur ex superficie, & fundamento, & alijs rebus de quibus constructa est, quæ non dicuntur possideri per dominum domus ipsa constructa remanente, sed dicitur possideri ipsa domus, qua diruta dominus desinit eam possidere, & ea mobilia quæ eam efficiebant, & de nouo per ipsum dominum apprehendi debet possessio dictarum rerum mobilium, ex quibus domus consistebat, vt est text. ibi ita explanatus per Ioan. de Imol. in l. cum qui ædes. ff. de vsufruct. Subiungens, quòd licet interrumpatur titulus in domo diruta, durat tamen effectus tituli in rebus singularibus saltem apprehensa ipsarum possessione, cuius virtute procedit vsucapio. Et sic dici potest illas partes hoc respectu in toto quo ad effectum cōtineri. Ad quod etiam facit dicta l. in rem. §. item quæcunque.
8 ¶ † Sciendum est vlterius quòd appellatione partis simpliciter prolatæ de dimidia intelligitur, vt l. nomen filiarum. §. portiones. eo. titu. proxi. & l. etiam. ff. de vsufruct. & in cap. secundo. §. primo. extra de foro competen. Si tamen cum dictione aliqua adiuncta proferatur, secus est, vt notatur per glos. & Ioan. de Imol. in clemen. vnica. de foro compet. super verbo, aut earum parte. & sic aliud est dicere partem simpliciter, & aliud partem aliquam. faciunt notata per Bartolum in l. codicillis. §. fina. ff. de vsufructu legato.

¶ Appellatione tamen residui, & sic partis, quandoq; totum continetur, vt l. ij. C. de hæred. institu. cum concor. ibi allegatis per glo. facit quod habetur in l. vxori. in princip. ff. de lega. iij. & l. cæterorum. & l. potest reliquorum. eo. titu. proxi. & l. cum optio. ff. de optio.

lega.

lega.& per Bartolum in l.si tibi.in princip.eodem tit.
& Bald.in l.quærebatur.ff.de testamen.milit.super ver
bo,cætera.& l secunda.& ibi Bald.C.si propter publ.
pensita super verbo,reliqua. ¶ Quod limitat Salic.in
l.fi.§.fi.C.de vsur.rei iud.nisi à toto sit certa portio dis
gregata,vel etiam vbi de mente contraria non appa-
9 ret. ¶ †Totum etiam quod habent homines in patri-
monio suo dicitur pecunia,vt j.q.iij cap.totum.& ibi
redditur ratio in text.facit l. fina.C.de constitu. pecu.
ante finem.ibi,cum veteres &c. licet vt ibi dicit gloss.
nomen pecuniæ strictius summatur pro pecunia nu-
merata, vt l.prima.C.de probatio.& Instit.de contra-
hend.emptione.§.item pretium.quia pretium in em-
ptione & venditione debet esse in pecunia numerata,
& non in aliis speciebus.l.naturalis.§.secũdo.ff de præ
script.verb.& dicto §.item pretium.quia licet loco o-
mnium rerum possit esse pecunia,cum omnia compa
rentur per pecuniam,vt l.si ita fideiussorem.ff.de fide-
iusso.nõ tñ ecõtra species põt esse loco pecuniæ in cõ-
tractu vẽditionis,quia esset permutatio,vt d.§.itẽ pre
tium.vbi vide Ang. Aren. ¶ Et in ista pecunia,an mi-
nor summa insit maiori si affirmatiuè proferatur, vel
negatiuè in cõtractibus, iudiciis, vel arbitriis,fuit satis
plenè dictum in l.in eo.in principio.s.isto titu. ¶ Vnũ
est in hac pecunia,quòd per numerum soluit in toto,
& in parte. quod non videtur in aliis rebus,nisi com-
munis vsus loquendi vel faciendi aliud velit, qui ser-
uandus est, vt l.librorum. §.quod tamen Cassius ff.de
lega.tertio. ¶ Quod facit ad quæstionem motam per
Alb.& Salic.in l.nam & si fur.§.fi.ff.si cert.pet.de scho
lari qui emeras medietatẽ ficorũ existentium in calato
mulieris illas vendentis,& volebat diuidere quamli-
bet illarum per medium,non autem ad numerum, eo
quòd dicebat hoc esse speciale in pecunia,vt ad nume-
rum diuidatur, nõ autem sic in aliis rebus.sed contra-
rium fuit determinatum propter communem vsum
loquẽdi,qui intelligit in speciebus de medietate ad nu
merum, secundum prædictos Docto.facit quod habe
tur per gloss.in l.anniculus.s.titu.proximo.& l. si pœ
10 næ causa.§.si falso.ff.de condictio.indebi. ¶ †Est vte-
rius pro materia totius & partis notandũ,quòd quan
doq; nomine partis totum continetur,vt l.prima.§.si
ex fundo.ff.de hæred.institu.vbi institutus hæres ex re
certa,nullo alio vniuersaliter instituto,ille ex re certa
institutus consequitur totum,ita quòd particularis insti
tutio,quando nullus alius est institutus hæres,trahitur
ad totum vniuersum:& hoc ideo ne quis decedat pro
parte testatus,& pro parte intestatus,quod ius prohi-
bet nec patitur,vt l.ius nostrum.s. isto titu. & ibi ali-
quid dictum fuit,& sic ad euitandum dictum incõue-
niens dicta particularis institutio trahit ad se totũ vni-
11 uersum. ¶ †Quod tamen fallit,vt dicunt ibi Doct.ma
ximè Ioan.de Imol.post Bart,Bald.Angel.& Paul.de
Cast.si testator prohibuisset ius accrescẽdi,vt quia in-
hibuisset institutũ in re certa,aliud petere posse,vt ha-
betur in l.quoties.§.si duo.ff.de hæred.institu.vbi per
Barto.plene,& tractatur per Doctor.in l.si ego.ff.de
iniusto,rupt.& irrit.testamen. vbi probatur testatorẽ
posse prohibere ius accrescendi.& notatur in glos.no.
12 l.dominus.ff.de vsufruc. ¶ †Fallit etiã id quod dictũ
est,institutũ in re particulari vocari ad totũ,si institu-
to vniuersali sit datus substitutus vulgaris,per cuius
dationem videtur tacite,ꝓhibitũ ius accrescẽdi,per d.l.
si ego.quia fortius est ius substitutionis vulgaris, q̃
ius accrescendi, vt l. vnica. § pro secũdo.C. de cad.tol.
& l.æquissimum.§.si duo.ff.de bo. poss. secundũ tab.
& not.in l.qui patri.ff.de acquir.hære.Substitutio em̃
etiam quęlibet dicitur conditionalis institutio, vt l.co
hæredi.§.cohæres.ff.de vulg.& pupil.& l.in ratione.§.
13 quod vulgo.& § si filio.ff.ad l. falcid.† Sed si institu-
tus in re certa habet cohæredẽ institutum vniuersaliter
vel simpliciter qui repudiet hæreditatẽ,secundũ vnam
opinionem institutus in re certa vocabitur ad totum
per ius accrescendi.& hanc opinionẽ dicit Ang.esse ve
ram in l.quoties.C.de hæred.institu.vbi hæc fuit opi-
nio Gulielmi de Cug.Cyn.Bart.Bal.& Salic.& ipsius
Bart.in l.ex facto.la grande.ff.de hæred.institu. Multi
alii tenuerunt contrarium ea ratione, quia inter succe-
dentes iure diuerso non habet locum ius accrescendi,
vt solet notari per Docto.in l. prima.C. quando non
peten.par.pe. accres.& l.sed cum patrono.ff.de bono.
pos.Sed institutus in re certa, alio dato instituto vni-
uersali, habetur loco legatarii, vt s. dicta l. quoties.C.
de hæred.instituen. & ideo videtur succedere diuerso
iure,& sic non habere ius accrescendi.Item inter hære-
dem & legatarium nulla est coniunctio, quæ coniun-
ctio est in causa iuris accrescendi, vt dicta l.re coniun- Cõiunctio est cã iuris accrescendi.
cti.ff.de lega.iij.& d.l.vnica.C.quando non pet.part.
& dicta l.vnica.§.his ita diffinitis. C.de caduc.tollend.
Nec obstat secundũ eos d.§.si ex fundo. quia ibi nul-
lus erat datus cohæres vniuersalis. Sed in casu in quo
est alius institutus vniuersaliter, videt̃ diuersa ratio, q̃a
tunc testator voluisse videtur ab initio institutum ex
14 re certa haberi loco legatarii.† Sed præcedens opinio
videtur cõmunis secundũ Angel. recitatum per Io.de
Imol.in d.§.si ex fundo.in coniuncto propter euitan-
dum incõueniens,ne quis pro parte testatus, & ꝓ par
te intestatus decedat, contra d.l.ius nostrum.& no.per
glos.in l.seruus cõmunis ab extero.ff.de acquir.hæred.
Et quãuis succedentes iure diuerso inter se nõ habeant
ius accrescendi, per iura allegata, prædicti tñ institu-
ti vnus in re certa,alius vniuersaliter,satis dici debent eo
dem iure succedere,quia vterq; iure hæreditario: & li-
cet inter hæredem & legatarium non sit ius accrescen-
di,de hoc non est curandum,quando agitur de hæredi
tate:quoniam etiam inter hæredes, licet non coniun-
ctos,habet locum ius accrescendi,vt est glos.notabilis
in d.l.seruus cõmunis ab extero.& illa ratio in contra
riũ adducta loquitur in mere legatariis, qualis non est
institutus in re certa,& etiam cum lex velit, quòd insti
tutus in re certa,trahat ad se totum,non dato vniuer-
sali hærede: Idem videt̃ voluisse dato cohærede vniuer
sali,si datio illa careat effectu,cum sit eadem ratio, ne
quis ꝓ parte decedat testatus, & pro parte intestatus.
& eadem ratio videtur in iure, si à principio non de-
tur cohæres,vel postea detur,sed posterior datio defi-
cit,per illa quæ habentur in l.si res aliena.§. fina.ff.ad
Trebellianum.& l.neq; §.fina.ff.de testamento milita.
Et ista opinio communis videtur tenenda, quoniam
vbi est varietas opinionum circa valitudinem testa-
mentorum,in dubio tenenda est opinio, quæ sustinet
testamentum,vt in l.si pars.ff.de inofficio.testamen.fa
cit quod habetur in dicta l.æquissimum.§.si duo.ff.de
bono.possess.secundum tab. & l.fi. C.de posthu. hære.
institu.& l.cogi.in principio.ff.ad Trebellia.& probat
textus in l.secunda.C.communia de lega.ibi,& nemo

moriens puter.& cap.primo & secũdo.extra de cog.
spi.& facit etiam pro ista cõi opinione d.l.si ego. vbi
licet per dationem substituti vulgaris videatur prohi-
bitum ius accrescendi,hoc tamen procedit si substitu-
tio vulgaris sortiatur effectum,ita quòd substitutus ha
beat hæreditatem repudiante vel moriente instituto in
primo gradu antequam adeatur hæreditas,secus si sub
stitutus repudiet,vel non admittatur,vt in dicto §.si
duo.facit id quod habetur Institu.de success.liber.§.sed
nostra.iuncta l.& si ex modica.§.si filius.ff.de bonis li
bert.& in l.Paulo Callimacho.§.primo.cum ibi nota
tis.ff de lega.tertio.& ita pertransit Ioannes de Imola,
quem potestis plenius videre in commento dicti §.si
Alia fallẽtia
14 ex fundo.¶ †Aliam fallentiam ꝫ prædictis allegat An
gel.recitatus per Ioan.de Imol.scilicet quando parti-
cularis institutio fit per verba obliqua seu inflexa, &
non per verba ciuilia directa.& dat exemplum quan-
do testator dicit,relinquo Titio fundũ.quia illud ver-
bum adiectum rei particulari,non trahitur ad vniuer-
sum,vt l.cogi §.& generaliter.ff.ad Trebellia. facit qđ
notatur per gloss.& Docto.in l.verbis ciuilibus.ff.de
Limitatio.
vulga.Nisi secundum eundem Angelum,testator di-
uisisset inter plures totum suum patrimoniũ per ver-
ba inflexa seu obliqua:quia tunc illa verba saperẽt na
turam directorum, vbi testamentum sit aliâs ritẽ fa-
ctum,quia quilibet nescit dicere Titiũ instituo: vt no-
tatur per gloss.in l.quoties.C.familiæ ercisc. dicit tamẽ
super hoc Ioannes de Imol.quòd verbum,relinquo,est
verbum commune adaptabile ad directam, & obli-
quam institutionem, vt notat Barto.in l.centurio.ff.
de vulga.circa finem.& Baldus in l.his verbis.ff.de hæ
red.instituen.& ipse in repetitione cap.si pater.extra de
testamen.libro vj.& Ioannes de Imol.in cap.cum tibi.
extra de testamen.& cap.Raynutius.eodem titu. Fate-
tur tamen ipse Ioannes de Imol.in dicto §.si ex fundo.
Verbũ cõe.
quòd verbum commune adiectum certę rei, non trahi
tur ad fideicommissum vniuersale, vel institutionem
vniuersalem,per dictũ §.& generaliter.& per illa,quæ
habentur in dicta l.his verbis.Sed si adiiciatur vniuer-
sitati,bene trahetur ad totum,vt si dicat testator,relin-
15 quo bona mea,vt notatur in dictis iuribus.¶ †Scien-
dum est etiam, quòd quamuis institutio particularis
nullo dato vniuersali hærede trahatur ad totum,vt di-
cto §.si ex fundo.secus est in fideicõmissario particu-
lari,quia non trahitur ad totum vniuersum,vt dicto
§.& generaliter.& §.sed si miles.eadem l.secundum do.
16 Ioannem de Imo.¶ Aduertatis etiam ad illud quod di
ctum fuit in principio huius articuli,quia licet dixerit
Bartol.in dicta l.quoties.§.si duo.ff.de hæred.institu.
quòd institutio facta ex re certa non dato vniuersali co
hærede trahitur ad totum,nisi testator prohibuerit ius
accrescendi,quod dictum est secundum eum posse pro
hiberi,quia secundum Ioannem de Imol.in dicto cap.
Raynutius.extra de testamen.hoc verum est in legatis,
& fideicommissis particularibus,vt not.gloss.in dicta
l.dominus.ff.de vsufruc.quia ex tali prohibitione nul-
lum sequitur inconueniens,quoniam si propter prohi
bitionem testatoris non accrescat coniuncto,remane-
bit apud hæredẽ vniuersalem,vt l.vnica.§.primo.C.
de caducis tollendis.Sed in institutione videtur con-
trarium propter regulam prædictam in dicta l.ius no-
strum.ff.eodem.& fuit hæc opinio Dyn.quam recitat
Bald.in l.si ita quis hæres instituatur.ff.de hæred.insti.
licet, vt dictum est, Bart.teneat contrarium.& opinio
nem Dyn.tenuit Salic.in dicta l.quoties.C.de hæredi.
institu.Vult tamen ipse,quòd institutus ex re certa tũc
teneatur restituere hæredibus ab intestato illa quæ fuit
prohibitus plus petere,ex quo alius non fuit institu-
tus,argumen.l.peto.ff.de lega.secundo.Sed secundum
Ioan.de Imo.illa lex,peto.non loquitur in instituto ex
re certa,sed insolidum, qui postea iussus est esse con-
tentum vna parte,& residuum restituere iubet.ipse ve-
rò Ioannes de Imol.post longam disputationem,& re
citationem opinionum in dicto cap.Raynutius.& al-
legato §.si ex fundo.residere videtur, quòd institutus
in re certa,licet prohibitus nil aliud petere, non dato
vniuersali cohærede admittitur ad totum, & prohibi
tio nil plus petendi tanq̃ contra iuris dispositionem
facta vitiatur, quia nemo potest facere quin leges ha-
beãt locum,vt l.nemo potest.ff.de lega.primo. & di-
cta l.si quis ita hæres instituat.& hoc sequitur Alexã.
de Imo.in dicta l.quoties.& allegat plures ita tenuisse,
& maximẽ domi. Ioannẽ de Imol. in locis allegatis re-
spondentem plenissimẽ ad omnes rationes Bartoli in
oppositum adductas.& cum eo transit, & recitat Lu-
douicum Romanum ita transire in l.vnica.C.quan-
do non pet.part.recitando verba Ioannis de Imol.sed
17 cum tacendo.¶ †Addit postea domi.Ioannes de Imo.
post Ange.quòd illud quod dictum est, institutionem
ex re certa factam nullo dato vniuersali cohærede, tra-
hi ad totum vniuersum,procedit etiam in substitutio-
ne vulgari,vel pupillari,aut exemplari, quia facta ex
re particulari nullo alio dato substituto vniuersali tra
hetur ad vniuersum,cum sit eadem ratio,& per conse-
quens idem ius, argumẽ.l.illud.ff.ad l.Aquil.& quia
substitutio pupillaris est testamentum pupilli,& per-
inde est ac si pupillus illam substitutionem fecisset, vel
instituisset hæredem,vt l.patris & filij.ff.de vulga.&
pro hoc adducit casum satis hoc probantem in l.cohæ
redi.§.fi.secundũ vnũ intellectum.& l.sed & si plures.
§.ad substitutos.eodem titu.vbi substitutus pupillari-
ter in bonis paternis,& sic in rebus certis habet vni-
uersa alia bona pupilli,nisi testator miles iure militari
testaretur,vt dicto §.ad substitutos.& notat Bartol.in
d.l.cohæredi.§.fin.secus est in substitutione fideicom-
missaria,vel per verbũ cõmune facta in re certa, quia
nõ trahitur ad vniuersum,per d.§.& generaliter.& fuit
superius dictũ.& not.per Bart.in d.l.centurio.vltima
charta.vers.quæro vlterius quid si substitutio cõpen-
18 diosa fiat per verbũ cõe in re certa.¶ †Sed quia hic ar-
ticulus habet longũ tractatũ,& varias quæstiones di-
uersasq; opiniones Docto.pro quadã summaria reso-
lutione, & etiã iam dictorum epilogo, dici potest di-
stinguẽdo secundũ Io.de Imo.& Doct.q; qñq; testator
decedit cum duobus testamentis,in quorũ primo fuit
vnus institutus vniuersaliter,in secũdo alius institutus
in re certa,& recurri debet ad l.si quis priore.ff.ad Tre-
bel.quia primũ testm̃ ruptum fuit, & valet secũdũ, &
perinde est ac si cũ illo secũdo tm̃ decessisset testator, &
nõ obstãte q; in illo secũdo testõ sit institutio facta in
re certa,trahit ad vniuersum nullo alio dato cohærede
vniuersali,vt ibi in tex.gl.& per Doct.Quãdoq; quis
decedit cum vno testamento,& tunc aut illud factum
est per militem,aut per paganum,i.non militem. Si p
militem in quo instituit alium in re certa,non trahitur
ad totum,per illud qđ not.per gl.in dicto §.si ex fun-
do.&

do.& probatur in l.si miles ex fundo.ff.de testa.milit.
vbi dicitur,quòd si miles ex fundo instituit hæredē,cre
ditur,i.præsumitur à iure quantū ad residuum patri-
monium intestatum decessisse,cum posit pro parte te
status,& pro parte intestatus decedere,vt ibi habetur,
licet glos.& quidam Docto.ibi exponant creditur,ita
scilicet si probetur militem hoc voluisse. quæ exposi-
tio secundū Io.de Imol.omnino violat illum text. qui
loquitur in casu dubio,scilicet vbi nō constat de mēte
testatoris,& ideo nō est recedēdū à verbis legis.l.j.§.si
is qui nauem. in vers.in re ergo dubia.ff.de exerc.& fa
cit l.non aliter.ff.de lega.iij.& ad l.si certarum.eo.ti.de
testa.milit.quam allegat glo.in d.l.si miles ex fundo.di
cit patere ex verbis tex. in ipsa l.si certarum.claram re
sponsionem,quia illa loquitur qn̄ testator miles vniuer-
sum patrimoniū distribuit per particulares institutio-
nes,ideo nullus mirari debet si trahatur ad totum,arg.
notatorum in l.quid ergo.ff.de lega.j.& per glos.in di-
cta l.quoties.C.famil.ercisc.& patet ex text.d.l.si cer-
tarum.ibi dum dicit text.perindeq; habebitur atque si
sine partibus eos hæredes instituisset.& in alijs parti-
bus dictæ legis hoc satis demonstratur.& quāuis mi-
les in dubio nō videatur vti iure militari,sed cōmuni,
vt l.quanquā.C.de testa.mili.& sic per hoc videretur,
quòd institutio per eū facta in re certa trahi debeat ad
totum vniuersum non dato vniuersali cohærede per
d.§.si ex fundo.dicit ipse Io.de Imo.hoc procedere vbi
verborū significatio,& mens testatoris possunt intel-
lectui iuris cōmunis conuenire,quia tunc non videtur
vti priuilegio militari.& ita intelligitur dicta l.quan-
quam.vbi instituit vnū in vna vncia,& alium in dua
bus.& potest dubitari,an intellexerit de vncijs minu-
tis comprehensis sub asse,vt in §.hæreditas.Institu.de
hæred.instit.& hoc casu in d.l.quanquā.remaneret in-
testatus in xj.vncijs,quod non liceret cessante militari
priuilegio,vt dicta l.ius nostrum.& allegata l.si miles
ex fundo.vel potest intelligi & esse sensus in prædicto
casu,quod miles testator intellexit de vncijs grossis, quæ
totam hæreditatem comprehendunt,ita quod illam diui-
sit in tres partes,& sic vnus institutus in vncia habeat
trientem,i. quatuor vncias,& alius bessem,i.octo vn
cias,& sic in totum dicetur testatus iure communi.Sed
quando mens & significatum verborū nō patiuntur
quòd intelligatur miles testatus iure cōmuni,intelligi
debet testatū fuisse iure speciali,vt est casus in d.l.si mi-
les ex fundo.quia qn̄ miles vnū instituit in fundo seu
vna re certa,videtur velle quod alias res suas non habeat,
argum.l.si maritus.& l.cum prætor.ff. de iudic.& in c.
19 nonne.extra de præsumpt.†Salic. verò super hoc po-
suit vnam nouam opinionem in l.j.C.de testa.milit. vt
distinguat an in actu testandi miles adhibuerit solenni
tatem iuris communis,& tunc institutio rei certę traha
tur ad totum,quādo nullus alius fuit ab eo institutus
simpliciter aut vniuersaliter,vel ex quota.& ita intelli-
gatur gloss.dicta l.si miles ex fundo.Sed si non adhi-
buerit solēnitatem iuris communis,videatur testatus
iure militari,vt res potius valeat quàm pereat.facit l.
tertia.ff.de testamento militari.& isto casu institutio in
re certa non trahetur ad vniuersum,nisi aliud probe-
tur,vt sæpe dicta l.si miles ex fundo.Sed hanc opinio-
nem Salic.licet satis coloratam improbat Ioannes de
Imol.& dicit non esse veram per textum sæpe dictæ l.
si miles ex fundo.vbi simpliciter dicitur & indistinctē
quòd institutio in re certa facta per militē nō trahit ad
vniuersum,ideo est indistinctē intelligēda.l.de pretio.
ff.de public.imò quando testator miles adhibet in suo
testamento solennitatem iuris communis,non videtur
in dubio se astringere ad illam, vt probat textus dictæ
l.tertię.& videtur istud magis conuenire menti militis
ex significato verborum,ideo iste intellectus magis si-
bi placet,& illum amplectitur,argumento l.ab omni-
bus.ff.de lega.primo.Ex quibus concludit,quòd mi-
les potest pro parte decedere testatus,& pro parte in-
20 testatus.† quamuis Salic.in dicta l. prima.dicat hoc
verum esse quando in bonis castrensibus moritur te-
status,& in bonis paganicis intestatus,vel ecōtra,sed
non in eodem patrimonio,per dictam l.si miles ex fun
21 do.†Sed hæc opinio reprobatur per Ioannē de Imol.
cum non probetur aliquo iure,imò potius probatur
oppositum in ante dicta l.si miles ex fundo.vbi erat
facta institutio ex fundo vnius patrimonij,prout com
muniter contingit.Nam raro euenit,quod idem fun-
dus sit quæsitus ex patrimonio militari,& paganico:
iura autem adaptantur ad ea quæ frequenter,& nō ad
22 ea quæ raro accidunt.l.nam ad ea.ff.de legi.† Si verò
testamētum vnicum factum sit à pagano,hoc est,non
milite,& in eo instituit aliquem ex re certa nullo alio
dato cohęrede,clara est decisio,quòd illa particularis
institutio trahitur ad totum vniuersum,vt sæpe dicta
23 l.prima.§.si ex fundo.vbi est textualis decisio.† Aut
fuit alius cum eo institutus,& hic considerandum est si
fuit eadem forma coinstitutus qua primus,scilicet ex
alia re certa,& tunc procedit decisio dictæ l. quoties.§.
si duo.& l.si alterius.& l.seq.ff.de hære.instituen. quo
niam illi duo eadem forma in rebus certis instituti,nō
dato alio cohærede vniuersali,vel ex quota instituto
vocantur ad totū,ac si fuissent vniuersaliter instituti
detracta rerum certarum mentione. Nec vocabun-
tur ad successionem secundū partes assignatas in fun-
do vel re certa,sed æqualiter nisi appareat aliud de mē-
24 te testatoris,vt notatur in dicta l.si alterius. ¶†Si au-
tem institutus in re certa habeat cohæredem diuersæ
formæ,quia vniuersaliter,vel ex quota institutum,quod
idem est,qui scilicet adiuit hæreditatem,tunc institutus
in re certa habetur loco legatarij,vt allegata l.quoties.
C.de hæredibus instituend.& ibi Doctores.Nisi quo
ad querelam inofficiosi testamenti,& ius dicendi nul-
lum,vt notatur in dicta l.si quis priore.ff.ad Trebellia-
num.in gloss.& in dicta l.ex facto.la secunda.ff.de hæ-
25 redibus instituendis.per Bartolum & Doctor.† Vbi
verò ille vniuersaliter institutus repudiat hæreditatem
vel omittit,tres fuerunt opiniones,vt superius dictum
est.vna Iacobi Butriga.quòd in re certa institutus non
vocetur ad totum,sed testamētum inualidatur,& per
consequēs legata,& sic dicta institutio in re certa,quæ
tunc habetur loco legati,per ea quæ habentur in dicta
l.quoties.& in l.eam quam.C.de fideicommiss.Secun-
da fuit opinio dicentium,quòd prædicta opinio vera
sit,& procedat in extraneo in re certa instituto,sed non
in filio.& hæc fuit opinio Martini Silimani & Baldi
in d.l.quoties.Tertia est & cōis opinio,vt superius di-
ctum fuit secundum do.Io.de Imola,quòd si institu-
tus in re certa sit filius vel extraneus,repudiante vni-
uersali instituto admittatur ad totum,ac si à principio

Paganus est nō miles.

nõ fuisset aliquis vniuersaliter, vel ex quota institutus.
& istam opinionem tenuit Barto. in dicto §. si ex fun
do. & ibi Angel & Baldus sibi ipsi contrarius in alle
gata l. ex facto. & Salic. in allegata l. quoties. & Alexã.
de Imol ibi, & Albericus in l. seruo manumisso. ff. de
condictio. indebiti. & Ioannes de Imol. in dicto §. si ex
fundo. & fuit opinio Ioannis Andr. in additio. Spec.
tit. de testamen. §. primo. ad fin. vers. pone post Pet. de
Cerra potissima ratione, quia iuuandę sunt volunta
26 tes testatorum, per iura superius allegata. †Aliquãdo
instituto ex re certa est datus cohæres vniuersalis, qui
deliberat de adeunda, vel non adeũda hæreditate, qua
pendente deliberatione superest institutus prædictus
ex re certa, quo casu habet ipse institutus ex re certa lo
co hæredis quo ad exclusionem querelę, & iuris dicen
di nullum, per ea quæ habentur in authen. nouissima.
C. de inoffic. testamẽ. & in authen. vt cum de appella
tio. cognos. §. aliud quoq; capitulum. & §. cæterũ. col
latio. viij. Quo autem ad reliquum totum hoc pende
bit ex futuro euentu, vt si scriptus vniuersaliter adeat
hæreditatẽ, institutus in re certa habebit vt legatarius
quo ad alia secundum Angelum. Hoc tamen quod di
citur, quo ad alia, non placet Ioanni de Imol. nec de
bet placere, si ille sit suus qui habet loco hæredis quo
ad ea quæ dicta sunt per iura allegata. Quo verò ad a
lia bene haberetur loco legatarij, iuxta notata per Bal
dum in dicta l. ex facto. & allegata l. si quis priore. sed
instituto vniuersaliter repudiãte institutio illa vniuer
salis erit retro nulla, secundum Angelum, quod licet
expresse non dicat, ex verbis tamen suis sic relatis & in
tellectis per Ioannem de Imol. intelligit quòd prædi
cta institutio vniuersalis erit retro nulla, si pẽdente de
liberatione vniuersalis instituti ipse institutus ex re cer
ta decederet, & ius accrescẽdi nõ transmisisset ad hære
dem suum, cum nunquam fuisset hæres, & non obsta
ret l. si ex pluribus. ff. de suis & legitimis hæredi. fuit ta
men opinio Barto. & Salic. in dicta l. quoties. quòd si
institutus in re certa decedat deliberante instituto vni
uersali, facta prius per ipsum institutũ ex re certa agni
tione institutionis suę, testamentum fuisset confirma
tum, & trãsmisisset ius deliberandi ad hæredem suum.
Angelus tenuit oppositum, & secum Ioannes de Imo
la, quia si hereditas vniuersalis nõ erat sibi delata tẽpo
re mortis suæ, sed adhuc deliberabat vniuersaliter in
stitutus, non potuit transmittere ius deliberandi, per l.
cum antiquioribus. C. de iure deliberan. quæ proce
dit tantummodo vbi quis sciens hæreditatem sibi de
latã decedit. Nemo enim plus transfert, quàm habeat.
l. nemo plus iuris. ff. eodem tit. & dictum fuit in l. in to
tum. in articulo vltimarum voluntatum. ẽ. isto titulo.
27 †Sed Alexã. de Imol. in allegata l. quoties. dicit posse
sustineri opinionem Barto. quia tenendo communem
opinionem supradictã, quòd institutus ex re certa vni
uersali cohærede repudiãte vocatur ad totum, videtur
quòd instituto ex re certa illam agnoscenti possit dici
delatam esse vniuersalem hæreditatem sub conditione
tacita si vniuersalis cohæres repudiaret, quæ conditio
tacita inest à lege, & habet ius accrescendi, secũdum cõ
munem prædictam opinionem. Talis enim conditio
non suspendit transmissionem, vt l. cõditiones extrin
secus. & l. aliquando. ff. de condit. & demonstratio. &
sic pcedet illud quod habetur in dicta l. si ex pluribus.
vbi transmittitur ius deliberandi per institutum dece
dentem etiam illo tempore quo nondum erat aperta
via iuri accrescendi, id est, nondum cohæres repudias
set. ¶ Addit etiam ipse Alexander Bald. in l. antepenul.
C. de iure deliberan. & sic concludit, quòd remanet fir
ma conclusio Barto. quòd per aditionem talis institu
ti in re certa confirmabitur testamentum. allegat etiam
Antonium de Butrãta tenuisse in dicto cap. Raynu
tius. ex quo infert ad illud quod ponit Salic. in allega
ta l. quoties. scilicet si cohæres vniuersalis repudiet hæ
reditatẽ, & postea institutus in re certa nulla facta agni
tione decederet, an transmitteret. & in extraneo conclu
dit quòd nõ, nisi esset intra tempus deliberandi, per di
ctã l. cum antiquioribus. secus in suo, quia ex poten
tia suitatis trãsmitteret, iuxta l. si fratris. C. de iure deli
beran. & hoc firmat esse verissimum, licet Ioannes de
Imol. in dicto §. si ex fundo. impugnet dictum Salice.
sed debuit habere lecturam Salic. qui ipsum referẽdo
dicit eum loqui quando deliberante vniuersaliter insti
tuto institutus in re certa moritur ante agnitionem in
stitutionis suę in re certa, si contingat postea vniuersa
lem institutum repudiare, tunc dicit Ioannes de Imol.
quòd institutus in re certa non transmitteret ius delibe
randi, quia illa transmissio habet locum quando quis
scit hæreditatem sibi delatam esse, vt dicta l. cum anti
quioribus. Sed iste in re certa institutus in casu prædi
cto non est huiusmodi. Sed vere Salic. loquitur quan
do erat delata instituto in certa scienti repudiationem
vniuersalis instituti quæ præcesserat. dicit tamen ipse
Salic. in sępe dicta l. quoties. quòd institutus ex re certa
sibi dato vniuersali instituto cohærede repudiante ,p
priè non dicitur habere ius accrescendi propriè sum
ptum, quia, vt ẽ. dictum est, in iure accrescendi portio
accrescit portioni non rei certæ, vt iuribus allegatis, &
l. si totam. ff. de acqur. hæredita & allegata l. si ex pluri
bus. ff. de suis & legit. hæred. ideo repudiante vniuersa
li instituto superstite instituto ex re certa, non dicitur
illud accrementum, sed quędã hæreditatis delatio, quę
secundum eundem Salic. procedit ex tacita voluntate
testatoris, quæ colligitur ex titulo institutionis, quem
dedit instituto ex re certa, vt probatur in sæpe dicto §.
si ex fundo. vel fortè secundum Io. de Imol. pcedit hæc
delatio hæreditatis principaliter ex legis dispositione,
quæ voluit institutionem particularem ex re certa tra
hi ad totum vniuersum, vt testator non decedat testa
tus pro parte vna, & pro alia intestatus, contra d. l. ius
nostrum. ẽ. eod. & istud scilicet quòd institutus in re cer
ta dato sibi cohærede vniuersali repudiante, non ve
niat propriè per ius accrescendi, recitat pędictus Io. de
Imol. se audiuisse tenere Angel. in recollectis suis Flo
rentinis. Sed in hoc est residendum, q secundum cõmu
nem modum loquendi, & secundũ impropriã, & latã
significationẽ habet in hoc locũ ius accrescendi: sed ,p
priè loquendo institutio ex re certa cõuertit in vniuer
salem, & q tũc ipsi instituto ex re certa dicit deferri to
ta hæreditas, quæ ante nõ erat delata. & cum istis trãsit
ipse Ioan. de Imol. in d. §. si ex fundo. & in dicto cap.
Raynutius. extra de testam. quod procedit vbi institu
tus ex re certa est suus, & etiã si sit extraneus, quòd sci
licet non dato cohærede vniuersali, vel dato, & repu
diante vocatur ad totum, ne testator pro parte videa
tur testatus, & pro parte intestatus decedere. Defi
ciente

Per aditionem instituti in re certa an confirmetur testamentum.

ciente enim vniuersali instituto, quia nõ fuit datus, vel datus, sed repudiauit, perinde habetur ac si non fuisset datus, & habet locũ dispositio d. §. si ex fundo. ex quibus patet, ꝙ institutio particularis conuertitur tũc in totam seu vniuersalem. de quo non est mirãdum, quia etiã videmus, ꝙ vna bonorum possessio q̃nq; conuertitur in aliã, vt l. si post mortẽ. §. fi. ff. de bo. pos. contra tab. & l. ij. §. si sub conditione. & ibi not. ff. de bo. poss. secundum tabu. & hæc sufficiant de isto articulo. quẽ videre potestis plenius examinatũ per Doct. in locis allegatis. ¶ Veniamus nunc ad glo. huius regulę, quæ vnico verbo se expedit declarãdo eam p̃ text. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iudic. vnde sumpta est hæc regula. vbi probatur ꝙ sentẽtia lata super toto, videtur lata super qualibet eius parte. & ibi vide gloss. & Docto. & in d. l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. obliga. & qđ dictum fuit in d. l. in eo. in princ. ŝ. isto tit. dicite etiã, ꝙ valet arg. de toto ad partem: quia quod iuris est de toto quo ad totũ, idẽ est de parte ad quo partẽ, vt l. quæ de tota. ff. de rei vendic. & in l. qui scit. ff. de vsur. vbi vide gloss. quæ arguit, ꝙ non sit idem ius in toto qđ
28 in parte, p̃ iura quæ allegat. † Sed Cy. in l. ij. C. de non nume. pec. recitatus per Alber. in iuribus allegatis, dicit ꝙ si sit eadem ratio de toto ad partẽ, procedit argu. vt dicta l. qui scit. cum suis cõcord. ibi allegatis in glo. Sed si nõ sit eadẽ ratio, non procedit arg. vt l. Papinianus. aliâs incipit, contra veterani. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. & l. quandiu. C. de distrac. pign. quę lex loquitur in liberatione pignoris, quæ est indiuidua, ideo non p̃cedit argu. de toto ad partem. idem dici debet de similibus indiuiduis, vt iuribus allegatis in d. l. qui scit. vide etiam de toto & parte in materia spirituali not. per glos. & Archid. de pœnit. distin. j. §. porro.
29 ¶ † Notandũ est vlterius, ꝙ licet in toto pars contineatur, vt dicit hæc regula, quandoq; tñ pars aliqua est p̃tiosior toto, sicut in corpe humano caput ipsum. ibi enim fingitur esse humatũ corpus, vbi est caput, vt l. sunt personæ. §. cũ in diuersis. aliâs est lex ff. de religios. & sumpti. fune. imò aliquando dicitur totum hominem tãgere, qui tangit illius aurẽ, vt l. vulgaris. in princ. ff. de furt. Quod intelligendũ est, vt dicit Albericus in d. §. cum in diuersis. p̃cedere quo ad materiam dictæ l. vulgaris. non quo ad alia. quod videtur etiam voluisse gloss. in allegato §. cum in diuersis. dicens, ꝙ si media pars capitis sit funerata in vno loco, & alia media pars in alio loco, neuter illorum locorum efficitur religiosus. secus est vbi in vno loco totum caput sit sepultum. & ibi redditur ratio diuersitatis, quia ex sepultura vnius corporis plura sepulcra fieri non possunt, si tamen totum caput sepeliatur, fingitur totum corpus humatum. Hinc est quòd dicit Baldus in prę̃ludijs feudorum. quarto folio. quòd truncatio capitis non est pars quota, sed pars tota. Sublato enim capite hominis cætera membra nulla sunt. Ad quod facit j. q. j. cap. illi offerunt. facit cap. quoniam in plerisq;. extra de officio ordi. vbi in corpore solum debet esse
30 vnum caput, aliâs esset monstrum. † De dignitate autem capitis vide textum & ibi nota. per Doct. in cap. vnico. §. caput. extra de sacra vnctione. Ex capite enim hominis cognoscitur homo. Cuius facies ad similitudinem faciei cœlestis dicitur formata. l. si quis in metallum. C. de pœn. Caput etiã hominis sanctificat locum, vt xl. distinctio. cap. multi sunt sacerdotes. & dicitur quòd totius familiæ domini status, & ordo mutatur, si quod requiritur in corpore non inuenitur in capite, vt sexagesimaprima distinctio. cap. miramur. & languente capite reliqua membra languere dicuntur. vj. q. prima. cap. verum. aliâs est §. & cap. ex merito. & ij. q. vij. cap. sicut inquit, licet quandoq; caput debeat sequi membra. xj. distinctio. cap. nolite. & xij. distinct. c. nõ decet. & hæc sufficiant super hac breuissima regula. Gulielmus Maynerius legum Doctor.

Summarium.

1 ☞ Verisimilitudo quid, & quomodo in iudicijs sequenda. & nu. 2.
3 Suspicio & præsumptio differunt.
4 Præsumptio quid & quotuplex. & nu. 7.
5 Præsumptionis duo effectus. & nu. 6.
8 Præsumptio iuris & de iure quando admittat probationem in contrarium. & nu. 9.
10 Præsumptio iuris tantum quomodo cognoscatur.
11 Præsumptio iuris oritur ex facto, natura & opinione. & nume. 12. & 13.
14 Debitor habens instrumentum debiti an intelligatur liberatus. & nu. 15. 17. & 19.
16 Pignoris restitutio non inducit debiti liberationem.
18 Instrumento debiti vni debitorum reddito an censeantur ambo liberati.
20 Instrumentum cancellatum an arguat debiti solutionem.
21 Præsumptionum variarum enumeratio.
22 Monstruosus homo an sit verè homo.

In obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut plerunque fieri solet.

ISTA lex eo modo quo eam declarat gloss. fuit per eam declarata in l. semper in stipulationibus. ŝ. eod. titu. vbi vide Barto. & quæ fuerunt ibi recitata, & etiã Bar. in l. Paulus. aliâs incipit, creditorem. ff. de solutio. & ibi
1 Ioannes de Imola. † & ex hac regula notatur, quòd ad verisimilia est animus applicandus, & secundum illa iudicandum, si contrarium non probetur. facit Instit. qui, & ex quibus cau. manumit. non possunt. § idem iuris. & l. fina. in principio. ff. quod metus causa. & in cap. quia est verisimile. extra de præsumptionibus. & cap. fina. extra de filijs presbyt. libro vj. & cap. fin. extra de officio ordinarij. eodem libro. gloss. vero in dicta l. fina. quod met. caus.
2 appellat † verisimilitudinem pręsumptionem, de qua præsumptione, & eius materia dicit ibi Bartol. se nunquam de ea tractauisse, cũ sit materia quæ tractari non potest, sed per contingentiam factorum determinatur. remittit tñ ad Cy. quem refert aliqua dixisse in l. si ue possidetis. C. de p̃ba. vbi Bal. plenius tractauit, & amplissimè Albe. & etiam ipse Alber. in d. l. fi. & Inno. in dicto cap. quia verisimile. & per eundem Innocen.

De materia p̃sumptionis.

in cap.innotuit. extra de eo qui furti. ordin.suscep.&
Gofred.& Hostiensis in summa titu.de probationi. &
gloss.in cap.is qui fidem.extra de sponsa.& vj.q.j.cap.
oues.in gloss.& per Archidiaco.xliiij. distinctio. cap.
multis.& plenius 50.distinctio.c.ferrū de terra oritur.
Sp c.tit.de præsumptionibus.& plenè Salic.super ru-
3 brica.ff.de probationi.† vbi dicit aliud esse præsum-
ptionem,& aliud suspicionem.suspicio enim,cum sit
quædam animi passio,cum præcisa ignorantia extre-
morum est modicę virtutis in condemnando.l.absen-
tem.ff.de pœ.& l.absentem. C.de accusatio.& quam-
uis aliqui dicant suspicionem esse præsumptionem,il-
la dicenda est temeraria præsumptio, quæ ratione ca-
ret,vt in cap.in cunctis.xj.q.iij.quod ad hoc allegatur
per gloss.in dicto cap.oues.& dat exemplum Alberic.
in dicta l.siue possidetis.si accusatus de crimine se ex-
cuset,quòd de eodem crimine alius fuit accusatus,&
sic esse præsumptionem,quòd non est culpabilis,illa
suspicio non debet dici vera,vt l.fina.C. de accusatio.
& ij.q.j.cap.primo.& in dicto cap.oues.& de ista su-
spicione loquitur dicta l.absentem.ff. de pœn. & l.de-
4 niq.§.primo.in fin.ff.de minoribus.†Præsumptio ve
rò est quædam applicatio animi ad alteram partium.
& diuiditur,quia quædam rationalis est,Alia violen
ta. dicitur autem rationalis eo quòd aliqua ratione
concipitur,licet per eam non possit expresso iure iudi-
5 cari.†Habet tamen duos effectus, quoniam quādoq;
aggrauat probationem,vt scilicet necesse sit per illum
contra quem facit præsumptionem aptius efficaciusq;
intentionem suam probari,vt dicta l.fina.ff.quod me-
tus causa.& dicto cap.quia verisimile.vbi Panor. in-
ducit,illum text.contra permutationem factam de be-
neficio quod est tenue cum beneficio pingui,vt fraus
vel simonia præsumatur,quia nō est verisimile,quòd
quis permutet beneficium diues pro paupere.argum.
illius decretalis,& cap.super hoc.extra de renunt.libro
vj.putat tamen,quòd illa sola præsumptio non suffi-
ciat ad sententiā ferendam,sed satis esset ad indicendum
purgationem. argumento cap.inter.extra de purga-
tio.canonica.Sed si adessent alia adminicula cum præ
sumptione prædicta,posset sententia diffinitiua ferri:
vt si quis senex habens beneficium pingue permutet
illud cum suo nepote habente tenue vel paruum be-
neficium:Senectus,& suspicio sanguinis adminiculā-
tur,& iuuant præsumptionem prædictam.argumen.
x.q.ij.cap.hæc vsus præstatio.licet Ioannes de Ligna.
teneat contrarium in cap.primo.extra de cleri.non re-
sid.Sed Panor.dicit prius dictū esse verius,quia tenet
argumentum à cōmuniter accidentibus,vt dicto cap.
primo.Si tamen esset alia præsumptio excludens præ-
dictam præsumptionem,vt quia habens pingue be-
neficium in illo securè morari non poterat,secus esset,
& procederet opinio Ioannis de Ligna.argumen.c. ad
supplicationem.extra de renuncia.& vj.q.j.cap. pasto
ralis.De hac quæstione vide illa,quæ not.Io.de Imol.
6 in d.c.j.de cleri.non resid.† Præsumptio etiā aliquādo
indicit purgationem,vt l.iustissimas.C.de offic.recto.
pro.& l.præsenti.§.sicubi.C.de his qui ad eccl.confu.
& per totū tit.extra de purg.cano.& ibi per Gofred.&
7 Hostien.in summa.†Alia est præsumptio violenta,quā
secundum eam lex iubet pronuntiari,& hæc aut est le-
gis aut hominis.Præsumptio legis est duplex.vna est

Cōtra permutationē de beneficio

iuris & de iure, alia iuris tantum.Præsumptio iuris &
de iure ideo dicitur, quia inducitur à iure statuente q
illi stetur,& non admittatur probatio in contrarium.
Ideo secundum Salic.illa est applicatio legislatoris su-
per verisimili eius de quo quæritur firmata illius san-
ctione,ita quod ille contra quem est præsumptio con
demnatur.de quo gl.dat exemplū in d.l. siue possides-
tis.per l.antiquæ.C.ad Vellei.& l.fi.C.arbit.tute.facit
c.iuuenis.& c.ad id quod.extra de sponsa. & c.de illis.
extra de despon.impub.& c.per tuas.de condi.appo.
& cap.fi.extra q cler.vel vou.& c.significauit.extra de
de eo qui dux.in matri.quam pol. per adulte. & cap.
insuper.extra qui matri.accusa.pos.in quibus iuribus
8 istud clarissimè probatur.† Licet autem regulariter ad-
uersus istam verisimilem præsumptionem iuris & de
iure non admittatur probatio in contrarium,secundū
communem Docto.sententiam, hoc verum est per a-
lias probationes,quàm per cōfessionē illius pro quo
facit præsumptio.talis enim cōfessio admittitur contra
illam præsumptionē,vt in authē.de æquali. dot. §.a-
liud.versi.dedimus.super verbo,priuilegiū.& ibi per
gloss.quæ reputatur singularis,quam allegat Salic.in
l.j.C.de dolo.& ipse post Cyn.& Bal in auth.sed iam
necesse.C.de dona.ante nup.Sed ipse Salic.super dicta
rubrica.ff.de proba.allegat de hoc aliam glo.in l.in cō
tractibus.in princ.super verbo,nullo modo.C. de nō
9 nume.pecu.† Addatis quòd etiam cōtra præsumptio
nem iuris & de iure valet admissio probationis de cō
trario,si pars aduersa cōtra admissionē non obiecerit,
vt not.per Innoc.in c.fraternitatis.in glos.nota sentē-
tiam.extra de frig.& malefic.& c.cum Bertholdus. ex-
tra de senten.& re iudi.in glo.nota quòd post diffini-
tiuam.quod etiam voluit Ioan.de Imol.post Bart.in
l.inter stipulantem.§.primo.ff.de verbo.oblig. Limi-
tatur etiam illud,quod dictum est,contra præsumptio
nem iuris & de iure non admitti probationem in con-
trarium,quòd illud verum est in probatione directa per
quā perimeretur factum præsumptum, & ostenderetur
falsum,sed bene admitteretur probatio indirecta peri-
mens indirectè effectum illius præsumptionis in iure,
vt quando papa narrat beneficium,quod cōtulit, va
casse per mortem,vel renunciationem beneficiati in cu
ria,quoniam literis Papæ creditur,& est præsumptio
iuris & de iure illam vacationem factam in curia, vt
narrat Papa,quoniam verbis ipsius creditur,& est præ
sumptio iuris & de iure illam vacationem factam in
curia,stante tamen narratione Papæ,scilicet quòd ipse
post vacationem dicti beneficij in curia factam illud
contulit,vel conferri mandauit,poterit in contrarium
probari,quòd illud beneficium tempore cessionis,vel
renunciationis illius ad alium pertinebat,& non ad ce
dentem,vel renuntiātem,aut morientem in curia, qui
fortè prius cesserat illius bñficiū in manibus ordinarij
vel per ipsum fuerat illo priuatus,vt sunt verba glos.
in clem.vnica.de proba.super verbo, fundatur. & illā
ibi sequitur Anton.de Butr.& Io.de Imol. quod dicit
esse singulare,& alibi nō haberi. Sed vide ad hoc not.
in c.cum dilecti.extra de accusa.& hæc sunt notanda.
10 ¶ † Notandū est deinde, q præsumptio iuris tantum,
& non de iure,secundū Salic.sup dicta rubrica,cogno
scitur ex hoc,q à lege inducit,& ideo dicit iuris, & nō
de iure, quia lex non statuit,vel decernit præcise, q illi
stetur

stetur. Est enim applicatio animi legislatoris super verisimili, transferens in aduersariū onus probandi: aliās condēnetur, nisi ipse contrariū probauerit
11 per aliquem legitimū modū probādi. † Et ista praesumptio iuris oritur quandoq; ex facto, aliquando ex natura, interdum ex opinione hominum. Ex facto scilicet aliquādo ex facto preterito ad praesens, vt qui fuit olim bonus, vel malus, hodie talis praesumitur, vt l. si cui. §. ijdem. ff. de accus. l. nō omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili. & in regula, semel malus. extra eod. tit. lib. vj. Quādoq; ex praesenti in praeteritū praesumitur, vt qui nunc nō est soluēdo, etiā ita ad praeteritum nō fuisse praesumatur, iuxta no. in l. ex persona. C. de probat. & l. non est necesse. ē. illo tit. & ibi in glos. vide notata ad hoc in l. si, ve-
12 rò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cogā. † A natura sumitur praesumptio, quòd quilibet sit bonus, quilibet dignus, quilibet sanae mentis, nisi contrarium probetur, vt in dicto §. qui pro rei qualitate. & in l. omni modo. C. de inoffi. testa. & dicta l. non est necesse. & l. seruos legaui. ff. nec codicillos. C. de cod. l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. l. is qui. §. fi. ff. de tut. & cura. da. ab his. & l. quidam. ff. de condi. Instit. in c. vnico, extra de scru. & c. fi. extra de praesump. & c. fin. de iudic. cū similibus. A' natura etiam praesumitur natum ex bonis parentibus esse bonum, vel ex malis, malum, vt l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de aedil. edict. & l. si cohortali. C. de cohor. prin. & c. lib. xij. vbi Iaco. Rebuf. post Andream de Barulo dicit ibi esse tex. contra eos, qui sunt procreati de mala stirpe, quibus dici potest id quod habetur in illo text. maiorum vestrorum vobis exempla praeiudicant.
13 † Ex opinione hominum ius aliquando prēsumit, vt φ non praesumatur aliquem soluisse indebitum, quia nemo praesumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probatio. Item si instrumentum debiti reperiatur penes debitorem, praesumitur quòd debitor soluit, vt l. si chirographum. ff. eod. titu. de
14 probatio. † Sed quia hic articulus lōgiorem habet tractatum, vide ibi glos. & Salic. & glos. Bar. Albe. & Docto. in l. Labeo. & l. postφ. ff. de pact. gloss. & Bald. in l. j. §. ille autem. C. de Lati. liber. tol. Cy. & alios in l. si de possessione. C. de proba. gl. & Archi. lxxvj. distin. c. hunc numerum. & glos. & Panor. in
15 c. ecclesia. lo ij. extra vt lit. penden. † quorum dicta colligēdo dici potest, quòd si debitor probet instrumētum debiti, quo tenebatur obligatus, sibi donatum, vel legatum, praesumitur debitum cōtentum in instrumento sibi legato, vel donato fuisse remissum. Si verò probetur instrumentum non legatum, vel donatum, sed solum redditum debitori, si nullā aliam intrinsecam cōmoditatem illa redditio possit afferre, praesumitur liberatio à debito, vt dicta l. Labeo. in fi. cum l. seq. ff. de pact. Si verò alia commoditas quàm liberatio à debito ex illa redditione instrumenti possit afferri, vt in exemplo quod ponit glos. in dicta l. postφ. & ibi Bar. & Doct. si quis litiget de re, quā emit à me, & illi dedi instrumentum venditionis, in quo est mihi obligatus ad pretium rei venditae: ex illa redditione instrumenti nō sequitur liberatio à debito: quoniam sequitur inde alia commoditas, quàm liberationis à debito, scilicet vsus instrumenti in iudicio moto super illa re empta. Item si quis tradidit instrumentum debiti fideiussori, vt agat contra debitorem principalem, pro quo fideiussit, ad liberandum eum in casibus, quibus potest, notatis in l. Lucius. ff. man. & l. si pro ea. C. eodem tit. & in c. ij. extra de fideius. & idem in similibus casibus, in quibus quantum est possibile euitari debet praesumptio donationis, quae nunq; praesumitur, vbi sumi potest alia coniectura. l. si cū aurum. ff. de soluti. & dicta l. cum de indebito. donare enim est perdere. l. filiusfam. in principio. ff. de
16 donatio. facit c. super hoc. extra de renuntia. † Et ex hoc inducitur ratio, quare restituēdo pignus debitori, creditor non videtur liberare debitorem, quoniam illa restitutio pignoris aliam commoditatem affert debitori, quàm liberationis, vt scilicet possit vti illo pignore, vt dat exemplum glos. in dicta l. postquam. de libris pignoratis per scholarem, quae allegat l. certè. §. fi. ff. de preca. quod vt dicit Panor. in dicto c. ecclesia. procedit in casu dubij, vt etiam voluit Bald. in dicta l. Labeo. lij. colum. Quoniam si apparet de mente tradentis instrumētum, illa seruari debet, & secundum illam iudicabitur traditio instrumenti, vel pignoris. Facit c. cum voluntate. extra de senten. excommu. & l. qui iniuriae. ff. de fur. A' mente enim non est recedendum, tam in verbis, quàm in factis, vt l. cācellauerat. ff. de his quae in testa. delen. & nullus debet dubitare, quòd si tradatur instrumentum per creditorem exprimentem, quòd illud tradit, vt ille cui tradidit se defendat contra euincentem: non videtur tradens donasse ius quod habet in eodem, quia actus agentium nō operātur vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si certum peta. Facit quod notatur per glos. & Doct. in l. cum quid. ff. si cer. peta. Ideo concludit Panor. quòd si nō apparet de causa traditionis instrumenti, apparet tamen aliqua cōmoditas praeter remissionē debiti vel iuris, in dicto instrumēto cōtenti, nō praesumitur remissum illud ius, sed solum traditum instrumentum ob illam commoditatem, vt in exemplis suprà positis. sed cessante praesumptione alterius cōmoditatis, praesumitur tacita remissio illius debiti vel iuris, vt ille actus traditionis aliquid operetur, secundum Bal. in dicta l. Labeo. & Panor. vbi suprà. Nō debet enim ille actus esse sine virtute aliquid operandi. l. si quando. ff. de lega. j. & l. hanc legem. ff. de contrahen. emptio. & l. si stipulatus. ff. de vsur. & c. si Papa. extra de priuil. lib. vj. facit in argumentū c. pastoralis. extra de dona. Magis enim mētē quàm verba in istis cōsiderare debemus, vt l. promittendo. ff. de iure do. & l. in conuentionibus. ff. de verb. oblig. notatur per Bart. in repetitione l. Caesar. ff. de publica. vide glos. xxij. quaestio. v. c. humanae aures. & aliam bonam glos. xxij. quaestio. j. c. paratus. super verbo, si verba. & assignat Bald. in
17 dicto §. ille autem. † rationem quare per redditionem instrumenti obligatorij, vbi non apparet alia commoditas, liberatio praesumitur à debito, quia qui tradit instrumentum, rem tradere videtur, vt dicta l. j. C. de donatio. & rei traditio non est aliud, quàm liberatio, vt l. si mulier. ff. de condict. ob causam. & l. si sponsalibus. §. j. ff. de iure dot. & notatur

Si creditor tradiderit instrumētū debitori.

per glos.in l.sub prætextu.la j.super verbo, exerce-
58 re.C.de transact.†Circa hoc membrũ quærit Bart.
post Gulie.de Cug.de quæstione,duo erãt obligati
eodem instrumento : creditor vni illorum tantum
tradidit instrumẽtum , an illi soli cui traditum est,
vel vtriq;,videatur debitum remissum,stante hoc,
quòd nulla alia cõmoditas apparet,quàm remissio
debiti.Respondent dicti Docto.esse præsumendum
illi soli,cui traditum fuit,remissum esse debitum,&
eidem cessam esse actionem contra alium. arg.d.l.j.
C.de donat.& l.si is qui duos.ff.de liber. lega. Hanc
quæstionem reassumit Panor.in dicto c.cum eccle-
sia.& refert decisionem Bart. placere Anto.de But.
quando instrumentum illud traditur aliquo titulo
lucratiuo,vt quia fuit legatum,vel donatum.& ita
dicit intelligenda esse iura allegata.Sed si solũ con-
stat de traditione instrumenti, nec constat verè vel
præsumptiuè hoc factũ esse ex causa lucratiua,præ-
sumi debet potius, quòd illum cui traditum est in-
strumentum, tradens fecerit procuratorem contra
alium,quàm remisisse,vel cessisse debitum,quoniã
illa commoditas potest afferri ex illa traditione in-
strumenti.Sed putat Panor.decisionem huius quæ-
stionis pendere ex verisimilitudine coniecturarum:
quia si ille,cui traditum fuit illud instrumentũ,erat
fortè minor,vel mulier,aut sacerdos, vel miles in-
expertus ad practicandum, & tradens instrumentũ
esset diligentior , vel esset diues, & ille cui tradidit
instrumentũ pauper,& illi coniunctus,ex illis con-
iecturis præsumi debet donatio, secũdum opinio-
nem Guliel.& Bar.Vbi verò is,cui traditur instru-
mentum,est practicus , vel consuetus exercere offi-
cium procuratoris,vel est diues,& tradens pauper,
non est verisimiliter præsumẽda donatio.& ad hoc
facit quod notatur per glos. in dicta l.cum quid.ff.
59 si cert.peta.& c.super hoc.extra de renunt. †Addit
etiam Bar.post dictum Guliel. quòd si creditor in-
strumentũ obligatoriũ tradat debitori, qui postea
illud retradidit creditori, videtur facta liberatio per
primam traditionem , & per retraditionem factũ
pactum de petendo, per quod eliditur prima libe-
ratio,arg.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.&

Si instrumentũ traditũ debitori retradat creditori.

l.si verò non remunerãdi.ff.man.Panor.aliter dicit
in dicto c.ecclesia.videlicet , quòd si re integra red-
ditur instrumentũ , præsumitur fuisse traditum,vt
debitor de aliquo se informaret , & nõ animo eum
liberandi , præsertim vbi intra breue tempus illud
restituit creditori,arg.l.diuortium.ff.de diuor.quæ
canonizata est de pœnit.distin.j.c.diuortij.Facit c.
nam & ego.extra de verb.signifi.Non enim facili-
ter præsumi debet tot donationes interuenisse pro-
pter actum retraditionis. Ideo recurri debet ad cõ-
iecturas & circunstancias,de quibus suprà,arg.eo-
rum quæ notantur per glo.in dicta l.cum quid.ff.si
20 cert.peta. †Est vlterius attendendũ,quia quandoq;
instrumentum nõ probatur donatum, neq; legatũ,
nec traditũ,sed reperitur cãcellatum. & in hoc qui-
dam vim faciunt , an reperiatur cancellatum apud
creditorem , & præsumatur liberatio:secus si apud
debitorem , licet aliquam præsumptionem faciat.
quod non placet Bart.vt dicta l.Labeo.cũ l.sequẽ-
ti.ff.de pact.quia eadem ratio est in vtroq;.glos. ve-
rò in dicto c.hunc numerũ. lxxvj.distin. præsumit
debitorem esse liberatum, nisi probetur contrariũ.
& allegat d.l.si chirographum. ff.de proba.Sed gl.
in dicta l.j.§.ille autem. dicit illã non esse sufficien-
tem probationem pro debitore dicente instrumẽ-
tum sibi esse traditum à creditore , si de traditione
non constet. Alij dicunt,distinguentes, ꝙ aut debi-
tor dicit se pacto liberatum. & ad hoc probandum
allegat , quòd apud se est dictum instrumentum:&
isto casu procedat illud quod dicit prædicta gloss.
in alleg.§.ille autem.vt nõ sufficiat hoc ad plenam
probationem, quia potuit illud instrumentũ fuis-
se subtractum præter voluntatem creditoris. Ideo
probari debet redditio instrumenti facta per dictũ
creditorem.Facit c.querelam. extra de simo. & xij.
q.ij.c.si quis de clericis. & hæc fuit opinio Gofr.re-
citati in dicto c.ecclesia. per Panor.& per Archid.
in dicto c.hunc numerũ.Aut dicit idẽ debitor se so-
lutione liberatũ. & idem est sicut in præcedenti ca-
su, si persona habens instrumentum sit domestica,
aut familiaris creditori , de qua potest præsumi,ꝙ
potuit de facili corrupisse , vel subtraxisse instru-
mentum. & ita erat in casu d.§. ille autem. Sed vbi
non est persona domestica,præsumitur debitor so-
lutione liberatus, vt allegata l.si chirographum.&
sic intelligatur glo.in dicto c.hunc numerum.& se-
cundum Panor.ratio diuersitatis est inter primum
casum,quando allegatur pactum, & secundũ,quã-
do proponitur solutio debiti:quia allegãs pactum,
allegat donationem,quæ sic facilẽ nõ præsumitur,
cum donare sit perdere, per iura superius alleg.Sed
allegans solutionem , allegat restitutionem instru-
menti,eo tempore, quo fieri solet:& ideo cum non
habeat præsumptionem contra se , cum nõ sit per-
sona domestica creditoris , potius præsumi debet
solutio ex cancellatione instrumẽti,seu ex eo, quòd
reperitur apud debitorem. Hæc tamẽ præsumptio
potest tolli per contrariã probationem,quę vincit
præsumptionẽ,vt l.filium.ff. de his qui sunt sui vel
alie.iur.Facit quod notatur in l.diuus.ff.de in integ.
resti.mino.& 50.distin.c.ferrum.in glos.& per Ioã.
And.in c.cupiẽtes.§.quòd si per viginti.super ver-
bo,verisimilia. extra de elect.libr.vj. Poterit enim
creditor isto casu probare,si tamẽ potest,quòd sine
suo facto illud instrumentum peruenit ad debito-
rem,vel quòd fuit sibi subtractum, cum domus sua
fuit supposita spolio,vel violentiæ , aut aliquid si-
mile proponẽdo.Ad quod facit dicta l.si de posses-
sione.C.de probatio.& dicto c.si quis de clericis.&
quod notatur per Specul.tit. de instrument. edit.§.
postquam.vers.porro.& ibi Ioan. And.in additio-
nibus,qui ex sentẽtia Alberti Gallioti dicit in istis
considerari debere qualitatem , vel circunstantiam
personæ debitoris,& quantitatẽ temporis,quo in-
strumentum fuit apud ipsum , quia si ipse debitor
est persona bonæ famæ,& bonæ opinionis,& lon-
go tempore apud ipsum fuit instrumentum , quo
fuerat obligatus , non sibi, sed creditori incumbit
onus probandi , quo non probante,iudicari debet
debitor vt liberatus. ex qualitate enim personarũ
facta & dicta pensanda sunt, vt l.diui fratres. ff.de
libe.cau.& l.fi.in fi.ff.de actio. & obliga.& l.vnica.
C.si quis impera.maled.& xxxvij.distinct.c.qui de
mensa.cum concordan.ibi alleg. in glos.& in c.nisi
essent

essent.extra de præben.in principio.& ex longitudine temporis inducitur obliuio. l.iubemus. C.de testa. facit c.illud. extra de præsumpt. Cessantibus autem istis coniecturis, procedunt quæ dicta sunt suprà. Consuluit tamen pro cautela Archid.in dicto c.hunc numerum.& Panor. vbi suprà,ad euitandas istas difficultates, quòd debitor qui soluit, sibi fieri faciat instrumentum de soluto, in quo magis confidat,quàm in redditione instrumẽti obligatorij.quod voluisse videtur Legislator in l.pecuniæ. C.de solutio.vbi dicit Salicet. quòd debitores non excusantur,nolentes soluere debita illis, quibus tenẽtur, nisi restitutis prius instrumẽtis, vel apochis obligatorijs:quoniam satis est,quòd fiat eis instrumentum vel apocha de soluto, per illum tex. Idem tenet Bald.in l.instrumenta. C.de fideicom.allegãs ad hoc text.& glos. notabilẽ in l.huiusmodi.§.si ita cui.ff. de lega.j. Addit etiam,quòd si mercator fecit literas cambij,quæ sint perditæ in itinere, & cambium non sit ob hoc sequutum, potest repeti pecunia apud illum mercatorem pro cambio fiẽdo tradita, quamuis non posśint literæ cambij sibi restitui, quia sufficit per instrumentum,vel apochã facere liberationem de illis, per dicta iura.quod dicit

21 esse menti tenendũ.†Viso itaq; de his præsumptionibus, quæ ex facto, à natura, & hominum opinione nascuntur,Sciendum est secũdum Salic.super dicta rubrica.ff.de proba.quòd nõ omnes præsumptiones,quæ à natura oriũtur, possunt enumerari, neq; certè cogitari. & satis erit de aliquibus meminisse.Et vltra superius nominatas, in natura quilibet præsumitur in suis membris esse perfectus.l.nõ sunt liberi.ff.de stat.homi.& l.quod certatum.C.de posthu.hæred.instit. Cogitate tamen, q; ista perfectio intelligitur quo ad animam intellectiuã.Nam si quis nasceretur posthumus mancus, vel cũ vno pede,nõ minus præsumetur à iure homo, & testamentum patris rumperet, si in illo non esset de eo facta mentio,vt l.quod dicitur.ff.de liber. & posth.

22 vbi post Bal.dicit Ioan.de Imol.†quòd homo mõstruosus, dicitur homo:quoniam essentia hominis consistit ex spiritu,& anima. Quod facit secũdum eum ad hoc,quòd occidens hominẽ monstruosum, tãquam homicida debeat puniri lege Cornelia de sicar.Et hoc intelligit Angel.de monstruoso homine,habente tamẽ formam hominis, sed officia mẽbrorũ diminuta vel ampliata,vt quia plura membra vel pauciora habebat,quàm communiter consueuit natura producere.Secus esset,si fortè esset animali bruto similis,per dictã l.quod certatũ.Si autẽ haberet caput cũ effigie hominis ex opposito versus spatulas,vult ipse Ang.quòd non præsumatur homo. Sed contrarium tenet ipse Ioan. de Imol.dũ modo habeat effigiẽ hominis, vel corporis humani,& deberet baptizari. de quo vide plenius notata per Archid. de consecrat.distinct.iiij. c.propriè. ad quem remittit Alber. in dicta l.quod certatum.

23 †Inducitur etiam secundum Sali.super dicta rubrica.& Bal.in dicta l.siue possidetis. præsumptio ex consuetudine loci,& personarum,tam in loquẽdo, quàm in faciendo. l.vel vniuersorum. ff.de pigno. actio.& l.Mela.§.fi.ff.de ali.& cib.lega.l.cum de lanionis.§.asinam.ff.de fund. instru.& l.domini prædiorum.C.de agricol.& censi.libr.x.Qui enim aliquando male loquutus est,præsumitur male loqui, vt notatur per glos.in authẽ.sce.mul. super verbo,

24 omnino.collat.v.†Similiter ex vicinitate seu coniunctione scripturarũ pręsumitur & colligitur intellectus,præcedentiũ,mediorũ & sequẽtium l. hæredes palàm.§.sed & si notã. ff.de testa.& l.si seruus plurium.§.fi.ff.de legat.j.& l. Titia.§.idẽ respõdit. ff.de verb.oblig.& l.item quia.§.fi.ff.de pact.& l.si verò non remunerandi.§.idem Papinianus. ff.mã-

25 dati.†Ex proximitate etiam personarum pręsumitur quis scire ætatem proximi sui. l.de tutela. C.de in integ.resti. mino. & l.si filium.C.de libera.caus.

26 & l.octaui.ff.vnde cogn. †Item præsumitur contra eum apud quem sæpe res furtiuæ inueniuntur.l.inciuilem. C.de furt. Et quandoq; ex vicinitate,quia damnum præsumitur datum à vicinis.ad quod sæpe allegatur l.si ita.in fi.ff.de fun.instru. & instrum. lega.facit quod habetur in c.causam. extra de præsump.Sic est etiã in frequẽtantibus domũ,& habẽtibus illius notitiã,vt l.dominus horreorũ. ff.loca.

27 †Præsumitur etiã contra illum, qui inuenitur ambulare per deuia,quòd vadat ad malẽ agẽdum, secundum glos.notabilem in l.nam salutem.§.sciendum. ff.de offi. præfe. vig.Sed istæ præsumptiones purgantur ex bona hominis qualitate, vt quia sit persona honesta & bc.12. de quo vide Bal.in l.j.C. loca.& quod habetur in l.nõ omnes. §.à Barbaris. ff.de re mili.Circa quod tenete menti,quòd ad probandum dictam qualitatem bonitatis personæ, & honestatis,sufficit fama,secundum Bald.in l.j.C.de testa.Addit Salice.vbi s.& satis superius est ostensum, q; ex verisimili inducitur præsumptio: ideo no præsumitur quis de maiori dignitate velle trãsire ad minorem, sed bene econtra,in c.quia verisimile. extra de præsumptio. & in c.j.de cle.non res. & ibi per Ioan.de Imol.superius alleg.Nõ enim est verisimile,quòd qui est abbas,velit dimittere abbatiam,& esse solum monachus,vt dicit Bal. in dicta l.siue possidetis.& præsumitur nõ incognita, quæ sola dormiuit cum viro, nuda cum nudo, vt xxij. q.j.c.nec aliqua. cum concordantijs ibi allegatis in gloss. super verbo, concubitus. facit quod habetur

28 in c.literis.extra de præsump.vbi vide Panor.†Ex diuturnitate etiã temporis cum patiẽtia eius,cuius consensus requirebatur,præsumitur pręcessisse cõsensus, vt l.si filius.C.de peti.hæred.cum ibi notatis per Doct.Videte vos ea,quæ notãtur per Bart. Bald.Paul.de Cast.& Io.de Imol.in l.qui in aliena. in principio.& §.j.ff.de acquiren.hære. & l.cum de in rem verso.ff.de vsur. Item secundum Bald.in alleg. l.siue possidetis.qui arguitur de pluribus delictis,& diluendo crimina sibi opposita,aliqua pręter mittit,illa prætermissa cõfiteri videtur ex violenta præsumptione, vt in c.nonne. extra de præsum.vbi Panormit.in primo notabili,recitat beatum Hieronymum contra Ioann. episcopum Ierosolymitanum dicẽtem, Qui arguitur de pluribus, & in dilutione criminũ aliquid prætermittit,quicquid tacuerit confitetur.facit text.in cap.j.extra de postul.prælat.Præsumitur vlterius, quòd fama sit vera, quam antiqui famant, secundum Baldum & Salicetum in locis allegatis per legem,si arbiter.ff.

Hieronym⁹.

de proba. Facit quod habetur in c.ſuper quibuſdã.
19 §.præterea.extra de verb.ſignific.† Item ſecundum eundem Bald.in allegata l.ſiue poſsidetis.præſumptio eſt contra illum,qui per inducias & dilationes fruſtratorias ſubterfugit iudiciũ. ad quod allegat c. nullus.extra de præſum.& l.diuus.ff.de cuſtod. reo. Allegate vos vltra Bal. bonũ tex.ꝙ talis præſumitur de ſua iuſtitia diffiſus.xj.quæſti.j.cap. Chriſtianis. Præſumitur vlterius non hæreticus,qui obedit eccleſiæ mandatis, ſecundum Baldum vbi ſ.per ea, quæ habentur in c.literas.extra de præſumptio. In principe etiam præſumitur, quòd quæcunꝙ agit, iuſta cauſa agat, quamuis extraiudicialiter, etiam in his,quæ agere omittit.facit ad hoc cap. ſicut.extra de ſenten.& re iudi.& clemen.j. de probat.quia non expedit, quòd ſubditi ſciãt omnes cauſas eum mouentes.lxiij.diſtin.cap.j. Similiter vbi non conſtat de derogatione priuilegij conceſsi per principem,non præſumitur illi derogatũ,vt notatur per gloſ.not.xxv.q.ij.in ſumma. quæ allegat l.ſi peculium.ff.de ma.teſta.& l.cum hic ſtatus.§.proinde.ff. de dona.inter vi.& vxo. Cętera de præſumptionibus vide per Docto. in locis ſuperius alleg. & in l. indicia.C.de rei vendi.vbi Alb.vnũ dicit eſſe multum notandum,ſcilicet quòd vbi quis ex præſumptionibus condemnari poteſt,iudex non debet eſſe velox, ſed tardus ad cõdemnandum,& in criminibus debet pœnam mitigare, vt notat Innocent.in dicto c.quia veriſimile. circa fi.extra de præſump.

Nota iudex.

Summarium.

1 ☞Donare videtur,qui ab obligatione liberat.
2 Alienationis loco eſt fundi refutatio.
3 Reſtituere plus eſt,quàm remittere.
4 Reſtituere male parta debens,an excuſetur à peccato,ſi alter ſibi debitum remittat.
5 Liberatio debiti facta ex cauſa donationis, an requirat inſinuationem,ſi eſt magna ſumma.

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri accepiſſe.

HAEC regula,vt dicit hic glo. ſumpta eſt ex l.ij. ff.de calũn.vbi ad literam
1 ſcripta eſt. †Qui enim remittit alicui ius obligationis qua tenebatur, illi donare videtur: & ſic ille quitatus videtur accepiſſe. & ibi gloſſa allegat iſtam regulam.concordat l.ſi fundum.§. Titio.ff.de legatis j.& l.ſi mulier. ff. de condictio.ob cauſam. & l.xj.§.interdum.ff.de legatis iij.& l.mortis cauſa. §.j.ff.de donatio. cauſa mortis. & l.quærebatur. ff.ad legem fal.& l.liberationis.ſuprà tit.proximo. & cap.veniẽs.lo j.extra de teſtib.& ibi gloſ.& viij. quæſti.iij.talia.& etiam ibi gloſ. Delegatio etiam pro iuſta præſtatione habetur, vt l.quod debetur. in fi.ff. de pec. Sicut remiſsio loco ſatiſdationis eſt,
2 vt l. ſatiſdationis appellatione.ſ.tit.proximo. †& refutatio fundi loco alienationis.l.magis puto.§.ſi pupillus.& §.fundum.ff. de reb. eor. qui ſub tutela vel cura ſunt.& l.nihil.§.ſi patronus.ff.de bo.liber.
3 †Plus tamẽ eſt reſtituere,quàm remittere,vt l.plus eſt.& l.reſtituere.& l.cum prætor.ſ. titu.proximo. & tamen ſatisfactum intelligitur, quando remittitur, vt l.item liberatur. in principio. ff.quib.mod. pign.vel hypo.ſol.& l.ſi rem.§.omnis.ff.de pigno. actio.Quia fictione iuris cenſetur ſolutio,vel reſtitutio facta,imò donatio illi, qui ab obligatione li-
4 beratur,vt l.iij.§.fi.ff.de dona.inter vi.& vxo.† Et iſta faciunt ad quæſtionem, quæ mouetur per Dy. & Docto.in cap.peccatum.extra eodem titu.libro vj.de fure,raptore,vel fœneratore, habente facultatem reſtituendi, an intelligatur abſolutus à peccato, ſi liberetur, vel remittatur ſibi liberaliter illud, ad quod reſtituendum tenetur, per illum cui eſſet fienda reſtitutio. Ioan. Andr. ibi tenet quòd ſic,ſuper verbo,reſtituatur.per iura alleg. quæ volũt ſatisfactum eſſe, qualitercunꝙ ſatisfiat. licet, vt dictũ eſt,propriè loquendo aliud ſit ſatisfacere,aliud remittere. & hoc dicit procedere niſi in caſibus, in quibus exprimitur de iure,remiſsionẽ nõ valere,vt in cap.ſtatutum.§.ſi quid.extra de reſcript. libr.vj. & cap.exigit.in fi.de cenſi.eod. libr. vbi ipſe idem tenet Boniſa.de Amana.in dicto cap.peccatũ.concludit ꝙ fur, latro, vſurarius, & quiuis alius obligatus ex delicto vel quaſi ad reſtitutionẽ,vel emẽdæ ſatisfactionẽ liberatur à peccato, per quitationem, vel liberationem ei factã ab eo,cuius intereſt non adhibita diſtinctione, an parata, vel nõ parata foret res reſtitutioni ſubiecta,licet dictam diſtinctionem approbet Dyn.in dicta regula,peccatũ.& quidam Theologi.Sed ſecundum eundem Boniſa. per illam remiſsionem, ſeu quitantiam liberaliter factam,tollitur vinculum,quo ſtante durabat peccatum.ad quod facit argument. l.generaliter.C.de epiſcop.& cleric. & cauſa poſsidendi prius iniuſta licitè mutatur in cauſam iuſtam,quod permittitur à iure,iuxta notata per gloſ.& Docto. in l.cum nemo.C.de acquiren.poſſeſ. Paria enim ſunt ſoluere, vel conſequi quitantiam eius,cui eſt ſoluendum,vt l.iiij.§.ſoluiſſe.ff.de re iudic.& ita reſider,reſpondẽs rationibus Dy. in oppoſitionibus factis. quod & ſequi videtur Panor. in cap.cum tu. extra de vſur. quoniam plenè videtur ſatisfacere, qui quitatur à proximo volente, & voluntarie, ſine dolo remittente quod ſibi debetur, per iura allegata. & idem videtur tenere Archid. in cap.ij.extra de vſur.libr. vj.Sed in dicto c. cũ tu.pleniſsimè examinatur hæc quęſtio per Io.de Ana.ſexta charta.ver.tertio quęritur de vtili,notabili,& quotidiana quęſtione.vbi recitat diuerſas opiniones. & primò illam quæ dicta eſt,& in contrarium adducit,quia non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, vt in dicto cap.peccatum. & xiiij. quæſtio.vj.cap.j.A' verbis autem legis,ſeu illorum ſignificatione non eſt recedendum,in cap.præterea.extra de verbo.ſignifica. Sed reſtitutio propriè non verificatur in remiſsione,vt dicta l.plus eſt.& dictis legibus,reſtituere.&, reſtituere. prima & ſecunda.ſ.ti.proximo. Allegat autẽ dictus de Ana.Gofr.& Hoſtien.in ſumma. tit. de vſur. dixiſſe, quòd bonus iudex ex coniecturis certis animum ſuum informabit, ex quibus arbi-

trabitur

trabitur, an soluens vsuras ex corde & animo liberaliter fœneratori remittat illas, vel non. Idē videtur velle Frede. de Se. consilio xviij. vbi concludit, quòd si ille à quo est vsura extorta, cessante fraude & spōte illam remittat, liberatur fœnerator. Idē voluit Ioan. And. in dicta regula, peccatum. in mercurialib. qui tamen dicit in hoc animum esse ponderandum, nec putat illum fœneratorem tutū, qui gerit in animo vel mente nō restituere vsuras, sibi non facta remissione. & idem sequitur Pet. de Anchar. in dicto cap. cum tu. & consentit Archid. in c. ij. extra de vsur. libr. vj. Calder. etiam in consilio x. titu. de vsur. concludit, quòd licet remissio vsurarū prosit fœneratori, hoc dicit procedere, nisi possit fraus pręsumi, quæ probatur per coniecturas, vt in cap. ij. extra de renuntia. libro vj. & l. dolum. C. de dolo. Contra fœneratorem enim de facili præsumitur, in cap. illo vos. extra de pign. & cap. ad nostrā. extra de contrahen. emp. & adiuuat illam præsumptionem, quando plures vsuræ extortæ sunt, quàm contineatur in instrumento remissionis illarum, & etiam si post illam remissionē fœnerator exercuit fœnus. Alias coniecturas, quæ pro fœneratore, & contra fœneratorem faciunt, in isto casu plenè recitat Ioann. de Anan. vnam, quia ex paucitate vsurarum perceptarum potest præsumi liberalitas remittentis, maximè si non sit pauper: secus si sit pauper, & fœnerator diues, vel si sit vsura grauis, qua etiam existente graui vtilitas peruenit ad illas soluētem, quia erat sibi delata magna hæreditas, quā adire non poterat nisi certa quantitate pecuniæ soluta, quam necesse habuit recipere sub vsuris, quas soluit, & postea remisit, pręsumitur gratuita remissio. & refert Laurent. de Ridol. in suo tractatu vsurarum, dicere se vidisse vnum condemnatū ad pœnam capitis, nisi intra mensem soluisset mille. recepit illa mutuo, & soluit vsuras, postea illas remisit, præsumitur liberalis & spontanea remissio. & sic de similibus cōiecturis dici debet, vt remissio spōtanea, vel fraudulenta præsumatur: de quibus plenius vide recitationem domini Ioan. de Anan. vbi
5 suprà. †Glossa hic mouet quæstionem, vtrum in liberatione facta ex causa donationis, requiratur insinuatio, si summa, à qua debitor fuit liberatus, excedat summā à iure taxatam, iuxta legē, sancimus. & l. penult. §. fin. C. de donatio. & gloss. recitat opiniones, & in ea videtur residere, quòd requiratur insinuatio. Idem tenet glos. in l. j. §. j. ff. quibus mod.
6 pign. vel hypo. solu. †Contrarium videtur tenere glos. in l. Modestinus. ff. de donatio. & fuit opinio Azo. post Placent. in summa de donatio. quia donatio valet sine causa, cum procedat ex sola liberalitate. l. j. ff. de donatio. & cap. j. extra illo titu. & sic cum valeat sine causa illa liberatio, ita sine titulo. Ideo donatio illa non requirit insinuationem. & facit ad hoc l. tale pactum. in principio. ff. de pactis. & assignatur per eos ratio prædictorum, quia liberatio fieri potest absenti, sed non donatio, vt notatur per glos. dictæ l. non solum. §. si liberationis. ff. de libera. lega. & hoc argument. recitat Bald. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. Bartolus verò in dicta l. Modestinus. tenet, quòd vsuræ, de quibus loquitur ille text. possunt remitti ex causa donationis, sine insinuatione, etiam si excedant summam à iure taxatam, quia in illis tot censentur donationes, quot sunt præstationes fiendæ singulis annis, quāuis in contractu inter viuos, annua stipulatio dicatur vnica, quia illud fallit, quando stipulatio debet annuatim committi ex mora, vt notatur in l. scire debemus. & l. vbi autem. §. qui sortem. ff. de verbo. obligatio. Item text. in dicta l. Modestinus. loquitur in remissione vsurarum, quæ sunt odiosæ, vt l. quamuis. & l. fin. C. de vsur. quarum odio non debentur ex pacto incontinenti apposito citra vinculum stipulationis, vt dicta l. quamuis. vel secundum eundem Barto. in dicta l. Modestinus. vbi plures quantitates debentur ex diuersis causis, si sequatur liberatio, tot sunt donationes, quot sunt quantitates, argumento dictæ l. scire. quod tamen secundum Ioann. de Imol. ibi, non videtur verum, quia quāuis sint diuersæ causæ, ex quibus diuersæ summæ debentur, tamē vnica est causa donationis, scilicet liberalitas donatoris, vt dicta l. j. ff. de dona. & cap. j. extra eodem titulo. quæ cum fiat vnico tempore, requiritur insinuatio in excedenti summam taxatam à iure, per dictam l. sancimus. & l. penult. §. fin. C. de donatio. Et istud tenet Bald. in l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. & dicta l. illud. C. de sacr. sanct. eccles. quod dicit esse verum, quādo debitum ex diuersis causis erat liquidum & certum. sed vbi non esset omnino certum, nec liquidum, vt in vsuris, quæ annuatim debentur: & sic pro futuro tempore non est certum illas deberi, puta, si sors soluatur, de quibus loquitur dicta l. Modestinus. Ideo illarum odio, & incertitudine, si sequatur liberatio quantuncunque pro futuris, si multo tēpore soluerētur, excederetur summa à iure taxata, valet liberatio sine insinuatione: secus in aliis causis, vt dictum est. & ista est resolutio glos. & Docto. in locis superius alleg. Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Metum passo datur actio & exceptio.
2 Metum passo quæ actio detur.

Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoueri.

PER ea, quæ notata, recitataque fuerunt suprà eodē tit. lege, nihil interest. potest hæc regula declarari, secundum quod hic dicit gloss. in principio. & ponit exemplū, quando quis dolo vel metu fuit inductus ad se obligādum, vel aliquid promittendum: quoniam ille, cui promissum est, nihil videtur accepisse, cū possit exceptione doli, vel metus submoueri. Sed opponit gl. quia si nihil videatur accepisse ille, cui promissum est,

promiſſor nihil perdidit, ergo nõ habet actionem
quod metus cauſa, quæ non datur, niſi detur dam-
num, vt l.ſed & partus.§.Iulianus.ff.quod met.cau.
1 Sed ſubiungit gloſſ. hoc eſſe falſum: †quia metum
paſſo datur actio, & exceptio, vt l.metũ.§.ſed quod
prætor. eodem ritu. Si enim qui metum paſſus eſt
promittendo, ſoluere vel tradere cogeretur, vel ſi
traditum aut ſolutum repetere non poſſet, damnũ
pateretur, ideo actione vel exceptione per benefi-
cium edicti quod metus cauſa ſibi ſubuenitur, &
quandoq; per exceptionem, aliquãdo per actionẽ,
vt explanatur in tex.& per gloſ.& Docto. in dicto
§. ſed quod prætor. vbi diſtinguebat Pomponi-
us inter negotium perfectum per metum, quo caſu
dabat actionem, & aliquando exceptionem in ca-
ſu, quo res per metum tradita, reuertebatur ad tra-
dentem, qui paſſus erat metum. Sed in negotio per-
fecto ſolam dabat exceptionem, quę ſufficere vide-
batur metum paſſo. Sed reſcriptum Imperatoris,
de quo ibi, conceſsit etiam iſto caſu actionem, cum
habens exceptionem poſsit petere liberationẽ ab
obligatione, & obtinere illam caſſari. & ſic ſibi cõ-
petit actio: quia ſi eſſet merè reus, vel ſibi ſola com-
peteret exceptio, non eſſet in ſua poteſtate agere,
vt l.purè.§.fin.ff.de exceptio.doli. Sed circa hoc vi-
de Salicet.in l.ſi pater.C.qui bo.ced.poſ.& Bald.in
l.ſi ſeruus. C.quod cum eo. & gloſ.in l.Aurelius.§.
centũ.ff.de libe.lega.& quæ recitaui in l.in eo.pro-
2 pe fin.ſuprà iſto titu.†Qualis autem ſit actio com-
petens metum paſſo, habetur in dicta l.metum.§.
volẽti.quoniam metum paſſo in amiſsione domi-
nij vel quaſi datur actio vtilis in rem, vel perſona-
lis, quod metus cauſa: ſed metum paſſo in amiſsio-
ne obligationis, vt quia liberauit debitorem ſuum
metu conpulſus, datur vtilis perſonalis, vel quod
metus cauſa. Baldus autem ibi quærit, quæ ſit vti-
litas, quòd detur actio quod metus cauſa, vbi datur
vtilis in rem, vel vtilis perſonalis. & aſsignat ra-
tionem vtilitatis, quia in actione quod metus cau-
ſa, non eſt onerandus actor probatione veteris do-
minij, nec veteris obligationis liquidę aut purę: ſe-
cus eſſet ſi ageretur vtili. Eſt & alia vtilitas agere
quod metus cauſa, quia illa quadruplicatur. l.ſi cũ
exceptione.§.hæc actio.ff.quod metus cauſa. ſed nõ
illa vtilis, vt l.§.item veniunt.§. cum prædiximus.
ff.de peti.hæred. Econuerſo poteſt eſſe vtilius intẽ-
tare vtilem, vt quia habet paratam exequutionem
ex ſententia fortè lata, vel ex inſtrumento cõfeſsio-
nato, vt l.minor vigintiquinq; annorum cui fidei-
commiſſum. ff.de mino. vide de hoc Innoc.& poſt
eum Ioan.Andr. & Docto.in cap. cum Bertoldus.
extra de ſenten.& re iudic.& per Archidi.xv. quæ-
ſtio.vj.cap.ſi quis à ſacerdotibus.circa finem. Cæ-
tera hanc regulam concernentia dicire vt dictum
fuit in alleg.l.nihil intereſt. & quæ dicẽtur in l.ſeq.

Summarium.

1 ☞Bona fides quibus tẽporibus debeat contractui
interuenire citra dolum, vim, & metum.
2 Actio quod metus cauſa, eſt perſonalis in rem, &
etiam pœnalis.& nu.3.
4 Metum paſſo an teneatur poſſeſſor quiuis.
5 Metus quomodo purgetur.
6 Turpitudo eſt triplex.& nu.7.& 8.
9 Metu promittens ſi ſpõte ſoluat, an repetat.
10 Solutum ſpontaneè repeti tunc demũ poteſt, ſi eo-
dem die ſolutum ſit, quo metus fuit illatus.
11 Soluens ſponte quod metu compulſus eſt promit-
tere, non repetet, niſi ſoluendo errauerit, putans ſci-
licet ſe teneri.
12 Solutio eadem an parere poſsit liberationem, &
repetitionem.
13 Metus non omnis ſufficit ad reſcindendũ contra-
ctum.& nu.16.
14 Metus reuerentialis patris ad filiã, & viri ad vxo-
rem, an reſcindat contractum.& nu.15.
17 Conſuetudo tacito populi conſenſu coacto indu-
cta, an valeat.

Nihil conſenſui tam contrarium eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quàm vis atq; metus: quem comprobare, cõtra bonos mores eſt.

ISTAM regulã declarat
gloſ.in contractibus bonæ
fidei, qui ſolo cõſenſu per-
ficiũtur, de quibus in lege,
cõſenſu. ff.de acti.& oblig.
& Inſti.de obli.ex cõien. &
Inſti. de acti.§.actionũ. qui
contractus cũ ſuam naturã
& veſtimentum habeãt ex
conſenſu, qui per metũ deſtruitur, ſi interueniat ille
metus, cum ſit cõtrarius bonæ fidei, reſcinditur ille
cõtractus per exceptionẽ & actionem, quod metus
cauſa, vt dictũ eſt in præcedenti regula, per l.metũ.
§.ſed quod prætor.ff.quod met.cau.cum conſenſus
qui cõſtruit contractum, & metus qui deſtruit illũ,
contrarientur, ſecũdum gloſ.& illius intentionem.
1 †Hæc autem bona fides, cui cõtrariatur dolus, vis,
& metus, in quolibet contractu conſiderari debet
duobus temporibus, ſecundum Ang.Are.in dict.§.
actionum. Primò, tempore contractus, id eſt, quòd
cõtrahendo interueniat bona fides, qua non inter-
ueniente, vt quia dolus interfuit, & dedit cauſam
contractui, contractus eſt ipſo iure nullus quo ad
doloſum, vt l.eleganter.in princip.ff. de dolo.& l.ſi
dolo.C.de reſcind.vendit.& gloſſ.& Docto. in l.ex
cõtractibus.C.ex quib.cauſ.maio.& l.bonã fidem.
C.de actio.& obliga. & ibi Docto. Secundò debet
interuenire bona fides tempore quo cõtractus im-
pletur. Facit quod nota. in l.bona fides.ff.depo.&
l.ex empto.ff.de actio. emp.& vendi. Sed quia iſte
tex.non de dolo ſimplici loquitur, de quo loquitur
dicta l.eleganter. ſcilicet de dolo, cui metus non eſt
adiunctus, ſed de vi vel metu tractat, ſcilicet de vi
2 compulſiua, vt declarat hic gloſ.in fi.†Sciendũ eſt,
quòd contra iſtum cõtractum metu factum, datur
actio quod metus cauſa, vt dictum eſt, quę actio eſt
perſonalis in rem ſcripta, vt l.metũ. §.animaduer-
tendum.& §.licet.ff.quod met. cauſ. Facit l.iij.§.eſt
autem.ff.ad exhib.& ibi gloſ.& gloſ.in §.quædam.
Inſtit.

Insti.de actio.& prosequitur vnumquenq; possesso-
rem contra naturam actionum personalium, quæ
non dantur contra singulares successores, vt l.j.§.si
hæres.ff.ad Trebel.& notatur in §.j. Instit.de actio.
Ideo dicitur in rem scripta. facie l.iij.C.de his quæ
vi metus've causa fiunt. & quod notatur in l.si ter-
tius.§.ij.cum sua glos. & in l.quanquàm. ff.de aqua
pluuia arcen. & vt dicit Bald.in dicta l.iij.quando
datur contra singularẽ successorem, dicitur oriri ex
varijs figuris causarum.l.j.in fin.ff.de actio.& obli.
Et datur cõtra metum inferentem,& eius hæredem
ad interesse.l.arbitrio.in prin.ff.de dolo.& ibi Bart.
3 & Docto.†& etiam dicitur pœnalis post cõtuma-
ciam, & datur contra quemcunq; alium habentem
commodum ex metu illato, quamuis non intulerit
metum, vt in l.metum.§.fin. cum l.seq. & l.si cum
exceptione.§.in hac.eod.tit.Imò secundum Io.Fab.
quem recitat & sequitur Angel.Aret. in §.quadru-
4 pli.Instit.de actio.satis est,† quòd metũ passus pro-
bet sibi illatum fuisse metum,licet nõ designet per-
sonam,quæ metum intulit:quoniam fortè fuit illa-
tus de nocte,vel per multitudinem gẽtium, & iustè
potest ignorare quis illorum fuit inferens metum,
vt not.per glos.singularem in dicto §.in hac. quam
ibi sequuntur Bal.& Doct. Ille tamen non inferens
metum,ad quem cõmodum peruenit, non tenetur,
si rem non possideat,vel ante præceptũ sibi factum
de restituendo illa interierit, vt dicta l.si cum exce-
5 ptione.§.aliquando.& ibi Bar.& Docto.¶†Aduer-
tendum est tamen, quòd metus elidens contractum
purgatur per spontaneum illius implementum, vt
l.ij.C.de his quæ vi metus've causa fiunt. secundum
summarium Bal.sed Bar.aliter summat illã legem,
videlicet quòd spõtanea solutio facit præsumi non
esse adhibitum metum in promissione,ita quòd se-
cundum eum illa lex non loquitur de purgatione
vitij metus,sed de iuris præsumptione,quæ induci-
tur in actu promissionis ex actu illius executionis:
quia non est verisimile,quòd habens iustam defen-
sionem soluere velit, vt in c.super hoc. extra de re-
nuntia. Ideo est præsumptio contra sponte soluen-
tem, quòd nõ habuerit iustam causam defensionis.
facit l.cum de indebito.ff.de proba.Nec obstat in l.
metum.§.sed quod prætor.vbi actio quod met.cau.
datur etiam post solutionem, quia illa lex intelligi
debet,quòd nedum in promissione, sed etiam in so
lutione, vel illius implemento interuenerat metus.
Sed in d.l.ij.cessauerat metus, & interuenerat spon-
taneum implemẽtum,secundum glos.ibi,quam se-
quuntur Docto. Et si dicatur,quòd contractus per
metum factus fuit turpis, quia cõtra bonos mores,
vt dicit iste text. Ideo videtur non potuisse valere
spontanea partium voluntate,vt l.generaliter.cum
l.seq.l.si plagij. l.si stipuler.& l.multũ interest. ff.de
verborum oblig.& Instit.de inutil.stipula. §.quod
turpi ex causa. cum similibus. Turpia enim dicun-
tur impossibilia,vt l.filius.ff.de cõdi.insti. Respon-
det Bal.in dicta l.ij.quòd contractus factus per me-
tum nõ est turpis,sed turpiter factus.in quo est diffe
6 rentia.¶†Triplex enim est turpitudo. Quædam est
promissionis,vt de occidẽdo hominem,de cõmit-
tendo plagium,furtum,sacrilegiũ,vel aliquod deli
ctum:& ista non valet, vt iuribus allegatis. & l.si à
7 reo.§.fi.ff.de fideius. ¶†Secunda est turpitudo cau-
sæ promittendi,vt quia ob turpem causam aliquid
promittitur,quæ etiam nõ valet,vt l.si ob turpem
causam.ff.de condictione ob turpem causam.& l.fi.
8 in fin.ff.de actio.& oblig.in glos. ¶†Tertia est tur-
pitudo extrinseca,quæ non est in causa, sed in mo-
do deueniendi ad contractũ,vt quia fuit illatus me-
tus ad hoc,vt fieret promissio. & de ista loquitur di
cta l.ij.non de primis duabus. facit quod notatur in
9 l.iurisgentium.§.si ob maleficium.ff.de pactis.†Ra-
tio autem quare spontanea solutio,licet in promis-
sione fuerit adhibitus metus,non repetitur, per di-
ctam l.ij.potest esse,secundum glos.& Bald.ibi,quia
illa solutio spontanea facit cessare turpitudinẽ me-
tus adhibiti: quia licet coactio fuerit à principio,
cessauit per spontaneam solutionem. & hanc dicit
Bal.esse veram rationem. Alij aliam assignant,quia
exceptio metus est odiosa.Sed hæc ratio non valet,
secundum Bartolum, Baldum, & Doctores. Quo-
niam licet sit odiosa respectu metum inferentis, est
tamen fauorabilis respectu metum passi. Aliàs vt
dicit Bartol.melioris conditionis esset delinquens,
quàm non delinquens,contra l.non solum.ff.de no-
xalibus. cum concor.ibi allegatis in glos. Ideo me-
lior est præcedens ratio, & etiam alia quæ assigna-
tur,quòd spontanea solutio inducit tacitam renun-
tiationem metus. & ita concludunt Doctores post
10 dictam glos. ¶†Dixerunt autẽ aliqui repetitionem
soluti spontanei fieri posse, si fuerit solutum eodem
die, quo fuit adhibitus metus, argumento l.iij.§.
scio.ff.de minorib.& l.si mulier. ff.ad Velleianum.
Sed illi textus bene visi hoc nõ probant, secundum
Doctores. Ideo alij tenent contrarium, quia eadem
est ratio purgandi metum, siue ex interuallo, siue
incontinenti sponte soluatur. Bartol.verò & com-
muniter Docto.in dicta l.ij.dicunt,quòd si inconti-
nenti soluatur,semper præsumatur motus.ad quod
allegant argumentum in simili illud quod habetur
in l.j.C.vnde vi.& l.j.§.quæ onerandæ. ff.quarum
rerum actio non datur. Imò etiam, si ex interuallo
solueretur durante eadem causa metus,vt potentia
alicuius tyranni,præsumitur quòd qui coactus me-
tu promisit,meticulosè,& non spontaneè soluit,vt
l.Fulcinius. §.quid sit latitare. ff.ex quibus causis in
possessionẽ eatur.& l.nam & Seruius. ff.de negotijs
gestis.& in cap.j. extra de his quæ vi metus've cau-
sa fiunt. Sed cessante tyrannide, vt quia desinit esse
tyrannus, præsumitur quòd subsequuta solutio ex
interuallo sponte facta fuit, & non metu, vt l.vni-
ca.C.si rect.prouin.& l.vnica. C.si quacunq; præd.
11 potesta.¶†Et intelligatis hoc esse verum,quòd me- Limitatio.
tu compulsus promittere,spontanea voluntate sol-
uens,nõ repetit,nisi errauerit,vel errore ductus sol-
uerit: quia putabat se teneri,& non tenebatur. non
tamen repetet per actionem quod metus causa, sed
per condictionẽ indebiti:quia supinus error nõ no
cet in damno vitando,vt l.sed & si me putem. ff.de
condictione indebiti. & l.nec supina.& l.regula. in
princi.ff.de iuris & facti igno. vt plenius explanant
Bar.& Doct.in antè dicta l.ij. ¶Item attendendum
12 est circa hunc articulum,†quòd licet vna solutio fa-

cta non posit parere solutionem & repetitionem,
per l.qui hominem.§.fina. ff.de solutio. & sic vide-
batur, quòd solutio facta errone per coactum me-
tu ad promittendum, cum pariat liberationem ab
obligatione,non posit parere repetitionem: quo-
niam illud verum est,quòd non potest eadem solu-
tio parere liberationem & repetitionem, quando
præcedit obligatio valida, sed obligatio facta per
metum debet dici inualida: ideo ex dicta solutione
non insurgit propriè effectus liberationis, sed so-
lius repetitionis,secundum Bartolum, Baldum,&
Doctores. ad quod facit l.nihil interest. cum ibi re-
citatis.ẽ.isto titul. vide pro istis illa,quæ notantur
in dicto c.super hoc. extra de renuntia. & cap.soli-
citè.& cap.accepta'.extra de restit.spolia.& Docto.
maximè Panormita.post Innocen.& dicto cap.j.&
cap.Abbas. & c.ad aures. extra de his quæ vi me-
tus've causa fiunt.& c.cum locum. extra de sponsa.
¶Glos.hic opponit, quòd iste tex.malè & imperti-
nenter loquatur cum dicit,quòd nihil cõsensui tam
contrarium est, quàm metus:quoniam magis con-
sensui aduersatur,aut est contrariũ nullo modo con
sentire, quàm cõsentire metu.& soluit quòd in isto
tex.est hyperbolica loquutio,vt in illo versu:
Astra ferit sonus armorum, clangorq; tubarum.
Veruntamen ista indistincta & generalis loquutio
quandoq; reprehenditur,vt l.fin. §.fin .& ibi glos.
& Alberic.ff.ad legem Rhodiam de iactu. sed excu-
satur hic per glos. ista loquutio Iurisconsulti intel-
ligendo,quòd cõsensui spontaneo nihil est tam con
trarium, quàm coactio.voluntas enim coacta,vo-
luntas est,sed coacta,& consensus,sed coactus.& da
tur actio quod metus causa ad rescindendum, vt l.
si mulier.§.si metu.ff.quod metus causa. & ibi glos.
& Doctores. Sed coactus consensus non est simpli-
citer consensus,vt dicit ista glos.sic explanans tex.
13 ¶†Est vlterius pro doctrina huius materiæ scien-
dum,secundum glos.& Docto.in l.interpositas.C.
de transactio. & Angelus Aretinus in dicto §.qua-
drupli.quòd non omnis metus facit rescindi cõtra-
ctum,sed est opus quòd sit talis metus,qui cadat in
constantem virum,vt l.j.ij.& iij.ff.quod metus cau.
Limitatio. Veruntamen est aduertendum,quòd illud locũ ha-
bet, quando metum passus vult rescindere ea quæ
metu gesta sunt per edictum prætoris, quod metus
causa, tunc non sufficit quilibet metus, sed metus
mortis vel corporis cruciatus, vt dicta l.interposi-
tas.& l.v. ff.quod metus causa. Aliquando vult re-
scindere nõ ex verbis, sed ex sententia edicti,& suf-
ficit illum metum adhibitum fuisse in persona filij,
vel filiæ, aut cõiuncti illius actoris, quamuis in sua
persona non sit adhibitus, vt l.isti quidem. in fin.
ff.quod metus causa. quia nemo suam carnem dere-
linquit,vt l.ij.ff.in ius voca.vt eant. & ibi notatur.
facit quod habetur in §.fin. Instit.de noxal.& xxiij.
distinctio.cap.communis filius.in glos.& glos.in l.
hæres meus.§.fin.& ibi Docto.ff.de conditio.& de-
monstrat. & quod habetur in cap.j. extra de exces.
prælato. Interdum vult rescindere per imploratio-
nem officij iudicis,quo casu sufficit metus verecun-
diæ,licet non sit metus mortis,vel cruciatus corpo
ris,vt dat exemplum Bald.in dicta l.interpositas.
in eo, qui honestam mulierem extra domum nu-
dam mittere minabatur, nisi sibi certam pecuniæ
summam promitteret. Ad quod facit l.j.§.fina. ff.
quod metus causa.& dicta l. isti quidem. §.primo.
Simile dici potest de metu periurij, licet glos.in di-
cta l.isti quidem. §.j.teneat contrarium, quia iura-
mentum illud non erat obligatorium iure ciuili,vt
l.non dubium. C.de legibus. Sed secundum cano-
nes secus est, vt tenet Albericus in dicto §.j.& Bar.
& Bald.post glos.in dicta l.ij.quia cogi poterat sol-
uere,licet repetere posit,vt in cap.debitores. extra
de iureiurando. & facit quod notatur in dicto cap.
ad aures. Aliquando interuenit metus futuri euen-
tus à natura,quod contingit,secundum eundẽ Bar-
tolum,quando medicus paruam infirmitatem asse-
rit magnam & periculosam ad maiores pecunias
illicitè extorquendas: quo casu promisio de illis
illo metu facta rescindetur per officium iudicis. fa-
cit ad hoc l.si medicus. ff.de varijs & extraordina-
14 rijs cogni. †Quandoq; infertur metus ratione ma-
ioritatis & obediẽtiæ, quæ est interdum sine publi-
ca autoritate,vt maioritas mariti in vxorẽ,& si per
illam inferatur metus, rescinditur quod gestum est
officio iudicis,vt l.j.§.quæ onerandę.ff.quarum re-
rum actio non da. cum ibi notatis per Barto. facit
l.si quis cum aliter.ff.de verborum obliga. Ideo,vt
dicit Baldus vbi suprà,si vxor propter minas ma-
riti aliquid faciat vel promittat,rescinditur per of-
15 ficium iudicis.¶†Idem si propter nimiam reueren-
tiam,vt in filia,quæ nimia patris reuerẽtia aliquid
facit,vt in dicto §.quæ onerandæ. secundum ibi no
tata. facit l.penultima.§.fin. ff.de furtis. Parentum
enim imperium causat sufficientem metum ad in-
habilitandum actum,qui dependet à libera volun-
tate: sic tamen intelligendo,secundum quod nota-
tur per Bartolum in dicto §. quæ onerandæ. & In-
nocentius in cap.causam matrimonij.extra de offi-
cio delega.& dominus Benedictus in cap.cum con-
tingat. extra de iureiurand.& Angelus Aretinus in
dicto §.quadrupli.videlicet quòd solus timor reue-
rentialis non est tantæ potentiæ,vt faciat rescinde-
re contractum, nisi præcedant minæ & verbera,vt
videtur tex.apertus in cap.quamuis pactum. extra
de pactis. libro sexto. facit tex.in l.fideiussor. §.pa-
ter.ff.de minorib. Ideo non sufficit sola patris præ-
sentia ad rescindendum.vide etiam Baldum in l.fi-
lius.§.inuitus. ff.de procurat. & ipsum in l.penulti.
ff.de condictione ob turpem causam.& rursum Bal.
in titul.de pace iuramento firmanda. §.item sacra-
menta. & Doctores in cap.accedens. extra de con-
uersione coniugato. ¶Quandoque aliquid fit metu
maioritatis,cui inest publica potestas vt iudicis,&
illud rescinditur per condictionem ex l.penul. C.de
his quæ vi metus've causa fiunt.& l.continet.versi.
cæterum. ff.quod metus causa. ¶Vbi vero non in-
fertur metus mortis,vel corporis cruciatus,sed da-
mni grauis in rebus proprijs, dicitur metus legiti-
mus ad rescindendum per officiũ iudicis illud quod
factum est illo metu,secundum Baldum,vbi suprà.
Ad quod facit dicta l.continet.in fine.& dicta l.pe-
nulti.§.fin.ff.de furtis. Imò secundum eundem Bal-
16 dum,†si quis minetur de comburendo domum ali-
cuius,

cuius, nisi certam summam pecuniæ sibi promit-
tat,& minans ille esset talis persona,quòd verisimi
liter timendũ esset,ne quod minatur executioni de-
mandet, rescinderetur promissio, ac si esset metus
mortis vel corporis cruciatus:quia illud esset graue
damnum.quod dicit esse notandum.Et vlterius iu-
bet notari, quòd paria sunt aliquid fieri coacte vel
timore coactionis,hoc est,ne cogeretur, vt est text.
qui ita bene alibi non reperitur in l.nouissimè. §.j.
ibi dum dicit tex.aut metu ne cõpelleretur. ff.quod
falso tuto.auto.vbi idem notat ipse Bal.quem ple-
17 nius vide.†Vltimo hic quæritur,quoniam in con-
suetudine inducenda in aliquo loco,sufficit aliquan
do tacitus cõsensus populi,vt probatur in l.de qui-
bus.in fin.ff.de legib.Vtrum per consensum popu-
li coactum induci dicta consuetudo possit. Alberic.
in decimatertia charta mouet istam quæstionẽ:vsi-
tatum fuit per maiorem partem populi exceptis
duobus, quòd mortuo patre relictis pluribus libe-
ris primo genitus succedat in totum : quidam pri-
mo genitus, qui volebat in totum succedere,cõpu-
lit istos duos consentire, vt sic haberet consensum
maioris partis populi, an per hoc ruat dicta cõsue-
tudo.quod videbatur per istam regulam,& per to-
tum titulũ.ff.quod met.caus. In oppositum arguit:
quia consuetudo inducitur per iudicium.l.j. C.quæ
sit long.consuet.& l.cum de consuetudine.ff.de legi.
Iudicium autem redditur in inuitum. l.inter stipu-
lantem.§.j.ff.de verborum oblig.Fuit opinio Petri
de Bellapertic.istam secundam partem esse veram,
si coactio illa facta fuerit per hominem priuatum,
vt l.si priuatus.ff.qui & à quib.ma.li.secus si coactio
facta fuit à iudice vt iudice per viam iurisdictio-
nis,vt dicta l.cum de consuetudine.quoniã coactus
consensus est consensus,vt dicta l.si mulier.§.penul-
timo.multo magis vbi coactio est licita ex iuris or
dine,licet sit illicita ex iniquitate iudicis,vt l.penul
tima. ff.de iustitia & iure.& l.ingenuum. ff.de statu
hominum. Sed si coëgit iudex vt priuatus,cum sen
tiret contradicentes,idem iuris dici debet, ac si pri-
uatus coëgisset,vt l.prohibitum. C.de iure fisci. li-
bro x. & l.deuotum.C.de meta.& epideme.lib.xij.
& assignat Alber. vbi suprà, ita residens rationem
diuersitatis, quia vbi iudex procedit vt iudex, eius
voluntas videtur voluntas partium,vt l.si ob cau-
sam. C.de euictio.& cap.quod ad consultationem.
extra de sententia & re iudicata. quod non est, si vt
priuatus procedat.

Summarium.

1 ☞Restitutio minoris habet duo principia.
2 Læsio qualis requiratur ad restitutionẽ in integrũ.
3 Minor quando probare debeat læsionem,& quan-
do præsumatur læsus.
4 Creditor mutuans minori, probatione grauatur,
etiam si contractus tenuerit.
5 Doctor minor an læsus restituatur.
6 Minor licet læsus & deceptus præsumatur sui faci-
litate,non tamen præsumitur facilitas,si industrio-
sus probetur.
7 Minor an restituatur si in sequendo ius municipale
sit læsus.

Non capitur,qui ius publicũ sequitur.

ISTA regula allegaẽ per
glos.in l.non videtur. C.de
in integrum resti.mi. & per
illam declaratur.& per l.ve
rum.§.item non restituetur.
ff.de minorib. quia minor
vsus iure communi nõ vi-
detur circunscriptus seu de-
ceptus : ideo nõ restituitur,
1 vt ibi. †Et pro euidentia quadam sciendũ est,quòd
restitutio in integrum minoris requirit duo princi-
pia. Primum est minor ætas,vt l.j.in princip.ff.de
minori.& l.doli.§.diuersum.ff.de noua. Secundum
est circunscriptio,quod vt dicit Bald.in dicta l.non
videtur.est ciuile vocabulum includens læsionẽ mi-
noris seu deceptionem sui facilitate, vel dolo aduer
sarij contingentem cum qualificatione : quia non
omnis læsio est fundamentum,vel causa restitutio-
2 nis.†Sed læsio habẽs comitem facilitatẽ propriam,
vel doli aduersarij.Ideo minor in formatione libel-
li sui,in quo se petit in integrũ restitui propter læ-
sionẽ,debet dicere se læsum sui facilitate,vel aduer-
sarij dolo. Habet enim duo probare,scilicet mino-
rem ætatem, & læsionem : aliàs non est audiendus,
vt l.nam postea.§.si minor. ff.de iureiurand.verum
est,quòd sufficit dicere se circunscriptum, quamuis
non exprimat causam læsionis,vt dicit Bar.in l.mi
nor autem.§.sinautẽ.ff.de minori.& Alber.eod.tit.
l.ꝙ si minor.§.non semper.& dict.l.verum.§.scien-
dum. in processu tamen erit declaranda causa dece-
ptionis seu læsionis & etiam probanda, per not. in
l.fin.C.de anna.excep.& in c.significantibus.extra
de libel.obla.& notatur per Bal.in allegata l.nõ vi-
detur.facit ad prædicta quod notat Spec.titu.de in
integrum resti.§.j.versic.illud quoq; prætermitten-
dum.& §.qualiter.vers.sed nunquid minor.& hanc
regulam confirmat illud quod habetur xxvij.q.j.c.
sicut. & quod notat Salicet. in dicta l.non videtur.
3 †Circa hoc tamen quod dictum est,minorẽ in pro- Limi-
cessu debere probare,est aduertendum:quia videre- tatio.
tur onus probationis de cõtrario incumbere aduer-
sario,per l.prædiorum.C.de præd.mino.Sed dicite
vt ibi notabiliter tangit gl.ad quam Salic.ibi dicit
esse recurrendum.& ad not.in l.j.C.si aduer.cre.vbi
Alber.& Docto.Quandoq; enim contractus mino-
ris est ipso iure nullus, vt quia sine decreto fuit res
sua alienata , & tunc aduersarius minoris probare
debet ipsum inde fuisse locupletatũ, vt dicta l.præ-
diorum. & l.si prædium.& l.vtere.eodem tit. Si ve-
ro contractus tenet,sed petit minor se restitui aduer
sus illum : quia dicit se deceptum facilitate sui vel
aduersarij dolo, tunc minori incumbit onus pro-
bandi,vt dict.l.nam postea.§.si minor.& rationem
istorum assignat Salice.in dicta l.prædiorum. quia
vnusquisque probare debet id quod est fundamen-
tum suæ intentionis,vt l.ij.ff.de probat. & l.actor.
4 C.eodem titulo. ¶ †Hoc tamen fallit in creditore,
qui mutuauit minori : quia licet contractus teneat,
onus probandi incumbit creditori,vt dicta l.j.& ij.
C.si aduer.credi. quia minor in mutuo præsumitur
læsus, nisi mutuans probet versum in vtilitatẽ mi-

noris, vel quòd inde sit factus locupletior. Et hoc dicit glos. in dicto §. si minor. speciale in contractu mutui odio fœneratoris. quam gl. dicit Bal. in allegata l. j. esse veram, & cõmuniter approbatã. Quod tamen sibi mirum videtur: quia minor accipiendo mutuum acquisiuit dominium, cum mutuũ ab eo dicatur, quòd de meo fiat tuum, vt l. j. §. appellata. ff. si certum petatur. sed dominij continuatio præsumitur, vt l. siue possidetis. C. de probatio. ergo continuatio dominij pecuniæ facit præsumi illam extare, & sic inde minorem locupletiorẽ esse. Sed ipse respondet, quòd quia minor negat cõtinuationem dominij, negat pecuniam extare iuncto odio creditoris: ista operantur, quòd non præsumitur cõtinuatio dominij, nisi creditor probet, quòd inde minor sit locupletior effectus, per dictam l. j. & ij. & probabit secundum quosdam per probationẽ necessariò concludentem, vt quia illa pecunia fuit cõuersa per minorem in emptionem prædiorum. quod nõ placuit Iacob. Butrig. secundum quem non tenetur creditor hoc liquidè probare, sed sufficit probatio per coniecturas, vt quia minor indigebat necessariò pecunia ad emptionem frumenti, vel aliarum rerum, & quòd sibi tradita fuit pecunia in illã causam, & in loco, vbi poterat emi. Ad quod allegat in argu. l. Lucius. ff. de exercito. & istam opinionem Iacobi Butrig. sequitur Bald. quam dicit esse communem. Hoc tamen notandũ est, quòd si minor sit diligens, & industriosus præsumitur, quòd pecuniam mutuo receptã vtiliter expenderit. Ideo creditori alia probatio non incumbit, nisi de diligentia & industria minoris, secundum Azo. in summa. C. qui & aduer. quos. licet glos. ibi in l. j. reprobet istam opinionem Azo. Sed Odofr. eam sustinet, & Pileus in suis quæstionibus cxviij. & sequitur Alber. ibi in l. j. Bald. verò in dicta l. j. ex illa lege colligit, quòd minor industriosus consuetus se diligenter habere in actibus publicis, verisimiliter non præsumitur læsus sui facilitate. Res enim sapiẽter gestæ excludunt præsumptionem facilitatis. Si tamen contrarium probaretur, à verisimili recederetur, quia in certis nõ est locus cõiecturis, sed in incertis. Ideo vbi est clara probatio, non est standum præsumptioni contrariæ, vt l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obli. Probatio enim vincit præsumptionẽ, vt l. filium. ff. de his qui sunt sui. & nota glos. Ioan. Andr. in cap. cupientes. §. quòd si per viginti. super verbo, verisimilia. extra de electio. libr. vj. & qui est diligens in publicis actibus & maioribus, præsumitur diligẽs & cautus in priuatis & familiaribus. & vt dicit Alber. in dicta l. j. per illam legem, non est verisimile sapientem decipi, argum. l. j. §. his incunabulis. ff. de offic. præfecti præto. & extra de præben. cap. nisi essent.

Sapiẽs dicit. Ideo dicitur sapiẽs, qui nõ fallit, nec fallit. in l. quoties. C. de ponde. & au. illa. lib. x. licet aliquando contrarium eueniat. Oculus enim & manus obstetricũ sæpe fallitur, vt in cap. causam matrimonij. extra de probatio. & xxxvij. quæstio. j. cap. nec aliqua. Iudicium vero Dei non fallit, nec fallitur, vt in c. à nobis. lo ij. extra de senten. excom. Ideo allegat Alber.

Augustinus. Augustinum dixisse, q̃ iudicium medicorum multoties fallitur, iudicium Astrologorum plerunq; inuoluitur, iudicium amici prece vel pretio subuertitur, iudicium autem Dei semper veritati innititur, nec fallit, nec fallitur. Sed in hominibus, qui in publicis aut priuatis actibus industriosi sapiẽresq; videntur, est præsumptio quòd nõ decipiantur in suis actibus. †Quod facit ad quæstionẽ de Doctore, qui est minor xxv. annis, cum posset esse Doctor & aduocatus xvij. anno, vt l. j. §. initium. ff. de postul. Si in sua causa omisit quædam allegare, ex quo dicat se læsum, in illo non est restituendus, cum sit contra eum præsumptio, argumento dictæ l. j. cum similibus. Quoniam in suo doctoratu fuit approbatus, tanquam sapiẽs, ita quòd in isto casu professio sua, & desiderium suum repugnant, vt in simili dicitur in l. professio. cum ibi notatis in glos. C. de muneri. patri. libro x. & tenet Cy. & Doctores in dicta l. j. & Angel. consil. lxxxv. secundum quotam meam, & facit quia turpe est patritio illud ius circa quod versatur ignorare, vt dicit tex. in l. ij. §. Mutij auditores. ff. de origine iuris. quod secundum Bartol. in allegata l. j. procedit in alijs actibus, in quibus quis est approbatus, vt puta mercator, & campsor, descriptus in matricula illorum, quia illo casu nõ potest petere restitutionem in integrum, argumento l. j. C. de his qui veniam ætatis imper. Industriosi autem solis actibus priuatis, nõ approbati ex publico, possunt petere restitutionẽ in integrum, grauantur tamen in onere probandi: sed si in facto dicant se deceptos, est impendenda restitutio, etiam doctori minori: quia error facti fallit prudentissimos, vt l. ij. ff. de iuris & facti ignor. Et est notandum, quòd sicut dictum est ex sentẽtia Bar. post glos. in allegata l. j. industrioso minori non approbato publicè imponitur necessitas probandi se circunscriptum, & in tantum debet illa probatio esse liquida, & clara, quòd non sufficeret semiplena probatio ad deferendum ei sacramentum in supplementum plenæ probationis. Iacobus tamen Butriga. ibi allegatus per Bald. dicebat, quòd per præsumptionem industriæ minoris siue ex eius consuetudine, siue ex publica probatione, aut publicis actibus nõ excluditur minor à beneficio restitutionis in integrum, si plenariè & clarè probauerit deceptionem, & læsionem suam, ex qua probatur eius facilitas. Sed si plenè non probauerit, illa facilitas non præsumitur: & sic fauor præsumptionis facientis pro reo contra minorem petentem restitutionem in integrum impedit, ne sibi iuramentum suppletorium deferatur, quia, vt in dict. l. j. dicit idem Bald. ad hoc vt deferatur iuramentum suppletorium, non sufficit sola semiplena probatio, nisi sit verisimilis, contra quã si aliquod sit verisimile, eliditur semiplena probatio. quod bene notate. †licet enim eo ipso, quòd quis est minor, & læsus, præsumatur quòd sui facilitate sit deceptus, tamen quando constat quòd est industriosus, non ita præsumitur facilitas: quia sæpe sine facilitate homines decipiuntur, vt l. ij. C. de rescind. vendit. & cap. dilecti. & cap. cum causa. extra de emptio. & venditi. Vnum tamen dicit idem Baldus esse circa ista notandum, quòd textus dictæ l. primæ, quodam modo ponit hæc in arbitrio iudicis, cum dicit, in cõsilio, quod exponit ibi gl. id est, in arbitrio, quoniã iudex considerare debet, an facilitate minoris vel aduersarij dolo sit ipse deceptus.

alleg

allegat ad hoc bonam glos. in l.iij.§.j. ff.de minori.
7 vbi vide Doctores. †Postremo quia text. huius re-
gulæ dicit, quòd non capitur, qui ius publicum se-
quitur. Quæritur quid iuris, si sequatur ius munici-
pale siue statutum loci: verbi gratia, dicit statutum,
quod omnes causæ, quæ mouentur inter cõsanguineos
debeant poni in compromissum: à minore cõpro-
missum est, & contra illud compromissum vult in
integrum restitui, nunquid possit. & videtur quod sic,
per l.si minor xxv.ann. filio.§.minores. ff.de mino.
Bal. Alber. Sali. & Paul. de Castr. in d.l. non videtur.
tenent contrarium, quia dictus §.minores. loquitur
in cõpromisso volũtario, sed istud fuit necessarium
propter statutum municipale, quod est ius cõmune
illius ciuitatis, vel loci, & ligat minores, sicut & ma
iores, vt l.si sine hærede.§.Lucius. ff.de admi.tu. vbi
est tex. bonus, per quem minores tenẽtur seruare sta
tuta, & cõsuetudines ciuitatis, vel loci. & ad hoc fa-
cit, quoniam licet à sententia arbitri nõ possit ap-
pellari, vt l.j.C.de arbitr. tamen à sententia arbitri
de necessitate sumpti bene appellatur, vt notat per
Bar. Bal. Sali. & Docto. in l.fin.C.de iudi. & in c.ab
arbitris. extra de offic. delega. lib.vj. & per Archi. &
Ioan. Andr. in c.legitima. extra de appel. eod. libro.
Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞Errare quid, & in quo differat ab ignorare, nesci-
re, & titubare.
2 Ignorantia quid, & quòd sonet in malum.
3 Titubatio quid.

Non videntur consentire, qui errant.

MATERIAM huius
regulę plenè examinaui in
l.in totũ omnia. ẽ. isto tit.
vbi vide recitata super se-
cundo exẽplo glos. dictę l.
in versi.ij. exẽplificat. vsque
ad vers. tertiũ exemplum.
& etiã quę collegi, & reci-
taui in l.nemo potest mu-
1 tare. & l.si librarius. ẽ. eod. tit. †Dicitur autem erra-
re, qui se æstimat scire quod nescit, secundum Paul.
de Eleaza. in apostillis suis super vj. in c.j. de sum-
ma Tri. & fide cath. ad hoc xxxviij. dist. c. quamuis.
vel vt ibi dicit glos. errare est aliud pro alio putare,
vt xxij.q.ij.c.in quibus. vide glos. super rubric. ff.de
iuris & facti igno. & glos. & Doct. in l.de statu. ff.de
testa. & Archi. in dicto c. quamuis. ex quorum dictis
colligetis differẽtiam inter errare, ignorare, nescire,
2 & titubare. †Ignorantia est nihil de aliquo scire in
facto, vel in iure. Vel secundũ Archi. propriè igno-
rare est, id quod quis scire debet nescire. & inde est,
quod dicitur, ignorans ignorabitur. v. quæst.j. §.j.
& xxxviij. dist. cap. qui ea. Ignorantia enim dicitur
mater cunctorum vitiorum, vt eadem dist. c.j. circa
hoc vide Azo. in summa, de iur. & facti igno. & per
Alber. recitatur in l.error. C. eodem titu. qui allegat
nota. per Innocen. in c.proposuit. extra de coniug.
seru. & cap. in nostra. circa princi. extra de procura.
Nescire etiam dicitur ille, qui vehemẽter opinatur.
l.libera. ff.de pecul. & ibi in glos. & l.de ætate.§.pe-
nultimo. ff.de interrog. actio. & l.si duo. C. per quas
personas nob. acquir. Error vero est cum res aliter
sit, quàm credatur: ideo aliud est errare, quàm igno
rare. ideo dicit text. l.si me in vacuam.§.sed si non
mihi. ff.de acquiren. posses. quòd si possessio potest
acquiri per procuratorẽ domino ignoranti, potest
3 acquiri & errãti, vt ibi. †Titubatio autem est, cum
quis inter duo dubius est, nec applicat se ad alterum
credendum, vt notatur in cap. ad apostolicæ. extra
de cler. excõ. mi. Ignorantia vero secundum Archi.
in dicto c.in quibus. sonat in malã partem, vt quan
do quis ignorat quæ debet scire, sed nõ errat, quod
est aliud pro alio putare, vt ibi. & ad hoc facit iste
tex. Ab homine tamen ignorante aliquid quãdoque
geritur validũ, vt l.si ita stipulatus fuero hanc sum-
mam. ff.de verborum oblig. Ad probationem hu-
ius regulæ glos. hic allegat l.si per errorem. ff.de iu-
risdictio. omnium iudicum. & l.ij. in prin. ff.de iudi.
& l.ad probationem. C.locat. in quibus probatur,
quòd errans nõ habet consensum, cum error sit con
trarius consensui. quod procedit etiam in sentẽtijs:
quoniam sentẽtia, in qua expressa est causa erronea
vel falsa, reuocatur, secundũ Sali. in l.j.§.quæsitum.
aliàs est lex. ff.quando actio de pecu. est anna. in fin.
Circa hoc tamen vide plenius examinata per Bar.
Bal. Paul. de Castr. & Ioan. de Imol. plenius loquen-
tes in l.si is ad quem. ff.de acquiren. hæredita. & per
Bald. in l.qui testamento. ff.de excusat. tuto. & per
ipsum in cap. vnico, quid præce. debe. inuest. in feu.
& ipsum Bal. in l.ij.C.de re iudic. & Petr. de Ancha.
in Clement. vt calumnijs. de senten. & re iudic. Sub-
uenitur etiam ex ratione huius regulæ, & iurium su
persus allegatorum illi, qui per errorem, & non per
malitiam aliquid facit, vt notat ipse Bal. in dicta l.
qui testamento. quod secundum eum potest ad mul-
ta valere. Ad hoc allegat l.quamuis. ff.de conditio.
& demonstr. & l.de tutela. C.de restit. in integrum.
Deinde opponitur cum glos. contra istam regulam
de l.Barbarius Philippus. ff.de officio præto. Soluit
glos. & bene, quòd ibi erat error communis, hic pri
uatus, & etiam ibi erat cõmunis vtilitas. de quo di-
cite ibi per Doctores. Vltimo glos. hic opponit de
l.j.§.si legatarius. ff.ad legem Falc. vbi voluntas hæ
redis errantis sibi præiudicat in interdicto quorum
legato. quia si adita hæreditate, quæ erat sic exhau-
sta legatis, quòd erat locus detractioni quartæ Fal-
cidiæ errans concedat licentiam legatario capiendi
rem legatam, priuatur interdicto quorum legator.
quod sibi competebat non data prædicta licentia,
vt l.j.§.quod ait prætor. ff.quorum legato. ergo vi-
detur errans consentire. Sed glos. in dicto §.si lega-
tarius. quam approbat Bart. & etiam glos. in l.cum
testamentum. C.de iuris & facti ignor. quam etiam
ibi sequuntur Docto. soluit, quòd hæres prædictus
illa licentia sibi præiudicat quo ad interdictũ præ-
dictum, sed non præiudicat sibi quo ad detractio-
nem Falcidiæ, cum illam licentiã concesserit errans
illi esse locum, quoniam vt dicit glos. dicti §.si le-
gatarius. non habetur pro inconuenienti, quòd ali-
quis in vno erret, & in aliquo consentiat.

Summarium.

1 ☞ Bonorum poſſeſſor quando ſit melioris conditionis, quàm hæres.

Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.

SATIS vtiliter materia huius regulæ fuit expedita in l.quoties duplici iure. ſ.iſto titul.ad quam recurratis. Sed vt hic dicit gloſ. propter effectũ idem iuris eſt de bonorũ poſſeſſore, & hærede. licet enim prætor directo non faciat aliquem hæredem, facit tamen per obliquum propter æquitatem, & cauſam publicã atq; naturalem, vt Inſtit.de bo.poſſeſ. §.quos autem. ideo ſuccedens de iure tantum prætorio non eſt directo, ſed in effectu hæres. & ita intelligitur hæc regula. & l.ij. & iij. ff.de bo.poſſeſ. vbi vide gloſ. & l.ij.ff.de bo.poſſeſ. hæredi.peti. Quamuis enim prætor non faciat hæredem directo, vt dicto §.quos autem. facit tamen in eum trãſire iura directa, ſed hoc eſt miniſterio ius dicentis, vt l.prætoris.in princ. ff.de damno infect.
2 † de quo & de eo quod hic ſubſequenter dicit gloſ. de incommodis, quæ quandoq; conſequuntur hæredes, & ſunt deterioris cõditionis, quàm bonorum poſſeſſores, vide in iuribus per eam allegatis, & ibi gloſ. & Doct. & plenius quæ dicta fuere in dicta regula, quoties duplici iure. Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Pignus vendi permittens quando ſibi præiudicet creditor. & nume.2.4.5.6.7.8.9.10.11.& 12.
3 Subſcribens an habeatur pro conſentiente.
13 Creditor remittens pignus, non cenſetur debitum remittere.
14 Pignus an oſtẽdere teneatur creditor, debitore vendere volente.
15 Pignus alteri pignorari permittens creditor, an ſibi præiudicet. & nume.16.

Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

PRO huius regulæ declaratione, & ſuæ gloſ. & ad euitandũ plura contraria, quæ hic fieri poſſunt, ſciẽ-
1 dum eſt, † quòd ſi fiat venditio rei pignoratę per debitorem, creditore ignorãte, non fit illi pręiudicium ignoranti, ſed tranſit pignus, vel hypotheca ad quemcunque res perueniat: quoniam perſequutio illius eſt in rem. l.pignoris. C.de pigno. cum concor. ibi allegatis in gloſ. & eſt
2 tex.in l.ſi ignorante. C.de remiſ.pig. † Aliquando debitor ſciente & tacente creditore vendit rem pignoratam, & non fit præiudicium dicto creditori ſcienti ius ſuum vbiq; eſſe duraturum, vt l.ſicut.§. non videtur.ff.quibus modis pig.vel hypo.ſol.vbi Sali.& Doct.quia, vt ibi dicitur, per hoc non videtur pignus remiſiſſe, niſi ſe ſubſcripſerit in tabulis venditionis, vt ibi dicit tex.quia tunc videtur conſentire, niſi probet cõtrarium, vel vt dicit ibi Sali. niſi ſe ſolũ ſubſcribat vt teſtis, per l.Caius. ff.de pigno.actio. facit quod habetur in l.Titia cum teſtamento.§.Lucia. ff.de legat.ij. Circa quod vide plenius gloſ.Ioan.de Imol.& Doct. in cap.ſi quis preſ-
3 byterorum.extra de reb.eccl.alie.vel non. † An ſcilicet ſe ſubſcribens habeatur pro conſentiente: ſine ſubſcriptione autem in hoc caſu præſens & tacens non habetur pro conſentiente, per tex. dicti §.non videtur.vbi plenius per Sali.& Ioan.de Imola vbi ſuprà poſt Anto.de Butr.ibi, & Hoſti.Ioã.de Cald. & Panor.in cap.ex literis.extra de trãſact.quorum eſt plenior doctrina in hoc articulo ſubſcribentis, quàm illa tradita per Bar.in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.
4 † Aliquando creditor expreſſe conſentit alienationi rei pignoratæ fiendæ per debitorem. & hic conſiderandum eſt, ſecundum prædictos Doct.in dicta l.ſicut. quoniam quandoq; poſt conſenſum prædictum res non exiuit bona debitoris, & non nocet tunc conſenſus ipſi creditori per eum præſtitus, vt l.voluntate.ff.quib.modis pig.vel hypo.ſol. interdum poſt conſenſum creditoris res ipſa pignorata exiuit bona debitoris: quia fuit vendita, & tradita emptori, ſed fuit ad venditorem reuerſa, & tunc aut ex eadem cauſa vel ſimili, vt per pactum legis commiſſoriæ vel addictionis in diem, & idẽ dici debet, vt in præcedẽti proximo caſu. & dicta l.voluntati.
5 in princip.& §.creditor. † Aliquando reuertitur res prædicta pignorata, vendita per debitorẽ de conſenſu creditoris ad ipſum debitorem venditorẽ, ex diuerſa cauſa, & in hoc eſt dicendũ, quòd vel in conſenſu præſtito de vendendo per creditorem interuenit pactum ante ſolutionem ſibi factam, quòd conſentiebat ſub conditione, ſi ſibi ſatisfieret de pretio illius rei, & tunc ſi ſibi non fuerit ſatisfactũ, nec impleta fides promiſſa, agere poteſt creditor hypothecaria contra quemlibet illius rei poſſeſſorem, vt eſt
6 tex.in dict.l.ſicut.§.illud. vbi per Bar.& Salice. † Si vero in conſenſu præſtito per creditorẽ de alienando rem pignoratam non fuerit appoſita conditio, ſed modus, videlicet quia dicit ſe conſentire, vt ſibi ſatisfieret de pretio illius rei, & tunc fide nõ impleta per debitorem, cum dolum cõmittat, & ſit in dolo, ſi ad eum res reuertatur poſt alienationem prædictam ex diuerſa cauſa, & excipiat de conſenſu per creditorem præſtito, poterit ipſe creditor replicare de dolo contra ipſum debitorem, vel eius hęredem, ſed non contra extraneum poſſeſſorem, ſi exiuiſſet manum debitoris vendentis, per text. dicti §. illud. in verſic.quòd ſi is. quem ſic dicit Salic.poſſe intelligi, licet ſuper hoc relinquat eſſe cogitandum. Ipſe autem in l.fi.C.de remiſ.pig. in ſua diſtinctione expreſſe dixit, quòd ſi creditor expreſſum conſenſum præſtiterit alienationi, vt de pretio ei ſatisfieret, ſi factum non fuit, ſibi non præiudicat, quin re reuerſa ad

ſa ad

sa ad debitorem etiam ex diuersa causa cadat in hypo-
thecam, vt d. §. illud. & dat rationē, qa animus credito
ris consentientis alienationi, non fuit ex toto liberalis.
& ita intelligit gloss. in § superuacuum. in dicta l. sicut.
quæ ratio videtur concludere, etiam in extraneo rem
illam possidente, quod ęquum quibusdam videretur.
Sed vt vult idem Salic. esse cogitādum, si secum vultis
7 cogitare. † Aliquando in consensu creditoris nullum
pactum interuenit: quo casu, licet Pet. de Bellaperti. di-
xerit, q; præsumitur tantum cōsensisse, sic scilicet quòd
de pretio sibi satisfiat. Salic. in dicto §. superuacuum.
tenet contrarium, quia solus Deus nouit abscondita
cordium, vt not. per glos. in l. penul. ff. de interrog. acti.
& scrutator est illorū, in cap. primo. extra ne sede vacā.
& cap. tua. extra de simon. ideo si per exteriorem actū
de animo non constet, ille non est præsumendus, quia
ex simplici consensu apparet de contrario, vt dicta l. ij.
& l. cum te. & l. fin. C. de remissio. pign. & facit quod
notatur per gloss. & Docto. in l. si tibi. §. de pignore. ff.
de pact. & etiam verum est, quòd tacite retenta in cor-
de non prosunt, quādo non insunt ex rei natura, vt no
tatur in l. si repetendi. C. de condic. ob causam. Ideo cō
cludit ipse Salic. isto casu pignus, vel hypothecā non
8 reintegrari, per dictā l. cum te. & allegatam l. fi. † Quan
doq; debitor distrahit pignus sciente creditore, & tacē-
te: quo casu, licet sit superius dictū illud non nocere cre
9 ditori per d. §. non videtur. † Fallit si seruum aut ancil-
lam datos pignori manumittat debitor illorū domi-
nus, & hoc fauore libertatis, vt l. prima. C. de remis. pi-
10 gno. † Fallit etiam si creditor illam alienationem rei pi
gnoratæ sciens tacuit in fraudem, & animo decipiēdi:
quia tunc sibi tacenti præiudicat, vt l. mulier. C. de di-
strac. pigno. & l. si sine. C. ad Velleia. & not. Salic. in di
11 cto §. non videtur. † Fallit etiam fauore fisci vendētis
res pignoratas, vt est text. in l. si hypothecas. C. de re-
12 mis. pigno. † Item similiter fallit, si res pignori obliga-
ta generali programmate vēdatur, vt l. si eo tempore.
eod. tit. vbi vide Ioā. Fab. circa hoc plures quæstiones
mouentem, & notabiliter decidentem, videlicet primo
an hoc habeat locū in subhastatione, quæ fit voce præ-
conia, quæ paucis innotescit, vt in authen. de litig. §. o-
mnem. colla. viij. & in authen. qui semel. C. quomodo
& quando iud. Concludit tamen id consuetudine ob-
seruatum, quòd procedat in ea. Addit etiam illud pro
cedere contra clericos creditores, etiam facta subhasta-
tione autoritate iudicis secularis: quia licet laicus iu-
dex non possit eos ligare, vt in cap. quæ in ecclesiarū.
extra de constitu. & cap. at si clerici. extra de iudi. & c. si
diligenti. extra de foro compet. & auth. statuimus. C.
de episco. & cleri. Ius tamen cōmune d. l. si eo tempore.
eos ligat, licet in hoc non bene consentiat Hostien. in
c. fin. extra de solu. Concludit deinde, quòd creditores
sub conditione ligantur ex programmate, quamuis
ante euentum conditionis non possent agere, vt ff. de
pigno. l. grege. §. sub conditione. quia saltem debent
protestari de iure suo, & se opponere. ad hoc facit l. in
possessionem. ff. ex quibus cau. in posses. ea. & l. credi-
toribus. ff. de separa. & l. penul. ff. quib. ad liber. pcla.
non lic. Dñi autē directi rerum pignoratarū, quę ven-
duntur, tutè faciunt intimando emptoribus rerū prę-
dictarum, quòd sunt emphyteuticę, quamuis etiam ta-
cendo non debeat eis nocere, quia solum iura emphy-
teutica venduntur. facit l. qui tabernas. ff. de contrahē.

emptio. & l. si sterilis. §. primo. ff. de actio. empt. & ven-
13 di. ¶ † Vnum tamen nota, quòd licet creditor remittat
pignus vel hypothecam, cum sit accessorium, non in-
telligitur remissum principale debitum, vt l. creditorē.
C. de remiss. pigno. & ibi notatur, & per Alberic. in l.
14 postquam. ff. de pac. ¶ † Notandum est etiam secundū
Salic. in dicto §. illud. in verbo, tutius. bonam concor-
dantiam ad illud quod habetur in l. quamuis. ff. de pi-
gno. actio. scilicet quòd creditor nō est compellendus
ostendere rem mobilem pignoratam emere volenti-
bus petente seu instante debitore, nisi creditori prius
idoneē caueatur, quòd de pretio ei satisfiet. quod te-
15 nete menti. † Prædicta procedunt secūdum casus suos
in consensu præstito per creditorem de alienando rem
pignoratam. ¶ Sed quæstio est si cōsenserit, non vt pi-
gnus alienetur, sed vt alteri pignoretur, & tex. in l. Pau
lus. aliâs Sempronium. ff. quibus mod. pig. vel hypo.
sol. videt velle, q; creditor cōsentiens vt pignus pigno
ri detur, solum videtur remisisse ius pignoris, non autē
illum secundum sibi seu in suo iure fecisse successorem.

Si creditor cōsenserit vt alteri pignoret

vbi gloss. contra hoc opponit de l. iubemus. C. ad Vel
leia. & respondet illam intelligendam esse, quòd consen
tiens creditor in hoc sibi præiudicasse videatur quo ad
illum tantum, in cuius fauorem consensit, non quo ad
alios, ideo per exceptionem dicitur remisisse, non au-
tem ipso iure, vt ibi dicit gloss. Sed Bart. fuit in opinio
ne, quòd sibi præiudicet quo ad omnes, per text. dictę
l. Paulus. & ad contrariū de l. iubemus. respondet ibi
esse speciale in muliere. Salic. verò in dicta l. Paulus. p
16 concordia opinionum dicit, † quòd si consensus obli-
gandi pignus accommodetur respectu certę personæ
cui fiat pignoris obligatio, sit vera opinio dictę glos.
sed si consensus simplex sit non determinata certa per-
sona cui obligetur, sit vera opinio Bart. & ita ibi per-
transit, & etiam ipse in d. l. fi. C. de remis. pig. & p hæc
sit declarata ista regula cum sua gloss. Gulíel. Mayne.

Summarium.

1 ☞ Dominus ex vna causa, non potest amplius fieri dominus.
2 Res eadem ex pluribus causis potest deberi & peti, sed non eius dominium acquiri.
3 Causæ duæ lucratiuæ vel non lucratiuæ quando in eadem re acquirenda possint concurrere. & numero 4. 5. 6. & 7.
8 Scientia sine charitate inflat.

Non vt ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem potest nostrum esse.

LOSSA hanc regulam
opportune declarat per iu-
ra quę in ea allegantur atq;
declarantur. & per Bartol.
plenius post gloss. & ibi Io.
de Imol. in l. tertia. §. ex plu-
ribus. ff. de acquiren. posses.
1 † Dominium enim non po
test haberi ex pluribus cau-
sis in diuersum tempus acquisitionis concurrentibus

vtraq; causa remanente. Semel enim dominus, non po
test effici vlterius dominus, vt Insti. de actio. §. sic itaq;.
facit l. si mater. §. candē. & l. & an eadem. §. actiones. in
fin. de exec. rei iudi. licet ex pluribus caussis titulum fa-
cientibus simul concurrētibus res possit effici nostra,
& sic dominium acquiri, secundum gloss. & Bartol. in
dicto §. ex pluribus. facit l. in numerationibus. & l. cū
quis. §. de peculio. ff. de solutio. & l. si creditori. §. Mar-
cellus. ff. de lega. primo. quod declarate melius per do.
Bartol. & Docto. in d. §. ex pluribus. vbi gloss. allegat
2 hanc regulam. † Sed ex pluribus caussis eadem res pōt
deberi, & peti, secundum gloss. per istum text. & per il-
lud quod habetur Instit. de lega. §. si res aliena. & dicta
3 l. si mater. §. eandem. † Intelligatis tamen, quòd in eodē
homine, & eadem re non possunt duæ causæ lucratiuę
concurrere ad rem ipsam consequendam, vt dicto §.
si res aliena. secus si alia dictarū causarum sit onerosa:
quoniam vbi testator, qui rem legauit, moritur ante-
quam cedat dies legati, & ante diem legati cedentem le-
gatarius adeptus sit dominium rei prædictæ legatę, ex
causa onerosa agere potest contra hæredem ad æstima
tionē illius rei, esto quòd ipse rem habeat ex dicta cau
sa onerosa, quoniam legatum est titulus lucratiuus, nō
onerosus. ad quod facit l. legatum est. ff. de lega. ij. & fa
cit l. vnica. cum ibi notatis. C. de impo. lucra. descript.
libr. x. & tenet gloss. in l. si is qui. ff. de actio. & obliga.
dicit tamen Angel. Aret. in dicto §. si res aliena. nō esse
prohibitum habere primo æstimationem rei, & post-
ea ipsam rem, etiā ex caussis lucratiuis, non tamen ecō-
tra, vt si quis primo cōsequať rem, quia postea ipsam
rem vel eius æstimationem ex causa lucratiua non con
sequetur, vt est decisio textualis in dicto §. si res aliena.
vbi ipse Ang. Areti. concludit per regulas istum arti-
culum sub quadā distinctione, quæ fuit Bar. in l. Mę-
4 uius. §. duobus. ff. de lega. secundo. † Prima regula est,
quòd duæ causæ non lucratiuæ possunt concurrere
ex quibus idem deberi potest, vt in isto text. in princi-
pio. & l. non est nouum. ff. de actio. emp. & vend. vbi
5 Alberic. & Salic. † Alia regula est, quòd vna causa lu-
cratiua, & alia causa onerosa possunt etiam concur-
rere, vt l. ex promissione. & dicta l. si is qui. secundum
vnam lecturam. ff. de actio. & obliga. & l. planè. §. ꝙ
6 si rem. ff. de leg. primo. & d. l. Męuius. §. duobus. † Ter-
tia regula est, quòd duæ causæ lucratiuæ non possunt
in eadem re, & eadem persona concurrere, vt dicto §. si
res aliena. & l. omnes. ff. de actio. & oblig. & l. quoties.
la tertia. ff. de solutio. & ibi per glo. & per Bar. in dicto
§. duobus. vbi hoc declarat, scilicet quòd duæ causæ lu
cratiuæ in persona eiusdem, & in eadē specie verē, quæ
possunt ad oculum demonstrari, non possunt concur
rere eodē tempore quo ad effectum exactionis. quod
declarat ipse longius. Dictū est quo ad effectū exactio
nis non concurrere duas causas lucratiuas in eodem,
quia bene concurrunt quo ad contractum, obligatio-
nem, & actionem, vt dicta l. & an eadem. §. actiones. di
ctum est etiam eodem tempore, quia diuerso tempore
possunt concurrere, vt l. ex instrumento. ff. de verborū
obligationi. & ibi Ioannes de Imol. qui rationem red-
dit, quia effectus primæ causæ lucratiuæ reperitur ex-
tinctus tempore superuenientis effectus secundæ cau-
sæ lucratiuæ, sed eodem tempore non possunt concur-
rere, vt dictum est, per iura superius allegata. & facit l.
inter stipulantem. §. si rem. ff. de verborum obligatio.

Legatū est ti. lucratiu9

Dictum est etiam in eadē persona, in q̄ua nō possunt
duæ causę lucratiuę ab initio cōcurrere, sed bene cōcur
rere pn̄t, si ex postfacto deueniāt ad eandē personā, vt
dicta l. si is qui. secundū vnam aliam lecturam. De di-
uersis autem effectibus, quos operatur ista tertia regu
la quo ad effectum impediendæ exactionis, vel solu-
tionis in eadem re, vel quo ad effectum impediendæ
solutionis in eadem re, tractat ibi Bartolus, quem re-
citat Angelus Aretinus vbi supra, & Bald. in dicto
7 §. duobus. & §. fundo. eadem lege. † Et si vultis ꝓ pro-
secutione huius materiæ in practica potest dici, secun-
dum Salic. in dicta l. non est nouum. quòd vbi plures
actiones ad idem & eidem competentes competunt
contra diuersos, licet sint eiusdem formulæ, procedit &
habet locum dicta l. si is qui. ff. de actio. & obligatio. se
cundum lecturam Dyn. Rayne. & Barto. Si verò com-
petant contra eundem siue ambæ sint eiusdem formu-
læ siue diuersę, & sint ex causa lucratiua, habet locum
l. si mihi & tibi. in principio. ff. de lega. primo. quia ex
vna tātum peti potest. & est ratio, quia in eadem re, &
eadem persona non possunt concurrere nec compete-
re, vt dicto §. duobus. & iuribus superius allegatis. Si
verò duæ actiones eidem atq; ad idem competentes,
non sint ambæ ex causa lucratiua, sed ambæ ex causa
onerosa, sufficit ambas ꝓponi sub vna formula actio
nis, in qua deducatur effectus vtriusq;, vt dicta l. nō est
nouum. etiam, vt ibi dicit Salic. si competant ad res di-
uersas, vt l. cū duobus. alias est l. si inter fratres. §. si plu-
res. ff. pro socio. ¶ Sed si quæratur, an possit actor cō-
pelli deducere omnes illas causas sub vna formula pe-
titionis, cōcludit Salic. quòd sic si illas singulariter in-
tentet, ex quo illarum effectus potest sub vna formula
comprehendi, & contineri ratione minuendarum li-
tium. & hoc tenet gloss. in dicta l. non est nouum. & di
cta l. si mihi & tibi. in principio. quas sic dicit esse intel-
ligēdas, & ne fiat per plura, quod fieri potest per pau-
ciora. Illis singulariter per actionem non intentatis,
sed vna illarum tantum, non potest actor cogi illas ea
dem formula intentare propter regulam iuris positam
in l. vnica. C. vt nemo inuit. agere vel accusa. coga. &
etiam, quia nihil apparet iudici per quod actor velit
multiplicare lites. Quandoq; autem vna illarum cau-
sarum est lucratiua, & alia onerosa: quo casu nō est cō-
pellendus actor illas sub eadem formula proponere,
cum non possit comprehendere effectum vtriusq; a-
ctionis, cum nō sit idem per omnia, vt dat exemplum:
Quidam promisit per stipulationem dare Titio fun-
dum ex causa permutationis, & similiter promisit eum
dare Caio cui successit Titius. Non est ipse cōpellen-
dus sub eadem formula stipulationis ambas actiones
intentare, quia ambarum non est per omnia idem effe-
ctus. Sed quando sunt eiusdem formulæ, habet locum
d. l. si is qui. secundum aliam lecturam, dummodo am
bæ non competant ex causa lucratiua. & istum dicit Sa
lic. esse in hac materia modum practicandi. ¶ Addatis
8 ad gloss. huius l. in fin. dum dicit, † quòd scientia inflat,
id est, per superbiam facit hominem inflari, vt exponit
Archidiac. ix. q. iij. cap. si autem aliquis. facit quod ha-
betur in cap. nisi cum pridem. §. pro defectu. extra de
renuntia. Sed non est bona scientia nisi charitate duca-
tur, & non superbia. ad quod ibi allegať beatus Ber-
nardus dicens, quòd sicut cibus indigestus stomachū
corrumpit, & hydropicū nutrit: sic scientia animæ ad-

Sciētia inflat.

Bernardus scia sine charitate.

iecta

secta nisi sit feruore charitatis decocta, malos mores ge-
nerat. Cicero etiā in libro primo de Offic. dicit, quòd
scientia quæ remota est à iustitia, calliditas potius, q̄
sapientia est dicenda. & beatus Gregorius super Mar-
cum cap. primo, in principio. Vires, inquit, quas im-
peritia denegat, charitas subministrat. Frāciscus etiam
Petrarcha in lib. de vita solitaria, dicit, quòd copia lite-
rarum non semper modestum pectus inhabitat, & sæ-
pe inter linguam & animū magna cōcertatio est. Qui-
dam enim literis impediti, & onerati potius quàm or-
nati rem pulcherrimam scire turpissimis moribus mi-
scuerunt, & hoc solum didicerunt superbire tanta a-
nimi vanitate, vt scholas nunquam vidisse multo me-
lius foret. Vos hortor ab hoc vitio sapiētius vt cauea-
tis, ne rem sanctissimam, scilicet scientiā, vt eam vocat
Iurisconsultus in l. prima. §. est quidem. ff. de varijs &
extraordina. cog. vlla superbia polluatis seu deturpe-
tis. Est enim scientia donum Dei, vt in c. qualiter post
obitum. extra de elect. & in cap. illo vos. extra de pign.
& facit quod habetur xvj. q. j. cap. reuertimini. cum si-
milibus. & ideo non cum superbia, quæ est maximū
vitium, sed cum charitate maxima virtutum iungi de-
bet. ad quod facit text. beati Hieronymi. viij. q. j. cap. si
ergo. in fi. & ita vos hortor faciatis. Guli. Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Donatio & pactum de donando differunt, sicut venditio & pactum de vendendo.
2 Venditionis nomine continetur largè omnis alienatio.
3 Venditioni consentiens nō tenetur de euictione, sicut vendens.
4 Vendens si dictum sit vt nō teneatur de euictione, nihilominus tenebitur pretium restituere.
5 Venditio in ludo facta quando non valeat.
6 Mutuans in ludo quando non recuperet.

Aliud est vendere, aliud est vendenti consentire.

GLOSSA ponit ca-
sum pro declaratione inter
vendentem, & venditioni
per alterum factę cōsentien-
tem. †Sicut aliud est dona-
1 re, & aliud facere pactū de
donando, secundum Ioan-
nem de Imo. in l. in ædibus.
§. ex rebus. ff. de donationi.
faciūt ad hoc notata in tex. & glossa, & per Doctores
in l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco. & in cap.
primo. per gloss. extra de electio. libro vj. vt enim dicit
dictus de Imola, licet venditio & emptio perficiatur
consensu, vt l. consensu. ff. de actio. & obligatio. cum si-
milibus, non est tamen sic in pacto de vendendo, per
quod dicunt Alberic. & Salic. post Iacobum Butri-
garium in dicta l. in bonæ fidei. quod si per statutum
illi qui præpositi sunt colligendis vectigalibus seu pe-
dagijs habeant arbitrium super venditionibus factis,
ad eorum arbitriū nō pertinent promissiones de ven-
dendo: quia promissio de vendendo non est vendi-
2 tio, imò sunt diuersæ secundū eum. ¶ †Notate tū, quòd
verbum, emptionis, largè sumptum complectitur o-
mnem alienationem, vt l. statuliberi à cæteris. §. fina. &
ibi gloss. ff. de statulibe. & l. sicut. §. venditionis. ff. qui-
bus modis pignus vel hypoth. solui. & ibi etiam no-
tatur in gloss. sed non de proprio significato, vt nota-
tur in dictis iuribus, & l. sancimus. C. de rebus alienis
non alienandis. & ex illis patet, quòd prohibitus ven-
dere, videtur prohibitus permutare vel donare, vt no-
tatur per glos. fin. & ibi Panormitanus in cap. ex par-
te. extra de postulan. & hoc verum nisi in dispositione
fieret mentio de pretio, quia tunc intelligitur strictè de
contractu venditionis, vt l. fina. de præd. curi. si. decre.
non alien. libro x. & notat Panormita. in dicto cap. ex
parte. Alienationis autem species est quando ex con-
tractu paratur exceptio perpetua, secūdum Baldum
in l. prima. C. si aduers. transactio. ad quod allegat l. pri
mā. ff. si quid in fraudem patron. & idem tenet Salice.
in l. non solum. C. de præd. mino. Veruntamen aliena-
re propriè dicitur ille qui tradit rem, sed non ille qui
eam dimittit apud possessorem in contractu transa-
ctionis, vt notatur per Baldum in titu. de controuers.
inter vasal. & ali. de beneficio. pro quo allegat textum
3 singularem in l. si pro fundo. C. de transactio. † Et sic Aliud
videmus, quòd aliud est vendere, & aliud vendenti cō- est ven
sentire, vt in hoc textu. quod explanat gloss. hic decla- dere a-
rando, quòd vendens tenetur de euictione etiam non liud vē
promissa, si res vendita euincatur, vt est text. in l. non dēti cō
4 dubitatur. C. de euictio. imò vltra glo. † si dictum fue- sentire.
rit in venditione venditorem de euictione non teneri,
tenebitur tamen re euicta ad restituendum pretiū em-
ptori, vt est text. & ibi Docto. in l. emptorem. §. sed Iu-
lianus. & §. sequen. ff. de actio. empt. & vendit. quia bo-
na fides in hoc contractu requisita non patitur vt em-
ptor rem amittat, & venditor retineat pretium, vt ibi:
sed consentiens venditioni per alium factæ secuta eui-
ctione non tenetur, vt l. quidam. ff. de euictio. quod ibi
prosequitur Bald. distinguendo, quòd quādo quis est
præsens, & sciens venditionem, & nō recipit pretium
vel partem pretij, nec subscribit, consentire nō videtur,
nec se obligare de euictione, vt l. Caius. cum ibi nota-
tis. ff. de pigno. actio. & dicta l. sicut. §. non videtur. ff.
quibus modis pignus vel hypothe. solui. Sed præsens
& consentiens tacitè vel expresse venditioni, non tamē
pretium nec eius partem recipiens, non tenetur de eui-
ctione, sed quo ad rem venditam sibi præiudicat, vt di-
ctum fuit in l. creditor. §. isto titu. Si verò recipiat pre-
tium, vel partem eius, ipso iure sibi præiudicat, & de e-
uictione tenetur, vt dicta l. quidam. & sic patet, quòd
aliud sit vendere, aliud cōsentire venditioni, dummo-
do consentiens non recipiat pretium, vel partem eius.
Vendens autem rem alienam, sicut vendere potest in
suum præiudicium, vt l. rem alienam. ff. de contrahen.
emptio. qui melius forum facit de re aliena, quàm pro-
pria, vt notatur per gloss. & Baldum in l. Iulianus. §.
curator. aliâs est lex. ff. de curat. furios. tenetur tamē de
euictione, imò & de dolo post venditionē etiam cō-
misso, vt l. in vendendo. §. primo. & l. si cum fundum.
§. fina. ff. de contrahen. emptio. & l. eleganter. §. non so-
5 lum. ff. de dol. ¶ † Addi potest ad hanc regulam, quòd
videtur non esse aliud vendere, & aliud vendenti con-
sentire: quoniā idem est effectus in casibus in quibus

venditio non valet aut est nulla, qui multi sunt, videlicet in eo qui existens in ludo vẽdit rem aliquam collusori, quia non valet cõtractus, nec tenetur venditor de euictione, vt l. fina. §. primo. ff. quarum rerum acti. non dat. valeret tamen si alteri vendatur, quàm collusori, vt l. fina. ff. de aleato. & est ratio, quia qui non ludens, vel non tenens ludum, emit rem à lusore, & sibi soluit pretium, soluit non præcisę consumpturo, quia potest vincere, vel lucrari, secundum Bartolum ibi, & in l. si quis cum sciret. ff. de vsucapioni. pro empto. & Panormitanus in cap. si diligenti. quinta columna. extra de præscriptio. Idem est in eo qui iure prohibente emit vel vendit, vt in cap. qui contra iura mercatur. extra eodem titulo. vbi vide Dynum, & plenius Panormita. Benedict. & Doctores in allegato cap. si diligenti. enumerantes alios casus in quibus non valet venditio. & Bartolus in dicta l. si quis cum sciret. vbi Ioan-
6 nes de Imo. † circa illud quod dictum est de emente in ludo, explanat de mutuante in illo, an posit mutuum datũ repetere. de quo dicitur regulariter, quòd sic, per dictã l. fina. §. primo. ff. de aleato. quod tamen fallit in illo qui in illo loco tenet ludum, secundum glo. ibi. facit quod habetur in l. prima. §. primo. eodẽ titu. Fallit etiam in collusore mutuãte pecuniam collusori, vt ibi notatur, & per gloss. in l. quòd si minor. §. fina. ff. de minoribus. & in l. secunda. ff. quarum rerum actio non da. Tertiò fallit quando mutuo recipiens pecuniam esset minor, vt eadem l. quòd si minor. §. primo. & tenet gloss. in dicta l. si quis cum sciret. Quartò fallit in illo, cui est interdictum bonis, per notata in l. is cui bonis. ff. de verborum obligationi. Cętera tangentia hũc articulum vide in locis allegatis. ¶ Addatis postremo vnum casum in quo non valet venditio, quem ponit Baldus in l. prima. in fine. C. qui testamenta face. possunt. videlicet in vẽditione iurisdictionis partis vnius castri, quam facit vnus condominorum ad ęmulationem alterius. & dicit eam nõ valere, per rationem l. quicunq. C. de fund. limitrop. lib. xj. quod dicit esse notandum. Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Vide aliũ casum in quonõ valet venditio.

Summarium.

1 ☞ Vniuersitatis nomine quid intelligatur
2 Gens quot modis dicatur. & nu. 3.
4 Gentem quot homines faciant. & nu. 7.
5 Populum decem homines faciunt. & nu. 6.
8 Ciuitas quæ dicatur.
9 Villa quæ dicatur.
10 Castellum quid.
11 Castrum quid.
12 Oppidum quid.
13 Capitulum quot modis sumatur.
14 Legio quid. & nu. 15. & 16.
17 Collegia omnia reputantur illicita, nisi approbata.
18 Reputatio facit ius.
19 Collegium faciunt tres.
20 Consules non repræsentant ciuitatem, sed consilium totum eam repræsentat.
21 Vniuersitates quæ possint facere statuta. & numero 22.
23 Collegium non necessariò debet semper habere rectorem vel prælatum.
24 Prælati plures quomodo esse possint in eadem ecclesia.
25 Metropolitana ciuitas quæ dicatur.
26 Ciuitas vt dicatur, opus est approbatione principis.
27 Ciuitas si à papa priuetur episcopo, non desinit esse ciuitas.
28 Prouincia quæ dicatur. & nu. 29. & 30.
31 Vnio ecclesiarum triplex. & nu. 32. & 33.
34 Prouincijs duabus sub vno præside vnitis, an negotia vnius possint in alia expediri.
35 Syndicus quis dicatur.
36 Oeconomus quis dicatur.
37 Oeconomus ecclesiæ debet ab episcopo habere administrationem, & non debet esse laicus. & nu. 38.
39 Actor quis dicatur.
40 Procurator propriè loquendo non constituit ab vniuersitate, sed syndicus, vel actor.
41 Syndicus vniuersitatis & actor quomodo differant.
42 Laicus non potest esse oeconomus ecclesiæ, sed bene syndicus & procurator. & nu. 43.
44 Syndicus qualiter sit constituendus. & numero 48. & 49.
45 Congregatio capituli vel vniuersitatis qualiter fieri debeat. & nu. 46. 47. 50. & 51.
52 Absentes quando omnes ad consilium vocãdi. & numero 53. 54. & 55.
56 Mulieres quare ad consilium non vocandæ.
57 Nomina maioris partis vniuersitatis an sint exprimenda in electione vel constitutione aliqua. & nu. 58. 59. 60. & 61.
62 Sigillum vniuersitatis est ad cautelam instrumẽtis inserendum.
63 Consensus eligentium an simul debeat concurrere.
64 Iudicis sententia an faciat syndicum. & nu. 65.
66 Maior pars si constituat syndicum alijs nolentibus litigare, an valeat.
67 Commune pluribus vt singulis nõ potest tractari nisi omnes consentiant, nisi in casibus. & numero 68. & 69.
70 Congregationi capituli an oporteat duas tertias omnium esse praesentes. & nu. 71. 72. & 73.
74 Statutum vniuersitatis iniquum potest querela & appellatione rescindi. & nu. 75.
76 Minor pars quando posit actum expedire.
77 Contumacia vniuersitatis vel syndici grauatur vniuersitas in bonis communibus, non in bonis singulorum.
78 Syndicus non potest obligare singulares, sed totã vniuersitatem.
79 Vniuersitas quare non æquiparetur pupillo.
80 Vniuersitate non satis habente in communi, quomodo succurretur creditoribus.
81 Collecta quomodo imponenda. & nu. 82.
83 Collecta à quo & quibus indici posit. & nume. 84. 85. 86. 88. 89. 94.
87 Princeps non potest priuilegium alicui concedere in damnum reipublicæ.
90 Sacerdotes an dicantur de vniuersitate ciuium ad subeunda onera. & nu. 91.
92 Ciuium appellatione quando contineantur sacerdotes & monachi. & nu. 93.
94 Clericis an posit imponi collecta vel talia. & numero 95.

Refertur ad vniuersos quod publicè fit per maiorem partem.

PVLCHRAM materiam habet haec regula,quę allegatur saepius per Doct.
in locis inferius allegandis.
¶Pro cuius expeditiõe sciẽdum est secundum doctrinam Barto. in l. quod maior.ff.ad municipa. & glos.
& Doctores in cap.cum omnes.extra de constit.& l.nulli.ff.qđ cuiusq; vniuer.
no.post Dynum in cap.quod omnes tangit.extra isto
titulo.libro vj.Quod quaedam sunt communia pluri
bus vt vniuersis,de quibus loquitur text.& dicta l.qđ
maior.& l.nulli.cum similibus.Quaedam verò sunt cõ
munia pluribus vt singulis,vt l.in concedendo. & l.si
autem.ff.de aqua plu. arcenda. & l. per fundum.ff.de
seruitu.rusticorum praedio.& l.quòd si nolit.§. si plu
res.ff.de aedil.edict.& l.si praecedente.§.Lucius.ff. man
da.& l.cohaeredibus.C.famil.ercifcund. & l.fina.C.de
1 autor.praestã.cum multis similibus.†Sed quia iste tex.
sępius,vt dictum est,allegatus per Docto.in pluribus
passibus dicit ad vniuersos referri illud quod fit publi
cè à maiori parte: Videndum esset de quibus vniuer
sis loquatur,quoniam vniuersi dici possunt,& appel
lari,noĩe gentis, populi, ciuitatis, vniuersitatis, colle
gij,capituli,legionis,corporis,societatis,& similiũ,de
quibus plenè per gloss.& Innocen. extra de excessib.
praelatorum.in cap.dilecta.& Bartolus in l.fina. ff. de
colleg.illic.in quibus est omnino cõgregatio licite ho
2 minum coadunata.†Gens enim vno modo sumi po
test pro hominibus totius mundi.ita sumi videtur in
l.prima.§.fina.& l.ex hoc iure.ff.de iustit. & iure.& l.
iurisgentium.ff.de pactis. & Institut.de iure natura.§.
ius gẽtium.cum similibus multis.Nec dixerit aliquis,
quòd illi text. in plurali numero de iure gentium lo
quuntur,nõ de iure gentis,quia noĩa collectiua singu
laris numeri pluralem & vniuersalem significationẽ
dicuntur habere,vt in l.vsu iuris.ff.titu.proxi.proba
3 tur.†quod verum est,nisi genti aliquod nomẽ restrin
gens apponeretur,vt si diceretur gens Italiae,vel Fran
ciae,aut Hispaniae,vel Germaniae,quia tunc non de to
tius orbis gente,sed de illa expressa intelligeretur. Ali
quando sumitur gens pro familia seu vniuersa gente
vnius familiae,aut vnius prouinciae,vt probatur in l.
prima.ff.de proba.& l.pronuntiatio.§.communi iu
re.ff.titu.proximo.Aliquando sumitur pro congrega
tione seu collectione hominum.ad quod facit l. prae
4 tor.la secunda.per totum.ff.vi bon.rapto.†Quot au
tem homines faciant gentem. Barto.in l.fi.ff. de abig.
& l.praetor.la secũda.in fi.princ. superius allegata , di
cit,quod quatuor,aut quinq;,si sunt equites,sed si pe
dites decem.& hoc quod dicitur de decem,videtur ꝓ
bari,ideo quia iura promiscuè vtũtur his dictionibus
gens,& populus,vt l.omnes populi.ff.de iustit.& iur.
5 & Instit.de iure natur.gentium,& ciui.§.ij.† Sed decẽ
ad minus faciunt populum,vt notatur per glo. & Pa
nor.in cap.primo.extra de elect.& facit quod habetur
Institu.de iure natur.§ plebiscitum.& in dicta l.fina.ff.
de abig. & allegata l.praetor.§. primo.& l. rerum mi
stura.ff.de vsucap.Idem notat gloss.x.q.j. cap. primo.
quam allegat Panormita.ad hoc in dicto cap. primo.
6 extra de elect.†idem dicit facere ad statutum puniens
illum qui de nocte congregauit populum:quia si cõ
gregauit decem homines,dicitur populum cõgregas
se.Idem dicit de plebe, quia decem faciunt plebem, vt
x.q.iij.cap.vnio.& idem dicit de gente sequendo Bar
tol.quem ipse allegat in dicta l.praetor.cuius sunt haec
verba,& secundum aliquos dici potest,quòd indistin
ctè gens dicitur decem homines,siue equites sint siue
pedites,quia nomine gentis turba significatur,quae ꝓ
cedit ex collectione hominum,vt dicta l.praetor.§. pri
mo.& facit ad hoc, quia cum sint decem homines,vel
supra,delictum videtur notorium,& ex multiplicatio
ne augeť poena,vt l.si plures serui.ff.de iniur.facit qđ
notat Cyn.in l.ea quidem.C.de accus.post principiũ.
vel vt dicit Ioannes Raynaud. in repetitione dictae l.
7 ex hoc iure.†forte non esset haereticũ dicere duos vel
tres homines facere gentem,quia statim primis paren
tibus creatis incoepit genus humanum,& ius gentiũ,
vt sentit gloss. in dicta l.ex hoc iure.& sic fuit gens in
duobus statim constituta.¶Vult etiam Bald.in l.secũ
da.in fi.principij.sup verbo,multitudo,quòd in duo
bus,tribus, quatuor,vel quinq;, dicit multitudo.Di
ctum est etiam.ff.appellatione vniuersorum contine
ri ciuitatem: idem dici potest de villa, castro, castello, Appellatione
8 & oppido. †Circa quod pro declaratione termino vniuer
rum,Sciendum est,quòd vt dicit Panormi.in cap. pri forum.
mo.extra de offic.ordin. vrbs potest appellari ciuitas, Vrbs.
vt est text.in l.secunda.& in.l.Publius.§.vrbs.ff.titulo
proximo.& per excellentiam in genere intelligitur Ro
ma,vt Institu.de iure natura.gẽtium,& ciuil.§.sed quo
ties.sed de communi consuetudine Italiae ciuitas ipsa
dici solet,quae habet episcopum.quod tamẽ dicit ipse
non procederet de iure,quia absq; episcopo potest esse
ciuitas,quoniam prius quàm forent episcopi erant ci
uitates:quod etiam voluit Bart.in extrauaganti Hen Ciuitas.
rici Imperatoris,quae incipit,quoniam nuper.sup ver

bo,Lombardiæ.sed tempore primitiuæ ecclesiæ fuit
ordinatum,qu òd episcopi constituerentur non in par
uis aut modicis ciuitatibus non populosis,neq; in ca-
stris,vel villis aut oppidis,sed magnis , & populosis,
vt est tex.in c.episcopi.lxxx.distin.& in c.j. vbi Doct.
extra de priuileg.de quo vide plenius Dom. de sancto
Gemin.post Ioan. And.in nouella in cap.si ciuitas.ex-
Villa. 9 tra de senten.excõ.lib.vj.† Villa verò vt dicit idem Bar
tolus vbi ſ.in Francia dicitur idem qđ ciuitas.& idem
Dñicus de sancto Gem.vbi ſ.in Italia secus,in qua vil-
la dicuntur ędificia collata sine muris,aut sine vallatis
& fossis vel munitionibus:& talis villa dicitur vicus.
de quo habetur in l.qui ex vico.ff. ad municipa.& in
l.nulli.§.quòd si in vico.C.de episco.& cleri.& l.tertia.
C.de natur.liber.facit text.in l.si hæres.§. primo.ff.de
lega.primo.& l.prima.§.domum. ff.de liber.agn.vbi
glo.dicit villam sumi posse pro domuncula facta gra
tia fructuũ.& ibi vide Bar.& in l.prima.§.siue autem.
ff.de noui oper.nuntia.vbi allegat notata per Ioannē
And.in dicto cap.si ciuitas.in nouella.Inter ciuitatem
etiam,vel vrbem,& villam text. sacræ scripturæ , facit
differentiam Leuitici xxv.cap.Idem facit Ioannes An-
dreas,vbi supra,inter villam , oppidũ, & castrũ. Ci-
uitas tamen,oppidum,castrũ,vicus,villa,municipiũ,
colonia multã affinitatē habēt,vt dicit Raudēsis in suo
opere super dictione Ciuitas,vbi allegat dictã l.pupil
Castrũ lus.supra titulo proximo.De castro,habetur in l. qui-
cunq; castellorum.C.de fund.limitrop.libro xj.vbi ta
men text.loquitur per verbum, castellorum.vocabu-
la autem ista , castrũ, & castellũ, diuersimode sumun-
Castel- 10 tur in iure. † Castellum enim quandoq; accipitur pro
lum. receptaculo continente aquam publicam, vt l.prima.
§.ait prętor.& §.æquissimũ. ff. de aqua quotidia.&
æstiua.& ideo nominatur castellum,quoniam alte æ-
dificatur ad aquam illuc trahendam,& alibi immitten-
dam,& ad similitudinem castelli seu castri formatur.fa
cit l.secunda.cum ibi notatis.ff.communia prædio. &
potest tale castellum quandoq; esse publicum , & ali-
quando priuatum, vt ibi notatur in gloss.& l.prima.
§.permittit.ff.de aqua quotidia.& ęstiua. Præter verò
hanc significationem nulla videtur esse vel modica di-
stantia inter castellum,& castrum.ad quod facit illud
quod habetur in l.Titia cum testamēto.§.fina.ff. de le
ga.secundo.vbi gloss. sumit castellum pro castro. sic
etiam exponit gloss.in dicta l.quicunq;. dum dicit tex.
castellorum territoria,id est,dicit glo.castrum cum ter-
ritorio & iurisdictione.& sic idem est castrum, & ca-
stellum.vel vt sentit gloss.ibi super verbo, antiquitas,
castellum dicitur, vt sit diminutiuum castri. pro quo
facit textus in l.in noīe domini.§. interea. C. de offic.
præfect.præto.Afri.vbi mandat Imperator præfecto
prætorio Africæ,quòd castella limitropha , si sint ni-
miæ magnitudinis,ad talem modũ reducat,quòd pos
sint per paucos bene custodiri. & licet dicat hoc de ca-
stellis,tamen in §. ibi seq.illa appellat castra. Cui con-
cordat dicta l.prima. §.æstiua autē.ff. de aqua quoti-
diana & æstiua.Idem videmus in duabus ciuitatibus,
quæ propter paruitatem & paucitatem illarum simul
vniuntur, vt xvj.quæstione j.cap.hæc temporis qua-
litas.vbi etiam ciuitas vocatur castrũ. De ciuitate etiã
Hierosolymorum legit,quòd Christus eam vocauit
11 castellum, Lucę xix.c.† Et dicitur castrum , secundum
Burtolum in dicta extrauaganti,quoniam nuper.casa
alta,seu fortis , & sic est castrum munitum muris,vel
vallo,vt dicta l.quicunq;. & l.secunda.ff.ad l. Iuliam
maiesta.facit quod habetur in dicto cap.si ciuitas. vbi
12 plenius vide Dominicũ de sancto Gemin.† Vbi etiã
recitat de oppido,quę dictio quandoq; est aduerbiũ,
vt ij.quæstione vij.cap.laicos.& cap.laici.& extra de
immuni.ecclesi.cap.clericis laicos.libro vj. Sed secun-
dum Dominicum de sancto Geminia. oppidum no- Oppi-
minaliter sumptum secundum deriuationem ponitur dum.
pro ciuitate, Item pro castro magno.& secundũ Rau-
densem super verbo, castellum, castrum, castellum, præ
sidium,& oppidũ in idem redeunt,quod probat plu-
ribus literis sacris.& dicit oppidũ ab ope, vt ferat opē
incolis,propter mœnia quibus muniũtur habitantes
in ea,vt est tex.in dicta l.pupillus.§. incola.& §.oppi-
dum.& l.vrbana.in principio.supra titulo proxim.&
dicta l.prima.§.siue autem.ff.de noui oper.nuntia.De
collegio verò, de quo in ti.ff.de colleg.illic.& ibi Bar-
to.in l.fin.de capitulo,& corpore,quæ ferè sunt syno-
nyma,inferius dicet in prosecutione materiæ huius re-
13 gulæ,& de significatione capituli,† & quot modis ca-
pitulum sumatur vide Panormi.in cap.capitulũ san-
ctę crucis.extra de rescrip.vbi dicit inter cætera,q quã-
doq; sumitur pro capitibus decretalium vnam mate-
riam ab alia distinguentium.quælibet enim decretalis
per se dicitur capitulũ.facit cap.inter alia.& cap.quod
in dubijs.extra de sent.excommu.Idem dicere possu-
mus in singulis capitulis libri feudorum, quę decima
collatio appellat,secundũ Bal.ibi in præludijs,primo
folio & secũdo.vbi refert illas cõstitutiones ab Impe-
ratore Frederico iuniore missas fuisse Doctoribus Bo
noniæ,vt illas sub congruis tit.singulas,leges apparēt.
& recitat Odofred.Docto. egregium sic ab eo merito
appellatum,ita scripsisse super authen. cassa & irrita.
C.de sacrosanct.eccles.Sed quia pauci sunt, qui ista ha
beant in libris suis ordinate,ex hoc fortè euenit , quòd
illæ constitutiones non pro legibus,sed capitulis alle-
gentur.Sumitur etiam capitulum , secundum eundem
Panormit.diminutiuè quasi paruum caput. ita sumit
Terentius dũ dicit in Eunucho,capitulũ lepidissimũ.
Quãdoq; dicitur capitulũ locus capitularis,vbi capi-
tulantes conueniunt.facit in c.in caussis.extra de elect.
Postremò sumitur pro collegio,seu collectione capitu
lantium pluriũ canonicorũ,aut aliorũ,vt in dicta de-
cre.capitulũ sanctæ crucis.de quo infra plenius dicet.
14 ¶ †Sunt deinde alia plura nomina vniuersitatem,seu
congregationem hominum designantia, vt exercitus,
cohors,ala, legio,& similia , de quibus in l. secũda.§.
exercitum . ff.de his qui notan. infam. vbi glo. ponit
quot homines comprehēdat legio, & numerat quòd
cohors habet decem alas, quælibet ala triginta equi-
tes,legio septem millia,& centum pedites, & septingen
15 tostriginta equites.†Sed Io.Andr.& post eũ Ioan. de
Imol.in cap.primo.extra ne sede vacan. concludunt,
quòd legio cõtinet sub se sex millia sexcentos sexagin-
ta sex , quoniam sex millibus constabat legio,reliqui
illis præsidebant.nã cuilibet decennario numero præ-
sidebat vnus,qui decanus vocabatur,ideo in quolibet
centenario erant decē decani alijs præsidentes, & sic in
quolibet milliari erant centum decani, quapropter re
ctè facto calculo , cum essent pro legione sex millia,
erant in ea sexcenti decani , & etiam quælibet centena
habebat vnum præsidentem , & sic in milliari erant
decem

decem præsidẽtes,& sic pro sex millibus sexaginta pręsidẽtes centenarũ,& cuilibet milliari præsidebat vnus. Ideo concludunt legionem continere sex millia sexcentos sexagintasex.& istam computationem dicunt esse meliorem,quàm illam quæ fit per glo.in dicto §.exercitum.vbi Bar.dicit hoc nõ probari illa lege,sed remittit ad Vegetium in libro de Re mili.vbi in secũdo lib. cap.secundo,aliter loquitur,licet Bar.non alleget quo
16. tam suam.† Aulus verò Gellius in libro Noctiũ Atticarum, dicit alium modum,scilicet legionem constare ex sexaginta centurijs,xxx.manipulis, & decem cohortibus.Raudensis verò in suo opere super verbo, exercitus,ex libris antiquis supputationes alias recitare videtur. Ideo putarem tutius esse ducibus capitaneisq́ bellorum,quibus tanquam peritis in sua arte credendum est.l.septimo mense.ff.de sta.ho.facit text. in princ.proœ.Digestorũ in ver.quis amplius,q̃ nos cognoscit. vt enim dicit Hieronymus in epistola ad
17 Paulinum, Tractant fabrilia fabri.¶ † Sciendum est vlterius quòd omnia collegia,omnia corpora per regularem traditionem iuris reputantur illicita,& etiam omnes hominum congregationes illicitæ,vt l.collegia. §.in summa.ff. de colleg.illici. notat Bar.in l.fi.eo.ti.& Bald.in l.prima.in princi. ff.quod cuius.vni.no. & ibi Alberic.& debent illicita collegia coerceri,vt notatur per glos.in d.l.prima.'quod cuius.vni.no. vbi clarius per Alberic.faciens enim collegium illicitum aut congregationem illicitã contra dominũ suum vel officiarios suos,vel contra rempublicam, est reus criminis lęsæ maiestatis,& illius pœna tenetur,vt l.prima.ff.ad l. Iul.ma.& vide de facientibus illicitam congregationem contra ecclesiam cap.constitutionem.extra de verborum signifi.lib.vj.& xj.q.j. cap.coniurationum.& cap.conspirationum.per Archid.Si verò fiat hoc contra priuatos, puta ad furãdum,prædandum, occidendum,vel aliàs male faciendum, vide quod habetur in l.denuntiamus.C.de his qui ad ec.confug.& l.iij.ff.ad l.Iul.de vi pu.Sed si faciẽtes etiam collegium licitum, de quibus statim dicetur,inter se faciant pactũ vel monopolium illicitum,puniunt̃ pœna exilij, & amissionis bonorum.l.vnica.C.de monopol.§.si quis autẽ. & ibi Docto.imò si collegium etiam licitum recipiat aliquem prohibitũ in suo collegio,punitur pœna centum aureorum,vt l.iij.§.fin.ff.de colleg.illic. Conuenticulæ etiã illicitæ reprobatę sunt,& puniuntur illas facientes in titu.de pace iura. fir.§. conuenticula.& ibi per Bald.& in l.conuenticula.C.de episco.& cler. & l. ij.ff.de extraord.cri. Collegia autem licita dicuntur siue congregationes licitę,si à lege vel consuetudine approbentur.de iure verò gentium ciuitates,villæ,& castra eo quòd ibi est populus,vel homines simul habitantes ædificijs collatis dicuntur collegia licita,& vniuersitates approbatę, vt d.l.ex hoc iure.ff. de iusti.& iur.ibi,ædificia collata.cum sua parua gloss.& etiam approbantur de iure ciuili.quod probatur: quia eis potest relinqui hæreditas,vel legatum in testamẽto,vt l.si quis hæres.§.vicis.& l.ciuitatibus.ff.de lega.j.& l. omnibus.ff.ad Trebel.quibus non posset relinqui si non essent collegia approbata,vt l.collegium.C.de hęred.instit.facit l.prima.ff.de colleg.illic.& notatur per glo.& Docto.in dicta l.prima.ff.quod cuius. vni.no. & per Innocen.in cap.cum ab ecclesiarum.extra de officio ordi.& in c.dilecta.extra de exces.præla. vbi tamen ipse vult,quòd vniuersitates non possunt habere insignia ciuitatum,villarum,vel castrorum,aut similium, nisi per approbationem principis. Ad quod facit l. opus nouum. cum ibi notatis per gloss. & Bart.ff.de ope.pub. quamuis approbatio illa principis possit esse tacita,& præsumatur,secundum eum,ex quo princeps scribit tali vniuersitati,nominando eam ciuitatẽ,
18 villam,vel castrum,† vel quia magna temporis longinquitate reputata est illa vniuersitas pro ciuitate, villa,vel castro. Ad quod faciunt iura vulgaria in l.cũ de in rem verso.cum ibi notatis.ff.de vsur. & l.prima. §.fina.cum principio l.seq.ff. de aqua plu.arcen. & l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& ęsti.& c. super quibusdam.§.præterea.extra de verborum sig. & cap.innouamus.extra de censi.& cap.j.extra de pręscrip.lib.vj.Putat tamen Barto.in d.l.fin.quòd approbatio principis non sit necessaria quo ad ius gentium, vt talia collegia dicantur licita: quia ius gentium illa approbauit,scilicet vt dicãtur populi, sed requiritur autoritas superioris expressa vel tacita, vt dicat̃ ciuitas vel castrũ: nõ aũt,vt dictũ est,in iure gẽtiũ permissum sit,vt ædificia construantur seu construantur,nisi illud tenderet ad æmulationem alterius ciuitatis,vel castri, vt d.l.opus nouum.& C.de ædifi.priuat.l.per prouincias. Vult etiam Alberic.in dicta l.prima.ff. quod cuius.vni.no. quòd non licet sine superioris autoritate construere castrũ,vt d.l.quicunq́.C.de fund.limitrop. lib.xj.& sic nõ est permissum aliquibus construere villam nouam sine licentia superioris.& ita communiter de facto seruatur. Ad quod præstat bonum argu. l.vnica.C.si curial.relict.ciui.rus hab.lib.x.& dict.l.prima.ff.quod cu.vni.no. & l.prima.ff.de colleg. illicitis. Quædam etiam collegia approbantur iure ciuili, vt collegia instituta causa deuotionis,aut religionis, vt l. prima.§.sed religionis.ff.de colleg.illici.secundum Bartolum in l.fin.eodẽ titu.quod tamen intelligit verum, vbi collegiati remanent personæ seculares,vt ibi: secus si personæ ecclesiasticæ remanere velint: quia hoc fieri non potest sine superioris autoritate,vt in cap.religionum diuersitas.extra de relig.domi.lib.vj. Facit quod habetur in authent.vt null.fab.orato.domos.colla.v. Ad quod vide Hostien.in summa de eccles.ædific.§. huius autoritate. & Archidiacon.de consecratio. distinc.prima.cap.nemo ecclesiam.Collegium verò Doctorum,& scholarium iure permissum est,vt authent. habita.C.ne fili.pro pa.cum ibi notatis. & in cap. ex literis.extra de constitu.& etiam collegia aliarum quarundam bonarum artiũ in qualibet ciuitate, vt sunt negotiatores, pistores, tonsores, & similes artifices, vt habetur & notatur in l.fina.C. de iurisdict. omn. iudic.& per Bartolum in dicta l.fin.C.de colleg.illic. & Panormitan.post Innocen.in dicto cap dilecta. & facit l.fina.ff.de iur.immunita.& notat glos.in allegata l.prima.quod cuius.vni.no.& rationem reddit Baldus ibi,quia collegia ista instituta sunt propter obseruationem iustitię,vt collegia Doctorum,& scholariũ,vel ratione publicæ vtilitatis, vt collegia artificũ: quia sine artificibus ciuitas beate & bene viuere non potest, vt est text.allegans Platonem in l.fi.ff.de nun
19 di.† & sufficiũt tres ad faciẽdũ collegiũ, vt l. Neratius. ff.titu.proxi.¶ Præterea notandum est,quòd vniuer-

tres sufficiunt ad collegium.

sitatibus approbatis seu collegijs licitis iura commu-
nia permittunt habere res communes, vt pascua, ne-
mora, pecuniam, & reditus, arcam communem, &
domum, & similia, iuxta illa, quæ leguntur in dicta l.
prima. §. quibus. ff. quod cuius. vni. no. & l. in tantum.
§. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. pro quibus rebus guber-
nandis, & vt consulatur necessitati dictarum vniuersi-
tatum, ordinati fuerunt decuriões, loco quorum sunt
hodie consilia seu cõsiliarij ciuitatum & castrorum, vt
l. item eorum. §. si decuriones. & l. sicut municipij. §. fi.
ff. quod cuius. vni. no. & notatur per Alberic. post gl.
in l. nulli. eodem titu. & per gloss. in l. sed si ex dolo. §.
primo. ff. de dol. & per glos. & Doctor. super rubrica
C. de decurio. lib. x. per quos consiliarios eligũtur con-
sules seu syndici, aut scabini vario modo nominati, se-
cundum mores patriarum, per quos Reipublicæ con-
sulitur, vt l. secunda. §. exactis. ff. de orig. iur. & l. vnica.
ff. de offic. consu. & C. de consu. per totum. lib. xij. Sed
Iacob. Rebuf. super dicta rubrica. C. de decurio. facit dif-
ferentiam inter consules ciuitatum & locorũ magno-
rum ac nobiliũ & consules oppidorũ, argu. l. athletæ.
§. secundo. iuncta l. propter magistratum. ff. de excu-
20 tu. † Notate tamen, quod consules ciuitatis soli non
repræsentant ciuitatem, sed consilium illius vicem re-
præsentat, vt notatur per gloss. super rubrica. C. quæ
21 sit lon. cõsuet. ¶ † Talibus verò vniuersitatibus appro-
batis iura permittunt facere statuta, & alias ordinatio-
nes, pro vtilitate publica, quæ dicuntur iura munici-
palia, vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. vbi Bartol.
& Institu. de iur. na. §. primo. cum ibi notatis per glos.
Ioan. Fab. & Angel. Aretin. facit l. de quibus. ff. de le-
gib. & ff. de decret. ab ordine fa. per totum. & C. de de-
cre. decurio. per totum, libr. x. & notatur per Innocen.
& Doct. in cap. quæ in ecclesiarum. extra de constitu.
22 † In hoc tamen distinguitur, an vniuersitas habeat iu-
risdictionem: quo casu potest indistinctè statuta, & or-
dinationes facere, vt notatur per Bartolum in dicta l.
omnes populi. & facit l. Annochensium. ff. de pri. cre-
dito. vel sit sine iurisdictione, & tunc potest solum con-
dere statuta super rebus suis, hoc est, super rebus ad ci-
uitatum, villæ, vel castri administrationem pertinen-
tibus, & super his, quæ statum reipublicæ reformant,
dum tamen nõ contingant, nec lædant ius superioris,
vel eius autoritatem, vel iurisdictionem, iuxta materiã
titu. ff. de administra. rer. ad ciui. perti. & C. de iur. rei-
pub. & C. de administ. rer. pub. cum ibi notatis super
rubrica. lib. xj. & notatur per Innocen. in cap. cum ac-
cessissent. extra de constitu. Nec in his requiritur auto-
ritas superioris, cum hæc procedant ex expressa per-
missione legis, vt dicta l. omnes populi. & ibi Bart. in
j. quæstione principali. Idem voluit Pet. de Anchar.
in repetitione cap. canonum statuta. extra de constit.
in j. quæstio. principali. & potest poni exemplum de
dependentibus, s. non à iurisdictiõe, sed rerum suarum
administratione, vt de pecunia expendenda, vel colli-
genda, vt l. prima. & l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi.
facien. & facit quod notat Ioan. Andr. de statutis capi-
tulorum in dicto cap. constitutionem. extra de verbo-
rum signifi. lib. vj. Idem dicendum est, secundum præ-
dictum de Anchar. vbi ẽ. de vniuersitatibus habenti-
bus iurisdictionem modificatam seu taxatam aut re-
strictam: quia statuere possunt quatenus illarum iu-
risdictio se extendit, & non vltra, vt in c. ecclesia san-
ctę Mariæ. extra de constit. & cap. vt animarum. extra
eo. tit. lib. vj. & facit quod notatur per Innocen. in cap.
pro illorum. extra de præben. & Bald. post Bar. in d. l.
23 omnes populi. ¶ † Notandum est tamen, quòd de essen-
tia collegij, vel vniuersitatis, non est, quòd habeat re-
ctorem seu prælatum: quia collegium tunc ipsum,
vel vniuersitas habetur loco prępati, vel rectoris, vt no-
tat Innocen. in cap. cum non ignores. extra de præben.
& allegat illud, quod habetur in d. l. prima. ff. quod cu-
ius. vni. no. & in dicto cap. dilecta. extra de exces. præla.
& d. cap. cum accessissent. de constit. quod dicit Ioã. de
Imol. in allegato cap. cum non ignores. post d. Floren.
esse diligenter notandum. & idem voluit Bart. in d. l. j.
& in d. l. fi. ff. de colleg. illic. & Bald. in d. l. prima. asserit
hoc esse verum: quia etiam vacante prępato seu rectore
collegiũ est collegiũ, & potest p se habere iura, vt in c.
edoceri. extra de rescrip. & sic non eget prælato, vel re-
ctore, nec quo ad essentiã, nec quo ad administrationẽ.
vel secundum eundem Ioan. de Imol. potest dici, quòd
capitulo, vel collegio non habente prælatum, vel re-
ctorem papa illi præesse dicitur, vt ix. q. iij. cap. cuncta
per mundum. & cap. per principalem. vel etiam epi-
scopus, cui suæ ciuitatis & diœcesis ecclesiæ subiectæ
sunt, vt x. q. j. cap. fi. in fi. & xvj. q. vij. c. omnes Basilicę.
24 ¶ † In eadem autem ecclesia possunt esse plures præla-
ti, non tamen principales, vt dicto cap. cum non igno-
res. sed bene subalterni, secundum Innocen. & Do-
cto. vbi suprà. Nã in cathedrali ecclesia est episcopus,
deinde Archidiaconus in pertinentibus ad iurisdictio-
nem. Item archipresbyter, qui præest alijs quo ad alia,
vt patet extra de offic. archi. & de offi. archipresby. per
totum. Ad hæc faciunt notata in l. vnica. C. de metro-
pol. Bery. lib. xj. vbi gl. & Barto. & postea Iaco. Rebu.
quærunt, quæ dicatur ciuitas metropolis, vel metro-
politana ciuitas quomodo constituatur, & qualiter
25 prouincia. ¶ † Et quo ad primum de metropoli respõ-
det glos. in l. si duas. §. minores. versicu. decet autem su-
per verbo, metropoles. ff. de excu. tu. quòd metropo-
lis ciuitas dicitur Archiepiscopatus: tempore verò an-
tiquo ante aduentum Christi quo tempore non erant
episcopi, erant tres ordines ciuitatum, scilicet maxima-
ru, maiorum & minorum, de quibus loquitur d. §.
minores. & maximę dicebantur metropoles, licet tunc
non essent archiepiscopi, nec ẽpi: & illo respectu, quia
maximę ciuitates dicebantur habentes forum causarũ,
cui suberant multę ciuitates, introductum est hodie, q
ciuitas habens sedem patriarchalem siue archiepisco-
palem dicitur metropolitana plures sub se habens epi-
scopos diuersarum ciuitatum, & habens episcopum
26 dicitur ciuitas non metropolitana. † &, vt superius di-
ctum fuit, ad hoc vt constituatur vel appelletur ciui-
tas, opus est approbatione principis expressa vel taci-
ta, vt probatur in d. l. vnica. & notat Innocen. in d. ca.
vnico. cum ab ecclesiarũ. extra de offi. ord. & ideo etiã,
vt dictum est, potest dici ciuitas, quæ non habet ẽpm:
quia princeps secularis non potest creare ẽpos, quia
nõ est ei attributa in talibus potestas, sed magis necessi-
tas obsequendi, vt xvj. q. v. cap. non placuit. c. laicis. &
cap. nullus. facit quod habetur in cap. ecclesia sanctæ
Mariæ. extra de consti. sed bene potest creare ciuitates
27 sine ẽpo, & illis priuilegia dare. † Ideo etiam si Papa
priua

An vniuersitates possint facere statuta.

priuaret ciuitatem episcopatu propter delictum non
desineret esse ciuitas, secundū Bart. in d. l. vnica. & per
ipsum in d. extrauaganti, quoniam nuper. & Io. Renal.
28 in repetitione d. l. ex hoc iure. † Prouincia verò consti-
tuitur per pluralitatem ciuitatum sub vna metropoli-
tana existentium, vt videtur probari in d. l. vnica. ibi
dum dicit text. sit illa mater prouinciae. Sed secundum
Cyn. in l. fin. C. de praescrip. lon. temp. prouincia debet
dici secundū cōmunem vsum appellandi, vt Lombar-
dia, Tuscia, & similes. & hoc tenet Hostien. in cap. nō-
nulli. extra de rescript. & in summa. de elect. §. qualiter
sit facienda. ver. commode. quia, à cōmuni vsu loquen
di valet argumentū, vt l. anniculus. ē. titu. proxi. & l. li
brorum. §. quod autem Cassius. ff. de leg. iij. Quidam
29 tamen dixerunt, vt refert Alberi. in d. l. fin. † quòd pro-
uincia quo ad clericos appellatur vnus archiepiscopa
tus, vt dictum est, vt vj. q. iij. c. si dote. & ita notatur per
glos. & Compostel. in c. coram. extra de elect. Sed quo
ad laicos dicitur vnus praesidatus, vt l. si eadem. ff. de of
fi. asses. quia archiepiscopus respectu clericorum, est si-
30 cut praeses respectu laicorum. † quandoq; vnus locus
dicitur prouincia, vt colligi potest ex tex. d. l. fi. Aliquā
do etiam vna dioecesis sumitur pro vna prouincia, vt
notatur ix. qō. ij. cap. epi. & econtra locus appellatur
ciuitas. extra de resti. spol. cap. olim causam. In eodem
verò episcopatu non possunt esse duo episcopi: quia
in eodem corpore non possunt esse duo capita, ne sit
simile monstro, vt in cap. quoniam in plerisq;. extra de
offi. ordi. ita in regno nō debent esse duo reges, vt vij.
q. j. cap. in apibus. sed vnus episcopus, vel alius praela-
tus potest habere duas ecclesias principales aequè si-
mul vnitas, vt notat̃ p gl. in l. vnica. C. de metrop. Ber.
facit quod habetur in cap. primo. extra ne sed. vac. vbi
31 glos. ij. effudit multa verba. † Sed secundū Ioan. de Imo.
ibi, illius intentio est, quòd duplex est species vnionis.
Prima est, quando vna ecclesia alteri vnitur, vt illa, cui
vnitur, sit superior, & quae vnitur, inferior alteri subie-
cta. quae gaudet priuilegijs, & consuetudinibus illius,
cui vnitur, & ad illam trahitur, vt in cap. recolentes. §.
fina. extra de sta. monacho. & per hanc vnionem, secun
dum Ioā. And. non fiet praeiudicium dioecesano, in cu
ius dioecesi erat illa vnita, quę per vnionem subijcitur
alteri, etiam si autoritate papę fiat illius vnionis confir
matio, nisi aliud in illa exprimatur per illud, quod ha-
betur in cap. cum dilecta. ad fi. extra de confir. vtili vel
inutil. & cap. fin. eodem titu. & cap. ij. extra de religios.
32 domibus. † Secunda vnio est, quādo de duabus eccle-
sijs fit vna, nulla diuersitate duarum remanēte: quo ca
su vtriusq; ecclesię censetur vnum capitulum in omni-
bus actibus ad illud pertinētibus, vt in electionibus,
negotijs, & tractatibus. Quo verò ad priuilegia, & cō-
suetudines illarum ecclesiarum simul vnitarum, vult
gloss. in dicto cap. primo. ne sede vac. illa seruari quae
sunt honestiora, & magis fauorabilia, per iura, quae al
legat, argum. s. de poeni. distinct. j. cap. medicamentum.
& xxxij. q. j. c. nō est culpādus. & l. ij. C. cōmu. de lega.
33 & l. vnica. in prin. C. de rei vxo. act. † Tertio modo fit
vnio duarum ecclesiarum cathedralium, quae remanēt
ambę cathedrales & epales vno solo epō ambabus re
sidēte, vt in Valentinēsi, & Diensi ecclesijs. facit qđ ha
betur in cap. & temporis qualitas. vj. quaestio. j. & ibi
glos. Ita tamen, quòd si ambae cathedrales ecclesiae sint
sub diuersis metropolitanis, neuter perdit suam auto-
ritatem, vt in dicto cap. secundo. extra de relig. domi.
Sed de his vnionibus vide plenius Hostien. in dicto
cap. primo. ne sede vacā. recitatum ibi per Ioā. de Imo.
& per Barto. licet breuiori sermone in dicta l. vnica. C.
de metropoli Bery. & per eum in l. prima. §. si cohaere-
dem meum. ff. ad l. falcidiam. Id etiam addit, nil esse im-
pedimēti quin duae ciuitates, etiā maximę, possint esse
in eadem prouincia sub eodem praeside cōstitutę, quia
in pluribus ciuitatibus quis potest aequaliter habere
domicilium, vt l. domicilium. ff. ad municip. & vna
prouincia in duas diuidi potest, secundum glos. in di-
cta l. vnica. quod tamen dicit ibi Bartol. recitatus per
Iacob. Rebuf. esse verum cum autoritate principis, &
eius rescripto: aliàs minime, sicut ducatus aut comita-
tus non potest sine licentia superioris, ad quem perti-
net, diuidi in plures, vt l. Imperialem. §. praeterea duca
tus. de prohib. feu. alie. per Frederic. ¶ Addit etiam de
duabus ciuitatibus, vel prouincijs vnam fieri posse. al
legat post gloss. dictae l. vnicae. illud, quod habetur in
authen. vt iudi. sine quo. suffra. fiāt. §. illud. & §. hoc au
34 tem. colla. ij. † Quando autem fit talis vnio duarum
prouinciarum sub vno praeside, vtrum negotia vnius
prouinciae possint expediri in alia, remittit Bartol. ad
notata per Innocen. in cap. nouit. extra de offi. leg. vbi
Panormitan. clarius loquitur, dicens, quòd ille, cui da-
tur potestas in diuersis prouincijs seu ciuitatibus, po-
test exercere facta vnius in alia, per illum text. si tamen
oporteret partem vocare, non posset trahere hominem
vnius prouinciae ad aliam, licet in vtraque sit sibi da-
ta potestas: quia iure cauetur, quòd extra prouinciam
suam nemo trahi debet, vt iij. quęstio. vj. cap. neminē.
& notatur in cap. nonnulli. extra de rescript.
35 ¶ † Sed quia superius dictum est, quòd vniuersitati seu
collegio licito permissum est habere syndicos, vt in
dicto §. quibus. glos. ibi colligit differentiam inter syn-
dicum, oeconomum, & actorem: de quo plenius per
Gofred. & Hostien. in summa. extra de syndi. & Specu.
illo titu. & in titu. de his qui alieno nomine in iudi. in-
terue. & secundum gloss. praedictam syndicus dicitur
quasi singulorum causas dicens. sed vt ibi dicit Alberi.
& est de mente Baldi, illa expositio glos. falsa est, quia
syndicus nō dicit vel ducit causas singulorum, sed vni-
uersitatis, & constituitur ad iudicia tantum: & quan-
doque vocatur defensor, vt l. munerum. §. defensores.
ff. de mu. & ho. & tenet Specu. in dict. tit. de his qui alie.
no. in iudicio interue. versicu. syndicus. & dicit eū con
stitui ab vniuersitate etiam inuitum, cum sit munus
personale, vt dicta l. munerum. §. defensores. quod nō
est in procuratore, qui inuitus non cogitur esse pro-
curator, vt l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procura. & non
potest syndicus constitui ab vno de vniuersitate, vel
collegio, nisi quando ille vnus gerit vicem collegij aut
vniuersitatis, secundū Bald. in d. §. quibus. quod est qñ
in vno ius vniuersitatis remanet, iuxta illa quae haben
tur in l. sicut municipij. §. in decurionibus. ff. quod cu-
ius. vni. no. de quo infra aliquid dicetur. & ideo secū- Ius vni
dum praedictos Docto. syndicus dicit̃ quasi singulas uersita
vniuersitatis vel collegij causas dicens vel ducens. Ad tis in
quod facit illud, quod habetur in l. placet. C. de epi- vno ser
scop. & cler. Idem dicit Bald. in cap. si. extra de procur. uatur.
scilicet q; syndicus dicitur quasi simul pluriū causas di

cens. & est allusio vocabuli, à syn, quod est con, id est,
simul secundū Catholicō, & dicus. i. dicēs: sicut dicitur
causidicus, id est, causam dicens, secundū Hugutionē
36 & Bald. ¶ † De oeconomo autē qui est ille, cui res eccle
siastica gubernanda mandatur, vt notat Specul. vbi. §.
Oeconomꝰ. vers. oeconomus. & tit. de oeconomo. & l. iubemus. la
grande. in princip. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit Al-
beric. quòd est dictio Graeca. & secundum Odofred. in-
37 terpretatur administrator. † Hoc addito, quòd ab epi-
scopo debet sibi mādari administratio, vt l. omnes qui
vbiq;. §. hoc nihilominus. C. de epis. & cler. & l. praesen-
ti. §. quòd si in ecclesiasticis finibus. C. de his qui ad ec-
cles. confug. & debet deputari administratio per episco
pum, cum consensu sui capituli, vt in c. quanto. & per
totum titulum extra de his quae fi. à prael. sine con. ca-
38 pi. † Nec debet dictus oeconomus esse laicus, vt xvj. q.
vij. cap. in nona actione. & notatur in l. decernimus.
C. de epis. audi. & de isto habetur lxxxix. distinct. c. vo
lumus. & cap. diaconum. cum cap. seq. & ibi in glos. &
per Archid. & latius. xvj. q. vij. cap. quia in quibusdā.
& ibi in glos. & per Archid. & per Docto. & glos. in c.
39 imperator. extra de iura. calum. ¶ † Actor verò quan-
doq; ab vniuersitate constituitur, vt l. item eorum. §.
actor. ff. quod cuius. vni. no. Aliquando ab vna perso
Actor. na, vt à tutore vel curatore, de quo habetur in l. decre-
to. ff. de admi. tuto. & in l. neque tutores. C. de procu-
rat. & dicitur pluribus modis, vt l. actor. ff. rem ra. hab.
vel secundum Bald. in cap. quia in caussis. extra de pro
cura. Actor dicitur ille, qui aptus est ad agendum, &
defendendum in iudicio, vt l. si actor. C. de appella.
40 † Dicit etiam Panormita. in dicto cap. quia in caussis.
post glo. ibi, quòd vniuersitas largo modo potest con
stituere procuratorem etiam iure isto ciuili, quo licet
procurator propriè dicatur qui à domino constitui-
tur, vt l. prima. in princip. ff. de procura. vniuersitas
tamen loco domini habetur. Strictè tamen loquendo
& propriè non constituitur procurator ab vniuersi-
tate, sed syndicus, vel actor, secundum ius nostrum ciui
le, vt in dicta l. prima. de procura. & d. l. item eorum. ff.
41 quod cuius. vni. no. † & dicitur syndicus, quando ad
omnes causas vniuersitatis constitutus est, quia, vt su-
perius dictum fuit, syndicus ideo dicitur, quia vniuer-
sitatis singulas causas dicit vel ducit. Actor verò con-
stituitur ad vnam causam. Sed de iure canonico, nō est
curandum de diuersitate vocabulorum, vt in cap. pe-
titio. extra de procurat. vbi secundum Bald. & Panor-
mitan. & etiam Innocen. in cap. cum causam. extra de
iura. calum. & ipsum Bald. in dicto §. filius. potius ha-
benda est consideratio ad qualitatem, & intentionem
constituentis, quàm ad nomen constituti: quia verba
deseruiunt intentioni, & non intentio verbis, vt j. q. j.
c. Marcion & Basilides. & extra de appella. cap. sed'ò
requiris. & extra de verborum signifi. cap. intelligen-
tia. & l. in ambiguis orationibus. ē. isto tit. vnde si vni-
uersitas dicat, constituimus talem procuratorem: ipse
propriè est syndicus. Sic etiam si priuata persona
constituat syndicum, ille erit procurator: quoniam, vt
dicit Bald. in dicto §. quibus. & Panormitan. in allega
to cap. petitio. etiam si diceret, constituo talē factorem
meum, vel clericum meum, aut asinū meum ad agen-
dum & defendendum, diceretur procurator eius, secun
dum praedictos Docto. & vt dicit Bald. esse mēti tenen
dum si omnia verba haec simul ponerentur, vt quia di
ceretur, talis constituis talē procuratorem, actorē, syn-
dicum: quodlibet vocabulum sumi debet in ea signifi-
catione quae congruit qualitati constituentis, & inten-
tioni. facit quod habetur in l. pater Seuerinam. §. condi
ditionum. ff. de condi. & demonst. vt enim dicit Panor
mitan in allegato cap. petitio. non est standum in ver-
bis, ex quibus nullus sequitur effectus, vt l. fi. C. de do-
natio. & l. prima & ij. C. de formul. & impetra. ac. sub-
la. Lex enim non imponitur verbis, sed rebus. l. ij. C. cō
munia de lega. & cap. commissa. extra de elec. lib. vj. &
isti s adhaeret Alberic. in d. l. prima. ff. quod cuius. vni.
no. dicens, quòd talis constitutio facta sub diuersis vo
cabulis, secundum communem vsum iudiciorum ad
mittitur, quamuis aliqui dixerint, quòd eo modo con
stitutus tenetur eligere quo nomine agere velit, cū ista
nomina propriè inter se differant, vt dictum est, ideo
videbatur, quòd esset eligendum, argu. l. j. ff. de colleg.
illici. & l. qd' in haeredē. §. eligere. ff. de trib. & l. si idē. C.
de codicil. Ipse tandē ex sententia Marti. Silli. dicit cōsti
tutum talibus nominibus esse adminendum sine vlla
electione: quia iure canonico ista nomina, licet ꝓpriè
differant in effectu, tamen inter se non differunt, vt sae-
42 pedicto c. petitio. ¶ † Attendendū est ad illud, quod su
perius dictū fuit, oeconomū ecclesiae non posse esse
laicum, per iura, quae fuerunt allegata: quoniam secus
videtur in syndico vniuersitatis ecclesiasticę, qui potest
esse laicus, secundum glos. in cap. vnico. extra de syndi.
& iura superius allegata loquuntur in oeconomo, vt
etiam ibi tenet Innocen. quia oeconomus est admini-
strator rerū ecclesiasticarum, vt dictum est. facit quod
habetur per eundem Innocen. in cap. ij. extra de iudi. &
in cap. edoceri. extra de rescrip. & vt declarat Panorm.
in dicto cap. vnico. quia oeconomus administrat res
spirituales & temporales ecclesiae: propter mistur am
spiritualium laicus non potest illud officium exerce-
re: secus si sola cura temporalium ecclesiae committe-
retur laico: quia tunc teneret commisio, & posset ap-
43 pellari castaldus, secundum Panormitanum. † Laicus
etiam in spiritualibus potest constitui procurator ad
causas promouendum, vt est text. in cap. primo. extra
de procura. lib. vj. & sic patet, quicquid secundum ali-
quos superius dictum fuerit, non esse differētiam fien-
dam de iure canonico inter syndicum, & procurato-
rem, quòd imò est magna differentia, secundum Panor
mitanum super rubrica, extra de syndic. quia si non es-
set differentia, frustra eodem iure canonico poneren-
tur diuersi tit. de procurator. & de syndic. argumen. l. si
idem codicilli. C. de codicil. & in hoc dicit multos er-
rare. Nec obstat dictū cap. petitio. quoniam est verum
non esse vim fiendam in nomine, vbi constat de inten-
tione constituentis: tamen propriè loquendo procu-
rator & syndicus differunt in nomine. vide ad hoc
glo. secunda, quaestio. vij. cap. si quis erga episcopum.
44 & ibi Archidiacon. † Sed videndum est, quid requira
tur ad constituendum syndicum. Doctor. in l. nulli. ff.
quod cuius. vni. no. dicunt primo esse requisitum,
quòd ad superioris mandatum congregetur vniuer-
sitas, collegium, vel capitulum, aut consilium ciuita-
tis, vel loci in loco publico, vt l. obseruare. C. de de-
curio. li. x. vbi secundū Bart. & post eum Iac. Rebus. nō
sufficeret si singulariter cōgregarētur in loco priuato.
& red

& reddit rationē:quia omnibus de vniuersitate simul
congregatis in publico possent plurima allegari,quæ
non allegarentur si priuatim hoc fieret.ad quod facit il
le tex.& l.nominationum.eo.titu.& l.pen.C.de lega-
tio. eo.li.& facit tex.in l.ij.ff.de decret.ab ord.faciend.
& ita loquitur iste text.dum dicit quòd publicè fit. &
intelligitur locus publicus,secundum Bart.& Docto.
in dict.l.obseruare.vbi publicè officiales habitant vel
consiliarij loco decurionum constitui,dum tenēt cu-
riam vel consilium.quod probatur in tex.d.l.obserua
re.ibi, solēniter in curiam cōuocatis. & in dicta l.pen.
C.de legatio.ibi dum dicit tex.in loco autem publico.
facit quod habetur in l.lex Cornelia.§.domum. ff.de
iniur.& illud,quod de loco publico dicitur,intelligit
Bald.in allegata l.nulli.procedere,nisi subesset guerra,
vel impedimentum aliquod, propter quod non pos-
set ibi fieri congregatio.ita not.per Innocen.in c.cum
ex iniuncto.extra de no.ope.nūti.& Compostel.in c.
45 quod sicut.extra de elec.super verbo,periculo.†Con-
uocatio autem ista fieri debet mandato superioris,vt
iuribus allegatis.&vt dicit Bald.& Docto.in d.l.nulli.
vbi non esset aliquis superior vel rector:quoniam vni
uersitas,vt superius dictū fuit, potest esse sine rectore,
istud mandatum pertinet ad seniorem de capitulo vel
collegio, consilio aut vniuersitate,vt notatur per glo.
& Innocen.in cap.j.extra de maio.& obed.vt enim di-
cit ibi Panormitan.antiquior habet vocare capitulū,
& cæteri tenentur venire ad ipsius vocationem:nō ta-
mē exercebit per hoc iurisdictionem in alios,nisi aliud
consuetudine caueretur.facit quod notatur per Inno-
cen.in dicto c.ij.extra de no.ope.nunti.Si enim in col-
legio,vel vniuersitate esset aliquis,cui iure vel consue-
tudine pertineret conuocatio,per illum est fienda seu
eius mandato.ita etiam notatur per Barto.& Iaco.Re-
buf.in d.l.obseruare. qui etiam si renueret conuoca-
re,cogi posset per ordinarium iudicem,vel delegatum
ad faciendum congregationem collegij vel vniuersita-
tis.Ad quod facit illud,quod notatur per glos.in cap.
si capitulo.extra de conces.præb.libr.vj. & secundum
46 Bald.vbi suprà,† requiri debent singuli de collegio,
vel consilio aut capitulo,vt cōgregentur ita,vt est con
suetum,secundū Alberic.in dicta l.nulli.quoniam con
suetudo seruanda est in talibus, vt d.l.item eorum.in
princip.& §.sed hodie. eo.ti.Et sufficit secundū prædi-
ctos Docto.vocationem illam fieri per proclama præ
conis voce tubæ,vel per campanam aut tabulam,vel
vt verius dicatur, secundū consuetudinem loci,vt l.no
minationum forma.& d.l.ij.C.de decurio.lib.x.& ibi
glos.& l.fin.C.de præd.curial.eo.lib.Facit quod habe
tur in c.innotuit.extra de elec.& per glo.in d.decretali,
47 si capitulo.& notatur hic in glo.huius l. † & quod di
ctum est de campana, procedit,secundum eundē Bal.
ibi,in casu in quo non requiritur vocatio absentiū,si-
cut est generaliter in oībus actibus vniuersitatū, vt d.
l.nominationum. Sed vbi requiritur absentium voca
tio,ad quos sonus campanę pertingere nō potest,non
sufficeret sonus campanę.de quo per Bar.in l.j.§.quod
autem.ff.ad senatuscon.Silla.& l.fi.ff.de decret.ab ord.
faci.& per Inn.in c.coram.extra de elec.& Compostel.
in c.quia ꝓpter.eo.tit.& per Bal.in l.fi.C.de his quib.
vt indig.sed modi isti vocationis vel citationis sunt de
iure positiuo,secundum Oldra.in q.lxxxv secundum
etiam quotā, qui sunt multi, quorū aliqui dicti sunt
superius.& de campanæ sonitu, vide Ioan.Andr.in c.
primo.in fi.extra de offi.custod.vbi dicit ad propositū
quòd quandoq; campana sonat ad parlamentum po-
puli, vt vult etiam ista gl.facit quod notatur per Bal.
etiam de tuba præconis illud,quod habetur in authē.
qui semel.C. quomodo & quan.iudex.& per ipsum
Bald.in l.executorem.C.de exec.rei iud.& Ioan.de Lig.
in clem.grauis.extra de senten.excom.& ibi Io.de Imo.
qui quærit quæ sit fortior vocatio,an per campanam,
vel vocem præconis,& vnā altera dicit esse fortiorem
diuersis respectibus.vox enim præconis paucis inno-
tescit,vt in authent.de litigios.§.omnem.colla.viij. &
& d.authen.qui semel.sed vox campanæ auditur à plu
ribus,non tamen loquitur sicut præco. Ideo in hoc est
fortior vox præconis, & est maior contemptus non
cōparere.Idē dicit de vocatiōe per edictū, in quo scribi
tur ex mandantis parte.Idem devocatione per nuntiū.
quando autem fit vocatio voce tubæ,debet intelligi
voce præconis hoc dicentis,& constare debet hoc sibi
esse cōmissum,argum.l.neminē.C.de exhib.re.not.per
Bar.& Iac.Rebuf.in d.l.obseruare.la ij.vide etiam glos.
pulchram de istis modis vocandi in cap.vnico.de mi-
li.vas.qui contu.est.& in extrauaganti, ad reprimēdū.
super verbo,per edictum.per Barto.& Specu.titu.de
citatione.¶Hoc tamen nota dignum est,secundū Albe
ric.in d.l.nulli.quòd si sponte sine citatione,vel campa
na cōsilium vel capitulū aut vniuersitas congregetur
in loco publico solito,valerent gesta,per notata in l.
qui fundum.ff.quēmadmo. ser.amit.ibi dum dicit tex.
sua sponte. & ibi idem post Iacob.Butrig.tenet Albe.
facit l.si in duobus.§.primo.ff.quemad.testam.ape.&
est de mente Bart.& Iacob.Butrig.in dict.l.obseruare.
dummodo consiliarij omnes sint præsentes:quoniam
nemo est qui lædatur ex eo solum,quòd non sint con-
uocati,ex quo inueniuntur præsentes,arg.l.etiam.§.fi.
ff.de minor.Sed si aliqui cōsiliariorum essent absentes,
& non vocati, non valeret id,quod ageretur:quia illo
rum absentium, & non vocatorum præsentia posset
alios trahere in suam sententiā,arg.l.si in tres.aliàs est l.
48 item si vnus.§.fi.ff.de arbit.¶ †Requiritur vlterius in
constitutione syndici vel actoris,quòd interueniat de- qd pl'
cretum iudicis,vel sui vicarij,aut locum tenentis:quia regrit i
vt dicit glos.in d.l.nulli.non potest constitui syndicus cōstitu
vel actor à ciuitate,castro seu villa,nisi interueniat au- tiō syn
toritas ibi præsidentis.Idem notatur per glo.in d.l itē d'ci vel
eorum.§.actor.ad quod allegat l.primā.C. de ser.rei- actoris
pu.manu.& d.l.obseruare.& l.pen.allegatam de lega-
tio.C.vbi vide tex.& in l.municipio.ff.vt in posses.le-
ga.Guliel.de Cug.fuit in opinione,quòd sufficiat de-
cretum decurionū, per tex.d.l.nulli. ibi, ordo dedit.&
dict.l.item eorum.§.si decuriones decreuerint. & ea.l.
§.quòd si actor. vbi patet, quòd decuriones possunt
reuocare actorem datum, & sic potest constitui sine
decreto superioris,aliàs nō posset sine eo reuocari.Ad
hoc etiam allegat glos.in dicta l.actor.ff.rem ra.hab.
quam Bald.in dicta l.nulli.dicit ad hoc esse notādam,
& in hac opinione videtur residere,& etiam Bart.ibi.
quæ etiam opinio fuit Iacobi Butrig. & ad iura pro
alia opinione allegata respondetur,quòd loquuntur
in actibus odiosis,& extraordinarijs,puta alienatio-
nis,argumen.l.fina.de vendi.rer.ciui.libro decimo.aut
in actibus iurisdictionis, sed illa,in quibus non tra-
ctatur de graui præiudicio, vel odio, fieri possunt

per decuriões, loco quorum, vt superius dictum fuit,
constituti sunt consiliarij ciuitatum, & castrorum seu
vniuersitatum. & Ita intelligi debent iura alia pro ista
opinione adducta. & quod notatur per glo. in l. ita ta-
men. in princip. ff. ad Trebel. Tutius tamen videtur ser-
uare in talibus consuetudinem vniuersitatis, cum sit
seruanda, vt superius fuit allegatum. vti enim debet
communitas, vel vniuersitas eo modo quo antea in
talibus consueuit, vt dicta l. item eorum. in princi. &
§ sed hodie. Nec fieri debet nouitas. facit l. si prius. §.
placuit. ff. de aqua plu. arcen. & l. qui luminibus. ff. de
ser. vrb. pręd. ibi dum dicit tex. sciat se formam, & statu-
tutum antiquorum. vide de hoc Innocen. in cap. cum
causam. extra de iura. calum. & Alberic. in dicta l. nulli.
Specul. ti. de syndi. versi. item quod est constitutum. &
49 titu. de actore vniuersita. in princip. † Panor. autem
in c. vnico. extra de syndi. se resoluit in hoc distinguen-
do quòd si iura, pro quibus constituitur syndicus, per-
tineant simul ad rectorem seu collegium, vel vniuersi-
tatem, non potest syndicus ab vniuersitate vel collegio
constitui sine rectore aut superiore. & dat exemplum
in Abbate, vel Episcopo respectu sui capituli, cum bo-
na sint cõmunia, vt in c. causam. extra de iudi. & d. c. j.
extra de procura. & allegato cap. edoceri. de rescrip. ex-
50 tra. † Sed si ad vniuersitatem solam dicta iura pertineãt
ita quòd nihil ad superiorẽ, in cõstitutione syndici vel
actoris nõ requiritur decretum vel autoritas superio-
ris. & Ita allegat esse de mente Barto. in dicta l. actor. li-
cet enim in congregando habeat autoritatem, vt s. di-
ctum est, vniuersitas tamen ritè congregata habet dis-
positionem gerendorum ad ipsam, & non ad superio-
rem pertinentium. Adducit etiam ad hoc notata per
Innocen. in d. c. cum ex iniuncto. Habet enim vniuersi-
tas aut collegium potestatem constituendi syndicum,
vt allegata l. prima. ff. quod cuius. vni. no. & dict. cap.
quia in caussis. extra de procura. notatur per Innocen.
in dicto cap. Imperator. extra de iura. calũ. & quam-
uis consensus superioris, vel autoritas in dicto casu in-
teruenire possit, non est tamen de necessitate. & ita in-
telligit Innocen. dict. l. omnis qui vbiq. §. hoc nihilo
51 minus. C. de epis. & cler. † Vlterius requiritur, quod ad mi-
mus sint congregatæ duæ partes vniuersitatis, ciuita-
tis, vel collegij, vt in d. l. nulli. cum l. seq. vbi vide glos.
Ibi enim dicitur esse collegiũ, vel vniuersitas, vbi sunt
duæ partes vel plures, vt notat Bald. in dicta l. nulli. &
Innocen. in c. quòd sicut. extra de elect. & sentit hic ista
glos. debent tamen omnes vocari, secundum Bart. ibi,
licet sufficiant duę partes, vt ibi, & hic dicit tex. sine vo-
catione autem vel citatione aliarum partium non va-
leret id, quod gereretur, vt allegata l. ij. C. de decurio. li.
x. & etiam requiritur, vt explanat Bald. quòd maior
pars congregatorum consentiat, siue congregentur o-
mnes siue duæ ptes de vniuersitate, vel collegio. Et nũc
dicitur à collegio aut vniuersitate factum id, quod fit
per maiorem partem, vt in isto tex. & l. quod maior. ff.
ad municipa. & cap. cum omnes. extra de constitu. in
52 tex. & gl. & per Docto. † Et vt ibi dicit Panormit. illud
quod dictum est de vocatione absentiũ ad consiliũ, si
intelligatur de absentibus à capitulo vel loco cõgrega-
tionis, qui tamen sunt in ciuitate, vel loco, illud verum
est, quòd sunt vocandi, vt allegata l. ij. C. de decurio. &
etiam adducit ad hoc tex. in §. hoc ius porrectum. x. q.
ij. in verbo, ibidem deserulentium. Sed si loquamur de

Vlteriꝰ requiritur.

53 absentibus à ciuitate, vel loco, est maius dubium. † gl.
tamen Ioan. And. cõmuniter allegata per docto. in c.
ij. extra de testi. lib. vj. vult tantũ in tribus casibus illos
absentes à ciuitate esse vocandos. Vnus casus est in ele-
ctione prælati in c. quia propter. extra de elec. Secũdus
quando volunt prouidere ecclesiæ de canonicis, vt in
cap. cum in ecclesijs. extra de præben. lib. vj. Tertius est
quando volunt cessare à diuinis, vt in c. si canonici. &
c. quamuis. de offic. ordi. eo. lib. In alijs autem casibus
non est necessaria vocatio dictorum absentium, secun-
dum prædictam glos. cum qua ibi transit Domi. de san-
cto Gemin. pro qua facit authen. hoc ius porrectũ. C.
de sacrosanct. eccles. vbi in alienatione rei ecclesiæ non
sunt vocandi absentes. Facit etiam ad hoc, licet ipse nõ
alleget, d. l. nominationum. C. de decurio. quæ fuit ad
hoc superius allegata. Refert tamen ipse Panor. quòd
Anto. de Butr. in dicto c. cum omnes. vult in quolibet
actu graui absentes debere vocari: quoniam tres casus
supra recitati ideo requirunt vt vocentur absentes
propter grauitatem præiudicij: igitur idem videri de-
bet in alijs grauibus casibus propter idẽtitatem ratio-
nis: quia vbi est eadem ratio, idem ius statui debet, vt
l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. à Titio. ff. de verb. oblig. & In-
stitu. quib. mod. ius pa. po. sol. §. pari ratione. cum con-
cor. ibi allegatis in glo. & ad hoc adducit glos. in l. j. C.
de condi. indeb. quæ videtur velle, quòd casus excepta-
tus à lege, potest extẽdi propter identitatẽ rationis, vt
solet allegari tex. in cap. cum dilecta. extra de confir. vti.
vel inutil. in verbo, eiusdem æquitatis. vbi notatur, quod
non solum casus inclusus in regula extenditur ad aliũ
casum ex identitate rationis, vt patet in iuribus allega-
tis, sed etiam casus exceptus à regula, vt ibi clare vide-
tur probari. facit quod notatur per Bart. in l. sed in no-
mine. ff. de vsucap. & per Cy. Bald. Salice. & Docto. in
l. ita nobis pudor. C. ad l. Iul. de adul. & per Bart. in l. j.
C. de patri. qui filios distrax. & in c. ad audientiã. extra
de cleri. nõ resid. Argumẽtũ enim à simili est validũ in
iure. facit quod notatur in c. translato. extra de constit.
& vt dicit Bal. in d. l. j. C. de condi. indeb. positio vnius
exceptionis non remouet alias exceptiones in iure ex-
pressas. licet enim exceptio limitet regulam, non tamẽ
limitat alias exceptiones. quod fatetur Barto. esse verũ
54 nisi in verbis legis aliæ exceptiones excludãtur. † Vel
vt dicit Panor. in d. c. cum omnes. iste articulus potest
expediri prout eum expedit Bart. in l. oẽs populi. ff. de
iusi. & iur. videlicet quod vbi absentes à ciuitate aut loco,
non habẽt vocem in vniuersitate aut capitulo, vel col-
legio, indubiè non sunt vocandi. ad quod facit d. cap.
quia propter. extra de elect. vbi verò sunt tales qui ha-
bent vocem, si sint absentes ex necessitate, & tali neces-
sitate quæ procedat ex eorũ propria culpa: quia pro-
pter delictum fortassis fuerũt expulsi, vel relegati, cuã
non sunt vocandi, argum. l. amissione. §. qui deficiũt.
ff. de cap. di. & facit c. præter hoc. xxxij. distinc. Sed si si-
ne culpa, vel propter timorem tyrãni non audent redi-
re ad ciuitatẽ, siue sint negotia grauia vel leuia, ad va-
liditatem actus, & vt præiudicetur absentibus, debent
isti vocari, vt saltẽ mittant procuratores. ad quod facit
lxiij. distinct. c. quãto. & quod not. per Innocẽ. in d. c. cũ
ex iniuncto. & in c. bonę. extra de elec. Sed si sola volũ-
tate sua sint absentes, nõ sunt vocandi, secundũ Barto.
vbi s. cui cõsentit Panor. per tex. d. aut. hoc ius porre-
ctum. nisi in casibus s. positus exceptatis. Vltra quos
non est

non est necessaria vocatio absentium, vt firmat gl. in d.c.quamuis.extra de offi.ordi.lib.vj. Imò etiam in casu d.c.cum in ecclesijs.extra de præbē.eod.lib. non est necessaria vocatio absentium, quando receptio alicuius in canonicum fit mādato superioris, cui de necessitate est obtēperandum, vt ibi notatur per Archi.& Domi.de sancto Gemi.quoniam fieri debet distinctio inter illa, quæ fiunt voluntariè, & ea quæ fiunt de necessitate, per not.in c.ab arbitris. extra de offi.deleg.lib.vj.& in d.c.si capitulo.de cō
55 cess.præben.eo.lib. †Sed quæritur nunquid in causis tangentibus Rempublicam in publico parlamento omnes personæ vniuersitatis sint vocandæ. Iacob. Rebuf.in d.l.penult. C.de legat. libr.x.mouet quæstionem istam. Et concludit q̄ aliquæ personæ non sunt vocandæ, quæ non habent vocem, vt sunt minores, cum nō habeant sanum consilium, vt l.j.ff.de minorib.& l.fi.C.de testa.milit.& l.spurij.§.minores.ff.de decurio.& l.ad rempublicam.ff.de muneri.
56 & hono. †Similiter nec mulieres, quarum etiā non est sanum consilium, & aduersus propria commoda sæpe laborant, vt est tex.in l.si pater.in fi.C.de spōsalib. Sunt enim mobiles & inconstantes: ideo varium & mutabile est earum cōsilium, vt in cap.forus.ante fin.in verbo, natura. extra de verb.sign.& notatur in c.j.extra de clandest.despon.Ideo dicuntur fragiles, Instit.quib.alie.non li. §.j.& l.assiduis. C.qui pot.in pig.hab.& faciunt notata per Alber. in l.filia in orbitate.C.de inoffi.testa. Nec obstat q̄ Iustinianus Imperator adhibuit ad consilium suum vxorem suam, vt dicit tex.& glos.in authē.vt iudi. sine quoquo suffrag.fi. collat.ij.quia sic sibi placuit illa vice propter nobilitatem, qua vxor principis debet fulgere, vt l.fi.C.de quadri.præscrip.vbi sentit Bal.id esse propter honorē principis, non autem propter æquitatē.vocari enim debent ad consilium omnes, scilicet qui sunt idonei, & non alij, argumē.
57 l.vt gradatim.§.j.ff.de muner.& hono. †Quæstio autem circa hoc fieri potest, an in constitutione syndici vel alijs gerendis per vniuersitatem, aut collegium, tam seculare, quàm ecclesiasticum nomina illorum, qui maiorem partem faciunt, sint exprimenda.quod videtur, quoniam maior pars aliàs nesciretur, nec cognosci posset, argum.l.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de noui oper.nunt.& d.l.nulli. cum l.seq. quod cuiusq; vniuer.no.& l.penult.C.de legatio.In oppositum videtur q̄ non: quia in actibus incumbentibus vniuersitati, vel collegio, vniuersitas, seu collegium actiuè & passiuè fungitur vice personæ, vt corpus repræsentatum certum & determinatum, vt l.mortuo. ff.de fideius.& l.ergo sciendum. §.fin. ff.ex quib.cau.maio.& l.ciuitas.C.de offi.rect.pro. Nō refert igitur, an proprio nomine, vel ea demonstratione, quæ fungatur vice nominis aliquid demonstretur, vt l.certum.ff.si cert.peta. & l.si nominatim.ff.de condi.& demonst.Si igitur dicatur, capitulum talis ecclesiæ, vel consilium talis ciuitatis constituit talem syndicum, vel actorem: videtur valere, & procedere de iure. Re enim certa demōstrata, superuacuū est aliam demonstrationē requirere. l.j. in fin.ff.de dote præleg. Si namq; relinquatur legatum collegio, ciuitati, vel ecclesiæ, valet legatū. l.j. C.de sacrosanct.eccle.& l.ciuitatibus.ff.de legat.j.& l.pater.§.Tusculanus.& l.Lucius.§.collegio.ff.de legatis.ij. & tamen legatum respectu personæ legatariæ requirit certitudinē. Ideo cum dicitur, populus talis ciuitatis, aut loci, fecit aliquid, nō aliud intelligitur, q̄ q̄ omnes fecerunt, aut tanta pars, q̄ de iure in ea totus populus intelligatur repræsentatus, vt hoc tex.videtur probari. & d.l.nominationum.
58 & sæpe dicta l.nulli.cum l.seq. †Super ista quæstione varij varia dixerunt.glos.enim in c.fi.in fin. extra de procur.requirit expressionem nominū.quod dicit ibi Bal.esse verum, ad hoc vt non opponatur de incertitudine personarū, quia ad hoc vt nō possit opponi, debent specificari nomina præsertim illorum, à quibus pēdet autoritas. & ita intelligit illam glos.Sed si nō opponatur de incertitudine personarum, ipse tenet cōstitutionem syndici, vel alia per vniuersitatem gesta, aut collegium valere, vt tenuit Bar.in l.ij.C.de præd.curia. libr.x.ipse tamen Bart.aliter loquitur in l.j. ff.de albo scrib.dicens, q̄ quādo cōstituitur syndicus ad vendendū, aut alienandum, nomina constituentium sunt exprimēda, vt l.fi.C.de vend.re.ciuita.lib.xj.& authen.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct.eccl. vbi autem tractatur de alio negotio, si sit difficultas in expressione nominum, quia fortè collegium est magnum, vt quia sit multus populus vel populosum & magnū consilium, non est necessariū poni nomina omnium in instrumento syndicatus, vel alterius negotij, vt dicit esse tex.in d.c.fi.extra de procurat.& hoc recitat Bal.in d.l.nulli.argum.l.vsufructuarium. §.si viuarijs.ff.de vsufr. Notarius tamen debet dicere omnes fuisse præsentes, vel duas partes vniuersitatis, aut collegij, vt d.l.quod maior. Sed in paruo collegio, vel consilio non populoso sunt nomina exprimenda, vt cōstet saltem duas partes fuisse præsentes, per iura allegata.& hoc tenet Hostiē.in summa, de syndico.§.& qualiter. Quidā dixerunt recitati per Bal. in d.l.nulli.quòd si notarius attestetur omnes interfuisse, nō requiratur specificatio nominum: secus si attestetur solū de duabus partibus: quia incertum est tunc quæ fuerint illæ personæ, & propter incertitudinem aufertur facultas reprobandi. & hoc videtur esse de mente Spec.tit.de syndico.vers.porrò.
59 & seq.& versic.sed quid si omisisti. †Oldr.recitatus per Bal.in d.l.nulli.& per Panor.in d.cap.vnico, de syndico.tenuit standum esse instrumēto, vbi agitur de obligatione vniuersitatis, vel collegij.Nec est aliter necesse exprimere nomina, cū vniuersitas sit per se certa. Præsumitur etiam quòd instrumentum sit verum, & omnia solenniter acta. Ad quod accedat quod notat Bal.in titu.de not.feud.vbi dicit ex instrumento oriri duas præsumptiones, scilicet quòd sit verum, & solēne. facit l.cum precibus.C.de probatio.& l.j. C.de fide instru. & iur.hasti.fisc. lib.x.& notatur in d.l.actor.ff.rem ratam ha. Sed secundum eundem Oldr. si sit actum in vniuersitate de obligatione singulorum, sunt nomina illorum restringenda: aliàs esset incertū quis eorū teneretur, nisi probaretur extrinsecus.& hoc recitat idem Bal.in l.j.in prin.ff.de magist.conue. vbi etiam allegat Old.concludit tamē quòd aliquādo practicatur vnū, quandoq; oppositum, secundum stylos iudiciorum. putat tamen ipse Bal.q̄ in actibus ponderosis, vt alie-

nationum vel ſubmiſsionum nomina debeant ex-
plicari:quia tex.d.l.fi.C.de vend.reb.ciui.hoc vide-
tur requirere,& arbitratur tutius ita fieri,prout ſe-
cundum ipſum vtuntur Domini eccleſiaſtici,& vt
dicit in allegata l.nulli. ſeruat practica in collegijs
perſonalibus,puta monachorum, monialium,cam
pſorum,vel mercatorum, ꝙ intereſſentium nomi-
na exprimantur.Sed in collegijs realibus,puta ciui
tatis vel caſtri non exprimantur nomina ſingulo-
rum,ſed numerus vniuerſorum,quem exprimit no
tarius in ſuo inſtrumento, puta dicendo ꝙ interfue
runt fortè trecenti artifices & vltra,& ſic de ſimili-
bus: & quia ita eſt conſuetudo faciendi in ciuitate,
vel loco,valet de iure,ſecundum eundem Bal. Iaco.
Rebuf. in allegata l.penulti. C.de legat.ſe reſoluit,
60 †ꝙ in actibus geſtis per adminiſtratores vniuerſi-
tatis,vt per conſules, ſi omnes cõſentiant illis acti-
bus,non ſit neceſſe exprimere nomina. Si vero con
ſentiant ſolum aliqui illorũ,nomina ſunt exprimẽ-
da.Sed vbi vniuerſitas illos actus gerat,neminẽ no
minare oportet propter difficultatem nominandi,
arg. d.l.vſufructuarium.§.ſi viuarijs. ff.de vſufruct.
& l.ſi alieni nummi. ff.de ſolutio.& ideo dum in pu
blica ſcriptura contineatur à maiori parte id fuiſſe
actum,ſtandum eſt tali ſcripturæ,ſecundum ea quæ
notantur in gloſ.ſuper verbo,ordine.in l.j.C.de fi-
61 de inſtru.& iur.haſt.fiſc.lib.x.† Panor.tandẽ in d.c.
vnico,de ſyndi.recitat Bal.dicẽtem in d.l.j.in prin.
ff.de magiſt.conue.aliquos voluiſſe,ſemper eſſe ne-
ceſſarium nomina exprimi : quia notarius eſt vice
teſtis,vt l.Domitius Labeo.ff.de teſta. Ideo ſolũ de-
bet deponere de his,quæ ſenſu corporeo, nõ autem
intellectus iudicio percipiuntur : quia ad iudicem
pertinet iudicare per intellectum , & non ad teſtem
vel notarium, ſecundum Innocẽ.in c.cum cauſam.
extra de teſti.& facie iij.q.ix.c.teſtes. Sed dictio hæc
vniuerſitas,capitulũ,vel collegiũ,eſt nomen iuris,
& ſic intellectu magis,quàm corporeo ſenſu perci-
pitur,& cadunt ibi habendæ plures cõſiderationes,
An ſcilicet omnes exiſtẽtes habeant vocem,an ſint
legitimè congregati , & an ad minus ibi ſint duæ
partes, de quibus notarius non poteſt atteſtari ſine
expreſsione nominum. Ideo conſuluerunt prædicti
recitati per Bal.ꝙ exprimantur nomina ſingulorũ.
quod tutius videtur,vt etiam conſuluit Io.Andr.in
addi.Spec.tit.de ſyndi.verſ.porrò.Quamuis tamen
conſulat,ꝙ nomina exprimantur,concludit tamen
62 hoc non eſſe neceſſarium.† Addit tamen,quòd vbi
procuratorium vel ſyndicatus,aut actoria non ha-
bet deſcripta nomina illorũ qui interfuerunt, mul-
tum ſuffragatur ſigillum vniuerſitatis,collegij, vel
capituli,vt in c.tertio loco. extra de probat.& c.ſi-
gnificauit.de appel.& c.j.extra de ſent.excõ.lib.vj.
& l.ſi procuratorem.vbi gloſ.Alber.& Doct. ff.de
procurat.& l.ſi qua per calumniã.C.de epiſ.& cler.
quod dicit Panor.eſſe notandum, vt ad cautelã in-
ſeratur inſtrumentis,vel literis ſigillum vniuerſita-
tis,vel collegij,ſaltem in ponderoſis : quia niſi pro-
betur cõtrarium,præſumptio eſt ꝙ vniuerſitas,aut
collegium legitimè & explicitè actum complent.&
ſubiungit ꝙ etiam circunſcripto ſigillo non eſt ne-
ceſſe exprimi nomina ſingulorum,imò verbis nota
rij de hoc credi debet,cum ſolẽnitas intrinſeca præ-
ſumatur,vt ad hoc allegat tex.apertum in §.ſi ſcri-
ptum.Inſtit.de inutil.ſtip.vbi præſumitur,ꝙ ſtipu-
latio ſolennis interuenit,ſi in inſtrumẽto ſcriptum
reperiatur, ꝙ promiſſa ſunt decem,intelligi debet,
ſcilicet ex ſtipulatione.& facit Inſti.de fideiuſ. in fi.
& l.ſciendũ.cum ibi notatis per Bar.Angel. & Ioã.
de Imol. ff.de verb.oblig. & in l.j.per gloſ.& Doct.
C.de vſur.& per Inno.in c.innotuit.extra de eo qui
furti.ordi.ſuſcep.quia non eſt poſsibile, ꝙ notarius
deponat vniuerſitatem hoc feciſſe, niſi interponat
aliqua verba iuris,quod facere poteſt quicquid di-
cant ſuperius recitati tenẽtes contrarium:aliàs ſe-
queretur, ꝙ notarius nunquam poſſet in ſuo inſtru
mento dicere, ꝙ fuit interpoſita ſolẽnis ſtipulatio,
cum iſta verba ſint iuris.& hoc eſt de mẽte Io.And.
vbi ſ.qui addit fidẽ notarij eſſe de publico appro-
batam in c.ad audientiam.in ver.nec credentes.ex-
tra de præſcrip.Ideo præſumitur ſolennitas per iu-
ra ſuperius allegata.& ita pertranſit, quãuis ſermo
ne longiori,& conſulat pro tutiori,vt in arduis ne-
gotijs,maximè in longinquo tractãdis nomina ex-
63 primantur.†Dubitatur etiam circa prędicta,nun-
quid ſufficiat in actibus vniuerſitatis,collegij, vel
capituli ſingularis illorũ conſenſus,ita ꝙ vnus ho-
die,alter cras conſentiat,vel debeat eſſe cõſenſus o-
mnium vel maioris partis cõmuniter præſtitus.di-
cunt Bal.Alber.& Doct.in d.l.nulli.conſenſum de-
bere communiter,& non ſingulariter pręſtari.facit
quod not.in c.in Geneſi.extra de elect. hoc etiã not.
Alber.in dicta authen.hoc ius porrectum. & Spec.
tit.de ſyndi.verſ.quid ſi vnus.& Innocẽ.in antè di-
64 cto c.cum ex iniuncto. †Quærunt etiã Doct. nun-
quid pronũciatio iudicis faciat ſyndicum,vel acto-
rem,aut procuratorẽ illum,qui nõ eſt.Bal.in d.c.ſi.
extra de procura.& ipſe in l.j.in fin. ff.quod falſ.tut.
autore. poſt Iaco.de Are.tenet quòd non.& allegat
Spec.ita tenuiſſe in tit.de reſcrip.præſenta.§.dicto.
verſic.ſi.licet ipſe Spec.in tit.de excep.§.ij.verſic.in
ſummã.teneat contrarium,ne quis videatur iudicis
autoritate circũueniri. Sed prius dictũ plus placet
Io.And.in addi.Spec.ſuper dicto tit.de reſcrip.præ-
ſenta.& Bald.in d.l.j.quod falſ.tu.auto.& Bart.in l.
qui aliena.ff.de neg.geſt.& Compoſtel.in c.ſuper li
teris.iiij.col.extra de reſcrip.& Cy.in l.falſus. iiij.q.
C.de fur.& hoc ſequitur Practicus Ferrarien. in tit.
forma interlocutorię ſuper legitimatione perſona-
rum.gloſ.j.dicẽs,ꝙ ſi veritate inſpecta pateat illum
non eſſe actorem vel ſyndicum,aut procuratorem,
nõ noceret domino, vniuerſitati,vel collegio pro-
nunciatio iudicis,& geſta per illũ,qui non erat ſyn
dicus,vel procurator, non præiudicarent illis. Ad
quod allegat l.cum nõ iuſto.ff.de colluſ.deteg. Niſi
ſecundum eum poſt latam interlocutoriam vniuer-
ſitas,vel dominus hoc ſciẽs ratam illam habuiſſet,
arg.l.ab eo iudicato.C.quomodo & quando iudex.
& l.ſæpe.§.ſed ſcientibus.ff.de re iudi.& l.ſi procu-
65 ratori.ff.de verb.obli.cum ibi notatis.†Nec iſti opi
nioni obuiat text. dictæ l.j.verſ.idem Pomponius.
ff.quod falſ.tut.auto.vbi iudex pronuntiando eum
eſſe tutorem,qui non erat,& decernendo ſe ratũ ha-
biturum,quod ab illo tutorio nomine geretur vali
dat actum:quia,vt dicit idem Bal.& etiã Practicus
Ferrarien.vbi ſ.illud ibi ideo eſt, quia per iudicem
poteſt

poteſt tutor cõſtitui,ſed aliud eſt in procuratore vel
ſyndico,qui nõ poteſt per iudicẽ ordinari.Eſt etiam
alia ratio, ſecundum Cy.poſt Iaco.de Aret.in l.in-
terdum.ff.quod falſ.tuto.auto. recitatos per Bar.in
d.l.j.quia iudex non poteſt ſupplere defectũ procu-
ratoris vel ſyndici interuenientis pro abſente:ſecus
eſt in tutore,dum tamen decernat ſe ratum habitu-
rum:aliàs non,vt ibi,cõiuncta l.ſi tutor.C.in quib.
cauſ.in integ.reſtit.non eſt neceſ. Illud tamen quod
eſt dictum de procuratore,dicit ipſe Bal.in allegato
c.fi.eſſe verum,ſi ſit falſus procurator. Sed ſi ſit mi-
nus idoneus vel inhabilis,ſtandum erit pronuntia-
tioni iudicis, niſi appelletur,vt l.ita demum. C.de
66 procurat. †Deinde quærit, ſi maior pars vniuerſi-
tatis conſtituat ſyndicum,ſed alij cõtradicant dicen
tes,ꝙ credebãt litem mouendã eſſe iniuſtã, ideo no
lebant litigare, nec ſuſtinere expẽſas fiendas in lite,
nunquid valeat conſtitutio ſyndici,contradictione
prædicta non obſtante. & videtur ꝙ non, argu.l.ſi
pro te.ff.mand.& l.fi.ff.de neg.geſt.& d.l.j.ff.de ma.
conue.& l.fi.ff.de excep.rei iudi. Alber.in d.l.nulli.
tenet contrariũ,ex quo maior pars conſentit, argu.
huius l.& d.l.quod maior.ff.ad municip. Sed ſecun-
dum Panor.in d.c.cum omnes.extra de cõſtit. ſuper
gloſ.j. quæ vult ꝙ in rebus collegij valet quod fit à
maiori parte,hoc cõſentit,dummodo fiat ex neceſ-
ſitate, ſecus ſi fiat ex mera volũtate:quia tunc vnus
67 ſolus poteſt reſiſtere.†Habẽtes enim rem cõmunem
pluribus vt ſingulis,non poſſunt regulariter diſpo
nere,niſi omnes conſentiant, vt l.per fundum. ff.de
ſeruit.ruſti.præd.& l.fi.C.de auto.præſt. cum ſimi-
libus.Quod tamẽ fallit,ſecundum Bart.in d.l.quod Fallentia.
maior.& Panor.in d.c.cum omnes. in aliquibus ca
68 ſibus,† videlicet quando vnus ſociorũ vellet depu-
tare rem ad vſum, ad quem res eſt deſtinata, vt l.in
tantum. §.in cõmune ſepulcrum. ff.de rerũ diuiſ. &
l.Sabinus.ff.cõmuni diuid.vbi eſt bona gloſ.& l.ar-
boribus.§.nauis.& ibi etiam gloſ.ff.de vſufru.Item
fauore liberationis,vt l.ſi plures.& l.maiorem.ff.de
pactis.Item ad impediendum ceſsionem bonorum,
vt l.fin.C.qui bo.ced.poſ.& not.per Dy.in c.quod
omnes tangit. extra iſto tit.lib.vj.Item fallit ratio-
ne adminiſtrationis bonorũ pupilli, vel debitoris
abſentis,aut fugitiui,vt l.iij.§.fin.ff.de admi.tut.&
l.ij.de cura.bo.dan. in prin.& l.fin.in prin.ff.de bo.
auto.iudi.poſ.Item etiam fallit, propter lites diri-
mendas,vt l.duo ex tribus.ff.de re iudic. & l.item ſi
vnus.§.fin.ff.de arbit.Item ſecundum Panor.in d.c.
69 cum omnes.†illud quod dictum eſt,de re cõpetente
pluribus vt ſingulis, ꝙ omnes debeant conſentire,
procedit quãdo cõpetit pluribus iure ſingulari, ſe-
cus ſi iure eccleſiæ,licet cõpetat ſingulis:verbi gra-
tia,in præbendis,quæ cõpetunt ſingulis canonicis,
nõ vt collegio,tamen cõpetunt iure eccleſię,& non
iure ſingulari : ideo maior pars capituli poteſt ſu-
per illis diſponere,& ordinare aliquid ad vſum piũ
per tex.notabilem ſingularẽ in c.fi.extra de his quæ
fiunt à maio.par.capi. & ibi per Innocẽ.& plenius
Io.de Imol.& per ipſum in c.j.eod.titu.ſuper gl.pe.
Et circa hoc ſuper quibus capitulum, ſeu canonici
poſsint ſtatuere & diſponere,recurratis ad gloſ.no-
tabilem in c.conſtitutione.extra de verb.ſig.lib.vj.
Et prædicta intelligit Panor. videlicet quòd maior
pars capituli non ſolum diſponere poteſt de bonis
capituli,ſed etiam de præbendis ſingulorum,quan
do ſcilicet diſponitur ſuper redditibus ſuperfluis:
quoniam tunc propriè hoc eſt diſponere ad vſum
deſtinatum:quoniam quod ſuperfluit canonicis de Limitatio.
redditibus eccleſię,debet in eius vtilitatem conuerti,
vt xij.q.j.§.fi.In cõmuni vero vt pluribus,quod fa
cit maior pars refertur ad omnes,vt in hac regula.
quod eſt intelligendum quo ad præiudiciũ vniuer-
ſitatis,ſed nõ quo ad præiudicium ſingulorum hoc
facientium,vt l.j.in princi.ff.de magiſt.conue.Item
hoc procedit,quantũ ad vtilitatem cõmunem vni-
uerſitatis,ſecus ſi ad vtilitatẽ ſingulorum:quia tunc
omnes debent conſentire, vt in d.c.cum omnes.&
ibi Innoc.& Doct.& Bar.in d.l.quod maior,ſecun-
dum quem etiam fallit in caſu ſpeciali,in authen.de Fallentia.
defen.ciui.§.fi.Ibi nullo reluctante.colla.iij.vbi ſpe-
cialiter cõſtitutum eſt,ꝙ conſenſus omnium requi-
70 ratur : ideo contradictio vnius impediret. †Sed eſt
aduertendum circa præmiſſa, quando dictum eſt in
congregatione vniuerſitatis, collegij, vel capituli,
duas illius partes debere eſſe præſentes. quod quidã
intellexerunt,vt recitatur per Io.de Imol.in d.c.j.de
his quæ fiunt à maio.parte capi. procedere quando
pręſentes in gerendis per vniuerſitatem, capitulum
vel collegium, volunt aliquid ſtatuere ad præiudi-
cium abſentium,ſed ſufficiat maiorem partem illa-
rum duarum partiũ conſentire,per dict.l.nulli.cum
l.ſeq.& per id quod habetur in allegata l.quod ma-
71 ior.†Alij vero recitati per do.Io.de Imol.dicebant
requiri ſimpliciter ꝙ ſit maior pars capituli ad ali-
quid faciendum,per tex.dictæ decre.cum omnes.&
per illud quod habetur in d.c.quia propter.extra de
elect.& ad iura quæ allegantur per gloſ.in d.c.cum
omnes.& d.c.j.quæ primã opinionem probare vi-
dentur, reſpondebant ꝙ illa loquuntur in decurio-
nibus,vel conſiliarijs ciuitatum,per illud quod ha-
betur in l.ij.& per totum tit.C.de decurio.libr.x.&
ſuper rubrica illius tit.de quibus decurionibus, ſiue
conſiliarijs ſecundum eos nõ eſt fienda comparatio
ad eccleſiaſticos:quia ſpurij poſſunt eſſe decuriones,
vt l.ſpurij.ff.de decurio.ſed nõ poſſunt eſſe eccleſia-
ſtici,vt in c.fi.extra de fil.presby.& in c.j.& ij. eod.
titu.lib.vj.Sed Io.Andr.in d.c.j.de his quæ fi.à ma.
parte capi. poſt gloſ. ibi tenet ſufficere duas partes
vocandorum eſſe præſentes. & ſic vt eum intelligit
Ioã.de Imol.videtur velle non eſſe præciſè requiſi-
tum,ꝙ duæ partes illorum de vniuerſitate vel capi
tulo ſint præſentes.& allegat not.in cap.fi.extra de
maio.& obe.circa fi.iij.gloſ.& x.q.ij.§.hoc ius por-
rectum.& lxiij.diſtin.c.obeuntibus.de quo etiam in
Spec.tit.de ſyndico.circa prin.& per Anto.de But.
in allegato c.j.vbi cõcor. cum gloſ.ibi poſita,quæ
72 ſecundum eum ſic intellecta dicit veritatẽ. †vbi ta-
men dicit Io.de Imol.ꝙ licet ſecundum dictum in-
tellectum gloſ. non videatur neceſſe, ꝙ duæ partes
capituli,vel vniuerſitatis eccleſiaſticæ, ſint ſemper
præſentes,hoc dictum non videtur iure probari.&
licet ipſe aliquando dicat ſe tenuiſſe cum opinione
Io.Andr.quæ videtur cõmunis,poſtea ſubtilius co-
gitando ſubiungit poſſe attentari, ꝙ etiam in vni-
uerſitate eccleſiaſtica ſit neceſſe non ſolum vocato-
rum,ſed duas partes illorũ, qui ſunt de vniuerſitate

esse præsentes: quia non reperitur de iure canonico
haberi contrarium: de iure vero ciuili, hoc requiri
nõ videtur, vt probatur in iuribus superius allega-
tis. Ideo cum non reperiatur discordantia inter ius
canonicũ & ciuile, debet stari dispositioni expressæ
iuris ciuilis, per illud quod notatur in ca.j.extra de
noui oper.nuncia. Et quamuis ius canonicum dicat
simpliciter standũ esse maiori parti, non tamen ex-
cludit quin debeant esse duæ partes præsentes, sicut
in d.l.quod maior. & etiam in hac regula dicitur fa
ctum per maiorẽ partem referri ad vniuersos, & ta-
men secundum glos. hic hoc intelligitur, dummodo
sint præsentes duæ partes, per sæpe dictam l.nulli.
cum l.seq. & ista opinio secundũ eum videtur posse
defensari. & ita fortè, vt ipse vult voluit sentire gl.
in sæpe dicto c.j.de his quæ fiunt à maio.par.capi.
In practica tamẽ vt ipse dicit seruaretur intellectus
& opinio Ioan.Andr. Panor. in d.c.j. clarius loqui-
tur dicens, quòd vt valeat actus duæ partes vocan-
dorum ad minus debent esse præsentes. ita dicit in-
telligendam esse d.l.nulli. cum l.seq. ex quibus dua-
bus partibus debet maior pars de necessitate cõsen
tire. & ita intelligit d.l.quod maior. & istam legem
& dictum cap.j. & sic non est necesse ad validitatem
actus, quòd maior pars omniũ de vniuersitate con-
sentiat, sed sufficit maiorẽ partem illorum, qui sunt
in consilio vel capitulo consentire, dummodo in eo
existentes sint duæ partes, quæ duę partes totã vni-
uersitatem repræsentant. facit l.j.ff.de decre.ab ord.
fa. Si tamen vnus de vniuersitate fuerit cõtemptus,
prosequi potest contemptum suum, & faciet actum
retractari: quia contemptus vnius plus obest, quàm
contradictio multorum, vt in c.quòd sicut. & c.bo-
næ.extra de elect. & idem notat ipse Panor. in d.c.
cum omnes. Vbi dicit esse aduertendum, quòd in nu
mero duarum partium non sunt concludendi non
habẽtes vocem, vt in Cle.quod circa extra de elect.
Limitatio. Hoc tamẽ est, vt superius dictum fuit, quòd omnes
vocandi sunt, qui sunt in ciuitate vel loco, per mo-
dos suprà dictos vel aliquem illorum, sicut est con-
suetum, nec aliter requiritur vocatio absentiũ, per
illud quod habetur in d.l.nominationum.C.de de-
curio.lib.x. Nisi in casibus, de quibus in præceden-
tibus dictum fuit. ¶ Addit vlterius Ioan.de Imol. in
allegato c.j.extra de his quæ fiunt à maio.par.capi.
quòd etiam in actu electionis fiendę per vniuersita-
tem secularem videretur absentes debere vocari, si-
cut vocandi sunt in vniuersitate ecclesiastica: quia
contrarium nõ reperitur iure cautũ, per illud quod
habetur in d.c.j. extra de noui oper.nunt. Quæ, vt
dicit, procedunt de iure, nisi aliud cõsuetudo obser-
uaret, per l.minimè.ff.de legib. & c.cũ dilectus.extra
73 de consuet. †Vnam tamen diuersitatem maximam
inter Legistas & Canonistas refert Panor. in dict.c.
cum omnes. se non bene reperire decisam, quoniam
vt dicit Bar. in d.l.omnes populi. in ij.q.principali,
quem sequitur cõmunis practica, non videtur esse
satis, quòd vniuersitas vocetur, sed necessariò debẽt
interesse duæ partes. & ita intelligit l.fi.C.de præd.
curi.si.decre.non alie.lib.x. Sed secundũ opinionem
Canonistarum, si ille ad quem pertinet cõgregatio
vniuersitatis mandet, quòd vniuersitas cõgregetur,
& ad eius mandatum omnes non veniant, venientes
possunt actũ explicare, licet non sit maior pars di-
ctæ vniuersitatis vel collegij, vt vult Innocẽ. in c.j.
extra de maio. & obed. & in c.ij.extra de noui ope.
nuntia. quasi vocatio superioris constituat non ve-
nientes in contumacia, propter quam cõtumaciam
priuantur facultate dandi vocem. Ad quod allegat
Panor. bonum tex. in cap.cum nobis.extra de elect.
vbi vocati ab habente potestatem, si nolint venire
faciunt se alienos, & sic nõ sunt computandi in nu-
mero duarum partium. & hoc sentit glos. in dicta
Clem.quod circa. ad quod Ioan.Andr. in c.in cau-
sis.extra de elect. allegat quendam Doct. Bononien-
sem in disputatione publica ita tenuisse. Et ponit
exemplum, quòd sint centum homines in vniuersi-
tate, quorum soli triginta cõparent vocati à supe-
riore, dicit in illis triginta ius vniuersitatis residere.
Sed vbi non est aliquis superior, ad cuius autorita-
tem pertineat cõuocatio, si instet finis termini præ-
fixi vniuersitati ad expeditionẽ actus gerendi, mi-
nor pars potest maiorẽ partem vocare, qua nolen-
te venire per minorem actus expedietur: quia non
debet minor pars priuari per cõtemptum maioris
partis, per ea quæ habentur in c.in caussis. & dicto c.
cum nobis. extra de electio. Sed si terminus non sit
præfixus ad illud faciẽdum, debent saltem interue-
nire duæ partes, qualitercunq; velint, & monere ter
tiam partem, ne possit agere de contemptu, per ea
quæ superius dicta sunt. quod videtur esse de mente
dictæ l.nominationum. & ita pertransit Panor. cum
ista opinione, quam dicit esse veriorem. Nõ obstat
l.fi.allegata per Bar. quæ obscura non bene probat
74 dictum suum. ¶ †Addatis ad suprà dicta, quòd vbi
vniuersitas vel collegiũ, aut capitulum, aliquid sta-
tuit vel disponit in odiũ alicuius particularis per-
sonæ, illud est iniquũ. & vt voluit Bart. in l.omnes
populi.ff.de iustitia & iure. potest ab illo appellari,
argu.l.j.in fin. ff.de doli mali except. Sed secundum
Doct. in d.c.cum omnes. appellatio non est necessa-
ria. quod probat ille tex. vbi non fuit appellatũ ab
iniquitate statuti, de quo ibi, sed via querelę & con
tradictionis fuit habitus recursus ad superiorem. &
etiam talis dispositio seu statutum fit extraiudicia-
liter. ideo non transit in rem iudicatam, & aduersus
extraiudiciale grauamen, licet per appellationẽ seu
verius prouocationem possit grauatus sibi proui-
dere, tamen per viã querelæ potest à superiore quæ-
rere remedium, vt in c.cõcertationi.extra de appel.
75 libr.vj. †Tale tamen statutum secundum quosdam
Doct. in odium particularis personæ factum tenet,
sed per viam contradictionis potest reuocari. quod
non bene placet Panor. quoniam de natura & sub-
stantia legis est, quòd sit rationabilis & honesta, &
omnibus communis. cap.erit autem lex. iiij.distin.
Ad quod dicit Bar. in l.allegata, omnes populi. tale
statutum cõtinens iniquitatem esse nullum ipso iu-
re. & ad c.cum omnes. respondet quòd, ibi de facto
facta fuit reuocatio statuti, nec dicit ibi litera, quòd Pa
pa illud annullauerit, sed quod remouit illius ini-
quitatem, quæ volebat antiquos & iuniores canoni
cos esse inæquales in fructuum perceptione, contra
illud quod habetur ff.quod quisq; iur. in alt.stat. &
in dicto c.cum omnes. ad hoc adducit Papa autori-
tatem Catonis dicẽtis, Legem patere quam tuleris.

Cuius

Cuius ſapientis ſano conſilio credi debet. Ad quod
facit cap. peruenit. lxxxiiij. diſtinct. cum ſimilibus.
76 ¶ †Illud autem quod dictum eſt de præſentia dua-
rum partium, poteſt limitari quando ex dilatione
actus immineret præiudicium parti, vel vniuerſi-
tati: quia tunc minor pars poſſet expedire actum,
ſecundum Petr. de Ancha. in repetitione decretalis,
Canonum ſtatuta. extra de conſti. in proſequutione
ſecundæ quæſtionis principalis. Non enim ſemper
ad validitatem eius quod agitur cum vniuerſitate
requiritur maior pars, ſecundum gloſ. Ioã. Andr. in
cap. ſi capitulo. extra de conceſ. præben. lib. vj. vt in
citationibus vel denuntiationibus fiendis vniuerſi-
tati: quia non ſemper requiritur, quòd duæ partes
ſint præſentes, vt nota. per Bar. in extrauaganti, ad
reprimendam. ſuper verbo, citatum. Imò ſufficiet ci-
tari caput vniuerſitatis, quando recuſat congrega-
re vniuerſitatem, quæ citanda eſt, argumen. l. iube-
mus. C. de ſacroſanct. eccl. & in illis caſibus, in qui-
bus non fit vniuerſitatis congregatio, ſola vniuer-
ſitas dicitur contumax, & poſſunt contra illum ad-
hiberi remedia, de quibus in cap. quoniam frequen-
ter. extra vt lite non conteſta. ſecundum Petrum de
Anchara. vbi ſuprà. Bald. vero in l. j. verſic. quòd ſi
nemo. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. dicit, quòd ſi ciui-
tas vel vniuerſitas habet ſyndicũ, vel actorem, ille
debet citari, argumen. l. j. C. ſi ex plu. tut. vel curato.
vnus, &c. aliàs debet citari in conſilio congregato.
Ad quod allegat iſtã regulam. Nec ſecundum eum
poſt Cy. quem allegat, ſufficeret citari poteſtatem,
vel alium officialem: quia illius contumacia nõ no-
cet ſingularibus, argumẽ. l. meminerint. C. vnde vi.
de quo per gloſ. in l. nõ poteſt dolo carere. l. iſto tit.
Vel ſecundum eundem Bal. quãdo ciuitas, vel vni-
uerſitas, non habet ſyndicum, duplex eſt modus ci-
tandi, ſcilicet in perſona vel ad domum. & in per-
ſona dicitur fieri citatio vniuerſitatis, quãdo in con
gregatione capituli, vel conſilij adunati citatur: ſed
ad domum, quando per ſchedulam citatoriam, quæ
affigitur ianuis clauſis, vel locis publicis, ita quòd
deducatur in notitiam publicã. Idem enim modus
eſt citandi, & procedendi contra ciuitatem ſeu vni-
uerſitatem, ſicut cõtra ſingularem perſonam, vt di-
cto verſic. quòd ſi nemo. ¶ Singularis vero perſona
aliquando citatur per literas ad domum affixas, vt
l. vt perfectius. C. de annal. exceptio. cum ſimilibus.
Vniuerſitas tamen ſecundum eundem Bal. non po
teſt in contumacia conſtitui antè quàm poſsit con-
gregari, ſi velit, vt l. vnica, in fin. ff. de liber. vniuer.
77 ¶ †Hoc tamen notandum eſt, ſecundum Baldũ &
Docto. in dicto verſic. quòd ſi nemo. ſcilicet quòd
per contumaciam vniuerſitatis, vel ſyndici, graua-
tur vniuerſitas in bonis vniuerſitatis, non autem in
bonis ſingulorum. & hoc ſignanter dicit text. in di-
cto verſic. quòd ſi nemo. ibi, quod eorum commune
erit poſsideri. Ideo res ſingulorum non debent capi
pro debito vniuerſitatis, poſſet tamen capi admi-
niſtrator propter ſuam negligentiam. Ad hoc alle-
gatur l. j. circa princip. ff. de munerib. & ●ono. ibi,
ab iſtis enim periculo ipſorũ exactiones celebrant.
Vel ſecundum Iacob. Butrig. recitatum per Alberi.
vbi ſuprà actor, vel ſyndicus vniuerſitatis ex ſuo
dolo præſumpto poſſet mulctari, & eſt dolus præ-
ſumptus ipſius citati non comparentis vel non ob-
temperantis mandato iudicis, vt in dicta l. non po-
teſt dolo carere. Et hoc procedit, niſi in contrarium Limi-
eſſet cõſuetudo, quòd pro debito vniuerſitatis ſin- tatio.
gulares perſonæ, & eorum bona poſſent capi, argu-
mento notatorum per gloſ. ſuper rubrica. C. de de-
78 cretis decurio. libr. x. ¶ †Et eſt aduertendum, quòd
ſicut ex contumacia ſyndici, vel actoris non tenen-
tur ſingulares, ita nec ex eius promiſsione: quia nõ
potuit obligare ſingulares. ad quod allegat Bal. no-
tata in l. ij. C. quæ ſit long. conſuetu. in gloſ. Et hoc
niſi lege municipali, vel expreſſo mãdato illud eſſet
ſibi permiſſum, argumen. dictæ l. nulli. & l. prohibe-
re. §. planè. ff. quod vi aut clam. & conſuluit Barto.
in l. iiij. §. actor municipum. ff. de re iudicata. quòd
ſi dicatur ſyndicum ad hoc habere mandatum, vi-
dendum eſt, à quo factus ſit ſyndicus, & quale man-
datum ſibi datum: quia ſi coadunantia populi vel
conſilium, cui hoc permiſſum eſt, illum fecerit ſyn-
dicum, & dederit mandatum de obligando, cum il-
la poteſtas habeatur pro lege, ſicut dicimus de alijs
contractibus factis ab habentibus poteſtatem con-
dendi legem, vt l. Cæſar. ff. de publica. cum ibi nota
tis, talis promiſsio eſſet valida: aliàs ſecus. ideo dili-
genter verba mandati videnda ſunt: quia ſi ibi di-
ceretur, quòd ſyndicus poſsit obligare vniuerſita-
tem, & ſingulares inſolidum, vel ſimilia verba ap-
ponerentur, remanerẽt vniuerſitas, & ſingulares in-
ſolidum obligati. Ad quod facit l. reos. §. cum tabu
lis. ff. de duobus reis. Sed ſi non ſit additum in obli-
gatione, quòd inſolidum quilibet teneatur, non in-
ſolidum, ſed pro parte, quilibet tenebitur, vt nota-
tur etiam per Alberi. ſuper rubrica. ff. quod cuiuſq;
vniuer. no. & gloſ. in dicta l. ij. & ibi Docto. & in-
telligenda eſt pars, pro qua quilibet tenetur, ſcilicet
para quota, quæ tangit ſolidum & libram, vt nota-
tur per Innocen. in cap. grauem. extra de ſententia
excommu. de quo inferius plenius dicetur. Sed vbi
addita eſt clauſula inſolidum, ad obligationem rea-
lem bonorum, res cuiuslibet illorum de vniuerſitate
ſunt inſolidum obligatæ, vt dicto §. cum tabulis. &
facit l. aliena. in princip. & §. j. ff. de pigno. actio. &
79 vult Bart. in dicto §. actor municipij. ¶ †Vnum in
hac materia notandum eſt, prout habetur per gloſ.
& Docto. in dicto verſic. quòd ſi nemo. quòd vni-
uerſitates non ſemper æquiparantur pupillis. Et eſt
ratio, quia in conſilijs ciuitatum ſunt vt plurimum
viri ſapientes, & ſenſati. Ideo patitur ipſa vniuerſi-
tas rerum ſuarum venditionem: ſecus in pupillis, vt
l. apud Iulianum. in prin. & §. j. & fin. ff. ex quib. cau.
in poſ. eat. Vel eſt ratio differentiæ, ſecundum Iaco-
bum Butrig. quem allegat Alberic. quia in ciuitate
ſperatur impedimentum perpetuum, quia ſemper
remanet ciuitas: ſed in minore ſperatur temporale,
quia nõ ſemper erit minor: & facilius toleratur im-
pedimentum temporale, quàm perpetuum, vt not.
in l. ij. §. ij. ff. ſi quis cautio. Ideo cõtra minorem non
currit præſcriptio, vt l. fi. C. in quibus cauſis in in-
tegrum reſtit. non eſt neceſ. & tamen in ciuitate be-
ne currit, nc cadamus in infinitũ, & abſurdũ, quod
omnino vitandum eſt, vt l. fina. & ibi notatur per

Salicet.C.de senten.pas.facit l.namq absurdum. ff.de
bonis liber.& l.si quis iusiurandum.C.de reb.credi.
& in c.quemadmodum.& ibi Docto.extra de iure-
iurand.& in cap.autoritate.extra de priuile. lib.vj.
& ideo in hoc vniuersitas non æquiparatur pupil-
lo,secundum prædictam glos. in dicto versic. quòd
80 si nemo. ¶ †Quæ etiam quærit, si vniuersitas nihil
habeat commune,de quo possit prouideri credito-
ribus suis,quo modo illis cõsuletur. & respondetur
quòd cogentur illi de vniuersitate, aut ciuitate fa-
cere collectam super se, & ponere in communi pro
suis debitis soluendis. & ita etiam tenet Innocen.in
dicto cap.grauem.ad quod facit l.qui potest facere.
§.isto titu.& l.iij.ff.de alimen.& ciba.legat. & illam
glos.dicto versic.quòd si nemo.dicit ibi Alber.esse
singularem.quod intelligendũ est in iure isto ciuili,
quoniam habet aliã glos. sociam de iure canonico,
in c.cum dilecta.in fin.glos. extra de rescrip.de qua
glos.Mart.Sillima.mirabatur:quia debitũ per vni-
uersitatem nõ est debitum singulorum,vt suprà di-
ctum est.sed potest responderi quòd non coguntur
illi de vniuersitate vt singuli, sed vt sunt de colle-
gio vel vniuersitate, vt dicit dicta glos.fin. in alle-
gato c.cum dilecta.sicut etiam recipiunt cõmodum
de rebus collegij vel vniuersitatis,vt l.iij.ff.de colle.
illici.& est de hoc tex.expressus in l.vnica. C.sum-
ptus iniunct.muner.ad omnes collegas simul perti.
libro xj.& facit l.omnes prouinciarum.C.de ope-
ribus public.& l.ij.C.de immuni.ne.conced.libr.x.
Et notatur per Specul.titul.de senten.excommuni.
§.sequitur videre. versic. quid si vniuersitas. Si ve-
ro vniuersitas sit adeo indigens, quòd collecta non
sufficit, non possunt illi de vniuersitate cogi ad lo-
candas operas suas,sicut nec cogeretur priuata per-
sona, secundum Baldum post Gulielmum de Cu-
gneo in dicto versiculo,quòd si nemo.allegat quod
habetur in l.legis Iuliæ. C.qui bo.ced.pos. sed facit
melius l.ob æs alienum. C.de actio.& obliga.Vni-
uersitate autem nolente imponere collectam,voca-
tis prius illis,qui de vniuersitate vocandi sunt,iudi
cis autoritate potest imponi collecta, vt vult Bar-
tolus in dicto §.actor municipij.allegat ad hoc l.fi.
C.de muner. patrimoniali. libro x. quod & voluit
Albericus in dicto versiculo, quòd si nemo. scilicet
cogendam esse vniuersitatem ad imponendam col-
lectam per superioris autoritatẽ remedijs iuris,puta
multãdo vel personas capiendo, per notata super
rubrica.ff.de colleg.illici.& in l.ita tamen. in prin-
81 cipio.ff.ad Trebellia. ¶ †Sed circa prædicta Bald.
in dicto vers.quòd si nemo.quęrit de pluribus quæ-
stionibus. Primò,quia dictum est suprà,quòd colle
cta debet imponi per solidum & libram,secundum
Innocen.in dicto c.grauem. vtrum hoc sit indistin-
ctè verum. Ad quod respondet,quòd si imponatur
collecta pro soluendis debitis vniuersitatis ex con-
tractu,siue ex maleficio:hoc verum est,quòd per so
lidum & libram imponat,vt l.rescripto.§.fin. ff.de
muneri.& hono.vbi tex.vult imponẽdam esse col-
lectam pro patrimonio,& sic pro rata patrimonij
sui quilibet municeps tenetur ad soluendum colle-
ctam.Ideo in quibusdã ciuitatibus fit extimum bo-
norum ad quod debet recurri,& pro rata extimi de-
bet supportari onus collectæ.facit l.incola.la ij.cum
ibi notatis in glos. ff.ad municipal. Sed vbi non fit
extimũ, facultates cuiuslibet de vniuersitate debent
circunspici per publicè deputatos ad illud, & fit
æstimatio bonorum mobilium & immobilium,vt
dicta l.ij.C.de immuni.nemi.conced. lib.x.& etiam
debet pecunia fœnebris inquiri,argum. l.filij liber-
82 torum.§.fin.ff.ad municipal.†Et hanc opinionem,
quòd per solidum & libram collecta sit imponẽda,
Bar.in allegato §.actor municipij.dicit esse veram,
quando collecta simpliciter & principaliter impo-
nitur pro causa respiciente onus vniuersitatis secũ-
dum vires patrimonij cuiuslibet: vt si vniuersitas
sit cõdemnata ex causa mutui,vel causa emptionis,
aut similium,vel si imponatur pro aliquo munere
patrimoniali,vel misto expediendo,per solidum &
librã fiet collecta,vt iuribus allegatis. Sed si sit im-
posita pro aliquo munere personali,vt si dicat sta-
tutum vel ordinatio ciuitatis aut loci, quòd quisq;
masculus de ciuitate ætatis viginti annorum,vadat
ad exercitum, vel vt redimatur hoc onus vel mu-
nus personale eundi ad exercitũ, ciuitas redemit il-
lud onus pro centum, vel villa pro quinquaginta:
quia ista pecunia surrogatur loco muneris persona-
lis,quod erat impositũ per capita, illa collecta erit
distribuẽda per capita,& non per solidũ & libram.
facit Instit.pro socio.§.illud.& l.secundũ naturam.
ff.isto tit. ¶ Addit tamen Bar.quòd si ita istud onus
esset impositum,quòd vnus de qualibet familia iret
ad exercitũ,omnes inhabitantes in vna familia pro
vno eodẽ haberi debent in collecta, & sic impone-
retur per fumantes seu focos.Sed vbi causa propter
quam imponitur collecta est vrgens debitũ vel sti-
pendium soldatorum, tunc solui debet per solidum
& libram,nisi aliud expressim dictum foret in illa
impositione collectæ:quia tũc prout fuisset expres-
sum veniret soluenda,argumen. l.quoties.& l.non-
nunquàm. ff.ad Trebellianum. quam opinionem
Bartoli Bal.in dicto versic. quòd si nemo. dicit esse
optimam. Sed in dubio, vbi non liquet de causa,
videtur collecta imposita pro viribus patrimonij,
per dictam l.rescripto. §.fin.vt etiam suprà dictum
fuit, secundum Bartolum, qui dicit etiam, quòd si
vnus de his,quibus est imposita collecta, non repe-
riatur soluendo, alij per solidum & libram cogen-
tur soluere,per l.j.C.de omni agro deserto. libro xj.
83 ¶ †Sed est quæstio quis possit collectam imponere.
Bartolus in repetitione l.vnicæ. C.de mulie. & in
quo loco. libro x. respondet quòd si imponatur
propter necessitatem ciuitatis, illam possunt ciues
imponere, per ea quæ habentur in dicto versiculo,
quòd si nemo.& dicta l.omnes prouinciarum.C.de
operibus public. Sed si imponatur propter publi-
cam vtilitatem,non potest imponi sine expressa li-
centia principis,vt l.placet.C.de excusat.muner.&
l.vnica.C.de superindict.lib.x. Etiam si ciuitas vel-
let expresse illam imponere pro donando principi,
vt ibi:quia videtur istud esse de regalibus pertinen-
tibus ad principem,iuxta illa quæ habẽtur in cap.
vnico, quæ sint regaliæ. Licet Angelus in dicto §.
actor municipum. dixerit se obtinuisse, quòd villa
potest sibi talem collectam imponere. Ad quod ipse
alleg

allegat glossam ordinariam, in authen. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si verò nec ciuis. super verbo, persoluat. collatione septima. vbi etiam ipse Angelus eam ita intelligit. ¶Sed secundum Ioannem de Imola in allegato §. actor municipum. illa glossa bene ponderata non dicit hoc, ad quod Angelus illam allegauit. Sed videtur dicere, quòd villa debet contribuere cum ciuitate vel castro, sub quibus existit, per iura quæ allegat. quod potest, imò debet intelligi, quando collecta imposita est ex causa legitima, propter debitum vniuersitatis, ciuitatis, castri, vel villæ soluẽdum: quo casu ciuitas potest illud imponere: secus in casu, in quo nõ potest imponi sine principis autoritate, vt dicta l. placet. & dicto cap. vnico, secundum eundem Ioannem de Imol. Et hoc verum in ciuitatibus recognoscentibus superiorem: secus in non recognoscentibus, vt sunt plures in Italia, de quibus per Bartolum in l. hostes. ff. de capti. & postlimin. reuers. Illæ enim possunt imponere collectas, vt volunt, & sibi placet, secundum Bar. in dicta l. vnica. C. de mulie. & in quo loco. & Bald. in repeti. l. placet. C. de sacrosan. eccles. Iacob. verò Rebuf. in dicta l. vnica. C. de superindict. dicit quòd ciuitates, quæ recognoscuns superiorẽ, sicut pro necessitate debiti soluendi possunt imponere collectã, vt suprà diximus: ita etiam hoc facere possunt propter publicam vtilitatẽ necessariam, vt si velint iudici, vel medico, aut aduocato constituere salarium. Ad quod allegat l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. faci. & l. vnicã. C. de decre. decurio. Secus si collectam voluntariam facere vellent propter ludos, vel propter nouum aduentum principis ad paramenta faciẽda, quia hoc nõ possent, vt dict. l. vnica. C. de decre. decurio. Secus si talis collecta imponeretur non inuitis, sed volentibus, vt vult idem Iaco. Rebuf. post Andr. de Baru. in allegata l. vnica. C. de superindict. Ad quod facit l. j. C. de specia. libr. xj. cum ibi notatis. & l. quoties. in fi. ff. de pollicita. & l. si priuatus. ff. qui & à quib. manu. liberi non fi. & l. fi. C. de sta. & imag. & quod notatur per glo. xj. q. iij. cap. si quis verò. quæ vera sunt, nisi aliud vellet consuetudo, vt l. j. C. de expẽ. ludo. lib. xj. & l. vt profanos. C. de sacrific. Pagano. & tem. & notatur per glos. super verbo, consuetudine. in l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. libr.

84 xj. facit l. j. §. j. ff. de munerib. & honorib. †Deinde quæritur, quibus possit imponi collecta. ad quam quæstionem respondet Bartol. in dicta l. vnica. C. de mulie. & in quo loco. quòd incolis & ciuibus loci, vt dicta l. rescripto. §. fi. ff. de munerib. & hono. Ideo non imponitur forensibus, licet aliquid possideant in illo loco: quia collecta principaliter imponitur personæ, licet pro rebus. Persona tamẽ nõ est subiecta, ideo ei nõ potest imponi, vt dicta l. rescripto. in fi. facit l. libertus. §. sola. ff. ad municip. Quod etiam tenet Bald. in repetitione l. placet. C. de sacrosanct. eccles. In personalibus & mistis oneribus, quia illa tantum incolis imponuntur: ideo vbi statuitur, quòd vnus de qualibet domo debeat ire ad exercitum, vel facere custodiam de nocte, vel soluere tantum, non ligantur forenses de iure communi, vt dictis iuribus. facit quod notatur in l. idẽ

Limitatio.

Vlpianus. §. sunt & alij. & l. non tantum. §. fin. ff. de

85 excusa. tuto. †Statuto enim tali non ligantur forẽses, vtpote non subditi iurisdictioni statuentis. Si tamen forẽsis fecisset extimum bonorum, quæ possidet in loco, illud faciendo videtur se obligare, & consentire, vt pro sua rata soluat collectam, argumento l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiuss. tuto. & d. l. incola. la j. ff. ad munic. quia qui vult antecedẽs, vult & consequens inclusum sub antecedenti, vt l. ad rem mobilem. cum ibi notatis per glo. & Doct. ff. de procu. & l. ad legatum. eodem titu. Fallit etiã id quod dictum est de collecta non imponenda forensibus in fœneratoribus possidentibus in loco, vt l. filij libertorum. §. fi. ff. ad municip. & l. fi. §. patrimoniorum. vers. sed eos. ff. de munerib. & hono. Item fallit in ciuitatibus habentibus de hoc priuilegium, vt dicto §. patrimoniorum. vel habentibus cõsuetudinem tanti temporis, de cuius contrario non extet memoria, cum talis consuetudo habeat vim constituti & priuilegij, vt l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. ij. in principio. ff. de aqua plu. arcen. & in cap. super quibusdã. §. præterea. extra de verbo. significa. & in cap. j. in fin. ff. de præscript. libr. vj. Fallit vlterius in ciuitatibus facientibus tributaria sua prędia propter collectas: sed tunc imponitur rebus & nõ personis, secundũ

86 prædictos Docto. †Quando verò imponitur personis, imponitur eam magnis, quàm paruis per solidum & libram, vt plus possidens in bonis, plus soluat, vt notatur per glos. in l. j. C. de apo. public. libr. x. per iura quæ allegat. & facit l. j. ex quib. mu.

87 vel præsta. nemi. lice. se excus. eodem libr. †In tantum quòd, vt ibi notatur per Iacob. Rebuf. si collecta illa imponatur ob necessitatem publicã emergẽtem, pura pro defensione patriæ vel regni, princeps per priuilegium ab eo cõcessum neminẽ posset eximere à cõtributione illius collectæ, quia hoc cederet in dissipationem reipublicæ, quod non est tolerandũ. Facit quod habetur in authẽ. quomodo opor. epis. in princ. colla. j. ibi, dum dicit tex. Imperium autẽ rectè & cõpetenter exornet traditã sibi rempublicã. Et talis priuilegij concessio esset cõtra ius gentium, secundum quod pro patria pugnandum est. xxiij. quæstio. iij. cap. fortitudo. & extra de immuni. eccles. cap. peruenit. facit l. veluti. ff. de iusti. & iur. & l. ne damnosa. C. de preci. Impera. offer. & l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. Sed si guerra nõ tenderet ad tuitionem regni, vel Reipublicæ, tunc dicendũ est, vt habetur in c. vnico, hic finitur lex, deinde consuc. &c. & in c. vnico de mili. vas. qui cõtu. est. & in authẽ. vt nulli iudi. §. & hæc verò iubemus. coll. ix. Et si vultis, videte Archi. x. q. iij. c. quia cognouimus. circa collectas seu tallias, aut exactiones, quas imponunt principes super suos subditos, an iustè fiat vel iniustè: quoniam secundum eũ quãdoq; contingit, quòd principes non habent sufficientes reditus ad custodiam terræ, nec ad alia ab eis necessariò rationabiliter expendẽda, quibus casibus iustũ est, ꝙ subditi exhibeãt sibi, vnde possit eorũ cõmunis vtilitas procurari. Ideo in pluribus terris ex antiqua consuetudine principes subditis suis tales collectas vel tallias imponũt, quę si nõ sint

immoderatæ, absq; peccato exigi possunt. Nam,
secundum Apostolum, nullus militat proprijs sti-
pendijs, vt prima ad Corinthios c. ix. & facit xiij.
quest.j.cap.his ita.versic.item his.& in cap.cum ex
officij. extra de præscriptio. & xxviij.quæst.j.cap.
iam nunc.in fine. Et nemo de suo beneficium face-
re cogitur.x.q.ij.c.precariç. Princeps enim qui mi-
litat vtilitati communi, debet de communi viuere,
& cõmunitatis negotia procurare. Ideo subiungit
ipse Archidia.quòd in casibus de nouo emergenti-
bus pro vtilitate communi, vel honesto statu prin-
cipis conseruando, ad quod non sufficiunt reditus
ipsius principis, vel exactiones consuetæ, vt pro-
pter inuasionem quam faciunt hostes, vel propter
alium casum similẽ emergentẽ, possunt licitè prin-
cipes terrarum à suis subditis aliqua exigere vltra
consueta. Non autem propter libidinem suam, aut
propter inordinatas, vel immoderatas expensas,
quia hoc non liceret sine peccato, argumento cap.
suam.extra de pœnis.& lxxxvj.distinct. cap.nõ sa-
tis.iuxta fin.& xxiij.quæstio.j.cap. paratus. in fi.&
cap.militare. Sunt enim quasi stipendia principũ,
reditus eorum, quibus debent esse contenti, & nil
aliud exigere, vt iuribus suprà proximè allegatis.
Nisi ratione vtilitatis communis, aut status hone-
sti sui, vt dictum est, vel si princeps captus esset ab
hostibus, & non posset redemptionem petitam ab
eis soluere absq; graui damno. quod plenius dedu-
cit Raymũdus de penna forti in sua summa allega-
tus per Archid.vbi suprà, titu.de quæstis peten.fa-
cit quod habetur in c.cum apostolus. extra de cen-
88 sib. †Hoc autem notandum est, quòd venientes de
nouo ad habitandum in ciuitate vel loco, & ibi re-
cepti de nouo vt ciues, non tenentur contribuere
ad onera præterita, aut debita ciuitatis vel loci, vt
est text.in l.prouidendum.C.de decurio.libr.x.vbi
Iacobus Rebuf. & plenius per eum in l.vnica. C.de
priuileg.corpora.libr.xj. & per Bartolum in l.in-
cola.la ij.ff.ad municip. & ibi per Baldum. Et præ-
stat ad hoc argumentum, vt isti de nouo venientes
non teneãtur ad collectas prius impositas. l.tutor
petitus. ff.de excusa.tuto. Quod tamen verum est,
Limitatio. vt recitat Iacob.Rebuf.vbi ŝ. nisi illa debita essent
contracta ratione priuilegiorum, vel eorum, quæ
in vtilitatem incolarum euidenter verterentur, vt
dicta l.prouidendum.iuncta l.j.§.viarum.ff.ne quid
in loco publ.& Institu.de legit.agna.tut.§.fin.& ff.
de legit.tut. l.legitimos. & l.secundum naturam. ŝ.
isto titu. Addit etiam Bald.in sæpe dicto ver. quòd
si nemo. quòd si de nouo receptus in ciuem, succedit
in rem ipsam, quæ est affecta pro collecta, vt quia
emit rem descriptam in extimo ciuitatis vel loci,
tenetur ad solutionem veterum, & nouorum one-
rum pro sua rata. Ad quod allegat text.in l.murile-
guli.C.de murileg.libr.xj. qui est ad hoc secundum
Bald.notabilis, in quo videtur residere Iaco.Rebuf.
in dicta l.prouidendum.in fi. videte de hoc Specul.
titu. de censib. §.nunc videndum.versic.sed quid si
aliquis rusticus.cum versic.sequen. & Docto.in lo-
cis allegatis. Circa hoc quærit Bald.in versic.quòd
si nemo. quòd si eadem res reperitur in extimo em-
ptoris, & in extimo venditoris, vtrum pro illa de-
beantur duæ collectæ. Et videbatur quòd sic, eò ꝙ
per extimum imponitur collecta. & ita secundum
eum aliqui seruauerũt, quo nihil iniustius dici po-
tuit, quia pro eadem re & eodem contractu nõ de-
bentur duæ gabellæ integræ. Ad quod allegat no-
tata per glossam in l.honorem sustinenti.ff. de mu-
nerib.& honori.& in l.vnica.C.de impo. lucra.de-
script.lib.x.vbi habetur, quòd collecta fundi debe-
tur ab emptore illius, quia onus concomitatur rẽ,
l.fin. C.de exacto. tributo. & l.j.C.de anno. & tri-
but.libro x.& de præd. nauicula. libro xj.in l.ij.&
89 facere contrarium est illicita extorsio. ¶ †Vlterius
quæritur, vtrum incolæ ciuitatis vel loci receden-
tes teneantur ad collectas. Bald.vbi ŝ. respondet ꝙ
sic, si erat imposita, vel conclusum erat, quòd im-
poneretur, vt l.incola.la ij.ff.ad municip. Idem si nõ
erat imposita, nec deliberata, recedens tamen habe-
bat in archiuo publico bona sua extimata, quia ha-
bens bona sua in extimo, potest grauari in colle-
ctis, siue sit subditus siue non, secundum glos.in di-
cta l. incola. Sed non habens bona in extimo, non
subijcitur collectis, nisi sit subditus, vt allegata l.re-
scripto.in fine. Et sic collecta iam imposita incola
recedens de loco, etiam non habens bona in exti-
mo, teneretur ac si non recessisset: ea autem nõ im-
posita, vel non contracta, nõ tenetur recedens, nisi
habeat bona in extimo.& ita sentit dicta glos.nota-
bilis, secundum eundem Baldum. Et est sciendum,
ꝙ pro imponenda collecta omnes res, tam mobi-
les, quàm immobiles debent extimari, quando im-
ponitur per solidum & libram, vt l.forma.ff.de cẽ-
sib.& notatur per Bartol.in allegata l.vnica.C.de
90 mulie. & in quo loco. libr.x. †Quæstionem etiam
mouent Doctores in hac materia, vtrum sacerdos
parochialis debeat reputari de vniuersitate ciuita-
tis, vel alterius loci secularis, quo ad commoda, &
onera. quod videbatur secundum Oldra. q.lxxiij.
recitatum per Albericũ in l.j.quarta colũn.ff.quod
cuiusq.vniuer.no. quia sicut se habet domus ad vni-
uersitatem domorum, sic homo ad hominum, vel
personarum vniuersitatem. Sed sic est, quod secun-
dum rerum qualitatem inhabitãtes in diuersis vni-
uersitatibus asscribuntur, vt l.re pignoris nomine.
ff.de acquiren. posses.& l.seruis vrbanis. in princi-
pio.& §.j.ff.de lega.iij. & melius in l.cum de lanio-
nis.§.Sabinus.ff.de fundo instru.& instru.lega. Sed
certum est ecclesiam esse de vniuersitate domorum
intra territorium positarum, vt l.pupillus.§.terri-
torium.ŝ.titu.proximo. Igitur sacerdos censeri de-
bet de vniuersitate personarum. Quidã tamen hoc
intellexerunt verum, si sacerdos ibi habitaret, quia
sola domus non facit domicilium, vt l.libertus.§.
sola. in secundo.ff. ad municip. Alia etiam ratione
id suaderi potest: quoniam vniuersitas augetur, vel
minuitur, secundum accessum vel decessum incola-
rum, vt l.proponebatur.ff.de iudi.& l.penult.ff.de
fun. instruct. & l.prouidendum. C. de decurionib.
libro x.& dicta l.ad municip. Sicut igitur per no-
uum incolatũ augetur vniuersitas, vt nouus inco-
la asscribatur, cũ alijs incolis ad munera, vt eod.ti.
l.j.ij.respon. Sic etiam per erectionem nouæ eccle-
siæ, & aduentũ noui sacerdotis, in quibus consistit
ius

ius publicũ,sicut & in priuatis incolis, vt l.j.§.pu-
blicum ius.ff.de iusti.& iur.Et ideo sacerdos siue sit
antiquus, siue nouus incola, debet de illa vniuersi-
tate reputari,in l.j.in principio. ff.quod cuius.vni.
91 no. †Et hoc etiam tenet Baldus in titulo de milite
vasal.qui ar.belli.depo. Ad quod allegat c. dilecti.
extra de fo.cõpe. vbi Panor.dicit notandũ, ꝙ pri-
uilegiũ concessum hominibus alicuius patriæ sub
nomine appellatiuo, transit in clericos. quod ma-
ximè dicit procedere, quando materia subiecta &
persona cõcedens,proportionatur vtriq;.Cũ enim
sint pars vniuersitatis,non debent diuerso iure cẽ-
seri.l.eum qui ędes.ff.de vsucap.Et possunt ecclesiæ
& ecclesiasticæ personæ iuribus ciuitatis in suum
fauorem vti & gaudere, vt puta pascuis, & simili-
bus cõmunibus vniuersitatis, sicut & cæteri. quod
tenet Alber.vbi s.facit l.testatrix.§.j.ff.quẽadmod.
ser.amit.Nec nocet contradictio quorundã,dicen-
sium ꝙ ecclesiastici multis priuilegijs gaudẽt, qui-
bus nõ gaudent cæteri priuati incolæ:quoniã pro-
pter hoc non minuitur pax vniuersitatis, vt simile
videmus in decurionibus, Senatoribus, Doctori-
bus, & medicis habẽtibus plura priuilegia, tam in
personis,quàm in rebus,vt l.moris.§.iste.ff.de pœ.
& l.diuo Marco. & l.decuriones. C.de quæst. & l.
medicos. C.de professo. & medi. libr.x. Et tamen
omnes isti appellatione populi & vniuersitatis cõ-
tinentur,vt Insti. de iu.natu.gen.& ci.§.plebiscitũ.
quia per illa priuilegia honor illorum augetur, sed
non mutatur naturæ conditio. facit l.falsa. §.j.ff.de
condi.& demonstr.hoc etiam voluit Paul.de Cast.
in consilio cxxxv.pen.col.dicẽs,quòd ecclesiæ sunt
de vniuersitate territorij, in quo situatæ sunt,licet
sint exemptæ.Et clerici etiam sunt de communita-
te & populo laicorum, quamuis non sint subditi
eorum potestati. Facit quod habetur in c.accedẽs.
extra vt lite nõ contes.vt determinant Ioan. And.
in c.fi.post principium.extra de offic. deleg.lib.vj.
qui allegat Oldra.vbi s.facit l.si quis in hoc genus.
C.de episc.& cler. Sicut ouis dicitur de vniuersita-
te gregis mei,licet nõ sit mea,vt l.iij. ff. de rei vẽd.
92 †Ideo per hoc solui potest quæstio, si statuto mu-
nicipali cautum sit, quòd iniuriã inferens ciui cer-
ta pœna puniatur,quòd iniuriam faciẽs monacho
vel clerico etiam nõ oriundo illius ciuitatis, inclu-
datur illo statuto.Et hoc videtur tenere Lap.abbas
allegatus per Do. de sancto Gemi. in d.c. fi.& per
Bart.in d.l.j.ff.ad municip. quia per monachatum
vel clericatum fit illius ciuitatis ciuis, quandiu sal-
tim ibi habitat.Facit quod habetur in l.ciues.C.de
incol.lib.x.Sed secundum Ioan. de Imol.in dicto c.
fi.in contrariũ facere videtur c.ecclesia sanctæ Ma-
93 riæ.extra de constit. †vbi statuta laicorum etiã fa-
uorabilia non includunt clericos.Sed secundum eũ
potest responderi ad illud c.quòd loquitur in statu-
to edito ab inferiore: secus si esset editum à prin-
cipe,arg.notatorũ per Hosti.in c.fi. extra de solut.
vbi dicit,& post eum Ioan.Andr. ꝙ lex Imperialis
fauens ecclesijs & ecclesiasticis personis, extenditur
ad eas, quia eo ipso, ꝙ lex Imperialis priuilegiat
ecclesiam, vel ecclesiasticam personam,intelligitur
approbata,vt x.distin.c.j.& ij.vbi per Archi.& in
c.j.cum ibi no.extra de no.ope.nun.Secus si tende-
ret ad præiudiciũ ecclesiæ vel personę ecclesiasticæ.
quod etiã dicit ipse & Archi.vbi s.procedere in cõ-
suetudine laicorum,sed non in statutis eorum, siue
faueant siue noceant ecclesiasticis, vt in dicto cap.
ecclesia sanctæ Mariæ.& in cap. bene quidẽ. xcvj.
distinct.de quo plenius per d.Do.de sancto Gemin.
in allegato cap.fi.de offi.deleg.lib.vj. & facit quod
94 habetur xxiij.quęstio.v.cap.principes seculi. †Sed
nunc quæritur, vtrum clericis & ecclesiasticis per-
sonis,quæ sunt de communitate ciuitatis, vt dictũ
est,posit imponi collecta.Bartol.tenet,quòd non,
in dicta l.vnica.C.de mulie. & in quo loco.quoniã
vt dictum est,imponi debet subditis. Sed clerici nõ
sunt subditi laicis, vt probatur in authen. itẽ nulla
communitas.C.de episc.& cler.& ibi per Bal.& per
Alber.in l.ij.eod.tit.videte Hosti.in summa. de im-
munitate ecclesiarum.§.à quibus.per discursum il-
lius §.& ea,quæ habentur in cap.nõ minus.& cap.
95 aduersus.eodem ti.†Vtrum autem de bonis patri-
monialibus vel aliunde acquisitis quàm ab eccle-
sia,debeãt soluere collectas communitati,vel prin-
cipi, fuerunt opiniones. Et videbatur ꝙ non, quia
mutatione conditionis personæ ad quam res deue-
nit,videtur mutari cõditio rei. Ad quod facit illud
quod habetur in cap.j.extra de iur.patro.libr.vj.&
ibi Archid. in glos. quæ incipit, hic corroboratur.
Facit quod habeẽ in l.Paulus.aliàs incipit,per pro-
curatorem. ff.de acquiren. hæred. vbi probatur,ꝙ
medius successor immutat rei qualitatem,vt in l.
licitatio. §.mercatores. ff.de publi.vecti. & cõmis.
& l.si auia.C.de donatio.& l.vnica.C. de impo.lu-
cra.descript.libr.x.& l.pater. §.quindecim. ff.de le-
gat.iij.cũ similibus. Sed in oppositum arguitur de
lege ij.§.est vis.ff.de verbo.obliga.vbi persona hæ-
redis non facit mutationem in conditione obliga-
tionis.Ioan.Andr.in cap.fi.extra de vita & honest.
cleri. remittit ad Specul.titu.de cleric. coniug. §.j.
vers.adhuc autem.& seq.qui recitat tres opiniones.
96 †Prima fuit,quòd ad collectas impositas antequã
bona deuenirent ad clericum ipse teneatur,si remã-
serint soluendæ,quasi obligata pro illis fuerint di-
cta bona, sed non pro futuris, argu.l.cum quidam.
§.fiscus.ff.de vsur. & hãc opinionem veram putat
Alberic.in l.ij.C.de episcop.& cler.per legẽ,fiscus.
ff.de iur.fis.& notata in authen.quas actiones.C. de
sacrosanct.eccles. & in hac opinione fuit Gofre. re-
citatus per Panor.in dicto cap.fi.extra de vi.& ho-
97 nest.cleric. †Secunda fuit opinio, quòd vbi bonis
ipsis seu possessionibus sunt onera annexa, vt quia
erant in extimo ciuitatis descripta pro solido & li-
bra, clerici ad illa teneantur,cum talia onera indi-
cta possessionibus, trãseant in quemlibet possesso-
rem cum suo onere, in l.munerum. §.patrimonio-
rum.& l.rescripto.§.fin. ff.de munerib.& honorib.
98 †Tertia fuit opinio,quam Panormitanus in dicto
cap.fi.dicit esse veriorem, scilicet, quòd descriptio
possessionum ad onera prædicta, quam inter se fa-
ciunt laici, imponendo collectas,quandoq; non est
perpetua,sed variaẽ secũdum necessitatẽ temporũ,
ita ꝙ non inducitur onus reale perpetuũ, vel inua-
riabile,quo casu si tales possessiones perueniant ad
clericos vel personas ecclesiasticas debẽt cẽseri im-
munes ab illis oneribus.Ad qđ facit illud qđ habeẽ

in dicto c.j.extra de iur.patron.libr.vj. Et ista fuit
opinio Io.de Ligna. in cle.præsenti. extra de censi.
vbi etiā videte Io.de Imol. Secus esset, si possessio-
nes illæ essent oneratæ certo perpetuo censu, quia
illud onus cum esset reale, transiret in ecclesiam, &
clericos.xj.q.j.c.si tributum. & c.seq. & facit quod
habetur in dicta cle.præsenti. & in c.j.extra de im-
muni.eccles.libr.vj.& ibi per Archid.& Ioā.Andr.
& in c.quanquàm.extra de censib. eod.libr.Domi-
nus Florent.recitatus per Io.de Imol.in d.c.fi.extra
99 de vita & hone.cle.tenuit, †quòd onus reale, vt est
tributum certum, vel aliquid annuatim soluēdum
pro possessionibus, transit ad quencunque etiam cle-
ricum, vt d.c.si tributum.& cap.seq.& xxiij.q.viij.
c.tributum. Sed onus personale vel mistū nō trans-
it in ecclesiasticos, vt quando imponitur collecta
per capita, scilicet quòd quilibet pauper vel diues
soluat tantum pro rebus quas possidet, etiam si a-
liūde, quàm ab ecclesia dicti ecclesiastici posideāt
bona, quia imponitur personis pro rebus. Personæ
verò non sunt subditę laicis, vt in cap.si diligenti.
extra de fo.compe.& in auth.statuimus. C.de epis.
& cler.cum similib. Vult bene ipse do.Floren.quòd
pro collectis impositis de præterito, priusquam il-
lę res deuenirent ad ecclesiasticos, si non erant solu-
tæ, quando ad eos deuenerūt, ipsi teneantur, sed nō
pro futuris. De præteritis autem non solutis, ideo
dicit ipsos teneri, quia possessiones pro illis vidē-
tur obligatæ. quæ fuit prima opinio superius reci-
tata, quæ non bene placet Ioan.Imol.in d.c.fin. nisi
ex forma constitutionis prædia illa essent obligata
pro collectis: aliàs non viderentur obligata, quia
obligatio illa vel hypotheca non inducitur nisi in
casibus expressis in iure, vt ō.& C.in qui.cau.pig.
ta.cōtrahi. inter quos iste casus non reperitur, ideo
non videtur, ecclesiasticos tanquam non obligatos
ad solutionem illius oneris non soluti esse cogen-
dos, sed illos, quibus onus erat impositum. Bartol.
100 autem quem videatis in d.l.rescripto. †ponit mo-
dos & practicas, quibus bona laicorum & secula-
rium, quæ transeunt ad ecclesiasticas personas affi-
ciantur collectis, & remaneant affecta. Sed Panor.
in d.c.fi.non approbat illas practicas, quas non de-
ducit, nec respondet iuribus per Bart.alleg. Et ideo
reprehendit vno solo fundamēto, scilicet quòd illæ
videntur in fraudem libertatis ecclesiasticæ, per l.
j.C.de sacrosan.eccle. vbi quisque habet liberū arbi-
trium transferēdi bona sua in ecclesiā, quæ libertas
aufertur per dictos modos fraudulēter inuētos. Sed
hæc ratio Panor.non multū videtur vrgere contra
Bart. quia per hoc non impeditur donatio rerum
in ecclesiam, nec liberum arbitrium donantis. Sed
de iure illa alienatio trāsit cum suo onere, vt l.alie-
natio.ff.de contrahen. empt. vide tamen circa hoc
plenius Io.de Imol.in d.c.fin.& Bald. in l.fi. C.sine
cen.vel reliq. & per ipsum in sæpedicto vers. quòd
si nemo.in vers.super quarto puncto.& Hostien.in
summa.in d.§.à quibus. Addit Bald. in d.vers.quod si
nemo.quod non ingrediētes religionem, vel qui aliàs
non sunt personæ ecclesiasticæ, sed assumūt quendā
habitum, puta fratrū tertij ordinis sancti Frācisci,
aut alium similē, si in fraudem collectarum hoc fa-
ciant, non prodest eis, vt no. per gl.in l.cura.§.fin
ff.de mu.& hono.facit l.qui sub prætextu.C.de sac.
sanct.eccles.vbi videte Alber. vt enim dicit beatus
Gregorius allegatus per Archid. xlj. distin. c.sæpe
vitia. Sub vili habitu sæpe latet malus, licet præ-
tendat speciem boni: quia sæpe vitium quod præ-
tendit speciem boni, vendicat nomen virtutis. Et
hoc sentire videtur Bar.in l.semper.§. quibusdam.
ff.de iur.immu.& hoc quādo in fraudem onerū ille
habitus assumitur.& allegat d.gl. in alleg.l. cura.§.
fi.& quod habet in d.l.qui sub prętextu.& in c.vni
co, extra de obli.ad ratioci. Sed si sine fraude illum
habitum assumerent, secus esset dicēdum. quod etiā
voluit Bal.vbi ō.& quod priuilegia si quę habeāt apo-
stolica autoritate cōcessa sint eis seruanda. ad quod
allegat l.decurionibus.C. de silen.& cor.decuri.lib.
xij. facilius tamen dicit in istis præsumi fraudē, cū
propriè nō sint religiosi, nec ecclesiasticæ personæ,
quàm in cōuersis vel oblatis religiosorum, sed habent
101 prædicti quendam modum viuēdi. †Ad hæc sub-
iungit Bald.in d.vers.quod si nemo. quod ciuis vel inco-
la collectizari non potest in diuersis locis pro eadē
te, vt notatur in sæpe dicta l.vnica. C.de mulie. &
in quo loco. Sed habens diuersa domicilia pro di-
uersis rebus posset grauari. Ad quod allegat l.eius.
§.Celsus.aliàs est l.si quis instructus. ff.ad municip.
102 †Quęrit etiā de rebus acquisitis vniuersitati, quo-
modo distribuantur inter singulos. quæ quæstio se-
cundum eum non procedit in quæsitis vniuersita-
ti, & non singulis, nisi dissoluta vniuersitate, vt in-
frà dicetur, sed acquisita vniuersitati distribuenda
in singulos, vt si emantur loca vel prædia ad faciē-
dum castrū, & ædificandū domos, intra illud fien-
da est distributio inter eos, prout quilibet contri-
buit.& allegat Bart.ita tenuisse in l.fi.penul.quæst.
ff.de colleg.illici. Ad quod facit l.quoties.& l.non-
103 nunquam. ff.ad Trebel. †Circa quod quæritur de
quæstione tali, In quadam ciuitate vel oppido est
vnum pascuum commune omnibus ibi habitāti-
bus pro suis pecoribus & gregibus. vnus in loco
modicas habens ibi possessiones, vult tenere ma-
gnam quantitatem bestiarum, & talem, quod nō suffi-
cit pascuum pro pecoribus aliorum. nunquid pos-
sit? Albe.in l.Imperatores. ff.de seruitu. rusti. præd.
Adducit illum text. quod contra illum posit intētari
cōmuni diuidūdo iudiciū, quod ille vtatur pascuo illo
pro modo possessionū, sine aliorum iniuria. Ciuili
enim modo seruitute vtendū est, vt l.si cui.ff.de ser-
uit.facit l.itē si fundi.§.fi.ff.de vsufru.& l.cum hi.§.
modus.ff. de transacti. vbi modus seruandus est. &
quod habetur in c.j.extra de offi.custo.vt enim etiā
ipse dicit Alber.in l.in tantū. §.vniuersitatis. ff.de
rer.diuis.omnes ibi habitantes æqualiter dicto pa-
scuo debent vti, arg.l.Paulus.in ij.ff.de re iudi.cum
104 similib.ibi per eū alleg.† Deinde considerandum
est attēte ad illud, quod hic dicit gl. vt ad illā reuer-
tar, scilicet, quod ista regula volens referendum esse ad
vniuersos, quod publicè fit per maiorē partē, ha-
bet etiā locū in delictis. ex quo solet allegari ista gl.
quod vniuersitas potest delinquere. quod videt probа-
ri in l.metū.§.animaduertendū. & §.sed ex facto.ff.
quod me.cau. & l.si quis in tantā.C.vnde vi. dictio
enim, si quis, etiā vniuersitatē comprehendit, quæ
vicem personæ sustinet, vt ibi no. per Cy. & Doct.
& in

& in l.mortuo.ff.de fideiuſ.vbi eſt text. ſed Bart.in
l.aut facta.ff. de pœ. allegat in cõtrarium, quia ſine
ſenſu & ſine animo non cõmittitur delictũ, vt l.j.§.
ſ.ff.ſi quadru.paupe. fecis.dic. & l.infans.& l.diuus.
ff.ad legem Cornel.de ſica.& l.j.eod.ti.Sed vniuer-
ſitas cum ſit nomen iuris & perſona repræſentata,
vt patet ex his quæ habentur in l.in tantum.§.vni-
uerſitatis.ff.de rer.diuiſ.& xij.q.ij.c. qui manumit-
titur. non poteſt habere animum delinquendi. Ad
quod facit l.ſed ex dolo.§.j. ff.de dolo. Et hæc fuit
opinio Innoc.in c.grauem.extra de ſenten.excõmu.
quia vniuerſitas eſt perſona ficta repræſentata, &
non vera, ſeu corpus repręſentatũ, & carens anima.
Ideo vt dicit Ioan.de Imol.in dicta l.mortuo.quòd
licet ſinguli de vniuerſitate excõmunicari poſsint,
quæ excommunicatio infligitur pro peccato mor-
tali, vt xj.quæſt.iij.nemo epiſcoporum.non tamen
poteſt excommunicari vniuerſitas, vt in c.Roma-
na.§.ſi.extra de ſenten.excommu. libr.vj.Iſta quæ-
ſtio mouetur per gloſ. in cap.dilectus. in ſecundo.
extra de ſimonia.& etiam per gloſ. in c. epiſcopus
qui mancipium.xij.q.ij.& in l.ſicut.§.j. ff.quod cu-
iuſ.vniuerſ.no.quæ gloſ. ſecundum Doct.non ſatis
bene concludunt. Inno.verò, vt dictum eſt, in dicto
c.grauem. vult vniuerſitatem vel collegiũ iure re-
gulari nõ poſſe delinquere, ea ratione motus, quia
in vniuerſitate vel collegio quandoq; ſunt infantes,
furioſi, & ſimiles perſonæ, quæ non poſſunt delin-
quere, per iura allegata. Et etiam quia vniuerſitas,
quæ erat tempore delicti, mortuis ſuppoſitis dictæ
vniuerſitatis vel collegij, & alijs ſurrogatis, cenſe-
tur eadem vniuerſitas, vel idem collegiũ, vt l.pro-
ponebatur.ff.de iudi.cum ſimilibus. Et ſic naſcituri
vel futuri in vniuerſitate vel collegio nõ delinquẽ-
tes, punirentur. quod eſſet iniuſtum, cũ anima quæ
peccauerit illa punietur, vt xxiiij.q.iij.ca.ſi habes.
Iſtud tamen non bene placuit Bar.in dicta l.aut fa-
105 cta. †Quoniã, vt ipſe dicit, in pluribus delictis in-
nocens punitur propter nocentem, vt in crimine
læſæ maieſtatis, vt in l.quiſquis. C.ad legem Iuliã
maieſt.& in crimine hæreſis, vt in c.ſtatutum.in ij.
extra de hæreti. libr.vj.& in c. felicis.extra de pœ.
eod.libr. Ad hoc etiam facit illud quod habetur in
text.& gloſ.& per Doct.in l.ſi vſusfructus.ff.quib.
mod.vſusfru.amit.vbi quandoq; propter delictum
ciuitas ſubijcit aratro, vt no.per Bal.in pace Con-
ſtantiæ.iij.colum.& per Innocen.in c.cum ex iniũ-
106 cto.extra de no.ope.nun. †Propterea iſti Doct.in
locis allegatis variè loquũtur. Quidam enim refe-
rente Bart.in dicta l.aut facta.dixerunt, quòd in o-
mittendo ciuitas, vniuerſitas, aut collegium delin-
quere poteſt, vt l.iubemus nullam nauem.C.de ſac.
ſanct.eccleſ.Sed non poteſt delinquere in commit-
tẽdo per rationes ſuperius pro hac parte alleg. Cui
opinioni obuiat formaliter tex.in authen.itẽ nulla
communitas.C.de epiſco.& cle.& in corpore vnde
ſumitur. vbi in committendo punitur cõmunitas.
107 †Sed pro inueſtigatione veritatis huius articuli
conſiderandum eſt, quòd vniuerſitas ſiue collegiũ,
vt ſuperius dictum fuit, eſt vnum corpus repręſen-
tatum, ſeu perſona repræſentata ad ſimilitudinem
veri corporis, quia ſicut plura mẽbra cõſtituũt vnũ
corpus verum, ſic vniuerſitas aut collegium plures
homines, non tamen vt ſinguli, ſed vt collecti, &
coniuncti in vnum, vt not.in d.l.ſicut. §.j.& in l.j.
in fi.ff.de colleg.illi.& per Docto.in c.dilecta.extra
de exceſ.prælat.Ideo vniuerſitas vel collegium, ſe-
cundum veritatem nil aliud eſt, quàm homines vel
perſonæ illã vel illud conſtituentes, vt dicunt Phi-
loſophi & Canoniſtæ, ſecundum Barto.in alleg.l.
aut facta.recitatum per Ioã.de Ana.in d.c.dilectus.
Sed ſecundum fictionem, aliud eſt tota vniuerſitas,
& totum collegium, & aliud ſingulæ perſonæ, vt
in dicto c.qui manumittitur.& in c.nouit. extra de
his quæ fi.à prælat. ſine conſen. capi. Et ex hoc re-
ſultat, quòd propriè vniuerſitas delinquere nõ po-
teſt, cum animum vel ſenſum non habeat, ſine quo
non poteſt committi delictum, per iura ſuperius
alleg.Sed iſtud corpus fictum vel repręſentatũ, quo
ad plures iuris effectus habetur pro vero. Quoddã
enim delictum cõſiſtit in omittendo, & illud cadit
in vniuerſitatem vel collegium, ſecundum illam fi-
ctionẽ iuris, vt probatur in d.l.iubemus nullã na-
uem.iuncta l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.ff.mand.
Hinc videmus, quòd propter delictum negligẽtiæ,
præſcribitur contra vniuerſitatem vel collegium,
vt in c.de quarta.& per totũ tit. extra de præſcrip.
Et facit quod not.in c.de illis.extra de condi.appo.
Aliquando delictum cõſiſtit in faciendo, & hoc di-
uerſimode contingere poteſt: quoniam aliquando
illud concernit ipſam vniuerſitatem, ita quòd non
ſingulares, vt eſt facere ſtatuta iniqua in pręiudiciũ
eccleſiaſticæ libertatis, aut alia continentia iniqui-
tatẽ, vel imponere onera illicita, vel collectas ini-
quas. Iſta enim & ſimilia non poſſunt adaptari ad
ſingulos, ſed ad vniuerſitatem, ad quam pertinet
hæc autoritas, vt l.omnes populi. ff.de iuſti. & iur.
& l.fi.C.de iuriſ.omni.iudi. cum ibi not. Ideo vni-
uerſitas dicitur delinquere, vt in authen.caſſa, & ir-
rita.C.de ſacroſan.eccleſ.& in d.authen.item nulla
communitas.C.de epiſco.& cleri.& d.c.grauem.&
c.nouerit.extra de ſenten. excomm. Quædam ſunt
delicta, quæ non poſſunt propriè cadere in vniuer-
ſitatem, vt eſt homicidium, rapina, violentia, vel
aliud ſimile maleficium. & vniuerſitas hoc propriè
facere non poteſt, cum talia requirãt perſonam, vt
d. l.ſed ex dolo.§.j. Poteſt tamen vniuerſitas talia
mandare, vel ex poſt facto rata habere. Et tũc dicitẽ,
licet impropriè, delinquere, vt quia regentes vni-
uerſitatem id faciendum commiſerunt fortè vigo-
re ſtatuti, vel fecerunt ipſi. Ad quod facit l.j.in fin.
cum ſequen.ff.de acquir.poſ. & l.vnica. ff.de libert.
vniuerſi.& ita debet intelligi l.metũ.§.animaduer-
tendum.ſuperius alleg. & gl. iſta. Sed de modo pu-
niendi videtur difficultas, ſecundũ Doct. hoc tamẽ
indubiè tenẽdum eſt, quòd ſi ad vniuerſitatem ali-
quid prouenerit ex delicto, poteſt puniri, vt d.l.ſed
ex dolo.§.j. Et vt dicit Io.de Ana. poſt Panor.in d.
108 c.dilectus.& Bartol.in alleg. l. aut facta. †Sed vbi
nihil peruenit, dicunt quòd quædam ſunt delicta,
in quibus innocens propter alterius delictum pu-
niri poteſt, vt in exemplis ſuperius declaratis. Et
tũc ſi in talibus vniuerſitas deliquit, poterit puni-
ri criminaliter, ita quòd ciuiliter poterit decapita-
ri, ſcilicet illam vniuerſitatem deſtruendo, & ſub-
ijciendo eam aratro, ſicut habetur de Carthagine

in dicta l.si vsusfructus. Et refert Bartol. se vidisse sententiam Frederici Imperatoris cōtra ciuitatem Brixię, qui eam propter rebellionē subiecerat aratro, sed postea misericorditer illam reuocauit. Idem de ciuitate Bononiæ, quæ fuit per Imperatorem Theodosiū destructa, & inde ex indulgentia reædificata, vt legitur in Legēda beati Ambrosij, vt refert gl. & Bart.ō.in proœ.§.hæc autem tria. & facit quod habetur xj.q.iij.cap.cum apud Thessalonicā. iuncta l.si vindicari. C.de pœnis. & quod notatur per Ioan. de Ana.in cap. illa præpositorum. extra de accusa. Sic etiā dominus Sodomam & Gomorrhā vicinasq; ciuitates destruxit, vt legitur Genesis xix. capitulo. Et tamen in eis multi erant infantes, & personæ, quæ nō poterant delinquere. Igitur ex atrocitate delicti sæpe vnus punit pro alio. facit quod habetur xxiiij.quæst.iij.c.notandum. & extra de spons.c.omnes. Non tamen spiritualiter puniētur innocentes, vt dicit magister historiæ scholasticæ super dicto xix. capitulo, dicens, quòd prouidit
Nota Deus pueris illarum ciuitatum, ne diu viuentes, sequerentur praua parentum exempla. Est aliquod bonum, reum non esse, qui gloriosus non est. Et in istis cessant rationes Innoc. in dicto c.grauē. ex quibus reprehenditur glossa in dicto c. Episcopus qui mancipium. xij.q.ij. vbi Bart. Brixien. dicebat illā solam vniuersitatē puniri criminaliter, in qua non sunt infantes, nec similes personæ. quæ glos. potest sustineri in alijs delictis, in quibus vnus non punit pro alio. Ad quod facit illud quod habetur in c.j. & ij. extra de no.ope.nunt. videte gl. bonā xxiij.q.
109 iij. in summa. †Sed in alijs delictis, in quibus vnus non punitur pro alio, & in quibus dictum est, vniuersitatē propriē delinquere, & non singulares personas, tunc secundum Doct. aut collegium est paruum, vt capitulū Canonicorum, aut collegiū Doctorum, ita quòd non est magna vniuersitas, & delictum illam vniuersitatem aut capitulum, vel collegium ita concernit, quòd non singulos, punitur ipsa vniuersitas. Et dant exemplū Doct. si ex certo delicto certa res debeat publicari, & illa res sit vniuersitatis vel collegij, eius rei fiet publicatio, vt allegata l.iubemus nullā nauem. Facit quod habetur in c.cum dilectus. extra de ordin.cogni. Sed si pœna imponēda sit pecuniaria, quæ cadere potest in singulos, illi singuli in illa punientur, ita quòd solum illi, qui delicto cōsenserint, sunt puniēdi. l.j. in prin. in vers. sed si ordo. in verbo, præsentes. ff. de magis. conuenien. vbi super illo verbo dicit Bal. ita quòd non tenerentur absentes, vel contradicentes. Ideo subiungit, quòd si maior pars consilij ciuitatis, vel collegij fecit aliquod pœnale, per quod imponatur pœna pecuniaria, nō tenerentur nisi soli cōsentientes, vt ibi. & allegat ad hoc l.ciuitas. ff. si cert. peta. Et hoc tenet Oldra. quæstione secundum quotam meam cccxxxiiij. quæ incipit, circa instans propositum. Vniuersitas enim habet suos terminos & limites, vt sit multorum in vnum congregatio eidē capiti subiectorum, vt l.Neratius.ō.titu.proximo. & c.j. extra de elect. & dicta l.mortuo. ff. de fideiuss. Et secundum eū, si vniuersitas delinquat, soli delinquentes tenētur. Et quamuis huic dicto obuiare videatur hæc regula, & dicta l.quod maior. ff. ad municip. Ipse Baldus ad hoc respondet, quòd vbi pars maior exercet actum necessarium, vel vtilem vniuersitati, quod duæ partes fecerunt, omnes fecisse videntur, vt hic, & dicta l.quod maior. Secus si fiat aliquid non necessarium, neq; consuetum, aut vtile. & allegat Cy. ita tenuisse in dicta l.j. & Innocen. in dicto c.cum omnes. extra de consti. Maiori enim parti non videtur mandatum, quòd delinquat. facit l.pater. ff. de priuil.credit. & quod notatur per glos. in l.non potest dolo carere. ſ.eod. titu. Et ideo dicit Oldra. vbi ō. quòd ista regula, & dicta l.quod maior. habet locum in his, quæ pertinent ad officiū administrantium vniuersitatem, vt dicto versic. sed si ordo. & in auth. vt nulli iudi. §. quoniā verò contingit. coll.ix. licet verè ille tex. loquatur in delicto singulorum, & non vniuersitatis, vt ibi sentit glo. & Angel. Sed tamen ratio illius text. facere videtur pro illo dicto Bal. & Oldra. quia pœna sequi debet suos autores, vt l.crimē. ff. de pœnis. & l.sancimus. C.eodem tit. & facit ad hoc propositum, quoniam si ciuitas mutuet sub vsuris, soli præsentes & cōsentientes peccāt fœnerando, vt notatur xlvij. distin. cap. quoniam regula. vbi per Archidia. super glos. quid de cōmunitatibus. & per Albe. in dicta l.non tantum. §. vniuersitatis. ff. de re.diuis. & l.j. in principio. ff. quod cuiuſ.vniuers.no. & per Henri. in allegatione cap. dilectus. extra de simo. & Innocen. in allegatione cap. tuarum. Accedat quod notatur per glos. in l.ij. C.quæ sit lon.consue. in tertia solutione contrarij ibi formati in glos. & per Alber. in dicto
110 §. animaduertendum. †Si verò collegiū sit magnū aut diffusum, vel vniuersitas sit magna & diffusa, vt ciuitas, vel oppidum, ita quòd de facili nō possint discerni nocētes ab innocētibus, vel delinquētes à non delinquentibus, ipsa vniuersitas aut collegium debet puniri. Et etiam quando delictū propriē nō cadit in ipsam vniuersitatem, vt in exemplis superius recitatis, homicidij, violētiæ, rapinæ, & similium delictorum, si vniuersitas mandauerit delictum committēdum, vel habuerit ratum, quod haberi potest, vt l.j.§. sed & si cū quis. ff. de vi & vi arma. cum ibi notatis per glos. & Bartol. Et quòd teneatur vniuersitas vel collegium, satis probatur in dicta l.metum.§. animaduertendum. & in dicto cap. felicis. extra de pœnis. libr.vj. & in c. ita nos. xxv. quæst.ij. vbi ciuitas priuatur dignitate episcopali, propter delictum homicidij cōmissi in episcopum, quod propriē nō committitur à ciuitate, sed punitur ex suo mandato, vel ratihabitione. In modo tamen puniendi est habenda consideratio, quia si pœna imponenda sit talis, quæ cadere possit in vniuersitatem, ipsa punietur, vt superius dictū est, per dictam authent. item nulla communitas. & authent. cassa & irrita. & cap. nouerit. extra de sentēt. excommu. cum similibus. Sed si non cadit propriē pœna in vniuersitatem, vt in homicidio & similibus, in quibus imponitur pœna capitis: illa pœna respectu vniuersitatis mutanda erit in aliam pœnam, quæ sibi imponi poterit, argumento notatorum in l.quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan.infa. & l. & si seuerior. C.eodem titu. & l.hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & notatur per gl. & Bar. in dicta l.aut facta. §. si. & hanc dicit Panor.

in allegato cap.dilectus.esse verã rationẽ quare vniuer-
sitas, vt superius dictũ fuit, nõ potest excõmunicari:
quia excõicatio non afficit nisi verum corpus, & ani-
mam baptizatam, & propriũ peccatum illius qui ex-
cõmunicatur, vt xj q.iij.cap.omnis Christianus. & c.
nemo episcoporũ. & c.audi denique. & c.si quis presby
terorum.extra de reb.eccles.non alien.& not.per gloss.
xxiiij.q.iij.in summa. Nec, secundum Bartolum allega
tum per Panor.vbi supra, isto casu vniuersitas, vel col
legium debet decapitari, scilicet vt ciuitas subijciatur
aratro, vel collegiũ destruatur, ne incurratur illud ab-
surdum, de quo per Innocen. in saepe dicto c.grauem.
scilicet ne innocentes & personae non capaces delicti
pro nocentibus puniantur, quia scilicet delictum isto
casu nõ est tale, quod vnus pro alio debeat puniri. Et ista
ratio mouit Barto.ad dicẽdum, quod etiã vbi vniuersitas
punitur pecuniaAliter, executio solum fienda est cõtra
delinquentes, vel consentientes delicto, dummodo ap
parere possit qui sint illi. Sed vbi non potest apparere
de illis, omnes punientur, ne delictũ remaneat impu-
nitum, sicut remanere nõ debet. l.ita vulneratus.ff.ad
111 l.Aquil. & cap.vt famae.extra de senten.excom.† Hoc
tamen bene nota, quòd tunc attribuitur delictum vni-
uersitati quando communicato in vnum consilio il-
lud fuit deliberatum in vniuersitate congregata tuba
sonata, vel campana pulsata, aut alio consueto modo
ad congregationem vniuersitatis, vt dicit Oldr.in quę
stione praedicta, & Barto.vbi.s. & Docto.in allegato
cap.cũ dilectus. Si verò omnes homines ciuitatis in-
surgerent, & delinquerent, aut crimen aliquod cõmit-
terent etiam pulsata campana, & vexillo ciuitatis ere-
cto, non diceretur factum per vniuersitatem non con-
gregatam in vnum consilium consuetum, & delibera-
tum, quoniam vnitas consensuum in pluribus, qui
cõmunicato in vnum cõsilio accedunt ad delictũ per-
petrandũ, arguit vnitatẽ in delicto. Et ideo vbi nõ est
cõmunicatum prius & deliberatum consiliũ in vnum
tempus, non dicitur vnitas, & sic vniuersitas non dici
tur delinquere, sed singulares. Ad quod allegat Oldra.
& post eum Barto.bonum text.in l.semper.§.si in se-
pulcro.ff.quod vi aut clam. Illi enim euntes ad delin-
quendum dicuntur potius incitatores singulorum, se
cundum Barto.& Panor.in d.cap.dilectus.qui allegat
gloss.in dicta l.sicut.§.primo.ff.quod cuiusque vniuer.
no. & gloss.in cap.primo.ff.de reb.eccles.non alien.li-
bro vj. Et idem notat ipse Panor.in cap.gratum. extra
de postula.praelato. videmus simile, secundum Oldra.
quoniam aliud est dicere oues, & aliud gregẽ: sic aliud
est dicere vniuersitatem, & aliud singulares homines
vniuersitatis, vt l.seruis legatis.§.ouibus.ff.de lega.iij.
Et ideo secundũ praedictos Doctores, contra illos sin-
112 gulares, qui deliquerũt, formanda est inquisitio.† Pe-
trus tamen de Anchar.in quodam suo consilio cxlj.
recitatus per Ioannem de Anan.in allegato cap. dile-
ctus.dicebat, quòd id, quod s. dictũ est, requiri quòd
communicato consilio fuerit delictum perpetratum,
vt dicatur vniuersitas deliquisse, pcedit in delicto qd'
est in faciendo commissum, & non habet tractum suc-
cessiuum, sed momentaneum, vt est homicidium, & si
milia. Sed in delicto habente continuatã, & successiuã
causam, vt est rebellio, guerra, tolerantia praesidentis
opprimentis subditos, credit quòd si fuerit perpetratũ
sine communicato consilio sineque pulsatione campa-
nae, & sine congregatione solenni atque consueta, dica-
tur verè delictum vniuersitatis si totus populus con-
uenerit, quoniam satis per facta declaratur ipsius vni-
uersitatis intentio, quae plus, & euidẽtius factis, quàm
verbis declaratur. l.de quibus.ff. de legib.l.certum.ff.si
certum petatur.l.si tamen.§. hi qui.ff. de aedil.edict.l.
Procula.ff.de probatio.l.reprehendenda.C.de institu.
substitu.&c.& Instit.de rerum diuisio.§.ceruos.cum si
milibus. Item alia ratione illud suadet, quoniam sicut
ex contumacia capituli ligãtur singuli de capitulo, ita
quòd ex illa citatione ipsi singuli possunt excommu-
nicari, vt notatur per Ioannem Andr.in nouella.in di-
cto cap.Romana.extra de senten.excommuni.libro vj.
Ita econtra ex delicto omnium de capitulo, vel de vni-
uersitate videtur, quòd ecclesia, vel vniuersitas sit ob-
ligata, quoniam, vt supra dictum est, nil aliud est vni-
uersitas, quàm singuli vniuersitatis homines simul col
lecti. Et ideo si possit delinquere vniuersitas, hoc esset
ex facto illorum qui sunt de eodem corpore. Et si ex fa Vniuersitas est.
cto praesidentium, vel maioris partis, multo magis ex
facto concurrentium. & ad hoc allegat text.in dicto c.
felicis §.ciuitas. & in cap. primo.extra de vsur.lib.vj.
113 †Sed his non obstantibus non videtur discedendum
à communi opinione superius recitata, per iura, & ra-
tiones allegatas, quibus non respondet Petr.de Anch.
Licet enim facto voluntas potius, quàm verbo, decla
retur, vt iuribus allegãtis. Et quamuis vniuersitas pos
sit delinquere modis supradictis, intentio tamen vni-
uersitatis sine communicatione consilij ipsius vniuer-
sitatis, non potest declarari, cum non sit persona vera
sed ficta. Et sine consilio commissum delictum non di-
citur ab vniuersitate factũ: sed per singulares, qui sunt
incitatores, & puniendi, vt fuit superius allegatum. Et
possunt illi particulares in suo delicto perseuerare, &
continuare, propter quod fatendum est ipsos esse pu-
niendos, vt l.quicunque.C.de seru.fugit. & ibi Bald. &
Docto.& Bart.in l.infitiando.§.infans.ff. de furt. Sed
non communicato consilio vniuersitas etiam succes-
siuum delictũ non cõmittit, & ideo tenete cõmunem
opinionẽ. Et ad hoc videte Bal.sup rubrica.C.quę sit
long.cõsuet.dicentem gloss.quae vult ibi consilium ci-
uitatis repraesentare autoritatem totius populi, debere
intelligi de consilio autoritatis ordinatę per formã sta-
tuti, vel consuetudinis, aut per legẽ superioris. pro
quo allegat gloss.in l.secunda.ff.de decret. ab ordin.fa-
ciend. Et ad hoc facit text.in titu.de pace iuramen.firm.
§.conuenticulas.vbi ex illo text.colligit ibi Bald.diffe
rentiam esse inter personam & ciuitatem, quoniam ci-
uitas nõ est persona vera. Nec ecõtra personae singula
res non sunt vniuersitas. & idem notat ipse in authen.
item quaecunque.C.de episcop.& cleric.vbi text. ponit
communitatem & personas, vt diuersa, licet fingatur
cõmunitas esse persona, vt dicto §.animaduertendũ.
in l.metum.ff.quod metus causa. & dicta l.mortuo.de
114 fideiusso.¶ †Quaeritur vlterius vtrum vniuersitate
punita pro suo delicto, possint singulares de vniuer-
sitate puniri qui deliquerunt quod non videtur secun
dum Bartolum in dicta l.aut facta. Ne bis de delicto
eiusdem hominis quęratur, contra l.licet gratis.§.fina.
ff.nautae, caupo.stab. ipse verò tandem cõcludit, quòd
de delictis propriè cadẽtibus in vniuersitatem, de qui
bus superius dictum est, puniẽ vniuersitas tanquã
faciens, sed singulares punientur tanquam incitatores,

& fieri facientes. Sed in aliis delictis, quæ proprie non
cadunt in vniuersitatem, dicendum est econuerso: quia
singuli puniri debent tanquam facientes, & vniuersi-
tas tanquam fieri faciens seu ratum habens. l. prima. §.
incidit. ff. ad Turpilia. sen. consul. & l. hæc verba. ff. ad l.
Iul. de adul. pro quo facit tex. d. cap. dilectus. & cap. ve
niens. extra de simo. & quod notatur per Ioan. And. &
Docto. in allegato cap. felicis. extra de poenis. libr. vj.
Anto. de Butr. in dicto c. dilectus ibi recitatus per Pa-
normitan. & Ioan. de Anan. circa istum articulum di-
cit quòd si delictũ fuit commissum cõmunicato prius
consilio, omnes qui expresse cõsenserunt, sunt punien
di, & etiam illi qui tacuerunt: quoniam debebant ob-
uiare maleficio fiendo, & dare vocem suam in contra-
rium, vt notatur per Innocen. in cap. primo. extra de
his quæ fiunt à maio. par. capi. Non enim caret scru-
pulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit
obuiare. lxxxiij. distinct. cap. error. & ij. q. vij. c. admo-
nendi. & cap. negligere. & extra de homicid. cap. sicut
dignum. §. illi. Expresse verò contradicentes non sunt
puniendi, vt d. l. prima. ff. de magistra. conuenien. & al
legato cap. Romana. § fin. versiculo, culpabiles. extra
de senten. excommun. lib. vj. Nam poena suos autores
sequitur, vt iuribus circa hoc superius allegatis. & in c.
quæsiuit. extra de his quæ fi. à præl. sine consen. cap. Si
autem non capitulariter, vel non communicato consi
lio fuit perpetratum delictum, officiales vel maiores
de vniuersitate, vel capitulo debent puniri cum præla
to vel rectore, quia præsumitur prælatum, vel recto-
rem commisisse illud delictum de consilio, & autorita-
te istorum, vel præsumitur illud sciuisse & debuisse con
tradicere aut resistere. Et sic potest intelligi glos. d. cap.
dilectus. super verbo, officialibus. Isti tamen officiales
vel maiores, secundum Ioan. de Anan. puniuntur ex
præsumptione contra doctrinam l. absentem. secũdo
responso. ff. de poenis. & cap. literas. extra de præsum-
ptio. Nisi esset talis præsumptio, quæ trãsiret in vio-
lentam, secundum glos. in cap. insinuatum. extra de si-
mo. quod singulariter notandum est, secundum Ioan.
de Anan. ibi. & facit quod habetur in cap. afferte. extra
de prȩsump. & l. iudicia. C. de rei vendica. & l. fin. C. de
probatio. & cap. tertio. & cap. cum causam. extra eo-
115 dem titu. † Sed inferiores de vniuersitate non debent
puniri: quia non præsumuntur ita scire delictum com
mittendum sicut officiales, & maiores: & etiam nõ ha-
bent tantam audaciam vel potentiam resistendi. Ideo
dicit notabiliter Oldra. in prædicta quæstiõe consilij,
quòd patientia tũc demum alicui ascribitur ad noxã,
cum resistere potuit iure patrię vel dominicæ potesta-
tis, quam habet in delinquentes, vt l. in omnibus. & l.
in delictis. in princip. ff. de noxal. Et aliàs non, vt nota-
tur in l. culpa caret. & l. nullum crimen. ẽ. isto titu. vbi
vide quæ recitaui. & quod notatur in c. quantæ. extra
de senten. exc. Et idem dicendũ putat Panor. in allegato
ca. dilectus. in maioribus, & officialibus, quos cõstat
hoc ignorasse: quia non debent puniri. Sed tantum il-
le qui hoc facit, & deliquit. facit, licet ipse non alleget, l.
prima. §. quòd si quis. ff. ad Silania. & præstat arg. c. ij.
extra de cõsti. & d. c. quæsiuit. & xvj. q. vj. c. si episcopũ.
116 ¶ † Hoc præterea notari debet, secundum Angel. in d.
d. §. animaduertendum. in l. metum. ff. quod met. causa,
quòd licet facta per regentes vniuersitatem seu cõmu-
nitatem attribuantur vniuersitati, ita ꝙ etiam propter
male gesta per ipsos regentes forte iniustitiam facien-
do vel denegando iustitiam possint concedi represalię
contra vniuersitatem, & illius personas, iuxta notata
per Barto. in suo tractatu represaliarum. vj. q. principa
li. & per Baldũ in authen. & omnino. C. ne vx. pro ma
ri. ipsa vniuersitas recurrere potest cõtra dictos regen-
tes, per ea quæ habentur in d. l. j. ff. de magistra. cõue. &
l. Imperatores. §. Imperatores. ff. ad municipa. facit l. fi.
C. vt in pos. lega. cum ibi notatis: quoniã culpãda est
negligentia vel culpa administratorũ, vt ibi. & d. l. cũ
alicui. ff. de neg. gest. & l. periculum. ff. si cert. pet. cũ ibi
notatis. & l. iij. C. de conue. fis. debito. lib. x. & l. ij. C. de
admi. rer. pub. lib. xj. quod tenet etiam Io. de Anan. in
117 allegato c. dilectus. ¶ † Notandũ est vlterius pro ma-
teria huius regulæ, secundũ Alber. in allegata l. nulli. xj.
col. ff. quod cuius. vniuer. no. quia dictum est superius
post glo. de duabus partibus vniuersitatis, quo modo
debent interesse, quòd in capitulis, & collegijs ecclesia-
sticis, non habent vocem in capitulo, nisi soli in sacris
ordinibus cõstituti, vt in clem. vt hi qui. de æta. & qua
li. ordi. & sic non computantur in numero duarũ par-
tium. Circa quod vide ibi notata per Docto. & in cle.
quod circa. de elect. in c. quorũdam. extra illo ti. lib. vj.
Et de abbatissa, & monialibus seu collegijs monialiũ,
in c. indẽnitatibus. eo. tit. & lib. & ibi per Ioan. Andr.
118 & Docto. † An excõmunicati cõputentur in nume-
ro prædicto, vbi sufficiat remissio. Et etiam an consti-
tutio syndici facta per excõicatos valeat, remittit Bal.
in allegata l. nulli. ad notata per Inno. in c. illa. extra de
elect. & in c. constitutis. extra de procura. vbi procura-
tor vniuersitatis, cuius maiores, & iurati seu consiliarij
sunt excõmunicati, non repellitur, nisi excommunicati
sint in procuratorio expressi: vel eorum autoritate fa-
ctus sit procurator aut syndicus, vel scienter ad illum
actum sint admissi. Et ideo ibi colligit Panor. regulam
119 & tres casus exceptatos à regula, quæ regula est, † ꝙ
actus vniuersitatis in qua sunt habiles, & inhabiles,
etiam si illi inhabiles sint præsidentes, non inficitur
propter illorũ interessentiam. Et sic valet actus gestus
collegialiter ab habilibus & inhabilibus propter ha-
biles, vt in illo tex. Quod vt dicit idem Panor. alibi ita
bene non probatur. ¶ Hoc tamen fallit in tribus casi-
bus ẽ. positis. Primus est quando nomina inhabiliũ,
maximè in illo actu præsidentium, sunt expressa. præsi
dẽtes enim excõmunicati, nõ possunt excõmunicatio-
ne durante officium eorũ exercere. facit c. aduersus. ex-
tra de immunita. eccles. cum ibi notatis. ¶ Secundus est
quando inhabiles interponunt autoritatem tanquam
maiores & principaliores in actu illo vniuersitatis.
¶ Tertius casus est quando illi inhabiles scienter fue-
runt admissi ad illum actũ simul cũ habilibus. Quod
tamen intelligit ipse Panor. de inhabilitate illa, quam
habiles habilitare aut remittere vel purgare non pote-
rant, aliàs secus: quia tunc admittendo illos vidẽtur ha
bilitare, in c. cum Vintoniensis. extrà de elect. Sed circa
ista vide plene Panormitan. vbi suprà opiniones va-
rias circa hoc recitantem atque declarantem.
120 ¶ † Præterea quæritur, si aliqui singulares de vniuersi-
tate, vel ciuitate aliqua seu communitate, puta x. vel
xx. homines, vsi sunt aliquo nemore pascendo eorum
animalia, & ligna scindendo per tempus sufficiens ad
præscribendum, vtrũ per hoc sit quæsitum ius vniuer
sitati, vel alijs hominibus vniuersitatis. Aut solũ illis

vtentibus.glos.in dicta l.sicut.§.primo.ff.quod cuiuſ. vniuer.no.mouet quæstionem, & non bene deciarat nec determinat. Et videbatur, ſecundum Gulielmum de Cugn.quòd ſolis vtentibus illis iuribus paſcendi, & capiendi ligna,ſit ius quæſitum, & non alijs:quoniam præſcriprio eſt odioſa.l.quod meo.ff.de acquir. poſ.& l.prima.§.is cuius.ff.de iti.actuq; pri.Item facit pro hoc iſta regula à contrario ſenſu:quia quod fit publicè per maiorē partē,referſ ad vniuerſos,ergo à cōtrario non refertur ad illos,quod fit per minorem.Ipſe tamen Gulielmus,quem ſequuntur Bal.& Alber.vbi ſuprà, dicit q̧ ſi illi ſingulares nomine vniuerſitatis illis iuribus ſint vſi,credentes illud ius ad vniuerſitatē pertinere,vniuerſitas dicitur præſcripſiſſe:quia interrogati reſponderunt,quòd illo iure tanquam competenti vniuerſitati illud eidem competere credentes vſi fuerunt. Et per tales bene quæritur ius vniuerſitati:quia quod pauci fecerunt & poſſederunt eo nomine,extenditur ad vniuerſos ex tacita ciuitatis vel vniuerſitatis permiſsione,vt l.ſed ea quæ.ff.de legi.& l.an in totum. cum ibi notatis.C.de ædifi.priua.quãuis,vt dicit Bal. non appareat de mandato illorum ſingularium:quia patientia vniuerſitatis habetur loco mandati, argu.l. qui patitur.ff.mand.Et ſic non obſtat iſta regula à contrario ſenſu:quia vniuerſitas mandaſſe videtur ſingularibus illis,vt illo iure vterentur. Et licet præſcriptio ſit odioſa,ideo non amplianda: verum eſt,ſecundũ Alberic.in ea quærenda,ſed ipſa quæſita bene ampliatur,vt l.apparet.ff.de itin.actuq; priua.& l.cũ ſcimus.§.fi.C. de agr.& cenſi.lib.xj.¶De extenſione autē huius præſcriptionis vel conſuetudinis, an & quãdo ſit permiſſa,vide Innocen.in cap.dilecto.extra de offic.archidia.
121 in maxima gloſ.¶†Quæritur vlterius,an & qualiter collegium,vel vniuerſitas poſsit diſſolui. Barto.in l. fina.ff.de colleg.illic.reſpondet, quòd poteſt diſſolui, aliquando voluntate illorum de collegio,aut vniuerſitate, per l.primã.in fi.eodem titu.Poteſt etiam diſſolui omnibus mortuis nullo remanēte:quia licet in vno poſsit vniuerſitas remanere, vt d.l.ſicut.§.in decurionibus.Et ſic facilius ſaluatur quàm fiat:quia à principio ex vno fieri non poteſt,vt l.Neratius.infra iſto ti. tamen ſaluatur in vno. Et hæc, vt dicit Baldus in dicto §.in decurionibus.fuit opinio Ioã.Fab.quod nota in l.eius.in fi.ff.ad municipa. Subiungit tamen ipſe Bald.quòd ſi poſtea autoritate ſuperioris collegium, vel vniuerſitas reſtauretur,fingitur collegium idē cum primo vel vniuerſitas.Re tñ vera non eſt idē,ſed nouum,ſecundum opinionem dicti Ioan.Pro qua facere videtur tex.in l.pater.§.Tuſculanus.ff.de lega.iij. qui tamen bene viſus non vrget.Ideo melius Innocen.in dicto cap.ſecundo.extra de no.ope.nuntia.diſtinguit an autoritate ſuperioris ſit deſtructum collegium propter delictum collegiatorum:quia prætextu collegij illicita committebantur,iuxta illud quod habetur in l.j. ſecundo reſponſo.& l.collegia.in princip.ff.de colleg. illici.tunc eſſentialiter,& intellectualiter deſinit eſſe collegium,vel vniuerſitas, & perduntur omnia priuilegia,vt d.l.vſusfructus.ff. quib. mod. vſusf.amit. Pati enim tunc videſ maximã capitis diminutionē,& eius iura in totum conſumuntur.facit l.cognitionum.ff.de var.& extraord.cognitio.Aut deſtruitur caſu,vel diſpergitur propter peſtem,vel guerram.Et tunc non totaliter deſinit eſſe vniuerſitas,vel collegium,imò priuilegia conceſſa durant. Nec,vt dicit Baldus,neceſſe eſt illa renouari.Et hanc dicit eſſe veritatem,ſecundum
122 Innocen.Barto.& cæteros.†Dicit tamen Panormita. in allegato cap.gratum.extra de poſtula.præla. quòd quando collegium extinctum eſt morte omnium perſonarum eius, vel fuerunt omnes collegiati expulſi propter delictum, ſi collegium illud erat eccleſiaſticum, omnia iura, & priuilegia illius conſeruantur apud eccleſiam.Sed in collegio ſeculari eſt dubiũ:quoniam gl.in dicta l.ſicut.§.in decurionibus.tenet,quòd extinguitur collegium, & iura atq; priuilegia omnia. Alij tenuerunt idem quod in collegio eccleſiaſtico,ſcilicet quòd iura illius conſeruentur apud parietes ciuitatis.quam opinionem dicit eſſe magis communem. & fatetur illud eſſe verum,vbi priuilegia ſunt conceſſa loco,vel ciuitati,vel oppido,& ſimilibus.vide circa hoc dictam gl.& Alberic.in dicto §.in decurionibus.
123 ¶†Sed poſtremò quæritur quid fiendum ſit de bonis vniuerſitatis,vel collegij eis diſſolutis.dicite reſoluendo dicta Bart.in dicta l.fin.ff.de colleg.illicit.& Panormitan.atque Docto.in cap.recolentes.extra de ſta.mona.vbi pro reſolutione dicunt quædam eſſe collegia, quę nihil proprium in particulari habere poſſunt,ſed bene in communi,vt ſunt monachi,& regulares,vt in cap.cum ad monaſterium.eodem tit.& authen.ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccleſ. Et in illis diſſoluto collegio bona,& res ipſius remanent apud ſuperiorem,vel illũ cui conceſſerat:quia poteſt diſponere de illis,tanquam vacantibus,argum.l.primæ.ff.de cura.bo.dan.& l.prima.ff.de iur.fiſ.facit l.prima.C.de bon.vacan.libro x. Et ſic fuit ſeruatum tempore Clementis Papæ quinti de bonis templariorum.Et licet aliqui allegent in contrarium cap.in nullo.xviij.quæſtio.ij.tamen,ſecundũ Panormitan.non obſtat:quia loquitur in caſu in quo collegia erant duplicia,ita quòd in vno erant maſculi & fœminæ, quę ita diſſolui debēt,vt maſculi deinceps faciant collegium per ſe longe à collegio fœminarum, quo caſu remanent duo collegia integra,quæ poſſunt in communi bona poſsidere.Ideo illa quæ erant communia duobus iſtis collegijs,diuiduntur inter ea,cum quodlibet collegiũ ſit capax in communi, quod non eſt in collegio vno penitus diſſoluto. Nam illę perſonæ regulares nõ ſunt in particulari capaces. Quædam ſunt collegia, quorum perſonæ poſſunt tam in cõmuni,quàm in particulari poſsidere & habere bona,vt ſunt collegia clericorum ſecularium, & tali collegio diſſoluto quilibet capere poteſt de illis bonis quãtum contulit,vt l.prima.in fin.ff.de colleg.illicit.& c.quod
124 à te.extra de cleri.coniuga.†Sed alia bona ipſius collegij remanebunt apud ſuperiorem, ex quo illa erant attributa collegio propter diuinum officium:quoniã ſublato labore,tollitur & præmiũ. Ad quod allegat Panormita.l.ſcio.ff.de annu.lega.allegare vos melius l.alũnę.§.Seia.& l.filio.§.matri.ff.de adimen.vel transfer.lega.& l.Pamphilo.§.matri.ff.de lega.iij. Aliquando quædam collegia habent aliqua bona deputata ad pietatem,vel ad vſum pietatis, & miſericordiæ,vt ibi nutriantur pueri,pauperes,vel infirmi.Et illa diſſoluto collegio non diuiduntur inter collegiatos,vel quãdo inde recedunt illi:quia nõ propter eos,ſed propter publicam vtilitatem ciuitatis ſunt illa bona deputata

Quid ſit fiendũ de bonis diſſoluto collegio, vel vniuerſitate.

illi collegio.facit quod habetur in l.ciuitatibus.ff.de lega.j.imò sunt illi de collegio illo,secundum Bart.quasi quodam modo nudi ministri,ideo apud illos nō debet commodum aliquod remanere,vt l.si quis Titio.ff.de lega.ij.Aliquando collegia habent bona advſum singulorum,vt ad eorum victum pro quo cōcessa est pecunia pro emendo necessaria ad illum.Et tunc dissoluto collegio,vel si quis collegiatorū recedat,recipiet quisq; de ista pecunia pro rata sua,quantum eum tangebat,vt l.collegia.primo responso.& l.prima.in princip.ff.de colleg illici.quia ex quo pecunia non fuit deputata ad publicam vel communem vtilitatem,sed principaliter propter vtilitatem singulorū,debet inter eos fieri diuisio.de quo per Innocen.in cap.dilecta.
885 de excess praelato.† Sed secundum Barto.si sint aliqua bona ad cōmodum vniuersitatis principaliter deputata,& nō principaliter ad commodum singulorum,vt sunt reditus,praedia,pascua & nemora,quae principaliter pertinent ad vniuersitatem,ex quibus soluuntur onera incumbentia ipsi vniuersitati: si quis ab ea recedit,nihil ex illis debet habere.Et rationem assignat Barto.ex tex.dictę l.primae.in fin.qui dicit quòd recedens percipere debet illud,quod ei competit ex ratione,sed illa bona competunt vniuersitati,& non singulis,vt l.intantum.§.vniuersitatis.ff.de rer.diui.& l.sed si hac lege.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.Et ita dicit seruari de facto.Bona verò quae habet vniuersitas ex propria singularium collatione,debent diuidi,vt dictum est,habito respectu ad illud,quod contulerunt,vt dicta l.prima.in fin.& facit quod notatur per glos.in §.illud.Institu.de societa.Sed illa quae praebent alij non collegiati ex sua liberalitate legando vel donando,dissoluta vniuersitate diuidi debent secundum illum modum quo deseruiebant honori,& oneri ciuitatis per solidum & libram,per notata in dicta l.incola.ff.ad municipa.& facit dicta l.nonnunquam.ff.ad Trebellia.Sicut etiam,vt dictum est,imponuntur collectae,vt l.omnes.C.de ope.publi.De ecclesiasticis autem,vt monachis,& clericis recedentibus à collegio,an debeāt habere illud,quod ibi cōtulerunt,vide plenissimè Ioan.de Imol.& Panormita.in dicto cap.quod à te.& aliquid per Docto.in dicta authent.ingressi.Et haec sufficiant super ista regula.

Summarium.

1 ☞ Praescribere potest successor id quod testator nō potuit.& numero 2.

Absurdū est,plus iuris habere eum, cui legatus sit fundus,quàm haeredem, aut ipsum testatorem,si viueret.

MATERIA huius regulae examinatur plenius atq; declaratur in l.quod ipsis.infra eodem titu.& per glo.in l.vitia.C.de acquir.pos
1 ses.† Pro cuius explanatione opponit hic glos.de l.an vitium.ff.de diuers.& tempo.praescrip.vbi legatarius eius qui praescribere non poterat,à se ipso inchoando praescribere potest.Ad quod dicit glos.quòd dictus legatarius tunc non habet plus iuris,quando rem incipit habere,sed habet postea,si vitium non sit reale,sed solum personae cohęreat,vt est dolus:quia non nocet legatario si bona fide ignarus doli à se ipso incipiat praescribere.de quo videte Dyn.& quae notantur per Docto.in cap.cum quis in ius.extra eodem tit.lib.vj.& quae dicta fuerunt in l.qui in alterius.eo.isto titu.& dicetur in dicta l.quod ipsis.vbi glos.plenius hoc examinant.
2 †Item ad propositum addendo ad glos.opponi potest de illo,quod habetur in cap.fin.§.primo.extra de praescrip.libr.vj.vbi succedens haeretico,qui tamen viuens reputabatur catholicus,potest bona illius haeretici praescribere spatio xl.annorum,etiam contra ecclesiam Romanam,licet ille haereticus praescribere non potuisset.Sed dici potest,quòd ibi non praescribitur dominium,sed defensio,vt dominium,quod erat reuocabile apud defunctum,irreuocabile fiat apud hęredem.Ad quod plenius videte Bonifac.de Amana.in dicto cap.cum quis.& quae recitaui in dicta l.qui in alterius.& l.nemo plus iuris.eo.eodem titu.Item opponi potest de l.sequitur.§.lana.ff.de vsucap.vbi lana ouis furtiuae potest vsucapi per bonae fidei emptorē,quae non posset vsucapi per furem illius venditorem.Sed illud ideo est,quia lana fuit detonsa apud emptorem bonę fidei:& cum tondetur dicitur nasci & concipi,secundum Ioan.de Imol.& Barto.ibi.Et ideo efficitur bonę fidei emptoris,sicut foetus editus apud eum,vt l.qui vas.§.si ancilla.ff.de fur.Secus esset in lana detonsa,vel foetu,aut partu concepto apud furem:quia per ipsum furem videtur lana furto subtracta,sicut & foetus & partus conceptus apud eum.facit quod habetur in text.& glos.l.partum.eo.tit.proxi. Gulielmus Maynerius legum Doctor.

Summarium.

1 ☞ Impletum videtur quando non stat per eum qui implere debet.
2 Conditio quot modis dicatur.& nu.4.& 5.
3 Conditionati homines qui dicantur.
6 Conditionis definitio.& nu.7.
8 Conditiones de praesenti vel praeterito sunt impropriae.
9 Conditio necessaria quid.
10 Conditio impossibilis quadruplex.
11 Conditio possibilis triplex,potestatiua,mista,& casualis.
12 Conditio quibus verbis inducatur.
13 Conditio necessaria quando habeatur pro pura.
14 Conditio impossibilis quando vitiet totam dispositionem,& quando sola ipsa vitietur.& numero 15.16.& 17.
18 Impossibilitas iuris quando vitiet.& nu.19.& 20.
21 Perplexitas quando vitiet actum.
22 Difficultas quando vitiet conditionem.
23 Impossibilis conditio quando vitiet.& nu.25.& 26.
24 Clausula generalis derogatoria in corpore iuris contenta,speciales etiam consuetudines excludit,licet de illis non faciat mentionem.

27 Conditio potestatiua quando possit per alium impleri.
28 Conditio eadem dici potest potestatiua & non potestatiua.
29 Conditio potestatiua quid, & eius exempla. & nume ro 30.31. & 32.
33 Conditio quando habeatur pro impleta. & nume. 34. 35.36. & 39.
37 Conditionalis institutio, si voluerit, quid operetur in suo & emancipato. & nu. 38.
40 Testatoris volũtas potest pendere à fortuna, sed non à voluntate tertij.
41 Conditio casualis qualitercunque deficiat facit dispositionem deficere.
42 Conditionem implere debens quando ire debeat ad eum cui est implenda. & nu. 43.44. & 45.
46 Conditio deficiens per casum, quando faciat deficere legatum.
47 Alimentis legatis, si cohabitet cū hærede, cuius fauore intelligatur cohabitatio. & nu. 48.49. & 50.
51 Conditio pluribus indicta, an per quemlibet, & quomodo impleri debeat. & nu. 52. & 53.
54 Legatario vno conditionem implere nolente, an alter habeat solidum legatum.
55 Conditio an impleri debeat ab hærede legatarij, vel hæredis hæredi. & nu. 56.
57 Oblatio quando sufficiat, & quando depositio requiratur.
58 Conditione quæ certum habet tempus impedita, an ante illud tempus petatur legatum.

In iure ciuili receptum est, quoties per eum, cuius interest cōditionem non impleri, fiat quo minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset. quod ad libertates & legata, & ad hæredum institutiones perducitur. Quibus exēplis stipulatiōes quoq; cōmittūtur, cūm per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

HAEC regula habet bonā
& pulchrā materiam, cui
concordat illud, quod ha-
betur in l. prima. C. de con-
di. institu. & substi. sub con
di. fac. vbi hæc regula alle-
gatur per Alberi. & Doct.
1 † Quando enim non stat
per eū qui implere debet,
sed per eum, cui debet impleri, videtur impletum, vt
hic, & ibi. & cap. imputari. & cap. cum stat per eum.
extra isto titu. libro vj. vbi per Dy. & Ioan. And. & fa-
cit quod habetur in l. in executione. §. fin. ff. de verbo-
2 rum obliga. ¶ † Esset autem pro explanatione huius
materiæ videndum, quid dicatur conditio. Et vt dicit
Gofred. in summa. extra de conditio. appositis. pluri-
bus modis dicitur conditio. Quandoq; enim sumitur
pro statu personæ, vt est, quando quis reputatur libe-
ræ conditionis vel seruilis, vt in cap. consuluit. cap. eo
libentius. & cap. fin. extra de ser. non ordi. & xxxij. q.
3 iiij. cap. liberti. † Quorūdam etiam hominum cōditio-
natorum, de quibus habetis glos. magistram super ru-
brica. C. de agricol. & censi. lib. xj. Conditio non omni
no seruilis est, sed conditionata vocatur: quia re vera
liberi sunt homines, vt in cap. ij. & ibi glo. extra de iu-
dæ. & notatur per glo. super rubrica in verbo, artifici-
bus. C. de ser. fugit. Quo ad quid tamen eorum condi-
tio seruilis reputatur. Et hoc modo loquendi vtitur
glo. in l. cum satis. §. cum autem. C. de agrico. & censi. &
gl. in l. secunda. C. in quib. caus. col. censi. lib. xj. & Spe-
cul. tit. de instru. editio. §. compendiose. in princip. ver
su, quid de ascriptitio. & Bald. in l. prima. C. de hæredi
ta. decurionum. & Hostien. i. tu. de natis ex libero ven
4 tre. in summa. † Alio modo dicitur conditio rerū. Quę
dam enim seruiles sunt, quæ debent alijs seruitutem.
Aliæ liberę nullam seruitutem debentes, vt per totum
titu. ff. de seruit. & de seruitu. vrba. præd. & de seruitu.
rusti. prædi. & de seruit. & aqua. & C. de aquæ duc. li.
xj. Et de istis conditionibus personarum & rerum,
non videtur propriè loqui hæc regula, nisi de illis in
dispositionibus vltimarum volūtatum, & cōtractuū
5 in conditionem ponerentur. † Alio modo dicitur con
ditio quæ apponitur in quatuor casibus positis in
hoc tex. scilicet libertatibus legatis, hęredum institutio
nibus, & substitutiōibus, & similibus. ¶ Sed potest hic
opponi de superfluitate cōtra illud, quod habet in prima
cōstitutiōe Codicis. §. quibus. q̄m iste tex. positus est
de verbo ad verbum in l. iure ciuili. ff. de condi. & de-
monst. Sed respondetur, quòd ibi in tractatu conditio-
num per modum tractatus positus est iste tex. hic verò
per modum regulæ, quæ vult conditionem implen-
dam per illū, cui apponitur, quando non stat per eum
haberi pro impleta. cui concordat l. iij. ff. de condi. insti
6 tutio. ¶ † Nunc igitur videndum est, quid sit conditio.
glo. super rubrica. ff. de conditio. & demonstrat. ponit Quid
diffinitionem dicens, Quòd est quædam legati suspen- sit con-
sio, cuius de futuro defectus siue confirmatio pendet. ditio.
quam diffinitionem per singula fere verba, Bartol. re-
prehendit in l. prima illius titu. Primo cum dicitur le-
gati: quoniam etiam alię dispositiones, vt sunt contra-
ctus & similes, suspenduntur conditione, vt in hoc tex.
vbi omnes æquiparantur in hoc. Sed Ioan. de Imol. su
per dicta rubrica in hoc verbo, legati, sustinet diffini-
tionem glos. si intelligatur, quòd glossator illam dictio
nem, legati, posuit gratia exempli. & cessat tunc obie-
ctio Barto. quoniam exempla non restringunt regu-
lam, vt l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de damn.
infect. in fin. & facit l. quæ dubitationis. suprà isto titu-
lo. & quod notat Salicet. in l. prima. iiij. oppositione.
C. vti possidetis. Et quod habetur in cap. primo. ex-
tra ne cleri. vel mona. Secundo Bar. reprobat diffinitio
nem glos. in eo, quod dicitur in ipsa, suspensio: quia se-
cundum eum suspensio est defectus conditionis pen-
dentis, sed non econuerso, vt l. itaque. ff. si cert. peta. &
patet per omnes leges. ff. de condi. & demonst. quæ vo
cant conditionem actum, qui pendet ex futuro euētu.
Sed secundum Ioan. de Imol. super dicta rubrica glos. in
hoc potest sustineri si intelligamus suspensionem con
ditionis quo ad suum effectum. Et idem in eo quod di
cit confirmatio, quæ dictio, secundum eundē de Imol.

7 exponi potest pro existentia.† Ipse tamen Bartol.ali-
ter diffiniuit conditionem, videlicet quòd est quidam
futurus euentus,in quem dispositio suspenditur. Vel
secundum Bal.super dicta rubrica,Conditio est quæ-
dam adiectio, per quã dispositio habet in sui esse pen-
dentiam,existentiam,vel defectum. quam diffinitionẽ
dicit esse generalem ad omnem conditionem inducti-
uam vel extinctiuam,siue de præterito siue de præsen-
ti siue de futuro,referendo singula singulis.quod pla-
cet Ioan.de Imol.Et dicit esse menti tenendum,præci-
8 pue †quia conditiones de præsenti, vel præterito im-
proprie vocantur conditiones,vt notatur per glos.in
l.in conditionibus primum locum.§.primo.ff.de con
di.& demonst.& est tex.& glo.& ibi Salice.& Docto.
in l.cum ad præsens tempus.ff.si cert.peta. & notatur
per Alberic.super rubrica.C.de condi.instit.& Barto.
in dicta l.prima.qui ad hoc allegat l.institutio talis.ff.
de condi.institu.& l.eas causas.ff.de condi.& demonst.
Et optimè probat text.in l.si ita stipulatus fuero hanc
summam.ff.de verborum obliga.Et est improprie lo-
qui,secundum eum,vocare conditiones, quæ sunt de
præterito vel præsenti, vt notatur per glos.super ver-
bo,demonstratio.in l.si sic.§.primo.ff.de lega.j.in l.ij.
per gloss.super verbo,inesse.ff.de condi.institu.

¶ Sciendum est etiam pro quadam euidentia conditio
num,quòd quædam est necessaria,alia impossibilis,&
Diuisio conditionum.
9 alia possibilis.† Cõditio necessaria est illa,quæ causam
habet necessariam,& infallibilẽ.sed subdiuiditur: quia
quædã est certa omni certitudine, vt si sol cras orietur:
quia illum oriri certum est. Quædam est certa,sed non
omni certitudine,scilicet certa est an,sed nõ quãdo eue-
niet,vt si dicatur,hæres meus dato Titio decem quan-
do morietur.licet enim certum sit illũ esse moriturũ;
& sic an morietur,quia certum est ipsum esse moritu-
rum:incertum tamen est,quando morietur: quoniam
nil certius morte, nec incertius illius hora,vt d.l.j.ff.de
condi.& demonst.& in authen.de hæred.& falcid.§.ex-
hęredatos.coll.j.Illa enim conditio,si Titius morietur,
non suspendit dispositionem,vt d.l.prima.versic.cum
dies certus.& l.si pupillus.§.qui sub conditione.ff.de
nouatio.Sed illa,quando morietur, suspẽdit,vt allega
10 ta l.prima.versu,dies autem incertus. ¶† Impossibilis
conditio quadrupliciter considerari potest, vt allega-
tur glos.melior de iure Institu.de hæred.instit.§.impos-
sibilis.vbi per Angel.Aretin.qui recitat Ioan.de Imol.
in l.prima.ff.de condi.institu.& notat Alberic.super di
cta rubrica.C.de institu.sub condi.fac. Primo dicitur
conditio impossibilis naturæ: vt si instituatʳ Titius sub
conditione si digito cœlum tetigerit,aut ascenderit,vel
solem,aut stellas dederit.facit l.si stipuler. cum ibi no-
tatis.ff.de verborum obliga.Secundo dicitur impossi-
bilis de iure illa,quæ de se est turpis,vel contra bonos
mores,vt l.filius.ff.de condi.institu. & l.nepos Procu
lo.ẽ.titu.proxi. & l.inter stipulantem.§. sacram. ff. de
verborum oblig.Tertio dicitur conditio impossibilis
perplexitate,vt si dicat testator,si Titius hæres nõ erit,
Stichum hęredem instituo:& si Stichus hæres non erit,
Titium hæredem instituo.de qua loquitur text.in l.si
Titius.ff.de condi.institu.Quarto dicitur conditio im
possibilis de facto,quæ tamen,vt dicit Alber.vbi su-
prà,magis proprie dicitur difficilis,vt si dicatur in te-
stamento,instituo Titium hæredem si montẽ aureum
dederit,aut decies mille millia marcharum auri,cũ sit
pauperior,vel si montes vltramarinos trãstulerit. Ad
quod facit quod habetur in l.cum hæres.§.j.ff.de statu
11 liber. ¶† Conditio possibilis dicitur,quæ se habet ad
esse,& non esse.Et subdiuiditur in tres:quia quædã est
potestatiua,quædam mista,& alia casualis.de quibus
melius quàm alibi in iure loquitur text.& ibi Docto.
in l.vnica.§.sin autem aliqui sub conditione.C.de ca-
du.tollẽ.de quibus inferius explanabitur. Conditio ca-
sualis dẽpẽdet à fortuna,vel casu,vt si nauis ex Asia ve
nerit,vel si cras pluat.Potestatiua dicitʳ quę consistit in
mera volũtate illius cui apponitʳ,vt si dicatʳ,lego Titio
decẽ si exiuerit scholas.quamuis Iacob.de Rauen.dixe
rit illam conditionem esse casualẽ: quia potest impedi-
ri ne exeat,vel potest mori,cum,vt dictum est,nihil sit
incertius hora mortis. Omnia enim subsunt fortunæ,
secundũ Epicureos.& facit tex.in l.ij.§.sed quia diuinę.
C.de vete.iur.enucle.Sed cæteri Docto.tenent contra-
rium,& dicunt eam esse potestatiuã:quia haberi debet
respectus ad ea quæ cõmunius accidere solent,& veri
similius.l.nam ad ea.ff.de legi. Et hæc conditio potesta
tiua hoc habet,quòd quãprimũ verisimiliter possit il-
le,cui apponitʳ,debet eam implere,vt l.hæc conditio,si
in Capitolium.ff.de cõdi.& demonst.& facit quod ha-
betʳ in l.suus quoq;.ff.de hære.instit.Dari etiã põt in ea
cõditione potestatiua exẽplũ:puta si Titius seruũ suũ
manumiserit:quia seruus inuitus potest manumitti,vt
l.si.§.licet enim.C.de manu testa.& ibi glo.allegat con
cor.& notatur per glos.in l.quæ sub cõditione. §.quo
ties.ff.de condi.institu.& notat Floria.in l.inde Nera-
tius.§.item Iulianus.ff.ad l.Aquil. Mista verò cõditio
dicitur duobus modis secundũ Alberic.super rubrica
prædicta.C.de insti.sub condi.fac. vno modo,quãdo
pendet dicta cõditio ex facto eius cui apponitʳ,& vi-
ribus fortunæ, de qua habetʳ super dicta rubrica.ff.de
condi.& demonst.& l.si pater.C.de insti.sub cõdi.fac.
Alio modo dicitur mista,cũ depẽdet ex facto eius cui
apponitʳ,& alterius:puta, lego decẽ Bertæ si nupserit
12 Titio.de qua loquitur l.j.C.eo.tit. † Et notandũ est cir
ca ista,quòd conditio fit non solùm per dictionem,si,vel
dictionẽ,cũ,secundũ notata per Bar.in l.j.& l.demon-
stratio.ff.de cõdi.& demon. sed etiã,vt dicit Albe.sup
prædicta rubrica de cõdi.instit.fit quãq; per ablatiuos
absolutos,vt si dicatʳ,lego Titio decẽ ipso aliquid facie
te,vt l.si statulibera.§.si quis nõ dare decẽ.ff.de statuli-
ber.& l.à testatore.ff.de condi.& demonstr.& l.legatũ
sub cõditione.in prin.& ibi glos.ff.de adimẽ.vel transfe.
lega.Ideo hæc verba,quæ sæpe apponuntʳ in disposi-
tionibus contractuũ,vel vltimarũ voluntatũ,scilicet
saluis infrascriptis,conditionem inducunt,vt notatur
per glos.in l.idem Labeo.§.familiæ.versu,si pure.ff.fa-
mil.ercisc.Dictio tamen, si ita est,aliquãdo affirmatiuè
non conditionaliter sumitur,vt in c.nisi cum pridem.
vltra medium.extra de renũtia.Dictio etiam, donec,fa
cit conditionem,vt l.ambiguitatem.§.sin autem talis.
C.de vsufructu. vt si fiat legatum vxori per testato-
rem donec, vel dum,cum filiis morabitur, vt l.qui
concubinam.§. vxori.ff.de lega.tertio.& l.si ea.C. de
conditio.inser.& l.prima.C.de lega.vbi Bald.dicit has
dictiones,quoad donec,quãdiu,& similes esse cõditio
nales,vt iuribus alleg.& l.pater Seuerinã.§.fi.ff.de cõ-
di.& demonst.& notatur per glo.in l.iiij.ff.de seruitut.
Nunc

13 ¶†Nunc videndum est de natura harum conditio-
num,& vt dicit Albericus super dicta rubrica, quan-
do conditio necessaria omni certitudine certa est,illud
est de sua natura,quòd habetur pro pura, vt dicta l.si
pupillus.§ qui sub conditione.ff.de noua. Sed in illa,
quæ non est omni certitudine certa, quia certa est, an
eueniat,sed non quãdo,distinguitur de ea in cuius per-
sona apponatur,videlicet,an in persona hæredis, aut
legatarij,vel tertij,prout habetur per gloss. & Docto.
in l.extraneum.in prima.C. de hæredibus instituend.
quia si quis instituatur hæres, quando morietur, hæc
adiectio mortis habetur pro non apposita, quia ex
tempore non potest dari hæreditas,& si detur,non vi-
tiat,sed subducitur tempus, vt l.hæreditas ex die.ff. de
hæred.instituen.& ibi Doctores.Et licet adiectio tem-
poris quando morietur,habeat conditionem, si mo-
rie:illa tñ conditio oino euentura est, & sic institutio
habetur pro pura,vt not.per gloss.& Doct.in d.l.hæ-
reditas ex die.& facit d.l.si pupillus. §.qui sub condi-
tione.Illa eñ cõditio,vt dixi,oino euẽtura est, & euen
tura ipso instituto viuẽte, quia viuẽs morit,nõ mor-
tuus,vt not.per gl.in l.qui duos.§.j.ff. de n anu. testa.
Si verò apponat dicta conditio in persona tertij,vt si
dicat testator, instituo Titiũ qñ Sempronius moriet,
valet institutio, sed est conditionalis,& suspẽdit, quia
incertũ est eam euenturã,vel nõ euenturã viuo institu
to,vt l.hæres meus.ff.de conditio.& demonstr.ideo si
præmoriatur institutus sub illa conditione, cum alius
morietur,non transmittit hæreditatem,quia defecit cõ
ditio,vt est text.in l.quibus diebus.§. quidam Titio.
eod.tit. & nota.in l. post mortem.C.de fideicõ.Secus
esset in cõtractibus,vt in d.§.qui sub cõditione. & no-
tat Salic.in d.l.extraneum.In legato autem alicui facto
cum hæres morietur,dicendum est,quòd est cõditiona
le,nec transmittitur si legatarius moriatur priusquam
hæres institutus,vt l.hæres meus.secundo responso.ff.
de condi.& demonst.& in d.l.j.vers.dies autẽ incertus.
eod.titu.& l.si cum hæres.in princ.ff. quando dies leg.
ced.Sed si legetur cũ morietur ipse legatarius,valet sta-
tim legatum,& transmittitur,etiam eo moriente prius-
quam hæres moriatur,vt d.l.hæres meus.in princi. Et
14 hæc satis sint de natura cõditionis necessariæ.¶†Si au-
tem quæratur de natura conditionis impossibilis: iste
articulus examinatur per Barto. Bald. Angel.de Peru.
& Ioan.de Imol.plenissimè in dicta l.prima.ff. de con-
ditio.institu.& Angel. Arettin.recitantem verba Ioan.
de Imol. in dicto §.impossibilis.ex quorum verbis,&
sententia dici potest primo circa impossibilitatem na-
turæ,q quandoq; ponitur in dispositione. Aliquãdo
in conditione:si ponatur in dispositione, vel substan-
tia eius de quo fit dispositio,vitiat dispositionẽ in vlti
mis voluntatibus,vt l.apud Iulianũ. §.fin. & l.si quis
inquilinos.§.fi.ff.de lega.j.& etiam in contractibus,vt
l.inter stipulantem.§.sacram.& l.si stipuler.ff.de verb.
oblig.& l.si seruus cõmunis.ff.de dona. inter virũ &
vxorem.p illum tamẽ tex.si sit possibilis pro parte,p
illa impleri debet,sed non pro parte impossibili. facit
l.cum dote.ff.de dote præleg.& ad hoc allegat p Paul.
de Cast.in dicta l.j.facit quod habetur in l.ij.C.de secũ.
nup.Quod procedit secundum prædictos Doct.etiã
in confessione,vt l.in confessionibus.ff. de interroga.
actio.& d. l.inde Neratius.§.fina.vbi Floria.& Doct.
ff.ad l. Aquil.Idem est in sententia, vt l.si. ff.quę sen.sine
appel.rescind.Et etiam in lege siue statuto,quia lex de-
bet esse possibilis & honesta,vt iiij.distinctio. cap.erit
autem lex.Si autem non apponatur impossibilitas in
substantia dispositionis, vel circa eam,sed in aliquo ac
cidenti,vt executione vel exactione,si apponatur in
vltima voluntate, non vitiat dispositionẽ,vt l. si mihi
& tibi.§.si quis seruos.ff.de lega. primo. Et idem dici
debet si apponatur in contractu bonæ fidei,vt l.insu-
lam.§.fina.ff.locati.facit ad hoc illud,quod habetur in
l.in minorum.C.in quibus causis in integrum restitu.
15 non est necess.†In contractu verò stricti iuris vitiat cõ-
tractum,nisi per partes contrahentes prouideatur cõ-
tra impossibilitatem.Ista probantur in §.loca. Institu.
de verborum obligatio facit l.fin.§. si inter eos.ẽ.illo
titulo.de verborum obligatio. ¶Quandoq; apponi-
tur impossibilitas in iudicijs, vel arbitrijs, quæ si ex
post facto contingat,non vitiat,sed excusat, quandiu
durat: vt l.secũda. §.quod dicimus.& quasi per totam
legem.ff.si quis cautio.Sed si insit ab initio,vult Bald.
& Angelus de Perusio in allegata l.prima. quòd non
vitiet,quia videntur esse duo præcepta iudicis vel ar-
bitri,vt l.Celsus.ff.de arbit.& cap.cum dilecti.extra de
dol.& cõtu.vt si iudex præcipit aliqd fieri intra certũ
diẽ,intra quẽ impossibile est illud fieri,tenebit pceptũ
quo ad possibilitatem illius,quod fieri debet, sed non
quo ad diem.de hoc tamen videte plenius Io.de Imola
post Bald.in allegata l.j.ff.de condit.institu. & Angel.
Aret.in dicto §.impossibilis.& Bartolum in l.ex qua-
cunq;.§.si quis.ff.si quis in ius voca.non ierit. ¶Ali-
quando apponitur impossibilitas naturæ per modũ
conditionis,& hoc qñq; in contractibus,& hæc vitiat
contractũ,itaq; ad illum perficiendum ex eo nulla ori
tur obligatio.l.impossibilium.ff.isto eod.tit.& insti.de
inutil.stipul.§.si impossibilis. & c.nemo potest.extra
eo.ti.lib.vj.Sed qñq; bene datur actio ob causam ad il-
lum resoluendum,vt l.nõ solũ.ff.de actio.& obliga.&
l.impossibilis.ff.de verb.oblig.& l.si militem.cum ibi
notatis.C.de condic.ob causam.¶Fallit tamen hoc in Fallentia.
contractu matrimonij,cuius fauore dicta cõditio reij- Limitatio.
citur,vt in cap.j.& fi.extra de conditio.apposi. Quod
intelligitur vt habetur in d.c.j.per gl.Panor.& Doct.
secundũ vnũ intellectum de turpi cõditione suspẽden-
te matrimonium,quæ habet pro nõ adiecta, & cõtra-
ctus remanet purus,vt d.c.fi.Secus in cõditione hone
sta,vt c.de illis.& c.super eo.eod.tit.Vel etiam intelligi
tur dictũ cap.j.de conditione resoluente matrimoniũ,
quod non potest resolui ex quo ab initio tenuit,vt in
cap.cum sis.extra de conuers.coniuga. ¶Si autem ap-
poneretur conditio contra substantiam coniugij,con-
tractus careret effectu,licet conditiones,aliàs turpes,&
impossibiles,fauore matrimonij pro non adiectis ha-
beantur,vt dicto cap.finali.Et ita debet intelligi illud
quod notat Baldus in dicta l.prima.de conditio.insti
tutio.versi.quæris gloss.verum teneat matrimonium.
¶Fallit etiam quando conditio impossibilis apponi- Fallentia.
tur in contractu donationis causa mortis, quæ quã-
tum ad hoc sapit naturam vltimę voluntatis, vt l.quę
sub conditione.§.hoc edictum. ff. de condit. institu-
tionũ.Appositio autem cõditionis necessariæ,vt si di
catur,si cœlum non tetigeris,non vitiaret cõtractum,
& haberetur pro pura,vt dicta l.impossibilis.ff.de ver
borum obligationibus. & dicta l. si pupillus.§. qui
sub conditione.ff.de nouationi.vt enim dicit Paulus

de Castro post gloss. in sæpe dicta l. prima. sicut affir-
matiua, si cœlum tetigeris, non vitiat: ita nec negatiua,
si non tetigeris. ¶ Quod dicunt Doctores esse verum
quando contractus incipit à præcedente conditione.
Secus quando inciperet à præcedente dispositione im-
possibili, quia non valeret tunc prouisio facta sub ta-
li condirione necessaria adiecta in pœnam præcepti
impossibilis non seruati, vt l. si homo mortuus. ff. de
16 verborum obligationi. ¶ † In vltimis autem volunta-
tibus conditio naturæ impossibilis apposita non vi-
tiat dispositionem, sed reijcitur, vt sæpe dicta l. prima.
de conditioni. institutio. Et hoc verum quando inci-
pit à præcedenti conditione necessaria, impossibili vel
turpi. secus si à præcepto impossibili vel turpi adie-
cta conditione necessaria in pœnam non obseruati ta-
lis præcepti, quia tunc nõ valeret dispositio: verbi gra
tia, Si testator instituat Titium, si fecerit homicidium
vel sacrilegium, aut cœlum digito tetigerit: & si non fe
cerit, grauat eum de dando Sempronio centum nomi-
ne pœnæ: licet reijciatur conditio turpis vel impossi-
bilis de institutione, adiectio pœnæ nõ valet, quia cõ-
ditio illa turpis vel impossibilis non in fauorem lega-
tarij, sed odium hæredis videtur imposita: hæres autẽ
non meretur pœnam, si non implet conditionem tur-
pem vel impossibilẽ, ideo non tenet tale relictũ, per il-
la quæ habentur per Doctores in l. vnica. C. de his
quæ pœnę no. in testamẽto relinquun. & notatur per
Bartolum, Bald. Angelũ, Paulum de castr. & Ioannẽ
de Imola in præallegata l. prima. Si tamen præcessisset
præceptum possibile, & honestum, valeret relictũ no
mine pœnæ, etiam iure isto, secundum dictum Paulũ
de Castro, qui ad hoc allegat l. primam. §. item si ita.
17 ff. ad l. falcidiam. & l. primã. ff. de penu lega. ¶ † In iudi-
cijs autem, & arbitrijs adiecta conditione impossibili
videtur, quòd sententia vitietur, cum iure regulari sub
conditione sententia ferri nõ debeat, quamuis dicatur
eam tenere si feratur sub conditione possibili, vt l. pri
ma. §. biduum. ff. quando appellan. sit. ideo secundum
Doctores in locis allegatis, adiecta impossibili con-
ditione vel turpi remanet regula, quòd taliter ferri nõ
debuit, & sic nulla dicenda est, argumento l. non du-
bium. C. de legibus. & illorum quæ habentur x. distin
ctione. cap. vides fili charissime. & ibi per glo. & Ar-
18 chidiaconum. ¶ † Est alia impossibilitas, vt supra di-
ctum est, quæ vocatur impossibilitas iuris, & ista si ap
ponatur in dispositione, vitiat illam tam in contracti-
bus, quàm in vltimis voluntatibus, & alijs dispositio
nibus, vt l. generaliter. cum l. sequenti. & l. si plagij. ff. de
verborum obligationi. & faciunt iura in præcedenti
Fallentia. membro allegata. ¶ Fallit tamen in contractu matri-
monij, cuius fauore, vt antea dictum fuit, tenet matri-
monium, nisi conditio sit contra substantiam matri-
monij, vt dicto cap. primo. & fina. extra de conditio.
apposi. Et etiam in donatione causa mortis, vt dicta l.
quæ sub conditione. §. hoc edictum. ff. de conditio. in-
stitutio. ¶ Aliquando apponitur conditio necessaria
in contractu, cuius contraria est impossibilis de iure,
vt si dicatur, promitto tibi decem, si maleficium non
feceris: & vitiatur contractus, nec tenet promissio, vt
est text. in l. iurisgentium. §. si hoc maleficium. ff. de pac.
notatur per Bart. in dicta l. non solũ. facit quod habe-
tur, & notatur in l. secunda. & l. idem si ob stuprum. §.
quoties. ff. de condictio. ob turpem causam. Et multo
fortius idem dicendum est, secundum Ioannẽ de Imol.
vbi supra, si contractus incipit à præcedẽti promissio
ne turpi per rationem eorum, quæ dicta sunt in supe-
19 riori membro. ¶ † Vbi autem dicta conditio turpis de
iure impossibilis apponitur in vltimis voluntatibus,
regulariter vitiatur, & non vitiat dispositionem, vt est
casus, secundum vnum intellectum in sæpe dicta l. j. de
conditio. institutio. ¶ Habet tamen dicta regula fallen-
20 tias. ¶ † Primo vbi non est propriè conditio talis, cu-
ius illi resistat, sed quia non assistit, vt potest dari exem
plum in conditione reddente dispositionem captato-
riam, quia tali conditione vitiaretur dispositio, ꝓpter
hoc, quòd deficit forma tradita à iure, vt l. illa institu-
tio. ff. de hæredi. instituen. Quod procedit secundũ Io-
annem de Imol. nisi in relictis ad pias causas, vt ibi no
tatur per eum, & per eum, & Docto. in cap. cum tibi.
extra de testamen. & per Barto. in l. prima. C. de sacro-
sanct. eccle. & per Cyn. in l. captatorias. C. de testamẽ.
milit. & latius per Ioannem de Imol. in l. captatorias.
ff. de hæred. instituen. ¶ Potest etiam aliud exemplum
dari in conditione impossibili cui ius non assistit, licet
ei non resistat, quæ de facto debet impleri ne pœna cõ
mittatur. verbi gratia, non potest qui non est filius fie-
ri filius ex cognatione, vel pacto, aut de facto: potest
tamen tractari vt filius, ideo vt talis debet tractari ne
pœna incurratur. Et ita videntur contrahentes intelle-
xisse, vt notatur per Barto. per illum text. in l. quidam
cum filium. ff. de verborum obliga. versu, venio ad vl-
timum dubium. & per ipsum Barto. in dicta l. prima.
de conditio. institu. & Ioannẽ de Imol. in l. impossibi-
lis. ff. de verborum obligatio. quod est notandum pro
limitatione dictæ l. primæ. vt etiam dicit Angel. Aret.
in dicto §. si impossibilis. Institu. de inutil. stipu. ¶ Secũ
do fallit quando appositio conditionis impossibilis
faceret, quòd testamentum peccaret in forma, vel solen
nitate substantiali, vt quãdo filius suus institueretẽ sub
conditione impossibili, quia datur forma à iure, quòd
non potest institui, nisi sub cõditione potestatiua, quę
non est impossibilis, vt l. suus quoq;. ff. de hæred. insti-
tuen. & l. filius. ff. de conditio. institu. & l. si pater. C. de
instit. sub conditio. fact. Et sic testamentũ eo casu red-
ditur nullum, vt dictis iuribus, & infra fortè plenius
dicetur. ¶ Tertio etiam fallit quando conditio de facto
potest impleri, si impletio illius non continet turpitu-
dinem, quia tunc conditio non reijcitur, sed debet im-
pleri de facto, vt l. qui hęredi. & l. Mæuius. ff. de condi.
& demonstr. & l. mulier. §. j. ff. de condit. institu. Secus
esset vbi turpe foret illã conditionẽ impleri, quia reijce
retur, & valeret dispositio illa non impleta, vt sæpe di-
cta l. j. ¶ Quarto fallit qñ cõditio apposita, licet impos
sibilis respicit aliquem honestũ finem, quia tunc non
reijcitur cõditio, sed cõuertitur in similẽ honestam cau
sam, vt l. legatum. ff. de vsufruc. leg. vbi plenè p Bart. &
l. legatum. ff. de administ. rer. ad ciuita. pertinen. & ibi
Bart. vt si relinquatur aliquibus religiosis ꝓ missis di-
cendis, & ecclesia illa, vel ciuitas est interdicta, licet ia-
nuis clausis ibi posset celebrari, vt in c. si. extra de sent.
excom. lib. vj. Vel reliquit testator aliquam pecuniam
ꝓ cõstruẽdo capellã in aliqua ecclesia, vbi sunt plures
capellæ ad sufficientiam. Aut pro anniuersario facien
do alicui ecclesiæ aliquid annuum, sunt tamen multæ
indigentiæ in ecclesia illa magis necessarię. An possit
hoc relictũ in alias necessarias causas mutare, & cuius
autoritate

autoritate, & quo modo, videte Bartolum in locis
allegatis. & Petr. de Ancharano, & notata Docto. in
clemen. quia contingit. de religio. domi. & Io. de Imol.
in sæpe dicta l. prima. & Angelum Areti. in dicto §. si
impossibilis. & text. satis bonum ad hoc cum ibi nota
tis in l. secunda. C. de communi seru. manu. & ibi Bal.
¶ Quinto fallit secundum Ioannem de Imol. & Paul.
de Castr. quando testator putabat conditionem quam
adiecit fore possibilem, quia tunc si sit impossibilis vi
tiat dispositionem, vt allegat casus in l. seruo manumis
so. ff. de conditio. indeb. Sed ibi dicit Bald. illam condi
tionem ibi appositam fuisse magis falsam vel erroneã
quàm impossibilem. ¶ Et procedit hoc secundum Io-
annem de Imol. post Barto. nisi illa conditio respiciat
vnum finem, per quem possit esse possibilis, licet im-
possibilis per alium modum, vt probat in l. huiusmo-
di. §. si ita. & l. ab omnibus. §. primo. ff. de lega. primo.
& ibi per Bartolum, & Ioannem de Imol. vt ibi patet.
Exemplum, si testator legauit Titio centum, si tabulas
chirographi restitueret hæredi suo, quas tabulas puta-
bat testator stare, quæ tamen non stabant, cum essent
combustæ. Sed quia conditio illa respiciebat finem li-
berationis à debito contento in tabulis, satis esse vide-
tur si legatarius liberet hæredem à debito, quod conti-
nebatur in chirographo combusto, quod impossibi-
le est restitui, licet contrarium putaret testator. Si au-
tem adijciatur cõditio impossibilis de iure, in iudicijs
vel arbitrijs redditur sententia nulla, vt superius dictũ
fuit in cõditiõe impossibili per naturã, p iura quę fue-
21 rũt allegata. ¶ † Tertia est impossibilitas, quæ, vt supe-
rius dictũ fuit, vocatur perplexitas, quæ aliquãdo nõ
surgit immediate ex verbis testatoris, sed habito respe-
ctu ad aliud, puta ad patrimoniũ dicti testõris: & ista
non vitiat dispositionem, sed dirimitur meliori modo
quo fieri potest, vt patet exemplum in l. qui quadrin-
genta. ff. ad l. falcid. vbi est text. quòd si perplexitas cõ-
tingat ex accidenti præter testatoris propositum, diri-
mi debet secundum mentem testatoris. Sed vbi ex ver-
bis testatoris cõtingit perplexitas, inter res tamen qua-
rum vna fauorabilior est altera, non vitiatur totaliter
dispositio, sed fauetur rei, quę est digna maiori fauore,
vt l. fina. §. primo. ff. de vulga. & pupilla. substitutio.
qui vult in effectu, quod quando idem est institutus,
& sibi ipsi substitutus, ita demum valet substitutio, si
aliquam vtilitatẽ fauorabilem contineat. de quo etiã
habetur in l. sed & si plures. §. fina. eodem titu. Sed vbi
perplexitas contingit inter res, quarum vna non est
plus fauorabilis, quàm alia, & talis perplexitas po-
test dissolui per implementum facti, quod tendit ad cõ
modum, vel vtilitatem implentis, non vitiatur disposi
tio, sed dissoluitur perplexitas per illud implementum
facti, vt in l. si quis ita. ff. de conditio. institu. & notatur
per gloss. in l. si Titius. eodem titu. & ibi per Bartol. &
Doctores. vbi verò non potest dissolui illa perplexi-
tas per implementum factum ad vtilitatem implentis,
sed alterius, vitiatur dispositio propter illam perplexi
tatem, vt est text. in dicta l. si Titius. vt ibi clarius expla
nat Paulus de Castro. & hæc de hac tertia impossibili-
22 tate pplexitatis. ¶ † Vltima & quarta est impossibili-
tas facti, quam Doctores potius difficultatem vocant
& concludunt circa eam, quòd si talis impossibilitas
est solum respectu certę personæ cui apponitur, & nõ
simpliciter respectu aliarum personarum, illa, nisi im-
pleatur, vitiat dispositionem, vt l. cum heres. §. primo.
ff. de statu liber. Secus si iuuamine vel auxilio amico-
rum illius, cui fuit apposita, impleretur, vel aliàs quo-
modocunque, vt l. Stichum Titio. §. penultimo. eodem
titulo. & l. Arethusa. in fine. ff. de statu hominum. & de
hoc dari potest exemplum in testatore qui reliquit ser-
uo suo libertatem, si mille ducatos daret hæredi. quam-
uis enim seruo sit impossibile illos dare, ista conditio
non vitiat legatum libertatis, quia seruus conseque-
tur libertatem si aliquis suus amicus pro eo illos dede-
rit hæredi, vt iuribus prædictis: quoniam conditio dãn-
di potest per alium impleri, vt notatur per Doctores
in l. cum quidam. C. de conditio. insert. imò etiam im-
plendo illam in persona illius, qui est hæres hæredis,
vt l. si peculium. §. is cui. & §. sequenti. ff. de statu liber.
& l. cum ita datur. §. primo. ff. de conditio. & demon-
strationibus. ¶ Interdum impossibilitas seu difficultas
respicit, non solum vnam personam, cui apponitur,
sed etiam communiter omnes, vt si adijciatur condi-
tio de dando montem aureũ, quoniam dato pro pos-
sibili, quòd omnes homines suas in vnum aureas pe-
cunias cõgregarent, & posset fortè fieri mons aureus,
tamen hoc de facto fieri difficillimum est, & de facto re-
putatur impossibile vni soli personæ: quo casu, secun-
dum gloss. in dicto §. impossibilis. Institu. de hæredib.
instituend. ex quo conditio non impletur, vitiatur di-
spositio. quam gloss. Ioannes de Imola in dicta l. pri- Limitatio.
ma, limitat procedere, & veram esse, quando testator
cogitasset de monte aureo artificialiter facto eo modo
quo dictum est per aggregationem omnium petiarũ
de auro existentium penes omnes homines, quia sic
sensisset de mõte aureo naturali, & non artificiali, quia
naturalis aureus mons non potest in natura reperiri,
illa conditio tanquam impossibilis rejceretur, & non
vitiaret dispositionem, per dictam legem primam, sæ-
pissimè allegatam. ¶ Dicitur vlterius impossibile il- Vlterius dicitur impossibile.
lud quod soli principi reseruatur, secundum Innocen-
tium in cap. filius. extra de testamen. & per Baldum in
cap. hic finitur lex. in vsu feudorum. & per eum in cap.
fina. extra de pactis. facit l. apud Iulianum. § fina. ff. de
lega. primo. & l. ergo. §. si is. ff. de fideicommis. libert.
& l. secunda. §. tractari. in fine. ff. ad Tertullianum. & l.
continuus. §. cum quis. & ibi gloss. & Ioannes de Imol.
in quto notabili. ff. de verborum obligatio. Sed illa di-
citur difficultas, & hoc quando non solet princeps fa-
cile illud concedere secundum Docto. in locis allega-
tis, quia vt dicit Baldus in cap. primo. extra de iudic.
argumentum à solitis, & à practica, multum confert
ad sic præsumendum, argumento l. licet. C. locati. Nec
aduersatur prædictis impossibilitatibus, illud quod di
cimus, Deo omnia esse possibilia. Et qui omne dicit
nihil excludit, vt l. à procuratore. C. mandati. l. fina. ff.
de penu lega. & l. Iulianus respondit testatorem. ff. de
legatis. tertio. & xix. distinctione. cap. si Romanorum.
& extra de maioritate & obedientia. cap. solitę cum si-
milibus. quia in istis non Dei potentia, sed hominum
consideranda est: ideo non valet dispositio ab homi-
nibus facta, quæ eis est impossibilis de natura, de iure
vel de facto, licet illa essent possibilia Deo, quia illa
prouenirent ex prouisione insolita nobis, de qua ho-
mines testantes, vel contrahentes non videntur in-

telligere disponendo, argumen.l.fistulas.§.finali.ff.de
contrahen.emptio.vbi contrahendo de insolitis quis
non tenetur.secundum Bo.de Ama.in dicto cap.non
23 potest.extra eodem titu.libro vj. ¶†Et pro quodã epi
logo impossibilium conditionum appositarum in cõ
tractibus, vltimis voluntatibus, vel iudicijs seu alijs di
spositionibus, potest concludere quis, quòd regula di-
cens, quòd ad impossibile nemo obligatur, procedit,
& habet locum in omni materia, ex qua solet obliga-
tio produci, siue per consensum expressum, vt in con-
tractibus, siue tacitum, vt in consuetudine, quæ tacito
consensu populi introducitur, vt habetur in l.de qui-
bus.ff.de legib.in quibus si deducatur aliquid impossi
bile de iure, natura, vel facto, nulla oritur obligatio,
vt iuribus superius allegatis.& de cõsuetudine potest
reddi ratio, quia tunc consuetudo ligat quando est ra-
tionabilis, & possibilis, vt in cap.fina.extra de consuc.
& aliter non ligat, vt in authen.vt nulli iudic.§.primo.
collatio.ix.vbi text.& gloss.Et ideo impossibile non
potest deduci in consuetudinem nec in vsu, qui neces-
sarius est consuetudini, vt l. an in totum.C.de ædific.
priu.& l.prima & secunda.C.quæ sit long.consuet.Si-
mile in sententia, cui censetur accedere cõsensus partis
si non appelletur, vt l.ab eo.C. quomodo & quando
iudex.Sed illa continente impossibilitatem nõ oritur
obligatio, vt dicta l.fina.C. quæ senten. sine appellat.
rescind.Idem in dispositione testatoris præcipiẽtis ali
quid ad onus hæredis sui quod est impossibile de na-
tura, iure vel facto, vt dicta l.si quis inquilinos.§ fina.
& l.apud Iulianum.§.fin.ff.de lega.primo.cum simili-
bus.Pariter in confessione continente impossibile, vt
allegata l.cõfessionibus.ff.de interroga.actio.Non ori
tur etiam obligatio, nec actio autoritate legis commu
nis, vel municipalis præcipientis aliquid impossibile,
vt dicto cap.erit autem lex.iiij.distinctio.facit l.secũda.
ff.de legi.vbi diffinitio legis habet, quod est sanctio san-
Limitatio. cta iubens honesta.& hoc verum si sit impossibile na-
tura, facto, vel iure gentium: secus si mero iure ciuili,
quoniã princeps posset facere legẽ ciuilem, per quam
redderetur licitum, quod per anteriorẽ legem ciuilem
erat prohibitum, vt si fieret lex, quod donatio inter cõiu-
ges esset licita, vel si statueret lege municipali, aliquid
quod obuiet iuri mero ciuili positiuo, vt l.omnes po
Limitatio. puli.ff.de iustit.& iur.& hoc verum, nisi illud statutũ
municipale esset expresse per legẽ cõmunem prohibi-
tũ vel interdictũ, vt in auth.cassa.C.de sac.sanc.eccl.&
in aut.nauigia. C.de furt.& aut.oẽs peregrini.C.cõ.
de succ.quod ideo est in dicta authen.quia ibi lex cõis
habet clausulam derogatoriam, per quam derogatio-
nem principis submouetur abusus, vel corruptela. fa-
cit viij.distinctio.cap.mala.& extra de vita & honesta.
cleric.cap.ad decorem.& xij.distinctio.cap.de his. per
24 Archidiaco.†Clausula enim derogatoria etiam gene-
ralis posita in corpore iuris excludit cõsuetudines sin-
gulares vel statuta locorum, licet de illis non fuerit fa
cta mentio specialis.ad hoc facit cap.quia sæpe. extra
de electio.libro vj.cum ibi notatis.& in cap.vnico.ex-
tra de cler.non residen.eod. lib.Secus si clausula gene-
ralis apponeret in rescriptis, vel priuilegijs, vt videtur
text.in cap.secundo.extra de dolo & contu. & quod
notatur per Archidiaconũ in cap.ei qui.extra de præ-
bend.libro vj.& in cap.si propter.de rescript.eodem li

bro.Sed in cõtrarium facit illud quod notatur in cap.
ex parte.in secundo.extra de offic.delega. & per Ioan-
nem Andr.in clemen.prima.de sepultur.in fine.& cap.
alma.extra de senten.excommunica. libro vj. Sed Ar-
chidiaco.in cap.cum in illis.extra de præbend. libr.vj.
dicit, quod curia Romana quandoq; vnum, quãdo-
que aliud tenere consueuit ¶Vnum tamen not.quòd
illa clausula generalis apposita in rescriptis vel pri-
uilegijs non extenditur ad speciales consuetudines iu-
ratas, vel constitutiones, vt dicit gloss.notabilis menti
25 tenenda in clemen.dudum.de sepultur ¶†Item dici po
test vlterius conclusiue, quòd si conditioni vel dispo-
sitioni cõceptę de impossibili adijciat pœna, videlicet
si non impleatur dicta conditio, nõ valet pœnalis ad-
iectio, siue apponatur in contractibus, vt l.non solũ.
ff.de action.& obliga.l.si stipuler.l.generaliter.cum l.
sequen.& l.si plagij.ff.de verborum obligationibus.
& notatur per gloss.& Doctores in l. stipulatio hoc
modo concepta.eodem titu. siue in vltimis volunta-
tibus, vt Instit.de lega.§.fin.& est ratio, quia cum prin-
cipale nõ valeat, & ei resistatur à natura, iure vel facto,
non debet valere adiectio pœnalis tanquam accesso-
ria.Nec obstat text.in l.in illa stipulatione si calendis.
ff.de verborum obligatio.vbi adiectio pœnæ valet, li
cet impossibile sit quòd principale impleatur, qa im-
possibile ibi non fuit deductum per modum disposi-
tionis seu conuentionis, sed solum per modum condi-
tionis.Nec à principio fuit impossibile, imò ex post fa
cto deductum fuit ad impossibile, quia si à principio
fuisset impossibile, vt quia promisisset pœnam si in-
tra Calendas digito cœlum non tetigisset, valeret hæc
conditio pœnalis, cum non esset accessoria, sed princi-
palis, vt probatur in illa l.in illa.in fi.secundum Bon.
de Aman.in dicto cap.non potest. extra eodem titu.
libro vj.& est ratio, quia hoc vltimo casu certum erat
cõditionem negatiuam extare tempore promissionis:
igitur competit actio tanquam ex dispositione pura.
Et licet ipse Bonifac.de Ama.vbi s.de hoc det exem-
plum de eo qui promisit dare hominẽ mortuum, quẽ
dare erat impossibile, & si non dedisset, promisit pœ-
nam, quòd valeat promissio pœnæ: in hoc ipse vide-
tur errare, & loqui contra casum l.si homo mortuus.
& l.inter stipulantem.§.penul.ff.de verborum oblig.
26 ¶†Aduertendum est etiam secundũ eundem de Ama.
quòd vbi dispositio incipit à præcedenti conditione
impossibili concepta affirmatiuẽ, differentia est inter
contractus, & vltimas voluntates.Nam in contracti-
bus non valet promissio, vt dicta l.non solum. in vl-
timis voluntatibus valet dispositio reiecta conditio-
ne, vt dicta l.prima.& l.obtinuit. ff.de conditio. & de-
monstratio.Quod tamen intelligit ibi gloss.& in di-
cto §.fina.Instit.de lega.quando apponitur illa condi
tio impossibilis in psona honorati.Sed secus si in per-
sona onerati, vt si oneret testator hæredem dare de-
cem Titio si cœlum digito tetigerit. quas gloss.Io-
annes de Imola in allegata l. prima. conatur defensare.
Sed plures Doctores illas reprehendunt per textum
l.si mihi. §.si quis seruos.ff.de legatis.primo.Sed ibi
Bartolus, Baldus, & Ioannes de Imola dicunt, quòd
ibi non erat impossibilitas in substantia legati, sed in
præstatione illius ppter angustias tẽporis: ideo nõ vi
tiat ibi legatũ ppter angustũ tẽpus adiectũ pstationi
legati.

legati. Sed circa hoc vide plenius Doctores in dicta l.
prima. & Angelum Aretin. in dicto §. fina. & hæc de
conditionibus impoſsibilibus. ¶ Poſsibilis verò con-
ditio, vt ſupra dictum eſt, habet tres ſpecies, ſcilicet po
teſtatiuam, miſtam, & caſualem. Poteſtatiua in dando
aliquando conſiſtit, quandoq; in faciendo. In dando
conſiſtit ſi dicatur, inſtituo filium hæredē, ſi decem de-
derit Titio: & iſta in dando conſiſtēs poteſt per alium
Limitatio. impleri, vt ſuperius dictum fuit per illud quod habe-
tur per Docto. in dicta l. cum quidam. C. de condit. in-
ſer. & probatur in l. fina. ff. de condit. inſtitu. Quod ta-
men ibi intelligit Angel. ſi ille alius qui vult implere
habeat à debente implere mādatum: aliâs, vt ipſe vult,
requireretur ratihabitio inſtituti ſub illa conditione
pro quo alius impleuit, per illud quod habetur in di-
cta l. Arethuſa. in fin. ff. de ſtat. ho. iuncta gloſſ. in l. ſub
conditione. ff. de condit. inſtit. Sed Bald. in dicta l. fina.
tenet, quod poſsit talis conditio impleri per aliū no-
mine implere debentis etiam hoc ignorantis, per text.
illius l. fin. & hoc ibi ſequitur Paulus de Caſtr. argum.
eorum quæ habentur in l. ſolutionem. ff. de ſolutio. &
l. obſignatione. C. eodem titu. quamuis gloſſ. ibi aliter
dicat, & non bene ſecundum Ioannem de Imo. in dicta
l. fin. per illum text. ibi dum dicit, quæ conditio nomi-
ne filij per alium impleri poteſt. fatetur tamen ibi Pau
lus de Caſt. quòd inuito illo qui debet implere per aliū
non poteſt impleri illa conditio, vt debens implere ſit
hæres, quia fauorabilior eſt liberatio ab obligatione,
per iura allegata, & l. ſoluendo. ff. de negot. geſt. quàm
implementum dictæ conditionis. Sed ipſe hoc aliter
non probat, ideo eſſet cogitandum, quia textus dictę
l. fina. videtur vrgere in contrarium, quoniam vt ibi
dicit text. quòd illa cōditio poteſt impleri vltimo vitę
ſpiritu, quo tēpore, vt dicit idem de Imol. certum eſt,
quòd illo momento implere debens non poteſt habe-
re ratum, prout notatur per gloſſ. in l. fina. ff. quando
dies legati ced. vbi concludit gloſſ. in vltimo vitæ ſpi-
ritu non poſſe fieri aditionem hæreditatis, quæ conſi-
ſtit in animo declarato per verba, vt l. gerit. cū ibi no-
tatis. ff. de acquir. hæred. & l. ſecunda. & l. ſi auia. C. de
27 iure de liberan. ideo cogitate. ¶ † Conditio verò pote-
ſtatiua alia, vt dixi, eſt quæ conſiſtit in faciendo, vt cō
ditio, ſi aſcēderit capitolium, vt dicta l. ſcimus quoq;.
ff. de hæredibus inſtituen. vel ſi teſtamentum fecerit, vt
l. ſi libertus ſub conditione. §. exiſtimo. ff. de bon. liber.
non poteſt per alium impleri, vt allegata l. fin. ¶ Quod
eſt intelligendum, quando ex facto non debet reſulta-
re aliquod opus, vt in exemplo ibi poſito in textu, ſi
Alexandriam ierit, vel capitolium aſcenderit, vel ſi li-
beralibus ſtudijs ſe imbuerit: quę cōditio de ſciētijs ad-
diſcendis, non poteſt per aliū impleri, vt l. Stichus. ff.
de lega. tertio. Sed ſi certum opus faciendum ex dicta
conditione reſultaret, vt puta, ſi domum fabricauerit,
videtur impleri poſſe per alium, per illud quod habe-
tur per gloſſ. in dicta l. Arethuſa. quam gloſſ. Ioannes
de Imol. reputat ſingularē. ¶ Quam tamen dicit fortè
eſſe limitandam, quando implere debens nō habebat
peritiam faciendi tale opus, quoniam tunc videtur in-
tellectum tacitè, quòd per alium poſsit impleri, per il-
lud quod habetur in dicta l. continuus. §. ſi ab eo. ff. de
verborum obligatio. vel cum quis promiſit, vel one-
ratus eſt facere domū, cum moreretur, per illud quod
habetur in l. fina. C. de contrahen. & committen. ſtipu-
latione. aliâs non poſſet fieri per alium inuito eo cui
fieri debet. Ad quod facit l. nemo eſt qui neſciat. ff. de
duobus reis. & l. inter artifices. ff. de ſolutio. & quod
notatur per Ioannem Andr. in nouella, in cap. qui per
alium facit. extra eodem titu. libro vj. & l. vnica. §. ne
autem. C. de cadu. tollend. cum ibi elegantiſsimè nota-
28 tis per Baldum, & Docto. ¶ † Sciendum eſt tamen, cir
ca hanc conditionem poteſtatiuam, quòd vna & ea-
dem conditio poteſt dici poteſtatiua, vel non poteſta-
tiua, ſecundum facti contingentiam, vt eſt text. clarus
& elegans in dicta l. ſuus quoq;. ff. puto. & antè dicta
l. fin. & ibi Docto. quia ſi de facili impleri poſsit, dice-
tur poteſtatiua. ſecus ſi de difficili: verbi gratia, in con
ditione, ſi decem dederit, quoniam ſi teſtator ſenſit de
decem ſcutis, vel ducatis auri, & filius, vel oneratus cō
ditione ſit pauper, non dicetur poteſtatiua: ſecus ſi de
decem nummis impleretur, quos cōmuniter dare eſt
facile, & dicetur conditio poteſtatiua. ¶ Idem in condi-
tione, ſi aſcenderit capitolium: quia ſi implere debens
exiſteret Romę, faciliter poſſet aſcendere: ſecus ſi ageret
in remotis. ¶ Dicitur etiam poteſtatiua cōditio illi ap-
poſita, ſi teſtamentum fecerit, per dictā l. ſi libertus ſub
conditione. §. exiſtimo. vbi datur modus, per quem fi-
lius, vel alius cogi poteſt facere teſtamentum. quod eſt
notabile. ¶ Quod tamen Bald. ſic intelligit in l. ſi pater.
C. de inſtitu. ſub conditione fact. ſcilicet vt ſufficiat quòd
oneratus de teſtando teſtetur, quamuis poſtea reuo-
cet teſtamentum: aliâs auferretur ſibi libera teſtandi fa
cultas, quod eſſet contra bonos mores, vt dicta l. ſtipu
latio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio.
facit l. ſi quis hæredem. C. de inſtitu. ſub condi. factis.
¶ Idem dici debet in prędicta conditione, ſi Alexandriā
ierit, vel ſimili, quòd eſt poteſtatiua, quando diſtat ſpa
tio modico, vel interuallo fortè per vnum milliare, vt
dicta l. ſuus quoq;. & ibi per Angelum, ſecundum quē
ſi itinerandum eſſet per longum ſpatium, & pericula
multa fortè maritima, vel terreſtria, non diceretur con-
ditio poteſtatiua, vt dicto §. puto. vbi plenius habe-
29 tur, quæ dicatur conditio poteſtatiua. ¶ † Et vt paucis
vtamur, ibi ſecundum Docto. concluſio eſt, quòd illa
conditio dicenda ſit poteſtatiua, cuius implementum
eſt facile: & quo modo ſit facile, recurri debet ad cōmu
ne, & frequens factum, ideo vbi facti implementū diffi
cile eſt, non eſt dicenda conditio poteſtatiua, vt clariſ-
30 ſimè probatur in dicto §. puto. ¶ † Ex quo etiam infert
Dynus, quòd iſta conditio, ſi monaſterium intrauerit,
non dicitur poteſtatiua, cum eius implementum fiat
cum animi labore, & difficultate, quoniam non eſt fa-
cilis vitæ mutatio, vt dicit text. in authen. de monach.
§. ſancimus. collatione prima. & hoc ſequuntur An-
gelus, Bartolus, & Ioannes de Imol. in allegata l. fina.
31 ¶ † Et idem dicit Angelus de iſta conditione, ſi vxorē
duxerit, quia illius ductio difficilis videtur, ſecundum
eum. Ibi tamen Ioannes de Imola diſputat videri po-
teſtatiuam, & facilem: quia ſi ille, cui impoſita eſt dicta
cōditio, velit eam implere, & mulier conſentiat, hoc
fieri poteſt facile ceſſante canonico impedimento: ſed
volente eo cui conditio fuit adiecta, & muliere diſſen-
tiente, habebitur pro impleta, vt allegata l. prima. C.
de inſtitu. ſub conditione factis, & in hoc textu.
¶ Tandem ibi dictus de Imola ſe reſoluit, quòd dicta Reſolutio.
conditio non eſt facilis, quia contrahens matrimo-
nium tenetur illud perficere, per illud quod habetur

in cap.primo & secundo.extra de clandestina despon-
satio. Ideo propter necessitatem ductionis debet dici
non facilis.& licet ipse nō alleget,allegate vos melius
tex.& glo.xvij.q.ij.c.nos nouimus.vbi in tex.& glos.
innuitur,quòd sicut nauigans multis periculis & dif-
ficultatibus exponitur,nec regitur proprio motu, sed
nauis,& maris vel fluminis impetu,ita & ille qui vxo
rem ducit.¶ Istud tamen exemplum,nō displiceat An-
gel.nec Ioan.de Imo.potius ponendum erat in condi-
tione mista,quàm potestatiua, cum dependeat ex po-
testate,& consensu implere debentis,& alterius,vt d.l.
32 prima.C.de institu.sub condi.fac. ¶ † Attendi etiā de-
bet circa conditionem,si decem dederit,quam dictum
est superius esse potestatiuam:quoniam glos.in d.l.pri
ma.C.de insti.sub condi.fac.dicit eā esse mistā,& pen-
dere ex facto dare debentis,& illius cui dandū est.quæ
glos.intelligenda est,si cum difficultate dari possit, &
non faciliter,vt d.§.puto.vbi ita intelligūt Io.de Imo.
& Paul.de Cast.quia cum facile possit impleri,veris-
simile videtur,quòd ille qui debet recipere , non recusa-
bit.& ita debet intelligi dictus §.puto.& d.l.si.de con-
di.instit.& illud,quod notat Bart.in l.in testō.in prima
ff.de condi.& demonstra. Tum etiam si recusaret reci-
pere,cum non staret per implere debentem,haberetur
conditio pro impleta,vt in hac regula.& l.v.§.item si.
ff.quando di.leg.ced.& l.cum quidam.C.de condi.in-
33 ser.† Si autem deficeret conditio potestatiua per casum
qui tamen potest impleri vltimo vitę momento,vide-
tur,quòd non minus dicatur potestatiua,secundū glo.
in allegata l.suus quoq.in princi.super verbo, submo
tum.& hoc secundum cōmunem contingentiam facti,
quādo illa cōditio de sui natura erat potestatiua:quia
generalem naturā istarum conditionū debemus inspi-
cere,vt d.§.puto.Nec debet aduentitius casus cōputa-
ri,arg.l.Iulianus.ff.qui,& à qui.ma.lib.& hoc cōmuni
ter tenetur per Docto.quia nō stat per eum qui debet
implere,vt in ista regula.& facit quod habetur in d.l.
quæ sub conditione.§.quoties.ff.de condi.Insti.Salice.
tamen in allegata l.si pater.hoc intelligit verū,quādo
casus ex toto absorbet implementum dictæ conditio-
nis potestatiuæ,ita quòd certum est eum amplius im-
pleri non posse,vt quia iussus erat hæres dare decē Ti-
tio,qui intra paucos dies mortuus est, vel iussus erat
manumittere seruum,qui etiam mortuus est ante mo-
ram manumittendi,vt d.§.quoties.quoniam,vt ibi di
cit glos.illa conditio de manu mittendo est merè pote-
statiua per l.fi.§ licet enim.ff.de manu.testa. Si verò nō
sit certum, conditionem non posse amplius impleri,
ille casus suspenditur,& adhuc debet expectari quous-
que impleatur,vel certum sit eam amplius impleri nō
posse,argum.l.cum antiquitas.C.de testa.& l.quibus
34 diebus.in princip.ff.de condi.& demonst.† Sed si ille
cui fuit adiecta conditio potestatiua fuerit à tertio,vel
facto tertij impeditus,ne possit implere, & ille tertius
iuste impeditur,vel etiam iniuste,sed nō est soluendo,
ita quòd ille cui apposita fuit conditio,non potest ha
bere regressum contra eum, ne sine sua culpa implere
debens damnum patiatur,debet haberi pro impleta.l.
si Titius statuas.ff.de condi.& demonst.& notatur in
d.l.in testamento.co.tiu.facit quod habetur in l.Grac
chus.C.ad l.Iul.de adul.& in l.fi.cum ibi notatis.ff.de
eo per quem fac.est.& quod notatur in sæpedicta l.j.
35 C.de instit.sub condi.fac.† Si autem factum tertij im-
pedientis sit iniustum,& ipse sit soluēdo,ita quòd con
tra eum potest haberi regressus,conditio non habebi-
tur pro impleta,sed competet actio ad interesse cōtra
impedientem,per illud,quod habetur in l.inde Nera-
tius.§.j ff.ad l.Aquil. ¶ Quod tamen intelligunt qui-
dam moderniores,quando mortuo testatore ille ter- Limitatio.
tius præstitit impedimentum conditioni implendę, vt
quia interfecit seruum manumittendum:secus si in vi-
ta testatoris occidisset:quia ad illud tempus lex Aqui-
36 lia non respicit,vt d.l.inde Neratius.§.j. ¶ † Dicit tamē
Ioan.de Imol.in allegata l.suus quoq.esse aduertendū
circa illud,quod dictum est,conditionem potestatiuā
deficientem per casum haberi pro impleta:quia quan-
do dependet à potestate debentis implere, & alterius,
vt in illa, si decē dederit Titio,videtur quòd si deficiat
per casum,dispositio deficiat,& non habeatur cōditio
pro impleta,per l.cum ita datur.in princip.ff.de cōdi.
& demonst.per locum à speciali:quia ibi fauore liber-
tatis speciale est,quòd conditio adiecta in libertate reli-
cta seruo habeatur pro impleta,quando deficit per ca-
sum,& sic in alijs contrarium videtur,arg.l.j.in fi.ff.ad
municipa.& l.quod verò.ff.de legi.Potest tamen dici,
secundū eum,quòd isto casu succurrit filio debenti im-
plere ex æquitate.l. Pantonius.ff. de acqui.hæred.ne
paterna hæreditate priuetur,vel etiam ad eum extende
tur fauor libertatis.de quo in d.l.cum ita datur. per no
tata in l.si quis ad declinādam.C.de epis.& cle.Et in fi-
lio ista procedunt,secundū iura ante Iustinianum,ho-
die verò per iura Iustiniani satis videtur consultum fi-
lio q ab ipso principio reijciatur conditio etiam po-
testatiua de ipsa legitima, vt l.quoniam in prioribus.
C.de inoffi.testa.de quo ibi per Docto.& allegata l.si
37 pater.& d.l.suus quoq. vbi plenius vide. ¶ † Quærit
autem circa hoc Ioan.de Imo.& Doct.in d.l.si.ff.de cō
di.instit.si filius fuerit hæres institutus sub conditione
si voluerit,quæ conditio secundū ista iura in eo admit
tebatur:q̄a de necessario faciebat voluntariū,vt l. Corne
lius.& l.iā dubitari.ff.de hęred.insti.& l.verba.de cōdi.
instit.An ista cōditio hodie reijciatur in filio per d.l.quo
niam in prioribus. Et videbatur,quòd non:quia illa
nihil grauat.Sed forte secundū eum potest dici contra-
rium:quia per eam videtur impediri transmissio hære
ditatis nō agnitæ,per iura allegata.& l.si ita relictū.§.
illi si volet.ff.de leg.j.ideo videtur q inducat grauamē
contra d.l.quoniam in prioribus.habita consideratio
ne,q aliàs fieret trāsmissio hæreditatis apud quoscūq,
iuxta notata per Bart.& Docto.in l.vētre.ff.de acqui.
hæred.& l.si filius qui patri.ff.de vulga.& l.apud ho-
stes.C.de suis & legit.hæred. Et eadem ratione videre-
tur dicendum in conditione,si Capitolium ascenderit,
licet re vera illa modicum grauet,quòd hæc conditio
reijciatur in filio ex generalitate dictæ l.quoniā in prio
ribus.quæ vult omne grauamē reijci debere ex dicta
38 institutione. † Si verò dicta conditio adijceretur filio
emancipato,videtur prima facie aliud dicendū,quàm
in suo:quia existentia suitatis non habet locum in filio
emancipato, nisi dicatur, quòd saltem transmittet hæ-
reditatem non ad quoscunque,sed ad posteros, si illa
conditio reijceretur,per ea quæ habentur in l.vnica.
C.de his qui an.aper.tab.quod non fieret in casu isto,
vbi institutio esset conditionalis: quia illa lex vnica,
non habet locum in institutione conditionali, vt ibi
notatur.Vult tamen Ioan.de Imol.quòd hæc verba,
si volue

si voluerit,quamuis faciant conditionẽ in suo, non
tamen in extraneo,vt iuribus superius allegatis. &
per consequens, nec in emancipato, qui reputatur
extraneus, quia non est in potestate, vt l.vnica.§.
39 extraneum. C.de rei vxo. actio. †Sed hic quæritur
quæ sit ratio quare conditio potestatiua deficiens
per casum absorbentem ex toto implementũ illius
nõ facit deficere legatum, vel institutionem,vt su-
perius dictum est:& tamen conditio mista deficiẽs
casu, facit deficere legatum, vt l.legatum. C.de cõ-
di.inser. Dicunt Docto.rationem diuersitatis fore,
quia in conditione potestatiua testator considera-
uit solum factum, & solam voluntatem legatarij.
Ideo est satis, quòd implere debens conditionẽ ha-
beat voluntatem illam implendi, esto ꝙ nõ possit
implere propter casum fortuitum. Mista verò cõ-
ditio consistit in voluntate & facto eius,cui appo-
nitur,& alterius, ita quòd nõ in sola volũtate one-
rari illa conditione,sed etiam alterius. Ideo voluisse
videtur conditionẽ subijcere partim periculo for-
tunæ:& in potestatiua voluit magis fauere legata-
rio, quàm in mista.verũm conditio mista in facto
illius cui apponitur,& alterius consistens,deficiens
facto illius, cui debet impleri, non autem illius de-
fectu cui apponitur, habetur pro impleta,vt dicta
l.j.C.de instit. sub condi.fa. Et est ratio differentiæ
40 secundum Docto.ibi,†quia vltima voluntas bene
potest dependere à fortuna,sed nõ à voluntate ter-
tij, vt dicta l.illa institutio. ff.de hæred.instit.& iu-
ribus circa hoc superius allegatis. Item quando im-
plere debens, se offert impleturum illi cui impleri
debet,ostendit volũtatem obsequendi testatori:sed
semper non sic est, si deficiat casu fortuito, qui po-
test contingere antequã constet, quòd voluerit im-
plere.& videtur tarda voluntas implendi,superue-
niente dicto casu. Sed istæ rationes sunt persuasiuę,
& materia subtilis est, & intricata. Ideo dicite pro
ratione,ꝙ sic lex scripta est,iuxta l.prospexit.ff.qui
& à quib. & dicit lex, ꝙ non omnium,quæ in iure
scripta sunt, ratio reddi potest.l.nõ omnium. ff.de
41 legib. ¶†Est præterea vltima species conditionis
possibilis, quæ dicitur causualis, quæ qualitercũq;
deficiat, facit deficere dispositionem, vt est text.in
d.l.vnica.§.sin autem aliquid sub conditione. C.de
42 cadu.tollen. & ibi Doct. †Vlterius Ioan.de Imol.
in alleg.§. puto.in fi. not. ꝙ debens implere condi-
tionem ne videatur per eum deficere, debet accede-
re ad illum, cui dare debet, vel implere, per l.item
illa.ff.de consti.pec.vbi plenè per Bart.Albe.Bald.
& Salice.& per ipsum Ioann.de Imol. post Petr.de
Anchar.in c.significante.extra de pigno.secundum
quos dici cõclusiuè potest,distinguendo, quòd aut
pro aliqua re, seu illius occasione implendum vel
soluendum aliquid est,vt in emphyteota,quo casu
si tam soluere debens,quàm ille,qui debet recipere,
sint eiusdem fori,vbi res est, ipse debitor debet ac-
cedere ad domum domini directi, vel creditoris,&
soluere,vt l.ij.C.de iur.emphy.& in c. potuit.extra
de loca. Secus si essent diuersi fori, quia non tene-
retur soluere debens ire extra suum forum,per illud
quod habetur & notatur in dicta l.itẽ illa.& l.Mæ-
uia.ff.de annuis lega. Ideo si ille cui solui vel imple-
ri debet, non esset in loco fori soluere debentis, cõ-
silium est,quòd debitor adueniẽte tempore vel die
solutionis fiendæ in domo sua,coram vicinis pro-
testetur,quòd ipse est paratus soluere,si ibi esset ali-
quis, qui posset legitimè solutionem recipere pro
illo cui tenetur, & petere super eo à tabellione,quẽ
rogabit instrumentum, & erit excusatus. Quod di-
43 cit Ioan.de Imol.esse notandum.†Aut alia de causa
est fiẽda impletio, vel solutio, quàm ratione alicu-
ius rei:& tunc si illud quod soluendum vel implen-
dum est, respicit merè personã creditoris, & illius
cõmmoditatem, quamuis ambo sint diuersi fori,
tenetur accedere ad domũ creditoris,vt l.quod nisi.
cum l.sequen.ff.de oper.liber. vbi patet exemplũ in
eo,qui tenetur alicui seruire. facit quod habetur in
cap.vnico.§.j.& ij.in tit.hic finitur lex. Aliquando
illud quod est implendum, vel soluendum, respicit
pecuniarium,vel bursale commodum,& hic debet
considerari,quòd si implere vel soluere volẽs,intẽ-
dit aliquid sibi ex solutione consequi,vt alium sibi
obligare,debet accedere ad illum,& illi implere,vt
l. de illo.§.fi. ff.de condi.& demonstr. & l.cum qui-
dam.C.de conditio.inser. Ideo si quis velit aliquem
constituere in mora, vel aliquid sibi acquirere,de-
bet accedere ad illum,ipsumq; interpellare,vt l.j.§.
pen.ff.de libe.agno. Sed vbi quis se vult exonerare,
ne fortè moram incurrat, vel pœnam: distinguen-
dum est, vt s.an sint eiusdem, vel diuersi fori,vt si
sint eiusdem fori,debitor ire debeat ad creditorem:
secus si diuersi, vt iuribus allegatis & notatis per
glos.in alleg. l.item illa. ¶Quando autem quis est
debitor ex causa delicti, debet secundum Salic.ibi,
& Albe.ire ad domum creditoris,vt in c.j.extra de
rapto. & sui ipsius debitoris proprijs expensis, vt
in vsura restituenda,vt in c.cum tu. secundũ distin-
ctionem glos. ibi positam, extra de vsur. vbi vide
Ioan.de Ana. & Docto. & rationem quare isto ca-
su debitor accedere debet ad creditorẽ, reddit Alb.
in allegata l.item illa.quoniã delinquens semper est
in mora, vt l.in re furtiua.l. parui refert. & l.fin. ff.
de condi.furt.& in l.j.cum ibi notatis.C.de his quę
vi metusue cau.fi. In contractibus verò,& vltimis
voluntatibus habet locum illud quod dictum est,
44 distinguẽdo de eodem,vel diuerso foro. †Intelligi
tamẽ debet illud quod superius dictũ fuit,in diuer-
so foro creditorẽ debere accedere ad debitorẽ,pro-
cedere,secundum Salic.vbi s.eo casu,quo creditor
vult constituere debitorem in mora. & ita intelli-
gendum est illud quod habetur in l.forma.§.si ve-
rò. ff.de censi. Addit vlterius ipse Ioan. de Imol.in
allegato cap.significante.quòd vbi dictum fuit,vel
creditorem, aut debitorẽ in prædictis casibus vnũ
ad alterum debere accedere,quòd perquisitio de il-
lo, ad quem itur, fiẽda est in locis publicis,& hone-
stis,& quibus perquirendus consueuit conuersari,
nec in occultis locis debet requiri. Ad quod allegat
l.hæc autem. §.j.ff.ex quib.cau.in possess.ea. Intelli-
gi etiam debet id quod dictum est de identitate fo-
ri,quòd cum hæc materia sit fundata super bono
& æquo, faciendaq; sit interpretatio iuxta bonam
æquitatem,vt l.quod si Ephesi. ff.de eo quod certo
loco. & l.in ambiguis. §.quoties.s. isto titu.secun-
dum Ioannem de Imol.in dicto cap. significante.
post Bartolum in allegata l.item illa.quòd dici de-

Vbi debet fieri ꝑquisitio illi⁹ ad quem itur.

bet eiusdem fori, si sint eiusdem ciuitatis, vel loci: quoniam in dubio actum dispositum ve videtur, quòd solutio fiat in loco, vbi peti potest, per illud quod habetur & notatur in l. quod legatur. ff. de iu-
45 di. & l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbi. †Hæc autē omnia secundum prædictos Doctores procedunt, nisi qualitas personarum aliud requirere videatur, vt si debitor sit paruę cōditionis homo, creditor verò miles, Doctor, vel magnus nobilis, & multo maioris conditionis, quàm debitor, tunc debet ire ad creditorem. Et idem dicendum erit econuerso, scilicet si debitor maioris sit dignitatis, qualitatis, & conditionis quàm creditor: quia tunc debet creditor ire ad debitorē, argu. l. ad egregias. ff. de iureiur. Circa quæ vide plenius prædictos Doct. & pleniss-
46 simè Alber. in dicta l. item illa. ¶ †Sed opponitur contra illa quæ suprà dicta fuerunt, scilicet ꝙ conditio mista deficiens per casum, facit deficere legatum, vt l. legatū. C. de condi. infer. & l. in testamēto. la ij. ff. de conditio. & demonstra. quoniam text. in l. j. C. de lega. secundum summarium Bartoli dicit, quòd conditio mista per casum deficiens, non facit deficere legatum alimentorum, quod videtur contrarium de iure. Sed posset dici secundum Bartol. in dict. l. j. C. de lega. quòd ibi morādi cōditio cum marito non deficiebat per casum mortis illius, cum quo erat morandum. Sed secundū eum debet intelligi, quòd illa conditio non se extendit ad casum emergentem per mortem illius, cum quo erat cohabitandum seu morādum, quia verisimile est testatorem illam cōditionem cohabitandi apponere voluisse solum in vita illius, ne præsumatur fatuitas in testatore, si intelligeretur mādasse quòd post mortem hominis secū cohabitaretur. Ideo ad tempus vitæ illius dicta cōditio videtur apposita, quo mortuo etiam debetur legatum alimētorum, quod efficitur purum morte illius, cum quo iussus legatarius fuit cohabitare. Ex quo infertur, quòd cōdi-
Illatio. tio quæ limitatur ad tempus, non facit limitatam dispositionem, cui non inseritur tempus. & hoc ita intelligere videtur ibi Salicet. & glos. quæ dicit illud esse ibi fauore alimentorum, quorum legatum in dubio videtur esse perpetuū. facit l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. lega. Quod tamen intelligendum est, nisi steterit per legatarium, quòd non cohabitaret vel moraretur cum illo, cum quo erat ha-
Limitatio. bitādum, vt l. si ea. C. de conditio. inser. Quod etiā intelligi debet, quādo conditio cohabitandi apposita fuit fauore illorum, cum quibus legatarius debuit morari, quia tunc illis mortuis deficit legatū, vt l. Seio. in principio. ff. de annuis lega. vbi ita tenet glos. ij. per iura quę allegat. sed vbi fauore legatarij esset apposita conditio morandi, vt quia forsè habitando cum hærede commodius perciperet alimenta, & cui legatario etiam quandoꝗ magis expedit ibi habitare, vt l. possessionem. C. commu. vtri. iudi. mortuo hęrede durat alimentorum legatum, quę, vt dictum est, in dubio videtur esse relicta perpetuo, scilicet quoad vixerit legatarius, vt dicto §. Imperator. & notatur per Dynum in ca. im-
47 putari. extra isto titu. libro vj. ¶ †Glossa tamen in l. volūtatis. C. de fideicommis. quam sequitur Odofred. tenet illud esse iudicis arbitrio relinquendum, inspecta rerum & personarum qualitate. Sed Bartolus in l. illis libertis. ff. de conditio. & demonstra. tenet istam conditionem nunquam apponi fauore legatariorum, sed alterius, per illud quod habetur in l. libertis. §. fin. ff. de alimen. & cib. lega. quia hæres in domo sua facilius, quàm extra, præstat alimenta. l. quinta. in fine. ff. de in di. addict. & l. cū hi. §. in causa. ff. de transactio. Baldus autem & Salicet. in sæpedicta l. j. C. de lega. dicunt pro resolutione, quòd si constet de voluntate testatoris, illa debet obseruari: quoniam regie omnia, quæ in ea continentur. l. in conditionibus primum locum. ff. de cōditio. & demonst. & l. cum quæstio. in fi. C. de lega. Ideo si constet, propter hæredem illā conditionem cohabitādi fuisse appositā, mortuo ipso hęrede nō debetur legatum, vt d. l. illis libertis. in fi. & allegata l. Seio. in princip. & multo minus si legatarius noluerit morari cum hęrede, vt d. l. si ea. & d. l. libertis. §. fin. Sic etiam si constet fauore legatariorū illam conditionem fuisse appositam, etiam mortuo hærede debebitur legatum, vt dicta l. illis libertis. in principio. & allegata l. j. vel si per ipsum hæredem stet, quo minus legatarius cum eo moretur, vt ibi, & in hac regula. & l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonstratio. vnde hæc regula sumpta fuit. Si tamen hæres semel noluerit, quòd legatarius secum moraretur: potest tamen iterum velle, vt l. pater Seuerinam. §. fin. ff. de conditio. & demonstrat. Secus esset econuerso, puta si legatarius testatore mortuo primis duobus annis, vel aliquo tempore non est moratus cum hærede, sed iuit quò voluit, vagādo, vel alibi morando: postea reuertitur, & offert se paratum cum eodem hærede morari, & petit alimenta pro annis futuris, sibi non debētur, secundū Albericum in sæpedicta l. j. & hoc propter eius inconstantiam, argum en. l. in causæ. ff. de procurato. & l. cum quæritur. ff. de administrat. tuto. & quia etiam tenetur totam conditionem implere, vt dicta l. qui hæredi. §. fin. ff. de conditio. & demonstratio. Quod tamen putat ipse Alberic. verum: nisi ex iusta causa legatarius ipse absens fuisset, vt dicta l. Meuia. §. fi.
48 de annuis legat. & l. xj. §. si rem. ff. de legat. iij. ¶ †Si autem voluntas testatoris sit dubia, in cuius fauorem apposuerit conditionem morandi, considerādum est, si legatario sit aliquod onus iniūctum, seu negotiatio cum actu morandi, quo casu videtur testator in dubio illud apposuisse, & per consequens reliquisse alimenta contemplatione hæredis, vt dicta l. Seio. in princip. Sed si per verba testatoris nihil de hoc colligi potest, relicta videntur alimenta fauore legatarij, vt dicta l. j. C. de lega. & dicta l. Caio. §. Imperator. & allegata l. illis libertis. Quoniā verba posita in tex. dictæ l. j. ibi, quoad morati essetis. non continent grauamen, sed potius actum legandi demonstrant pro habitatione legatarij, quæ est pars alimentorum, secundum Salicet. ibi. Quod tamen ipse verum intelligit, nisi ille, apud quem legatarius debet morari, esset solum vsufructuarius, à quo alimenta essent relicta: quoniam eo casu morte vsufructuarij, per quam finitur vsusfructus, vt §. finitur. Institu. de vsufruct. alimenta cessarent, vt l. Titia. in principio. ff. de annuis legatis. & l. Stichus. §. Titia. ff. de alimē. lega. quod est notabile. Ex quib

quibus patet, quòd iudicis arbitriū circa præmissa
multum operatur. &, vt inquit Baldus in dicta l.j.
considerari debet, quòd in fauorem alicuius dicitur
aliquid ordinari, quando principaliter, non autem
secundariò respicit eius fauorem, vt in l.rogasti. in
principio. ibi, & maximè &c. ff. si certum petatur.
& facit quod notatur per glossam in l.prætor. in
principio. ff. de edendo. quod bene nota. ¶ Ex præ-
dictis etiam notabiliter dicit Albericus in sæpedi-
cta l.j. quòd in modo alimentorum legatorum ali-
cui, vt moraretur cum filio vel hærede testatoris,
si oriatur inter eos quæstio, quia filius vel hæres te-
statoris vult quòd ille legatarius sibi seruiat in do-
mo, & curet eius negotia, ad quæ ipse legatarius di
cit se non teneri. Ad quod respondet, quòd si testa-
tor super hoc nihil expresserit, illud iudicari debet
ex æquitate quadam, considerata qualitate perso-
næ. Si enim legatarius tempore quo sibi relictum
fuit legatum seruiebat testatori in domo, tunc etiā
hæredi seruire teneatur, vt dicta l.Seio. Si verò le-
gatarius erat quidam nobilis, cui ex amicitia, vel
pietate, cum fortè pauper esset, reliquit testator ali-
menta, vel erat senex, qui commodè seruire nō po-
terat, nec operari: ad hoc nō teneatur. Ad quod al-
legat in argumen. l.interdum. la prima. & l.hæ de-
mum. & l.eius artificij. §. fin. cum lege sequenti. ff. de
operis liberto. Quoniam ex qualitatibus persona-
rum variè debet iudicari. l.in fundo. ff. de rei ven-
49 dicatio. & l.fin. ff. de action. & obligatio. †Et idem
dicit esse cōsiderandum in quæstione qualitatis ali-
mentorum præstādorum: quoniam si filius vel hę-
res testatoris cum quo legatarius debet morari, ve-
lit illi ad modū vnius famuli vel seruitoris alimen-
ta ministrare, alius verò dicit se debere ali honori-
ficè: quoniam hoc ex qualitate personæ, vel con-
ditione legatarij considerari debet, si testator aliter
non expresserit, argumen. iurium prædictorum. &
l. si seruus plurium. §. fina. ff. de legatis j. & l.Caio.
50 §. fin. ff. de alimen. legat. ¶ †Addit vlterius dictus
Albericus in alia quæstione, quòd si ille cui factum
est legatum alimentorū apposita conditione coha-
bitandi cum hęrede, offerat se libenter moraturum,
verum vxor hæredis adeo erat mala, & peruersa,
quòd nō poterat cum eis habitare, vel nolebat, sed
minabatur se inde recessuram, si legatarius ibi ha-
bitaret, an legatarius debeat habere alimenta. & re-
spondet quòd sic: quoniam cum istud legatum sit
conditionale, vt dicta l.Stichus. §. fin. ff. de alimen.
lega. illa conditio habetur pro impleta, cum nō stet
per legatarium cui imposita est, quin illam imple-
at, sed per illum cui est implenda, vt ibi, & in ista
regula, quam ipse ibi allegat cum suis concordan-
tijs. & videtur expressus text. de hoc in l.Titia cum
testamento. §. si ea conditione. ff. de legatis. ij. facit
l. Mæuia. §. fi. ff. de ann. legatis. Cum enim dicatur
vxor cum hærede marito suo socia humanæ natu-
ræ, & diuinæ domus, vt l.aduersus. C. de cri. expil.
hæred. neq; seorsum à viro debeat habitare, vt di-
cta l.possessionum. C. communia vtriusq; iudic. &
l.quæsitum. §. vxores. ff. de fundo instruct. & instru-
men. legato. cum concordantijs ibi allegatis in glo.
legatarius illud videtur posse, quod salua dignita-
re potest. l.nepos Proculo. ſ. titulo proximo. Ideò
ne indignum dicatur vxorem separari à viro, per
iura allegata, non stat per legatarium quin coha-
bitet, ideo illa conditio pro impleta debet haberi,
51 vt hic, & iuribus allegatis. ¶ †Quæritur opportune
pro materia, si pluribus aliqua conditio appona-
tur, an per quemlibet, & quomodo debeat impleri,
circa quod considerandum est, secūdum notata per
glossam & Doctores in l.si plures. C. de conditio.
inser. quòd cōditio apposita quandoq; est diuidua,
& aliquando indiuidua. Diuidua consistit in pecu-
nia vel quātitate danda, vt l.si quis legata. §. fina.
ff. de conditio. & demonstratio. & facit l.j. C. si cer-
tum petatur. De indiuidua ponitur exemplum per
glossam in dicta l.si plures. vt si dicat testator, le-
go Titio & Caio fundum, si fecerint domum hæ-
redi meo. Dat pariter etiam exemplum prædicta
glossa de conditione diuidua, si dicat testator, lego
Titio & Caio fundum si ascēderint Capitolium: li-
cet hoc exemplum secundum quosdam possit im-
pugnari, quia ascendere Capitolium cōsistit in fa-
cto. facta autem sunt indiuidua, vt l.ij. §. j. & l.eadē.
§. Cato. ff. de verborum obligat. Sed intentio gloss.
allegatæ est, quòd ista cōditio, si ascenderint Capi-
tolium, vel similis, cēsetur propria, & per se in per-
sona cuiuslibet legatarij, ita quòd pluribus nō po-
test esse communis, quia ascensus vnius in Capito-
lium, non est ascensus alterius: sed in alio exemplo
ædificationis domus vnus potest ædificare, & alter
52 subministrare expensam. ¶ †Sciendum est itaq; pro
solutione quæstionis, quòd quamuis pluribus sit
asscripta eadem conditio, illa pluralitas resoluitur
in singularitates. Ad quod facit l.falsa. §. fin. ff. de
conditio. & demonstratio. & ex facto vnius non fit
deterior conditio alterius. Et reddunt Doctores ra-
tionem, quia ad impossibile nemo debet cogi. l.im-
possibilium. J. isto titu. & cap. nemo potest. extra
eodem tit. lib. vj. & l.non moriturum. C. de contra-
hen. & committen. stipulat. vnus enim istorum le-
gatariorum non posset ab alio cogi ad implemen-
tum conditionis, quia non habet aduersus eum ali-
quam actionem, sine qua neminem audit prætor,
vt l.si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. & l.quo-
ties. §. item si temporali. ff. de administratio. tuto.
Ideo in dict. l.si plures. putauit Legislator satis esse
si quilibet per se impleat conditionem, nisi tamen
contraria esset voluntas testatoris, vt l. si ita fuerit
ff. de manumis. testamento. & l.tales. ff. de conditio.
53 & demonstratio. ¶ †Vnum tamen est, quòd quan-
tuncunq; vnus illorum, quibus conditio apposita
est, conditionem insolidum impleuerit, non pro-
dest tamen nisi impleti, vt dictis iuribus, nisi vt di-
ctum, aliter pateat de mente testatoris, vt dicta l.si
54 ita fuerit. ¶ †Dubitari tamē potest, an ille qui im-
plet altero nolente implere cōditionem, consequa-
tur solidum legatum, vel duntaxat partem. In hoc
concludunt Doctores, quòd si emolumentum lega-
ti sit indiuiduum, illud totum implens, cōsequetur
iure non decrescendi, vt l.vnica. §. vbi autem. C. de
caduc. tollen. & l.si separatim. ff. de conditio. & de-
monstratio. Sed vbi emolumentum est diuiduum,
ille qui impleuit conditionem altero non implen-

te totum consequetur, videlicet partem suam iure
legati, vt dicta l. si plures. & partem nõ implentis,
cũ onere suo iure accrescendi, vt l. vnica. §. his itaq;.
& est casus in dicta l. si quis legata. §. fin. ff. de cõdit.
& demõstra. Cõsiderare etiam circa hoc secundum
glos. fin. & Docto. in allegata l. si plures. pro resolu-
tione huius articuli, quòd conditio indiuidua diui-
di non potest, vt l. si is qui quadringenta. §. quædã.
ff. ad legem Falcid. Si verò sit conditio diuidua, &
vni adiecta, qui vicem duorũ repræsentat, vt est ser-
uus duorum, qui vicem duorũ sustinet, vt l. j. §. cõ-
munis. ff. de stipul. seruo. scindi siue diuidi potest, vt
allegata l. qui hæredi. §. si duorum. ff. de conditio. &
demonstratio. Sed si vnus repræsentet solum perso-
nam vnius, nõ potest scindi iure regulari. l. cui fun-
dus. versic. dissimilis. eod. tit. Et hoc nisi fiat diuisio
emolumenti, vt l. Plautius. eod. titu. versi. item scin-
ditur. Vel nisi totius cõditionis implementũ cœpe-
rit esse impossibile absq; culpa implere debẽtis, vt
dicta l. tales. §. j. Si autem conditio diuidua sit adie-
cta pluribus, si à principio sit adiecta, potest scindi
seu diuidi, vt dicta l. si quis legata. §. fi. quod cõtin-
git propter dinumerationem personarũ adiecta-
rum in legato, vt alleg. l. cui fundus. Sed si ab ini-
tio non sit conditio adiecta pluribus, imò ex post
facto ad plures deuoluitur, tunc vel illud contingit
ex accidenti, præter voluntatem testatoris, & diui-
di non potest, vt dicta l. cui fundus. in fine. quod no-
tari debet, secundum Salicet. in allegata l. si plures.
propter hoc, quia quamuis ea quæ sunt in obliga-
tione diuidantur inter hæredes pro ratis portioni-
bus, per l. duodecim tabularũ, vt dict. l. j. C. si certũ
petatur. non tamen ea, quæ sunt in conditione, vt
allegata l. cui fundus. Aut illud contingit ex natura
& voluntate testatoris, non autem ex accidenti, &
potest scindi, vt dicta l. qui hæredi. §. si duobus. se-
cundum Salicet. & Docto. in sæpedicta l. si plures.
Vbi verò vni apponuntur plures cõditiones, si co-
pulatiuè apponantur, debent omnes impleri: sed si
disiunctiuè, sufficit quòd vna impleatur, cuius ele-
ctio est in potestate implere debentis, vt l. si hære-
di plures. ff. de conditio. instit. In actionibus verò si
quæratur cuius sit electio, vide ea quæ habentur in
l. cũ filius. §. varijs. ff. de lega. ij. & l. iij. ff. de eo quod
cert. loc. & in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tri-
buto. Sed in rebus alternatiuè legatis, vide glossam
meliorem iuris circa hoc in l. Lucio. ff. de legatis. ij.
Illud tamen quod dictum est, omnes plures condi-
tiones copulatiuè appositas esse implendas, vide-
tur posse impugnari per l. ij. §. fin. ff. de conditio. in-
stitu. vbi institutus cum libertate duobus seruis sub
conditione, quam adiecit testator si sui essent tem-
pore suæ mortis, altero postea per testatorem alie-
nato, superuiuens erit liber, & hæres. Sed ad hoc
dici potest, quòd illa conditio, si sui essent tempore
suæ mortis, erat necessaria, quia si non essent testa-
toris illo tempore quo moritur, non possent esse li-
beri in præiudicium illius, cui per alienationẽ tra-
diti forent. Ideo non requiritur concursus amborũ,
sed sufficit q; alter sit in dominio testatoris tempo-
re suæ mortis. & istam solutionem dicit Paulus de
Castro esse meliorem, quàm illę quas ponunt Cyn.

55 & Baldus in dicta l. si hæredi plures. ¶ †Quærunt
etiam Doctores, an implementum cõditionis pos-
sit fieri in persona hæredis, quod potest intelligi,
an istud implementum cadat in personam hæredis
passiuè, hoc est, illius cui debet impleri conditio,
vel actiuè, scilicet illius qui debet implere. Primo
casu dicendum est quòd sic, si persona hæredis no-
minata fuerit nomine appellatiuo in conditione:
verbi gratia, si dicat testator, lego fundum Titio,
si hæredi meo decem dederit, quia hæres hæredis,
est testatoris hæres. l. fina. C. de hæredib. instituen.
& l. sciendum. eo. titu. proximo. facit ad hoc l. si pe-
culium. §. is cui. in fine. ff. de stat. libe. & dicta l. cum
ita datur. in fine. ff. de conditio. & demonstra. Secus
si nomine proprio fuerit nominata persona hære-
dis, vt dicta l. cum ita datur. in fine. & ibi notatur
per glos. Et hoc, nisi in statu libero, vt ibi, & dicta
§. is cui. Vbi verò vtroq; nomine, scilicet proprio,
& appellatiuo fuit nominata persona hæredis, in-
spiciẽdum est quod præcedat, an proprium vel ap-
pellatiuum, vt l. si communis seruus. ff. de stipulat.
56 seruorum. ¶ †Secundo casu, an scilicet hæres illius
cui est apposita conditio, vt illam impleat, possit
eam implere: dicite quòd sic in contractibus, vbi
conuentio seu dispositio est in persona eiusdem, in
cuius persona debet impleri conditio, vt l. diẽ pro-
ferre. §. j. ff. de arbi. & l. qui Romæ. §. Flauius Her-
mes. ff. de verb. obligatio. & Institu. eodem tit. §. ex
conditionali. Sed si dispositio, conuentio, & ipsa
conditio sint in persona diuersorum, hæres nõ po-
test implere, vt l. fideiussor obligari. §. fin. ff. de fide-
iusso. quamuis glos. ibi intelligat, quòd ibi promis-
sor decesserat sine hærede, sed male secundũ Bartol.
& Ioannem de Imol. vt dicta l. qui Romæ. §. Auge-
rius. In vltimis autem voluntatibus in quibus non
est præcedens conuentio, seu dispositio, hæres im-
plere debentis non admittitur ad implendum, vt
l. à testatore. ff. de conditio. & demonstratio. Et hoc
verum secundum Doctores, nisi ille in cuius perso-
nam debuit impleri, fuisset in mora, vt sæpedicta l.
cui fundus. eodem tit. & tunc conditio habetur pro
impleta, vt l. iij. §. Stichus. ff. de stat. liber. & dicta l.
cum quidam. C. de conditio. inser. & in ista regula
57 cum suis concordantijs superius allegatis. ¶ † Est
tamen aduertendum in hoc passu notabili, secundũ
Docto. in l. iij. ff. de conditio. instit. quòd quandoq;
ille qui debet implere, offert implementum consi-
stens in pecunia, aut traditione speciei, ad finem vt
statim liberetur ab obligatione qua tenetur: & nõ
sufficit sola oblatio, sed requiritur consignatio, &
depositio, vt l. obsignatione. C. de solution. Aut
offert, non ad finem vt statim liberationem conse-
quatur, sed vt sequuta perditione, vel sequuto in-
teritu rei oblatæ liberetur: & tũc sufficit sola obla-
tio, quia sequuto interitu, si erat debitor speciei, li-
beratur ipso iure: sed si quantitatis vel generis, li-
beratur ope exceptionis, vt l. qui decem. in prin-
cipio. ff. de solutionibus. & etiam liberatur à peri-
culo. Ad quod faciunt notata in l. semel mora. ff. so-
luto matrimonio. Aliquando quis offert quod de-
bet præstare, vel facere, non vt se liberet, sed vt a-
ctionem consequatur, vel dominium alicuius rei in

se

se transferat, quia offert gratia conditionis implē-
dæ, quo casu, aut intendit quærere actionem cõtra
alium, quàm contra eum cui offert: & sufficit sola
oblatio, secundum glossam in dicta l. iij. & eam ibi
sequitur Paulus de Cast. iuncta dict. l. cum quidam.
C. de conditio. inser. Aut quærere actionem inten-
dit contra illum cui offert, & tunc requiritur consi-
gnatio & depositio, vt l. antepenult. cum ibi nota-
tis. C. de pa. inter empto. Ex quo sequitur secundũ
eundem Paulum de Cast. quòd in lege, Iulianus. §.
offerri. ff. de actio. emp. & vendi. non videtur sola
oblatio facta sufficere per illum, qui intendit actio-
nem quærere contra illum cui offert, sed requiritur
consignatio & depositio. quod ibi gloss. tenuit, &
Salicet. Si tamen recepturus pretium sit suspectus,
non est cogendus tradere debens, illud sibi expedi-
re, sed apud tertium debet apponi. facit l. acceptã.
C. de vsur. cum notatis per Bartolum in l. si solu-
5 turus. ff. de solutio. ¶ †Quæritur circa præmissa, si
conditio apposita habeat certum tempus, puta si
fabricauerit domum intra annum, & ille in cuius
solo, & cui debet fabricari impediat ne fabricetur,
& sic ne impleatur conditio, & ideo habetur pro
impleta, per istam regulam, cum suis concordan-
tijs, vtrum ad cõsequendum emolumentũ ad quod
fuit apposita conditio prædicta, debeat expectari
lapsus anni. glos. in dict. l. iij. ff. de conditio. institu.
distinguit inter institutionem & legatum, vt pri-
mo casu non expectetur tempus, vel dies: quoniam
institutio non potest conferri in certum tempus,
vt l. hæreditas ex die. ff. de hæred. instit. Ideo de con-
ditione quæ habetur pro impleta, statim reijcitur
tempus. quod est notabile, secundum Bartol. Bald.
& Paulum de Castro. Sed secundo casu, quia lega-
tum potest in tempus conferri, debet illud tempus
expectari, ante cuius lapsum emolumentum peti
non potest, sicut nec in stipulatione, vt dicta l. in il-
la stipulatione si calendis. ff. de verbo. obligat. vide
circa hoc nota. in l. Labeo scribit si mihi bibliothe-
cam. ff. de contrahen. emptio. secus esset in legato li-
bertatis, per iura allegata in glos. dictæ legis tertiæ.
Cætera quæ hic dici possent, requirite in locis alle-
gatis, & hic in glos. quam notate in quæstione qua
quærit, Quid iuris sit, si quis promiserit alicui de-
cem, si ille vinceret promissorem, quem tamen non
vicit propter resistentiam factam per eũ, qui pro-
misit, in qua quæstione conditio non habetur pro
impleta, quamuis non steterit per eum cui implere
debebat, sed per resistentiam alterius: quoniam na-
tura conditionis appositæ tacitè hoc includebat,
quòd promissor posset resistere: ideo illud habetur
pro expresso, vt l. cum quid. ff. si certum petat. cum
ibi notatis per Doctores. facit l. expressa. ʃ. eodem
titu. Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞Ecclesiæ res possunt alienari pro redemptione
captiuorum, & eleemosyna pauperum. & nume-
ro 2.
3 Ecclesiæ vas sacratum, si pro necessitate homini
laico vendatur, debet conflari.
4 Lapis pretiosus qui vasi sacro fuit inclusus, nun-
quam amplius potest laico vendi.

Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumenta trahi.

DECLARATVR
ista regula hic per glos. de
illo quod habetur in l. an-
tepenul. quæ incipit, san-
cimus. C. de sacrosanct. ec-
1 cles. vbi habetr †quòd pro
redemptione captiuorum
res ecclesiasticæ possunt a-
lienari. Illud tamen quod
pro necessitate conceditur, non est trahendum vt
indistinctè & omni casu possit alienari, vt l. quod
contra. ʃ. isto titulo. facit l. iubemus nulli. & dicta l.
sancimus. C. de sacrosanct. eccles. cum suis concor-
dãtijs. & l. si quis pro redemptione captiuorum. C.
de donatio. & per totũ titu. extra de reb. eccles. non
2 alienan. ¶ †Illud tamen quod dictum est de aliena-
tione rerũ ecclesiasticarũ permissa pro redemptio-
ne captiuorũ, extenditur similitudine rationis pro
alimonia pauperum, vt dicit hic glos. per iura quæ
allegat. & etiam glos. in allegata l. sancimus. quam
ibi Bartolus dicit esse notandam. Ad quod facit l.
illud. eodem titu. de sacrosanct. eccles. & est tex. xij.
quæstio. ij. cap. aurum habet ecclesia. & cap. sequen.
vt enim dicit Baldus in antedicta l. sancimus. quod
ad parla iudicãtur redimere captiuos, & alere pau-
peres. glos. tamen in cap. j. extra de pignorib. & ibi
Ioan. de Imol. hoc intelligit, quando pauperes be-
ne aliter ali non possunt. facit textus dicti c. aurum.
3 vbi Archidia. dicit, †quòd pro prædictis vasa ec-
clesiæ vendi possunt, sed alteri ecclesiç licet sint cõ-
secrata: laico verò non possunt vendi, nisi prius
fuerint fracta & conflata, vt dictis iuribus. Nec
sufficeret sola illorum fractio, nisi cõflarentur, quia
in superficie potius consistit consecratio, & sacra
vnctio. & ideo ne aliquid ibi ramaneat de illa, tē-
pore venditionis, prius debent confringi, & post
ea conflari. Permissio autem ista alienationis va-
sorum sacrorum ob causas prædictas, non exten-
ditur ad venditionem ecclesiæ, quæ vendi non po-
test, vt x. quæstio. ij. §. hoc ius. & dicto cap. aurum.
Et quamuis non possit bene reddi ratio diuersita-
tis inter ista, suaderi tamē potest, quia solennior &
maior adhibetur consecratio ecclesiæ, quàm sacris
vasis. & quia calices vel sacra vasa post fractionem
& conflationem maiorem afferunt vtilitatē, quàm
communiter contingat in ecclesia. Item vasa sacra
ad materiam antiquam redigi possunt, quod secus
est in ecclesia, quæ nunquam redigi potest ad anti-
4 quam materiam, vel formam. †Addit etiam quòd
si calici consecrato erat inclusus aliquis lapis pre-
tiosus, licet eo dirupto possit lapis ille vendi alte-
ri ecclesiæ, nõ poterit tamē laico, ad instar lignorũ
ecclesiæ diruptæ, vt in cap. ligna. extra de conse-
cratio. distinctio. j. Illud etiam quod dicit hic gloss.

de redemptione captiuorũ intelligit Archidiaco-
nus in dicto cap. aurum.& ibi glossa & Albericus
in allegata l.sancimus.recitans eum,de omnibus ca-
ptiuis,in quibus timetur mors corporis, vel aliud.
& idem voluit glos.xij.quæstione ij.cap.saerorum.
& cap. sicut. vbi plenius vide. ¶Postremo glossa
hic declarat hanc regulam, per illud quod habetur
in l.item quamuis.§.j.ff. communi diuid. vbi pro-
pter necessitatem aliquid toleratur, vt in vsu, qui
non potest vendi,neq; locari,nec gratis concedi,vt
Instiru. de vsu & habita.§.j. Ibi tamen toleratur ex
necessitate,quæ debet emendari,vt ibi notatur per
glos.Simile habetur in l.si vsusfructus.ff.de iur.do.
& l.qui potuerunt.ff.de manumis. testamẽ.cum si-
milibus. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Donare qui non possint.
2 Pupillus quos actus gerere possit.
3 Pupilius hæreditatem sibi delatam, quãuis lucro-
sam,sine tutoris autoritate non potest adire.
4 Tutor quid possit in bonis pupilli.
5 Decreti interpositio an faciat venditionẽ non pos-
se rescindi.
6 Decreti interpositio nõ est necessaria in alienatio-
ne rerum ecclesiæ.
7 Solennitates per iura inuẽtæ quę sufficiant,vt fraus
in rebus ecclesiasticis percipiatur.

Cui ius est donandi, eidem & vẽdendi, & concedendi ius est.

POSSVNT hic ap-
plicari illa vel aliqua illo-
rũ quę dicta fuerũt in l.do
nari.& l.in toto iure.vlti-
mo folio. ẽ.isto ti.& quæ
notantur per Baldum in
l.sed & si quis. §.quæsitũ.
1 ff.si quis cautio. ¶†istam
regulam allegat Hostien.
in summa. extra de donatio. versic. quis possit do-
nare.vbi dicit ꝙ paterfamilias potest donare, si sit
dominus rei suæ.quilibet enim arbiter & modera-
tor est illius.l.in re mãdata.C.mãd.& l.Poila.C.de
his quib. vt indig. Adducit postea idem Hostien.
plures qui donare nõ possunt, quos per discursum
2 illius §.vide.¶†Quibus ergo nec vendendi aut cõ-
cedendi ius est,pupilius inter illos nominatur,licet
sit suæ rei dominus,nec illã donare potest,aut quo-
uis modo alienare,vt l.pupillus.ff.de acquir.rer.do.
facit l.eod.titu.l.pupillus.Ne alicui obligetur sine
tutoris autoritate, ne suum patrimoniũ diminua-
tur.Institu.de auto.tuto.in principio. facit l.contra
iuris regulas.in principio. ff.de pact. Potest tamen
facere suam conditionem meliorem, etiam sine tu-
toris autoritate,vt notatur in dictis iuribus.& per
Dyn. in cap. quod ob gratiam. extra eod. titu.lib.
vj.& per Bartolum in dicta l.contra iuris regulas.

facit quod notatur per eum post glo.in l.j.ff.de no-
uatio.Vbi cõcludit, quòd promissio facta per pu-
pillum etiã cum tutoris autoritate, de re,quæ alie-
nari non potest, si fiat sine decreto, non tenet ipso
iure.l.si ad resoluendam.& ibi per glossam & Do-
ctores.& l.si quidem sine decreto.C.de præd.mino.
3 ¶†Sic etiam dici debet in aditione hęreditatis,quã
pupillus sibi delatam non potest adire,quamuis lu-
crosam,sine sui tutoris autoritate,vt Institu.de au-
torita.tuto.§.neq;.& l.obligari.§. pupillus hæredi-
tatem.ẽ.illo titu.quoniam hæreditas quandoq; ha-
bet onera latentia, & continet actiuẽ & passiuẽ a-
ctiones defuncto, & contra eum competentes. l. si
hæreditatem.ff.mandati.& l.j.C.si certum petatur.
Et licet hæreditas patris pupilli, quem habebat in
potestate, etiam sine tutoris autoritate statim per
legem deferatur pupillo,& fiat hęres,iuxta illa quæ
habentur in l.more.ff.de acquiren. hæred. in prin-
cipio.Hoc intelligitur, quando tractatur de cõmo-
do pupilli:secus esset si de eius incommodo tracta-
retur,nec per hoc fundatur intentio creditorũ, qui
volunt suis actionibus conuenire pupillum, quo-
niam nisi probarẽt illum pupillum, legitimo mo-
do paternæ hæreditati se immiscuisse, non suffice-
ret ad fundandam suam intentionem cõtra ipsum,
vt notat Bart.in l.necessarijs.ff.de acquir.hære.quẽ
ibi sequitur Ioan.de Imol.& Angel.de Aret.in §.j.
Instit.de auto.tuto. Circa quod vide glos.& Doct.
in l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff. solu.matri.
& l.j.C.si vt ab hæred.se absti.& quæ plenè recita-
4 ui in l.inuito.ẽ.isto titu. ¶†Addatis quòd licet, vt
hic dicit glos. tutor vendere possit res pupillares,
hoc intelligi debet cum decreto iudicis,vt l.lex quę
tutores. cum ibi notatis.C. de administra. tuto.&
secundum formam traditã per totum tit. ff. de reb.
eor. qui sub tu.vel cu. sunt.& C.de prædijs & alijs
reb.mino.Tamen non potest donare, nec debitum
liquidum remittere,vt l.pactum curatorum. C. de
pactis. vbi Bald. reddit rationem, quia donare vel
remittere ius clarum pupilli,non est administrare,
sed dilapidare, vt l.ab agnato.aliàs incipit, seruus
furiosi.ff.de manu.hoc autem nõ cõpetit tutori vel
administratori,nisi ex speciali mãdato, vel in casu
specialitatis à iure permisso, vt l. filiusfamilias. ff.
de donatio. & facit quod notatur per Bartolum in
l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clã.& l.j.in prin-
cipio. & §.j.& ibi per Baldum.ff.de tutel.& ratio.
distrahen. & l.cum plures. §.j.ff.de administr. tuto.
Nulli enim administratori competit gratiam fa-
cere,vt notant Albericus & Baldus in l.præses. C.
de transaction.qui allegat ad hoc l.creditor. §.Lu-
cius.ff.mãdati.& l.Imperator.ff. ad Trebellianum.
& l.fina. C.de sentent. pas.& restitu.Et sic,vt con-
cludamus cum nostra glossa, quandoque admini-
stratori permittitur venditio, si cum causa proba-
ta per legem,minorum. cum notatis ibi per Bald.
& Albericum.C.de præd.mino. & cum decreto iu-
dicis fiat: non autem permittitur donatio,per iu-
5 ra superius allegata. ¶†Est tamen hic aduertẽdum
circa hoc quod dictum est de vẽditione rerum mi-
noris,vel pupilli,facta cum decreto iudicis,quia se-
cundum Bartolum in l.j.C.de prædi.curi. libro x.
illud

illud decretum iudicis hoc operatur, per illum text.
vbi ipse Bart. dicit esse casum, quòd neq; venditor,
neque emptor possit vti remedio l.ij.C.de rescind.
vendi. Sed Bart. expresse contradicit Panor. in cap.
cum causa. extra de empt. & vendi. quia licet præ-
sumptio sit non interuenisse deceptionem interue-
niente iudicis decreto: illa tamē præsumptio est iu-
ris tantum, & non iuris & de iure, & ideo potest in
contrarium admitti probatio: quoniā iure cautum
reperitur, quòd minor vendens cum autoritate tu-
toris vel curatoris, & cum iudicis decreto auditur
petens beneficium restitutionis in integrum, vt l.j.
& ij. & l.magis puto. §.penul. ff.de rebus eorum qui
sub tut. vel cura sunt. & facit ad idem illud quod ha
betur in cap.j. extra de rebus ecclef. non alie. lib.vj.
Ioan. etiam de Imol. tenet contra Barto. in ista opi-
nione, vt notatur per eum in l.si quis cum aliter. in
fine. ff.de verborum obligat. per l.j. & ij. C.de fide
instrumen. & iure hast. fisca. lib.x. quia licet sit præ-
sumptio, vt dictū est, pro decreto, & autoritate iu-
dicis, vt notatur per Specul. titu. de empt. & vendi.
§.nunc dicendum. versi. & nota. Tamen de necessi-
tate non sequitur, quòd decretum nō possit esse in-
iustum, & quòd non possit esse vera deceptio: aliàs
secundum eum videretur, quòd venditio facta per
minorem læsum, etiam cum decreto non posset re-
scindi. quod est loqui cōtra tex. l.si ex causa. in prin.
ff.de minori. Nec obstat lex illa prima allegata per
Bar. C.de præd. curia. lib.x. quoniam licet ibi vellet
tex. quòd non posit conqueri vendens, vel emens,
cum interpositione decreti: illud intelligi debet, sci
licet verisimiliter. Ad quod facit l.fin. cum ibi no-
tatis. ff.quod metus cau. Et ideo ad hoc euitandum,
vt dictum est, quando interponitur decretū in alie-
natione rei ecclesiasticæ vel minoris, & similiū, de-
bent causæ sigillatim exprimi, ita quòd vt dicit Ia-
cobus Rebuf. post dictum Barto. in allegata l.j. non
sufficeret expressio generalis dictarum causarum. Et
dant exemplum, si diceretur vel exponeretur iudici
venditionem esse necessariam propter æs alienum
exoluendum, sed necesse est sigillatim exprimi cau-
sas, & illas probari: aliàs nō teneret decretum, vt est
tex. in dicta l.minorū. C.de præd. & alijs reb. mino.
& ibi Albericus & Bald. & facit text. l.magis puto.
§.si æs alienum. ff.de reb. eorum qui sub tut. vel cur.
sunt. & in l.si quis mihi bona. §.iussum. versic. sed
vtrum generaliter. ff.de acquiren. hæred. & l.j. §.hæc
verba. ff.ne vis fi. ei qui in pos. mis. est. & l.cum ve-
6 ro. §.subuentum. ff.de fideicommis. libe. † Intelliga-
tis autem illud, quod suprà dictum est, de interposi-
tione decreti in alienatione rei ecclesiasticæ, sicut &
in alienatione rei minoris, q illa interpositio decre
ti in alienatione rerum ecclesiasticarū, licet non no
ceat, tamen nō est necessaria, nec requisita, vt nota-
tur per Archidia. in cap.j. extra de rebus ecclef. non
alie. libro vj. quem recitat & sequitur Iacob. Rebuf.
7 in allegata l.j. C.de præd. curialium. libro x. ¶ † Et
reddunt rationem, quia sufficiunt aliæ solennitates
inuentæ per iura ad vidēdum fraudem in rebus ec-
clesiasticis, vt authentica, hoc ius porrectum. de sa-
crosanct. ecclesi. quæ est canonizata x. quæstione. ij.
& in hac ratione fundatur textus in capit. terrulas.
xij. quæstio. ij. cum ibi notatis super verbo, exigas.
Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Iudicia pœnalia quando dicantur accepta, vt in
hæredem transeant.
2 Nominis receptio inter reos quid operetur.
3 Reus in iudicio accusatus, quo casu accusantem re-
accusare possit.
4 Contractus quidam quasi celebratur, cum in iudi-
cio à partibus lis contestatur.

Pœnalia iudicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt.

QVIA huius regulæ
materia plenissimè tra
ctata fuit in lege, sicuti
pœna. & l.pupillum. §.
in hæredes. ē. isto titu-
lo. sequēdo doctrinam
Caij Iurisconsulti dicen
tis verbosos commen-
tarios esse vitandos, in
l.j. ff.de origine iuris.
& l.ampliorem. §.in refutatorijs. C.de appellat. &
superflua vitanda sunt. l.fin. C.de donatio. Recurri
debet ad illa, quæ dicta fuerunt in iuribus superius
1 allegatis. ¶ † Hic tamen restat & esset videndū, quan
do iudicia pœnalia dicuntur accepta. Et quidā for-
tè putarunt hoc intelligendum, secundum ea quæ
notantur per glos. in l.ij. §.qui hoc dicit. & glos. in l.
si maritus. la secunda. §.præscriptiones. ff.ad legem
Iuliam de adulter. quæ dicunt, quòd per litis conte-
stationem dicitur receptum nomen rei inter reos,
cōtra quas glossas faciunt textus fortiter in l.miles.
§.j. eodem titulo. & l.adulterij. C.eodem titulo. vbi
videtur probari, quòd etiam in absentia accusati
possit nomen recipi inter reos, & tamen litis con-
testatio debet fieri inter præsentes: cum dicatur cō-
testatio, quasi simul testatio. xxxiij. quæstio. j. cap.
pudenda. & extra de electione. cap. dudum. & nota-
tur in l.vnica. C.de litis contestatio. propter quod
Barto. in l.is qui reus. ff.de publi. iudi. recitauit plu-
res opiniones, quæ secundum Ioan. de Imol. ibi, vi-
dentur diuinatoriæ. quod etiam voluit Salicetus in
dicta l.adulterij. & plenius in l.j. penulti. quæstio-
ne. C.qui accusare non possunt. Sed omissa dispu-
tatione huius articuli, qui non tangit verba istius
textus, nec intentionē Iurisconsulti: quia licet dicat
accepta pœnalia iudicia transire in hæredes, non est
hic ea intentio Iurisconsulti loqui de nomine accu-
sati recepti inter reos, de qua tractatur in iuribus al-
2 legatis, & ibi plenissimè per Doctores, † quia illa
nominis receptio inter reos operatur duos effectus.
Vnus est, q reo tunc præcluditur via dilatorijs exce
ptionibus proponendis, vt dicto §.præscriptiones.
3 ¶ † Alius est, quòd tunc reus accusatus non potest re
accusare, vt l.ij. §.extraneus. ff.ad legem Iuliam de
adulterijs. & dicta l.is qui reus. ff.de publi. iudic. per

Doctores. Sed hic Iuriſconſultus expreſſe loquitur de pœnalibus iudicijs acceptis ad illum effectum, vt tranſeant in hæredes. de quo pleniſsimè tractatur per Baldum, Salicetum, & Doctores in l.vnica. C.ex delict.defuncto. & fuit ad longum recitatum in dicta l.ſicuti pœna.vbi dictum fuit, quòd per litis conteſtationem propriè dicantur pœnalia iudicia accepta, & ſic tranſitoria ad hæredes.facit quod habetur in l.vbi acceptum. ff.de iudi.& l.j.cum ibi notatis per gloſ.j.& Doctores.C.eodem titul. facit text.l.amplius. ff.rem ratam haberi.& in authenti. de litigioſis.§.ſi vero apud iudicem.vbi per gloſ.&
4 Angel.collatio.viij.†Per litis enim conteſtationem videtur celebrari, quidam quaſi contractus, cum in iudicijs quaſi contrahatur. l.iij.§.idem ſcribit. ff.de pecul.& quod habetur in l.ex iudiciorum. ff.de accuſatio.& ita intelligenda eſt iſta regula. Sed vt dixi pro ampliori materiæ declaratione recurratis in dicta l.ſicuti pœna.& in dicto §.in hæredes.ſ.eo.ti. Gulielmus Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Creditore conſentiente alienatori extinguitur hypotheca, etiã ſi res ad bona debitoris reuertatur.
2 Conſentiens quando facere videatur.
3 Hæreditas teſtamento vel lege deferri ſolet, non autem pacto.
4 Succeſsio ideo iuris publici dicitur, quòd à lege vel teſtamento defertur.
5 Pater de ſua futura ſucceſsione non poteſt paciſci cum filijs, pacto tamen inter eos de eadem inito cõſentire poteſt.
6 Filiusfamilias aut ſeruus neque donare, neq; donationi conſentire poteſt.
7 Donatio facta meretrici vt copiam ſui corporis faciat, an valeat, & an repeti poſsit quod donatũ eſt.
8 Mulier de turpitudine ſuſpecta, ex militis teſtamento nihil capere poteſt.
9 Maritus vxori donare nequit, nec vxor viro, ne per interpoſitam quidem perſonam.

Cum quis poſsit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa cõſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

QVIVS regulæ duę ſunt partes, quæ patẽt de ſe. ſecunda ibi, cui autem.gloſ. hic in principio ſummat iſtam regulã, ſcilicet quòd aliud eſt alienare, & aliud alienationi conſentire, vt l.aliud.in principio.ſ.iſto titulo. vbi vide quæ pro declaratione huius ſummarij fuerunt compendioſè recitata. ¶Deinde gloſ. in prima parte dat exemplum de eo, qui poteſt alienare, & ideo alienationi conſentire in creditore habente rem debitoris pignoratam vel hypothecatam, qui ſecundum Bartolum poteſt illam alienare, iuxta illud quod habetur in l.ſi conuenerit.ff.de pigno.actio.& l.vetuſtiſſimam.C.de iure domi.impetr.& Inſtit.quibus alie. licet.§.j. ¶Sicut enim poteſt alienare, ita & aliena-
1 tioni conſentire, †quo conſenſu adhibito extinguitur pignus vel hypotheca creditoris conſentientis alienationi, ſi res exiuit bona debitoris, vt l.ſicut. §.ſi voluntate.ff.quibus modis pignus vel hypothecæ ſoluit, etiam ſi res ipſa iterum reuertatur ad debitorem, vt l.fin.C.de remiſ.pigno.cui facit maximum contrarium dicta l.ſicut.§.ſuperuacuum. Ad quod contrarium euitandum gloſ. & Doctores in dicta l.fin.dant plures ſolutiones. vbi communiter tenetur quòd in dicto §.ſuperuacuum. erat dubium an fuiſſet talis alienatio, quòd res ipſa alienata exiuiſſet bona debitoris, vel non: quia nõ erat certum, quòd debitor vendidiſſet. Sed in caſu dictæ l.fi.erat certum quòd illa res exiuerat debitoris bona: & ideo etiam ſi redierit ad eum, non reincidet in priſtinam obligationem, in qua etiam cum præſentibus bonis fuerunt alia obligata. ¶Quod intellexit Franciſcus Accurſ.etiam ſi redierit illa res ad prædictum debitorem ex ſimili cauſa, vel alia: dum tamen prima venditio facta fuerit bona fide, & ſit ſequuta traditio. quod probat per tex.illius l.fi.dum dicit textus, quodam legitimo poſtea modo res ad priorem dominum reuertatur. allegat etiã textum in l.& qui ſub imagine. C.de diſtractio.pigno.ibi, nec vendita bona fide prædia poſtea ſynceriter cõparaſſe.& iſtud placet Alberico in dicta l.finali.Sed pro pleniori doctrina huius articuli recurrite ad recitata plenius in l.creditor.ſ.iſto titulo. ¶Deinde glo.opponit contra iſtam legem de l.ſi pater. §.fi.ff. de manumiſ.vindicta.& ſoluit per fallentiã. Quod declarate, quoniã licet maior viginti annis nõ poſſit manumittere ſeruum ſuũ, quod eſt alienare, niſi ſecundum formam traditam ibi, & Inſtit.quibus ex cauſis manumitte.non licet. §.eadem lege. quod tamen maior facere poſſet ſciente & tacente creditore, quamuis expreſſe non cõſentiente, & teneret manumiſsio in præiudicium creditoris, vt l.j.C.de remiſsio.pigno.quod eſt fauore libertatis, vt ibi. Sed minor ipſe, qui habet ſeruum alienum ſibi hypothecatum, licet illum manumittere non poſſet, poteſt tamen illius manumiſsioni conſentire, vt dicto §.fin. & notatur per gloſ.in l.j.C.de ſer.pigno.dat. manumiſ.quamuis, vt ibi dicit Bald.videretur contrarium eſſe dicendum ex eo, quia conſentiens videtur actum celebrare, vt l.ſi fundus. §.ſi neſciente. ff.de pigno. Sed vt ipſe dicit in dicta l.j.qui conſentit, non facit actum, ſed nõ impedit, vt dicta l.ſi pa-
2 ter.§.fin. †Quando enim conſentiens eſt dominus: tunc propriè facit, vt dicto §.ſi neſciẽte.Sed ſi non eſt dominus, cõſentiens non facit, ſed non impedit. Ad quod facit dicta l.aliud. in princip. ſ.allegata. ¶Secundo, vt dicit hic gloſ.fallit hæc regula in l.fi. C.de pactis. quoniam licet iure communi & regulari non valeat pactum de futura ſucceſsione acquirenda, vt l.pactum quod dotali. & allegata l.fina. C.de pactis.& l.cum donationis. C.de tranſactio.

&l.

& l.hæreditas. C.de pactis conuen. tam super dot.
5 & l.ex eo.C.de inutil.stipulat.†quia non pacto,sed lege vel testamento defertur hæreditas, vt dicta l. hæreditas.& l.lege obuenire. ff.titulo proximo. Et est ratio, quia tale pactum est contra bonos mores, vt dicta l.fina. & l.stipulatio hoc modo concepta. ff.de verborum oblig. & aufert liberam testandi facultatem,vt iuribus allegatis.& l.si inter fratres.§.j. aliàs est lex,cum duobus.§.idem respondit.ff.pro socio.& ibi Bal.& inducit votum captandæ mortis, quod detestantur iura prædicta. & facit cap.nulla. extra de concess.præben.& cap.ij.& iij. eodem titul.
4 lib.vj. Et est ratio rationis,† quia successio est iuris publici,cum deferatur,vt dixi,per legem vel testamentum. facit l.testamenti factio. ff.de testamen.& l.fin.C.de suis & legitimis hæred. Ius autem publicum nō potest priuata pactione immutari.lege,nec ex prætorio.& l.neque pignus.§.priuatorum.ff.isto
5 titulo.†Et ideo licet pater non possit pacisci de sua futura successione cum filijs vel filiabus:tamen pacto facto inter liberos de diuidenda hæreditate sua consentire potest. Qui tamen cōsensus non valebit, nisi in illo consensu perseuerauerit vsque ad mortem,vt dicta l.fin.C.de pactis.& ita debet intelligi ista glos.in hoc articulo,vt habetur plenius per Doctores in allegata l.fin. & dicta l.stipulatio hoc modo concepta.& l.pactum dotali. C.de collatio. vbi per Doctores plenior habetur tractatus.¶Pro decla
6 ratione secundæ partis gl.ponit duo exépla. † Primum est in filiofamilias vel seruo, qui nō potest donare nec donationi consentire,vt l.filiusfamilias.ff. de donatio. & l.contra iuris. §.si filius. ff.de pactis. vt enim ibi probatur,ille, cui concessa est administratio,non habet facultatem donandi,cum donare sit perdere,vt ibi.& dictum fuit in l.cui ius est.ff.eodem titulo. facit quod habetur lxxxvj. distinctio. cap.qui venatoribus.vbi canon maximè detestatur donationes,quæ fiunt histrionibus,vt allegat Ioan.
7 de Imol.in dicta l.filiusfamilias. †Idē est secundum Archid. post glos.in dicto cap. qui venatoribus.de donatione facta meretrici,vt se supponat,quæ fortè aliàs non acquiesceret: & sic etiam ipsa peccaret recipiendo, quamuis ipsa se sponte subijciens post factum non peccat, si recipit. Turpiter enim facit se supponendo in eo,quòd est meretrix,sed turpiter non facit recipiendo cum sit meretrix,vt dicit tex. in l.iiij.§.sed quod meretrici.ff.de condictio.ob turpem causam.facit quod habetur in l.affectionis.& l. donationes in concubinam. ff.de donatio. vbi non reuocatur donatio facta concubinæ, nisi donator sit miles armatæ militiæ, vt ibi notatur per glos.& est tex.in l.ij.C.de donatio.inter virum & vxorem. Quod etiam secundum Bartolum,Ioan.de Imola,& Docto. procedit in militibus cœlestis militiæ, puta in clerico vel sacerdote, per ea quæ notat glos.in l.miles.in principio.ff.de re iudica.facit l.miles ita. §.mulier.ff.de testamen.milit.vbi habetur in textu,
8 †quòd mulier suspecta de turpitudine,ex testamēto militis nihil capere potest,quoniā vt ibi dicit Bal. maior honestas requiritur in milite,quàm pagano. Et idem in clerico, & etiam secundum Ioannem de Imola in dicta l.donationes in concubinam. Idem dicendum videtur in Doctore,qui etiam miles appellatur,vt l.aduocati.C.de aduoca.di.iudi.Prædicti enim sicut eis non permittitur in casibus illis donare,ita nec donationi consentire. ¶Finaliter glos. dat exēplum in secunda parte huius regulæ de l.iij. §.non tantum. ff.de donat.inter virum & vxorem.
9 †vbi non potest donare vir vxori, nec vxor viro, etiam per interpositam personam,hoc est,ministerio interpositæ personæ, vt ibi exponit Salic.& sic qui non potest donare,nec donationi consentire.& sic regula est vera. Gulidmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Locuples quis dicatur.
2 Diues quis,& quomodo differat à locuplete.
3 Diuitum & locupletum priuilegia.
4 Paupertas facit suspectum tutorem.
5 Diues hoc etiam potitur cōmodo,quòd matrimonio constante,ab eo nō exigitur cautio de dote, aut ipsa dos.
6 Locuples hac prærogatiua gaudet,quòd ei testimonium ferenti creditur indifferenter,non autē egeno.
7 Diues vel locuples, quando quis dicatur.
8 Diuitiæ allegatæ an sint probandæ,& quomodo.
9 Paupertas non præsumitur ex præterito in futurū.
10 Paupertas quomodo probetur.
11 Defensionem alienam nemo idoneē suscipit sine satisdatione.

Qui rem alienam defendit,nunquam locuples habetur.

1 QVIS dicatur † locuples, vide text.& glos. in l.quos nos hostes. §. locuples. ff.titu.proximo. & dicit Archidia. xxx. distinct. cap. hæc autē scripsimus. quòd locuples dicitur in fundis,siue bonis immobilibus, aut hæreditatibus.quod etiam notat Albericus in l.si vero. §.qui pro rei qualitate. ff.qui satisdare cogantur. & allegat glos.ad hoc in authenti. de exhiben.reis. §.san
2 cimus.super verbo,fideiussione.collatio.v. †Diues vero dicitur in pecunijs, secundum eundem Archi. vbi supra, qui allegat Papiam eandem differētiam
3 ponentem inter locupletem,& diuitē.†Ponit etiam priuilegia diuitum & locupletum,quæ ponit Albericus post Cyn.in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & cleric. quæ consistunt in multis. ¶Primo quo ad adipiscendos honores,vt l.honor. §.de honoribus.ff.de mune.& hono.facit l.scire oportet. §.cum reliquis. ff.de tutorib.& curato.datis ab his. Quo etiam ad corporales pœnas vitandas, in quibusdam casibus,vt l.si quis id quod.§.ij. ff.de iurisdictione omnium iudicum.& l.quæcunq;.C.de seruis fugiti. facit l.Pædius. ff.de incend.rui.naufr.§.j. Et ideo dicit Bald.in authenti.incestas. C.de incest.

& inutil.nupt. quòd fustigatio non debet imponi, nisi vilibus personis, per illum tex. & sic non diuitibus honestis. Quandoq; tamen delictum omnem honorem excludit, vt dicit text. in l.j.in fine. C.vbi senatores vel clarissi. Prosunt etiam diuitiæ in releuando locupletem hominem à præstatione satisdationis, vt l.de creationibus. C.de episco.audien. & l.fin.C.de curato.furio.& l.sciendum.ff.qui satisdare cogantur. Et etiam in adoptionibus, vt l.nec ei permittitur.ff.de adoptio. Prosunt vlterius diuitiæ ad hoc, quòd tutor facilè non habeatur suspectus, vt instit.de suspect.tutorib. §.fin. vbi tamen dicit glos.quòd suspectum tutorem, non tantum facit paupertas, quàm mala & dolosa administratio rerum pupillarium. facit quod habetur in dicto §.

4 cum reliquis. ¶ †Dicit tamen Angelus Aretinus in dicto §.fin.quòd paupertas quo ad tutelā, licet non principaliter, secundariò tamen facit quem suspectum. Ad quod facit l.ij.ff.de magistr.conuenien.& quod notatur per dominum Angelum Aretinum Instit. de excusat.tutor. §.sed & propter paupertatem. Non tamen reijcitur pauper à tutela omnino, si sit bonorum morum, sed illi curator adiungitur, vt l.suspectum. ff.de suspect.tuto.in glos.& l.pieta-

5 tis.C.eodem titulo.& in allegato §.fina. ¶ †Habet etiam commodum diues seu locuples, quòd matrimonio constante non exigitur ab eo dos vxoris, cum secus esset in paupere, iuxta illa quæ habentur in l.vbi.C.de iure dotium.& in l.si constante. ff.so-

6 luto matrimonio.& ibi per Doctores.†in testimonio etiā ferendo plus creditur locupleti, quàm pauperi, vt l.iij.in princip.ibi, an locuples vel egenus. ff.de testibus. quæ est canonizata. iiij.quæst.iij.cap. item testimoniorum.vbi est bona glos.Dicit etiam Albericus in dicta l.iij. post Iacobum Butrig.quòd si requiratur idoneitas circa fidem testimonij, pauper bene morigeratus est admittendus in testem, vt etiam ibi vult glos.minus tamen fidei adhibetur sibi, quàm si esset diues propter faciliorem præsumptionem corruptionis in paupere, quàm diuite. Secus esset in diuite malæ famæ: quia illi præponendus est pauper bonæ famæ, sed non ita facilè habetur diues suspectus, vt pauper, secundum Archidi. vbi suprà, qui allegat ad hoc l.si creditores.ff.de priuilegijs credit. Prosunt etiam diuitiæ, vt dicit idem Archidia.in redimendo voto, vt in cap.quod super his.& cap.ex multa.extra de voto. Item in eo diuite, qui vult donare ne præsumatur simoniacus, vt cap.& si quæstiones. extra de simonia. Et vt necessaria alimenta præstentur necessarijs coniunctis've personis, vt l.cum plures.§.cum tutor.ff.de administratione tutorum. & l.j.§.sed nonnullos. ff.& tutel. & rat.distrahen. ¶ Item in alimentis ministrandis, vbi non sunt determinata. ff.de aliment.& cibarijs legatis. l.penult. Et in legato in causam piam, vel publicam indeterminatè facto, vel relicto, vt l.quidam in testamento.ff.de lega.ij.Et demum in transactione alimentorum, vt l.cum hi.§.sed & personarum.ff.de transaction. ¶ Item vt dicit Albericus in dicta l.si quis ad declinandam. C.de episco.audien. propter diuitias homines dicūtur nobiliores, & potentiores, vt notatur per Innocen.in cap.sedes apostolica. extra de rescriptis. ¶ Item est potentia magna diuitiarum, in authenti.vt omnes obediant iudici prouin. §.si vero neque. collat.vj. ¶ Item prosunt in maiori dote constituenda, vt l.quæro. ff.de iure dotium. videtur igitur laudabiles esse diuitias. quod fatendum est, si bonis operibus iungantur, vt habetur in dicto cap.hæc autem scripsimus.xxx.distinctio.& per glos. xij.quæstio.j.cap.clericus.& notatur per Albericum in dicta l.iij.in principio.ff.de testibus. Non tamen ad diuitias debet cor apponi, sed solū manus, dicente Psalmista Psalmo lxj. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. vbi dicit Augustinus, Qui illas non habet, non ambiat: & qui habet, nō superbiat. Non enim dicitur, nolite habere, sed nolite cor apponere. Cui cōcordat Hieronymus dicens, Qui diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus. Qui autem seruitutis discussit iugum, disponit eas vt dominus. Diuites enim boni dicuntur spiritu pauperes, quorum est regnū Dei, secundum Archidia.xxiij.quæstio.vj. §.ex his omnibus. Quo ad Deum tamen inter locupletem & inopem, liberum & seruum nō est differentia: quia apud ipsum non est acceptio personarum, vt in authentico, de mona. in principio. collatio.j. & notatur per glos.

Hieronym⁹.

7 in l.j.in principio. ff.de postulan. ¶ †Quando vero quis dicatur diues vel inops, glos.in authentic.præterea.C.vnde vir & vxor.dicit illud esse iudicis arbitrio relinquendum. Sed ibi Salicetus & Bald. dicunt, quòd quando fit mentio diuitis vel inopis respectu alicuius debiti soluēdi, ille dicitur inops, qui soluere non potest: & locuples, qui potest soluere, vt in authentico, de fideius. §.neque.collatio.j. Sed vbi fit absoluta mentio inopiæ vel diuitiarum, prædicta glos. bene dicit illud esse in iudicis arbitrio constitutum, vt l.tam dementis. C. de episcopa.audien. & secundum materiam subiectam, atque personarum qualitatem debet arbitrari aliquem esse diuitem vel pauperem. Ad quod facit l.cum vnus.in fi. ff.de aliment.& cibarijs legat. & faciunt ad hoc notata per Bartol. & Modernos in dicta l. si constante.ff.soluto matrimonio. & in dicta l.vbi.C.de iure dotium. & vbi iudex malè arbitraretur, posset ab eo appellari, secundum Baldum, in authenti. præterea.quem vide in l.j.ff.de legatis.ij.in repetitione.

8 ¶ †An autem sit necesse illas probari quando allegantur, & quomodo, vide Baldum in l.paupertas. ff.de excusat.tutorum. & ipsum Albericum & Doctores in dict.l.si vero.§.qui pro rei qualitate.& ibi glos. ff.qui satisdare cogantur. quoniam ibi dicunt illas esse probandas, quando allegantur ad fundandam intentionem alicuius.& notatur etiam per Salicetum in l.actor.C.de probatio.& faciunt notata in l.fina.in fine. ff.si certum petatur. & vt vult Bartolus in dicta l.si constante.in principio.& Doctores in dicta l.vbi.quando agitur de modico præiudicio per opinionē vulgi fiat probatio in talibus, secus si de magno præiudicio tentetur. Ideo dicit Bal.in dicto §.qui pro rei qualitate.post glos. quòd notoriè locuples dicitur, quando aliquis debet esse fideiussor pro centū libris, & est cōmmunis opinio vulgi, q̄ ille sit ditissimus, non expedit alio modo hoc ꝓbari, vt ibi secundū eum.& quādo probatur

hoc

hoc per opinionē vulgi, vel famam meliores sunt
testes vicini, quàm alij. Ad quod allegat glos. in l. ij.
C. quando fiscus vel priuatus. & Cynus in dicta l.
9 vbi. & in dicta authenti. præterea. ¶ † Vnum tamen
notandum est, quòd paupertas non præsumitur ex
præterito in futurū, vt l. si defunctus. C. arbitrium
tutelæ. Sed ex præsenti bene præsumitur in præte-
ritum, vt notatur in l. ex persona. C. de probatio.
& ō. illo titul. in l. non est necesse. ¶ Similiter si quis
velit admitti ad aliquod officiū, ad quod nulli, nisi
diuites admittuntur, debet probare se diuitem, se-
cundum Baldum in dicto §. qui pro rei qualitate.
post glos. Ad quod facit dicta l. si creditores. in fin.
ff. de priuilegijs creditorum. vt enim dicit Alberi-
cus in dicto §. qui pro rei qualitate. diuitiæ sunt ex
accidenti, cum homo nascatur nudus. xlvij. distin.
cap. homines. & dicit idem Sapiens, Infantem nu-
dum cum te natura creauit. Multitudo enim diui-
tiarum est accidens, & non peruenit ad multos, vt
in authenti. de consulib. in principio. collatio. iiij.
& in authentico, vt omnes obediāt iudi. prouin. in
principio. collatio. v. & dicitur per Iurisconsultum
donum fortunæ, in l. si is qui. §. j. ff. de acquiren. re-
rum domi. & sæpe ex diuitibus plures efficiuntur
pauperes, in authen. habita. C. ne filius pro patre. &
facit l. j. §. si magistratus. versic. probatio autem. ff.
10 de magistr. conuenien. ¶ † Probatio vero pauperta-
tis cum sit merè negatiua, cum non possit de neces-
sitate probari, vt dicta l. actor. C. de probatio. per
coniecturas, secundum Albericum probari potest,
vt puta, quia is qui allegatur pauper mendicando
incedit & malè indutus, & similia. Facit quia quæ
sint diuitiæ domi vel paupertas nō facilè monstra-
tur. l. consensu. §. penult. C. de repudijs. & l. indicia.
C. de rei vendic. Ideo non præsumitur quis idoneus
ad soluendum vel diues, nisi hoc sit euidens, vt iuri-
bus superius allegatis. Sed bonitas, aut qualitas in-
trinseca bene præsumitur, quando procedit à natu
ra, non autem ex accidenti, vt sunt diuitiæ, vt pro-
sequitur egregiè Hostien. in summa, titul. de scruti.
in ord. faci. §. quæ sit forma. vbi vide iura per eum
11 ad hoc allegata. ¶ † Hæc autem, quæ suprà dicta sunt
nō tangunt intellectum huius regulæ, secundū quod
eam hic declarat glos. per ea quæ habentur in l. mi-
nor. §. is qui. cum duabus legibus sequent. ff. de pro-
curato. vbi glos. allegat istam regulam. vbi habetur
quòd nullus suscipiens defensionem alienam, etiam
locupletissimus homo cōsularis, auditur sine satis-
datione. contra quod opponit ibi glos. de l. de crea-
tionibus. C. de episc. audien. vbi facultates releuant
à satisdatione. sed non obstat: quia ibi illud ideo est
propter necessitatem officij tutoris vel curatoris,
vt explanauit ibi glos. & Doct. Ista vero regula lo-
quitur, vbi cessat dicta officij necessitas. ¶ De ma-
teria autem istius satisdationis præstandæ, vel non
in casibus, fuit plenè tractatum in l. in eo. §. j. ō. isto
titulo. vbi recurratis.

Summarium.

1 ☞ Dare, est accipientis facere.
2 Dare, quando non importet dominij translationē.
& numero 3.

Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

DATIS per glos. hic de-
claratur intentio huius re-
gulæ, quam glos. allegat
Ioan. de Imola in l. vbi au-
tem. §. fin. ff. de verborum
1 obligatio. † dare enim est
accipiētis facere, vt ibi. &
Instit. de actio. §. sic itaq;.
& ideo est regulare, quòd
quando aliquid dari est in obligatione, debet domi-
nium in accipientem transferri, vt dictis iuribus: &
nisi dominium transferatur, non dicitur promissor
plenè liberatus, vt l. fin. cum ibi notatis. C. de con-
2 dictione ob causam. ¶ † Illud tamen fallit, si promit-
tatur dari ex contractu præambulo, de cuius natura
non est vt dominium omnino transferatur, vt da-
tur exemplum in hac glos. si quis vendat fundum,
& promittat illū dare: quoniam dare, accipitur ibi
pro tradere: quia de natura contractus emptionis &
venditionis non est, quòd venditor transferat do-
minium in emptorem, nisi sit dominus, sed solum
tenetur tradere, & de euictione se obligare, vt l. ex
empto. ff. de actio. emp. & vendi. facit quod habetur
in l. si stipulatus. ff. de vsuris. & l. damni infecti. ff. de
damno infecto. ¶ Idem dicit glos. in contractu com-
modati, vt si dicat cōmodator, do tibi hunc librum
ex causa commodati. per hoc enim non transfertur
dominium in cōmodatarium, vt l. rei commodatę.
& l. sequen. & sequen. §. si rem. ff. commod. & sic im-
propriatur significatio verbi propter adiunctum,
vel propter naturam, aut qualitatem contractus, vt
notatur per glos. & Doct. in l. si vno anno. in prin.
versic. sed si verbo donationis. ff. loca. facit quod ha
betur per glos. in l. Lucius. ff. de euictio. & in l. scire
debemus. §. si à fure. ff. de verb. oblig. vbi vide Bar.
& plenius Ioan. de Imola, & Docto. dicentes, quòd
etiam tali casu poterit iudex condemnare reum ad
dandum omni modo, melius quo poterit. & facit
quod notatur per gl. in l. sed & si me putem. §. cum
iter. ff. de condictione indebiti. & per glos. in l. dona
tio. C. de donatio. super verbo, oportet. vbi patet,
quòd verbum, do, est flexibile ad omnes contra-
ctus. facit quod notatur in l. iij. in princi. & §. subti-
lius. ff. de condict. ob cau. Licet dare & donare diffe-
rant, vt notatur per glos. super verbo, inuitus. xxiij.
quæstio. vj. §. ex his omnibus. & dictum fuit in l. do
3 nari. ō. isto tit. ¶ † Verbum etiam dare, non impor-
tat dominij translationē, vbi non profertur dispo-
sitiuè, & refertur ad illum, qui nō potest dare de iu-
re, sed se refert ad illum, qui dare potest de facto, se-
cundum Ioan. de Imola in dicto §. fin. l. vbi autem.
qui allegat ad hoc l. si quis ita. §. penult. ff. de statu
liber. vbi vide glos. hoc declarantem. Gulielmus
Maynerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Iudicem contemnere graue est.
2 Contumacia est multiplex, & an sit maleficium.
3 Iudicis mandato quem interficiēs, an sit homicida.
4 Iudex an possit ciuē cogere ad exequutoris officiū.

5 Exequutor an exequi debeat sententiam manifeste iniquam.
6 Iudici quãdo liceat violenter resistere. & nu. 7. & 8.
9 Officium varijs modis sumitur in iure. & nume. 10. 11. 13. & 14.
12 Iurisdictio & officium differunt.
15 Officium iudicis quid.
16 Exceptionibus omnibus statuto sublatis, superest exceptio incompetentiæ iudicis.
17 Iurisdictionem vsurpans qualiter puniatur.
18 Iurisdictio non habentis sed ita reputati, an possit prorogari.
19 Iurisdictio quomodo à principe fluat, & ad eum refluat.
20 Imperator an sit dominus totius mundi.
21 Iurisdictio vnde habuit originem.
22 Iurisdictionis triplex diuisio.
23 Iurisdictionem possessoriè deducens, debet allegare titulum.
24 Contumax quare & quando non audiatur appellans. & nume. 25. 26. 27. 28. & 35.
29 Contumax verus, euidẽs & manifestus, & præsumptus. & nume. 30. 31. 32. 33. & 34.
36 Contumax si de facto audiatur appellans, an possit obtinere.
37 Contumacia facit vt citatus inuitus de domo extrahatur. & nume. 38.
39 Iudex potest inobedienti denegare iustitiam.
40 Bannito quare ex statuto ius non reddatur.
41 Iudex qui requisitus de iustitia obmutescit, videtur eam denegare, & facit litem suam.
42 Iudice denegante iustitiam potest ab illo grauamine appellari.
43 Denegatione iustitiæ quãdo amittatur iurisdictio.
44 Iudex ob delictum officio priuatus non potest ad illud redire.
45 Negligentia in officio quando facit quem priuari. & nume. 52.
46 Negligens quomodo dicatur iudex. & numer. 47. 49. & 51.
48 Iudex negligens in examinando testes, quomodo parti teneatur.
50 Testes citari non sufficit intra terminum, sed venire.
53 Iudex officiũ habens à principe, non potest ab alio priuari.
54 Princeps ex beneplacito potest auferre officium.
55 Iurisdictione deficiẽte corruunt omnia iudicis acta.
56 Dolosus quando censetur qui non paret iudicantis imperio. & nume. 57.
58 Iudici quando non parendum. & numer. 59. 60. 61. 63. & 64.
62 Papæ quando non obediendum.
65 Iudex quando possit excedere fines suæ iurisdictionis. & nume. 66. & 67.
68 Iudex secularis nõ est capax iurisdictionis ecclesiasticæ, sed bene econtra.
69 Matrimoniũ vel filiatio an probari possit coram iudice seculari. & nume. 71. & 72.
70 Vsurarum causa qualiter possit coram iudice seculari tractari. & nume. 73.
74 Iudex secularis pro incidẽti aliquo remittens partes ad ecclesiasticũ, an possit assignare terminum.

Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere; quia parere necesse habet.

EX ista regula sumpta est illa, quę ponitur in c. quod quis mandato facit iudicis. extra eod. tit. lib. vj. & vt ibi dicit Bonifacius de Amanatis, ex istius regulę text. cõditor iuris canonici composuit illam regulam, quæ idem sonat cum ista. Et pro declaratione illius remittit hic Bart. ad illa, quæ ibi notantur per Dy. & cõmendat notabilem glos. hic positam, qua plenè declarat huius regulæ intellectum. & l. factum à iudice. J. eodẽ. quam expediemus cum ista propter materiæ connexitatem, vt patebit ex infrà dicẽdis. ¶ †
1 Pro quarum exordio pręmittendum est, quòd prout præsupponitur in hoc tex. & in dicto c. quod quis mandato. iudici est obediendum, & præsumitur subditus in dolo, qui iudici non obedit, vt hic, & ibi probatur à contrario sensu, vbi dicitur quòd illi obediens non videtur facere dolo malo: ergo à contrario nõ obediens est in dolo. facit l. iniuriarum. §. is qui. & §. seq. ff. de iniurijs. & l. non potest dolo carere. J. eod. titu. graue est enim iudicem cõtemnere, vt notat Innoc. in cap. j. extra de noui oper. nunt. Quoniam iudex dicitur habere maiestatem l. penult. ff. de iusti. & iur. Nec debet remanere impunitus illius contemptus, vt l. si familia. ff. de iurisd. om. iudic. & l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. facit l. spadonẽ. §. si ciuitatis princeps. ff. de excusat. tut. & l. vnica, cum ibi notatis. ff. si quis ius dicen. non obtemp. vbi elegantissimè vide Bal. & eundem in l. j. C. quo. appel. non recip. dicentem, quòd non est maior contumacia, quàm offendere iudicẽ, vel spernere illũ in non
2 parendo. ¶ † Et vt ipse dicit in dicta l. vnica, multa sunt genera contumaciarum. Quædam enim est in non veniendo ad eius iussum, vt l. contumacia. ff. de re iudi. cum ibi notatis. Quædam in non faciendo, vt l. si quis missus. ff. ne vis fi. ei qui in pos. mis. est. Alia in non restituendo, vt l. qui restituere. ff. de rei vendic. & l. creditor. §. iussus. ff. de appel. ¶ Vult tamen ipse Bal. in allegata l. vnica. §. fi. vbi licet glos.
3 dicere videatur, † quòd condẽnatus de contumacia dicatur condemnatus pro maleficio. & videtur alia glos. in l. si filius. ff. de interro. actio. quòd hoc nulla lege cautum reperiatur, scilicet quòd cõtumacia sit maleficium, cum nulla lex dicat, quòd possit criminaliter puniri, ita quòd edictum dictæ l. vnicæ, est edictum ciuile, nõ criminale. Circa quod vide Cy. super rubrica. C. de cri. stel. vbi vocat hanc quęstionem arduam. dicit tamen Bald. vbi suprà, quòd secundum allusionem vocabuli, contumacia bene est maleficiũ. Sed prout propriè accipitur maleficium, non continetur ipsa in tractatu maleficiorum. Sed cogitandum est, quoniam vt dicit Bald. in repetitione l. j. ff. de legat. ij. Quòd quãuis aliquid expresse non caueatur lege, tamen in defectu legis ad rationes, & argumenta legum recurrendum est, per illud quod

quod habetur in l.qui filium.in fi.ff.ad Trebel.¶Cui addi potest illud quod notatur & legitur in l.ij.§.item Varus.ff.de aqua plu.arc.ibi dum dicit textus,hoc æquitas suggerit,& si stricto iure deficiamus.facit quod habetur in l.scire oportet.§. sufficit.ff. de excus.tut.vbi ipse Baldus super verbo,naturali,expresse dicit, quòd sufficit allegare naturalem rationem,licet nõ allegetur lex,secundum Cyn.& Iacobum de Aret. quod allegat Ioannes Andr.etiam in cap.per tuas.extra qui filij sint legit.in nouella.qui instruit aduocatos scientes se fouere bonam causam,quòd in allegationibus suis non solum vtantur rationibus demonstratiuis.sed etiã grossis exemplaribus,& omnibus rationibus facientibus ad suum propositum.Quia quãdoq; vna simplex ratio mouebit animum iudicis ad sententiandum, sicut papa in dicto cap.per tuas.non vtitur illa ratione,per quam ibi fuerat lata sententia.facit quod notat Bald. in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.& ista libenter adduco,quoniam in cap.primo.extra de iudic. dicitur,quòd contumax in non veniẽdo,vel ante tempus,& sine licentia iudicis recedendo est excommunicatione dignus,vt in cap.certũ.xj.q.iij.& notatur per glos.singularem in cap.duo sunt.nonagesimasexta distinctione.vbi gloss.dicit tanto esse maiorem contumaciam, quanto surgit ex re minori: ideo Doctores in dicto cap. primo.colligunt ex illo textu, quòd contumacia est peccatum mortale,aliter propter eam non posset excommunicatio ferri,vt xj.quæstione iij. cap.nullus.& cap.nemo.Sic etiam notat Antonius de Butr.in cap.cum non ab homine.eodem titu.de iudic. vbi ipse Baldus dicit, quod quando quis est condemnatus,& postea excommunicatur, quia non obtemperat,dicitur excommunicatus propter crimẽ. Est enĩ maximum peccatum inobediẽtia,vt viij.q.j.cap.sciẽdum.& contumax dicitur infidelis, vt octuagesima quarta distinctione,cap.si presbyteri.vide ad hoc notata per glos.magnam, in principio in clemen.prima. de dolo.& per gloss. & Bartol.in l.omne delictum.§. j.ff.de re milita.& l.relegati.ff.de poe.Iudex enĩ nõ est contemnendus,vt dictum est,sed honorandus,in cap. vt debitus.extra de appellatio.& l.omnem honorem. C.quando prouoca.non est necesse.& facit quod habetur in cap.cum Ioannes eremita.extra de fide instrumentorum. quoniam iudicare,licet sit onus, est etiam honor.l.munerum.§.iudicandi.ff.de muneri.& honoribus.facit quod habetur in cap.si contra vnum.extra de offic.delega.libro vj.& viij.quæstione j.cap.qui episcopatum.ideo præceptum iudicis non debet remanere elusorium,vel inane,vt l.fina.ff.ne quid in loco publico.& iuribus superius allegatis,ideo in sacris literis Numerorum decimosexto cap.legitur, quòd propter contumaciam,& inobedientiam,quam commiserunt Dathan,& Abirom,cũ suis sequacibus contra Moysen,& Aaron, terra eos deglutiuit,& descenderunt in infernũ viuentes.Ex quibus patet,quòd iudici parendum est.¶Et secundum Petrum de Anchara.in repetitione dictæ regulæ,ea quæ fiunt à iudice.libr. vj.Illud quod dicitur hic de iudicis iussu,extenditur ad omnes iudices,ita quòd in hoc comprehenditur Papa,Imperator,Reges,& reliqui iudices ordinarij, delegati,& arbitri.Ad quod allegat id quod legitur,& habeť nonagesimasexta distinct. c.cum ad verum.& cap.si Imperator.facit cap.Regum.xxiij.q.v.& extra de rescriptis.

cap.cum dilectus.& cap.licet.extra de foro compet. & clem.pastoralis.de senten.& re iudica.& l.fin. ff. de iurisdi.omnium iudic.& l.non distinguemus. §. de officio.ff.de arbitr.& quo ad omnes est titulus generalis C.si à non compet.iud.iudica.esse dica.& sic obedientia,quæ debetur iudicibus,necessaria est.Necessitas autem,vt dicit Dy.in dicta regula,quod quis mandato. excludit præsumptionem doli.l.qui cũ maior.§.si pater.ff.de bon.libert.& l.si matrem.C.de calum.facit ad hoc l.quanquam.in principio.ff.de aqua plu.arcend. vbi Ioannes de Imol.allegat Dyn.& istam regulam.ibi enim qui sepulcrum, per quod aqua pluuia poterat nocere, iussu iudicis destruit,non tenetur de sepulcro violato.& facit l.si stipulatus.§.si lancẽ.ff.de solutio. Vbi secundum Barto.est pulcher casus menti tenendus,quòd restituens rem depositam iussu iudicis vni soli cohæredi deponentis,liberatur ab alijs cohæredibus propter iussum iudicis,qui facit cessare præsumptionem doli,& fraudem,cum etiam depositarius solum teneatur de dolo, vt ibi notatur,per gloss.& facit l.quod Nerua.ff.depo.cum ibi notatis.& in l.contractus.§.isto titu.vbi fuit plenè recitatum.ideo notat Ioannes de Imol.in allegato §.si lancem. quòd qui debet alteri solutionem facere,caute facit si soluat iudicis autoritate, quæ facit cessare omnem doli præsumptionẽ, vt hic,& ibi.& facit quod habetur in l.ait prętor.§.per mittitur.ff.de minori.& in l.furti.§.qui iussu. ff. de his qui notan. infam.& l.qui autem.§.apud Labeonem. ff.quæ in fraudem credito.& l.liber homo.la secunda.

Qui debet soluere, caute facit si &c.

4 ff.ad l.Aquiliam. ¶ †Ponit etiam hic Ioannes Andr. & etiam Dyn.in dicta regula,quod quis mandato.exemplum huius regulæ in milite siue executore iustitiæ qui occidit hominem condemnatum ad mortem exequendo iudicis sententiam,qui parere habet necesse, nec dicitur homicida,vt xxiij.quæstione v.cap.miles. & cap.cum homo.& cap.si homicidium. Quod tamẽ secundum Archidia.in dicto cap.miles.& cap.cum minister.quod ibi sequitur,intelligi debet,nisi faciat non causa iustitiæ, sed odij, vel vindictæ inferendæ, argumento illius textus,& dicti cap.cum homo.& dicti cap.sciendum. viij.qõ.j. ¶Et ex hoc atq; notatis per gloss.in dicta l.liber homo.dicit ibi Florianus de sancto Petro,quòd quia iudici in executione dictæ condemnationis ad vltimum supplicium parendum est, videtur quòd iudex ipse vbi non habet officialem executorem,potest aliquem ciuem loci cogere ad illam executionem faciendam.Cum subditus habeat parere necesse,vt hic,& iuribus allegatis. Recitat tamen quòd Gulielm. de Cug. tenuit contrariũ,nisi ille ciuis, quẽ iudex vult cogere,esset persona multum vilis. & hanc opinionem Gulielmi dicit esse probatam in l. prima. C.ne quis liber.inui.actum reipub. libro x.vbi Doct. recitati per Iacobum Rebuf.dicunt,quòd quamuis ingenui homines cogi possint officia publica administrare,& exercere,vt l.munerum. §. iudicis dandi.ff.de mune.& hono.hoc debet intelligi de officijs publicis honorabilibus.Sed si esset vile officium, quod redundaret in dedecus exercentis illud,vt est suspẽdere, fustigare, vel decapitare condemnatos per iudicem, homo honestus quantumcunq; subditus compelli non potest illud exercere,per illa iura,& per illud quod habetur in l.eius artificij.& l.hæc demum.ff.de oper.lib. ¶Per quæ dicunt Doctores,quod locumtenens Regis

Limitatio.

vel deputatus per Regem ad gubernationem alicuius
patriæ, vt Linguæ occitanæ, vel Prouinciæ, non pos-
set filiũ alicuius magni Baronis, status, vel generis co-
gere ad sumendum vel exercendum officium paruum
in patria, quod cederet dedecori illius, & sui generis.
Ad quod facit l. vnica. de Senatus consulto Claud. & l.
Iulianus scribit. ff. si quis omissa causa testam. quia ho
nor præferendus est omni lucro, vt ibi notatur per gl.
5 in fi. ¶ † Illud verò quod dictum est de executore iusti
tiæ in exequendo iudicis sentẽtiam criminalem ad vl-
timum supplicium, excusatur à dolo propter iudicis
præceptum, & autoritatem, vt in hac regula, & cõcor-
dantijs suis, procedit, nisi sententia iudicis lata foret cõ
tra legem, & esset aperte iniusta, quia executor tũc nõ
debet exequi, sed pertinaciter resistere, vt etiam dixi in
l. velle nõ creditur. supra isto tit. facit quod habetur in
l. quoniam iudices. C. de appellatio. & l. prohibitum.
C. de iure fisci. libro x. & l. deuotum. C. de metatis &
epide. libro xij. & per gloss. in cap. ex literis. extra de of-
Sublimitatio, 6 fic. delega. ¶ † Innocen. tamen in cap. si quando. eodem
titu. ibi recitatus per Panormita. illud intelligit quan-
do hoc qđ facit iudex, nõ est sibi cõmissum, quia tunc
potest ei tanquam priuato violenter resisti, vt dictis iu
ribus. Sed si procedat etiam iniuste in causa sibi com-
missa, vel ad officium suum pertinente, non debet per
vim sibi resisti nisi prius appelletur. Sed post appella-
tionem interpositam potest ei resisti, quoniam per ap-
pellationem est sua iurisdictio suspensa. Ad quod facit
dicta l. quoniam iudices. & cap. dilectus. extra de ap-
pella. Innocentius etiam in cap. dilecto. extra de sentẽ.
excommunicationis. libro vj. recitatus per Panormit.
in dicto cap. si quando. tenet quòd si iudex iniuriatur
alicui non seruato ordine iuris, potest ei resisti, per di-
ctum cap. dilecto. & per illud quod habet in l. nec ma-
7 gistratibus. ff. de iniur. ¶ † Cyn. verò super hoc articu-
lo in l. ab executore. C. quor. appellatio. non recip. di-
stinguit, quòd si per appellationis remediũ grauamen
iudicis, quod iniuste inflixit, possit releuari, non est ei
violenter resistendum, sed potius appellandum: cum
appellationis remedium sit ad hoc institutum, vt l. pri
ma. in principio. ff. de appellationi. vbi verò per ap-
pellationis remedium grauamen, quod inflixit iudex,
non esset reuocabile, tunc violenta resistentia esset per-
missa. Ipse verò Panormitanus recitatis dictis aliorum
8 in hoc se resoluit, † quòd si iudex extraiudicialiter pro-
cedit volũtariè, & animose potius vt pars, quàm vt
iudex, sibi resisti potest, sicut cuicunq; alteri violento
per iura allegata. & ita intelligit Innocen. in dicto cap.
dilecto. quod & tenet Salic. in l. prima. C. vnde vi. fi-
nali quæstione. Si verò procedat iudicialiter, & graua-
men quod infligit est irreuocabile per appellationem:
tunc potest sibi violenter resisti, vt puta si iniuste, & si-
ne ordine, mandaret aliquem suspendi vel decapitari:
quia post factum hoc est irreuocabile, est sibi tunc de
facto resistendum. ideo sicut etiam quilibet, quamuis
non coniunctus grauato potest appellare à iudice, vt
l. non tantum. ff. de appellatio. ita etiam potest resiste-
re pro grauato in hoc casu, vt etiam voluit Panormi.
in dicto cap. ex literis. super dicta gloss. quod dicit pro
bari in illo text. bene ponderato, quia quilibet homo
potest adiuuare proximum suum quando opprimi-
tur. ad quod facit dictum cap. dilecto. vbi est tex. & l. si
quis in seruitute. ff. de furt. & notat Bartolus in dicta
l. prohibitum. & facit quod habet xxiij. quæstione iij.
per totum. Si verò grauamen sit reuocabile per appel
lationem, si non sit notorium debet appellari, & non
resisti. vel secundum ipsum Panormitanum, si constet
appellationem tenere, resisti possit, quia post appella-
tionem à diffinitiua non remansit iudex, saltem quo
ad executionem, vel illius exercitium, & non est ius ap
pellantis relinquendum indiscussum, vt l. illud. ff. de pe
titione hæredita. Secus si dubitetur de validitate ap-
pellationis, vt ibi plenius per eum, & Doctores in lo
cis allegatis. Salicetus verò in dicta quæstione finali. l.
prima. C. vnde vi. dicit quòd quando dubitatur, an
iuste, vel iniuste iudex aliquid iudicet, præsumitur pro
eo, quòd iuste iudicauerit, vt l. Herẽnius. §. Caia. ff. de
euictio. facit l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic.
& est gloss. in cap. ad reprimendam. extra de officio or
dina. super verbo, excommunicatum fuisse. & quod
habetur in cap. bonæ. extra de electio. & cap. in præsen
tia. extra de renuntia. vbi præsumitur pro iudice, ideo
sibi tunc de facto non est resistendum, sed solum per
viam iuris, vt etiã hic tenet, & apertè prosequitur glo.
per iura, quæ allegat, & rationes suas. Hoc tamen vi-
detur intelligendum esse secundum supra dictam distin
ctionem Doctor. de reuocabilitate, vel non reuocabi-
litate grauaminis post appellationem. ¶ Aliud exem-
plum hic potest poni, vt ponit Dynus, & Ioan. And.
in dicto cap. quod quis mandato. in illo, qui iudicis
mandato corrupit album prætoris, quia cum non sit
in dolo, non punitur, vt l. si quis id quod. §. doli. ff. de
9 iurisdictione omnium iudicũ. ¶ † Sed pro declaratio
ne ampliori huius dictionis, officium, positę in textu
l. factum à iudice. quam hic accumulaui, sciendum est
ꝙ hęc dictio, officiũ, varijs modis in iure, & apud do-
ctos viros sumit. ¶ Quandoq; enim pro honore, vt
explanat Laurentius Valla in suarum Elegantiarum Laurẽtius
libro, referens illud, Missi sunt legati ciues, officij gra-
tia, & circunstabant Senatores Cæsarem sedentem in Valla.
sella aurea. officij gratia, id est, gratia honoris. Cicero
etiam in libro Officiorum, dicit quòd officium est vir
tutis actio, vel, vt ipse diffinit, est cõgruus actus alicu-
ius personæ, secundũ mores suæ ciuitatis. & idem Ci- Cicero.
cero in principio secundi Officiorũ, inquit, quòd nul-
la pars vitæ, nec publicis, nec priuatis, nec forensibus,
nec domesticis in rebus vacare officio potest. vt reci-
tat Petrus de Ancharano in principio suæ repetitio-
10 nis in allegata regula, ea quæ fiunt. libr. vj. ¶ † Quan-
doq; officium sumit pro amicitia quã hõ homini de-
bet, quod tamen dicit Salic. in l. prima. ff. manda. differt
ab illa amicitia tanquam genus à specie. Nam officiũ
est, quod homo homini debet, loquendo generaliter.
Ad quod facit l. vt vim. in fine. ff. de iustitia & iure. &
l. seruus. in fi. ff. de seruis. export. & cap. cum in officijs.
extra de testamen. cum similibus. Sed amicitia est inter
aliquos, & sic in specie: & per consequens, vt ipse dicit
11 inter paucos. ¶ † Dicitur etiam officium prout distin-
guitur à ministerio priuatarũ personarum, de quo in
text. & glos. & Bartolus in l. legatis suis. §. si ex officio.
ff. de legatis. tertio. Et horum officiorum quædam vi-
lia, quædam habentur honesta, vt ibi explanatur per
gloss. Litigia etiam aliquando dicuntur officia. Ad
quod facit cap. de præsentium. in fine. xvj. quæstione
prima. vt allegatur per Archidiaconũ in cap. primo.
extra de consuetudi. libro vj. vbi prosequitur, & post
cum

cum Dominicus de sancto Geminia. de latissima ap-
pellatione officij,& de differentia inter dignitatem, &
personatum,& officium ecclesiasticum,de quibus ec-
clesiasticis officijs plures rubricæ reperiuntur in iure
canonico,vt de officio Archidiaco. de officio Archi-
presbyte.de officio Primice.& similibus.Sed de his nõ
loquitur hic Iurisconsultus in hac regula,sicut nec etiã
de officio arbitri,de quo in l.non distinguemus.§.de
officio.ff.de arbitr.Nec etiã de officio tutoris,de quo
in l.prima.§.officio.ff.de tutel. & ratio.distrahen.Sed
hic loquitur de officio iudicis,quod est cũ iurisdictio-
ne,& autoritate à qua causatur dicti officij exercitium.
12 †vel vt dicit Baldus in l.prima.C.si à non competen.
iudice.vltima columna. iurisdictio, & officium diffe-
runt,sicut habitus ab actu,& sicut differt homo in ha-
bitu à seipso operante.iurisdictio enim est potestas de
publico introducta,& publica autoritate ob publicã
necessitatem ad finem exhibẽdæ iustitiæ.Sed officium
iudicis est executio illius potestatis,& est dirigere habi-
tum ad actum suum, igitur sine iurisdictione nullum
est officium iudicis, secundum eundem Baldum, qui
allegat Ioannẽ Monach. dixisse in cap. statutum. in
principio.extra de rescript.in sexto. quòd prius pote-
stas nascitur,quàm exerceatur ad actum.quod probat
iste text.& tex.dictæ regulæ,ea quę fiunt. in quibus ꝓ-
batur,quòd prius potestas nascitur, quàm exerceatur
ad actum,quoniam iurisdictio est vniuersorũ,sed offi-
cia singulorum,vt dicitur per eundem Ioannem Mo-
nach.in cap.cum in ecclesijs.extra de præbend.libr.vj.
13 †Prout autẽ de officio iudicis loquimur, id est, quod
cõpetit magistratui, de quo in his regulis tractamus,
dicit Albericus in allegata l. prima.ff.de iurisdictione
omnium iudicum.quòd sumi potest pro administra-
tione quam habet iudex:ideo dicimus, quòd durante
officio iudex non potest conueniri,vt l.senatus.ff. de
officio præsid.& l.pars literarum.ff. de iudic. Vel po-
test accipi pro exercitio ipsius officij,vt l.vnica.ff.de
officio consu.& l.prima.ff.de officio procons. & lega.
14 †Vel secundum eum,& etiam Baldũ in allegata l.pri-
ma.C.si à non competen.iudic.officium iudicis poni-
tur pro iurisdictione,quam habet,quæ iurisdictio est
qualitas officij,secundum aliquos.Sed iurisdictio ad-
hæret territorio,vt l.tertia.vltra medium.C. vbi, & a-
pud quos in integrum.& l.pupillus.§.territorium.ẽ.
titu.proximo.& l.prima.§. cum vrbem. ff. de officio
præfect.vrbis.& l.fina.ff.de iurisdictio.omnium iudi.
Vel secundum Gulielmum de Cug.allegatum per Al-
beric.in dicta l.prima.iurisdictio est qualitas officij,vel
idem cum officio.inter quæ est modica differentia.Nã
idem est dicere,quòd iudex habet iurisdictionẽ,vel ha-
bet officium. Ad quod in simili facit argumentum l.
inter tutores.ff.de administratio.tuto.& in authen. de
15 defens.ciuita.§.ipsos quoq. collatio.tertia. ¶†Et hoc
officium quod iudici competit,vt refert idem Alber.
sic potest diffiniri,quòd est scilicet potestas à iure per-
missa,seu exercitium illius potestatis. Cui diffinitioni
consentire videtur Bald. in allegata l.prima. C.si à nõ
competen.iudice.& ideo secundum ipsum in l.& pri-
uatorum.eod.titu.ille dicitur iudex incompetens,qui
non habet primordia iurisdictionis:ideo ille qui iudi-
catur debet esse subditus iudicanti,quia ab alio, quàm
suo magistratu,non potest iudicari,nec absolui, quo-
niam est extraneus.l.ij.& l.quoties.C.vbi sena.vel cla-
ris. Non tamen requiritur,quòd iudicandus sit subdi-
tus simpliciter,sed satis est quòd sit subditus ratiõe ori-
ginis,vel domicilij,imò etiam personæ,vt extra de fo-
ro competenti. cap.ex parte B.vel ratione contractus,
si ibi inuenitur,iuxta illa,quæ habentur in cap.Roma-
na.§.contrahentes.extra de for.competen. libro vj.&
l.item illa.§.Iulianus.ff.de constitu.pecu.Vel etiam ra-
tione delicti,vt per totũ titu.C.vbi de crim. agi opor-
tet.aliàs ille iudex non esset competens, & sic cõtra nõ
subditum non posset de causa cognoscere, nec iudica-
16 re, & si procederet, nullus esset processus.†Ita q; quã-
uis in curia talis iudicis statutũ esset, quòd nulla pos-
sit opponi exceptio exceptis paucis numeratis:posset
tamen opponi exceptio nullitatis,vel incompetentiæ
iudicis,per quam radicitus nulla sibi competit iurisdi-
ctio in opponentem,non obstante statuto prædicto,
vt tenet idem Bald.in dicta l.prima.C.si à non compe-
ten.iudic.& in l.generaliter.C.de episco.& cleri. & in l.
scire oportet.§.fina.& l.qui testamento.ff.de excusa.tu
torum.& notatur per gloss.per omnes cõmuniter al-
legatam in clem. vnica.de sequestra. possessio.& fruct.
17 ¶†Imò est bene notandum,quòd vsurpãs iurisdictio-
nem sibi non competentem puniri debet in quinqua-
ginta libris auri,vt in casu l.si quis.la secunda.C. de a-
quę duc.libro xj.Et etiam quandoq; l.Iulia maiestatis;
l.tertia.in fin.ad l.Iuliam maiest. faciunt notata in cap.
tua nos.extra de homicidijs.& in cap.non est sine cul-
pa.extra isto titu.libr.vj.¶Quod debet intelligi secun-
dum Iacobum Rebuf.in dicta l.si quis.in eo,qui nul-
lam habet iurisdictionem : secus in habente aliquã iu-
risdictionem,& illam extendente vltra q̃ debeat,quia
tunc arbitrariè debet puniri : quoniam facilius iurisdi
ctio extenditur,quàm de nouo tribuatur.ideo iurisdi-
ctio habentis aliquam de consensu partium potest ꝓ-
rogari,vt l.prima.& secunda.§.si iudex.ff.de iudic. & l.
ea quæ.ff.ad municipa.l.si quis ex consensu.C.de epi-
scop.audien.facit l.sed si manente.ff.de precar.& quod
18 notatur in cap.P.& G.extra de offic. delega.†In illum
tamen,qui est priuatus nullam habens iurisdictionem
non possunt litigare volentes iurisdictionem proroga
re,vt l.priuatorum.C.de iurisdictio. omnium iudicũ.
¶Quod procedit etiã si putabatur habere iurisdictio-
nem secundum Alber.in allegata l.prima.ff.de iurisdic.
omnium iudic.& Anto.de Butr.& Ioannem de Imol. Exten-
in allegato cap.P.& G.& est ratio, quia eius quod nõ sio.
est nulla est extensio,quoniam non ens nõ habet qua-
litates,vel differentias.l.actor.cum ibi notatis.C.de ꝓ-
batio.& quodcunq; agens non agit nisi in materia exi- Vide
stente,& susceptibili.l.si quis ex aliena.ff.de iudi. Sicut pulchra
enim sine materia nulla species effici potest,vt ibi:sic dicta de
etiam sine iurisdictione potestas iudicialis exerceri nõ iurisdi-
potest,quia,vt dictum est,iurisdictio magistratuũ de- ctione.
bet præcedere,vel iudicãtis officium,secundum Ioan.
Monac. in allegato cap.statutũ.extra de rescrip.lib.vj.
Ad quod facit l. vnica.C.qui pro sua iurisdic.& qđ
habetur in text.l.ij.§.post originem.ff.de orig.iur. qui
hoc probat,quæ sunt verba Baldi in tit.de pace iura.
firmã.§.ad hæc.Omnis eñ iurisdictio pertinet ad prin-
cipem supremum. Ille enim est, qui iurisdictiones tri-
buit creando magistratus,vel confirmando aut præ-
stando autoritatem creandi,vel confirmãdi, vt d.l.j.§.
cum vrbem.ff.de officio præfect.vrb.& in authen.de
defens.ciui.§.interim.collatio.iij.ita quòd minima etiã

iurisdictio non potest conferri,nisi autoritate princi-
pis mediata,vel immediata,vt notatur in l.imperium.
ff.de iurisdictio.omnium iudic.& dicta l. priuatorum.
& notat Innocen.in cap.cum ab ecclesiarum. extra de
offic.ordina.facit quod habetur in l.probatorias.cum
l.sequen.C.de diuer.offic.libro xij.& l.vnica.C. de mā
da. princip.Ex quibus apparet iurisdictionem esse a-
pud principem tanquàm apud fontem à quo fluit,&
refluit,sicut flumina fluunt à mari,& ad illud refluunt.
19 †Fluit enim omnis ab eo iurisdictio per cōcessiones,
commissiones,& confirmationes, & refluit ad ipsum
per appellatiōes, nullitates,& querelas, de quibus cū
princeps incipit cognoscere, omnibus alijs est imposi
tum silentium,vt notatur per Innocentium in cap.cū
M.Ferrariensis.extra de constitu.Nec mirum,quia ple
na iurisdictio in solo principe consistit,vt dicit Specu.
titu.de iurisdict.omnium iudicum.in vers.diuidit.facit
Institu.de iure natura.§.sed quod principi.& cap. nisi
specialis.extra de auto.& vsu pal.& cap.quod transla
tionem.de officio lega.& cap.proposuit.de concessio.
præben.quæ canonica iura loquuntur de autoritate
Papę,& ix.quæstione iij.cap. cuncta per mundum.
& cap.per principalē.quia vicarius est Christi, cuius
est terra,& plenitudo eius,vt Psalmo tricesimosecun-
do,& tricesimaquarta,quæstione ij.§. vbicunq;. & di
cit Christus,Matthæi vltimo cap.Data est mihi oms
potestas in coelo & in terra.de quo aliquid recitatum
est in l.quoties idem sermo.ff.isto titulo.in quæstione,
an possit papa in temporalibus legitimare in terris

Imperator an sit dñs orbis.

20 Imperij.¶†De imperatore verò an sit dominus orbis
habetur in l.deprecatio. ff.ad l.Rhod.de iact.& l.bene
à Zenone.C.de quadrien.præ.& in titulo de pac.iura.
firmā. in principio.& per Doct. in cap.per venerabi
lem.extra qui filij sint legitimi.& Gulielmus de monte
Lauduno in clem. vnica. de iureiur.super verbo, api-
cem.vide glos.super rubrica.C.de stud.liber.vrb.Ro.
libro xj.& Barto.in extrauaganti,ad reprimendum.su
per verbo,totius.& quod habetur in clem.pastoralis.
de re iudica.& Alber. & Ioannes Fab.in l.prima.C.de
sum. trini.& Oldrad.q.ccxcj.quæ incipit,Consueuit
dubitari, qui plenissimè tangit, an omnes Reges, &
principes debeant de iure subesse Imperatori.& tangit
Bal.in procemio Digestorū.& Bart.in l.hostes. ff.de
cap.& postli.reuer.& Hosti.in summa.de officio ordi-
na.§.ij. versu,sed Imperator. vbi perfunctoriè, & sine
bonis fundamentis loqui videtur.faciūt & cæteri Do
cto.in suis locis prout quisq; sentit determinantes qđ
eis videt̄,& id debet relinqui determinationi sanctę ma
tris ecclesiæ,& potest attendi propter illud quod scri-
ptum est in dicto §.sed quod principi.ad verba beati

Augustinus.

Augustini in quarto libro de ciuitate Dei,cap.vj. sic
dicentis,Inferre autem bella finitimis, & inde in cætera
procedere,ac populos sibi nō molestos sola regni vo-
litate conterere, & subdere, quid aliud quàm grande
latrocinium nominandū est.¶Quo igitur iure popu
lus Roman⁹ Imperiū orbis ad Imperatorē trāstulerit,
vt dicit tex.alleg.§.sed qđ principi. determinet sancta
mater ecclesia ne de errore arguamur in hoc articulo
21 in quo plures Doct.sunt diuisi.¶†Vos tñ ad sciendū
vnde habuit originem iurisdictio,& an sit apud fide-
les,& infideles,videte Innoc.in cap.quod super.extra
de voto.vbi dicere videtur, quod iurisdictio incœpit
in mundo à potestate patris in filium.quem ad hoc al-
legat Bald.in l.prima.C. de episcop.& clericis.facit l.
in suis.ff.de liberis & posthum.vbi iure veteri licebat
patri interficere filium.Videre etiam potes Innocen.in
cap.licet ex suscepto.extra de foro competen.& Archi
diaco.xj.quæstione iij.cap.cui est illata.& Albericus su
per rubrica.C.de iurisdictione omnium iudicum . & l.
prima.ff.illo eodem titu. Quicquid autem sit,putan-
dum videtur atq; credendum,quòd nulla est in mun-
do potestas,nisi à Deo siue iubēte,siue sinente, hoc est
permittente,secundum beatum Augustinum recitatū
per Gratianum. xxiij.quæstione j.cap.ordo.& quod
notatur per gloss.viij.quæstione.j.cap.audacter.vide-
mus enim iurisdictionem esse apud Pontificem maxi
mum,Imperatorem,& Reges,qui suis officialibus illā
22 concedunt,& committunt.¶†Et est eius iurisdictio-
nis triplex diuisio,vt dicit Specul.in dicto titu.de iuris
dictione omnium iudic.vers.notādum quoq; est. quia
quædam est meri Imperij, alia misti, & tertia bassæ iu
risdictionis,siue modica coertio,de quibus plenissimè
tractatur & habetur in l. Imperium.ff. de iurisdict.o-
mnium iudicum.Et,vt ibi dicit Albericus, iurisdictio
in genere scripta omnes articulos dictæ diuisionis cō-
prehendit,vt l.prima illius titu.& in authen.de defens.
ciuit.§.nulla. & dicto §.ipsos quoq;.collatione tertia.
Quod enim iurisdictio sit genus,probari potest,quia
ponitur in diffinitione omnium specierum,vt probat
text.l.primę.vers.vnde errare videntur.ff. de offic.eius
cui est mand.iur.vbi etiam merū Imperium vocat iu-
risdictionem.Sic enim Imperium principaliter, & sim
pliciter sumptum tripliciter potest considerari, scilicet
quo ad maximas causas , & dicitur tunc merum: sed
quo ad medias,dicitur mistum:& quo ad minimas di
citur iurisdictio in specie sumpta.quod patet ex textu
dictæ l.Imperium.quæ plenissimè explanatur ibi per
Doctores.de quibus vide quæ fuerunt per me recita
ta in l.nemo potest gladij potestatem.& l.omnia quæ-
cunq;.ff.isto titu.Sed de his,& illa concernētibus suffi-
23 ciat remissio ad loca superius allegata.¶†Vnum tamē
circa præmissa debet notari,quòd qui possessoriè de-
ducit iurisdictionē ad se ptinere , debet allegare titulū,
vt dicit Bald.in l.prima.C.si de momen.possid. fue.ap
pella.¶Quod verum debet intelligi quādo agitur cō-
tra principem,cuius iurisdictio est fundata iure cōmu-
ni.& ita intelligendum est illud,quod notatur per Io-
annem Fab.& Doctores in dicta l.prima.C. de sum.
trinita.Ideo propter prædictam præsumptionem,quę
facit pro principe agens,debet allegare & probare ti-
tulum,vt C.de probatio.l.siue possidetis.cum simili-
bus.¶Possessio tamen iurisdictionis non probat̄ per
exercitia illius in contumaces,vt notatur per Bald.in
tit.de cōsue. rec.feu.c.sacramentum.quia tunc non di-
citur iudex possidere nisi labia sua quando sibi nō pa-
retur, secundum Innocen. in cap.olim.in tertio.extra
de restitu.spolia.Ideo probari oportet,quòd illius iuss-
sibus sit obeditum.ad hoc vide Bald.in l.fina.C.de re
iudica.qui allegat Innoc.in c.innotuit.extra de eo qui
furt.ordi.suf.¶Vnum etiam circa præmissa debet no-
tari,q; secundum Iaco.Rebuf.in l.eos. C. de aquę duc.
libro xj.Si consulibus alicuius loci concedatur iurisdi
ctio,& ipsi dolose excedāt, concessionem illam perde-
re debent.arg.d.l.eos.& in authen.de tabel.§.nos autē.
collatio.iiij.Sed si nō excedant dolose, non in totū pri-
uantur,sed restringitur iurisdictio.arg.ad hoc cap.va-
sallus

sallus.Io secūdo.in titu.si de feu.fue.contr. & cap.tua-
rum.extra de priuileg.& xj.q.iij.cap.priuilegium.& l.
Iudæos.C.de Iudæ. Et hæc dicta sint ad intelligendū,
quòd iudicibus propter eorum iurisdictionem,& au-
toritatem, sicut superius dictum fuit, debetur honor,
quoniam dicuntur habere dignitatem,vt l.fina.ff. de
albo scrib. & facit quod notatur in cap.quia nōnulli.
extra de præben.& iiij.distinctione.cap.deniq.in prin
cipio.& xxiij.q.v.cap.administratores. vbi prærroga-
tiua secularis dignitas appellatur,vt notat Archidiac.
per illum text.in allegato cap.primo.extra de consuet.
libro vj.& propter dignitatem, qui iudicis iussu ali-
quid facit excusatur,cum habeat parere necesse, vt in
hac regula, qui iussu. Dum tamē ad eius iudicis per-
tineat officium.aliâs non esset ratum,quod iuberet,vt
in hac regula,factum à iudice.Sed vbi pertinet ad eius
officium,illi debetur obediētia. Nec contumaciter de-
bet sibi per subditos inobediri,aliâs inobediētes varijs
modis puniri possunt,vt inferius dicetur.¶Hoc tamē
explicitè teneri debet fixum memoriæ,quòd vt iudici,
aut alteri, cui obedientia debetur, pareatur,duo debēt
cōcurrere,scilicet vt illud,quod præcipit,sit de suo of-
ficio.Aliud quod sit iustum,vt in cap.Iulianus.& cap.
qui resistit.xj.quęstione.iij.& notatur in cap.ex parte.
extra de accusa.Istis verò concurrentibus inobediens,
24 vt dictum est,potest iure puniri. †Et ideo primo sta-
tuerunt iura quòd contumax velut inobediens,nō au
diatur appellans,vt l.ex consensu.§.fina.ff.de appella.
qui est melior text.iuris,secundum Barto.ibi ad scien-
dum quis dicatur vere contumax: & statuitur in pœ-
nam contumaciæ,quod non appellet,vt ibi,& nota-
tur in l.prima.§.fina.ff.quando appel.sit.& ij.quæstio
ne vj.§.sunt etiam quorum.& l.contumacia.ff.de re iu
dica.Vbi dicit Ioannes de Imola,hoc esse verum,si sit
verus cōtumax, vt l.& post edictū.§.fi.ff.de iud.con-
cordat l.properandum.§.sin autem reus.C.de iudic.&
l.prima.C.quorum appella.non recip.& xxiiij.q.iij.
cap.de illicita.& ff.de re milita.l.omne delictū.in prin-
cipio.& §.primo.& notatur per Innocentium in cap.
primo.extra vt lit.non contesta.& per Ioannem And.
in gloss.maxima.in clemen.si ante.extra de dolo & cō-
tumac.& per Barto.in l.fina.ff.de in integrum restitu.
25 ¶†Quod verum dici debet in contumace in non cō-
parēdo, secus esset in cōtumace in non parendo, qui
bene potest appellare,vt l.creditor.§.iussus.ff. de app.
& ibi notatur per gloss.& per Ioannem de Imol.in di-
cta clemen.prima.de dolo & contumac.vbi redditur
ratio,quia contumax in non veniendo peccat in duo-
bus,scilicet quia non venit,nec paret, vt habet facere
necesse,vt in hac regula, qui iussu.Sed cōtumax in nō
parendo solum peccat in vno,quia bene cōparet, sed
26 non paret.¶†Illud etiam quod dictum est contuma-
cem in non veniendo non audiri appellantem, dicit
Bald.in dicto §.sin autem reus.esse verum quando est
verus,& euidens contumax.Primum probatur ibi in
textu ex dictione contumaciter, & secundum in ver-
bo,noscitur.Et si de hoc dubitetur, iudex, vt inquit
idem Bald.se summatim debet informare, vt notatur
in dicta cle.j.de dolo & cōtu.¶Subdit tamen ipse Bal.
quòd in dubio est appellationi deferendū,quia præsu
mitur in hoc pro appellante.l.pe.in fi.ff.de iurisd.om.
iud.Non tamen quo ad finalem exitum controuersię,
vt d.l.Herennius.§.Caia.ff.de euictio. & alijs iuribus
circa hoc superius allegatis.Et ista procedunt in citato
ab homine.secus in citato à lege,quia ille auditur ap-
pellās,vt not. in alleg.cle.& p Cy.& Bal.in d.§.sin aūt
reus.& sic in maiori contumacia constituitur citatus
ab homine,quàm citatus à lege.quod dicit Bal.esse no
27 tandum.¶†Istud tamen sicut tangit glos.in dicto §.sin
autem reus.super verbo,contradictionem,verū debet
intelligi,q verus & euidens contumax in non compa
rendo non auditur appellans,sic scilicet si ex volunta-
ria causa,vel ex contumacia non comparuit: quia se-
cus est dicendum,si iusta,& probabili causa absfuerit, Sublimitatio.
vt l.quia absente.cum ibi notatis.C.de procurato.
28 ¶†Vult etiam gloss.quòd ex causa voluntaria contu-
macis contumax audiatur appellans, si veniat iudice
sedente pro tribunali,vt l.diuus.ff.de in integrū restit.
29 ¶†Et quia in hoc articulo multæ,& diuersæ sunt opi- Quis dicatur vere cōtumax.
niones glossarum,& Doctorum,quis dicatur vere cō
tumax,quæ colliguntur in dicta clemen.de dolo & cō
tuma.& Bald.& Doctores in dicta l.fina.& Angelus
in dicta l.& post edictum.§. fina.& iuribus superius
allegatis.iste articulus latius, & clarius examinandus
est. gloss.nanq; in l.ea quæ.C.quomodo & quando
iud.videtur vocare verum contumacē illum,qui per-
sonaliter citatus non comparuit.& idem sentit in dicto
§.fina.l.ex consensu.sed in allegata l.diuus.plus requi-
rit gloss.ad hoc,vt quis verus cōtumax dicatur, quòd
inuentus & citatus dixerit se nolle venire. Sed contra
illam gloss.videtur text.in dicta l.properandum. §. &
si quidem.& dicto §.sin autem reus.vbi ad literam di-
cit,quòd ter citatus etiam non inuentus,non auditur
appellans.& etiam in dicto §.fin.l.ex consensu.citatus
non fuit inuentus,nec dixit se nolle venire, licet citatio
30 ad eius notitiam peruenerit.†Ideo pro concordia sen-
tentiarum,glossarum,& Doctorum in locis allegatis
clarius dici potest,Quod quidam est verus contumax
& expressus seu euidens apparenter,& existenter,vt
est ille qui inuentus, & citatus dixit se nolle venire, &
non venit,qui non est amplius citandus.l. Fulcinius.
in fi.ff.ex quibus causis in possessio.ea. secundum Gu
lielmum de Cug.& gloss.Ioan.in dicto cap.de illicita.
& Innocen.in cap.ad petitionē. extra de accusa.& Bar.
in allegata l.fina.de in integrum restitutio.& Hostien.
in cap.venerabili.extra de dolo & contumac. de quo
plenius videri potest Ioannes de Imol.in allegata cle-
men.eodem titu.versu,iuxta prædicta occurrit dubiū
&c.Et iste postea veniens non auditur appellans, nec
à iudice à quo cui non paruit,nec à iudice ad quem, &
sic sententia contra eum lata transit statim in rem iu-
31 dicatam, per iura allegata.¶†Quidā est cōtumax ma
nifestus apparenter,vt quia personaliter recitatus di-
cit se nolle venire:tamen non est verus existenter, quia
mutato proposito volebas venire,sed fuit impeditus
aut dolo aduersarij seu aliquo casu sine sua culpa, &
iste nō auditur appellans corā iudice à quo,cui, vt vi-
det,non obediuit,sed corā iudice ad quē probato im-
pedimento poterit audiri, vt l.sciendum. ff.de appella-
tion.recipi.& l.à proconsulibus.C.de appellation.se-
cundum Bartolum,quia iudicis maiestatem non con-
tempsit secundum Petr.de Ancharano in dicta clemē.

de dolo & cõtumacia. recitatus ibi per Io. de Imol. vo-
luit istum probare volentem impedimẽtum prædictũ
coram iudice à quo esse audiendum, cum sit eadem ra-
tio, quia fortè iudex à quo reuocabit grauamen do-
cto de impedimento, in cap. cum Bertholdus. extra de
senten. & re iudicata. & sic euitabitur circuitus, qui vi-
tandus est, vt l. dominus testamento. ff. de condictione
indebiti. & in clemen. auditor. extra de rescriptis. Di-
ctus verò Ioannes de Imola huic opinioni cõtradicit
secutus Bartolũ: quoniam hæc non est cognitio iudi-
cis à quo, cuius pronunciatio nihil præiudicaret, sed
est cognitio iudicis ad quem in cap. dilecti. extra de re-
script. & dicta l. sciendum. imò si quis bene consideret,
esset maior circuitus, si coram iudice à quo qui tulit
diffinitiuã sententiam, per quam functus est officio, vt
l. iudex. ff. de re iudica. audiretur volens probare impe
dimentum allegatum, vt possit appellare, & postea ire
ad iudicem ad quem, coram quo facilius super impe-
dimento, & principali causa audiretur. Circa hoc po-
test videri Innocentius in cap. pastoralis. in gloss. su-
per verbo, suspendatur. extra de officio delegati.
32 ¶ †Alius est verus, & præsumptus contumax existen-
ter, & apparenter, sed non manifestus vel expressus, vt
est ille qui personaliter inuentus, & citatus nihil dicit,
vel dicit se venturũ, tamen nõ venit nullo iusto impe-
dimento neq; vlla iusta causa detentus, & hic à iudice à
Limitatio. quo, & iudice ad quẽ, non auditur appellãs. Et hoc ve
rum nisi veniat iudice sedẽte pro tribunali, vsq; ad qđ
tempus potest moram purgare, quæ moræ purgatio
per comparitionem prædictam illo tempore tollit præ
sumptionem contemptus, & cõtumaciæ, & retro fin-
33 gitur non contumax, vt dicta l. diuus. ¶ †Quidam est
verus contumax existenter, sed non præsumptus seu
apparenter, vt est ille qui non fuit inuentus personali-
ter, sed citatus domi, quæ citatio ad eius notitiam per-
uenit tali tempore, quòd potuisset die assignata com-
parere, hoc tamen iudici aliter non constat & iste audi
tur appellans etiam à iudice à quo, cui non liquet illũ
esse vere contumacem: sed si coram iudice ad quem ad-
uersarius probauerit citationem prædictam congruo
tempore ad eius notitiam peruenisse, nõ erit super il-
lius appellatione procedendum. Et ita secundum Io-
annem de Imol. potest intelligi textus in dicto §. sin au
tem reus. in allegata l. properandum. & illud quod no
tauit gloss. in dicta clem. de dolo & contumac. in ver-
su, & ex his. ¶ Vult tamen Salic. in dicto §. sin autem
reus. istum contumacem coram iudice à quo non esse
audiendum appellare volentem si coram eo prius fue
rit probatum, quòd citatio ad ipsius notitiã congruo
tempore peruenerit, vt dicta l. ex consensu. §. fina. Ta-
men quantumcunq; iudex à quo appellationem ad-
miserit, vel non admiserit, iudex ad quem non impedi-
tur cognoscere, an ei esset vel non esset deferendum,
34 vt probatur in dicto §. fina. ¶ †Quandoq; quis est fi-
ctus seu præsumptus contumax apparenter, & existen
ter, sed non verus, quia non fuit inuentus, nec citatio
peruenit ad eius notitiam, vel peruenit tali tempore,
quòd non poterat die assignata comparere, & iste sine
Colligere ex prædictis. dubio auditur appellans, vt l. ab eo. C. quomodo
35 & quando iudex. ¶ †Ex quibus colligi potest vnus
breuis epilogus, videlicet, quòd contumax in non ve-
niendo non auditur appellans, vt iuribus allegatis. &
ille dicitur quo ad hoc contumax in non veniẽdo, qui
habuit notitiam citationis tali tempore, quòd potuit
comparere nullo iusto impedimento detentus, & non
comparuit, vt dicta l. ex consensu. §. finali. Nec est ne-
cessaria illa distinctio, an fuerit vel non fuerit perso-
naliter inuentus, nisi quo ad præsumendum contuma
ciam, vel eam non præsumendum, quæ præsumptio
sufficit iudici, vt debeat vel non debeat appellationi
deferre, quod colligere debet ex actis, vel probatis co-
ram eo. Circa hoc tamen videte plenius Doctores in
locis allegatis, & Ioannem And. in additionibus Spe-
cul. titulo de contumacia. §. j. circa principium.
¶ Dat etiam Salic. cautelam in dicto §. si autem reus.
iudici admittenti appellationem contumacis, vt dicat,
quòd illam admittit, si & quatenus de iure sit admit-
tenda, & in dubio illam admittere debet, ne incidat
in pœnam l. quoniam iudices. C. de appellationibus.
36 ¶ Sed opportune quæritur, si contumax qui non de-
bet appellans audiri de facto appellauit, & fuit admis-
sus ad appellandum, vtrum coram iudice ad quem
debeat obtinere, si sententia iudicis à quo inueniatur
iniusta. Quidam tenuerunt quòd non, quia talis ap-
pellatio nõ deuoluit negotium ad iudicem ad quem.
sed Angelus in dicto §. finali. lege, & post edictum. te-
net contrarium, quia licet iurisdictio in ea causa non
videatur inesse iudici ad quem, tamẽ eam admittẽdo,
& pronunciando causam ad se esse deuolutam, facit
quòd sua sit iurisdictio adeo, quòd de illa postea non
potest contendi, vt in cap. super literis. vbi per Inno-
centium in gloss. super verbo, forsan. extra de rescript.
quia licet sententia ius non faciat inter partes, nisi ap-
pelletur, vel hoc est, vbi ille qui iudicat nullam ha-
bet iurisdictionem, quo casu etiam non est necesse ap-
pellare: si tamen sit verus iudex habẽs iurisdictionem,
licet in illa causa posset refutari, si tamen pronunciat se
iudicem, & non fuit appellatum à pronunciatione,
tenebit quicquid fecit in causa principali. & ita vi-
37 detur residere Innocentius. †Vt ergo videtis, prædi-
cta à iure constituta sunt contra inobedientes contu-
maciter iudicibus, & eorum iussa contemnentes.
¶ Quæ faciunt, quod quamuis quis de domo sua, quæ
tutissimum refugium vocatur, vt l. plerიq;. ff. de in ius
vocando. & l. nemo de domo sua. supra isto titulo.
non possit extrahi: imò nec eo inuito citans illum ius-
su iudicis non debet ingredi domum suam pro citan
do, sed ante fores domus fienda est citatio, vt notatur
per Speculat. titulo de citatione. §. sequitur videre. ver
su, sed an reo inuito extrahi non potest. propter ta-
men contumaciam, & contemptum iudicis extrahi
potest de domo sua: vt puta dicunt Doctores, Si cui
præceptum fuerit autoritate iudicis, vt veniret, & in
contemptum iudicis venire recusauit, extrahi potest
de sua domo, quia hoc ipso deliquit, quòd non pa-
ruit iudici, vt in hac regula, quæ dicit quòd habuit
38 parere necesse. †Ideo dãt Doct. practicã, & cõsiliũ, vbi
quis latitat domi, vel se malitiose occultat ne vocetur
vel citetur, fiat taliter, quòd personaliter comprehen-
datur, & citetur verbo per nuntium, & si non compa-
reat condemnetur, tunc poterit extrahi de domo: quia
deliquit. Hæc est doctrina Bartoli, qui ita consuluit
in l.

in l.cum eo crimine circa fin.ff.ad legem Iuliam pecul.
39 quod est notandum. ¶ † Addatis ad præmissa,& me-
moriter tenete,quòd iudex ex causa inobedientiæ sibi
factę per subditum potest illi iustitiam denegare,secun
dum Baldum, & Alberic.in l.sed & si per prætorē.§.
actio.versu, sed & si dum decreto.ff.ex quibus caussis
maior.Dicit tamen Alberic.ex sententia Hostiensis in
summa.extra de offic.ordin.§.quid pertinet.versu,se
cundo.quòd licet iudex inobedienti tali iustitiam de-
negare possit,nō tamen debet ei iniustitiam facere,sed
potest, vt dictum est,ratione inobedientiæ illi inobe-
dienti in quacunque causa sua denegare iustitiam,per
40 illum textū notabilem,† per quem secundum Barto-
lum ibi fundantur statuta,quæ dicunt, quòd bannito
ius non reddatur:quia hoc est propter inobedientiam,
qua inobedientia cessante si iudex requisitus nolit iudi
care,aut recuset facere iustitiam,facit litem suam,& pu-
nitur, vt l.argentarius.§.cum autem.ff.de edend.cum
ibi notatis.& l.si quando.C.de inofficioso testamen.
& l.si quis in conscribendo.in fin.C.de pact.Institu.de
obligation.quæ ex quasi male.in princip.cum simili-
41 bus.¶ † Sic etiam iudex,qui requisitus de iustitia,& si-
ne causa obmutescit,vel non loquitur,videtur iustitiā
denegare,vt in cap.vnico.de milite vasal.qui con.est.
cum ibi notatis per Baldum.& per Ioan.de Anania in
cap.excommunicamus.§.moneātur.in fine.extra de
hæreticis.per iura,quæ allegat multa.

42 ¶ † Hoc etiam est,quòd à tali iudice denegante iusti-
tiam sine causa potest appellari: quia illa denegatio
absorbet totum ius petentis.l.intra vtile.ff.de mino.&
l.ante.C.quorum appella.non recip. Et etiam,quia
sic denegare iustitiam est iniuriosum,à qua iniuria po-
test appellari,dicta l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mi
nor.& l.cum Titia.ff.de appellation.& l.prima.§.si
quis tutor.ff.quan.appellan.sit.& C.si sæpius in
integrum restitu.postu.l.prima.& per Innocentiū in
dicto cap.licet ex suscepto.& cap.ex tenore.extra de fo
ro competenti.& cap.interposita.extra de appellatio.
Vel potest pars si velit tarditatem iudicis,apud prin-
cipem in querelam deducere,vt l.cum anterioribus.§.
illud.circa finem.C.de tempo.appellatio.

43 ¶ † Per denegationem tamen aut dilationem iustitiæ,
quam facit iudex,non amittit iurisdictionem suam,ni-
si in casu quando ter monitus negat clerico sine causa
facere iustitiam,vt in authen.statuimus.in fin.C.de epi
sco.& cleri. vbi videte Baldum.& illud quod habetur
in authen.de quæstio.§.super hoc.colla.vj.& in authē.
vt litigantes iurent.§.primo.collatione nona.

¶ Et etiam iudex denegans iustitiam incurrit indigna-
tionem principis,vt in aut.de manda.princip.§.sit ti-
bi quoque tertium studium.colla.iij.facit xj.quæstio.
iij.cap.ipse ligandi.& extra de offic.ordin.cap.signifi-
cauit.Auferri enim debet regnum non facienti,& dari
facienti iustitiam,Ecclesiastici xiij.cap.& Matthæi xxj.
in fin.& xxiij.quæstione vij.cap.si de rebus.

44 ¶ † Potest etiam quis ab officio iudicaturæ priuari,
vel alia dignitate propter scelus in officio commis-
sum vel eo durante. Nec potest ad illud redire, vt l.
iudices.C.de dignita.libro xij.facit text.& gloss.in au-
45 thenti.de armis.circa finem. ¶ † Imo etiam propter ne
gligentiam in officio, vel administratione cōmissam,
vt notatur per glos.in l.mancipia.ff.de seruis fugi.& l.
si aliquid.C.de suscepto.præpo.& arcarijs.libro x.&
l.tutor.§.fina.ff.de suspect.tuto.& l.tertia.C.de procu
ratori.& l.fina.C.de administra.tut.& allegata l.iudi-
ces.& l.si quos.vbi per Alberic.cæteris plenius in hac
materia loquentem,& allegantem.C.de offi.præfecti
46 præto.ori.& Illyrici. ¶ † Quo modo autem dicatur
iudex in negligentia, ponit Baldus in dicta l.manci-
pia.& dat casus infrà scriptos, videlicet,si recuset re-
cipere libellum querimoniarum sibi oblatum per
querelantem, quo casu facit litem suam.& refert ipse
Baldus se vidisse vnum iudicem condemnari eo quòd
noluerat procedere super accusatione sibi producta,
sed eam portauerat ad cameram suam.

¶ Sic tamen intelligit Bartolus in dicta l.mancipia.
hoc procedere,scilicet quòd teneatur tunc iudex actio-
ne descendente ex varijs partibus iuris,per ea quæ ha-
bentur in authenti.vt differen.iudic.collatio.ix. Non
autem actione in factum tantum descendente ex qua-
si maleficio,vt l.ex maleficijs.§.si iudex.ff.de actioni-
bus & obligation.& l.fina.suprà de varijs & extraor-
dina.cogni.& Institut.de obligatio.ex quasi malefi.in
47 prin.cum ibi notatis. ¶ † Dat etiam aliud exemplum
de hoc Baldus in allegata l.mancipia.si iudex,coram
quo fuerunt producti testes,eos noluit examinare,
vt dicta l.argentarius.§.cum autem. ¶ Vel si non fe-
cerit furtum vel damnum datum passo restitui, vt in
dicta l.mancipia.quoniam in hoc præsumitur dolus,
vel lata culpa. Ad quod facit text.cum ibi notatis,in
l.prima.§.sciendum.in princip.& versicu.diuus.ff.de
48 magistra.conue. ¶ † Circa hoc tamen, quod dictum
est de negligentia iudicis in examinando testes produ
ctos per dict.§.cum autem.dicit ibi glos.quòd tenetur
iudex parti ad interesse actione in factū ex quasi male-
ficio.Sed secundum Bartolum tenetur condictione ex
l.si quando.C.de testibus.in fin.

Iis duobus casib⁹ dicit etiã negligens.

49 ¶ † Notari tamen debet,quòd licet testes iurati sint,
sed non examinati,non potest iudici imputari negli-
gentia,nisi pars illos producens sollicitauerit ipsum iu
dicem ad illos examinandum, & fuerit protestata,vt
notauit Bartol.in l.quarta.§.hoc autem iudicium.ff.
de dam.infect.vbi text.hoc bene probat. Ad quod fa-
cit l.prima.C.de suscepto.præpo.& arcar.libro x.&
consuluit Angel.consilio mihi centesimosexagesimo-
quarto.quod incipit, datus est terminus ad proban-
dum.facit l.placuit.C.de colla.fundo.patrimo.libro
xj.& l.hoc iure.ff.de verborum oblig.cum ibi notatis.
& per Bald.in l.quibus diebus.in princip.ff.de con-
50 di.& demonst. ¶ † Quam legē adducit etiam cōtra pro-
ducentem testes,cui fuit assignatus per iudicem termi-
nus,intra quem fecit illos citari,qui si nō venerint,non
debet producenti restaurari terminus,nisi illorū con-
tumaciam accusauerit, & eos petierit cogi à iudice,
& mulctari,& sic fecerit quicquid potuit pro eorum
contumacia propulsanda. Et ad hoc allegat illum
textum pro meliore iuris, & adducit rationem Iacob.
de Arena:quia qui non agit ad impedimentum sub-
mouendum,videtur voluntarie illud pati,argumen-
to l.fina.C.ne sanct.bap.reite.& extra de electione.
in cap.fin.& dict.l.sed & si per prætorem.in princi.ff.
51 ex quib.caus.maio. ¶ † Illud autem quod dictum est de

requisitione iudicis,& protestatione per partem fien-
da ita debet intelligi,quòd sufficiat vnica requisitio,
& protestatio in casu prædicto ad cōstituendū iudicē
in negligētia,secundum Bar.in l.Titia.in.ij.§.vsuras ff.
de lega.secundo.& per ipsum post glos.notabilem in
l.mora ff.de vsur.allegata per Angel.qui eam sequitur
in supradicto consilio.& idem dicit ipse Bartol.in l.si
ita quis.§.Seia.ff.de verborum oblig.Sed Bald.in di-
cta l.Titia.§.vsuras.ff.de lega.ij.tenet non sufficere vnā
protestationem,sed requiritur diligentia partis,quam
potest adhibere.videte eum in l.eos §.apostolos.C.de
appella.& in authē.item si appellatione.C.de tempo.
appella.& text in cap.primo. extra de supplen. negli.
præla.& plenius super hoc passu Benedictum de Be-
nedictis post Panormitan. in cap.ex ratione.extra de
appella.vbi residet,quòd licet tutius sit pluries prote-
stari in casu supradicto,non tamen est necesse,per no-
tata in dicto §.vsuras.quod & voluit Angel.in alle-
gato consilio respondens ad textus per Bald.allega-
tos,quòd licet in certis casibus,vt in petitione aposto
lorum,& similium,requirātur plures protestationes,
vel diligentię,illud est speciale in illis casibus:quia regu
lariter vnica protestatio sufficit,per iura superius al-
legata cum notatis per Archidia.in cap.pia.extra de
exceptio.libro vj.& per Bartol.in dicta l.quarta.§.
hoc autem iudicium.vel si vultis videte plenius in
52 locis allegatis. ¶ †Superius etiam dicta,quòd scilicet
iudex propter scelus, vel negligentiam possit deponi,
resoluit Salice.in dicta l.mācipia.procedere in minori-
bus officialibus,q de facili possunt remoueri,p ea quę
habētur in l.nec magistratibus.ff.de iniur. Maiores ve
rò,ppter enormia crimina in officio cōmissa remoueri
possunt,vt l.fi.C.ad l.Iul.repet.sed non propter leuia
delicta,vel minores culpas,imò debet expectari tem-
pus syndicatus sui,vt l.vnica.C.vt omnes iudi.tam ci-
uiles,quàm crimi.& in authen.vt iudi.sin.quo.suffra.
53 §.necessitatem.colla.ij.¶ †Sciendum est tamen,quòd
vbi iudex officium iudicaturæ habuit à principe,non
potest per alium inferiorem magistratum à principe
sibi auferri,vt notatur per Ioan.Fab.in l.prima.C.de
offic.præfecti August.Officium nanque tale,siue sit
iudicatura, siue aliud cōcessum ad beneplacitum prin
cipis intelligitur esse perpetuum, vt l.iurisperitos.in
princip.& ibi Bald.ff.de excusa.tuto.facit quod nota-
tur per Barto.& Ioan.de Imol.in l.de pupillo.§.si quis
ipsi.ff.de no.ope.nunti. Ad quod allegat dictus de
Imol.gloss.in clemen.ij.de rescrip.Et tamen regulariter
officia non debent esse perpetua,vt l.diuus.ff.ad mu-
nicipal.& l.tertia.§.præses.& l.honor.§.gerendorum.
ff.de mu.& hono.& l.neminem.C.de suscep.præpo.
& arcarijs.libro x.& l.vnica.C.ad l.Iul.de ambitu.
54 †Posset tamen ex solo beneplacito principis offi-
cium simpliciter concessum auferri.Ad quod facit d.l.
neminem.& quod notatur in l.iudicium soluitur.ff.de
iudi.vbi per Alberic.& Doctor. Et ideo non perti-
net ad officium illius reuocati aliquid autoritatiuē
iubere,nec esset ratum,quod facere niteretur,vt in hac
55 l.factum à iudice. †Et ex supradictis colligitur ratio;
quoniam robur, & efficacia eorum, quæ geruntur à
Ratio; iudice,fundatur in iurisdictione:qua deficiēte non va-
let quod agitur,vt in cap. significantibus.extra de of-
fic.de lega.& cap.super eo.de cri.fal.& per totum titu.
C.si à non competen.iudi.& l.si pater.C.ne de statu
defuncto.facit l.solent.ff.de offic.procon.& lega.Sed
vbi habet iurisdictionem,est illi parendum iuste præ-
cipienti,vt in his regulis,& regula,quod quis man-
dato.eodem titu.libro vj.¶Cuius obedientię rationē
reddit Bonifacius de Amanatis ibi aliam à ratione red
dita ibi per Ioan.Andr.dicentem hoc esse ratione pu-
blicæ vtilitatis.Sed hæc ratio nimis restringit illam re-
gulam,& istam,quę locū habet in iussu iudicis,cuius
exequutio tendit ad aliud supra punitionem maleficio
rum,de qua loquuntur iura allegata per ipsum Ioan.
Andr.vt patet in aliquibus exemplis.ē.positis.ideo se
cundum dictū Bonifa.ratio est, propter necessitatem
parendi,que à l.scripta est in istis regulis: quæ necessi-
tas obedientiæ scriptę per l.quæ seruanda est,vt l.pro-
spexit.ff.qui & à quib.manu.lib.&c.excusat obedien-
tem à dolo & culpa. Ad quod facit vltra superius alle-
gata,argumentum l.qui cum maior.§.si patris.& §.si
56 pater.ff.de bon.liber. †Imò non obtemperans impe-
rio iudicantis,cēsetur in dolo,vt hic à contrario sensu.
& l.non potest dolo carere.infra eodem titu.& facit
quod habetur in l.vnica.ff.si quis ius dicen.non ob-
57 temper.¶ †Quod intelligi debet in casibus ad suum of
ficium pertinentibus,vt in hac regula,factum à iudice.
& etiam si aliquid extra causam suæ iurisdictionis præ
ciperet,vt puta,secundum dictum Bonifa.de Amana
tis,si aliquid mandaret non vt iudex,sed vt priuatus
homo:puta,si mandaret aliquem cōtractum fieri suo
nomine,vel alterius:quia tunc procederet argumen-
tum de tanquam,de quo in l.si pater.§.qui duos.ff.de
adoptio.& l.cum quæritur.ff.de administr.tuto.facit
58 l.allegata fin.ff.de iuris.omn.iudi. †quia sicut extra ter
ritorium ius dicenti non paretur,quia tunc habetur
pro non iudice,vt ibi: ita eodem modo,quando non
vt iudex,sed vt alius iubet,argumento l.illud.ff.ad l.
59 Aquil.¶ †Simile etiam si mandet aliquid fieri,quod ex
presse prohibetur à lege,& ex tenore mandati appa-
ret iniquitas,non est illi parendum,vt l.omnes iudi-
ces.C.de decurio.& l.euidenter.de excusa.mi.libro x.
Et potest reddi ratio:quia præceptum iudicis,vel sen-
tentia in se continens expressum errorem,non valet
ipso iure,imò subiacet nullitati,& illi tunc impune nō
paretur.facit l.si expressim.ff.de appella.& l.prima.
60 quæ sen.sine appella.rescind.† Sicut enim non est pa-
rendum illi qui iubet aliquid impossibile de facto,vel
de natura,vt l.si stipuler.primo & secundo responso.
ff.de verborum obliga.& l.cum hæres.§.primo.ff.de
statu lib.Ita nec quando præcipit aliquid impossibile
de veritate iuris,vt dict.l.si stipuler.§.item quòd lege.
& l.inter stipulantem.§.sacram.eodem titu.& l.si cum
dies.§.compromisso.ff.de arbitr.& facit text.in clem.
pastoralis.versu,rursus.de re iudic.vbi sententia ex cu-
ius tenore deprehenditur euidens iniquitas,nulla est.
faciunt notata per Innocen.& Io.And.in dicto c.cum
Bertholdus.extra de senten.& re iudi.super verbo,con
cessimus.& ita in dicto casu nō obediens iudici nō de-
bet mulctari neq; puniri,vt d.l.fi.facit l.quoties.ff.qui
61 satisd.cogan.† Imò si obediret,& ex tali sua obediētia
alius grauaretur,non esset excusatus:quia in culpa fo-
ret,argu.l.culpa est.suprà isto titu.& in cap.nō est sine
culpa

culpa.eo.titu.lib.vj.imò non abesset forsan præsumptio doli quasi se iniecerit,argum.l.quæ omnia.ff.de procu.& videatur data opera illud affectasse, argum. l.& quæ data opera.ff.ex quib.caus.maio.Putat tamē dictus Bonifacius ex præsumptionibus contrarijs cessare præsumptionem doli paritate rationis:puta, si in obediente qui non debuit obedire erat tanta simplicitas,vt putaret iudici esse obediendum in omni casu,licet tamen excusaretur à dolo propter illam simplicitatem,nō tamen excusatur à culpa:quia debebat peritiores consulere.l.in bonorum.ff.de bon.possess.

¶Adiungit tamen,quòd vbi ex tenore mandati,quod facit iudex,non apparet iniquitas ipsius,quia poterat esse iustum vel iniustum,& in tenore suo non apparet iniquum,præsumitur pro iudice, vt iuribus superius allegatis,tunc quia potest esse iniustum sententia existente iniusta,vel iustum si sententia foret iusta:tunc si executor iussus sententiam exequi foret ad hoc deputatus ex officio ad talium sentētiarum executionem,posito quòd sententia etiam capitalis de se iniqua foret, vel nulla,executore nesciente, cessat in eo doli & fraudis præsumptio,cum ad eum non pertineat cognoscere,nec se informare,an sit bene lata vel iusta sententia, sed solum, quòd iudex illam protulerit, vt in cap.pastoralis.§.quia verò.extra de offi.delega.vbi videte Panormitan.Non enim ipse executor est ille qui grauat exequendo,sed iudex qui mandat.l.si vt proponis.C. de exec.rei iudi.& sic cessat præsumptio doli propter necessitatem parendi:secus esset in illo,qui non est ad tale officium deputatus.Ideo secundum eundem Bonifa.si sentētia circa hoc erat iniqua,præsumeretur contra eum,nec oīno esset excusatus, in c.vniuersitatis.extra de senten.excommunic.vbi dicit Panormit.in primo notabili,quòd obligatus ad obedientiam, vel seruitium alicuius,non tenetur illi obtemperare in illicitis,vel à iure prohibitis,& faciens committit illicitam rem, & puniri debet mandato non obstante.

¶Quod intelligendum est, in grauioribus in quibus nemo excusat obediendo iniusto præcepto.facit quod habetur in l.ad ea.infra isto titu. ¶Et rationem reddit Panormitan.ibi,& in dicto §.quia verò. quia ex quo deus,vel princeps prohibet,magis deo, vel principi, quàm inferiori iudici obediendum est,imò deo magis, quàm principi terreno,vt dicto cap.Iulianus.cap.qui
62 restitit.& cap.si dominus.xj.q.iij.† Imò Papæ non est obediendum,quando ex eius præcepto aliquod sequeretur scandalum seu peccatum,vt notatur per Inno.in cap.inquisitioni.extra de senten.excom. Papa enim non habet autoritatem peccandi, nec eius autoritas per consequens excusat in peccatis,vt xlj.distinct.cap. primo.¶Vult tamen ipse Panormitan.quòd vbi dubitaretur,an præceptum sit iustum, vel iniustū, potius ei debet obediri.xxiij.quæstio.j.cap.qui culpatus.

¶Et hoc quando iniquitas præcepti est latēs propter præsumptionem, quæ,vt dictum est,facit pro iudice. videte ad hoc glos.in l.liber homo.in secunda.in prin. ff.ad l. Aquil.Sed si quis paret mandato iniusto de se non tamen apparenter,illi parens si sciebat esse iniustū etiam tenetur, & est redarguendus:quia in incertis est locus coniecturæ,non autem in casibus qui certi sunt, vt l.continuus.§.cum ita.ff.de verborum obliga.Ideo vbi est incertum,an iustum sit vel iniustum mandatū iudicis,præsumptio est,quòd sit iustum,ideo obediēs excusatur à dolo : quia subiectio necessitat subditum ad obedientiam,vt hic,& dicto cap.quod quis mandato.Sed si obediens sciuerit iniustum,non tenetur parere,sed potius assignare causam quare non obedit,videlicet iniustitiam.Ad quod facit dictum cap.inquisi-
63 tioni.secundum prædictos Docto. ¶†Et potest hæc materia,an sit obediendum iudici facto vel verbo,aliquid iubenti sic,vt sequitur,resolui:quia aut non erat iudex super eo,quod iubet vel statuit siue decernit, & sibi impune non paretur,vt dicta l.fin.ff.de iuris.omn. iudi.& ita intelligatur hæc regula,factum à iudice.facit dict.l.prohibitum.C.de iur.fisci.libro x.& cap.vt animarum.de constitu.libro vj. Et hoc,quia caret oīno potestate:quia tunc nihil valet quod agitur, vt dicta l.priuatorum.C.de iuris.omn.iudic.& cap.quamuis.
64 lxviij.distinct.† Aut erat iudex,sed præcepit aliquid euidenter iniustum,& iniquum.& de hoc dicite,vt statim dictum fuit,quòd non est illi obediendum,per iura allegata.Aut illud quod præcepit non est delictum neque euidenter iniustum, sed tamen exercet officium in non pertinentibus ad eum,vel in plus quàm ad eū pertineat,de quo plana possunt exempla dari,de quibus per glos.in dicta regula,ea quæ.libro vj.verbi gratia,si iudex qui solum poterat vsque ad certam quantitatem condemnare, in maiorem cōdemnabit, in qua maiori non videtur valere quod fecit,secundum quod ibi notatur in gloss.& per Barto.in sæpedicta l.fin.de iuris.omn.iudi.¶Sed an saltem valeat condemnatio in summa de qua poterat iudicare,licet in excedente non valeat:diuersæ fuerunt opiniones,quas videte examinatas per dictam gloss.& Bonifa.de Aman.& Petrum de Anchar.& in cap.cum inter.per Panormitan.& Benedictum,extra de senten.& re iudica.¶Illud tamen tenendum est,quòd iudex fines suæ iurisdictionis,& potestatis non debet egredi,sed diligenter seruare,siue sit ordinarius, vt dict.l.fi.& l.prima.C.si à non compet. iudi.& dicto cap.vt animarum.siue delegatus,vt in c. cum olim Abbas.extra de offic.delega. siue sit arbiter compromissarius,vt l.Pardius.§.fi.& l.dicere. alias est §.in l.qualem.§. sed si de pluribus.ff. de arbitr. & facit quod notatur in l.quid tamen si de pluribus.eodem titu.sicut videri potest in procuratore,qui diligenter seruare debet fines mandati.l.diligenter.ff.mandati.cum concordantijs suis ibi allegatis per Alberic.& Docto. Ideo si actus qui geritur excedit potestatem iudicis, vel eius iurisdictionem,non valet quod geritur, vt probatur in l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudi.
65 ¶†Quod tamen fallit,quando hoc sibi concessum foret à principe vel habente potestatem:quia tunc valeret,non tamen ex potestate generali suæ iurisdictionis seu potestatis,sed ex speciali commissione sibi facta,vt patet in l.secunda & tertia. versu,in criminalibus. C. vbi senato.vel claris.vbi senatores & clarissimi viri cōueniri non possunt in ciuilibus vel criminalibus apud magistros officiorum,nisi ex commissione principis, quanq; habeant aliam iurisdictionem,sed non talem.

¶Adduci potest simile: quoniam collatio beneficiorum est de iurisdictione voluntaria,vt notatur per Ioan.Andr.in cap.ilia.extra ne sede vacā.& facit cap. nosti.extra de elect. Vicarius autem episcopi quamuis habeat iurisdictionem sibi deputatam, beneficia

tamen conferre non potest, nisi speciali super hoc con-
cessa potestate per episcopū, vel archiep̄m, vt in c. fi. ex
tra de offi. vi. lib. vj. Videmus etiam in officiali episco-
pi, qui nō potest inquirere de criminibus, nec punire,
nisi super hoc habeat potestatē generaliter sibi conces-
sam, & si sine illa procedat nihil agit, vt probatur in c.
66 licet. eo. tit. & lib. ¶ † Fallit vlterius, nisi ex cōsensu par-
tium & earum prorogatione, vbi talis prorogatio fie-
ri potest in suis casibus: quia tunc iudex prorogatus
procedere posset, si aliàs habet iurisdictionem. l. j. & ij.
§ j. & ij. & l. de qua re. ff. de iud. & l. si quis ex consensu.
C. de epis. audi. & l. prima. C. de iuris. omn. iudi. & c. P.
& G. extra de offi. deleg. Secus esset in casibus, vbi nō
potest fieri prorogatio in casibus qui notantur in alle
67 gatis iuribus. ¶ † Fallit etiam, vbi interdum iudex de
eo, quod ad suum non pertinet officium se intromitte
re potest, non tamen principaliter, sed incidenter, iuxta
notata in l. quoties. C. de iudi. vbi iudex incidenter co-
gnoscit de causa status, cui aliàs hoc non competebat,
nec poterat cognoscere, vt est iudex pedaneus, vt l. non
distinguemus. §. de liberali. ff. de arbi. & l. ij. C. de peda.
iudi. Ita quòd iudex principalis causæ est etiam iudex
incidentis vel emergentis. Pro quo videte Ioan. Mona
chū in cap. fi. de appel. lib. vj. Et rationem reddit Bal. in
dicta l. quoties. propter necessariam quādam cōsequen
tiam, ne continentia causæ diuidatur, vt l. nulli. eo. titu.
Et quia causa incidens vel emergens deseruit, & est de
dependentijs causæ principalis. Ad quod faciunt no-
tata in l. fi. C. de ordi. cogni. & l. cum vendente. C. vbi
cau. fisca. & l. præses. C. ad l. Faui. de plagi. Et ratione
connexitatis ampliatur iurisdictio, vt in c. quanto. ex-
tra de iudi. ¶ Sed contra prædicta opponitur: quia iu-
dex secularis cognoscens de causa petitionis hæredita-
tis, non potest cognoscere de causa matrimoniali inci-
denter, vel filiationis, vt in c. tuam. extra de ord. cogni.
& cap. lator. & c. causam. in secūdo. extra qui filij sint le-
git. Sed illud, quod dictum est, procedit de iure isto ci-
uili, & dictæ decretales de iure canonico, secūdū quod
causa spiritualis incidēs corā iudice seculari, non pōt
per eum cognosci, sed bene econuerso incidens causa ci
uilis coram iudice ecclesiastico in causa spirituali perti
net ad iudicem ecclesiasticum, vt in cap. dependentia.
extra de dote post diuortium restitu. ¶ Et hanc iuris ca
nonici determinationem dicebat Cyn. in dicta l. quo-
ties. procedere ex ambitione ecclesiasticorum, qui sibi
omnem iurisdictionem attribuere volunt. Sed hoc di-
ctum Cyn. non placuit Bald. in allegata l. quoties. nec
etiam in simili Barto. in extrauaganti, ad reprimendū.
super verbo, per edictum. ideo in dicta l. quoties. Bald.
aliam habuit considerationem dicens, illud quod dici-
tur ibi, iudicem, scilicet causæ principalis ciuilis posse
cognoscere incidenter de causa status, procedere quan
do tam principalis, quàm incidens sunt eiusdem fori:
quoniam vtraque pertinet ad forum Cæsaris, hoc est
iurisdictionis secularis, sicut est causa petitionis hære-
ditatis, & causa ingenuitatis, vel seruitutis. Ideo idem
iudex potest cognoscere, sed in casibus dictarum decre
taliū causa principalis, & causa incidens erant, & sunt
diuersi fori, scilicet causa petitionis hæreditatis, vel do
68 tis est secularis, sed matrimonialis est ecclesiastica. † Iu-
dex verò secularis non est capax iurisdictionis ecclesia-
sticæ siue spiritualis, sed bene econtra iudex ecclesiasti-
cus est capax iurisdictionis secularis, vt iuribus supe-
rius allegatis. & bona ratione, quia causæ spirituales
vt digniores trahunt ad se seculares, vt minus dignas,
vt in cap. quod in dubijs. extra de consecra. eccles. vel
altar. & in cap. vnico. illo eod. titu. libro vj. & notatur
69 per Bald. in l. fin. ff. de colleg. illici. ¶ † Barto. autem in
l. Titia. ff. solu. matrimon. in hoc articulo, an scilicet fi-
liatio, vel matrimonium probari possit coram iudice
seculari, distinguit, an sit quæstio facti, vt quia non ne
gatur matrimonium, sed obijcitur quòd agens petitio
ne hæreditatis, non est natus ex illo matrimonio, tunc
quæstio ista potest examinari coram iudice seculari
per dict. l. Titia. & allegatam l. quoties. & allegat Cano
nistas ita tenuisse in allegato cap. causam. sed vbi est
quæstio iuris, vel impedimenti, vt quia dicatur matri-
monium illud non tenuisse propter causam impedi-
menti allegati, tunc ille articulus tractari debet coram
iudice ecclesiastico. facit l. omni nouatione. C. de sacro
sanct. eccles. & dictum cap. tuam. & iura pro parte ista
70 allegata. ¶ † Simile in causa vsurarum, vbi vertitur du
bium, an contractus sit vsurarius, vel non, tunc cogni-
tio pertinet ad iudicem ecclesiasticum, in cap. cum' sit
generale. extra de foro compet. secus si dubitetur de fa-
cto, vt quia certum erat cōtractum esse foeneratitium,
sed erat quæstio facti, scilicet quantum pro foenore fuis
set solutum, vel foenerator negabat se tantum recepisse:
& hoc potest expediri coram iudice seculari, secundum
eundem Barto. qui allegat Paul. de Elezaris ita tenuis
se in clement. j. de vsur. per dictam l. quoties. & Alberi.
l. Titia. vbi Bald. aliter videtur loquutus, dicens quòd
inspici debet forma, sub qua iste articulus ꝓponitur:
quia aliquando proponitur per modum facti ab o-
mni spiritualitate abstracti, & tunc cognitio pertinebit
ad iudicem secularem, vt l. si non fortem. in princip. ff.
de condi. indebi. Sed si spiritualitas includatur, ad eccle
siasticum iudicem cognitio pertinebit: quia spiritualis
vt dignior aliam ad se trahit, vt iuribus allegatis. ¶ Et
hoc credo, nisi de plano partes confiteantur: quia di-
cta decretalis, tuam. habet locum, quando proceditur
per modum disceptationis: secus vbi non est discepta-
tio, sicut est quādo quis confitetur: quia cōfitens non
disceptat neque contradicit. l. si domus. §. qui confite-
tur. ff. de lega. j. Ideo talis confessio valeat coram iudice
seculari, vt notatur per Specul. titu. de reconuen. §. nūc
dicamus. versicu. sed nunquid incidenter. Et idem vide
tur tenere, & recitat ipse Bald. in dicta l. omni nouatio-
ne. & ipse idem Bald. in allegato cap. tuam. aliàs, vt ibi
dixit, iudices seculares essent in ista materia sicut chifra
vel chimera. ¶ Addit etiam ibi, quòd lata sententia per
iudicem ecclesiasticum super matrimonio, quæstio hæ
reditatis remittenda est ad iudicem secularem, per dictā
Decretalem, tuam. cum tunc amplius nō pendeat cau-
sa matrimonialis, sed sit decisa. Et idem operatur senten
tia, quod confessio. Vnde secundum eum ibi capitula
& articuli, & interrogationes super matrimonio pos-
sunt fieri coram iudice seculari: quia si aduersarius con
fitetur de plano statur confessioni, nec debet, vt dictū
est, remitti iste articulus ad iudicem ecclesiasticum: se-
cus si neget: quia tunc debet remitti. Et ita secundum
eum intelligit Specul. dictam Decre. tuā. in loco supe-
rius allegato. Dicit vltra Bald. in allegata l. quoties.
quòd in causa vsurarū, siue sit quæstio facti siue iuris,
cum

cum sit ecclesiastica, non pertinet ad iudicem seculare,
nisi esset quaestio calculi, vt quia de plus vel minus so
luto pro vsuris quaestio tractaretur, quo casu iudex se
cularis posset cognoscere, eo quòd actio tunc intenta
ta esset condictio indebiti, vt d. l. si non sortem. in prin
cip. ¶ Sed ipse Bald. in authen. ei qui iurat. C. de bon.
auto. iud. pos. recitans verba Barto. in dicta l. Titia. &
l. secunda. ff. de iuris. omn. iud. coniungit opiniones di
cens, quòd si de plano per confessionem procedatur,
iudex secularis põt cognoscere de cã filiationis: sed si or
dinariè pcedat, stat cũ distinctiõe Bar. distinguẽtis in
ter quaestionẽ facti, & iuris. & idem fere dicere videtur
in quaestione vsurarũ, in titu. de controuersia inuestit.

Quaestio vsurarũ est ecclesiastica.

§. similiter. vbi latius se extendens, dicit non valere sta
tutum Imperatoris seu populi volentis sentẽtiam esse
seruandam, quam iudex secularis ferret super vsuris:
quia Imperator, vel populus non potest iustificare rea
tum, vt notatur in authen. ad haec. C. de vsur. Et etiam
iurisdictio ecclesiastica, quã super illis habet ecclesia,
impediretur. quod facere non potest princeps secula
ris. facit cap. quoniam vt intelleximus. extra de immu
nita. eccles. libro vj. & cap. ecclesia sanctae Mariae. extra
de constitu. cum similibus. Item statutum ecclesiae re
spicit fauorem animarum, quem non considerant iu
71 dices seculares foeneratoribus nimis fauentes. † Paul.
autem de Castro in saepedicta l. Titia. hos articulos suo
modo considerauit dicens, quòd aliquando causa ma
trimonialis incidit causae criminali motae super adul
terio, ideo vt sit adulterium necesse est probari matri
monium, sine quo non potest committi adulterium,
& coram iudice seculari potest tractari haec causa: quia
secundum eum ecclesiasticus iudex ad poenam sangui
nis infligendam de causa adulterij non potest se intro
mittere. Ad quod facit cap. sententiam. extra ne cleri.
vel mo. & l. quamuis. C. ad l. Iul. de adul. Circa quod
videte glos. Panormitan. & Docto. in cap. cum sit ge
nerale. extra de foro compet. & Ioan. de Anan. in cap.
intelleximus. extra de adulte. & quod habetur in cap.
tuae. de procura. & xxiij. quaestio. v. cap. rex debet.
72 † Bald. tamẽ in allegata l. quoties. videtur sentire, quòd
secundum regulas Canonistarum iste articulus matri
monij esset necessario probandus coram iudice eccle
siastico, licet, vt ipse dicit, cõsuetudo generalis, & statu
ta terrarum admittant probationes huius articuli fa
ctas coram iudice seculari, quae statuta, licet non valeãt
quo ad tribuendam iurisdictionem, valent tamen, secũ
dum eum, ad sequendum informationes factas. Quo
niam valet dispositio statuti volentis quòd extraiudi
ciali informationi testium stetur. Ad quod facit illud,
quod notatur in l. iij. §. primo. ff. de bon. pos. cum simi
libus. & per Innocen. in cap. bonae. in princip. super
verbo, testes. extra de elect. Sed si in causa ciuili incidat
quaestio matrimonij, vel filiationis, vt quia negatur pe
tenti haereditatem, quòd sit filius, siue sit quaestio facti
siue iuris, iudex ecclesiasticus de hoc cognoscere debet,
vt allegato cap. tuam. & cap. causam. quae loquuntur
etiam quando erat quaestio facti. Iudex enim secularis
non potest super matrimonio contrahendo siue dissol
uendo pronuntiare. Et vt refert idem Paul. de Cast. se
mel apud Florentiam in causa ardua fuit irritatus pro
cessus secularis, qui super matrimonio probationes re
ceperat. & ita etiam firmat Ioan. de Imol. in allegata l.
Titia. quòd in causa matrimoniali nullo modo potest
cognoscere iudex secularis etiam incidenter, per dicta
73 iura canonica, quae in hoc videntur seruari. ¶ † In cau
sa verò vsurarum concludit dictus Paul. de Cast. quòd
vbi est quaestio iuris, scilicet, an sit vsura vel non, re
mittenda est causa iudici ecclesiastico. Si autem sit quae
stio facti, vt quia planum erat contractum esse foene
ratitium, sed erat quaestio, an essent solutae vsurae, vel
quantum solutum foret pro illis, tunc sit electio acto
ris, an in ecclesiastico foro agat, vt in clem. dispendio
sam. de iudi. vel coram iudice seculari condictione in
debiti, per dict. l. si non sortem. in princip. glos. tamen
in allegata clemen. dispendiosam. in hac quaestione fa
cti super vsuris repetendis videtur sentire contrarium,
licet ibi referat opiniones, quamuis, vt dictum est s.
Paul. de Eleazza. in allegata clemen. j. de vsur. vt etiam
refert Ioan. de Imo. in antedicta l. Titia. concordet cum
opinione Barto. & ita etiam consuluit Gaspardus de
Calderinis, & Petr. de Anchara. quamuis ipse aliter lo
quatur in dicta clemen. j. in Lectura. & etiam Anto. de
Butri. in allegato cap. suam. sequitur opinionem Bar
tol. & in dicto cap. cũ sit generale. pro quo facit illud,
quod habetur xiiij. quaestio. iiij. cap. quid dicã. & haec
opinio, vt refert Ioan. de Imol. in allegata clem. dispen
diosam. plurium sententijs, & autoritatibus roborata
videtur de iure verior, vt in cap. ad nostram. in secũdo.
extra de iureiuran. vbi non cauillãdo literam dicit esse
text. licet ibi Ioan. Andr. & post eum Benedictus dicãt
istam opinionem ibi non probari: quia ibi erant ver
ba narratiua partis, & non Papae. ¶ Remittunt ta
men ad notata per Archidiacon. in dicto capit. quid
dicam. Subiungit tamen Imol. in saepedicta clement.
quòd in practica seruaretur opinio contraria propter
autoritatem dictae glos. Pro qua facit: quia forte leuio
res probationes sufficerent in foro ecclesiastico, quàm
seculari, iuxta notata in cap. ex literis. extra de iureiurã.
Si tamen opinionem Bar. sequi vultis, quam sequun
tur praedicti egregij Docto. intelligite eam, secundum
Bal. in d. l. Titia. esse veram, vt dictũ est, quando factũ
est abstractum ab omni spiritualitate, aliàs iudex eccle
siasticus debet cognoscere, vt in c. quãto. extra de iudi.
Per quod dicit Ioan. de Imol. in allegata l. Titia. posse
attentari quòd quando est quaestio, an contractus sit
de duplo sortis vel non, in fraudẽ vsurarum potest in
dubium verti, an probationes factae sint sufficiẽtes, vel
nõ, ad cõuincendũ de foenore: quo casu tunc iudex ec
clesiasticus debet cognoscere, cũ per coniecturas in tali
bus possit fieri probatio, vt in c. cum in dioecesi. extra
de vsur. & facit quod habetur in c. illo vos. extra de pi
gno. & c. ad nostrã. extra de emp. & vẽdi. cũ similibus.
74 ¶ † Est etiã circa hoc notandũ, secũdũ Paul. de Cast. in
superius allegata l. Titia. quòd qñ in his articulis, vt s.
dictũ est, fit remissio causae incidentis ad curiã ecclesia
sticã per iudicẽ secularẽ non põt dictus iudex secularis
remittens assignare terminum intra quem incidẽs cau
sa terminetur, sicut posset iudex recusatus arbitris iu
ris assignare terminum, vt in cap. legitima. extra de ap
pellatio. libro vj. Posset tamen per iudicem superio
rem illius iudicis ecclesiastici statui terminus, intra
quem de causa incidenti cognoscat, & terminet eam,
vt in dicto cap. lator. extra qui fil. sint legit. & maxi
mè propter fugam, & malitiam partis, secundum
Hostien. & Ioan. And. ibi. ¶ Potest etiam iudex secula
ris partibus litigãtibus assignare terminũ, intra quẽ se

iudici ecclesiastico repręsentent, vt notatur per Bartol.
in l.praeses.C.de app.& interim ipse Iudex secularis in
principali negotio debet supersedere, aliàs non valet
quod agit, vt in praedicto c.tuam.& notat Ioan.And.
in allegato c.causam.in nouella.extra qui fil.sint legiti.
& ita consuluit Frederi.de Senis, quem allegat praedi
ctus Paul.de Cast.quem, & alios Docto.in locis alle-
gatis plenius videre poteritis.

Summarium.

1 ☞Ordinarius licet delegare possit, non tamen causam ad suam iurisdictionem non pertinentem.
2 Delegatus nõ subdelegat, nisi à principe sit delegatus.
3 Iurisdictio delegata dicitur impropriè iurisdictio.
4 Locumtenens an possit alium locumtenentem facere. & numero 5.
6 Locumtenens potest à iudice ad libitum reuocari, nisi sit à principe datus.
7 Delegatus nec subdelegare nec articulum aliquem iurisdictionalem potest committere, nisi in casibus. & numero 8.12.15.& 18.
9 Delegatus à principe quomodo subdeleget, & hoc in ciuilibus, non in criminalibus. & nu.10.11.& 12.
13 Delegatus proconsulis, & ad vniuersitatem causarum subdelegat. & nu.15.
14 Delegati cardinalium legatorũ à latere an subdelegẽt.
16 Delegatus ad vniuersitatem causarum quis dicatur.
17 Officialis foraneus episcopi est delegat⁹ & subdelegat.
18 Delegatus inferioris à principe an subdelegare possit, si sit ita dictum in delegatione. & nu.19.& 20.
21 Delegatus an possit post litem contestatam subdelegare.
22 Delegatus an saltem vnum articulũ possit cõmittere.
23 Iudicis incompetentis acta quando valeant, & quando non. & nu.24.25.26.27.& 28.
29 Appellatio ad superiorẽ non impedit iurisdictionem inferioris, si non opponatur.
30 Iudice sciente parti non esse ius agendi, an valeat processus.
31 Iudex sciens absenti competere exceptionem, an debeat contra ipsum procedere.

Factum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est.

GLOSSA deinde hic in
l.factũ à iudice. ponit exẽ-
plũ in hac regula de l.vni-
ca.C.qui pro sua iuris.iud.
1 da.da.ve pos.† vbi ordina
ri⁹ iudex, licet delegare pos
sit, tamen causam ad suam
iurisdictionem non perti-
nentem, hoc est, quae non
est suae iurisdictionis, & sic ad eius officium non perti-
net, delegare non potest, & si contrarium faciat, quod
facit ratum non est, vt hic dicit text. & in dicto cap.ea
2 quae.eodem titu.lib.vj.¶ † Delegatus etiam iudex non
subdelegat, nisi sit à principe delegatus, vt probatur in
d.l.à iudice. Et ratio est, quia delegatus non habet pro-
priam iurisdictionem: quoniam illa residet in persona
delegantis, & sic ipse delegatus habet duntaxat exerci-
3 tium alienae iurisdictionis. † Ideo iurisdictio delegata
impropriè est iurisdictio, vt notatur per Alberic.in l.
Imperium.& l.more maiorum.ff.de iuris.omn.iudi.fa
cit l.mandata.ff.de offi.eius cui man.est iuris.Ordina-
ria verò fauorabilis est, vt notatur per glos.in cap.j.ex-
tra de rescrip.lib.vj.& facit cap.ad hoc.extra eodem ti
tu.& ideo Iudex ordinarius delegare potest causam suę
iurisdictionis, vt dicta l.à iudice.& allegata l.vnica.&
in cap.pastoralis.extra de offic.ordi.quia vt dicit Bal.
in allegata l.à iudice.fortior est propria iurisdictio, q̃
exercitium alienae iurisdictionis, vt dict.l.more maio-
rum.& facit quod notatur in l.si quid in bello.in prin
4 cip.ff.de capti.& postli.reuers.¶ † Et hac occasione di-
cit Bald.in l.prima.§.à praefectis.ff.de lega.ij.quòd lo-
cumtenens alicuius iudicis, non posset facere alium lo-
cumtenentem. Ad quod allegat dictam l.à iudice.& l.si
Augustae.ff.de lega.ij.Imò videtur per dictum §.à prae-
fectis.quòd iudex ordinarius non possit facere locum-
tenentem sine licentia principis, ibi dum dicit text. vel
ex mandato principis cognoscet. Pro quo videtur fa-
cere tex.in l.prima.in princi.ff.de tu.& cura.dat.ab his.
& l.ij.C.de offi.eius qui vicem alte.ge. Et sic si faciat iu-
dex locumtenentem sine principis licentia, non videre
tur ratũ, cum ad eius officium hoc non pertineat, vt in
5 ista regula. † Sed contrarium verius est, secundum Bal.
in dicto §.à praefectis. Pro quo facit text.in authen.de
collatoribus.§. prohibemus. versicu. antequam ve-
rò.colla.ix.& l.cum praetor.§.primo.ff.de iudi.& alle-
gata l.more maiorum. Nam ordinarius potest indi-
stinctè generaliter, vel specialiter cõmittere causas per
se vel alium audiendas, vt in cap.cum episcopus.extra
de offi.ordi.lib.vj. Quod fuit extractum à dicta l.mo-
re maiorum. & l.solet.cum l.sequenti.ff.de iuris.omn.
iud.& ad dictum §.à praefectis.dicendum est, quòd nõ
loquitur in locumtenente, sed in surrogato loco defun
cti, qui nõ potest surrogari, nisi per superiorem, vt ibi
6 notatur. ¶ † Et est etiam aduertendũ, quòd licet locum-
tenens à iudice deputatus, possit per eum, vt vult, re-
moueri, vt d.l.iudicium soluit.ff.de iudi.secus esset, se-
cundum Angelum ibi, si à principe iudici ordinario
vel praesidi daretur locumtenens: quia iudex non pos-
set eum, sed solus princeps remouere, vt etiam dixi in
l.eius est nolle.s.isto titu.quod memoriter tenete pro
locumtenentibus Senescalorum, & Bailliuorum, qui de
7 putantur à principe. ¶ † Item sciendum est, quòd regu
la praedicta, quae vult delegatum non posse subdelega
re, intantum procedit, quòd etiam aliquem articulum
iurisdictionalem non posset committere, per d.l.à iu-
dice.& hoc tenet Ioan.de Imol.& communiter canoni
8 stę in allegato cap.cum Bertoldus. ¶ † Dicta autem re-
gula habet tres fallentias. Prima est in delegato princi-
pis, vt dictum est, & probatur etiam in c.super quae-
stionum.extra de offic.delega.& eodem titu.cap.si de-
legatus.libro vj.& ratio est, quia in causa sibi commis
sa ipse maior est quolibet ordinario.l.minor autẽ ma-
gistratus.ff.de mino.& in cap.studuisti.extra de offic.
delega. Est & alia ratio: quia dicitur habere iurisdictio-
nem à lege, scilicet à principe, qui est lex animata in ter-
ris, vt in authen.de consuli.in fin.colla.iiij. Ad similitu
dinem iudicum ordinariorum, qui à principe habent
iurisdictionem.l.prima.ff.ad l.Iul.de ambi.secundum
9 Docto. in d.l.more maiorum. ¶ † Intelligite tamen
quòd

quòd licet delegatus à principe possit subdelegare, hoc facere debet à Papa delegatus, secundū formam traditam de iure in cap. statutum. extra de rescript. lib. vj. secundum Lapum in allegationibus suis. fa-
10 ciunt notata in Clemen. ij. de rescrip. ¶ †Hoc etiam procedit in caussis ciuilibus, quia in criminalibus commissis per principem aliud est dicendum: quoniam delegatus ad illas à principe non potest subdelegare, secundum Paul. de Eleaza. ita tenentem in Clement. j. de offi. delega. quia secundum eum in talibus videtur electa industria personæ, & cū sequuntur Anto. de Butr. & Petrus de Anchar. ibi recitati per Ioan. de Imol. qui allegant Cy. in dicta l. vnica. C. qui pro sua iurisd. post Franc. Accurs. & Iacob. de Rauen. Sed ibi glos. tenet contrarium, quam sequitur Guliel. de Cug. & ibi Bal. & Bart. in l. pater. §. quindecim. ff. de legat. iij. quia ex quo causa criminalis delegata est per principē, exiuit semel caussam prohibitionis, de qua in allegata l. ij. C. de peda. iud. potest igitur subdelegari, vt dicto §. quindecim. & etiam pro hoc videtur casus in sæpe dicta l. vnica. C. qui pro sua iurisd. quæ simpliciter loquitur, quanquam ab aliquibus restringatur tantū ad causas ci-
11 uiles. †Ioan. verò de Imol. recitatis opinionibus eas nititur concordare, scilicet quòd opinio Pauli de Eleaza. & suorum sequacium sit vera de iure canonico, & alia de iure ciuili. Rationemq́ diuersitatis assignat, quia de iure canonico videtur electa industria personæ propter arduitatē negotij, ex quo est causa criminalis. Et cessat tunc ratio, quòd causa semel per principem delegata exiuit causam prohibitionis, secundum eum: sed hæc ratio non causat, vt relinquatur in hoc differentia inter ius canonicum & ciuile, quæ potius debent cōcordari, vt l. vnica. C. de inoffic. do. & cap. cum expediat. extra de elect. lib. vj. sicut & cōcordant bene intellecta: quia etiam ius ciuile prohibet subdelegationem causarum criminalium propter illarum arduitatem, vt iuribus allegatis: & sic concordat cum canonico secundum
12 rationem suam. Ideo ipse Ioan. de Imola. †vlterius progreditur, secundum quem dici potest, quòd vbi causa illa criminalis est per principem simpliciter cōmissa, possit subdelegari. & ita procedat opinio glos. prædictæ, & Docto. illā sequentium. Sed si cōmittatur solū articulus in causa criminali per principem, vt receptio testium in criminali causa: tunc quia ille articulus tantum est cōmissus, in quo multum consueuit operari industria ad indaginem veritatis, procedat opinio Pauli de Eleaza. & suorum sequacium, vt non possit subdelegari. Ad quod facit illud quod habetur in authent. apud eloquentissimum. C. de fide instrumē. sed videte eum plenius, & alios in dicta Clemē. j. quo ad hanc primam fal-
13 lentiam. ¶ †Secundo fallit dicta regula, in legato proconsulis, in quo est speciale, vt ff. de officio proconsu. & lega. l. legatus. & ibi gl. Et ratio est, secundum Bald. quia proconsul in prouincia sibi commissa redactus est ad instar principis, & habet supremam iurisdictionem, vt eodem titu. l. nec quicquam. Sed quamuis Salicet. in allegata lege, à iudice non audeat recedere ab hoc, quod cōmuniter tenetur, offendit tamen, vt ipse dicit, aures suas, si teneamus, quòd delegatus ad vniuersitatē causarum possit subdelegare: quia tunc in legato proconsulis nō erit aliquid in hoc speciale, cum sit delegatus ad vniuersitatem causarum, vt l. obseruare. §. fin. cum l. sequen. eodem titul. sed non debuit offendi Salicetus, quoniam lata est differentia inter delegatū proconsulis, & delegatum ad vniuersitatem causarum, vt etiam sonant verba Bal. dicentis, quòd ad instar principis redactus est, vt ex infrà dicendis patebit. vel dicite, vt in glos. dictæ l. legatus. attendentes, secundum Angel. & Ioan. de Imola in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæredita. Vbi dicunt communiter opinionem glos. esse sequendā. Quod intelligatis, nisi sit euidenter falsa: quia tunc opinio glos. & communis posset contemni, si euidenti ratione possit conuinci, vt dicit Ioan. Andr. in cap. j. extra de constit. & Panor. in cap. cum sint homines. extra de decimis. Ad quod adducitur tex. notabilis in l. j. versic. sed neque ex multitudine. C. de vete. iure enucle. vbi dicitur quòd ex multitudine autorum non oportet nos iudicare: quia sæpe sentētia vnius, etiam deterioris, potest plures, & meliores in aliqua parte superare. Autoritas etiam glos. debet intelligi secundum text. quem allegat, quia nulla est eius autoritas, nisi probet iure, vt notatur in l. sed licet. ff. de offic. præsid. & l. nemo. C. de sent. & interlocu.
14 omnium iudic. ¶ †Et hac ratione prædicta in proconsulibus, videtur quòd delegati dominorū Cardinalium legatorum de latere possunt subdelegare, cum æquiparentur proconsulibus, vt in cap. ij. extra de offic. deleg. lib. vj. Quod tenet Bald. in dicta l. à iudice. Sed Archidia. in dicto cap. ij. recitatus per Alber. in dicta l. more maiorum. & Dominicus de sancto Geminia post Archidia. tenent contrarium, quod dicunt prædicti Doctores esse verius, per cap. cum causam. extra de appellat. ad fin. ibi dum dicit text. cum non, nisi delegatus à principe &c. vbi videte Panormi. & Benedictum. & hoc verum, secundum eos, quo ad totam causam: secus in vno articulo. Et notatur etiam in dicto c. cum Bertholdus. extra de senten. & re iudicata. cap. ex literis. de officio
15 delegati. ¶ †Tertio fallit in delegato ad vniuersitatem causarum, vt l. j. in fine. quis & à quo appelle. quia talis censetur ordinarius, vel ordinario æquiparatur, vt dicit Bald. in alleg. l. à iudice. & Bartol. in sæpe dicta l. more maiorum. & Docto. in dicto c. cum causam. & Innocen. in cap. Romana. extra de
16 appellatio. libr. vj. †Et dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum, secundum Bal. & Salicetum, vbi suprà, quando commissio vniuersaliter vel indefinitè facta est respectu alicuius territorij, vt si committantur omnes causæ vertentes in tali castro, vt notatur per glos. magnam in princip. in l. j. in fine. ff. quis & à quo appel. Et sentit glos. in l. fina. C. vbi & apud quos in integrum restitut. postul. Si autem plures causæ expresse committerentur, diceretur ad pluralitatem, & non ad vniuersitatem, & dicerētur tot delegationes, quot causæ essent delegatæ, argu.
17 l. scire debemus. ff. de verborum oblig. †Vel etiam potest poni exemplum de delegato ad vniuersitatem causarū in officiali foraneo episcopi, qui constituitur in certa parte diœcesis: quia talis dicitur habere iurisdictionem delegatam, vt not. per glos.
18 in Clement. ij. de rescrip. & ibi Doctores. †Addunt

aliqui aliam fallentiam: puta quando in delegatio-
ne facta ab inferiori à principe dictũ eſt, quòd dele-
gatus poſsit ſubdelegare. Et ita tenuit Ioã. de Ana-
nia in publica diſputatione in cap. is cui. gloſ. fina-
li. extra de offi. deleg. libr. vj. & Docto. in antè dicta
l. more maiorum. & Bald. & Salicet. in dicta l. à iu-
dice. quia tunc non ipſe delegatus, ſed delegans hoc
facere videtur, argumen. l. apertiſsimi. in fine. C. de
iudicijs. facit lex, vnum ex familia. §. ſi de Falcidia.
ff. de lega. ij. & l. non diſtinguemus. §. de officio. verſ.
19 quæſitum. ff. de arbitr. †Sed Ioannes Fab. in ſæpius
dicta l. à iudice. ex ſententia Archid. in cap. quam-
uis. extra de offic. delega. libro ſexto. in prima gloſ.
tenet contrariũ: quia delegatus ab inferiore à prin-
cipe ſubdelegare non poteſt, eò quòd poteſtas ſub-
delegandi non habeatur ex commiſsione perſonæ,
ſed à lege, vt dicta lege, à iudice. & capit. paſtoralis.
extra de offic. delegat. & de ſolo delegato principis
ſcriptum eſt in iuribus allegatis. Et ſufficit ſic eſſe
ſcriptum, vt l. proſpexit. ff. qui & à quibus ma. libe-
ri non fiunt. & vj. quæſtio. iij. cap. ſcriptum. nec po
teſt delegans inferior à principe conſtitutionem le-
gis vel canonis immutare. l. nemo poteſt. ff. de lega-
tis. j. & cap. requiſiſti. & cap. tua. extra de teſtamen.
Et iſta recitantur per Dominicum de ſancto Gemi.
in dicto cap. is cui. Iacob. de Rauen. variauit. Petrus
de Bellapertica tenuit idem quod Archid. pro quo
allegat l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen. quia iſte eſt
actus, qui per miniſtrum non exercetur, ſicut nec a-
ctus teſtandi. Et iſtam rationem dicit Ioann. Andr.
parum vrgere: quia etiam procederet in ordinario
& delegato principis. quod eſſet contra iura ſupe-
rius allegata. Et etiam tollitur per cap. fina. extra de
re iudicata. libro ſexto. domini de Rota concluſio-
ne declix. quæ incipit, item ſi epiſcopus cõmittat.
20 tenẽt gloſ. Ioan. Andr. †Paulus de Eleazar. in addi-
tionibus ſuper dicto c. is cui. diſtinguit, quòd ſi vo-
lens ſubdelegare ſit ſubdelegatus delegati, non poſ-
ſit, & ſit vera opinio Archid. ne procedatur in infi-
nitum, ſi ita permitteretur, per dictam l. non diſtin-
guemus. §. de officio. verſic. quæſitum. Sed delega-
tus ordinarij habens hoc expreſſe in mandatis ſub-
delegare poſsit, vt quia dicitur in cõmiſsione, per
te vel alium procedas, cui ex nunc cõmittimus vi-
ces noſtras: & ita procedat gloſ. Ioan. Andr. Et eſt ra
tio, quia iſte ſubdelegans eſt nudus miniſter, ſeu or-
ganum delegantis. Ad quod facit Clement. religio-
ſus. de procurat. Et ita videtur reſidere Dominicus
de ſancto Geminia. in ſæpe dicto cap. is cui. Nec ob-
ſtat cap. ad hæc. de reſcriptis. quia hic non datur de-
legatus incertus: quoniam delegatus tempore da-
tæ ſibi commiſsionis certus eſt, & in ſubdelegando
repræſentat perſonã delegantis, & ſic non datur iu-
riſdictio incertæ perſonæ. Videte Specul. titulo de
legat. §. iam nunc dicendum. verſi. ſed quid ſi in de-
legatione. & ibi Ioan. Andr. in c. j. extra de procura.
21 libro ſexto. † vbi etiam cõcludit in alia quæſtione,
quòd delegatus ab alio, quàm à principe, lite etiam
coram ſe cõteſtata non poteſt ſubdelegare, licet ali-
qui teneant contrarium, vt videtur tenuiſſe gloſ. in
l. fin. C. vbi & apud quos in integrum reſtit. poſtul.
& gloſ. in dicto c. cum Bertholdus. extra de ſenten.
& re iudicata. argumẽto procuratoris, qui poſt li-
tem conteſtatam non poteſt remoueri, vt l. neque.
C. de procurat. & l. poſt litem. ff. eodem titulo. & in
cap. ij. eodem titulo. libro vj. & ita etiam tenet gloſ.
penult. in fi. in l. & quia. ff. de iuriſdictione omnium
iudicum. Sed Docto. communiter tenent aliam opi-
nionem, quia dicta lex, à iudice. indiſtinctè loqui-
tur. & ibi Odofred. Cy. Ioan. Fab. Alber. & Salicet.
& Bart. in dicta l. more maiorum. & gloſ. in dicto c.
cum cauſam. extra de appellat. iſtam opinionem ſe-
quuntur, quoniam tex. in dicto cap. cum cauſam. ſe-
cundum Ioan. Andr. Panor. & Benedictum ibi con
fundit aliam opinionem iſti contrariam, quia ille
tex. loquitur de ſubdelegatione facta poſt litem cõ-
teſtatam: quoniam facta fuit poſt receptionem te-
ſtium, quæ fieri debet lite cõteſtata, vt in cap. quo-
niam frequenter. extra vt lite non conteſt. & non eſt
per omnia bona æquiparatio iuriſdictionis & man
dati procuratoris, vt dicta l. iudicium ſoluitur. ff. de
iudicijs. & notatur in gloſ. parua in dicta l. & quia.
quæ incipit, non eſt per omnia. & per Innocen. in c.
22 dilecti. extra de foro compet. ¶ †Sed mouetur quæ-
ſtio per Doctores, an delegatus ab inferiore à prin
cipe, licet nõ poſsit regulariter ſubdelegare, poſsit
ſaltem quo ad vnum articulum. Innocen. in dicto c.
cum Bertholdus. dicit quòd ſic, dummodo ille arti-
culus non ſit iuriſdictionalis, puta ſi committatur
receptio & examinatio teſtium abſque iuriſdictio-
ne, vt quando plenè examinatis articulis, & inter-
rogatorijs, atque taxato numero teſtium, ſicut fieri
debet, iuxta notata in l. j. ff. de teſtib. illa receptio &
examinatio teſtium committi poteſt, ita quòd cõ-
miſſarius in hoc reputabitur nudus miniſter. ita te-
net gloſ. in Clemen. j. de offic. deleg. & extra eodem
titul. cap. ſuper quæſtionum. §. nos autem. & ita po-
teſt intelligi tex. in dicto c. cum Bertholdus. & illud
quod notatur per glo. in authen. vt defuncti ſeu eo.
fune. §. illud. ſuper verbo, teſtibus. collat. v. quæ hoc
ſentit. Sed vt dicit Salice. in ſæpe dicta l. à iudice. &
Benedictus in dicto c. cum Bertholdus. articulum
iuriſdictionalem non poſſet delegatus inferioris à
principe committere, vt puta receptionem & exa-
minationem teſtium nõ examinatis articulis, & in-
terrogatorijs, numeroq́ ipſorum non taxato, cum
hæc ſint iuriſdictionalia, vt voluit gloſ. iuncto tex.
in dicta Clement. j. de offic. delegat. & voluerunt In-
nocen. Hoſtien. Io. And. Anto. de Butr. & Doctores
in ſæpe dicto c. cum Bertholdus. & ita intelligendus
eſt Bart. in dicta l. more maiorum. inquantum dicit
delegatum inferioris à principe poſſe vnum articu-
lum ſubdelegare, ſcilicet ſupple quãdo articulus ille
non eſt iuriſdictionalis: aliàs ſecus. Et quamuis ver-
ba Bar. etiam de iuriſdictionali loqui videantur, di-
ctum ſuum in hoc non placet Canoniſtis: quia illa
Clemẽ. loquitur in delegato à principe, in quo non
eſt dubium, nedum de articulo, ſed neque etiam de
tota cauſa quin ſubdelegare poſsit, vt iuribus alle-
gatis, & aliter intelligendo eſſet loqui contra caſum
dictæ decre. cum cauſam. & ita reſidere videtur Bal.
in dicta l. à iudice. & Paulus de Eleaza. in allegata
Clement. & domini de Rota deciſione clxiiij. quæ
incipit, delegatus ordinarij. in nouis. & ita tenete.
23 ¶ †Sed & vt de quibuſdam tangentibus huius regu
læ materiam nos expediamus, conſiderari poſſunt
multa,

multa, secundum doctrinam, quam ponunt Docto. in cap. si duobus. extra de appellat. Et primo, quòd quandoque iudex super illa causa, quæ introducitur coram eo nullam habet iurisdictionem, quo casu, si ipse sciat ita esse, quòd ei nulla cõpetit iurisdictio: & tunc non valet quod agit, nec processus eius non solum super negotio principali, quod corã eo agitatur, sed etiam super eo quod agitur super punitione contumaciæ, de qua superius dictum fuit, vt colligitur ex text. dicti cap. si duobus. in versu, nisi iudex. Ad quod facit l. ij. in fin. ff. si quis in ius voca. non ier. & l. si prætor. §. fi. ff. de iudi. & per Innocen. in cap. ij. extra de dilatio. & Ioan. Andr. in c. scienti.
24 extra eodem titul. libro sexto. †Si vero iudex prætensus ignorabat se in illa causa iurisdictionem non habere, dici potest, quòd si pars præsens & litigans similiter ignorabat probabiliter defectum illius iurisdictionis, illo casu valebit processus aliàs habentis iurisdictionem, si sit contumaciæ punitiuus, vt dicta l. ij. ff. si quis in ius voca. non ier. & l. vnica. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & l. si quis ex aliena. ff. de iudic. & notatur per Ioan. Andr. in dicto cap. scienti. & facit quod notatur in c. super literis. extra de rescript. & in cap. j. eodem titul. libro vj. Verum est tamẽ, quòd processus agitatus coram eodem iudice super negotio principali non valebit, ex quo iurisdictione cõpetenti carebat, vt C. si à non competente iudice esse dica. Quod verum est, nisi prius se iudicem competentem pronuntiasset, vt notatur per Innocen. in c. ij. allegato. de dilatio. & per Ioan. Andr. in dicto c. scienti. & ad hoc etiam facit quod notatur in allegato cap. super literis. & dicto cap. j.
25 de rescriptis. libro vj. †Sed in casu prædicto, si pars litigans sciuit defectum iurisdictionis, isto casu non valebit processus factus super negotio principali: quoniã est defectus in iurisdictione, vt per dictum totum titulum. C. si à non competente iudi. & cap. at si clerici. extra de iudic. & assignat rationem Benedictus post Panor. in sæpe dicto c. si duobus. quia pars sciens defectum iurisdictionis, & litigans coram dicto iudice non habente iurisdictionem in illa causa, videtur esse in dolo. Ad quod facit dicta l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & l. is qui se obtulit. ff. de rei vendi. & hoc etiam locum habet, secundum Panor. quem sequitur Benedictus, quãdo pars præsens dolosè se habuisset, vel per dolum aliquid allegasset, vt puta si falsò, & scienter allegasset se appellasse, & verè non appellauerat, vel si appellasset tacuisset dolosè se appellationi renunciasse: & tunc processus iudicis, & quicquid fecit non valet mero iure, vel saltem debet reuocari per restitutionem in integrum, per ea quæ notãtur in dicto §. Marcellus. & videtur velle Innocen. in allegato cap. si duobus.
26 quãuis ipse hoc prçcisè non firmet. †Compostella. tamen in dicto cap. super literis. videtur velle, quòd processus valeat ratione dubij. & ita refert Io. And. in allegato cap. si duobus. & sequitur Compostella. Quod secundum dictum Benedictum procedere potest, quando iudex se competentem pronuntiasset, per ea quæ habentur in cap. j. extra de offic. delega. & de rescript. cap. j. libro sexto. per Lapum, vt videtur dicere Anto. de But. in sæpe dicto cap. si duobus. Sed esto quòd possit dictus processus valere, subuenitur tamen absenti beneficio restitutionis in integrum, secundum Innocen. ibi: sed vbi iudex non pronuntiasset se esse cõpetentem, non valeret dictus processus, vt ipse Innocen. dicit, & Anto. de Butr. & residet Ioan. de Imol. per illud quod habetur in Cle. si appellationem. de appellat. & de hoc videri potest Specul. titul. de citatione. §. j. versu, item ponit. & Archid. in cap. Romana. §. si vero. eodem titu. li-
27 bro vj. & Ioan. Andr. in dicta regula, scienti. †Aliquando fit processus talis iudicis super punitione contumaciæ: quo casu, si fiat ad commodum partis præsentis & instãtis, puta si mittatur in possessionem ex primo vel secundo decreto, non valebit, vel saltem reuocabitur propter dictæ partis præsentis scientiam. Ad quod facit illud quod notauit Innoc. in dicto cap. ij. de dilatio. & Ioan. Andr. in cap. dilectus. in secundo. extra de præben. & Ioan. Calderi. in cap. ad probandum. de sententia & re iudica. vbi autem non concernit commodum partis, vt quando absens excommunicatur ad instantiam præsentis, tenebit talis processus propter probabilẽ ignorantiam iudicis, vt dicta l. ij. in fine. ff. si quis in ius voca. non ierit. licet Innocen. & Anto. in dicto cap. si duobus. hoc non firment, sed potius contrarium,
28 vt infrà dicemus. ¶ †Potest deinde considerari alius casus, in quo iudex habet iurisdictionem, sed elidibilem per exceptionẽ: & isto casu, si iudex hoc sciebat, non tenet processus non solum in causa principali, sed in punitione contumaciæ agitatæ. Ad hoc facit Clement. pastoralis. §. Pisana. de re iudica. & l. non videtur frustrandæ. ff. de iudicijs. & illud quod notatur in dicto cap. ij. de dilatio. & allegato cap. si duobus. versu, nisi iudex. à cõtrario sensu, vt ibi sentit Innocẽ. sic tamen intelligendo, quòd appellatione interposita ad Papam nõ impediat ipso iure iurisdictionem iudicis inferioris, ad quem etiã sit appellatum, sed bene ope exceptionis, cum quilibet sit iudex competens, ad quem fit appellatũ, vt ibi notatur in glos. ij. ita quòd si Papa ex certa sciẽtia non aduocet ad se causam, ex certa scientia valebit processus coram vtroque agitatus, nisi excipiatur. Ad hoc facit quod in simili habetur extra de constitu. c. cum M. Ferrariensis. Si vero iudex sciebat se habere iurisdictionem, sed ignorabat impedimẽtum, puta quia nesciebat ad Papam fuisse appellatũ, tunc tenebit processus, siue pars hoc sciuerit, siue ignorauerit. Non solum autem hoc verum est in processu contumaciæ punitiuo, sed etiam super causa principali: quia pars nõ tenetur allegare iura partis aduersæ, quæ fortè voluit illis renunciare. & ita potest procedere dicta decre. si duobus. vt ibi voluit Ioan. Andr. post Innocen. & Hostien. Quod fortè verum dici potest, nisi partis aduersæ iura pars præsens dolosè tacuisset, vt videtur tenere idem Innocen. ibi, & in cap. fin. extra de accusat. licet hoc non firmet, sed cum tali dicto transit Anto. de Butr. & Panor. in dictis decre. Sed illis contradicit Ioan. de Imola dicens, quòd non potest pars sciens dici in dolo, eò quòd, vt dictum est, non tenetur partis aduersæ iura allegare, imò imputandum est illi, quòd illa non allegauerit, per notata in cap. j. extra de elect. lib. vj.

Ff a

& secundum Benedictum ista opinio Ioan.de Imol.
videtur cõmunior de iure, quia vt communiter te-
29 netur,†appellatio ad superiorem nõ impedit iuris-
dictionem iudicis inferioris, ad quem etiã fuit ap-
pellatum, si non opponatur exceptio, quæ debet
opponi de iure,vt l.si vnus. §.pactus ne peteret. ff.
de pactis. cum similibus. ¶Quod tamen secundum
Hostien.& Benedict.fallit in casibus,in quibus ap-
pellatio ad Papam interiecta defert negotiũ statim
ad curiam,& insolidũ: quia tunc nullus est proces-
sus iudicis inferioris,quantumcunq; hoc ignoraue-
rit,vt in casibus sedi apostolicæ reseruatis,iuxta no
tata in cap.vt debitus.extra de appellat.& cap.cum
dilectus.de accusat.in illis enim non cadit probabi-
lis ignorantia,vt notatur in cap.quamuis. extra de
30 appellat. libro sexto. ¶†Quandoq; habebat iudex
iurisdictionẽ,verum tamen parti præsenti ius agen
di non cõpetebat,& illud sciebat iudex prædictus,
& hoc casu processus eius non valet,argumento di
cti cap.si duobus. Sed si ipse iudex,& pars similiter
agens hoc ignorabat, potest dici valere processus,
argumento l.sed & si me putem. ff.de condictio.in-
debiti. & facit quod notatur in l.in illa.ff.de verbo-
rum obliga. Sed si præsens sciuerit,nõ valebit pro-
cessus contra ipsum absentem agitatus,inquantum
concernit fauorem præsentis:quia vbi non habuit
actionem,& sciuit se non habere,in dolo fuit agen-
do sine actione, sine qua neminẽ audire debet præ-
tor.l.si pupilli.§.videamus.ff.de negotijs gestis.& l.
quoties.§.item si pro temporali. ff.de administrat.
31 tutorum.& ad hoc facit dictus §.Marcellus. ¶†Po-
stremò quando iudex habebat iurisdictionẽ,& præ-
senti nõ deficiebat ius agendi, sed absens erat tutus
exceptione contra intentionem agentis: si iudex sci
uit impedimentum,non debuit procedere cõtra ab-
sentem,per rationes suprà dictas atq; iura.& ad hoc
facit l.quæsitum. ff.de re iudicata. Ideo non videre-
tur valere processus,secundum quod sentire videtur
Panor.in allegato cap.si duobus. sed si iudex igno-
rauerit illud impedimẽtum, valebit processus,esto
quòd aduersa pars hoc sciuerit,quia non tenebatur
allegare iura absentis, vt dictum est:licet Panormi.
hoc cõsentiat,nisi præsens & illud sciens dolosè ta-
cuerit. quod non placet Benedicto:quia non cense-
tur tacens in dolo, ex quo non tenetur allegare iu-
ra aduersarij,vt superius dictũ fuit. Imò voluit no-
tabiliter Innocen.ibi,quòd si absens contumax,cui
competebat aliqua exceptio peremptoria vel dila-
toria, aut declinatoria, postea compareret, & eam
vellet proponere, non sit audiendus, nisi veniat eo
tempore,quo illam potuisset proponere,si præsens
fuisset : quoniam contumaciter abest, habetur pro
præsente,vt in authenti.vt omnes obed.iudic.pro-
uin.§.si vero ipse.colla.v.& l.properandum.§.cum
autem.C.de iudi.& facit quod notatur in cap.præ-
terea.vbi etiam per Innocen.extra de dilatio.& per
glos.quæ incipit,vbi enim.in cap.j.extra de electio.
libro sexto.Ideo imputandum est contumaci,si non
proposuerit exceptionem suam,quæ de iure propo
nenda est,per dictũ §.pactus ne peteret. Imò etiam
quantumcunque exceptio sit notoria, illa videtur
proponenda, vt notatur per Innocen. post glos. in
cap.ij.extra vt lite non contesta. & per Barto.in l.j.
ff.de except.& l.ciues.C.de appellat.licet Bart.con-
trarium videatur in l.necessarijs.ff.de acquir.hæred.
Sed concordate eum ipsum, per illa quæ ipse nota-
biliter dixit in l.eum qui ita.ff.de verb.oblig.

Summarium.

1 ☞Benignior sententia semper sequenda.& nu.2.
3 Legitimus potius quàm illegitimus, an & quando debeat quis reputari.
4 Sententijs à pari numero iudicũ pro autore & reo latis,fauetur reo.
5 Sententijs discordantibus, quomodo stetur maiori parti.
6 Compromissum simpliciter factum intelligitur,vt stetur maiori parti.
7 Arbitro vno condemnante in decẽ, alio in quinq; alio absoluente,cui stetur.
8 Delegatorum sentẽtiæ discordantes manent in pendenti, donec per delegantem vna confirmetur.
9 Testium vnus si deponat de decem, alius de quindecim,alius de viginti, an videatur esse probatum in decem.& nume.10.
11 Circuitus vitandi æquitate permittitur quid contra iuris rigorem.

Capienda occasio est,quæ præbet benignius responsum.

BREVIS est hæc regu-
la,& per leges,quæ hic al-
legãtur in glos.declaratur.
1 ¶†Primo per l.si præses.
ff.de pœnis. vbi intentata
simpliciter intẽtione acto-
ris super vi cõmissa,si dif-
finitiuè pronuntietur vim
esse commissam habita re-
latione ad libellũ,intelligi debet de mitiori,hoc est,
2 sine armis & priuata.vbi videte Barto.¶†Item de-
claratur per l.inter pares.ff.de re iudicata.vbi si iudi
ces ordinarij numero pares ferant cõtrarias senten-
tias,statur sentẽtiæ,quæ fertur pro libertate,si ver-
tebatur causa libertatis, quæ est causa pia & beni-
gna,vt dicit text.in l.j.§.si autem vno ex socijs.C.
de communi seruo manu. ibi dum legitur in textu,
ad hanc rationem pietatis perueniat. qui est ad hoc
menti tenendus, secundum Bal.ibi. est enim Impe-
rator benignus libertatis, & æquitatis amator, vt
l.fin.eodem titul.& facit in authenti.de secun.nupt.
§.fin.colla.j. & est bonus tex.in l.inter veteres.in fi.
C.de fideicommis.liberta. vbi in dubijs humanior
semper sententia sequenda est.Quod secundum Bal.
ibi,facit vt si quis possit legitimus, vel spurius re-
putari, reputetur legitimus,vt l.miles. §.defuncto.
ff.ad legem Iuliam de adulter. allegans illum text.
pro aureo ad hoc, quòd opponens aliquẽ defectum
3 debet illũ necessariò,& cõcludenter probare. †Ad-
uertendum est tamen ad illud,quod dictum est,po-
tius reputandum aliquem legitimum, quàm illegi-
timum,

timum, cum sit hoc magis benignũ, quòd hoc procedit volente, & non inuito eo, de quo dubitabatur an sit legitimus vel illegitimus: quoniam vt dicit Bald. post Guliel. de Cugneo in l. benignius. ff. de legibus. licet per matrimonium subsequens illegitimus natus ex solutis, cum quibus poterat esse matrimonium, per matrimonium subsequẽs efficiatur legitimus, vt Instit. de nupt. §. fin. & in authen. quibus modis naturales efficiantur legi. §. quoniam au tem. colla. vj. & cap. j. & cap. tanta. extra qui fil. sint legitimi. & in cap. innotuit. & ibi glos. extra de electione. & fuit plenè per me notatum in l. quoties idem sermo. ö. isto titul. non procedit tamen, secundum eos, si inuito filio naturali tantum, pater tantum naturalis contrahat matrimonium cum matre dicti filij. & probant istud dictum per l. fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & tex. in authentico, quibus modis naturales efficiantur sui. §. generaliter. & §. illud. collat. vij. licet argui possit in contrarium rationibus per eos recitatis. Sed ipsi resident in decisione antè dicta, per tex. allegatos, quia tex. in dicta l. fin. expressè dicit filios naturales inuitos non redigi in patriam potestatem, sed inuiti redigerentur, si eis nolentibus per matrimonium, quod eorum pater naturalis, cum eorum matre contraheret, efficerentur legitimi: quia tunc bona dictorum filiorum naturalium tantum quo ad vsumfructum transirẽt in patrem, sicut bona filiorum legitimorũ, vt l. cum oportet. in principio. C. de bonis quæ liberis. & in dicto §. illud. & hoc tenet Albericus in dicta l. fina. & glos. in l. nec auus. C. de emancip. libero. & glos. in dicto §. generaliter. facit l. inuito. ö. isto titul. cum ibi notatis. ¶ †Similiter dicendum est, quòd vbi diuersæ sententiæ pari numero iudicum ordinariorum feruntur in causa, ita quòd quædam pro actore alia pro reo fertur, stari debet sententiæ pro reo latæ, vt dicta l. inter pares. cum sit fauorabilior. Nam in dubijs potius reo, quàm actori fauendum est. l. fauorabiliores. ǁ. illo titulo. & extra eodem titul. cap. cum sint iura. libro vj. & l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & cap. ex literis. extra de probatio. Sic etiam est in causa matrimoniali, si feratur sententia pro matrimonio vel pro dote, vt in cap. fina. extra de senten. & re iudicata. est enim causa matrimonialis inter fauorabiliores computanda. ¶ Quod verum intelligi debet, quando fertur sentẽtia in fauorem matrimonij: quia in dubio standum est pro eo, vt in cap. licet ex quadam. extra de testib. & notatur in dicto c. fin. Et ob hoc dicit notabiliter Hostiẽ. in cap. super eo. extra de cogna. spiri. quòd si reperiatur vna opinio Doctorum pro matrimonio, illa erit sequẽda, licet plures teneant contra matrimonium. Quod verum intelligi debet, vt etiam dixi in l. proximè supra, nisi illa opinio esset euidenter falsa, vel posset conuinci probabilibus rationibus, iuxta notata in c. j. extra de constit. per Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. & in cap. ne innitaris. eodem titu. & in Clement. ne Romani. de electio. & Benedict. in dicto c. fi. ¶ †Tertio pro intelligentia huius regulæ glos. hic adducit l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. vbi quando arbitri in sententia discordant, statur maiori parti. Ad quod facit l. item si vnus. §. principaliter. eo. tit.

4 (margin, beside "ibi notatis. ¶ †Similiter")

Limitatio. (margin, beside "uorabiliores computanda. ¶ Quod verum")

5 (margin, beside "Romani. de electio.")

Si tamen in quantitate omnes discordent, minori quantitati tanquam benigniori standum videtur, quia in ea omnes concordant: vt puta si vnus condemnet in quindecim, alius in decem, & tertius in quinque, videtur tenenda sententia in quinq;. Sed si duo condemnent in decem, & tertius in quinq;, videtur maior pars condemnantiũ in decem esse maiorem partem, & sententia de decem tenebit, in qua maior pars arbitrorũ concordat: licet videatur esse standum sententiæ, quæ condemnauit in quinque, quia in ea omnes videntur concordare, cum maiori summæ insit minor, vt l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. Sed vt dicit Albericus in allegato §. si plures. & Ioan. de Imola in allegata l. inter pares. pro decla ratione huius articuli, sciẽdum est, quòd in istis debet inspici summa, in qua omnes concordent. Si autem non reperiatur summa, in qua omnes concordent expressè, debet seruari sentẽtia maioris partis arbitrorum, vt si vnus condemnet in quinque, & duo in decem expressè, valet sentẽtia duorum, vt de hoc est decisio textualis in cap. j. extra de arbitr. libro sexto. & ita volebat Otto antiquus glossator in dicto §. si plures. qui dicebat, quòd si vnus condemnaret in quinq;, & duo in decem, stari debeat sententiæ duorum cõdemnantium in decem, quamuis hoc ibi Accursio non placuerit. Sed secundum Ioã. de Imola, quando in diuersis sententijs quilibet iudex condemnat in summis disparibus: tunc debeat attendi minor summa, ex quo sunt varij, cum in illa minori omnes concordent, propter hoc, quod dictũ est minorem summam inesse maiori: sed vbi maior pars in eadem summa præcisè concordat, licet maior pars in eadem summa præcisè cõcordet minori, præualere debet sentẽtia maioris partis, quæ præcisè est concors & conformis, & de qua est certum, & sic non est recurrendũ ad alias coniecturas, argumento l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obli. Et hæc fuit ratio decisiua dicti cap. j. extra de arbit. libro sexto. & facit quod habetur in cap. j. extra eodem titul. in antiquis. Præualet enim sententia plurium, secundum Ioan. And. in dicto c. j. & ita etiam tenuit Odofred. & Iacob. de Rauen. aliàs secundum eos sequeretur magna absurditas, scilicet quòd tota potestas caderet in vno solo arbitro, qui vellet in minus condemnare. quod non est tolerandum, per superius allegata, quamuis Accursius voluerit contrarium. & etiam Specul. titu. de arbit. §. fin. versic. notare quoq; debet subtiliter aduocatus. Sed contra Accursium, & Specul. est expressa decisio in dicto cap. j. & hoc etiam tenet Barto. in dicto §. si plures.
6 †Ideo notat Domi. de sancto Geminia. quòd compromissum simpliciter factum intelligitur, vt fietur iudicio maioris partis. Ad quod etiam allegat notata in cap. in causis. & cap. cum in iure peritus. extra de electio. & etiam notat, quòd minor numerus includitur in maiori. Per quod dicit, q̃ habens potestatem super maiori numero, potest dici determinare super minori. Quod est verum, nisi forma aliter data foret, quæ esset seruanda, argumẽto cap. cui de non sacerdotali. extra de præben. lib. vj. quem sequuntur Docto. Et illa quæ dicta sunt in sententia arbitrorum, locum habent in assignatione termini

ad ſoluendū.Quia ſi vnus aſsignet vnum menſem,
& duo aſsignent tres mēſes,tenebit aſsignatio duo-
rum, ſecundum Ioan.Andr.in dicto c.j. Vult etiam
7 Alber.in allegato §.ſi plures. † quòd ſi vnus trium
arbitrorum condemnet in decem,alius in quinque,
& tertius in totum abſoluit,inclinare videtur Iaco.
de Rauen.quem recitat,quòd ſtari debeat ſententiæ
abſolutoriæ,propter hoc,quod dictum eſt,quòd pe
nitus exiſtentibus diſparibus ſententijs arbitrorum
attenditur minor tanquam benignior. Sed abſolu-
toria ſententia videtur intellecta appellatione mi-
noris,quia in verbo,minus, cōtinetur nihil,vt l.il-
lud.§.minus.ff.de tribu. Sed hoc dicere non eſt bene
tutum,quia,vt dictum eſt, non debet tota poteſtas
pendere ab vno ſolo, vbi ſunt plures. quod eſſet ſi
duobus,licet diuerſimode cōdemnantibus,vnus ſo-
lus poſſet abſoluere. Tandem ipſe Alberi. ex dictis
Pet.de Bellaperti.hunc articulum ſic reſoluit,quòd
quādoq; plures cognoſcentes de eadē cauſa diuerſas
ferunt ſententias:quo caſu concludit, quòd vbi ma
ior numerus illorum eſt ex vna parte,quàm ex alte-
ra,illius ſententiæ ſtandum eſt,vt dicto §.ſi plures.
& l.ſicuti.& l.ſi vnus.§.principaliter.eod.tit.Quod
tamen procedit tam in iudicibus,quàm in arbitris.
Si vero ſint pares numero in arbitris, nullius valet
ſententia,vt dictis iuribus.Poſſunt tamen per iudi-
cem competentem cogi ad tertium eligendū,vt di-
cta l.item ſi vnus. §.ſi in duos. & dicto §.principa-
liter. Si tamē vnus ſe abſentet,alij poſſunt procede-
8 re,vt eſt tex.in cap.ij.extra de arbitr.lib.vj. †Si au-
tem ſint iudices delegati, neutrius illorum ſentētia
tenet, ſed ambæ manēt in pendenti donec vna illa-
rum per delegantem fuerit confirmata,vt l.duo iu-
dices.ff.de re iudi.& l.duo ex tribus. eod.tit.vbi vi-
dete Bar.& Ioan.de Imol.atq; Doctores. Ordinarij
verò iudices, ſi cognoſcāt de cauſa libertatis, tenet
pro ea lata ſentētia fauore libertatis, vel etiam lata
pro reo,per iura ſuperius allegata in ſecundo exem-
plo.Et ratio differētiæ in hoc inter iudices,& arbi-
tros reddi poteſt:quia ab arbitris,& eorum ſentētia
quantumcunq; dura non poteſt appellari, vt dicta
l.diem proferre.§.ſtari. Sed à iudicibus bene poteſt
appellari,vt per totum titu.ff.C.& extra de appel.
Ratio etiam differentiæ eſt inter delegatos,& ordi-
narios iudices:quia ordinarij habent propriam ſibi
iuriſdictionem,ſed delegati alienā,ſcilicet delegan-
tis,vt dictum fuit in proximè præcedentibus regu-
lis.& facit l.j.§.qui mandata.& l.ſi prætor.ff.de offi.
eius cui man.eſt iuriſd.Ideo inter eos non eſt in hoc
eadem iuris diſpoſitio,vt dict.l.inter pares.cum ibi
9 notatis.Et ſuperius recitata,†an in arbitris dicta ha
beant locū in teſtibus,ſi plures ſint, quorum vnus
deponit de quindecim, alius de decem, & alius de
quinque, an ſaltem videatur probatum de minori.
Circa quod videte Ioan.Andr.in dicto c.j.de arbit.
lib.vj.& Archi.in cap.nihilominus. iij.quæſtio.ix.
vbi expreſſe tenet, quòd nō probatur poſſeſsio de-
ducta in iudicio, & allegata etiam de minori tēpo-
re,quia in quolibet facto requiritur,quòd ad minus
pro probando adſint duo teſtes, vt l.vbi numerus.
ff.de teſtib.& l.iuriſiurandi. C.eod.titu. Hoc tamen
dictum non placet Ioan.de Imol.in dicta l.inter pa-
res. quia teſtis deponens de poſſeſsione quindecim
annorum, deponit etiam de poſſeſsione decem an-
norum,& etiam de quinq;.Quod intelligit Ioan.de
Fantuſcis in allegato cap.nihilominus. recitatus &
quem ſequitur Domini.de ſancto Gemi.in allegato
cap.j.eſſe verum,quādo dicti teſtes ſpecificant tem-
pus illorum annorum , ita quòd de eodem minori
10 tempore concludunt de neceſsitate: † verbi gratia,
vnus dicit , quòd allegans poſſeſsionem poſſedit à
quindecim annis citra,alius à decē annis citra,alius
à quinque citra : tunc valet probatio poſſeſsionis
quinq; annorum , quia omnes teſtes concordant in
vltimis annis,argumēto iurium ſuperius allegato-
rum , quia in maiori numero ineſt minor, ſicut in
quantitatibus,vt dicta l.j.§.ſi ſtipulanti. ff.de verb.
oblig. Sed ſi teſtes prædicti non ſpecificarent tem-
pus poſſeſsionis, quæ deducitur vel ponitur in fa-
cto,non concluderent de eodem tempore.& ita po-
teſt procedere dictum Archi.Cætera circa hunc ar-
ticulum videte in locis allegatis plenius per gloſ.&
11 Docto. ¶ †Deinde gloſ.hic allegat pro declaratio-
ne huius regulæ illud quod habetur in l.dominus te
ſtamento.ff.de condi.indebi.vbi propter circuitum
vitandū permiſſum eſt alicui agere recta via de be-
nignitate & æquitate,etiam vbi non liceret de iuris
rigore.Ideo ibi notat Salic.quòd æquitas præfertur
rigori ſtricto & ſcripto,de quo per eum, & Docto.
in l.placuit.C.de iudicijs. & per Alber.in l.quod ſi
Epheſi.ff.de eo quod cer.loco. vitatio igitur circui-
tus eſt cauſa dictæ benignitatis & æquitatis , vt in
dicta l.dominus teſtamēto.facit l.cum fundus.§.ſer-
uum tuum imprudens.ff.ſi cert.peta.Quod facit ſe-
cundum Bal.in allegata l.dominus teſtamento.pro
ſtatutis, quæ permittunt recta via agi ſine ceſsione
per illum facta,cuius nomine eſt recepta obligatio.
Quòd hoc procedat de æquitate: quia ſecus eſſet de
rigore iuris : quoniam actio perſonalis,quæ oritur
ex contractu eſt ſic annexa oſsibus contrahentis,vt
in alium, qui agere poſsit, requiratur ceſsio , quaſi
quædam traditio,vt l.poſſeſsio. ff.de acquiren.poſ.
& l.ad eum. ff.de donatio. niſi in ſubſidium,vt l.ſ.
C.de actio.& obliga. & facit quod notatur in l.hu-
iuſmodi.in prin.ff.de legat.j. Et ad regulæ iſtius ma
teriam facit illud quod habetur & fuit notatum in
l.ſemper in dubijs.ff.iſto ti. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Legatum rei alienæ ſciēter factum valet, & quo-
modo præſumatur ſcire.
2 Legatum de re aliena factum,an præſumatur ſciēte
teſtatore relictum eſſe tale.
3 Legato cōſiſtente in facto teſtatoris proprio, præ-
ſumitur in eo ſcientia.
4 Legans rem cōmunem an ſuam tantum partem vi-
deatur legaſſe.
5 Legans rem communem an totam præſumatur le-
gare,an verò ſolum ius quod in ea habet.
6 Legatum rei alienæ an valeat iure canonico.& nu-
mero 7.
8 Legatarius rei alienæ ſi non eſt capax , an habeat
æſtimationem.

9 Matris in puerperio decedentis non rumpitur te-
stamentũ ob illius filij præteritionẽ. & nu.10.& 11.
12 Posthumus præteritus alijs inæqualiter institutis,
quomodo succedat,& qua actione aget.nu.13.
14 Fideicommissum relictum à liberis post eorũ mor-
tem,vel post certum tempus, intelligitur si sine li-
beris decesserint.& numero 16.17.18.& 19.
15 Substitutio nulla inducit grauamen,nisi fideicom-
missaria.

Quod factum est:cùm in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem.

GLOSSA tribus legi-
bus,quas allegat, declarat
istam regulam.Primò per
textũ l. cum alienam. C.
de legat. cui addatis §.non
solum.Institu.eodem titu.
1 †vbi legatum de re aliena
factum per testatorẽ, qui
illam sciebat alienã,valet,
& tenet:secus si ab ignorante alienam fiat.Et si du-
bium sit,an testator sciuerit vel ignorauerit alienã,
si legatarius sit, & coniuncta persona,præsumitur
scientia propter affectionem. Si verò rem alienam
quem legauit,possidebat sine titulo, videtur lega-
tum rei alienæ factum ab ignorante, si nõ legauerit
coniunctæ personæ. quod benigne interpretandũ
est,ne iniustus possessor fuisse dicatur,vt in regula,
proximè præcedẽti.& l.semper in dubijs.& l.beni-
gnius.ff.de legib.& l.merito.ff.pro socio.facit l.ob
Limitatio. maritorũ culpam.C.ne vxor pro ma.Hoc tamẽ li-
mitat Ang.Are.in dicto §.non solum.nisi notoriũ
esset,quòd illa res quam legauit erat apud eum de-
posita vel commodata, argumento l. officium. in
2 fi.ff.de rei vendic.†sed si non ab ipso possidebatur,
imò ab alio, præsumi debet q̃ à sciente rem alienã
factum sit legatum,& sic valebit:argumento l.fi.C.
vnde vi.secundum Docto. in dicta l.cum alienam.
facit ad hoc, quia possidens præsumitur dominus.
l.apud antiquos.§.nos autem. C.de furt.& not.per
Docto.in l.siue possidetis. C.de probation. & per
glos.in l.stipulatio ista.§.hæc quoq; stipulatio.ff.de
verbo.obligatio.& per glos.vij.quæsti.j.cap. pon-
3 tifices.¶ †Et circa hoc dicit Bald.in allegata l.cum
alienam.& Doctores ibi resoluendo,quod si ius rei
legatę cõsistit in facto proprio testatoris,in eo prę-
sumitur scientia, quia non præsumitur obliuio,vt
l.magnam.C.de contrahen.& commit. stipu.Idem
est etiam in facto alieno,quod testator sæpe tracta-
uit,& discussit,quia scientia pręsumitur, vt l.Pro-
cula.ff.de probatio.& l.si patronus.ff. de confirma.
tuto.aliàs præsumitur ignorantia,vt l.quanquam.
ff.ad Velleia.& l.fin.ff.pro suo. Ideo hoc vltimo ca-
su non teneret tunc legatũ rei alienę,nisi fieret con-
4 iunctæ personæ.¶ †Dicit tamen Baldus illud quod
dicitur de hoc legato facto coniunctæ personæ de-
bere intelligi, nisi testator erraret in iure,quod ha-
bebat,& putabat se posse legare, vt l.vxor patrui.
C.de lega.& l.Sticho.ff.de vsufr.lega.Quãdo verò
testator in re legata habet aliquod ius, aut illud ius
est communionis quã habebat cum alio,aut aliud
ius:si communionis,tunc solum ius quod habet,le-
gare videtur,id est,partem suã,vt in l.serui electio-
ne.§.fin.& l.si domus.§.fin. ff. de legat.j. Nisi dixe-
rit totum fundũ, vel vnam rem,quia licet esset cõ-
munis,tamen totũ deberetur,vt l.Iulianus.in prin-
cipio.ff.de legat.iij. secundum Bartolum in dicta l.
serui electione. §.fin. vbi vult idem esse, si testator
mensuram vel iugera rei legatę declarasset,quia vt
expressit,debet res legatario expediri.Idem dici de-
bet, si res legata esset communis inter testatorem
& hæredem suum, quia tunc tota res cedit legata-
rio,vt dicta l.cum filius.§.dominus.in tex.& glos.
ff.de legat. ij. Saluo in isto casu, quòd si testator ad-
ijceret hoc pronomen meum, tunc restringeretur
legatum ad eam partem tãtum,quam testator pos-
sidebat, & quam poterat vendicare,vt l.quamuis.
& l.Quintus.in secunda.§.argento.ff.de auro & ar-
gento legato.& ita dicit Angel.Are.in dicto §.non
solum. verificari gloss. positam in dicta l.serui ele-
5 ctione.§. fin. ¶ †Sed si ius competens testatori in re
legata erat aliud, quàm communionis, tunc illud
solum ius legatum videtur,quod sibi competat,si-
ue sit ius pignoris, de quo in l.Senatus.§. fina.ff.de
legat.j.& l.j.ff.de libe. lega. Siue ius superficiei,aut
vtilis dominij, vt dicta l.si domus.§.finali.Siue sit
ius vsusfructus finiendi morte vsufructuarij sic le-
gantis,& ita inutile reperiatur legatum, vt l.quod
in rerum.§.j.ff.de lega.j.de quo dicite vt ibi per gl.
& Bartolum,& per ipsum & Ioann. de Imol.in al-
legata l. Sticho. ff.de vsufru.lega. Et hæc procedũt
in iure competente testatori, non in re,sed ad rem,
vt quia rei per eum emptæ possessionem non ha-
bebat,quia non fuerat ei tradita:quoniam tunc so-
lum ius sibi competens legasse videtur,& sic hæres
testatoris illi legatario solum cedere tenetur actio-
nem ex empto,vt l.apud Iulianum.§.si Titius.ver-
sic.idem Iulianus.de lega.j. Vnum tamen est,quòd
si pretium rei emptæ nondum sit solutum, hæres
illud soluere tenetur venditori, secundum Bartol.
ibi,qui ad hoc allegat tex. hoc bene probantem in
ratione sui,in l.qui concubinã. §.qui ortos. ff.de le-
gat.iij.aliàs actio ex empto cessa per hæredem esset
elidibilis pretio venditori nõ soluto,vt l.Iulianus.
§.offerri. ff.de actio. emp. & ita Bartolus sequitur
6 Bal.& Doct.cõmuniter.†Aduertendum est tamen
super præmissis,quia licet iure isto ciuili valeat le-
gatum rei alienæ,secundũ differẽtias ibi positas,ita
quòd possit peti res,vt per hæredem redimatur,&
expediatur legatario,vel prę stetur illius ęstimatio,
vt iuribus allegatis. De iure tamen canonico secus
videtur esse dicendum, vt recitant Doctores post
glos.in dicta l.cum alienam.per cap.filius. extra de
testament. vbi videtur quòd de æquitate seu beni-
gnitate canonica non valeat legatum rei alienæ,
etiam quo ad æstimationem. Sed Petrus, Cynus,
& Salicet.in sæpedicta l.cum alienam. intelligunt,
quòd iure canonico legatum rei alienæ nõ valet in
præiudicium domini dictæ rei legatæ, sed bene in
præiudicium hæredis. de quo remittũt ad glossam

dictæ decretalis, filius.quam intelligit Ioannes Fa-
ber in rebus, quæ non cadunt in commercio, quia
vt ille dicit ibi,legata erat res vnius ecclesiæ, quæ
non poterat alienari, & erat legata alteri ecclesiæ.
¶ Panormitanus verò super d. decretali recitat sex
intellectus illius, sed ibi Ioannes de Imol. putat in-
tellectum glossæ dictæ legis, cum alienam. quæ fa-
cit differentiam inter ius canonicum, & ciuile, in
isto casu esse communem, & magis amicum literæ
dictę decretalis:nec sibi placere videtur intellectus,
quem Panormitanus ibi ponit tertium, qui etiam
fuit Ioan.Fab.& dictum est,& Innocen. & gloss.in
cap.si episcopus. xij. quæstio.ij. scilicet quòd dictũ
cap. filius.loquatur in legato rei ecclesiasticæ facto
alteri ecclesiæ, ea ratione, quia sicut legatum factũ
de re inalienabili, nisi cum difficultate non valet,
vt dicta l.apud Iulianum.§.fin. ita nec legatum rei
ecclesiasticæ, quæ non potest fieri sine solennitate,
vt cap.sine exceptione.xij.quæstio.ij.quia,vt dicit
ipse Ioannes de Imola, intellectus iste non videtur
bonus, quoniam licet non posſit res ecclesiastica
alienari sine debita solennitate,non tamen per hoc
posset inferri,quòd legatum nõ valeat, saltem quo
ad æstimationem,quia aliàs sequeretur,quòd si res
minoris vel pupilli legaretur, nõ valeret legatum,
cum non posſit alienari sine solẽnitate, nec sine de-
creto,vt ff.de rebus eorum qui sub tu. vel cu. l.ma-
gis puto. §.non pasſim. & C. de præd.minor. per
totum.& tamen communiter tenetur contrarium,
scilicet quòd valet legatum à sciẽte factum quo ad
æstimationem, vt tenet Bartolus in dicta l.apud
Iulianum.ff.fina. Antonius de Butrio in dicto cap.
filius.sequi videtur opinionem glos.dictæ legis,cũ
alienam.cum qua residere videtur Ioannes de Imol.
& publicè disputando dicit Panormitanus se te-
nuisse ita, intelligendo quòd in foro canonico ser-
uanda sit dicta decretalis: sed in foro ciuili lex ci-
uilis,per illud quod notatur per glossam in cap. ij.
de arbi.libro vj.& in cap.j.extra de noui oper. nũ-
tiatio. & in cap. ij.extra isto titu. eodem libro.Per
quod secundum Ioannẽ de Imola videtur posse di-
ci, quòd si alicui pauperi pro anima relinquatur
res aliena,valeat legatum,etiam si factum fuerit ab
ignorante, per id quod superius dictũ est de legato
facto coniunctæ personæ, quia nulla videtur esse
maior coniunctio,quàm animę,quæ cunctis rebus
est anteponenda,vt l.sancimus.C.de sacrosanct.ec-
cles.Ideo tale legatum peti potest in foro ciuili, li-
cet in foro canonico peti non posset,secundũ quod
7 non valet legatum factũ rei alienæ.† Vult etiã ipse
Ioannes de Imol. quòd tale legatum rei alienæ fa-
ctum ecclesiæ, vel ecclesiasticæ personæ non posſit
peti,etiam in foro ciuili, vt videtur casus in dicto
cap.filius.intelligendo, quòd ibi hæres,qui conue-
niebatur, esset de terris principis secularis, cũ lite-
ra ibi indistinctè loquatur, nec appareat,an de ter-
ris esset ecclesiæ vel Imperij. quod dicit esse menti
tenendum. Subiungit tamẽ, quòd communiter te-
netur opinio Innocent. quando legatur res aliena,
quæ non est ecclesiæ,quòd valeat legatum,secundũ
distinctionem dictæ l.cum alienam. verius tamen
8 putat quod suprà dictum fuit. ¶ † Sed quæritur,si
legatarius non est capax rei alienæ legatæ, an sibi
debeatur æstimatio:de hoc tangitur per glos.Bart.
& Docto.in l.sed si res.ff.de legat.j.& ibi illa vide-
tur intentio eorum,quòd si res legata non sit in cõ-
mercio propter naturã ipsius rei,vt si est sacra, re-
ligiosa,vel liber homo,non debeatur tunc æstima-
tio,per illud,quod habetur in dicto §.nõ solum.In-
stitu.de lega.& dicta l.apud Iulianum.§.fi.& l.inter
stipulantem.§.sacram.ff.de verbo. obligat. Si verò
res non sit in commercio, non propter naturã,sed
propter aliquam qualitatem, vt sunt res positæ in
ædificio, aut coniunctæ ædibus, licet res ipsæ non
debeantur,ne destruantur ædificia,potest tamẽ pe-
ti æstimatio,vt l.cætera.§.j.& §.si duobus. ff. de le-
gat.j.vbi autem res legata cadit in commercio, sed
cum magna difficultate, adeo quòd censetur quasi
imposſibile, vt in rebus Imperatoris vel ecclesiæ
Romanæ, nõ valet legatum,etiam quo ad æstima-
tionem,vt sæpedicta l.apud Iulianum. §.fin.Sed si
non sit in commercio magna difficultas, sed est de-
fectus in eo ex parte hæredis, & non legatarij,va-
let legatum,vt dicta l.sed si res.Si autem sit defectus
ex parte legatarij,& sit propter delictum, vt cõtin-
gere potest in Iudæo prohibito mercari mancipiũ
Christianum,non valet legatum,nec debetur æsti-
matio,vt l.mortuo.§.Labeo. ff.de lega.ij. Quando
legatarius verò non habet dictæ rei legatæ cõmer-
cium,non propter delictum,sed propter alium de-
fectum,si testator sciuerit defectum,valet legatum:
& etiam si ignorauerit quantum ad æstimationẽ,
vt l.fideicommissa. §.si quis. ff. de legat. iij. vbi est
exemplum,quãdo legatur seruo aliqua militia, seu
reditus congruens homini libero. & alia exempla
ponit gl.de hoc in dicta l.sed si res. & ita pertrans-
eunt Docto.circa quod videte glossam,Bartolum,
& Ioannem de Imol.in l.multum.ff.de verb. oblig.
9 ¶ † Secundò glos.hic pro declaratione huius regu-
læ allegat l.si mater.C.de inoffic.testamen. quæ sin-
gularis est, & singulariter notanda, vt ibi dicunt
Doctores,vbi posthumus præteritus à matre, quæ
non habuit facultatem mutandi testamentum, in
quo alios filios hæredes instituerat,quia decesſit in
puerperio, videtur cum alijs viriliter institutus,&
sic non rumpitur testamentum præteritione dicti
posthumi: secus esset si extranei in illo testamento
materno forent hæredes instituti,quia rumperetur
testamentum natiuitate dicti posthumi, vt Insti.de
exhæred.liber. §.j.& facit quod notatur in authen.
non licet.& authentic.ex causa.C.de liberis & post-
humis. Sed ratio dictæ legis, si mater. est sumen-
da ex coniectura & interpretatione pietatis mater-
næ.Quæ præsumptio vel coniectura habet locum
vbi alij eiusdem matris filij erant instituti: cessat
autem extraneis hæredibus institutis, vt ibi dicit
Bald. bona ratione, quoniam illa præsumptio vel
interpretatio fuit à lege introducta, ne testamen-
tum rumpatur: sed extraneis institutis non potest
iste filius posthumus succedere matri sine ruptura
testamenti. & ideo necessaria est tunc querela, vel
10 ius dicendi nullum. ¶ † Sed videretur secũdum Sa-
licet.ibi, quòd etiam alijs filijs institutis non debet
iste præteritus haberi pro instituto, etiam ex con-
iectura

lectura dictæ pietatis maternæ, ipsa quamuis decedēte in puerperio: quoniam mater illa ante partum posthumi sciebat se esse prægnātem, & multo ante tempore. Ideo non mutando testamentum iam factum, videtur ex certo proposito præteriisse illum posthumum, & in sua volūtate perseuerasse. Quod etiam dici debet fortius, vbi tēpore quo fecit testamentum sciuit se prægnantem, nec est coniecturandum, quòd illum posthumum de quo erat prægnās post eius natiuitatem hęredē institueret, quia solum in incertis est locus coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligatio. Ipse verò Salicetus huic respondet argumento, quòd in casu dictæ legis, si mater. prius fecerat testamentum, quàm sciret se prægnantem, nec sibi debet imputari negligentia, quare ante puerperium nō mutauit, quia præsumit lex, quòd hoc fecerit propter grauedinem vel grauitatem, aut quia videre voluit, quòd posthumus prius ad lucem perueniret, vel non habuit tabellionis, vel testium copiā. & pro hoc facit litera illius legis ibi, dum dicit text. tertio post testamentū susscepto. & hoc etiam tenet Baldus in l. tractabatur. ff. de testamen. mili. vbi dicit, quòd negligētia prouisionis hominis tollitur prouisione legis, per dictam l. si mater. quam ibi ad hoc dicit esse singula-
11 rem. ¶ † Contra tamen illam præsumptam à lege pietatem matris testatricis posset admitti probatio eius contrariæ voluntatis, vt puta, si probaretur ipsam matrem expressè dixisse, quòd ventrē suum hæredem facere nolebat. & hæc fuit sententia Guli. de Cug. Bartoli & Salicet. ibi. Vbi etiam ex illa lege colligit Alberic. quòd aliter succedit vocatus à lege ad successionem, quàm si esset institutus à testatore, vt patet ex notatis ibi per glo. quæ quærit,
12 & post eam Doctores, † Quid sit dicendum, si filij in casu illius legis essent instituti per matrē in partibus disparibus. & respōdet glos. quòd iste posthumus habebit virilem portionem, secundum tenorē dictæ legis. Ad quod facit d. l. qui cum plures. ff. de vulga. & pupill. substit. & l. fi. C. communia vtriusq. iudi. & l. illud. §. fin. C. de colla. & vt explanat glos. in dicta l. si mater. & post eam Salicet. hoc est pro conseruanda æqualitate inter fratres, vt dictis iuribus, quæ aliàs non seruaretur, vt puta vno filiorū instituto in tertia parte hæreditatis, & alio in duabus. Si præteritus aduocaret ab ambobus pro rata vtriusq;, institutus in tertia parte haberet minus virili portione, quod sibi damnosius foret, quàm reuocato in totum testamēto. Et institutus in duabus tertijs partibus hoc graue sibi non debet reputare: quoniam irritato testamento fuisset de iure reductus ad tertiam portionem. & ita resident Doct.
13 quos ibi post glos. plenius videatis. ¶ † Et potissimum ad illud quod ibi quærunt, qua actione agat iste posthumus institutus autoritate legis, vel habitus pro instituto. Quidam dixerunt, quòd quia autoritate legis præsumitur institutus, aget cōdictione ex dicta lege, si mater. quod Salic. non placet. & dicebat esse trufam. Gulie. de Cug. dicebat, quòd actione ex testamento, quia per legem habetur pro instituto. & illam sequitur Bartolus. Sed Baldus ibi dicit vtrunq; male dicere, quia hæredi instituto non cōpetit actio ex testamēto, sed petitio hæreditatis, vt not. in l. si post diuisionem. C. de iur. & facti igno. quoniam hæres directo institutus non habet ex testamento cohæredem obligatum, cum tamē obligatio sit mater actionis, vt l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. ergo nec habet actionem ex testamēto. Sed subiungit Bald. credendum esse, quòd prædicti Guliel. & Bartol. errauerunt in voce, sed non in intellectu: quia senserunt de vtili petitione hæreditatis, quæ datur ex coniecturata, seu interpretata institutione. & hoc etiam tenuerunt Odofre. & Salic. ibi, & ita tenendū est. Addit vnum Bald. non spernendū, videlicet quòd dictus præsumptus institutus potest habere beneficiū. l. fi. C. de edict. di. Adri. tollen. quia licet non sit expressè in testamēto materno descriptus, reperitur tamen scriptus in tenore legis, qui est notorius: & sic tanquam ex notorio fienda est missio, secūdum formam illius legis fin. quod notare. Vltimo glo. allegat ad declarationem huius regulæ illud, quod habetur in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. sub. & ref. sub cōdi-
14 ta. vbi est text. † quòd fideicommissum relictum à liberis post eorū mortē intelligitur factū sub cōditione, si sine liberis naturalibus & legitimis decesserint, licet illud fideicōmissum relinquatur à filijs naturalibus tātū. Quod additū fuit ibi per Iustinianū vltra l. cum auus. ff. de condi. & demonst. de qua fit mentio in l. cum acutissimi. C. de fideicommis. quæ leges non loquebantur nisi de fideicommisso facto liberis naturalibus, & legitimis, subintelligitur factum esse illud fideicommissum, subintellecta conditione, si institutus grauatus moriatur sine liberis naturalibus & legitimis. quod interpretatur lex ne testator alienas successiones suis siue suæ posteritati præferret, & ex coniecturata mente testatoris præsumitur ipse ex obliuione illam conditionem omisisse. & hoc quod cōstitutum erat de naturalibus & legitimis institutis fideicommisso grauatis, extendit Iustinianus in dicto §. cum autem. ad naturales tātum institutos in portione, quæ eis relinqui potest, iuxta illa quæ habentur in l. humanitatis. & authen. licet. C. de natu. liber. & grauatis substitutione post mortem suam, quia ex dicta coniectura mentis testatoris, etiam in eis intelligitur cōditio, si illi naturales tantum decedant sine liberis naturalibus & legitimis, non autem naturalibus tantū: quia naturales tantum, filij illius naturalis tantum non excluderent substitutos, vt ibi in text. & plenius per Doct. explanatur. Intelligatis tamen præmissa secundum eos ibi post glos. quòd in dicto §. cum autem. factū fuit fideicommissum in tempus mortis illius filij naturalis & legitimi, vel naturalis tātum, quia si purè factum fuisset, aliud esset dicendum, vt per totum ti. ff. & C. ad Trebellianum. & dicta l. cum acutissimi. Ideo in dicto §. cum autē. non sine causa gl. super verbo, substituit. subaudit, scilicet per fideicōmissum in tempus mortis factū, quod nō est sine mysterio, quia dispositio illius §. non posset procedere in aliqua aliarū substitutionū, nisi in fideicōmissaria. Primò non in vulgari, quia illa expirat aditione hæreditatis, vt l. post aditam. C. de impuber. & alijs substit. Pupillaris etiam adue-

niente pubertate euaneſcit, vt l.in pupillari. ff.de
vulga.& pupillari ſubſtitut. & ante pubertatē ne-
mo communiter generat. & ideo gloſſa in ſæpedi-
cto §. cum autem. illum intelligit in ſubſtitutione
fideicommiſſaria, quæ non expirat, niſi ex ſola cō-
iectura ta mente teſtatoris. Ad quod facit ille text.
15 dum dicit, ſubſtitutione prægrauatus. †nulla enim
aliarum ſubſtitutionum inducit grauamen, niſi ſo-
la fideicommiſſaria.& ſic verbum ſubſtituo, com-
prehendit fideicommiſſum.& ad hoc allegatur di-
16 ctus §. †vbi etiam dicunt, quòd ſi pater grauaret
filium ſuum, non poſt mortem ſuam, ſed poſt lon-
giſsimum tempus, vel poſt longum, puta poſt vi-
ginti vel triginta annos, etiam ſubintelligenda eſt
illa cōditio, ſi moriatur ſine liberis naturalibus &
legitimis, vt eſt caſus in dicta l. cum auus. Et ſecū-
dum eos idem dici debet in matre, ſicut in patre, cū
17 ſit eadem ratio. ¶ †Similiter dicunt in teſtamento
filij, qui inſtituit patrem, quem poſt obitum ſuum
fideicommiſſo grauauit eandem conditionem eſſe
ſubintelligendam, argumento l.nam & ſi parenti-
bus. ff.de inoffi.teſtament. Angel.tamen iſtam opi-
18 nionem Docto.limitat, †& dicit eam in matre etiā
procedere, niſi mater inſtituta per filium tranſiret
ad ſecunda vota, & ex illo matrimonio liberos ſu-
ſciperet, quia filius qui illam inſtituit, non videtur
cogitaſſe præſumptiuè de talibus liberis: quia per
tranſitum ad ſecunda vota triſtantur liberi primi
matrimonij, & anima primi coniugis, vt in authē.
de non eligend. ſecundò nuben. §.j. & §.proſpexi-
mus.collat.j.& in authent.de nuptijs.§.ſoluto. & §.
quæ verò.colla.iiij. Fulgoſius verò opinionem illā
dicit eſſe tolerabilem, ſi diceremus illā tenere ſubau
diendo conditionem, ſi pater teſtatoris vel mater
decederet ſine parentibus, vt dicta l.nam & ſi parē-
tibus. ſed nō credit eſſe ſubaudiendā conditionem,
ſi pater, vel mater inſtituti decederent ſine liberis,
quia liberi patris vel matris, non ſunt illi teſtatori
aſcendentes, neq; deſcendentes, ſed collaterales. Sed
dictus §.cum autē. voluit prouidere poſteritati, &
eſt exorbitans contra regulares traditiones iuris,
ponens caſum ſpecialem de ſubintellectu huius cō-
ditionis: ergo non debet extendi, cum nō ſit eadem
ratio in collateralibus ſubaudiendi dictam condi-
tionem, quæ eſt in deſcendentibus.& iſtam opinio-
nem Fulgoſij tenuit etiam Bartol. & Ioā.de Imola
in allegata l.cum auus. Et idem dici debet in fratre
inſtituto per fratrem teſtatorem, grauato onere fi-
deicommiſsi poſt mortem ſuam, non debere ſub-
audiri prædictam conditionem, ita quòd non de-
beat excludi ſubſtitutus, cum non ſit eadem ratio,
nec tanta affectio ad liberos fratris, ſicut ad liberos
filij, vt l.fratres.C.de inoffi. teſtam.& legitur apud
Ouidium, fratrum concordia rara. facit quod ha-
betur in l.cum oportet.in fine principij.& §.ſi nau-
tem res. C.de bon.liber. & l.cum pater. §.euictis.in
19 text.& gloſ.ff. de legat.ij. ¶ †Simile dicunt Docto.
in inſtitutione filij adoptiui grauati fideicommiſſo
poſt mortem patris adoptantis: quoniā poſteritas
adoptiui nō eſt naturalis poſteritas teſtatoris, nec
eſt præſumptio, ꝙ arrogator vel adoptans habeat
talem affectionē ad tales nepotes, quā habet ad na-
turalem poſteritatem ſuam. Ad quod facit l.ſi ità
quis in teſtamento.§.fin.ff.de legat.ij.& l.fideicom-
miſſum.ff.de conditio.& demonſtra. Licet Fulgo-
ſius nitatur ſuſtinere oppoſitum per l.ſi te parens.
C.de ſuis & legit.hæred.& per dictum §. cū autem.
qui loquitur indiſtinctè, ſed non eſt recedendum
à communi ſententia, propter rationem deficientis
affectionis, & coniecturæ reſpectu talium nepotū,
per iura proximè allegata. Ad quam affectionem
facit text.huius regulæ, & etiam l.ſi te parens. alle-
gata per Fulgoſiū loquitur in ſucceſsione inteſtati
patris adoptiui. Cætera quæ tanguntur in dicto §.
cum autem. videte ibi per Doctor. Et ea, quæ quo
ad naturales liberos tantum pleniſsimè recitaui in
l.quoties idem ſermo.nona charta.verſ.ſupradicta
autem locum habent in ſtatutis. & in ſequentibus,
per quatuor chartas. Gulielmus Maynerius Iu-
rium Doctor.

Summarium.

1 ☞Parentibus tenetur filius obedire.
2 Filius obediēs patri in aliquo atroci, an excuſetur.
& nu.3.4.& 5.
6 Serui obedire dominis tenentur, licet in delictis nō
omnino excuſentur.

Is damnum dat, qui iubet dare. Eius verò nulla culpa eſt, cui parére neceſſe ſit.

GLOSSA ad intellectū
huius legis allegat l.ſeruus.
ff.de actio.& obligat. vbi
gloſ.plenius quàm hic lo-
quitur.allegat etiam cæte-
ra iura, quæ in ea videtis.
& faciunt illa, quæ recita-
ta fuerūt in regula, qui iuſ-
ſu.& eodem titu.vbi dictū
fuit de neceſsitate obedientiæ iudicibus & magi-
ſtratibus præſtandæ. ¶ Videndum verò hic eſt, ſe-
quendo doctrinam gloſ.quam hic ponit, declaran-
do text. iſtum, qualiter ſit obediendum per filium
1 patri, & per ſeruum domino. ¶ †Et quo ad primū
videtur, quòd filiusfamilias debet obedire patri, vt
l.veluti.ff.de iuſti.& iur.vbi rationem reddit Albe.
quia pater & mater ſunt principium ſecundarium
noſtri eſſe. Dicuntur enim parentes, quaſi parētes.
& inducimur autoritate ſacræ ſcripturæ, principa-
liter ad amorem & obedientiam parentum. Scribit
enim Apoſtolus ad Timotheum quinto capitulo,
Mutuam vicem reddite parentibus.& Eccleſiaſtici
tertio capitulo ſic legitur ad literam, Qui honorat
patrem ſuū, iocundabitur in filijs, & in die oratio-
nis ſuę exaudietur. & ſequitur, Qui honorat patrē
ſuū, vita viuet lōgiori: & qui obedit patri, refrige-
rabit matrē. Qui timet dominū, honorat parētes,
& quaſi dñs ſeruiet illis qui ſe genuerunt in opere,
& ſermone, & omni patientia. Honora patrem tu-
um, & ſuperueniet tibi benedictio à Deo, & bene-
dictio illius in nouiſsimo remanet. Benedictio patris
firmat

firmat domos filiorum. Maledictio autem matris eradicat fundamenta. In præceptis etiam Decalogi Exodi xx. capitulo scriptum est, Honora patrē & matrem, vt sis longæuus super terram. Ideo vide-
2 tur, vt arguit ista gl. † quòd si pater aliquid nimis atrox præceperit, & filius obedierit, teneatur pater præcipiens, & filius obediens excusetur, argumento dictæ l. seruus. & per text. huius regulæ, qui excusat damnum dantem iussu eius, cui parere necesse habet, vt est filius patri, per superius allegata, tam in iure diuino, quàm ciuili, vt dicta l. veluti. cū similibus. & dicit Apostolus ad Colossenses iij. capitulo, Filij obedite parētibus vestris in omnibus. Possunt enim allegari autoritates sacræ scripturæ in causis tanquam lex scripta, vt dixi, per ea, quæ allegaui in l. in totum. ff. isto tit. Et quod dicitur in
Limitatio. patre, idem dici debet in matre, secundum Alber. in allegata l. veluti. facit l. contra voluntatem. C. de testa. ma. quia æqua pietas debetur patri & matri, licet potestas sit inæqualis, vt dicit text. in l. furiosæ. ff. de cura. furioso. accedat l. quiq. §. j. ff. de in ius vocan. & l. appellatione parentis. ff. titu proximo. & ij. quæst. vij. cap. quæritur. Est enim patria potestas inæstimabilis, vt l. filiusfamilias. §. j. ff. de lega. j. Et propter istam quam filius debet obedientiam patri, excusatur, si præcipiente patre dederit da-
3 mnum, vt in ista regula. ¶ † Sed secundum Alberic. in dict. l. veluti. hoc debet intelligi in his, in quibus nullū versatur atrox delictū. & sic in atrocioribus inducentibus delictum, filius nō debet obedire patri, vt etiam dictum fuit in l. velle non creditur. ff. isto titu. quia non in atrocitate, sed in pietate consistit patria potestas, vt l. diuus. ff. ad legem Pomp. de parri. facit quod habetur in l. liber homo. in ij. ff. ad legem Aquiliam. cum ibi notatis per glos. & Doct. & in l. seruus. C. ad legem Iuliam de vi publ. vel pri. & xj. quęst. iij. cap. non enim semper. & cap.
4 si dominus. cum pluribus ibi sequentibus. † & potest secundum Bonifac. de Ama. in cap. quod quis mandato. extra eodem titu. lib. vj. iste articulus sic concludi, quòd si loquamur de his quæ cadunt sub præcepto negatiuo, nec patri vel matri obediatur per filium, vt est meretricari, vt l. si lenones. C. de episc. audi. vel committere aliud delictum lege diuina, vel iure prohibitum, vt est homicidium, latrocinium, sacrilegiū, & his similia, quæ sunt atrociora, filius nō debet obedire patri, & si obediat, nō excusatur, vt iuribus superius allegatis. & in l. ij. C. de sepulc. viola. & notatur in l. ij. circa finem. ff. de noxal. Si verò loquamur de cadentibus sub præcepto affirmatiuo, vt obediatur, tūc filius debet obedire, sicut est exhibere reuerentiam & honorem, vt dicta l. veluti. & l. j. §. j. & l. liberto. ff. de obseq. à liber. & lib. parent. vel patro. præstand. vt est etiam alere patrem egentem, vt l. si quia à liberis. in principio. & §. parens. ff. de liber. agnos. & his in quibus nō cadit delictum, vt l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæredita. & notatur in dicta l. liber homo. in principio. & si in illis non obediat filius patri, pro contumacia & negligentia potest puniri, vt dicta l. j. §. j. ff. de obseq. à liber. & c. & l. ne quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsul. & l. si filius. in iij. & l. congruentius. C. de pat. potes. & est tunc per iudicem ferenda sentētia, quam pater dictauerit, vt dicta l. si filius. quam ibi auream vocat. & notat Albe. pro rationibus contra filios inobedientes. ¶ Posset etiam pater filium exhæredare, si contumacia eius sit talis, quòd cadat in vna de causis expressis in aut. vt cū de app. cog. §. causas. coll. viij. Aliqua deinde considerari possunt, quæ non cadunt sub præcepto faciendi, vel non faciendi. ¶ Quædam tamen sunt licita, & honesta, in quibus filius tenetur præcepto patris obedire, propter religionem quādam, & veneratione quā debet patri, vt d. l. veluti. & d. l. liberto. & cæteris iuribus alleg. & punitur, si non paret, quia non conuersatur vt
5 debet, vt dicto §. de plano. ¶ † Aliquando illa quæ præcipiuntur filio per patrē, sunt inhonesta, & nō licita, non tamen sunt atrocia, & tunc si filius obediat, excusatur, vt l. liberorum. §. fina. ff. de his qui notantur infa. Idem in actione legis Aquiliæ, & interdicto quod vi aut clam, in quibus filius obediēs patri, excusatur in totum, vt notatur in dicta l. liber homo. & probatur in ista regula. licet aute excusetur filius, qui in prædictis obedit patri, vt in hac regula, & iuribus allegatis: si tamen nollet in his obedire patri, non puniretur, secundum Barto. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui notantur infa. & dicta l. liberorum. §. fin. eodem titu. Et reddit rationem Bonifac. de Ama. in dicto cap. quod quis. quia aliàs sequeretur, quòd autor legis esset causa inhonestatis, & actus illiciti, contra illud quod habetur in l. ij. C. de indict. vidu. tollen. Sed si sint atrocia, nō debet obedire, & si obediat etiam inuitus, nō excusatur in totum, vt hic habetur, & in l. ad ea. ff. isto titu. & notatur in dicta l. seruos. & in sæpedicta l. liber homo. vbi tamē dicit Flor. quòd etiā in atrocioribus filius obediens patri excusat, si illud quod facit, permissum erat patri iubenti, vt l. Gracchus.
6 cum ibi notatis. C. ad legem Iuliam de adult. † Super seruis verò, an teneantur dominis obedire, dicendum quòd sic, extra crimina vel delicta, sed nō in delictis, vt dicta l. ij. §. is qui non prohibuit. ff. de noxal. Sed quòd in delictis obedire teneantur, videtur facere text. in d. l. ad ea. ¶ Et resolui potest, secundum Bonifaciū de Amanatis vbi suprà, quòd in atrocioribus parere nō teneātur: & si fortè obediant, licet non excusentur, mitius tamen cum illis agitur, vt dicta l. seruos. & ibi per Doctores. & si in leuibus delictis non obediant, non debent puniri, ne lex videatur delicta fouere, quæ illa prohibet. l. j. ff. de legib. Si tamen obediant, excusantur, vt habetur in dicta l. seruus. ff. de actio. & obligatio. Quæ sint atrocia, & quæ leuia tractatur in dicta l. ad ea. & ibi dicetur cum gloss. & per Bartolum in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & l. leuia. ff. de accusa. & Florianus in sæpedicta l. liber homo.

Summarium.

1 ☞ Conditionale debitum transmittitur, sed nō cōditionale legatum. & nu. 2.
3 Substitutus moriens ante conditionis euentum, non transmittit ius.
4 Patria potestas quomodo pendeat patre ab hostibus capto. & nu. 5.

Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

PRO amplissima declara-
tione huius regulæ recur-
ratis ad ea, quę plenissimè
recitaui in l. actus legitimi.
ff. isto tit. Sed pro exposi-
tione huius legis glos. hic
ponit exēplū de illo quod
dicitur Institut. de verbo.
obligat. §. ex conditiona-
li. vbi probatur, quòd in stipulatione conditionali
non est aliquid debitū, cōditione pendēte, & sic nō
est quasi sit debitū, nisi sola spes, si cōditio euenerit.
1 †Dicitur tamē spes deberi, & inter viuos illa dispo-
sitio cōditionalis stipulationis, siue spes transmit-
titur ad hęredes, siue per mortem creditoris, vt in d.
§. ex conditionali. vel per mortem debitoris pen-
dente conditione, qui relinquit hæredē sub illa cō-
ditione obligatum, vt l. si quis si Titius. ff. de verb.
2 obligat.† Hoc tamen nō procederet in legato cō-
ditionali, quod non transmittitur ad hæredem le-
gatarij morientis ante euentum conditionis, vt l.
vnica. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de ca-
duc. tollend. & l. legata sub conditione. ff. de cōdit.
& demonstr. Et est ratio inter hæc diuersitatis, quia
in stipulatione interuenit factum stipulantis, volē-
tis sibi & hæredi suo prospicere, vt l. si pactum. ff.
de probatio. facit l. si filius meus. ff. de verb. obliga.
& ibi Bartol. & Docto. vt enim dicit Angel. Aret.
in dicto §. ex conditionali. ea quæ sunt ex contractu
validiora sunt & firmiora, propter cōsensum duo-
rum, vt l. j. ff. de pact. Ideo facilius trāsmittuntur ad
hæredem, per superius alleg. circa quæ videte no-
tata per Bartol. in l. is potest. circa principium. ff. de
acquiren. hæred. Qui enim potest adire hæreditatē,
aditio est in pendēti, donec sit adita hęreditas, quia
vt ibi dicit Bald. potentia adeundi se habet ad adi-
tionem, sicut potentia ad actum. facit ad hoc l. iam
dubitari. ff. de hæred. instit. Illud autem quod est in
mera facultate, non dicitur esse in bonis nostris, vt
l. pretia rerum. circa medium. ff. ad legē Falcid. Ideo
dicit Bart. in dicta l. is potest. quòd potestas succe-
dendi alicui viuenti, non est res aliqua, nec ius ali-
quod simpliciter, quoniam non potest petere ape-
riri tabulas testamenti illius viuentis: quod posset,
si haberet ius aliquod, ita quòd haberetur pro eo,
quasi sit illud, quod pendet. Viuus enim non habet
hæredem. l. nec nos. C. de capti. & postli. reuer. & l. j.
ff. de hęre. ven. & l. j. ff. pro hærede. & tamen si cōpe-
teret ius, posset ille petere aperiri, vt l. ij. §. si dubi-
tetur. ff. quemadmo. testa. aper. Nō enim debet quis
esse solicitus de hæreditate viuentis, vt l. moribus.
§. interdum. ff. de vulga. & pupil. Ex quo subiungit
idem Barto. in allegata l. is potest. quòd substitutus
pupillo, quem pater instituerat, etiam mortuo te-
statore, non dicitur habere ius formatum, vel spem
aliquam à iure approbatam, quamuis in statu libe
ro hoc sit introductum à iure, fauore libertatis, vt
l. ij. ff. de statu liberis. sed non in alio substituto, vt d.
§. interdum. substitutio nanq; dicitur conditiona-
lis institutio, vt l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad le-
gem Falci. & l. fin. C. de hęred. instit. & notatur per
glos. in l. Gallus. in principio. ff. de liber. & posthu.
3 ¶ †Ideo ante conditionis euentū si quis fuerit sub-
stitutus alteri, & moriatur ante institutū, viuo te-
statore illud ius substitutionis nō transmittitur in
hæredem, etiam mortuo testatore, vt dicta l. vnica.
§. in nouissimo. & §. sinautem aliquid sub cōditio-
ne. C. de cadu. tollen. quia illa substitutio est ius cō-
cernens personam, quæ decessit antequam ius for-
matum sibi competeret: & quia præmoritur, defi-
cit conditio, quæ pendebat ex superexistentia, &
vita substituti, post mortem instituti. ¶ Bene ta-
men transmitteretur ius accrescendi, vt si duo fue-
rint semel instituti, & vnus alteri substitutus, & an-
te alium moriatur, non transmittit ius substitutio- Nota
nis ad suum hæredem, sed bene transmittit ius ac- de iure
crescendi in parte alterius, qui repudiauit, vel de- accre-
cessit hęreditate non adita: quoniam ius accrescen- scendi.
di habet solum locum ex impedita acquisitione ab
initio, vt l. si minor. ff. de acquirenda hæreditate.
vbi per Paulum de Castro. & hoc vult textus l. si
ex pluribus. qui probat vtrunq; dictum ff. de suis &
4 legit. hæred. ¶ †Deinde glos. hic pro declaratione
regulæ allegat illud quod habetur in l. j. §. si pēdeat.
ff. ad Senatucōsul. Ma. vbi ius patrię potestatis quā
habet pater in filio, dicitur pendere capto patre ab
hostibus, donec reuertatur postliminio, vel ibi mo-
riatur. Nam si reuertatur, erit locus Senatuscōsulto
Macedoniano, cum sit in patris potestate, quia pa-
ter reuersus semper fingitur fuisse in ciuitate. & hęc
est fictio postliminij, vt Instit. quibus mod. ius pa.
pot. sol. §. si ab hostibus. Sed fictio legis Corneliæ
fingit eum mortuum prima hora captiuitatis, vt
l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. ideo præsumit
hunc filium semper fuisse sui iuris. Sed postliminiū
quod fingit, patrem reuersum semper fuisse in ciui-
tate, facit quòd fingat filium fuisse in patris pote-
state. & sic licet ante reuersionē patris filius fuisset
verè sui iuris, secundum Alberic. in dicto §. si pen-
deat. & ibi Salicet. & notatur in dicto §. si ab hosti-
bus. quia pater tempore captiuitatis erat verè ser-
uus, vt Insti. de iur. perso. §. serui. tamē propter spē
postliminij, habet locum in persona filij exceptio
Macedoniani in contractu mutui, & ratione futuri
res est tunc in pēdenti, & actiones interim denegan-
tur creditori quo ad susceptionem iudicij, licet nō
quo ad decisionem. Et ratio est secundum Alberic.
propter odium creditorum, ex quorum mutuis fa-
ctis filijsfamilias occasiones magni mali, & mali
exempli possunt euenire, vt l. j. ff. ad Macedonia. in
principio. Item vt ibi dicit Salicet. si interim patre
existente apud hostes, cōtra filium ageretur effica-
citer ex mutuo reditus patris nil releuaret, cum ta-
men per reditum iure postliminij reducātur omnia
in pristinum statū. Ideo interim denegantur actio-
nes, donec pater moriatur apud hostes, quo casu tūc
cessat Macedonianum Senatusconsultum. Aut re-
uertatur, & hoc casu nō cessat, vt in illo text. & sic
ratione futuri res potest esse in pendenti, vt ibi no-
tatur per glos. & Salic. non autem potest pendere
ratione præsentis, vt l. cum ad præsens. ff. si certum
5 petatur. ¶ †Sed quæritur vtrum patria potestas in-
terim pendeat quo ad testamentum, vel ad contra-
ctus, vt si filius contrahat vel testetur, antequā pa-
ter

ter redeat ab hostibus, an valeat testamentum, vel contractus. & haec quaestio mouetur in l.fin.C.de senten. pas. quando patre deportato ipse fuit per principem restitutus. vbi dicit Alberic. quòd tantum valeat restitutio ad reparationem, quantum valuit condemnatio ad corruptionem. sicut videmus in absolutione quae reddit id, quod excommunicatio abstulerat, vt xxv.q. vj.cap.nos sanctorum. & cap.Iuratos. & notatur per glos. & Panormitan. in c.quia diligentia.extra de elect. & glos.iiij.quaestio.j.in summa. & facit l.vnica, circa principium.C.de cadu.tollen. ibi dū dicit tex. vt quod belli calamitas introduxit pacis lenitas sopiret. Sed nō per omnia est eadem iuris dispositio in filio deportati & filio capti ab hostibus, vt notatur in l.muto.§.fi.ff. de tutel. Quo verò ad supradictam quaestionem dici potest, secundum Angelum Areti. in dicto §.si ab hostibus. post Barto. in dicta l.fi. quòd in castrensi peculio, vel quasi castrensi, non est fienda dubitatio, quin etiam patre existente in ciuitate habeatur filius loco patrisfamilias, vt l.secūda.ff.ad Macedo.se.consul. & ibi glos. & Docto. & Institu.quib.non est permis.fa.test. §.j. Quo verò ad aduentitia bona si illa aduenerint ad filium post captiuitatem patris, testamentum non reuocatur, nec contractus filij: quia non tractatur tunc de perditione capti patris reuersi ab hostibus, sed de non acquisitione, vt l. sciendum. cum l.sequen.ff. ex quib.cau.maio. De acquisitis autē ante captiuitatem patris, si non fuit in alium translata pater reuersus illa recuperat: quia fictiōe postliminij restituitur, vt dictū est, in pristinum statum. Sed si sint in aliū translata iure haereditario, idem dicendum est, quia pro non alienatis habentur, & videntur remansisse in ea causa in qua erant, & reuerso patre fingitur filius semper in potestate fuisse, vt dicto §.si pendeat. & l.quòd si filius.ff. de capti. & postlimi.reuer. & notatur per gloss. & Doctores in dicta l.fina. facit quia adhuc viuo patre incertum est, an filius possit testari, vt l.secunda.§.si quis decesserit.ō.vnde legit. & glos. in dicta l.fin. tenet indistincte, quòd non valeat testamentum filij illius qui est captus ab hostibus: quia patre reuertēte redit in eius potestatem, & sic non debet valere illius testamentū, per l.senium.C.qui testa.fa.pos. & plenius per Docto. in dicta l.fina. & l.fin. cum ibi notatis.ff.cōmunia praed. tam vrb. quàm rus. Glos. hic opponit contra istam regulam de l.prima.§.sed si incertum.ff. de vent.in pos. mit. & non soluit. sed dici potest soluēdo, quòd ibi hoc ideo est, quoniā agitur de causa fauorabili. satis enim melius est alere non alendum, quàm alendū non alere. ita soluit Bonifac.de Amana. in cap.cum sint partiū iura.extra isto titu.lib.vj.xiiij.colum.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod praestiterit.

ISTA regula declaratur per glos. in princip. quae clarissima est, & deinde allegat ad intellectū huius text. illud quod habetur in l.supra iter. §.apud ferocem.ff.de aqua plu.arcen. vbi ex eo solo, quòd quis ex pluribus socijs alicuius rei, vel iuris posset repetere ab alio illud, quod soluisset, non potest cogi ad soluendum: verbi gratia, si habentes ius itineris, vel aquae ducendae opus aliquod fecerint, vel fecerit vnus illorum in damnum alterius, omnes tenentur, & potest agi contra omnes vel contra singulos, vt demoliatur opus, vt dicta l.supra iter.§.Cassius. si tamē nullus illorum fecerit, neque facientibus consenserit, solum potest cogi ad praestandum patientiam demolitionis iniusti operis, & non ad expensam, quamuis si soluisset posset repetere illam à facientibus, vel faciente post illarum solutionem, vt dicto §.apud ferocem. quia vt ibi explanat Ioan.de Imol. post Bartol. non esset hoc aequum, quòd licet posset ab alio repetere postquam soluisset debeat cogi ad soluendum. & redditur ratio: quia possibile esset, quòd alij effecti essent non soluendo, vel vnus illorum qui fecisset, & interest cuiusq; potius non soluere, quàm repetere solutum. Ad quod facit l.secunda ff.de compensa. Imò etiam vbi quis eo tenetur, quia actionem habet, liberatur cedendo illam, vt l.quod debetur.ff.de pecul. & l.fin.ff.de admi.tuto. ¶Glos. deinde contra hanc l. opponit de l.ancillarum. §.si quis seruo.ff.de pecul. & soluit per fallentiam. ibi enim pro contractu celebrato à seruo plurium dominorum super peculio potest vnus illorum conueniri insolidum etiam de peculio, quod est apud alium: repetit tamen ille conuentus actione pro socio, vel communi diuidundo, quatenus alios aere alieno liberauit, quod est contra istam regulam, de qua ibi opponit Salice. quia hic dicit quòd nemo ideo potest conueniri, quia sit recuperaturus ab alio: sed ipse soluit, quòd ibi non est ratio quare teneatur, quia solutum recuperare potest ab alijs, sed quia cum seruo suo cōtractum erat. Quod intelligite sup peculio: quia non eo solo, quòd alter sit cōdominus serui procedit dispositio dicti text. nisi haberet peculium, vel alter dominorum qui soluendo liberaretur aere alieno, vt ibi patet in fi.§. Ideo dicit ista gloss. ibi esse speciale. & ratio specialitatis ibi redditur in text. quia permissum est contrahenti cum seruo super peculio quem vult illorum dominorum cōueniri, ne in plures aduersarios distringatur, quod esset iniquum, vt hic, & in l.ne in plures.ff.de exercito. cum ibi notatis. ¶Vltimo glos. ponit exemplum de l. qui fundum.§.sicut ex parte.ff.ad l.falci. vbi videte gl. quae plenius & clarius loquitur, quàm ista.

Summarium.

1 ☞ Ambiguitas, obscuritas & incertitudo quomodo differunt.

2 Obscuritas seu ambiguitas dicitur multis modis.

3 Verbum ambiguum contra proferentem recipit interpretationem.

4 Ambiguitas contra quem interpretanda. numero 5. 6. & 7.

In contrahenda venditione, ambiguum pactum cōtra venditorem interpretandū est. Ambigua auten intentio ita accipienda est, vt res salua actori sit.

IN hoc text. videmus dictio
nem ambiguam pactum,&
ambiguam intētionem. Ad
cuius euidentiam sciendum
est, secundum Alberic.in l.
veteribus. ff. de pact. quòd
1 tria sunt, scilicet † Ambigui
tas, obscuritas, & incertitu-
do, quę consonantiam viden
tur habere, sed proprie differunt: quoniam obscuritas
2 proprie cōsistit in dictione & æquiuocatione, † vt quã
verbum, vel dictio accipi potest pluribus modis, vt l.
quoties in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. cum ibi
notatis. Sed secundum intentionem Bald. in dicta l. ve
teribus. per istam l. quã allegat, possunt obscuritas &
ambiguitas eodem modo nominari, quod pluribus
modis capi potest, secundum gl. ibi, scilicet per æqui-
uocationē, vt dictum est. Secundo per ambiguitatem
quæ consistit in oratione, & parit Amphibologiam,
de qua per gloss. in allegata l. veteribus. & habetur per
3 glo. in l. vxores. ff. de his qui notan. infa. † Tertio dici-
tur ambiguitas, vel obscuritas ratione alternationis,
vt l. plerunque. ff. de iure dot. & l. iij. §. qui Stichum. ff. de
eo quod cer. loco. Quarto propter nō coarctatam lo-
cutionem, vt l. prætor. in princip. & §. quod autem. ff.
de iniur. & l. item exigit. ff. de dolo. Quinto ratione in-
definitatis, vt l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. præd. incerti
tudo etiam, licet veniat ex alternatione, vel generalita
te, potest tamen dici ambiguitas, vel obscuritas, & de-
bet intelligi, quòd locū habeat in hac regula. Pro quo
demonstrãdo glos. hic allegat l. cum in lege. ff. de con-
trahen. emp. vbi verbum ambiguum interpretatur cō
tra proferentem. facit l. Labeo. in prima. eodem titu.
Sed hic est aduertendum, quòd proferens in dubio de-
bet ille intelligi, in cuius fauorem prolatum est verbū
illud obscurum, vt dicunt Docto. in dicta l. cum in le-
ge. per text. l. ibi sequentis, quæ incipit, si in emptione.
vbi dicit Salice. quòd si emptor illa protulit, in suum
fauorem videtur prolata, ideo contra eum fit interpre
tatio, vt in illo tex. quem glo. ibi sic intelligit in solutio
ne cōtrarij, quod facit de illa lege, cōtra quod opponit
ista glos. de l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. &
soluit, vt in ea videtis, quòd illa lex loquit̃ in iudicijs,
4 ista in contractibus. † Super quibus considerandū est,
secundum sententiam Docto. & glos. in dicta l. si quis
intentione. & allegata l. veteribus. & Dyn. in cap. con-
tra eum. extra eodem tit. libro vj. quòd quando occur-
rit ambiguitas, vel obscuritas in iudicijs propter ver-
ba prolata à litigatoribus, stari debet interpretationi
proferentis, siue sit actor siue reus, vt allegata l. si quis
intentione ambigua. dum tamen interpretatio posit
conuenire verbis prolatis, & sit apta, per ea quæ ha-
bentur in l. prima. §. Labeo. ff. de flumi. & cle. si. de ap-
pella. & cap. pia. extra de excep. libro vj. & notatur per
Angelum & Alberic. in sæpedicta l. si quis intentione
5 ambigua. † Si verò est ambiguitas in iudicijs ob aliud,
q̃ ppter verba plata in pręparatorijs, fauēdū est acto
ri, & in decisorijs reo, vt l. de die. ff. qui satis. cogan. vbi
largius videte gloss. & Doctores, & in l. Arrianus. ff.
de actioni. & obligatio. & l. inter stipulãtem. §. j. de ver
borum obligation. & l. fauorabiliores. infra eodem ti-
6 tu. † Sed quando oritur ambiguitas in contractibus, il-
la potest esse circa personas, aut circa res, vel circa ver-
ba contractus. si circa personas, regulariter vitiatur, vt
l. sed si sibi. ff. de stipul. ser. Quod fallit, secundum Albe
ricum in dicta l. veteribus. quando lex illã ambiguita-
tem declararet, vt quia facit alteram personarum habe
ri pro adiecta, vt l. eum qui ita. §. qui sibi. ff. de verbo-
rum obligationib. vel quando disiunctiuam conuer-
tit in coniunctiuam, aut copulatiuam, vt l. cum qui-
dam. C. de verborum significa. vel vni dat actionem
directam, & alteri vtilem, vt l. Caius. ff. solu. matrimo.
7 cum ibi notatis per Docto. ¶ † Quandoq; oritur ob-
scuritas circa res, & hoc ex generalitate. circa quod vi-
dete Dy. in cap. in obscuris. extra eodem titu. libro vj.
Si autem sit obscuritas propter alternationem, tūc de-
claratur per electionem debitoris, vt dicto §. qui Sti-
chum. & in cap. in alternatiuis. eodem tit. libro vj. Aut
obscuritas seu ambiguitas oritur ex verbis, & tunc si
posit valere secundum intellectum vnius contrahen
tium, illud seruari debet, secundum gloss. hic, vt l. eum
qui calendis. & l. quoties. ff. de verborum obliga. Si au
tem secundum vtriusque intellectum seruari potest, il
lud, quod est verisimilius seruandum est: sed si non ap
pareat illud verisimilius, seruabitur minimū: & si nec
illud constet, tunc contra proferentem fiet interpreta-
tio, vt hic, & iuribus superius allegatis. Sed speciale est
in dotibus, pro quibus fit interpretatio, vt l. in ambi-
guis pro dotibus. ī. isto titulo. cum ibi plenissime no
tatis. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Conueniri qui debeāt in id solum quod facere pos
sunt. & numero 2.
3 Condemnatio deducto ne egeāt, quid posit, & quòd
exceptione sit opus. & nu. 4.
5 Excipiens ne conueniat̃ nisi in id quod facere potest, si
ad pinguiorē venerit fortunam, tenebitur insolidum.
6 Donatarius an teneatur alere donatorē ad egestatem
redactum. & nu. 7. 8. 9. 10. & 11.

In condemnatione personarū, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totū, quod habent, extorquendum est: sed & ipsorum ratio habenda est, ne egeant.

MATERIAM huius re
gulæ tractaui plenissimè in
l. in omnibus causis. ī. isto
titu. in versu, venio ad glo.
& ibi allegaui istã l. & etiã
in l. diuus. ī. eodem tit. vbi
explanaui longius quę sint
illæ personæ quibus id iure
sit concessum, vt inquantū
1 facere posint condemnentur. † Quibusdam enim pro
pter reuerentiam quæ eis debetur, vt sunt parentes, pa
troni, socer, maritus, & similes, vt l. patronus. & l. non
tantum. ff. de re iudi. & l. maritum. & l. alia. §. eleganter.
2 ff. solu. ma. † Aliquibus propter naturam contractus,
vt sunt

vt sunt socij: quia societas habet vim fraternitatis, vt l.
verum.ff.pro socio. Vt est etiam donator, vt l.sunt qui
in id.& l.inter eos.§.his quoque.ff.de re iudic.& dicta
l.diuus. Alijs etiam conceditur illud beneficium ex fa-
cti accidentia, sicut sunt illi qui cesserunt bonis, vt Insti
3 tu.de action.§.sunt praeterea.¶†Sed hic Iurisconsultus
tractare videtur solum, Quid sit illud, & quomodo in-
telligi debeat in quo condemnari possint hæ personæ
quæ condemnari debent in id solum, quod facere pos
sunt. Et respõdet, vt videtis, quòd totum, quod habẽt,
non est eis extorquendum, sed sic executio fienda est, ne
4 egeant.† Quod glos. hic declarat, vt in ea, & plenius
Doctor. in allegata l.sunt qui in id. dicentes istud be-
neficium, vt non totum extorqueatur, quod habent
dictæ personæ, sed habeatur ratio ne egeant, non com-
petere ipso iure, sed ope exceptionis: ideo procederet li
bellus in quo peterentur insolidum condemnari, vt l.
pen.ff.quod cum eo, qui &c. Et secundũ Paul.de Cas.
in dicta l.maritum. licet condemnatio fiat insolidum,
post sententiam tamen moderanda est executio ad id,
quod facere possunt, vt l.ex diuerso.§.fina.solu.matri-
monio.& l. Nesennius.ff.de re iudicata. Et etiam ante
condemnationem potest per exceptionem impediri,
ne fiat insolidum, & sic moderabitur condemnatio, sed
non moderabitur obligatio: quia insolidum compe-
tit, vt dicta l.penultima.& notatur per Bartolũ in l.si
dubitetur.ff.de fideiussor.& Salice.in l.prima.C.de iur.
& fac.igno. ¶Et sic ista exceptio potest opponi post
sententiam: quia non contradicit sententiæ, nec eam im
pugnat, sed executionem modificat, & temperat, vt di-
cit Salice.in dicta l.prima. imò vult ibi Alberic. quòd
ista non est propriè exceptio: quia non excludit pro
5 parte, nec in totum intentionem actoris.†Nam si exci
piens venerit ad fortunam pinguiorem, non euadet
executionem insolidum, vt patet in dictis iuribus, &
sic non est propriè exceptio, vt dictum est, sed cuius-
dam beneficij imploratio.¶De natura autẽ exceptio-
nis est solum excludere non petere, vt l.secunda.ff.de
except.& vt etiam dicit Bald.in allegata l.prima. post
Iacobum Butri. potest cognosci, quòd ista exceptio se
compatitur cum sententia: quia non obstat actioni
naturali, & ciuili, imò se compatitur cũ illa. Ideo obij-
citur post sententiam in executione, licet, quod, vide-
tur mirum, non fuerit obiecta neque ventilata in iudi-
cio ante sententiam. Sed quamuis non fuerit tunc op-
posita, tamen ius agentis, quod fuit ventilatũ per eam
non impugnatur, sed sola executio, nec redarguit ista
oppositio sentẽtiam de iniquitate. Ad quod videte in
simili Bal.in l.vinum.ff.si cert.pet.in versicu. sed quid
6 si æstimatio frumenti. ¶†Vlterius aduertendum est
ad illud, quod hic dicit gloss. non caueri iure, quòd do
natarius teneatur præstare alimenta donatori si egeat:
quoniam glos.in l.fin.C.de reuo.dona. quam hic alle-
gat Barto. tenet contrarium per l.alimenta.§.primo.ff.
de libe.agnos. quæ l.hoc nõ bene clare probat, sed po-
test iuuari ratione: quoniam pater tenetur alere filium,
& econtra filius patrem, vt l.si quis à liberis.& per to-
tum titu.ff.de libe.agnos. Sed qui alicui donat magnas
facultates, æquiparatur patri, vt l.si patronus.ff.de cõ
7 firma.tuto.† Ista quæstio sicut habet contrarias gloss.
habet etiam opiniones Docto. diuersas, vt recitat per
Cyn. Ioan.Fab. Bald. Salice.& Alberic. in dicta l.fin.&
Ioan.Andr. Petr.de Anchara. Panormitan.& Ioan.de
Imol.in cap.fin.extra de donatio. vna est opinio, quòd
donatarius rei singularis necessariò non teneatur alere
donatorem maximè si consistat in parua quãtitate: &
ita procedat opinio istius glos. sed si donantur vniuer-
sa bona, vel consistat donatio in magna quãtitate, pro
cedat opinio glos. in dicta l.fin. & hæc fuit distinctio
Cyni recitati per Panormita. in allegato c.fi. quam di-
8 xit esse æquam.† Alij dixerunt, quòd si donator pro-
pter illam donationem, seu ex illa fuerit redactus ad
inopiam, vel egestatem, debeat alimentari à donatario.
& assignant rationem: quia etiam promittendo illam
haberi debet ratio ne egeat, & illud deducere, vt l.cum
ex causa.ff.de re iudic. Si autem donator sit egenus ex
alia causa, quàm dictæ donationis, non possit petere
alimenta à donatario, cum donatio perfecta reuocari
non possit, vt l.perfecta.C.de dona. quæ sub mo. vel
9 condi.fi. ¶Sed licet æqua videatur prædicta opinio
Cyn. quam sequitur Panormitan. putat tamen Albe-
ric.in allegata l.fina. de stricto iure donationem reuo-
cari non posse ex alijs causis ingratitudinis, quàm ex
illis, quæ in illa l.fin. exprimuntur: quia non est nostrũ
legem extendere, vt l.si vero.§. de viro.ff.solu.matri-
monio. cum ibi notatis. sed in dicta l.fi. inter causas in-
gratitudinis ibi numeratas & expressas non reperitur
denegatio alimentorum, quam facit donatarius dona
10 tori, & allegat Dyn. ita tenuisse.†Sed Saliceto in saepe
dicta l.fin. opinio glos. ibi posita videtur magis æqua.
& eam dicit ibi Ioan.Fab. teneri per Docto. Et moue-
tur Salice. quia denegans alimenta impius est, & dona
tori non leuem facit iniuriam, cum sit naturaliter obli-
gatus ad antidora, vt l.sed & si lege.§.consuluit. ff. de
peti. hæred. saltem vsque ad concurrentem quantita-
tem fructuũ rei donatę, & videt de æquitate donatariũ
ipsum debere conferre ꝓ alimẽtis donatoris, aliàs esset
11 ingratus. quod tamen relinquit cogitandum.† Com-
munior verò opinio videtur pro gloss. dictæ l.fi. quan
do in magna quantitate consistit donatio. & ita viden
tur residere Doctor. communiter in locis allegatis. fa-
ciunt ad hæc notata in l.si verò non remunerandi.§.
inde Papinianus. per gloss. Alberic.& Salice.ff.manda
ti.& Angel.in dicto §.consuluit. Cętera hanc regulam
concernentia videte plenißimè recitata in dicta l.in o-
mnibus causis.ñ.eodem titu. Gulielmus Maynerius
Iurium Doctor.

Ex his causis reuocari põt donatio.

Summarium.

1 ☞Restituere, verbum, quid importet.& nu.2.
3 Fructus an peti possint sine libelli oblatione.
4 Fructus emolumenta & obuentiones, quomodo dif
ferant.& nume.5.
6 Fructus an & quando intelligantur deducta impensa.
& numero 7.8.9.10.11.12.& 13.
14 Farina an dicatur fructus.
15 Frumenti nomine, an contineatur farina.
16 Palea continetur appellatione fructus.
17 Fructus aliquando computantur sicut aliæ res hære-
ditariæ.& nu.18.
19 Dominus rei an censeatur qui colligit fructus.
20 Rem vendicans quando non teneatur probare se do-

minum.& numero 21.
22 Posſidens rem quando præſumātur dominus.& numero 23.

Cum verbũ, reſtituas, in lege inueniatur: etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi.

PER plures leges in tit.pro
ximè percedenti de verbo-
rum ſignificatio.iſta regula
plenius declaratur cum gl.
ſuper illis poſitis.† Quam-
1 uis enim verbum, reſtitue-
re, ſignificet quandoque id,
quod verbũ reddere, quod
eſt retro dare, vt l.verbum,
reddendi.ē.titu.proxi.& iuribus ibi allegatis in gloſſ.
tamen propriè,& per ſe ſignificat etiam primo dare.
Ad quod facit text.in l.tertia.C.depoſiti.in verbo, re-
ſtitui.& l.ſi fratris.in verbo, reſtitueretur.C.de iure de-
lib.& in l.captum.in verbo reſtitui.C.de capti.& poſt-
limi.reuer.& l.ſcimus.§.primo.C.de inoffic.teſtamen.
cum ſimilibus.Et ideo interdictum adipiſcendę poſſeſ-
ſionis dicitur reſtitutorium, vt notatur per gloſſ.in l.
prima.§.primo.ff.quor.bon.& Inſtitu.de interdict.§.
2 reſtitutoria.& §.adipiſcendæ.† Et vt vult iſte text.di-
ctio hæc, reſtituas, deſignat & notat plenam reſtitutio
nem non ſolum eei principalis in iudicium deductæ,
ſed omnium fructuum, acceſsionum, obuentionum,
emolumentorum, cauſarum, vſucapionum & vtilita-
tum, vt l.plus eſt in reſtitutione. reſtituere autem is
intelligitur, i.reſtituere is videtur, dicta l.verbum red-
dendi.l.hæc verba in ſtipulatione poſita.l.cum præ-
toe.& l.fina.§.ſi.ſuprà titu.proxi. & l.videamus.§.in
Fauiana.ff.de vſur.vbi probatur ad literam, quòd ver
bum, reſtituere, habet plenam ſignificationem, vt res
reſtituatur cum fructibus,& ibi Salice.in ſummario.
Limitatio. ❡ Quod dicit ibi Alberic.in princip.maximè procede-
re, vbi lite cōteſtata ſiue dari ſiue tradi ſit in obligatio-
ne: quia veniunt acceſsiones naturales, vt fructus, ob-
uentiones, & ſimilia.l.ſi cum fundus.in princip.ff. ſi
cert.pet.& dicta l.videamus.§.ſi actionem.in fin.
Limitatio. ❡ Et hoc etiam, ſecundum gloſſ.in dicto §.in fauiana.
procedit ſi fructus petantur in ſententia, per quam res
iubetur reſtitui: quia poſtea non peterētur, per ea quæ
habentur in l.quarta.C.depoſiti.Sed hortantur ibi Sa
lice.& Alberic.eſſe cauendum ab illa gloſſ.quæ poteſt
eſſe vera ſi fructus peterentur iudicis officio, quod fini
tur per ſententiam, vt ibi.& l.Iudex.ff.de re iudica.ſed
ſecus eſſet ſi peterentur, quia competebant iure actio-
nis, vt notatur in l.ex diuerſo.ff.de rei vendica. & in ſi-
mili in l.prima.C.de iudi.& l.ſed & partus.ff. qđ me-
tus cauſa.& l.centũ Capuę.ff.de eo, quod cer.lo.& ibi
per Alberi.Circa quæ attendendum eſt quoniam Bal.
3 mouet quæſtionem in l.j.C.de fruc. & lit.expen.† An
ſine libelli oblatione fructus peti poſsint.& allegat In-
nocen.in c.ſignificante.extra de appel.dicentem, quòd
debent expreſſe peti.allegat etiam cap.grauis. extra de
reſti.ſpolia.facit l.fundi.ff. de exceptio. Concludit ta-
men Bald.quòd in vniuerſalibus iudicijs intelligātur
venire in petitione: quia augent iudicium, vt l.non ſo
lum.ff.famil.erciſc.& l.item veniunt.§.fructus.ff.de pe
ti.hære.& l.iiij.§.poſt litem.ff. fini.regundo. ❡ Idem eſt
in iudicio reſtitutorio, licet non vniuerſali, vt dicto §.
in fauiana. Quod dicit eſſe verum ſi iure actionis illud
iudicium exerceatur: ſecus ſi poſtuletur iure reſtitutio-
nis in integrum, vt l.ſi.§.ſi.ff.de condi.indebi. ❡ In iu-
dicio autem ſimpliciter intentato ſi fructus ſunt pen-
dentes tempore quo offertur petitio ſiue libellus, ve-
niunt fructus, non tanquam fructus, ſed tanquā pars
fundi.l.fructus pendentes.ff.de rei vendic.etiam ſi ante
litem conteſtatam ſint ſeparati ab agro.l.ſi.§.penulti.
ff.de his quæ in frau.credit.l.ſi quis miſſum.§.Iudex.ff.
de dam.infec.& l.ædiles.§.item ſciēdum.ff.de ędil.edic.
Sed ſi ante oblationem libelli fuerint ſeparati ab agro
non veniunt, niſi in libello peterentur. facit quod ha-
betur in dicta l.videamus.§.ſi actionem.& quod no-
tatur in l.quod te.ff.ſi cer.pet.& ita hæc regula intelli-
4 genda eſt. ❡ † Et quia hic de fructibus fit mentio, viden
dum eſſet, quę differētia ſit inter fructus,& emolumen
ta, obuētiones, penſiones,& ſimilia. Ad quod quæſi-
tum vno verbo ſatisfacit Ioan.de Imol.in cap.ſi hære-
des.extra de teſta.j.colum.dicens fructus eſſe, qui ex re
percipiuntur, ſed emolumentum percipitur ex huma-
na induſtria. Ad quod allegat illud, quod notatur in c.
paſtoralis.extra de deci.facit quod habetur in c.nemo.
extra de ſimo.per Ioan.Andr. vbi ponit differentiam
inter emolumentum,& lucrum,& ibi Ioan.de Ana.&
quod habetur in cap.primo.extra de teſtib.lib.vj.& in
c.ſtatutum.de elect.vbi ipſe Ioan.de Imol.notat hoc
verbum, emolumentum, ſumi pro reditibus pecunia-
rum, vel illud quod ſumitur ex ſigillo, vt in partibus
iſtis apud eum vltramōtanis, ſed citramontanis apud
nos, vel poſt gloſ.ibi vocat emolumenta prouenien-
tia ex iuriſdictione, vt ſunt emendę vel pœnæ pecunia
riæ, per notata in cap.irrefragabili.§.fin.extra de offic.
ordi. vel poteſt hoc intelligi de mulcta, quæ infertur
propter contumaciam.l.ij.§.fin.ff.de iudi.& per totũ
5 tit.C.de modo mulct.† Fructus etiam & obuentiones
differentiam habent, ſecundũ Alberic.in l.ſi vrbana.ff.
de condi.indeb.quia fructus veniunt ex re, ſed obuen-
tiones propter rem, vt penſiones domorum, vecturæ
nauium, mercedes ſeruorum,& ſimiles, vt in illo text.
Et idem notauit ipſe Alberic.in l.vſufructu legato.ff.
de vſufruc.vbi dicit q́ fructus,& obuentiones idē eſſe
videntur quo ad hoc, vt cedant omnes fructuario, ſed
propriè differunt, vt dictum eſt, quia fructus percipi-
tur ex re, ſicut frumentum ex prædio,& obuentiones
propter rem, vt in exemplis ſupra poſitis, quæ haben
tur in dicta l.ſi vrbana. vbi Salice.hoc declarat clarius
dicens, quòd fructus ſunt qui veniunt ex re velut ex
cauſa proxima. Obuentiones verò immediate proue-
niūt ex cōtractu, ſed propter rē tanquā cauſam remo-
tam, vt l.ſi nauis.ff.de rei vēdica.vt patet in illa l.ſi vr-
bana.ſcilicet in dictis vecturis nauium, penſione inſu-
larum,& mercedibus operarũ, quæ tñ omnia licet abu
ſiuè & impropriè fructus appellentur, vt in ſi.illius
l.& ad hoc videte Bald.in l.vinum.ff. ſi cert.peta.ver-
ſu,& diſtingue circa acceſsiones.Sed circa hoc plenius,
& magis ſpecifice videndus eſt Rofredus Beneuenta-
nus in libellis ſuis titu.de officio iudicis quo petuntur
fructus

6 fructus à possessore. ¶ †Et est aduertendum, quòd fru-
ctus dicuntur, qui supersunt deducta expensa, secun-
dum Ioan. de Imo. in cap. propter sterilitatem. extra de
locato. & ideo dicit Bald. in l. fructus. ff. solu. matrimo
nio. quod quãtum ad veritatem, fructus est, quicquid
percipitur ex re: sed quantum ad fictionem iuris, & in-
tellectum non est fructus, nisi quatenus superest expẽ-
7 sis deductis. † Sed hoc plenius examinatur per ipsum
Baldũ & Salice. in dicta l. prima. C. de fruct. & lit. exp.
& dicta l. fructus. qui plura circa hoc considerauerunt.
Primo quando fructus alicui debentur ex dispositio-
ne legis, & in hoc regulare est, quòd intelligatur dedu-
cta expensa, vt dict. l. prima. & allegata l. fructus. & l.
diuortio. §. impẽdia. ff. solu. matrimon. & l. iij. & iiij. ff.
de impen. in reb. dota. fac. & l. si à patre, vel domino. §.
fructus. ff. de peti. hæred. & l. fundus qui. in princip. ff.
famil. ercisciund. & l. quod in fructus redigendos. ff. de
vsur. Et rationẽ reddit Salice. in allegata l. prima. quia
lex hoc disponens nõ vult, quòd perceptor fructuum,
qui tenetur illos restituere, vltra teneatur, quàm ex per-
ceptione illorum fit locupletior, ne cum aliena iactura
locupletetur ille, cui fienda est restitutio, qui tantũdem
fuisset impensurus in illorum fructuum recollectione.
facit ad hoc l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb.
8 ¶ †Fallit tamen hoc in decimis, & tributis, vt extra de
deci. cap. tua nobis. & cap. pastoralis. quia ibi deben-
tur ratione supremę potestatis. Decima enim est tribu-
tum Dei, dicto cap. tua nobis. vbi æquiparantur tri-
butum, & decima, & hoc ideo secundum Panormita.
ibi, quia tributum datur principi temporali in signũ
quòd est vniuersalis dominus: sic decimæ Deo qui est
omnipotens cunctorum vniuersalis dominus. & vo-
cantur ideo decimæ tributa egentium animarum, vt
9 ibi. & xvj. quęstione j. cap. decimæ. ¶ †Aliquando, &
secundo debentur fructus ex conuentione, & tunc vi-
detur, quòd debeantur sine deductione expensæ, per
text. l. cum duobus. §. si in cocunda. ff. pro socio. & l.
si pendentes. in princip. & l. quoties. §. si colono. ff. de
vsufruct. & l. fina. §. penultimo. ff. de his quæ in frau.
cred. & l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruc. lega. Et ideo,
secundum Salicetum in dicta l. prima. illi qui dixerunt
colonum partiarium in diuisione fructuum posse de-
ducere sumptus factos in fructibus quęrendis, non be
ne dixerunt: quia illa impensa, quam facit colonus
est in compensationem rei, quam ponit dominus, vt
dicto §. si in cocunda. secundum Iacobum Butrig.
¶ Et idem dicit quando quis vendit medietatem fru-
ctuum suorum quos percipit ex tali fundo: quia sic se
habet communis vsus loquendi, qui debet attendi, vt
l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. & l. cum de lanio
nis. §. asinam. ff. de fundo instruc. & l. anniculus. §. titu.
proximo. Et maximè, secundum Doctor. in allegata l.
prima, quãdo ex causa onerosa procedit dicta conuẽ
tio. Idem tamen putat Salice. in titulo lucratiuo: puta
si donarentur fructus illius fundi: quoniam hæc inter-
pretatio deseruit vsui communi loquendi, de quo sta-
tim dictũ est. Donatio etiam est beneficium, & latissi-
me interpretandum. Item in intentione ambigua fit in-
terpretatio contra proferentem, vt l. veteribus. ff. de
pac. & dictum fuit in l. in contrahenda venditione. su-
prà isto titu. Erat enim donatori facile dicere, quòd do
nabat fructus deductis expensis. quod cum non dixe-
rit, intelligi debet donasse integros sine diminutione,
argumento l. vnicæ. §. sin autem à deficientis. C. de ca-
du. tollen. & cap. inter corporalia. §. sed neque. prope
fi. extra de transla. prælа. & cap. ad audientiam. extra
10 de deci. †Sed quo ad dictam fructuum donationẽ, Bal.
in dicta l. fructus. ff. solu. matrimo. tenet contra opinio
nem Salice. scilicet quòd indefinita prolatio in contra-
ctu lucratiuo intelligatur deducta expensa, per dictam
l. fundi Trebatiani. Ioã. verò de Imol. in allegata l. fru-
ctus. in hoc contradicit Baldo, & reprobat suum di-
ctum, argumento dictæ l. fructus pendentes. ff. de rei
vendica. Nisi forte, secundum eum, donans non debe-
ret recipere fructus, sed pensionem seu mercedem pro
qua locasset fundum. Nam tunc intelligitur donasse
fructus qui deberent percipi per eum. & sic videtur lo
qui dicta l. fundi Trebatiani. quæ bene visa, cum expla
natione Bartol. non videtur probare intentionẽ Baldi
in hoc passu, & posset fortius pro sua intentione ad-
duci dicta l. fructus. solu. matrimon. vbi in contractu
dotis fructus dicuntur deducta expensa. Sed secũdum
Ioannem de Imola ibi, hoc est propter æqualitatem
seruandam inter virum & vxorem: quia cum vir ibi
deducere possit expensas quas fecit, ita etiam mulier
expensas ab ea factas deducere potest, secundum ca-
sum illius legis, qa maritus debet lucrari fructus rerũ
dotalium, propter onera matrimonij, vt l. pro one-
ribus. C. de iure dotiũ. Sed si non deduceret impensam
quam fecit, posset contingere quòd nihil lucraretur, si
soluto matrimonio portio remansura de fructibus
non transcenderet impensam. & est hæc ratio, secundũ
Paulum de Cast. ibi, quare hoc verbum, fructus, pro-
latum à lege, intelligitur deducta expensa, vt in j. mẽ-
bro dictum est. ¶ Fructus verò vel pensiones, quando
debentur ex aliqua negotiatione, vel hominis indu-
stria seu ingenio in his deducuntur expensæ, vt in alle-
gata l. si à patre, vel domino. §. fin. ff. de peti. hæredita.
vbi dicit gloss. quòd de tali lucro debetur decima.
Quod secundum Angelum ibi debet intelligi de deci-
ma personali, & non de reali. & refert se vidisse quæ-
stionem in facto viuente Bartol. in Perusio, vbi com-
mune Perusij vendiderat gabellam fructuum molen-
dinorum, & fornacum, in quibus decoquuntur late-
res, & vasa terrea: & consuluit Barto. quòd illi fructus
qui percipiũtur ex labore hominum atque industria
intelliguntur deductis expensis, & cum sequuti fuerũt
plures Doctores, per dictum §. fin. & l. fundus qui, do-
tis. in princip. ff. famil. ercisciun. & hoc tenet Baldus in
11 sæpedicta l. prima. ¶ †Quandoq; debentur fructus ex
dispositione testatoris, vt quia testator legat alicui an-
nuos fructus, vel reditus debendos, & expediendos
per hæredem: & isto casu deducitur expensa, quam fa-
cit hæres p illis, vt dicta l. fundi Trebatiani. quia in di-
cta lege si legatarius fuisset vsufructuarius, & p se fru-
ctus percepisset, in illis colligẽdis erat expensam illam
facturus, ideo congruit æquitati, quòd faciens illam
pro ipso ad eius commodum deducat ipsam, cum nõ
sit verisimile toties voluisse testatorem grauare hęredẽ,
secundum Salicetum in sæpedicta l. prima. Aut testator Si legẽtur fructus pẽdentes.
legat fructus pendentes in tali fundo, & non deduci-
tur expensa, vt dicta l. si pendentes. & dicta l. quoties.
§. si colono. ff. de vsufruct. & allegata l. fina. §. penulti-
mo. ff. de his quæ in fraud. cred. Aut legauit fructus

iam perceptos ex tali fundo: & licet sit titulus lucra-
tiuus, quia legatum est donatio quędam, vt l. legarum.
ff. de lega. secundo. sicut de donatione superius dictum
est, non deducendam esse expensam, ita nec isto casu, se-
cundum Salicetum: & eo maximè, quia in testamentis
plenior fit interpretatio, vt l. in testamentis. cum ibi no
tatis, suprà isto titu. & l. plenum §. sed si pecore. ff. de
vsu & habi. & quia vere omnes sunt fructus fundi, vt
notatur per gloss. in sæpedicta l. fructus. & etiam quia
legatarius non petit illos tanquam fructus perceptos
ex illo fundo, & sic non vi perceptionis illorum, sed
iudicio testatoris, & sic cessat ratio, ne cum iactura alie
na locupletetur, quæ habet locũ, quando illi peteren-
tur ex dispositione iuris. Quod tamẽ limitatur per eun
dem Salicetum, nisi legati essent fructus, ad quorum
restitutionem ille, qui legauit tenebatur: quo casu dedu
ceretur impensa, sicut prius poterat deduci, vt dicta l.
fundus qui. in princip. ff. famil. erciscun.
12 ¶ † Quandoque debentur fructus ex sententia iudicis,
& isto casu videretur dicendum, quòd deduci semper
debeant computata expensa & detracta, per sæpedictã
l. primã, positam in tractatu sententiarum. Dicit tamen
Salice. ibi considerandam esse causam ex qua fructus
petuntur, & secundum illam fienda est condemnatio,
ita quòd in casu illius l. petiti fuerant fructus à reo tan-
quam percepti ex fundo actoris, ideo deducebatur ex-
pensa. quod est notandum: quia verba iudicis sem-
per sunt ciuiliter, & ad intellectum legis referenda, se-
13 cundum Doctores. ¶ † Est deinde menti tenẽdũ, quòd
vbi in casibus prædictis deducuntur expensę de fructĩ
bus, intelligitur de expensis factis gratia fructuum, &
non aliter, vt potest dari exemplum, secundum Docto
res in arando, serendo, colligendo, aptando, & cõser-
uando dictos fructus, vt in dicta l. prima. explanatur
per Baldum & Salicetum, & Angel. in l. si à patre vel
domino. §. fin. de pet. hæredi. Superfluę autem non ve-
niunt deducendę: quia, vt dicit Salice. in dicta l. prima.
aliàs esset dare occasionem actori vt dimitteret fundũ,
contra illud, quod habetur in l. in fundo. ff. de rei ven-
dica. & circa ea videte Specula. in titu. de expensis. §.

An farina sit fruct⁹.

14 primo. versicu. expensæ. ¶ † Quærit etiam Bald. in sæ-
pedicta l. prima, an farina sit fructus. & respondet, q
non propriè loquendo: quoniam farina est materia-
tum disgrediens à materia, sic quòd ad eam reduci non
potest. Ad quod facit l. quæsitum. §. illud fortasse. ff.
de lega. tertio. & in denominatione rei considerari de-
bet forma præsens, & non forma finita, vel præterita,
nisi inter contrahentes aliud sit actum.
15 ¶ † Sed Bart. in dicto §. illud fortasse. mouet quæstio-
nem de statuto, quod punit portantes frumentum ex-
tra ciuitatem, vel locum, an farinam portãs debeat pu
niri. & allegat Dyn. tenuisse, quòd non: quia non po-
test farina reduci in pristinam materiam. Ipse tamen
Bartol. ibi dicit rationem esse in contrarium, per illud,
quod habetur in l. si cui lana. eodem tit. de lega. iij. vbi
appellatione lanæ continetur lana neta, siue non neta,
hoc est filata, vel non filata, donec ponatur in tela, siue
panno, & sic donec perueniat ad finem, ad quem desti
natur, & ideo in proposito cõcludit appellatione fru-
menti contineri farinam donec ex ea cõficiatur panis,
argumento dictæ l. si cui lana. Sed ipse Bald. in l. quod
non ratione. ff. de legi. consentit Bartol. quando farina
in fraudem statuti extraheretur. Potest etiã facere pro
Barto. quia appellatione frumenti continentur omnia
ad victum pertinentia, vt notatur per gloss. super ru-
brica. C. de canone frumentario libro xj. & quod no-
tatur per gloss. fi. in l. frugem. eo. tit. proxi. de verborum
16 signific. ¶ † Scitote etiam, quòd in fructu computatur
palea, vt est tex. in l. si vsufructuarius. ff. de vsufructu.
¶ Est etiam menti tenendum, quòd de fructibus nascen
tibus in fundo quem colonus suscepit colendum à do
mino ad certam partem fructuũ illi soluendã, debet sol
uere dictã partẽ de fructibus nascẽtibus in illo fundo,
& nõ de alijs, vt est tex. in l. dñi prædiorũ. C. de agri. &
censi. lib. xj. & ibi Iacob. Rebuf. in secundo notabili, &
tenet Ludo. Rom. in l. secunda. in princip. versu, nec co-
17 gitur. ff. solu. matrimo. ¶ † Deinde non est pro materia
fructuum omittendum, quòd quandoq; fructus non
pro fructibus, sed pro rebus computantur, vt si testa-
tor aliquos fructus prædiorum suorum recollegerat
priusq; obiret, sed illos non consumpserat, imò reman
serant post mortem suã in hæreditate sua, & ipse in te-
stamento suo hęredi per eum instituto substituerat, illi
fructus reperti in hæreditate sua iudicantur, nõ vt fru-
ctus, sed sicut res aliæ hæreditatis, ita q si substitutio ha
beat locum, debent restitui substituto, siue directa siue
obliqua fuerit substitutio, vt est tex. in l. ita tamen. §. j.
ff. ad Trebellia. & notatur per Paul. de Castr. in l. cen-
turio. iiij. colum. ff. de vul. & pu subs. & ibi per Angel.
& Ioan. de Imol. qui dicit fructus inuentos in hæredi-
tate testatoris censeri res hæreditarias, vel patrimonia-
les, & ex eis potest suppleri legitima debita filio, secun-
dum Iacob. Butri. in l. iubemus. C. ad Trebel. quod se-
18 quitur Angel. ¶ † Fructus verò percepti per institutũ
hæredem mortuo testatore, cui instituto datus est sub-
stitutus si extẽt tempore mortis instituti, bene venirẽt
in substitutione directa, per ea quæ habentur in l. in fi
deicõmissaria. & l. mulier. §. alia causa. ff. ad Trebel. &
dicta l. iubemus. sed non venirent in substitutione fi-
deicommissaria tanquam percepti per institutum iu-
dicio testatoris. quod & tenet Bald. in dicta l. centurio.
in iiij. oppositione. secus tamen dicit esse in directa, in
qua idem est iudicium de fructibus, sicut de rebus te-
statoris. Ad quod etiam allegat illud, quod habetur in
l. Paulus. ff. de pig. ¶ Sed illud, quod superius dictũ est,
de supplenda legitima debita in talibus fructibus non
videtur Ioan. de Imo. in dicta l. centurio. bene dictum:
quia illa debet esse de substantia principalium rerum te
statoris, vt l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testa-
mento. & ibi etiam hoc sentit Bartolus, & clarius in l.
Papinianus. §. si conditione. versu, vnde si quis. suprà
illo titu. de inoffic. testamento. Sed forte ille intellectus
Iacobi Butriga. est altus, quàm dicat Ioan. de Imola:
quia ipse Iacob. loquitur de fructibus perceptis per
testatorem viuentem non consumptis, sed qui reman-
serunt post eius mortem, & censentur patrimonium
eiusdem testatoris, & tanquam res hereditariæ, de qui-
bus etiam suppletur legitima, vel potest suppleri, per
quæ efficitur pinguior legitima: sed §. repletionem.
loquitur de fructibus perceptis post mortem testa-
toris, qui non dicuntur de eius substantia, sed hæ-
redis instituti. Et ita intelligit Salicetus in dicto §. reple
tionem. in prima oppositione. & Angelus in di-
cto versu, vnde si quis. nec dissentit Bartolus. Facit
quod

quod ipse notat in l.postulante.§.fina.ff.ad Trebellia-
19 num.¶ †Item notandũ est, quòd percipiẽs fructus rei,
præsumitur illius dominus, vt solet allegari gloss.in l.
quidam in suo.ff.de conditio.institu.in sua cauda. Ali
bi glos.dicit contrarium, vt l.cum res.C. de probatio.
vbi dicit, ꝙ ex possessione non præsumitur quis do-
minus. Sed pro dictarũ glossarum concordia potest di
stingui, secundum Bald.& Paul.de Cast.in dicta l.qui
dam in suo.quòd quandoq; deducitur in iudicio prin
cipaliter dominium agendo rei vendicatione: quo ca-
su non potest deduci possessio de præsenti ad fundan-
dum intentionem actoris, quoniam possidenti nõ cõ-
petit rei vendicatio, quæ habet duo principia, scilicet
vnum respectu actoris, quod est dominium, & aliud
respectu rei, quod est possessio, vel detentio, vt habet
in l.vnica.de aliena.iud.mutan.faci.l.prima.§.interdi-
ctum.ff.vti posside.& quod habetur in l. officium.ff.
de rei vendica.ideo agens rei vendicatione habet neces
se probare dominium de iure ciuili, vel gentium acqui
situm, vt l.in rem.in principio.ff. de rei vendi. & l.ita.
& l. si fur.ff.commoda.& quod habetur in dicta l.cũ
res.& l.siue possidetis.C.de ꝓbatio.¶ Quomodo au-
tem probetur dominium videnda sunt illa, quæ habẽ-
tur in l.traditionibus.C.de pact.& Institu.de rerũ di-
uisio.§.per traditionem.& l.ex hoc iure.ff. de iustit.&
iure.& Institu.de offic.iud.§.fina.& ibi Ang.de Areti.
& per Specula.in titu.de locato.§.nunc aliqua.versu,
20 lvj.† Aliquando tamen sufficeret probare solam pos-
sessionem agenti rei vendicatione contra spoliantẽ ꝓ-
bata etiam spoliatione, sicut in interdicto vnde vi.
¶ Et in hoc est fallentia à prædictis, secundum Bartol.
& Paulum de Castr.qui ad hoc allegant l. si quis em-
ptionis.§.sed & super illis.C.de præscript.xxx. vel xl.
21 annorum.quæ est singularis, secundum eos. ¶ †Idem
putat ipse Paulus de Castro, si ageretur contra aliquẽ,
qui habet causam ab illo, qui agit, puta contra com-
modatarium, vel depositarium rei, quæ vendicatur,
quia illi non possunt referre quæstionem dominij, iu-
xta plene notata in l.si alienam. ff. solu.matr. licet glo.
ibi videatur tenere cõtrarium, & in dicta l.ita vt si fue.
quas gloss.sequi videntur Doctores. Sed Paul.de Ca-
stro illud non placet.& adducit rationem, quia qui re
cipit rem titulo commodati, vel depositi, ex hoc vide-
tur confiteri commodantem, vel deponentem esse do-
minum, ideo postea non potest mutare propositum,
imò denegando rem videtur spoliare illum à quo rece-
pit, vt l.colonus.ff.de vi & vi armata. Igitur sic in casu
præcedenti actor debet obtinere per dictum §.sed &
super illis.& idem tenet ipse Paulus de Castro in dicta
l.si alienam.vbi etiam allegat dictam l.colonus.& l.cũ
fundum.eodem titu.& l.si quis conductionis.C.loca-
ti. Sed circa hoc videte Doctores Bartol. Bald.& Ioan-
22 nes de Imol.in ante dicta l.si alienam.¶ † Aliquãdo de-
ducitur dominium per viam exceptionis, vt quia agi-
tur contra aliquem rei vendicatione ad rem quam pos
sidet, qui sola possessione sua aduersus actorẽ, qui etiã
probauit, & fundauit intentionem suam, se tueri cona
tur, sed illa possessio sola non potest tueri reum exci-
pientem, quia ex sola possessione non præsumitur do
minus, secundum Barto.in l.fin.C.de rei vendi.& in di
cta l.quidam in suo.vbi secundum Paulum de Castr.
bene sufficeret reo conuento rei vendicatione si pos-
sideat, & actor non probet dominium, vt absoluatur
propter suam possessionem, ex qua actore nõ probã-
te præsumitur dominus, licet nullum ius habeat. Ad qđ
secundum eum facit l.prima, post principium.ff. si
pars hæredita.peta. Sed subiungit ipse Paul.de Castro
non sufficere hoc, quòd iudex debeat declarare illum
reum possessorem propter non probatum dominiũ
ab actore esse dominum, vel in absolutione à petitio-
ne actoris adijciat causam, quòd eũ absoluit, quia do-
minus est. facit quod notatur in l.circa hoc. ff. de pro-
batio. Ideo vtilius esse dicit absolui reũ simpliciter, eo
quòd actor intentionem suam nõ probauit, iuxta no
23 tata in l.Iulianus.ff.de condictio.indebiti.¶ †Aliquan
do deducitur dominiũ incidenter: verbi gratia, si aga-
tur confessoria actione ad seruitutem debitam rei quæ
pertinet ad actorẽ, principaliter deducitur in iudiciũ
ius seruitutis, & secundario dominium rei ad actorem
pertinentis, qui non posset obtinere in primo, scilicet
in iure seruitutis, nisi probaret hoc secundum, scilicet
dominium rei suæ, quoniam actio confessoria nulli a-
lij datur, quàm domino fundi cui dicit seruitutem de-
beri. l.secunda.§.hæc autem.ff.si seruitus vendic.¶ Suf-
ficit tñ existẽti in possessione illius rei probare se illius
possessorẽ eo modo quo dicit gl.in l.sicuti.§.sed si quę
ratur.eo.ti.& l.vti frui.§.j.ff.si vsusfru.pet.& tex.& gl.
in l.prima.ff.famil.ercišcun.& l.communi diuid.§. in-
ter prædones.ff.cõmuni diuidun.& l.Titium.ff.de so-
lutio.& facit quod notatur per Cyn.in l.secunda.C.
quæ sit long.consue.principaliter in quinta quæstio-
ne. Nec obstat l.item Mela.§.penult.ff.ad legem Aqui
liam.vbi dominium venit incidenter, & tamen bonæ
fidei possessor non habetur pro domino, sed ibi cõsta-
bat possessorem non esse dominum. ¶ Et sic prædicta Limitatio.
intelligi debent, nisi appareat de contrario contra pos-
sessorem. Et etiam intelliguntur si possessio inducatur
de præsenti, secundum Barto.in dicta l.quidam in suo. Si ad probationẽ dñij inducatur possessio de præterito.
& dictum est.ṡ. sed secus est secundum eum si ad pro-
bationem dominij induceretur possessio de præterito
quia illa nõ sufficeret ad inducendũ præsumptionem
dominij, vt l.& quæ nondum.§.quod dicitur.ff. de pi
gno.& quod notatur per glo.in l.prima.C.de Saluia-
no inter. & Insti.de actio.§.item Seruiana.& ibi Ang.
Areti.& Florianus, in dicta l.item Mela.§.primo.
¶ Ibi tamen addit, quòd vbi quæritur de dominio anti
quissimo, cuius nõ extat memoria, probaretur domi-
nium per famam. allegat notata per glos.in l. proprie-
tatis.C.de proba. Sed illa gloss.ibi non ita clare loqui-
tur, ideo videte ibi Doctores, & nota.per Bartol.post
gloss. in l.at qui natura.§.cum me absentem.ff.de ne-
go.gest.Bald.Alberic. & Docto.in l. iudicia.C. de rei
vendi.qui plenius.& distinctius loquitur, & Bal.in l.
iij.§.eiusdem.ff. de testi. Gulielmus Maynerius iu-
rium Doctor.

Summarium.

1 ☞ Mora fideiussoris non nocet reo, sed bene econtra,
nisi in casu.& nu.2.& 3.
4 Mora vnius conrei quando alteri noceat.
5 Mora in iudicialibus quõo cuiq; noceat.& nu.6.& 7.

Vnicuiq; sua mora nocet, quod &
in duobus reis promittẽdi obseruatur.

ISTIVS regulæ materia examinata, & expedita fuit in l. nulla mora. supra isto titulo. vbi hanc regulam allegaui declarando, quid sit mora descriptiuè, de quo tractatur in l. mora. ff. de vsur. vbi etiam dictum fuit quot modis mora sumat, & quot

Cui mora noceat.

modis committatur, & commissa quid operetur, & de illius effectibus, & de modis ipsa purgandi, & cui noceat mora, fuit ad hanc regulam remissum, vbi textus noster dicit vnicuiq; suam moram nocere, hoc est vnicuiq; cõstituto in mora tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, in iudicijs, & alijs actibus sua cuiq; mora nocet, vt explanat Bonifacius de Ama. in cap. mora sua. extra eodem titu. libro vj. & de contractibus fuerunt satis declarata exempla cõciusiue in dicta l. nulla mora. in articulo tractante de effectibus mo
1 ræ, vbi recurratis. ¶ † Sed dat hic glos. exemplũ in mora contracta per fideiussorem, quæ sibi soli nocet, & non reo, quominus liberetur speciei, vel rei debitę interitu. secus est econtra, quia mora rei principalis nocet fideiussori, vt l. cum filius. & l. mora. ff. de verborum obliga. & rationem differentiæ reddit Ioannes Andr. in gloss. c. mora. extra eodem titu. libro vj. quia fideiussor habet causam à reo, non reus à fideiussore. Vel vt dicit Io. de Imol. in dicta l. mora. de verborum obligatio. hoc ideo est, quia principale regulat accessorium, non autem econuerso, vt l. ex pupillari. ff. de vulga. &
2 pupillari substitu. † Fallit tamen hoc in casu dictæ l. mora. de verborum obligationibus. vbi mora rei non nocet fideiussori, scilicet quando creditor præsens fuerat constitutus in mora per fideiussorẽ oblatione speciei, vel rei debitę per ipsum fideiussorem. & iste est casus singularis in allegata l. mora. secundum Dyn. ibi

Limitatio.

allegatum per Ioannem de Imol. ¶ Hoc tamen intellexerunt aliqui, inter quos fuit Petr. de Bellapert. quòd ibi vltima mora rei noceret fideiussori, per l. illud. ff. de pericul. & commod. rei vendi. Sed Dyn. tenet contrarium, scilicet quòd oblatio facta per fideiussorem ante vel post moram rei ipsum excuset, vt mora rei sibi nõ noceat. Nec obstat illud qđ dicit, quòd vltima mora nocet, & perpetuat actionem contra fideiussorem, sicut contra reum, vt l. debitor. ff. de vsur. & l. semel mora. ff. soluto matrimonio. & notatur in cap. cum homines. extra de censi. ¶ Quia hoc posset dici verum, nisi fi-

Sublimitatio.

deiussor sua oblatione quam fecit prius constituisset creditorem in mora, vt videt casus in sæpedicta l. mora. secundo responso. Angelus tamen ibi allegatus per
3 Ioannem de Imol. dicebat † isto casu fideiussorem ipso iure incurrere periculum interitus speciei propter moram rei subsequentem: verumtamẽ quia fideiussor antea obtulerat dictam speciẽ, debet sibi succurri per beneficium restitutionis in integrũ, ex clausula generali, de qua in l. prima. in fin. ff. ex quib. causis maio. in integrum restitu. & ideo text. dictæ legis, mora. dicit succurrendum. sed sequendo opinionem Dyn. fideiussor tutus esset ipso iure in perpetuum: secundum opinionem verò Angel. ita demum esset tutus restitutione in integrum petita per ipsum intra quadriennium, de quo in l. fina. C. de tempo. in integrum restitutio. pet. & sic dictę opiniones diuersę sunt. Ioannes verò de Imol. in sæpedicta l. mora. adhæret magis opinioni Dy. vt verbum, succurrendum, ibi positum in text. intelligatur, scilicet beneficio illius legis, sicut secundum aliquos est similis expositio in l. ventre. ff. de acquirend. hæredi. & iste intellectus, vt benignior, est tenẽdus. l. benignius. ff. de legi. & l. semper in dubijs. & l. capienda. in prin-
4 cipio. supra isto titu. ¶ † Deinde gloss. declarat hic istũ text. de mora vnius ex correis promittendi, quæ sibi soli nocet, & non alteri conreo, vt hic, & dicta l. mora. §. finali. ff. de vsur. ¶ Et hoc verum nisi illi duo correi essent socij, vt l. penultima. ff. de duob. reis. secundum intellectum ibi. Vel secundum intellectum Iacobi Butrigarij illud ibi intelligitur, quando mora commissa esset in faciendo, vt quia vnus conreorum seruum promissum occidit: secus si in omittendo esset commissa mora, vt dicto §. fina. l. mora. de vsur. vbi videte Salic.
5 & Doctores in dicta l. penultima. ¶ † In iudicialibus autem potest ostendi veritas huius regulæ, scilicet q̃ vnicuiq; sua mora noceat, p̃ l. si ea. C. qui accu. nõ pos. & l. si eo tempore. C. de remis. pigno. & l. diffamari. C. de ingen. & manumis. quæ loquuntur in actore constituto in mora faciendi suam petitionem siue criminalẽ siue ciuilem intra tempus sibi à iure vel iudice statutũ, quia illi soli sua mora nocere debet. ¶ Idem est in reo existente in mora proponẽdi suas exceptiones, vel defensiones intra tempus, quod illi vel ius vel iudex statuit, vt l. exceptionem. C. de ꝓbatio. & in cap. pastoralis. extra de exceptioni. & clemen. vnica. eodem titul. ¶ Et potest asignari ratio, vt existenti in illa mora sibi soli noceat, quia, vt dicit Bonifacius de Amanatis in allegato cap. mora. extra eodem titulo. libro vj. per lapsum temporis asignati videtur actor vel reus iuri sibi competenti renunciare, vt l. quandiu. ff. de aquirend. hæredita. & notatur per Dyn. in cap. indultum. extra isto titu. libro vj. dum tamen secundum eum illa termini asignatio fiat cum causæ cognitiõe, quia passim, vel indifferenter iudex non debet causa non cognita talem terminum iuris exclusorium actori vel reo asignare, aliâs asignatio illa non debet nocere, quoniã causarum merita partium assertione panduntur, vt dicit text. in l. secunda. C. si per vim vel, &c. & tenet Dy. in dicto cap. indultum. & Alberic. recitans eum in di-
6 cta l. si ea. ¶ † Et procedit hoc secundum Salic. in allegata l. si eo tempore. quo ad hoc, vt mora illius cui iudex asignauit terminũ ad agendum sibi noceat, si non egerit intra tempus asignatũ, vt ius suum nõ amittat, sed excludatur propter moram, vt in creditore negligente deducere ius suũ intra tempus asignatum à iudice, vt amplius non audiatur, nõ autẽ vt inuitus aliter agere cogatur præcise, vt l. vnica. C. vt nemo inui. ager. ¶ Et circa ista dici põt secundũ Alber. in alleg. l. si eo tempore. quòd qñq; datur dilatio ad probandũ, & illa dat̃ p̃senti & petẽti tñ, vt l. j. C. de dila. & l. fi. C. de defen. ciu. ¶ Aliqñ datur absenti ad veniendũ, de quo habet̃ in l. properandũ. §. & si quidẽ. C. de iudic. ¶ Qñq; datur ad causam ꝓsequendũ, qñ iudex videt actorẽ esse in mora ꝓsequendi, & de illa loquitur allegata l. si eo tẽpore. & d. l. diffamari. cum ibi notatis. & istę dilationes sunt in arbitrio iudicis constitutę cum causæ cognitione. ¶ Et ista indicuntur per Bonif. de Ama. in ante dicto c. mora. cõtra p̃conizationes, quę fiũt gñaliter ad sonũ tubę

vel

vel aliter in venditionibus, & liberationibus hospi-
tiorũ, vel aliarũ rerum ad incantũ publicũ autoritate
curiæ, vel iudicis, vt quilibet prætendens interesse in di
ctis hospitijs, vel rebus, compareat intra certum tem-
pus assignatum allegaturus ius suum cum commina-
tione, quòd aliâs non audietur, vt nõ noceant illę præ
conizationes habentibus hypothecam, vel aliud ius,
si fiant sine causæ cognitione, & quia non suberat cau
sa iusta, ob quam terminus exclusorius præfigi debe-
ret. Ad quod præstat argumentum illud quod habe-
tur in cap. conquerente. extra de restitutione spoliato.
& in l. facultas. C. de iure fisci. libro x. ¶ Si tamen aduer
sus personam certam huiusmodi terminus assignare-
tur noceret ei, si non pareret, vel non appellaret, quasi
videatur acquieuisse, argumento l. ab eo. C. quomo-
do & quãdo iudex. & hoc tenuisse videtur Richardus
Malumbra recitatus per Cyn. & Salic. in dicta l. si eo
tempore. ¶ Potest igitur sumi practica, vt ille vocetur
cuius interest quatenus cognoscat iudex, an ei sit præ-
figendus vel non certus terminus, intra quem ius suũ
proponat, vltra quem non audiatur, argumento l. in
7 peremptorio. ff. de iudic. ¶ † Item hæc faciunt ad illud,
quod notauit Cynus in ante dicta l. si ea. in fine. vide-
licet quòd lapsus termini præfixi ad productionem te
stium, vel instrumentorum operetur tacitam renuntia
tionem. ¶ Quod debet intelligi quando illa præfixio,
vel assignatio termini habet clausulam comminato-
riam, vt quia dictum fuit per iudicem, quòd aliâs la-
pso termino, qui fuit præfixus, cum causæ cognitio-
ne, non audietur. Sed si non habet clausulam commi-
natoriam, tunc quia terminus est peremptorius, alius
non assignabitur, si fuerit in mora ille cui fuit assigna-
tus. Verum ipsa realis productio testium vel instru-
mentorum recipietur sine alia vlteriori assignatione,
dum tamen non intersit aduersarij, vt puta, si tunc non
posset reprobare tales testes, vel instrumenta, eo quia
fortè testes sui per quos poterat reprobare dictos te-
stes productos vel instrumenta, erant mortui, tunc ta-
lis receptio propter talem causam impediretur, aliâs
non, vt l. mancipiorum. ff. de optio. lega. secundum no
tata ibi per Iacobum de Aret. & Barto. & potest assi-
gnari ratio, quia probandi facultas non est angustan-
da, vt l. quoniam. in fin. C. de hæretic. maximè in reo,
qui est valde fauorabilis, vt l. fauorabiliores. ĕ. isto ti-
tulo. & l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæstio. & l. Arri-
anus. ff. de actio. & obliga. ¶ Salic. verò in allegata l. si
ea. plenius loquitur, & se resoluit, quòd post terminũ
datum ad probandum existens in mora non debet au-
diri de rigore iuris, nec etiam de æquitate, si testes vel
instrumenta erant prius noti, vel nota producere vo-
lenti propter moram suam, quia negligentibus æqui
tas non suffragatur. l. ab hostibus. §. fin. & l. non enim.
ff. ex quibus causis maior. & l. si pupillus. in fin. ff. de
priuileg. creditorum. & facit cap. pastoralis. extra de ex
ceptio. & pro hoc adducit Salicetus singulariter l. ad-
monendi. ff. de iureiuran. vbi admittitur probatio per
instrumenta duntaxat in quibus cessauit negligẽtia:
sed si testes illi non essent noti tũc vel nota instrumen-
ta producere volenti, debet admitti illorum productio
si aduersario ius suum sit integrum. Et de hac ignoran-
tia producentis credendum est suo iuramento, vt di-
cto cap. pastoralis. licet aliâs præsumatur, vt l. verius.
ff. de probationi. Sed si aduersario suo non esset ius in-
tegrum, illa productio non esset admittenda, secundũ
eundem Salicetum, quem plenius videte in dicta l. si
ea. & Bartolũ in allegata l. mancipiorum. & Canoni-
stas in dicto cap. pastoralis. & Archidiaconũ in cap.
pla. extra de exceptio. libro vj. & xiij. quæstione ij. in
summa. & Cõpostel. in cap. quod sicut. extra de elect.
& Speculum titu. de exceptioni. §. dicto. versu, verum.
& Dyn. in allegato cap. indultum. ¶ Hic tamen no-
tandum est, quòd licet quis admittatur ad proponen-
das exceptiones peremptorias, de quibus sibi super-
uenit notitia de nouo post terminum assignatum, ta-
men non stabitur iuramento ipsius proponẽtis, quòd
de nouo illa exceptio ad eius notitiã peruenit, prout
in dilatorijs, vt in dicto cap. pastoralis. sed oportebit
aliter probare quàm per suum iuramentum, secundũ
Compostella. in dicto cap. quod sicut. cum non repe-
riatur hoc cautum iure in peremptorijs, nec ad hoc ex-
tenditur dictum cap. pastoralis. cum exorbitet à regu-
lis iuris cõmunis. Sed domini de Rota decisione xxx.
in nouis, licet videãtur varij, hunc articulum plenius
prosequuntur, & videntur concludere hoc posse pro-
cedere in actore qui habuit terminum à iudice statu-
tum ad producendum omnia iura sua, quod non ste-
tur eius iuramento propter grauitatem præiudicij, ste
tur tamen iuramẽto rei, cum sit fauorabilior, per iura
superius allegata. quod tenent etiam Panormita. Io-
annes de Imol. & Benedictus in dicto cap. pastoralis.
Nisi tamen illud ex quo oritur exceptio consisteret in
facto proprio rei excipientis vel esset notorium, & pu Limitatio.
blicum, quia tunc præsumeretur sciuisse, ideo iuramen
to non debet stari, quòd de nouo ad eius notitiam il-
lud peruenerit, argumento illorum, quæ habentur in
cap. primo. extra de postulatio. prælatorum. Erit igi-
tur necesse aliquid vltra iuramentũ probari, per quod
præsumatur ignorantia, vt si probet suam absentiam
à loco, vel aliud simile, per notata in cap. secundo. ex-
tra de constitu. & cap. fin. extra qui matri. accusa. poss.
secundum prædictos Doctores. ¶ Nocet etiam mora
in alijs actibus illis qui in mora se constituunt, vt in
electo ad ecclesiasticam prælaturam, cui facta sibi præ
sentatione electionis per eligentes debet illi electioni
intra mensem consentire, aliâs illo elapso si non con-
senserit priuatur iure sibi quæsito, nisi conditio perso-
næ ipsum excuset: consensu verò præstito per eum in-
tra tempus statutum, si intra tres menses post consen-
sum suum sit in mora petendi electionis suę confirma
tionem iusto impedimento cessante, electio prædicta
viribus vacuatur, & sic mora sua sibi nocet, vt in cap.
quàm sit. extra de electio. libro vj. cum ibi notatis per
gloss. & Doctores.

Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Dolo quando non faciat petens quod restituturus
est. & nume. 2. & 3.
4 Dilatio hominis potentior est quàm dilatio legis.

Dolo facit, qui petit, quod restitu-
turus est.

SVMPTA est haec regula textualiter de l.dolo. hic allegata in glossa.ff. de doli mal.exceptio. & effectualiter de l.si socer.§. Lucius. ff. solu. matrimonio. in quibus locis illius materia examinatur per Doctores, praecipuè Barto. Bald. Paulū de Castro, & Ioannem de Imol. in dicto §. Lucius. ¶Ex quorum dictis post gloss. hic, & ibi colligi potest, quòd ista regula affirmatiua, dolo facit qui petit, quod restituturus est, procedit quando excipienti à quo petitur petens debet facere illam restitutionem. quod, vt dicit Baldus in dicto §. Lucius. melius ibi q̄
5 alibi probatur. ¶†Quod tamen secundum dictos Doctores procedit quando liquidum est, quòd incōtinenti illud quod petitur excipiēti prędicto debet restitui. secus si non esset hoc liquidum, quòd deberet restitui incontinenti praedicto excipienti, quia tunc non haberet locum haec regula, vt l.prima.§.rediguntur.ff. quorum legato. secundum vnū intellectū. & facit l.fi.C.de
3 compensatio. ¶†Nec etiam haberet locum haec regula, si constaret ex interuallo, & non incontinenti restitutionem excipienti esse faciendam per actorem, qui petit. ¶Et hoc quando dilatio restitutionis datur non miserationis causa, vt quia petens habebat dilationem à creditore, vel alio secum contrahente. Aut alia ratione, quàm miserationis causa hoc erat introductū, ideo non obstat exceptio, ne interusurium medij temporis auferatur petenti, & quia, secundum Baldum, sicut ante diem non exercetur actio, vt l. cedere diem. ff. de verborum significatio. ita nec exceptio, argumento l. si tibi mandauero vt pro me.ff.mandati. & l.qui Romae. in principio.ff.de verborum obligationibus.
¶Sed si miserationis causa dilatio restitutionis sit cōcessa, tunc obstaret exceptio petēti restituturo ac si incontinenti facere deberet, vt l.si cum militis.§. cum intra.ff. de compēsatio. quia, vt dicit ipse Baldus, talis dilatio meram continet defensionem, ideo non debet trahi ad defensionem alterius. quod dicit esse notandum.
3 †Si autem ab illo cui restituenda est res debet ad eundem agentem peruenire, tunc etiam non obstat dicta exceptio, vt in dicto §. Lucius. & rationem reddit Bal. quia de iure tertij non potest excipi. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bonorum possessio. secundum tabu. & sic regula contraria procedit negatiue, scilicet quòd agenti nō restituturo ei, cōtra quē agit, licet alteri sit restituturus, non obstat hęc exceptio, dolo facit. facit l. si donaturus. ff. de cōdict. ob cau. & praestat argumētū l. cum dotem. ff. ad l. falcidiam. Sed si ad agentem ab illo cui res restituenda est, nō debet peruenire, habet locum exceptio praedicta, vt colligit in dicto §. Lucius. in fine. ¶Et procedit ista regula affirmatiua in petitorijs, sed in possessorijs secus, secundum gloss. & Doctores, id est, quando agitur de possessione tantum, vt dicto §. rediguntur. Nisi vt vult ista gloss. excipiens velit incontinenti de suo iure docere, vt l. tertia. §. causae. ff. de Carbonia. edicto. ¶Nō procedit etiam in petitorio, vt dictum est, quando agens non est incontinenti restituturus, sed ex interuallo post dilationem sibi datam ab homine: secus si à lege miserationis gratia.

Limitatio ad istam regulā affirmatiuam.

Ideo si maritus non exegerit, aut non receperit dotem ante solutum matrimonium, videtur quòd eo soluto, etiam pendente dilatione data à lege vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. matrimonio soluto etiam pendente dicta dilatione, nō possit agere, vt sibi soluatur, ad hoc vt gaudeat interusurio medij temporis, imò potest sibi obijci dicta exceptio, dolo facis, vt dicto § Lucius. & hoc in petente: sed in repetente attenditur dicta dilatio, etiam à lege concessa miserationis gratia, vt dicta l. vnica. C. si dos matri. constan. soluta fuerit.
¶Ex quo colligi potest, secundum Paulum de Castr.
4 †quòd fortior, & potētior est dilatio hominis, quàm legis miserationis gratia illam concedentis, vt dicta l. si cum militi. §. cum intra. ff. de compensationibus. dilatio enim hominis inducit ius agendi, vt illius commodo agens vtatur, sed legis dilatio hoc non inducit, nisi vt retineat, & sic etiam quandoq; magis fauetur repetenti, quàm de nouo petenti, vt l. cum his. §. primo. & ibi notatur in gloss. & l. interdum. ff. de condictione indebiti. quod obuiat praedictae consideratio ni dicti Pauli de Castr. & hoc ideo, secundum Bartolum, quia ille, qui repetit, videtur quodā modo agere de spoliatione, cui non obijcitur dicta exceptio, vt dicta l. interdum. facit l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de vi publi. vel priua. & probare videtur dicta l. vnica. C. si dos matri. const. sol. fuer. Quidam tamen alij recitati per Paulum de Castro, & Ioannem de Imol. in hoc contradicunt Bartolo, quòd in repetente non debeat attendi interusurium medij temporis, siue dilatio detur miserationis causa, siue nō: quia qui tenetur in diem certum, si per errorem soluat ante diem, non repetit, vt l. in diem. & l. nam si cum moriar. ff. de condictione indebiti. & notatur per gloss. in l. cū quis. C. de iuris & fac. ignoran. quam ibi sequi videtur idem Bartolus iuxta finem, vbi concludit, quod in remedio dando per legem, non habeatur ratio interusurij medij temporis, etiam si detur dilatio non miserationis causa vel ex dicta causa. ex quo patet, secundum eundem Paulum de Cast. quòd repetenti obijcitur exceptio, dolo facis, de qua hic, licet nō obijciatur petenti eo casu, quo habebat dilationem à testatore vel contrahente, vt dicta l. fina. §. primo. ff. vt lega. no. caue. & sic minus est priuilegiatus repetens, quàm petens, quia repetenti imputandum est, quare festinantius soluit, per iura allegata. & dicit Paulus de Castro, ad hoc non obstare dictam l. vnicam. C. si dos constan. matri. quia, vt ipse inquit, ibi re vera non habebat maritus tantū dilationē legis, imò dilationem contrahentis siue hominis, quia matrimonium durabat, & actum videbatur, ne maritus ipse ante illud dissolutum teneretur restituere dotem. Si ergo soluit eo durante, solutio illa habet vim donationis, quae prohibita est inter cōiuges, vt per totum titulum. ff. & C. de donatio. inter virum & vxorem. secus si non esset prohibita, vt dicta l. in diem. & cum Paulo concordat Ioan. de Imol. in dicto §. Lucius. explanando, quòd quandoq; certū est natam esse repetitionem: & tunc illi fauēdum est, & est obseruanda propter interusuriū illud medij temporis, etiam si dilatio detur miserationis causa: & sic intelligitur dicta l. vnica. C. si dos constante matrimonio. cum ibi solutio facta per maritum haberet vim donationis, quae non potest cadere inter virum & vxorem, per

rem, per

rem, per iura allegata. Interdm verò non est certum
ab initio natam esse dictam repetitionem: & tunc non
nascitur propter tale interusurium medij temporis, &
sic intelligitur dicta l. in diem. & quod notauit Barto
lus in allegata l. cum quis. post gloss. C. de iuris & fa-
cti igno. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Actio praescripris verbis an posit cōcurrere cum
actione ex vendito.
2 Pignoratitiae actioni an posit praescribi per credito-
rem, licet non sit orta ante oblationem debiti. & nume
ro 3. 4. & 5.

Qui potest facere vt posit conditioni parere, iam posse videtur.

HAEC regula notabiliter
declaratur per plures leges
in gloss. allegatas, & indu-
ctas, q̃ clarius nō possent
induci. Cadit tamen quae-
dam ambiguitas super pri-
mo exemplo, quod addu-
cit de l. Labeo si mihi bibli
othecam. ff. de cōtrahenda
emption. vbi conditio dependens à potestate alterius
contrahentium & tertij habetur pro impleta, si steterit
per contrahentem. & ita notatur ibi per Salicetum di-
centem, quòd conditio habetur pro impleta, quando
stat per implere debentem, cōtra quem datur actio ex
illo contractu, vt ibi ex vendito: sed etiam dicit text.
1 quòd agitur contra illum praescriptis verbis. † Super
quo notat Baldus, quòd actio praescriptis verbis, po-
test concurrere cum actione ex vendito. quod mirabi
le videtur, quia actio praescriptis verbis, nō datur vbi
alia competit, vt l. secunda. & l. apud Labeonem. in fi.
cum l. sequenti. quae incipit, quoties. ff. de praescriptis
verb. ¶ Sed pro solutione considerādum est, quòd in-
terdum est reperire contractum innominatum, vt do
vt des, vel do vt facias, & tunc procedit id quod dictū
est, nullam aliam actionem dari, quàm actionem prae-
scriptis verbis, vt iuribus allegatis. ¶ Interdum reperi-
tur contractus nominatus, in quo nō est dare contra-
ctum innominatum, vt est emptio, venditio, locatio,
& similes, in quibus cadit sola actio ex illo cōtractu,
non autem praescriptis verbis, vt ff. de action. empti.
& ff. locati. per totum. ¶ Aliquando est reperire cōtra
ctum non solum nominatum, sed ex relatione facta ex
contractu praecedenti ad pactum incontinenti appo-
situm resultat contractus innominatus, do vt des, do
vt facias, & similes. verbi gratia, Caius vēdidit Titio
fundum pro viginti, & pactum incontinenti appo-
situm est, vt vadas Romam pro venditore. Ex relatio-
ne pacti de eundo Romam ad contractum venditio-
nis resultat contractus innominatus, scilicet vendo vt
vadas. sic potest dici in dicta l. Labeo scribit si mihi bi-
bliothecam. quia secundum Gulielmum de Cug. ibi
si consideretur veritas, ibi non erat impleta conditio,
quae erat, vt emptor impetraret à decurionibus Cam-
panis locum, vbi bibliotheca vendita poneretur, &
eo respectu, quia re vera nō fuit impleta cōditio, non
cōpetit actio ex vendito, sed praescriptis verbis, vt per-
ficiatur contractus, cum non stet per venditorem, quę
praescriptis verbis actio non nascitur ex contractu vē-
ditionis, quia venditio est contractus nominatus, sed
agitur ex pacto ibi iuxta contractum apposito, vt ibi
post Iacob. Butriga. declarat Alberic. ¶ Est tamen hic
attendendum, quòd plures gloss. maximè in l. pigno-
ri. ff. de vsucap. & l. cum notissimi. §. primo. versu, eodē
iure. sup. verbo, conatur, quae incipit, quid ergo. C. de
praescript. triginta vel quadraginta anno. & l. si finita.
§. postea autem. ff. de damno infect. cum similibus, de-
2 terminat, † quòd pignoratitiae actioni posit praescribi
per creditorem, licet non sit orta ante oblationem de-
biti, vt l. si rem alienam. §. omnis pecunia. ff. de pigno.
actio. & fundant se dictae gloss. ex ratione huius regu-
lae, quam allegant, quia fuit in potestate debitoris face
re illam pignoratitiam nasci offerendo debitum credi-
tori. ¶ Ex hoc ergo dicunt praedictae gloss. & Docto. Vide casum.
earum sequaces, quòd si debitor obligauit vel hypo-
thecauit creditori rem aliquā, & stetit per triginta an-
nos, quod non soluit creditori, vel non obtulit debitum,
si postea offerat, creditor potest excipere, quòd prae-
scripsit. Nec tenetur restituere pignus, & potest re-
pellere debitorem, ne actione pignoratitia agere pos-
sit. & huius opinionis fuit Azo in summa, de prae-
script. xxx. vel xl. anno. versu, quid autem si debitor.
3 † Sed praedictae gloss. habent plures sibi contradicētes,
vt Placēti. sicut recitatur in dicta gloss. §. primo. & da-
bat rationē, quia sine possessione non currit praescri-
ptio, vt l. sine possessione. ff. de vsuc. & in c. sine posses-
sione. extra isto ti. lib. vj. sed creditor nō posidet sibi,
sed debitori rem pignoratā, vt in d. l. pignori. Sed re-
spondendo Placētino videtur dicendū rationē suā nō
valere in casu vbi res pignorata esset tradita creditori:
quia licet ad ea, quae sunt dñij, debitor dicatur illā rem
posidere, vt d. l. pignori. & l. sciendū. §. creditor. ff. qui
satis. cog. quo ad alia tamen tradito pignore credito-
ri, ipse creditor dicitur naturaliter & ciuiliter poside-
re, per ea, quae habent in glos. dicti §. j. & est text. ibi ad
hoc allegatus per Salic. in l. serui nomine. ff. de vsucap.
¶ Cui addatis text. in l. nō solū. §. si rem pignori. eo. tit.
Vbi verò creditori nō esset traditum pignus, non dice
retur posidere, vt etiā voluit Iac. Butr. recitatus per Sa
4 lic. in d. §. j. † Placentini tñ opinionē secuti sunt multi
cōtra glos. & maximè antiqui Doct. Rogerius, Marti-
nus, Simon Vicentinus, Petrus de Bellaperti. Cy. &
Iaco. de Raue. quos recitat Salic. vbi supra. Ea primum
ratione, quia ius offerendi debitum cōpetens debito-
ri cōtra creditorē, vt recuperet à creditore rem suā, est
quaedā facultas, cui praescribi nō potest, sicut nec iuri,
vel facultati eundi per viam publicā, vt l. viam publi
cam. ff. de via publica. & sic videtur, quòd glo. male di-
cant: qm̄ debitor habens ius offerendi, non dicitur ius
5 habere, sed facultatem, quae cōsistit in mero facto. † Sed
pro opinione glossarum ad istam rationem respondet
Bald. in dicto §. j. & ipse in feudis titu. constitutiones
feudales Lotharij Imperatoris, quòd ius offerendi, quod
habet debitor ad redimendum pignus, quod tradidit
creditori, est ius formatum certa diffinitione consistēs,
sicut dicimus in iure adeundi haereditatē cōpetentem

instituto mortuo testatore vel ab intestato filio mortuo patre dicitur ens, & ius formatũ. Sed posse succedere viuo testatore, vel patre est sola potẽtia sine ente, cum institutus vel filius viuo testatore vel patre non possit adire. Nec etiã potest illa potentia deduci ad actum, vt l. prima & quarta. & l. is qui hæres. versu, hoc ita. & l. is potest. ff. de acquirenda hæreditate. Idem dicit de iure offerẽdi, quia nil aliud requiritur ad illud exercendum, quàm debitoris voluntas, ergo est ius formatum per tex. huius regulæ, ideo reputat ipse Bal. in dicto versu, eodem iure. illos fatuos, vt verbis suis vtamur, qui sequuntur opinionem contrariam opinioni dictarum glossarum, quoniam ex iure offerendi quod competit debitori resultat ius agendi pignoratitia directa, cui potest præscribi, quia soli iuri præscribitur, vt l. licet. C. de iure deliberan. Sed iste debitor illud ius habet, & sibi competit. potest enim ideo facere vt sibi actio prædicta competat debitum offerẽdo. quæ fuit etiam opinio Bulgari cum gloss. Accursio, quam tenuit Angel. & Ioannes de Imol. in dicta l. pignori. contra Bart. qui sequitur aliam opinionem. Ex eo quia secundum eundem Bartolũ oblatio debiti est quędam conditio potestatiua, sed conditio potestatiua impleri potest vltimo vitæ spiritu, vt l. fina. C. de conditio. institu. cum similibus. & sic esset in hoc casu expectandus finis vitæ debitoris, aliâs non posset prę scribi talis facultas. Sed prædicti Angel. & Imol. cõtrarium concludunt aduersus Barto. pro opinione dictarum glossarum, quia licet iura de simplici facultate sic loquantur, dicunt tamen etiam ex sententia ipsius Bartol. in l. prima. ff. de condi. ex lege. simplicem vocari facultatem, quando permittitur alicui aliquid causa sui iuris conseruandi, non autem aliquid acquirẽdi, vt dicta l. viam publicã. & l. in re mãdata. C. mandati. & facit. l. Polla. licet ipsi non allegent. C. de his quibus, vt indig. Sed vbi posse aliquid tendit ad nouam iuris acquisitionẽ, tunc talis potentia nõ est mera facultas, sed ius etiam formatum, vt patet in facultate adeundi hæreditatem, de qua supra dictum est, cui præscribitur, vt allegata l. licet. & notatur per glo. in dicta l. iiij. ff. de acquirend. hæredita. vbi per gloss. allegatur ad hoc ista regula. Igitur cum debitori offerenti pecuniam debitam creditori quæratur pignoratitia actio, tali iuri offerendi debet præscribi: quia vbi facultas in actum producta parit ius, quod deducibile est in iudiciũ, tali facultati præscribitur, & aliter non, vt allegata l. licet. Ex quo secundum eos patet responsio ad rationem Bart. quã formauit de conditione potestatiua, quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu, per dictam l. fi. quia licet potestatiua conditio tunc impleri possit, tamen ex illius implemento non oritur ius deducibile in iudicium, licet implens habilitet ad sibi relictum, vt l. Antistius. ff. de acquiren. hæredit. ideo post Angelum ipse Ioannes de Imo. in dicta l. pignori. stat cum opinione glossarũ, pro qua dicit esse casum in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiu. & postli. reuer. vbi licet ius offerendi sit sequela actionis competiturę, & nõdum competentis, tamen sibi pręscribitur. & idem etiam tenet post Ang. dictus Ioannes de Imol. in dicto §. postea autem. in allegata l. si finita. Addens, quòd ad alias rationes Barto. in dicta l. pignori. potest intuenti patere facilis responsio, quia in eis agitur de facultate, ex qua deducta in actum, immediate nõ resultat actio, sicut resultat in casu præcedentis quæstionis, ideo est diuersitas in facto. & hanc dicit esse veritatem, quicquid dixerit Barto. & cæteri Doctores cõtradicentes dictis gloss. Inter quos etiam fuit Oldrad. recitatus per Alberic. super gloss. dicti §. primi. in allegata l. cum notissimi. vbi illam opinionem sequitur Ioannes Fab. qui allegat Hostiẽ. esse in opinione contra gloss. in summa titu. de præscrip. §. quæ res. vers. sed qd si debitor. ibi tñ vltimò recitat Host. opinionẽ Bulgari tenẽtis cũ opinione dictarum glossarũ. Sed Albericus recitat etiam ibi Iaco. Butrig. tenuisse cum dictis gloss. aduersus opinionem illorum qui illas impugnant, quia secundũ eum, sicut præscribitur iuri formato, sic & facto à quo sequit̃ ius formatum. Nam & officio iudicis præscribitur, quod est factum, vt l. Quintus. §. idem Papinianus. ff. de ann. leg. & concludit, quòd præscribitur facto offerendi, & sic natiuitati pignoratitiæ, quæ dependet à potestate debitoris. quod & volebat Iacob. de Raue. quem allegat idem Alberic. habita distinctione, an facile possit debitor soluere, & procedat opinio glossarum per istam regulam: secus si non possit facile soluere, quia tunc nõ videtur posse, vt l. nepos Proculo. supra titulo proxi-
6 mo. & l. si seruus depositus. ff. de noxa. † cum opinione prædictarum glossarum transiuit Paulus de Castr. in consilijs suis consilio ducentesimononagesimotertio, allegans dictas gloss. & illud quod notatatur per Barto. in l. quibus diebus. in principio. ff. de conditio. & demonstra. vbi dicit, quòd alleganti impedimentũ potest opponi, si contra illud impedimentum potuit reclamare, & non fecit, per illum tex. ibi dum dicit, nec per te staret. ideo dicit ibi Bald. quòd si impediens non agit ad submouendum impedimentum, videtur illud pati volens, argumento l. fina. C. ne sanct. baptis. reite. & cap. fina. extra de electio. allegat etiam Paul. de Cast. l. tertiã. §. quid ergo. ff. de contra. iudic. tut. ibi in textu, si quidem non postulauit à prætore, vt promatur pecunia, sibi imputet. Et respondet idem Paulus ad rationes multas quas aliqui in contrarium faciebant, vt potest videri in dicto cõsilio. In hac etiam opinione glos. residet Bal. in cap. primo. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. vbi concludit præscribi posse pignoratitiæ actioni, si fuerit creditori traditum pignus, & illud possideat, quoniam vt ipse dicit ius offerendi præscribitur, quãdo est præambulũ iuris agendi. ad quod allegat l. fina. C. de bonis autorita. iud. posiden. & in hoc etiam residet glo. in dicta l. si rem alienam. §. omnis pecunia. quamuis Salic. ibi dicat aliam opinionem magis iure fundatam, & respõdet ibi ad §. si quis seruum, allegatum per Ioannem de Imol. vt superius dictũ est, quòd ibi redemptor serui de quo in illo text. possidebat illum sibi, & non alteri, sed creditor possidet pignus debitori etiam, sicut sibi. sed de hoc supra fuit satis allegatum, & ipse tandem Salic. in ante dicto versu, eodem iure sustinet istam opinionem glossarum procedere, vbi esset assignata dilatio debitori ad soluendũ vel fuisset interpellatus per creditorem ad hoc faciendum, quia tunc ex quadam tacita cõuentione illud ius offerendi non consistit in mera facultate, ideo ei præscribi potest. quod dicit esse cordi tenendum tanquam inauditum. eligite quod vultis, & videte plenius Doctores in locis allegatis.

Summa

Summarium.

Quod quis ſi velit,habere non poteſt, id repudiare non poteſt.

P R I M O ponit hic gloſ.
exemplum in hac regula
1 †in legato in diẽ, vel ſub
conditione relicto, quod
ante diei vel conditionis
euentum non poteſt lega-
tarius repudiare,vt l.ſi ita
ſit ſcriptum.§.ſi ſub cõdi-
tione.ff.de lega.ij.& etiam
ſic eſt in hæreditate,quæ non poteſt adiri,quia non
poteſt repudiari, vt l.is qui hæres. ij.reſponſo.ff.de
acquiren.hære.& tunc,vt ibi habetur, & explanat
in ſummario Paul. de Caſt. nõ poteſt adiri,quãdo
nõ eſt adhuc delata, licet ſpes ſit quòd deferatur in
euentum alicuius conditionis, vel ſi ſit delata hoc
ignoratur: & ſic, vt dicit Baldus in l.nolle.eodem
titu. voluntas eſt inanis & vacua, vbi non eſt effi-
cax potentia: Ideo repudians hæreditatem pen-
dente die vel cõditione nihil agit,imò eſt repudia-
tio ex toto nulla,ita quòd etiam adueniente poſtea
die vel conditione dicta repudiatione non obſtãte
repudians ille poterit adire hæreditatem, quia illa
repudiatio tanquam minus legitimè facta,nõ præ-
bet impedimentum adire volenti. facit l.nec verò.
§.j.eod.titu. ſecundum Ioannem de Imol.in dicta l.
is qui hæres. in principio. vbi ponitur vna regula
affirmatiua,quòd qui poteſt adire, poteſt repudia-
re. Secundò ponitur vna alia regula negatiua con-
formis illi, quæ ponitur in hoc tex. ſcilicet ꝙ qui
non poteſt adire,non poteſt repudiare. Quæ regu-
la negatiua ſemper procedit, ſed affirmatiua non
ſemper: quoniã pluribus modis poteſt quis adire,
ſed omnis potentia adeundi non facit,vt quis poſ-
ſit adire.quod pulchrè proſequitur Bartolus in l.is
poteſt.eodem titu.poſt quem Bartol.ſecundum ex-
planationem Pauli de Caſtr. in l.nec is.§.j.illo titu.
2 †Dicendum eſt, quòd potentia adeundi ſumi po-
teſt tripliciter.Primò pro illa, quæ cuilibet homi-
ni libero capaci hæreditatis poteſt cõpetere, quia
poſsibile eſt,quòd ſibi deferatur,vt in ſimili habe-
tur in l.quod Seruius.ff.de condi.ob cau.& iſta po-
tentia nõ eſt aliquid à libertate ſeparatum: ideo ſi-
cut non poteſt liber homo à ſe libertatem abdica-
re,ita nec hanc potentiam adeundi:& iſta nõ eſt re-
3 ſpectu alicuius certæ hæreditatis.†Eſt & alia potẽ-
tia,quã habere poteſt quilibet,qui ab inteſtato po-
teſt ſuccedere, vt quia filius eſt,vel conſanguineus,
proximior in gradu ſuccedendi, quæ potentia non
eſt ſeparata à conſanguinitate,quam ſicut non po-
teſt à ſe abdicare, vt l.iura ſanguinis. ff.de pact. ita
4 nec hanc potentiã adeundi repudiare poteſt.†Ter-
tia eſt potentia adeundi reſpectu certæ hæreditatis
delatæ per mortem teſtatoris,vel patris,aut proxi-
mi alicuius ab inteſtato defuncti,& illa potẽtia tũc
eſt in rerũ natura,in qua procedit regula prædicta
affirmatiua,ſcilicet qui poteſt adire,poteſt repudia
re.Sed,vt dictũ eſt,nõ eſt ſemper vera,ſed procedit
quãdo ipſa potẽtia adeundi poteſt deduci ad factũ:
ſed ſi illa potẽtia ſit impedita, ſecus eſt,vt habetur
per gloſ.Bartol.& Docto.in dicta l.is poteſt.ſecun- Limitatio.
dum quos poſsibile eſt, quòd quis habet potẽtiam
adeundi,& non poteſt adire, vt ſi ſit furioſus.l.qui
ſeruum. Filiusfamilias ſine iuſſu patris, vt l.ſi quis
mihi bona.§.iuſſum.Pupillus ſine tutoris autorita-
te,vt l.more. & l.pupillus.vt ſciatur delatã eſſe hæ-
reditatẽ,& ex qua cauſa delata ſit, ſcilicet an ex te-
ſtamento, vel ab inteſtato, vt l.hæreditatem. ff.de
acquiren.hæred.Sed hoc plenius, vt dictum eſt,col
ligitur & declaratur per gloſ.in allegata l.is poteſt.
5 vbi tamen Bart.vult, †quòd dicatur hæreditas de-
lata,etiam ſi quis ignoret eam delatam,dummodo
ſi ſciat, poſſet eam ſtatim adire. Quod facit ad ſta-
tutũ diſponens quòd omnis hæreditas delata trãſ-
mittatur, vt tale ſtatutum habeat locum in eo,qui
ignorauit eam ſibi delatam,dummodo ſit aliàs iu-
re delata.& hoc ibi ſequitur Ioannes de Imol. circa
quæ vide ea,quæ dicta fuerunt ſ. eodem titu.l.eius
6 eſt nolle. ¶†Sed contra hanc regulam, & ſuperius
dicta, format hic gloſſ.aliqua contraria de lege,&
hæredi.§.filia. ff.de pact.de leg.iij.§.ſi quid minori.
ff.de minorib.& l.j.C.de pactis. & vnico verbo ſe
expedit,quòd illa contraria loquũtur in pacto, per
quod iuri ſperato nondũ competenti poteſt paci-
ſcenti præiudicari.Sed hæc regula & ſupradicta lo-
quuntur in ſimplici renũtiatione, quæ procedit ab
vno renuntiante. Pactum verò firmatur conſenſu
duorum, ideo eſt potentius.quod declarat Paul.de
Caſtr.ſuper gloſ.dictæ legis,is qui hæres.quoniam
ius conditionale vel in diem per ſimplicem renun-
tiationem, ſeu repudiationem non poteſt remitti.
& eſt ratio, quia repudiatio ſolum tendit ad abdi-
candum emolumentum,quod quis habet,vel ſi ve-
lit poteſt habere: ſed conditione vel die pendente,
illud nõ habet,nec habere poteſt,etiã ſi velit, ideo
repudiatio non valet,cum non poſsit operari effe-
ctum,ad quem ordinatur, ſed per pactum bene po-
teſt remitti, quia per illud obligatur ad non peten-
dum:& clarũ eſt,quòd poteſt obligari, licet adhuc
ad hoc non habeat ius,& contra ſuam obligationẽ

non poteſt venire. & ita loquuntur contraria, ſecũdũ eum,
7 †qui etiam addit, quòd valet etiam repudiatio facta parte præſente, quæ tunc haberet vim pacti, argum. l. tale pactum. in principio. ff. de pact. & idem notatur in allegata l. j. C. de pactis. & vt ibi recitat Baldus in verſ. ſed incidenter quæro. cui dicto conſentiebat Iacob. de Aret. quando renuntiatio fieret pręſenti, & acceptanti expreſsè vel tacitè, quia tunc valeret renuntiatio ſicut pactum, quod validatur amborum conſenſu, vt dict. l. tale pactũ. quamuis vt dicit idem Bald. illa lex loquatur in cõfeſsione non in renũtiatione, quæ confeſsio diſponit de modo, vt l. eum qui. ff. de conſti. pecun. vel ſecundum eum poſt Iacob. Butrig. & Pet. quos recitat, ſubtilior additur ratio differentiæ inter repudiationem & pactum, quia in pacto reperitur verbum præſens, vt promitto, & futurum, vt non petere, ideo adapratur ad futurum. Sed in repudiatione reperitur verbum ſolius præſentis temporis, vt repudio vel renuntio, quod non trahit ad ſe futurum, vt l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de lega. ij. & l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur. & l. ſi à colono. ff. de verb. obliga. Poſſet tamen contra hoc opponi de dicta lege, tale pactum. quoniam in diſtráctibus non requiritur verbum futuri temporis, cũ ſtatim in ipſum trahatur extenſio. Sed ad hoc reſpondet, quòd in tali pacto tacitè ſubintelligitur verbũ futuri temporis, vt notatur in gloſ. Inſti. de lite. obliga. in principio. Quod ſecundum Alberic. in dicto §. filia. ſatis tolerari poteſt in iure, quod eſt de præſenti, per dictam l. tale pactum. & etiam in iure futuro, ſi verba paciſcentium ſe extendant ad futurũ, vt ſi dicatur, ſi contingat ad me tale ius competere, repudio, vel profiteor, ꝙ non tenear. & ſic intelligendam dicit eſſe opinionem Iacobi de Are. de hoc vide Gofred. in ſumma de renuntiationib. in fi. & Hoſtien. in ſumma eodem titu. §. qualiter. verſ. renuntiatio verò iuris ſcripti. & Specul. titu. de conclu. & renuntia. verſic. & quia hic de renuntiatione. & verſic. ſed quid ſi quis renuntiat. & Paul. de Caſt. in dict. l. is qui hæres. qui reſoluẽdo ſolutionẽ factam ad alleg. l. j. C. de pactis. dicit ius conditionale per ſimplicem repudiationem nõ poſſe remitti, quia repudiationis natura eſt, vt ſ. dictum eſt, quòd tẽdit ſolum ad abdicandũ emolumentũ quod repudiãs habet, vel habere poteſt ſi velit, quod conditione pendente non habet, ideo non valet repudiatio, vt in hac regula. & l. qui ſuperſtitis. ff. de acquirend. hæred. cum ſimilibus. ſed pacto poteſt hoc remitti, quia paciſcens obligatur ad non petendũ, & poteſt obligari, vt dicta l. j. Quod intelligi debet, quando verba ad futurum tempus referuntur, ſicut dictum eſt ſuprà. & ita refert Alber. ſic ſe cõſuluiſſe, quòd verba pacti & renuntiationis, referuntur ad
8 futurum. ¶ †Repudiatio etiam futuri iuris valeret, ſi fieret in iudicio, vt notatur per gloſ. quam Bart. ibi dicit eſſe veram in l. j. ff. de cu. bo. dan. & eam tenuit Dy. in l. in plurium. ff. de acquirend. hæred. & Cy. in allegata l. j. C. de pact. & hoc propter autoritatem iudiciorum, vt ibi notatur, & in dicta l. is qui hæres. vbi Ioann. de Imol. ad hoc allegat l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. & l. j. §. publicum. ff. de iuſti. & iur. Et quod dicit hic, vbi parte præſente & acceptante ſit dicta repudiatio, quia renũtiatio facta parte præſente, habet vim pacti, vt notatur per Anto. de Butr. in c. Quintauallis. extra de iureiurã. Idem dicit Alber. in allegato §. fin. ſi pars nõ fuerit præſens, ſed tantum contumax: quia præſentia iudicis repræſentat partem, aliàs non. Ad quod allegat notata in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis
9 cautio. & c. ex multiplici. extra de dona. ¶ †Deinde gl. hic in fine arguit cõtra illud, quod dictum eſt, ꝙ qui poteſt adire, vel petere, poteſt repudiare, de l. j. §. decretalis. ff. de ſucceſſo. edi. vbi qui poteſt petere bonorum poſſeſsionem conditione pendente, eam non poteſt repudiare. & ſimile argumentum facit gloſ. in dicta l. is qui hæres. Sed hoc ſic intelligendũ eſt ſecundum Paul. de Caſt. & Docto. ibi, quòd cõditione pendẽte poteſt peti bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas, talis ſcilicet, quæ conditione pendente non tribuit ius, ſed ſimplicem adminiſtrationem, & dicitur potius facti, quàm iuris: quia petẽs per illam, conſequitur à iudice adminiſtrationem bonorum, & poteſtatẽ vendendi bona, vt ſatisfiat creditoribus, & oneribus hæreditarijs, ſicut ſi foret curator conſtitutus hæreditati iacenti, vt explanatur per Paul. de Caſt. & Docto. in l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſtit. & facit quod habetur in l. j. ff. de cura. bon. dan. Ideo dicitur illa bonorũ poſſeſsio facti, potius ꝗ̃ iuris, & cõditione poſtea adueniente, incipit ſortiri iuris effectũ, vt ſuperius in aditione hæreditatis dictũ fuit, per l. nec is. §. j. ff. de acqui. hæred. Hæreditatis autem aditio non ordinatur ad ſolam adminiſtrationem facti, ſed ad tribuendum ius, quod pendente conditione vel die tribuere non poteſt: & ideo aliud eſt in ea, quàm in bonorũ poſſeſsione, quia in hæreditate repudianda, requiritur quòd ſit prius delata. Deferenda tamẽ poteſt in iudicio repudiari, vel ei renuntiari propter iudiciorum autoritatem, vt ſuperius dictum eſt, præſente ſcilicet parte, quamuis tacente: quoniam patientia in iudicio habet vim ſtipulationis, ſecundum Bar. in l. j. in principio. ff. de verb. oblig. per legem, cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tut. Et quamuis dicat hic gloſ. in fi. idem quo ad hoc eſſe in bonorũ poſſeſsione, quòd coram iudice poſsit repudiari, licet non ſine iudice, per dictũ §. decretalis. poſsit tamen in iudicio, vt dict. l. j. ff. de cu. bo. dan. hoc non bene placet Bal. in quarta oppoſitione, ſuper d. l. j. C. de
10 pactis. †vbi bene conſentit repudiationem hæreditatis ſub euentu diei, vel conditionis deferendæ factã in iudicio tenere. Ita tamen illud dicit eſſe verum, quando illa renuntiatio pertinet ad naturam & neceſsitatem illius iudicij, vt allegata l. ſi quis inſtituatur. Nam tunc valet propter vigorẽ iudiciorum: ſecus ſi non pertinet ad naturam iudicij, dicto §. decretalis. imò quicquid dicat hic gloſ. loquendo pertinenter in dicta l. j. §. decretalis. nõ erat propriè iudicium, per text. l. ſeruus. ff. de bonor. poſſeſ. cum ibi notatis. & l. fi. C. qui admit. ad bo. poſ. poſſ. Eſt præterea ad vnum quod ſuperius dictum eſt aduertendum, ſcilicet quòd, vt potentia adeundi ad actũ poſsit deduci per aditionem, ille qui vult adire, debet ſcire hæreditatẽ ſibi delatam, & cauſam ex qua ſibi eſt delata, an ex teſtamento, vel ab inteſtato, vt notatur in dicta l. is poteſt. & l. qui hæreditatem. &

l. ſi

l.ſi is ad quem. ff. de acquirend.hæredit. & ſic à die
ſcientiæ delatæ hęreditatis cedat dies adeũdi. Quo-
niã contra hoc videtur opponi de l.vnica.§.in no-
uiſsimo. C.de cadu. tollend. vbi dicitur quòd dies
adeundę hæreditatis cedit à morte teſtatoris, etiam
ante apertas tabulas. Antequam autẽ apertæ ſint,
non videtur quòd inſtitutus in eis hæres poſsit ha-
bere illam requiſitam ſcientiam, quæ eſt formale,
& intrinſecum iuris, vt iuribus allegatis. & l.multũ
intereſt.ff.de condi.& demonſtr. imò videtur igno-
rare ius & factum, ex quo principaliter defertur ius
adeundi. facit l.de his.ff.de tranſact. Sed ad hoc dici
poteſt ſecundum Bal.in dicto §.in nouiſsimo, quòd
ibi ſupponenda eſt ſcientia, vel vehemens opinio,
cum concurſu veritatis, vt l.cum quidam. §.j.& ij.
ff.de acquirend.hæred. Nec requiritur ad hoc ſcien-
tia perfecta, ſed ſufficit eam habere ſecũdum com-
munem opinionem, & per relationem alterius, vt
declarat Bartol.in allegata l.is poteſt.cum l.ſequen.
11 & ibi Paul.de Caſt.& Docto. †Hoc tamen ſciendũ
eſt, quòd licet à morte teſtatoris cedat dies aditio-
nis hęreditatis quo ad tranſmiſsionem, ipſa tamen
adita non tranſmittitur. Fallit quo ad certas per-
ſonas, vt in perſonis liberorum, vt dicto §.in no-
uiſsimo.& quo ad hæreditates ipſorum liberorum
tranſmittendas, iuxta illud quod habetur & nota-
tur in l.vnica.C. de his qui ante apert. tabul. Et in
tranſmiſsione iuris deliberandi, de quo in l.cũ an-
12 tiquioribus. C.de iure deliberan. †Legata verò &
fideicommiſſa ſicut hæreditas, etiam clauſis tabu-
lis cedunt à die mortis teſtatoris, quamuis relicta
ſub cõditione vel die.& hoc quo ad tranſmiſsionẽ
licet hæreditas non tranſmittatur non adita, niſi in
13 caſibus ſpecialibus, vt ſ.dictũ eſt. †Et pro huius ar-
ticuli clariori intellectu, eſt aduertendum ſecũdum
gloſ.& Docto. in dicta l.vnica.§.cum igitur. C.de
cadu.tollen. quòd circa hoc poſſunt cõſiderari qua-
tuor articuli. Quia ceſsio diei & conditionis appo-
ſitæ in legatis, aut cõſideratur quo ad tranſmiſsio-
nem, vel ſecundo quo ad obligationem, aut tertio
quo ad petitionem, vel quarto quo ad dominij ac-
quiſitionem. Quo ad primum, ſcilicet quo ad trãſ-
miſsionem duo ſunt membra facienda: quia aut le-
gatum eſt purum, vel in diẽ certum, aut ſub condi-
tione omnino extitura in vita legatarij, vt ſi dicat
teſtator, lego centũ Titio cum moriar, quia mor-
tuus non moritur, ſed viuens. l.ſi. ff.de conditio.In-
ſtitu. & tunc cedit dies à morte teſtatoris, vt dicto
§.cum igitur.& l.ſi cum hæres.in fine. & l.ſi dies.ff.
quando di.leg.cedit.& l.hæres meus.ff.de conditio.
& demonſtra. Sed in hæreditate relicta ſub die vel
conditione etiã extitura, ſecus eſt: quia niſi ſit adi-
ta, non trãſmittitur, vt dicto §.in nouiſsimo. niſi vt
dictum eſt in caſibus ibi, & ſuperius notatis. & ra-
tionem differẽtiæ aſsignat ibi Bal. dicens hoc ideo
eſſe, quia non ſit aliquis hæres, niſi animo ſuo pro-
prio, vt l.Paulus.ff.de acquiren. hæred.& l.ſi auia.
C.de iure delib. Ideo vbicunq; hæreditas non adita
tranſmittitur, eſt quędam diſpenſatio legis, ſpecia-
14 litas, & fauor, vt alleg. §.in nouiſsimo. ¶ †Aut le-
gatum relictum eſt in diem vel conditionem non
extituram in vita legatarij, & hoc regulare eſt, quòd ab
aduentu diei vel conditionis, non autem à morte
teſtatoris, vel ab adita hæreditate cedit dies legati,
vt dicta l.vnica.§. ſin autem aliquid ſub conditio-
ne. Fallit hoc, vbi conditio illa etiam expreſſa ſub-
intelligebatur, nec habebatur pro conditione. &
hoc vult gl.in dicto §.cum igitur.ſuper verbo, cer-
tã. explanans hoc, ſcilicet ſi ſub eadem conditione
vel die factum eſt legatum, ſub qua facta eſt inſti-
tutio hæredis. Ad quod allegat dictam l.ſi dies.§.
fi.& l.iij.ff.de lega.j. vt lego Titio ſi hæres inſtitu-
tus adeat hæreditatem. Conditio enim quæ tacitè
inhęret, ſi exprimatur per eundem modum per quẽ
inhæret, non reddit diſpoſitionem conditionalem,
quia expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil ope-
ratur, vt l.iij.§.filius.ff.de libe.& poſthu.& allegata
15 l.iij.de lega.j.& l.non rectè.C.de fideiuſ. ¶ †Secũdus
articulus eſt, quando dies legati cedat quo ad obli-
gationem, ſiue obligationis natiuitatem.& hic at-
tendi oportet, quòd etiam mortuo teſtatore ante
aditionem hæreditatis, nõ poteſt dici obligationis
diem cedere, quia non eſt perſona, quæ ſit obliga-
ta. non eſt enim contractus vel quaſi. Sed aditione
hæreditatis hæres dicitur quaſi contrahere, & per
conſequens obligari, vt l.apud Iulianum.§.fi.ff.ex
quib.cauſ.in poſ.ea. & l.ex maleficijs. §.hæres.ff.dę
actio.& obliga.& Inſtit.de obliga.ex quaſi contra.
§.hæres. Sed iſte quaſi cõtractus taliter fit, qualiter
teſtator voluit.& ita dicitur voluiſſe qualiter ordi-
nauit, vel legauit: quoniã ſua ordinatio ſi nõ obuiet
iuri, pro iure eſt, in §.diſponat.in authent.de nupt.
collat.iij. & l.in conditionibus primum locum.ff.
de condi.& demonſtra.& l.cum quæſtio.in fine.C.
de lega.cum ſimilib. Et ideo ſi pure vel in diem cer-
tum legauit, aut ſub conditione omnino extitura
viuo legatario, tunc omnino adita hæreditate ſta-
tim naſcitur obligatio, nec in hoc differt vltima
voluntas à contractu, vt l.eum qui Calendis. ff.de
verb.obliga.& tenet gloſ.in dicto §.cum igitur.ſu-
per verbo, cedere. Sed ſi legauerit in diem incertũ,
vel ſub conditione nõ omnino extitura in vita le-
gatarij, non naſcitur obligatio ante diei vel cõdi-
tionis euentum, etiam ſi illa dies aut cõditio tacitè
ineſſet legato, quamuis talis tacita conditio nõ im-
pediret trãſmiſsionem ad hæredes legatarij, vt di-
ctum fuit in præcedenti articulo, impedit tamẽ na-
tiuitatem obligationis ante conditionis euentum,
vt not.per gl. ſingularem in l.item quia.ff.de pact.
16 †Differunt tamen in hoc cõtractus & vltimæ vo-
luntates, ſecundum Fulgoſium in dicto §.cum igi-
tur. quia in vltimis volũtatibus non eſt ſatis, quòd
conditio vel dies ſit omnino extitura, niſi certum
ſit illam extituram in vita legatarij: ſed in contra-
ctibus ſatis eſt, quòd conditio aut dies ſit omnino
extitura, vt nata dicatur obligatio, licet exactio
in diei vel conditionis euentum differatur, vt l.ce-
dere diem.ſ.titu.proximo. Ideo ſi quis à Titio ſti-
puletur decẽ ſi Sempronius moriatur, ſtatim pro-
miſſor obligatur, quia certum eſt conditionem ex-
tituram, vt l.j.ff.de conditio.& demonſtr. licet for-
tè in vita ſtipulantis non ſit omnino extitura hæc
conditio, vt l.ſi pupillus.§.qui ſub conditione.ff.de
nouatio. ¶ Et aſsignatur ratio differentiæ in hoc

inter contractus & vltimas voluntates: quia ſpes iri in debitum tranſmittitur ad hęredem, vt l.ſi pactum. ff.de probatio.& Inſtit.de verbo. obligatio. §.ex conditionali. cum enim certum ſit obligationem omnino exituraſ, non eſt ſuſpenſio, quia cauſa obligationis producendæ nata eſt. Tempus autem non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis, licet exactio differatur in illud, vt l.obligationum fere.§.placet.ff.de actio.& oblig. facit dicta l. eum qui Calendis.& quod notatur in dicta l.cedere diem.& Inſtit.de verb.obliga.§.in diem. In vltimis verò voluntatibus ſpes legati cōditionalis quo ad obligationem non tranſmittitur, vt dicto §.ſinautem aliquid ſub conditione. quia quamuis certum ſit conditionem exituram, non tamen certum eſt, quòd in vita legatarij: & ideo incertū eſt iri in debitum, & ſic remanet in ſuſpēſo. Itē firmiora ſunt, quæ nobis ex noſtra prouiſione, quàm quę ex prouiſione teſtatoris quærũtur, vt notatur in l.ſi vxorem.C.de condi.inſer. ¶Prædicta autem fallunt in vſufructu legato, vt l.j.ff.quādo di.lega.vſuſf.ce.& in dicto §.in nouiſsimo.ver.excepto. quia legatum cedit à morte teſtatoris quo ad tranſmiſsionem, vt dictum eſt in præcedenti articulo, ſcilicet ſecūdum Bartolum ibi, quando hoc vtile eſt legatario, quod vtile non eſt legatario vſusfructus, cum eius morte finiatur, vt l.iij.§.fin.ff.quibus mod.vſuſf.amitt.&
17 Inſtit.de vſufr.§.finitur. †Tertius articulus eſt quo ad petitionem, ſiue actionem, pro legato facto ſub conditione, vel in diem, quando cedat. Circa quod dicite ſecundum Docto. quòd non ſufficit ſolum ꝙ hæres à quo legatum factum eſt per teſtatorē, adeat hæreditatem, vt legatario detur actio, ſeu petitio, ſed requiritur ipſius legatarij conſenſus: quo conſenſu ſeu acceptatione legati interueniente, cedit dies petitionis in legato puro, licet in legato in diē certam facto differatur exactio vſq; ad diei euentū. Sed ſi relinquatur ſub cōditione vel in diem incertum, qui habetur pro conditione.l. dies incertus.ff. de condi.& demonſtr. cedit ab euentu diei vel conditionis, vt iuribus ſuperius allegatis. nec antè poteſt repudiari, vt in hac regula. & notat Bartol. in dicta l.ſi ita ſit ſcriptū.§.ſi ſub conditione. niſi mo-
18 dis ſuprà dictis. †Quartus & vltimus articulus eſt, quādo cedat dies legati quo ad dominij acquiſitionem, ſiue translationem illius in legatariū. Et circa hoc dici poteſt, quòd ſi legata ſit res aliena, cuius legatum factum ſcienter à teſtatore valet, vt l.cum alienam.C.de legat. nō acquiretur dominium legatario, niſi facta ſibi traditione rei legatæ, vt habetur in l.j.& iiij.ff.pro legato.& l.j.C.communia de lega. Sed vbi res teſtatoris legatur, dicendum eſt, ꝙ ſi legatum ſit purum, tranſit fictè dominium in legatariū à morte teſtatoris, vt l.à Titio.ff.de furt.& l.ſi ſeruus legatus.ff.de noxal. ſed verè trāſit ab adita hæreditate, vt l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de lega.j. Et poteſt legatarius agere rei vendicatione, vt notatur per gloſ.& Doct.in l.ſi ager.ff.de rei vēdicat. & iuribus ibi allegatis per gloſſ. Hoc tamen
Limitatio. verum eſt cōmutabiliter, quia adhuc poteſt legatarius illud repudiare. & ſic verificabit ſupradicta regula affirmatiua, quòd is poteſt repudiare, qui acquirere poteſt, vt dicta l.is poteſt. facit textus in l.qui autem.§.j.ff.de his quæ in fraud.credit. qui eſt ad hoc valde notandus. Sed incommutabiliter dominium quæritur legatario ab agnitione legati, vt l.ei qui ita. aliàs incipit, ſi quis ita. ff.de condit.inſtitu. Vbi autem res teſtatoris legatur in diem, etiā certum, nō tranſit dominium, niſi eueniente die, vt l.Sempronius.ff.de vſufr.lega.& l.ſi vſusfructus.§. planè.ff.vſufruct. quemadmodum ca. Si verò ſit legatum conditionale, non transfertur dominium in legatarium, niſi conditio euenerit, vt l.fi.§.ſinautē ſub conditione.C.cōmunia de lega. vbi per Doct.

Summarium.

1 ☞Seruus à quibus officijs excluditur.
2 Seruus qualiter poſsit eſſe tutor.
3 Seruus quando poſsit eſſe iudex vel teſtis.
4 Error communis quando faciat ius.

In omnibus officijs, quę fieri per liberas perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt.

CONCORDAT hæc regula cum illa, quæ ponitur ē.iſto titu.l.quod attinet. vbi quo ad hoc ius ciuile ſeruus pro nullo habetur, licet illa regula fallat in caſibus poſitis & declaratis in lege, vix certis. ff. de iudic. & l.ſeruus. C. eodem titulo. Hæc verò regula excludit ſeruum ab officijs, quæ ſecundum leges exercenda ſunt per li-
1 beras perſonas. & dat exempla gloſ. ¶†Primò in officio iudicandi, quod non poteſt ſeruus exercere, vt l.cum prætor.§.non autem.verſ. moribus. ff.de iudi. qui canonizatus eſt iij.quæſt.vij.§.tria. Rejcitur etiam ſeruus à teſtimonio ferendo, vt l.quoniā liberi. cum ibi notatis.C.de teſtib. facit l.qui teſtamento.§.ſeruus.ff.de teſtament. Nec etiam poteſt ſeruus eſſe arbiter, vt l.parui. aliàs incipit, Pedius. ff.de arbi.& facit iij.quæſtio.vij.cap.ſi contra.verſ. ſeruus.& notat Specul. eodem tit. de arbi. §.poteſt autem eſſe.verſ.item ſeruus.& verſic. ſequenti. Nec poteſt ſeruus ſimiliter eſſe tutor, vt Inſtitut. qui da. tuto.poſſ.§. ſeruus autem alienus. Quod ſic debet intelligi, ſcilicet quòd ſeruus proprius patris teſtatoris nō poteſt dari tutor per eum ſub conditione, cum liber erit: licet alienus ſeruus ſic poſsit dari, vt l.ſi hæreditas.§. fin.ff.de teſtamen.tutel. ſed in proprio ſecus eſt: vt dict.§.ſeruus autem alienus. Et ibi rationem reddit Ang. Aret. quia teſtator dominus ſerui poteſt illi, ſi velit, ſtatim libertatem relinque-
2 re, quam nō poteſt ſeruo alieno. †Hoc tamen verū eſt, quòd ſi ſeruus proprius à domino detur tutor ſine adiectione conditionis libertatis, erit valida datio tutelæ, quia per hoc videtur libertas ſibi relicta: & ſic amplius non eſt ſeruus, vt dicit textus Inſtitu.qui.da.tuto.poſ.in principio. verſic. ſed ſciendum

dum. Ad quod facit illud quod notatur in l.quidā consulebāt. ff.de re iudi. per Bartolum, Angelum, & Ioannem de Imol.& per glossam in cap. statutū. in principio.extra de rescript.libr.vj.Vbi colligitur, quòd quilibet habens potestatem in personam inhabilem, quam elegit ad aliquod officium, videtur ad illud illam habilitare, & dispensare, si sciat inhabilitatem, vt ibi notatur.facit l.Imperialis.C. de nupt.cum ibi notatis. secus si dispensare nō poterat, quia non valeret electio ad illud officium, vt notatur in l.ij.& ibi Bartol.C.si ser. aut libertus ad decurio. aspira. libro x.vbi post Bartolum videte Iacobum Rebu.Dominus autem quilibet serui potest illi si velit libertatē dare, sed nō alieno: ideo faciendo suū tutorē pupillo, libertatem, quā dare potest, sibi relinquere videtur, secundū nota. in iuribus allegatis. & sic non est aliquid quod in hoc obuiet isti regulae.
3 ¶ †Glossa tamen hic quo ad ea, quae dicta sunt, quòd seruus non potest esse iudex, neque testis, dicit procedere, & esse vera: nisi error totius populi interueniret, per l. Barbarius Philippus. ff.de officio praesid.& Institu.de testament. §.testes. versicul. sed cum aliquis. & facit l.j.C. eodem titu. cum concordantijs ibi allegatis in glossa.
4 †Ex quibus colligitur, quòd error cōmunis facit ius. Quod est verum, quando vergit ad publicam vtilitatem, & ęquitas hoc suadet, sicut fuit in dicta l.Barbarius. & etiam ibi interuenerat superioris autoritas, quibus cessantibus, illa lex nō habet locum, vt ibi notatur per Doctores, & in l.si arbiter.C.de sentent. & interlocutio. omnium iudicum. & ibi per Bartolum & per Innocentium in capite, cum dilectus. extra de cape.mona.& per eundem in cap.sciscitarus.& cap.super literis.de rescrip.& capite, cum super.de offic.delega.& cap.litteras. de conces.praebē. & cap.nihil.de electione. in quibus locis tractatur materia allegatae legis, Barbarius. vbi etiam Bartolus & Doctores. & l.ad testium.§.j.ff. de testamē. & per Baldum & Ioannem de Imol.in l.si.ff.de haeredib.instituend.

Summarium.

1 ☞Emptor fundi an teneatur pro decimis & tributis praeteriti temporis.
2 Possessor quandoq; pro tributis praeteritis tenetur, pro quibus res principaliter obligata est.
3 Rector ecclesiae optionem habet, vtrum contra nouum vel antiquū possessorē agri agat pro decimis.
4 Priuatus si priuato fundū tributarium vēdiderit, conueniri poterit emptor pro tributis praeteritis.
5 Emptor fundi nullatenus ꝓ tributis potest inquietari, quando fiscus ipsum per modum venditionis transtulit.
6 Possessor nouus ex voluntate vltima particulari, vt iure legati, ad tributa noua & pręterita tenetur.
7 Successor nouus & singularis in re emphyteotica, non tenetur ad solutionem pensionis praeteritae.

Non debeo melioris conditionis esse, quàm autor meus, à quo ius in me trāsijt.

QVANDAM cōformitatem habet hęc regula cū illa, quae ponitur in l.nemo plus iuris.& l.aliud.§.fin.suprà eodem titu.& in cap. nemo potest plus iuris.extra eodem titu. libr. vj.& allegatur iste tex.per glossam in l.fina.§.j. ff.ad Velleianum.hic allegato in glos. pro exēplo huius regulae, vbi habetur, quòd non debet esse melioris conditionis emptor, quàm venditor, & ibi habentur multae concordantiae in glos. & verificatur secundum Albericum & Salicetum ibi, quòd resoluto iure datoris per legem, resoluitur ius acceptoris. Mulier enim, quae rem suam pignori tradidit pro intercessione seu fideiussione, iuuatur Velleiano, vt rem ipsam, illiusq; fructus & aestimationem deteriorationis consequatur, & etiam vt agat contra illum, cui creditor illam vēdidit, licet sit singularis successor. quod videtur contra illud quod habetur in l.non est nouum.ff.de acquiren.rerum domi.vbi creditor vendendo pignus, licet illius non sit dominus, tamen praebet causam dominij acquirendi, & sic emptor videtur melioris conditionis, quàm vēditor. Sed soluēdo secundū Alb.dici potest, quòd in dicta l.fin.§.j.pignus erat inutile, sed in dicta l.non est nouum.erat vtile pignus, & permissum: ideo secus est. Secundò ponit glossa exemplum in hac regula, de lege, Pomponius.§.j.ff.de acquiren. posses. vbi dicitur, quòd qui vtitur accessione sui autoris, vtitur illa cū sua causa, & cum suis vitijs. & ad hoc allegat ibi glos.istam regulam. & dicit ibi Ioannes de Imola, quòd qui vult vti commodo ex persona alicuius, debet etiam incommodum ex eius persona sentire, sicut econtra. Ad quod facit cap.qui sentit onus. extra eodem titu. libr.vj. cum ibi notatis per Dynum. Probatur etiam tenor huius regulae, per legem, alienatio. hic allegatam in glos.ff.de cōtrahen.empt.quę allegatur secundum Albericū ibi, quòd res transit cum onere suo. & concordat ff.de distract.pigno.l.si creditor.& l.j. ff.de fundo dotal. & l.inter debitorem.ff.de pactis. & extra de pigno. cap.ex literis. & ibi glos.si.allegat concordantes, & post eam Ioan.de Imol.& facit l.via. §.si fundus.ff. de serui.rust. praed.& est ratio secūdum Albericum in dict.l.alienatio.illa quae colligitur ex illa l.nemo plus iuris.facit l.traditio. ff.de acquiren. rerum do.
1 & cap. cum non sit in homine. extra de deci. ¶ †Et faciunt ista ad pulchram quaestionem, quam mouet Panor.post Hostien.& Ioan.And.in cap.pastoralis.extra de deci. Si vendatur ager ex quo nō fuit soluta decima pluribus annis praeteritis, vtrū pro illis possit emptor dicti agri conueniri. & recitat dictos Docto. tenentes quòd sic, quasi ipse ager sit obligatus pro onere decimarū: ideo transit ad quēcunq; possessorē, cum sit onus annexū ipsi rei, quod trāsit ad quēcūq; possessorē cū illa obligatione. Ad quod faciūt iura alleg.& ratio huius regulae. Et pro hoc etiam adducunt legē, Imperatores.ff.de public. vectig.& com.vbi videtur casus in simili quaestio-
2 ne. †Nam ibi possessor tenetur pro tributis praete-

ritis, pro quibus res principaliter est obligata, &
non solum persona: ergo idē dici debet in decimis,
quæ sunt tributa egentium animarum, vt in cap.
tua.extra de deci. & xvj.quæstio.j.cap. decimæ.&
dicit Panormitanus hoc esse commune dictum, per
allegata iura.quod etiam voluit Ioan.And.in cap.
3 cum homines.extra illo titu. †Addens vlterius in
electione esse rectoris ecclesiæ, cui decima debetur,
agendi contra nouū possessorem dicti agri, vel cō-
tra antiquū illius possessorem. Sed videte circa hoc
Archidia.in cap.si quis laicus.xvj.quęst.j.& etiam
Bartolū, & post eum Iacob.Rebuf.in l.fi.C.de fide
instru.& iur.hast.fisca.libro x.super glos. fina.quæ
loquens de materia prædictæ legis, Imperatores.su
per qua se potissimum fundāt Hostien.Ioan. And.
4 atq; Panormita.dicit,†quòd quando priuatus vē-
dit priuato fundum tributariū, emptor potest cō-
ueniri pro tributis temporis præteriti, per dictam
legem, Imperatores. Sed si fiscus concedit illū fun-
dum priuato per modum cuiusdam transactionis,
nouus possessor ad illa tributa non tenetur, vt l.fi.
C.de censib.censito.& peræquatoribus.& l.ij.C.de
5 fund.rei priua.libr:xj. ¶†Sed quando à fisco trans-
fertur per modum venditionis, & tanquā res pro-
pria ipsius fisci, emptor tunc nullo modo potest
inquietari, vt l.j.C. ne fiscus rem quam vēdi. euin.
lib.x.& l.bene à Zenone. C.de quadriē.præscript.
Si verò vendat dictam rem propter tributa nō so-
luta, tunc emptor vlterius non tenetur, vt dicta l.
fin.C.de fide instru.&iur.hast. fis. Sed propter alia
debita nō soluta tenetur, vt dictis iuribus secundū
Bartol.Et procedūt prædicta in translatione facta
6 inter viuos. †Sed nouus possessor ex vltima volū-
tate particulari, vt iure legati, tenetur ad tributa
noua & præterita, vt l.cum possessor.§.fi. ff.de cen-
sib.Recuperabit tamen præterita ab hęrede, qui ad
illa tenetur, vt l.apud Iulianum.§.hæres.ff.de leg.j.
& l.qui concubinam.§.qui ortos.ff.de lega.iij.Suc-
cessor tamen nouus indistinctè tenetur, si habet ti-
tulum ab hærede vniuersali, vt l.ij.§.si quid publici
vectigalis.ff.de hæred.vel actio.vendi.Et procedūt
suprà dicta in tributis, in quibus est obligatio rea-
7 lis, vt iuribus allegatis.¶†Sed in pensione emphy-
teotica præterita non soluta, non soluit illam no-
uus singularis successor, quia pro illa actio est per-
sonalis, secūdum Ioan.in arbore actionum, vt no-
tatur in l.ij.& iij.C.de iure emphy.& per Ioannem
de Imola in cap.potuit.extra de loca.Personalis au
tem actio non transit in singularem successorem,
vt l.j.§.si hæres.ff.ad Trebellianum. ¶Vlterius dat
glos. aliud exemplum de eo quod habetur Institut.
de vsucap.§.furtiuę.& §.sequenti. Sed quia glos.in
l.quod ipsis. infrà eodem titu. istud exemplum &
sequentia huius glossæ plenissimè examinat: ideo
cætera ibi examinanda remitto. Gulielmus May-
nerius Iurium Doctor.

Summarium.

1 ☞Bonus quiuis pręsumitur, secus in congregatio-
ne.& nu.2.
3 Autoritate propria quando quis possit alium oc-
cidere.
4 Ius sibi dicere quando cui liceat.& nu.5.
6 Iudex an possit parti exequutionem sententiæ cō-
mittere, vt sua autoritate possessionē ingrediatur.
& nu.7.& 8.

Non est singulis cōcedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.

NOTARI debet ex ista
regula tumultum esse vi-
tandum, de quo in l.con-
uenticula. C.de episco.&
cler. & l.denuntiamus.C.
de his qui ad eccles.cōfug.
& de tumultu loquit̃ text.
in l.penult.ff.ad legē Cor-
nel. de sicar.& idem sonāt
exclamationes conuenticulę, & tumultus, vt dictis
iuribus. & l.decurionum.de pœnis.l. diuo Marco.
C. qui manu.non poss. & l.si priuatus. C. qui & à
quibus manu.libe. non fi.& in cap. Ossus. extra de
elect.vbi secundum Panormitanum est bonus text.
1 notandus,†quòd licet quilibet præsumatur bonus,
nisi contrarium probetur, vt in c.fin.extra de præ-
sump.& cap.vnico.extra de scrutinio.& l.cum pa-
ter.§.rogo. ff.de legat.ij. & notatur per glossam in
l.si verò.§. qui pro rei qualitate. ff.qui satisd. cogā.
& per glossam in l.omnimodo.C.de inoffi.testam.
& l.nō est necesse.ff.de proba.& est tex.iuncta gl.in
2 l.seruos legaui.ff.de manu.testam.†Secus tamen est
in populo cōgregato, in quo nō pręsumitur omni-
no bona fides, nec bonitas, per illum text.& facit l.
congruit.ff.de offic. præsid. vbi ad officium præsi-
dis dicitur pertinere, ꝙ pacata, quietaq; sit prouin
cia quam regit & mali inde homines appellantur.
facit l.j.§.quies.ff.de offic.præfe.vrb.& quod habe-
tur viij.quęst.j.c.in scripturis. Iudex enim nō debet
pati, vt subditi ad arma, tumultus, vel rixas per-
ueniant, quos sua iurisdictione possit compescere,
vt l.si cuius.§.fi.cum l.sequenti.quæ incipit, æquis-
simus.aliàs incipit, Iulianus. ff.de vsufruct.& ideo,
quia talia sunt autoritate magistratus constituta,
non sunt per singulos priuatos exercenda, nec eis
concedenda, vt dat exemplum hic gloss.in illo, qui
rem possessam per alium non debet illam sua auto-
ritate à possessore auferre, ne occasio maioris tu-
multus inde surgat, & fiant rixæ, quæ priuatis ho-
minibus sunt interdictæ, & prohibitæ, atq; com-
pescendæ per iudicem, vt iuribus allegatis. & l.nul
lus.C.de Iudæis.Ad officium enim iudicis pertinet
concordare discordes, & pacificare, vt xc.distin-
ctione. cap.discordantes. & ibi per glossam & Ar-
chidiaco. & dicit Imperator se noctes ducere inso-
mnes, vt quietem subditis præparet, in authent.vt
iudic. sine quoquo suffra. in principio. collatione
ij.& in authentico, vt diuinę iussiones.in princip.
collat.viij.facit quod habetur per glossam fin. in c.
j.extra de mutuis petitio.& in cap.nisi essent.extra
de

de præben. & ideo pax,& quies ſubditorum, ſicut
tuenda eſt, & procuranda per magiſtratum, ita ſe-
dandus eſt tumultus,& perturbatio pacis per illum
punienda.l.fin.in fin. ff.de re militari.& iuribus ſu-
perius allegatis.& facit quod habetur in c.j.de pace
tenenda & eius violato.& de pace iura.fir.in princ.
§.j.vbi ad propoſitum huius regulæ dicit Bal.quòd
in his non debet quis autoritate ſua ſibi dicere ius,
vt dicta l.nullus.cum concor.ibi allegatis in gloſ.&
l.vnica.C.ne quis in ſua cau.iudi.& l.extat. ff.quod
metus cauſa.& xvj.quæſtio.vj.c.placuit. & eſt hoc
regulare,vt in hac regula probat, & dictis iuribus.
3 ¶†Licet hoc aliquãdo fallat in caſibus,qui haben-
tur in l.j.& ij.C.vbi vel quando liceat vnicuiq; ſine
iudi.ſe vindic.vt allegatur per gloſ.in dict.l.nullus.
Ibi enim in l.j.licitũ eſt & conceditur vnicuiq; pri-
uato,& ſic ſingulis nocturnos depopulatores agro-
rum,& aggreſſores itinerũ propria autoritate occi
dere. Et idem eſt ibi in l.ij.in milite deſertore mili-
tiæ ſe transferẽte ad hoſtes,qui impunè capi poteſt:
& ſi reſiſtat,poteſt impunè occidi,ſicut publicus la
tro, vt dicta l.ij.cum ibi notatis per Docto. Quod
ſecundum omnes introductum fuit propter publi-
cam vtilitatem:quoniam vt ibi dicit Bal.in ſi.vbi-
cunq; lex permittit pro cõmuni quiete, & vtilitate
publica aliquem offendi,vel occidi, non permittit
hoc,niſi propter bonum publicũ. Et ideo aliquan-
do lex permittit capi, ſed non occidi, vt l.fin.C.de
malefi.& mathe.& per illam l.ij.ibi,cunctis etenim.
dicit Ioan.Andr.in nouella in cap.inter alia. extra
de immunita.eccle. in gloſ. ſua ſuper verbo,poteſt.
quòd ille,qui in caſu permiſſo à iure poteſt extrahi
de eccleſia,extrahi poteſt per quemcũq; priuatum.
licet Petr.de Bellaperti. & poſt eum Cy.diſtinguat
in l.præſenti.vltima quæſtio.C.de his qui ad eccle.
confu.& latius in authen.ſi quis.C.ad legem Iuliam
de adult.Sed videtur quòd per quemcunq; laicũ po
teſt extrahi: quia epiſcopus vel clericus extrahens
eſſet irregularis,ſecundũ Ioan.Fab.in dicta authen.
ſi quis.Nec requirit declaratio iudicis Eccleſiaſtici,
ex quo per quemlibet poteſt extrahi.quod tenet Pe
trus de Bracco in ſuo Alphabeto ſuper verbo, im-
munitas. §.quarto.verſic. quòd etiam ſine declara-
tione.& notatur in ſumma Confeſſorum.lib.j.titu.
de immunita.eccleſ. quæſtione ij. Sed dicite melius
de hoc, vt recitaui plenius in l.nemo de domo ſua.
4 verſu,ſciendum eſt deinde.ſ.iſto tit.¶†Alias fallen
tias plures,in quibus videtur permiſſum alicui ſibi
ipſi ius dicere notatas habetis per Bal.in dicto titu.
de pace iuramẽ.fir.§.j. & Alber.poſt gloſ.in dicta l.
nullus.de Iudæis.& per Innocen.in cap.olim.in pri-
mo.extra de reſtitu.ſpol.& eſt vnus in l.iij.C.de de-
curio.& l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure. & l.ſcientiã.
§.qui cum aliter. & l.quemadmodum. ff.ad legem
Aquiliam.& l.j.C.vnde vi.& l.ij.C.de iure emphy.
cum ibi notatis per gloſ.& Doctores.& l.deuotum.
C.de meta.& epide. libr.xij.& l.ait prætor.§.ſi de-
bitorem.ff.de his quæ in fraudem creditorum.& l.j.
C.vbi quis de curia. vel cohorta.& l.generali. C.de
decurio. libro x. & l.ij.in fin. C.de ſumma Trinita.
& fide Catholi. vbi omnes hæretici extra ciuitates
debent expelli. Sed vtrum cuilibet Catholico hoc
liceat facere autoritate propria:videte Alber.ſuper
rubrica.C.de hæreti.verſic. vtrum propria autori-
tate.vbi plenius arguit ad vtranque partem.& vna
opinio in occulto,alia in manifeſto hæretico loqui
intelligitur. Tutius tamen eſt, ſecundum eum,ſem-
per quicquid in hoc fit,fiendum eſſe iudicis autori-
tate.Ad quod facit illud quod notatur per Archid.
5 in cap.præſidentes.extra de hæreti.lib.vj. ¶†In di-
ctis autem caſibus & ſimilibus, in quibus quis ſibi
ipſi ius dicere poteſt, hoc procedit autoritate legis
ita diſponentis propter bonum publicũ,nec in hoc
debet exceſſus fieri. Ideo in caſu dictæ l.iij.C.de pi-
gnor. ſi per pactum inter creditorem & debitorem
poſsit cõueniri,vt licitum ſit creditori propria au-
toritate apprehendere poſſeſsionem rei pignoratæ
per illum textum.Hoc tamen ſecundum Bartol.ibi
& Doctores,verum debet concedi,dummodo credi
tor non reperiat reſiſtentiam:aliàs non valeret pa-
ctum,ne inde tumultus vel ſcandalum oriatur.facit
l.conuenire. ff de pactis dotalib. & notatur per Pa-
normitanum in cap.de cætero. extra de ſententia &
6 re iudicata. ¶†Sed eſt quæſtio, quando iudex ſen-
tentiauit ſuper poſſeſsione petita, quam actori ad-
iudicauit,nunquid poſsit parti vincenti cõmittere
executionem ſententiæ,ita vt vadat & propria au-
toritate ingrediatur poſſeſsionem.gloſ.in l.memi-
nerint. C.vnde vi. tenet quòd ſic, licet communis
modus ſit, quòd iudex ad hoc mittat executorem.
vt l.is cui.§.miſſus. ff.vt in poſſeſsio.legat.& illam
gloſ.ſequuti ſunt Iacob.de Aret. & Oldra. Pro qua
gloſ. facit l.eum qui.§.ſi epiſtola.ff.de furtis. vbi in
facto proprio quis poteſt conſtitui nuntius.faciunt
notata in cap.dilecti. extra de dolo & contumacia.
Et idem tenet gloſ.in l.miles.§.qui iudicati. ff.de re
7 iudicata. †Sed gloſ.in l.iuſtè. ff.de acquiren.poſſeſ.
tenet contrarium per iſtam legem,quam allegat,&
per ea quæ habentur in l.pignoris. C.de pignorat.
8 actio.& l.dotis.C.ſoluto matrimonio. Bartol. † &
communis ſchola tenet primam in dicta l.iuſtè.&
ibi Ioann.de Imola,& in allegato §.qui iudicati.&
Panormitan.& Benedictus in cap.de cætero. extra
de ſententia & re iudicata.& Bald. in l.eos.in prin-
cipio.C.de appellat. Sic ſcilicet intelligendo,quòd
per licentiam datam parti à iudice non tranſit iu-
riſdictio in partem cui data eſt licẽtia, ſed ſola exe-
cutio facti,quæ poteſt demandari,vt l.executorem.
C.de executione rei iudica. & etiam illud ſequitur
Salic.in dicta l.dotis.Dummodo pars illa,cui com-
miſſa eſt executio,nõ inueniat reſiſtentiam,qua in-
terueniente non liceret exequi,ne detur materia tu-
multus & ſcandali, argumento huius regulæ. facit
quod notatur per Innocen. & Doctor. in cap.cum
noſtris. extra de conceſsio.præbend. ¶Sed contra
iſtam regulam, & ſuperius allegata videtur poſſe
opponi,quòd licet tumultus populi corrigi debeat
per iudicem, & acclamationes vanæq; voces popu
li non ſint exaudiendæ, vt dicta l.decurionum. C.
de pœnis. cum ibi notatis per gloſ.iudex tamen ad
acclamationes populi, & propter tumultum acce-
lerat punitionem alicuius, vt dicta l.penulti. ff.ad
legem Corneliam de ſicar. Sed ibi reſpondet Bart.
quòd in illa lege nõ ſit punitio propter tumultum

populi vel acclamationes,sed bene acceleratur pœ-
na iustè debita ad euitandum scãdalum, sicut in si-
mili in l.si quis filio exhæredato. §.hi autẽ. ff.de in-
iusto,rupto,& irrito testamen.vbi per Bal.& Paul.
de Cast.& recitatum fuit in l.nec ex prætorio.§.isto
titui. facit quod habetur & notatur in l.de pupillo.
§.si quis riuos.ff.de noui operis nunciatione.

Summarium.

1 ☞ Libertatis encomium.
2 Patria potestas inæstimabilis.
3 Fame vrgente potest pater filium vendere.
4 Alimentis sibi à patre debitis non potest filius pa-
ćto renuntiare.
5 Filio quando possit pater alimenta negare.

Infinita æstimatio est, libertatis & necessitudinis.

SVPRA in isto titulo
in l.libertas.hic allegata in
glos.fuit expedita huius le-
1 gis materia.† in illa enim
lege,libertas dicitur inæsti-
mabilis:in hac vero lege,
eius æstimatio dicitur in-
finita,quæ in idem reinci-
dunt,vbi videte quæ reci-
taui.vt enim dicit Bal.in repetitione l.in suis. ff.de
liberis & posthu.nil est gratius libertate.facit l.Pau
lus.ff.de fideicõmis.liber. facit quod habetur Instit.
qui & ex quibus cau.manu.non pos. §.fin.versi.sed
cum libertas. ¶In ista vero lege additur de necessi-
tudinis infinita æstimatione. facit l.filiusfamilias.
2 §.secundum vulgarem.ff.de legat.j.†vbi patria po-
testas dicitur inæstimabilis.& ibi per glos.allegatur
iste tex.vbi ideo dicit Bal.quòd quia inæstimabilis
est emancipatio, fieri debet apud acta ad instar im-
mensæ donationis,vt l.fina. C.de emancip.libero.
sacra enim dicitur patria potestas,vt l.filiæ licet in
sacris.C.de colla. & copulata nexu diuino,in l.cum
in adoptiuis. C.de adoptio. Ideo patri filius debet
reuerentiam & obedientiã,vt l.congruentius.C.de
patria potesta.& l.generaliter.ff.de in ius vocan.&
ij.quæstio.vij.cap.quæritur pater. sed etiam patria
potestas non in atrocitate,sed pietate consistit,vt l.
diuus.ff.ad legem Pompeiam de parricid. & consi-
lium capit pater pro liberis,vt l.nec in ea.§.fi. ff.ad
3 legem Iuliam de adult. †Ex illa tamen patria pote-
state lex ipsa dat patri licentiam propter famis ne-
cessitatem vendendi filiũ, & sic de libero facere ser-
uum,vt fuit allegatum in dicta l.libertas.& notatur
per Docto.in l.ij.C.de paren.qui fil.distrax.hic alle
gata in glos. De qua opponit cõtra istam regulam,
& de eo quod habetur in l.fin.ff.de iusti.& iure.vbi
necessitudo,de qua hic in hoc text. vocatur cogna-
tio.Sed vt soluendo dicit glos.cognatio ibi nõ alie-
natur,cum sit inseparabilis,vt l.abdicatio.C.de pa
tria potesta.facit Instit.de iure nat.gen.& ciui.§.sed
naturalia.& quod habetur in l.ius agnationis. ff.de
4 pactis.vbi notat Alber.†quòd per pactum non po
test renuntiare,vt pater eum alere nõ teneatur:quia
illud pactum esset cõtra bonos mores,& contra ius
naturale, quo iure educatio liberorum est inducta,
vt Instit.de iure nat.gen.& ciui.in prin. & ibi glos.
super verbo, educatio. facit l.j.§.ius naturale. ff.de
iustitia & iure.pactum igitur tale nõ est seruandum.
l.pacta quæ contra. C.de pact.& l.alia.§.eleganter.
5 ff.solu.matr. ¶†Et hoc potest dici verum,nisi filius
esset ingratus contra patrem , quoniam secundum
Angel.Aret.super dicta glos.Instit.de iure nat.gen.
& ciui.in prin.ex illis caussis,ex quibus filius potest
exhæredari,quæ ponuntur in §.causas.in authen.vt
cum de appel.cog.colla.viij.possunt ei alimenta de-
negari,vt l.si quis à liberis.§.idem iudex. ff.de libe.
agnosc. Filio etiam qui libidinosè consumpsit pe-
culium sibi traditum à patre, potest ipse pater ali-
menta denegare, secundum Bald.in authent.contra
rogatus.super glos.fin.C.ad Trebel.senatusconsult.
per rationes illius glos. quamuis contra hoc facere
videatur illud quod habetur in l.libertus.ff.de ope.
liber. Sed illud intelligit Bal.vbi suprà,quando si-
ne dolo vel lata culpa filij peculium illud consum-
ptum est:quia leuis culpa filio non debet imputari,
qui viuo patre quasi dominus reputatur,vt dicta l.
in suis.ff.de liber.& posthu.Quod secundum Bald.
ibi facit ad illud quod notatur per gl. xxiiij.q.j.c.fi.
quæ dicit filium Regis, etiam viuo patre posse vo-
cari Regem.¶Idem esset de denegandis alimentis fi-
lio dicendum, si filius haberet artem vnde se alere
posset:quia tunc pater illũ alere non tenetur,vt no-
tatur per glos.in dicta l.si quis à liberis.§.si filiusfa-
milias.& etiam per glos.in l.si maritus in id. ff.sol.
matr. Cessantibus autem prædictis casibus iure na-
turali filius est alendus à patre, ne alimenta negan-
do filiũ necare videatur,vt l.necare.ff.de libe.agno.
¶Sciendum est tamẽ, quòd patria potestas,licet sit
inæstimabilis,vt dictum est, fuit introducta de iure
ciuili,vt Instit.de patria potesta.§.j.& l.item in po-
testate.cum l.seq.ff.de his qui sui vel alie. iur.Illa ta-
men patria potestas soluitur aliquando ex disposi-
tione iuris ciuilis, vt Insti.quibus modis ius patriæ
potesta.sol. §.cum autem.& §.sequen.& §.filiusfa-
milias.cum ibi notatis & allegatis per Angel.Are.
Licet autem sit de iure ciuili, natura tamen siue iu-
re naturæ suadente effectus dictæ patriæ potestatis
fuerunt adinuenti, & ordinate dispositi. facit quod
habetur in simili in l.pronunciatio.§.familiæ.in ij.
§.titu.proximo.in glos.quæ exponit natura,id est,
naturali coniunctione interueniente.facit quod no-
tatur per Oldra.quæstione xxviij. incipiente,circa
ius municipale.& Bald.in l.j.§.ius naturale.ff.de iu-
stit.& iure.& per dominos de Rota,decisione xviij.
in nouis.

Summarium.

1 ☞Successor simpliciter intelligitur de vniuersali.
2 Hæreditas est successio in vniuersum ius.
3 Iura testatori inhærentia an verè moriantur cum
eo,vt sola fictione sint in hærede.
4 Præscribere an possit hæres id quod testator non
potuit.

Succes

5 Successor quando non vtatur eodem iure cum præ-
decessore.& nume.6.& 12.
7 Iuramento an firmetur donatio inter virũ & vxo-
rem.& nume.8.9.& 10.
11 Maritus potest vxori obijcere de adulterio,sed non
hæres.
13 Iudex succedens an iudicare debeat ex actis coram
prædecessore.

Qui in ius,dominium've alterius succedit,iure eius vti debet.

IN ius dominium've alte-
rius,secundum quod hic di-
citur in glos. succedit hæres
eius,& vocatur successor,vt
l.quoties.§.hęredes.ff.de hæ
redibus instit. de qua hære-
ditaria, & multiplici alia
successione plenissimè di-
ctũ fuit in l.qui in alterius.
in princip.ſ.isto titu.post Bonifac.de Amanatis in
1 cap.cum quis.extra eod.titu. lib.vj. †Et ibi dictum
fuit,secundum Ioan.de Imola in l.si tertius.§.si quis
prius. ff.de aqua plu.arcen. Quòd vbicunq; in iure
fit mentio simpliciter de successore, intelligitur de
successore vniuersali,& non de singulari,vt l.si quis
ex argentarijs.§.j.iuncta l.quædam.§.is autem.ff.de
edendo. Potest tamen ista regula habere locum in
omni successore, sicut plenissimè fuit explanatum
in allegata l.qui in alterius.vbi sufficiat remissio,&
ad ea quæ dicentur in l.quod ipsis.post glos.j.eo.tit.
¶Hic autem glos.in hac regula dat exẽplum de di-
cto §.hæredes. vbi hæres dicitur successor defuncti
in ius illius succedens. Ex quo ibi notat Ioannes de
2 Imola,† quòd hæreditas nil aliud est, quàm succes-
sio in vniuersum ius quod defunctus habuit,vt de-
claratur per Bar.super rubrica. ff.de acquir.hæredi.
& est tex.in l.nihil aliud. ſ.titu.proximo.& l.hære-
ditas.ſ.eod.tit.vbi videte declarationem quam ibi
posui,secundum Doctores.Et dicitur hæreditas ius
vniuersale, vt colligitur in iuribus alleg. Et quam-
uis ius sit quid incorporale, vt Instit.de reb.corpo.
& incorpora. tamen ius hæreditatis dicitur diuisi-
bile,in dicto §.hæredes.Quod secundũ Bal.Angel.
Ioan.de Imola,& Paul.de Castr.atq; Docto.dicitur
impropriè,cum iura sint indiuisibilia.Nec possunt
actualiter diuidi,prout diuiditur res corporalis.Di
citur tamen ius diuiduum vel indiuiduũ,secundum
illud quod in dicto iure versatur, & sic secundum
illud quod competit,vt notatur per Bar.in l.ij.§.ex
his.& l.stipulationes non diuiduntur. ff.de verbo.
oblig.Ideo in iure hæreditatis,si sint plures institu-
ti hæredes,non est quilibet hæres insolidum,sed di-
uiditur obligatio hęreditaria pro hęreditarijs por-
tionibus,vt l.j.C.si cert.peta. & l.pro hæreditarijs.
C.de hæredi.actio.Licet secus sit in alijs iuribus in-
corporalibus,vt in seruitutibus: quia transeunt ad
quemlibet hæredem insolidũ,vt dicta l.ij.ff.de ver-
borum obliga.Nisi esset vsusfructus: quia seruitus
illa diuidua est,vt l.j.§.si vsusfructus. ff.ad leg.Falc.
& notatur plenè per Barto.in dicta l.stipulationes
non diuiduntur.¶Est autem hic aduertẽdum,quòd
Cy.recitatus per Bald.& Ioan.de Imola in dicto §.
hæredes.volebat in l.pacto successorum. C.de pact.
3 †quòd mortuo testatore soluatur obligatio,quæ il-
li cõpetebat,cum mors omnia soluat,vt in authen.
de nup.§.deinceps.colla.iiij. & ideo ius quod habẽt
hæredes eis cõpetat fictione iuris:quia fingitur hæ-
res vna persona cum defuncto,in authen.de iureiu-
rando à morien.præsti.in princi.colla.v.Quod di-
ctum,licet subtile sit, non placet Baldo,nec Ioã.de
Imola,qui in dicto §.hæredes.dicunt non esse verũ,
quòd obligatio cõpetens defuncto,illius morte sol-
uatur vel extinguatur,imò durat etiam hæreditate
iacente,quandiu iacet,imò etiam in bonis vacanti-
bus. Ad quod faciunt notata in l.iij.§.sed vtrum.ff.
de minori.& l.Stichum aut Pamphilum.ff.de solu.
Nec valet quod dicitur, quòd mors omnia soluit:
quia hoc est in iure non transmissibili ad hæredes,
sed nõ soluit iura ad illos trãsmissibilia. quod pro-
batur in tex.huius regulæ, quamuis ipsi eam nõ al-
legent,quæ dicit successores hęredes vti eo iure,quo
defunctus. & per hoc confutatur prædicta opinio
4 Cy.quæ fuit Petri & suorum sequacium.¶†Est de-
inde ex hoc aduertendum,ꝙ quia successores vtun-
tur eo iure,quo prędecessores,subdit hic glos.quòd
sicut defunctus propter scientiam rei alienæ nõ po-
test vsucapere, ita nec eius hæres, licet ignoret alie-
nam,& possideat bona fide,vt l.si ego.§.partus. ff.
de publi. & dicta l.quædam.§.j.& l.cum hæres.ff.de
diuers. & tempo.præscrip. Quod tamen secundum
Dy.in cap.possessor. extra isto titu. lib.vj.procedit
isto iure ciuili, sed de æquitate canonica secus est,si
hæres vel successor ex sua persona velit computare
tempus,& non ex persona defuncti,de quo plenius
dictum & recitatum fuit in dicta l.qui in alterius.
vbi recitata fuerunt notata Doctorum in locis alle
gatis.& cap.fin. extra de præscript.& per Ioan.de
Imola in l.sequitur.§.hæres.ff.de vsucap.ad quæ re-
5 curratis. ¶†Opponit deinde glos. contra istam re-
gulam de l.Procula. ff.de probatio. vbi illa Procu-
la,cui erat fideicommissum à fratre suo debitum,&
vellet in rationibus suis defuncti fratris hæredibus
eius compensare,non fuit audita, & sic non eodem
iure vtitur successor,quo vtebatur ille cui successit.
Et soluit glos.esse ibi speciale,sicut dicit ibi Salicet.
Ratio sanguinis siue coniunctionis,& pluries com-
putatæ rationis est illa ratio,quæ hãc specialitatem
inducit.Et vt ibi dicit Bald.declarando dici potest,
ꝙ ex cessatione longi temporis de soluendo dictum
fideicommissum, & cõputatione rationum sæpius
facta, & ex taciturnitate dictæ Proculæ sororis de-
functi ibi præsumitur fideicõmissum tacitè remis-
sum,& secundum eum deficiente aliquo istorũ non
præsumeretur remissio. & ita illam legem intelli-
git & declarat glos.in l.libertis.§.j. ff.de aliment.&
cibarijs legatis. & ita etiam ibi dicit Barto. & in l.
quæ dotis.ff.soluto matrim.in quinta oppositione.
& ibi Ioan.de Imol. dicens, quòd in dicta l.Procu-
la.tria concurrebant,scilicet diuturnitas temporis,
sanguinis coniunctio, & sæpius calculata ratio.&
ita videtur esse de mente dictæ glos.in dicta l.liber-
tis.§.j.licet ipse Ioan.de Imol.dicere videatur,quòd

fortè sufficeret sæpius rationē fuisse calculatam,su-
per qua calculatione fundata videtur principaliter
ratio decidendi in dicta l.Procula. dicit tamē tenen
dam esse menti dictā glos.l.libertis.§.j.quam etiam
sequitur Bal.in dicta l.Procula.& Paul.de Castr.in
allegata l.quæ dotis. & hoc videtur communius,&
certè verius: quoniā tex.sæpe dictæ l.Procula.non
sine mysterio quatuor vicibus repetijt dictionē fra
tris,& tandem in fine conclusit tacitè fratri fideicō-
missum remissum fuisse,& sic sanguini,& fraterni-
6 tati. ¶†Opponit vlterius glos.de eo quod habetur
in l.cum hic status.§.ait oratio. ff.de donatio.inter
virum & vxorem. vbi secundum declarationē hu-
ius glos.hæres coniugis donatoris nō potest pœni-
tere,sicut poterat coniunx,quæ donauit.Sed soluē-
Fallentia.
do dicit ibi esse fallentiam,quòd successor non vti-
tur iure eius cui successit.¶Pro cuius clariori intel-
lectu sciendum est, quòd inter virum & vxorē ma-
trimonio cōstante donatio regulariter prohibetur,
vt l.j.ij.& iij. ff.de donatio.inter virum & vxorem.
Sed tamen morte donantis cōfirmatur , vt dicto §.
ait oratio.& §.sequen. ¶Quod tamen verum est, si
interuenerit in donatione traditio,vel aliquid loco
traditionis, vt puta per retentionē vsusfructus vel
precarij constitutionis,vt l.Papinianus.eodem tit.
& ita vult glos.& ibi Sali.in l.ij.C.de dote cau.non
nume. & notat Ioan.de Imola in l.si diuortio. ff.de
verbo.oblig. allegans pro singulari ad hoc propo-
7 situm dictam l.Papinianus. †Sed non interuenien-
te dicta traditione, aut aliquo quod sit loco tradi-
tionis,quæstio est, an interueniente iureiurando in
prædicta donatione tale iuramentum confirmet di
ctam donationem.in qua quæstione Doctores con
certant,& inter se altercantur.Bar.enim in l.si quis
pro eo. ff.de fideiuss. tenet donationem ipsam inter
coniuges iuramento firmari. Illa etiam fuit opinio
Guliel.de Cug. quem sequitur Alberic.in l.sed & si
possessori. §.item si iurauero.ff.de iureiurand. Idem
tenet ipse Barto.in l.Seius & Augerius. ff.ad legem
Falcidiam.& ibi etiam Ioan.de imol.sequitur eum.
8 ¶†Quidam alij tenent cōtrarium,eò quòd talis do-
natio esset cōtra bonos mores. Ideo nō firmat eam
iusiurandum,vt in cap.non est obligatorium.extra
isto tit. lib.vj.& facit l.pacta quæ contra. C.de pa-
ctis.& hanc partem tenuisse videtur Barto.sibi ipsi
contrarius in l.j.ff.de donatio.inter virum & vxo.
& in l.cum quis decedens. §.Titia. ff.de legat.iij.&
eum sequitur Cy.in l.j.in fin. C.de sacrosanct.eccle.
& etiā fuit in hac opinione Angel.in dicta l.si quis
9 pro eo. † Sed Federi.de Senis in suis consilijs tenet
primam partem,scilicet quòd iuramentū inter con
iuges firmet ipsam donationem,per rationem cap.
quamuis pactum. extra de pactis. libr.vj.& c.cum
contingat.extra de iureiuran.& per multas alias ra-
tiones respondendo rationibus in cōtrarium factis,
quas dicit non vrgere quin debeat seruari iuramen
tum,cum sine interitu salutis æternę seruari possit,
vt in cap.si vero.extra de iureiurando.& hanc opi-
nionem firmiter tenent Panormi. Ioan.de Imola,
& Benedictus in allegato c.cum contingat. & hæc
est communis opinio in iudicijs, & consilijs obser-
uanda atque sequenda. ¶Quam aliqui tamen dixe-
runt esse veram, quādo in forma debita interuenit
iuramentum:secus si sine tactura scripturarum,aut
corporali iuramento inuicem contrahentes fidem
sibi promiserunt.& hoc communiter tenent nostri
Legistæ,in authenti.sacramenta puberum.C.si ad-
uersus vendi.quia lex prima illius tituli loquitur de
iuramento corporali. & ideo illa authentica debet
etiam intelligi de illo:quoniam ius interpretans re-
gulatur secundum materiam & naturam iuris in-
terpretati, vt in authen.de filijs ante instru.do.nat.
§.j.collat.iij. & est notabilis glos.in Clement. statu-
tum.de electio.& ij.quæstio.vj.cap.anteriori. super
verbo,recitatione.& per glos.in cap.is qui.extra de
10 electione.libro vj. ¶†Sed Canonistæ tenent totum
contrarium per rationem dicti c.quamuis pactum.
& dicti c.cum contingat. quia iuramentum, etiam
verbaliter præstitum,obligat ad periurium,quam-
uis corporaliter debeat præstari, per dicta iura. &
cap.& si Christus. extra de iureiurando. & capit.si
vero.eodem titulo. vbi iuramentum debet seruari,
quod potest seruari sine interitu salutis æternæ. &
cum Canonistis tenet Ioan.Fab. in dicta authenti.
sacramenta.pro quo allegat c.ad aures. extra quod
metus causa.vbi Panor.Et hoc etiam tenet Ioan.de
Imola in antè dicto c.cum contingat.in repetitione
dicens vlterius,quòd licet sit standum in hac mate-
ria iuri canonico, vt allegato c.quamuis pactum.
tamen opinio Legistarum posset habere locum in
iuramento assertorio concernente præsens tempus,
vel præteritum. Nam si minor maiorem se asserat
per iuramentum verbaliter præstitum,admittitur
ad probandum contrarium,non per testes. Secus si
fuerit corporaliter præstitum,vt est tex.in l.si alte-
rius.C.si minor se maio.dixe.Sed in iuramēto pro-
missorio obligat æquè verbale iuramentum, sicut
corporale,secundum eundem Ioan.de Imola,quem
sequitur Benedictus dicens post Gasparem de Cal-
derinis,quòd ad substantiam iuramenti non est ne-
cesse,quòd exprimatur verbum,iuro.satis enim est,
quòd Deus explicitè vel implicitè interponatur,vt
dicto c.& si Christus.faciunt notata in c.querelam.
eodem tit.Imò valet iuramentum præstitum super
qualibet re,etiā super ligno vel lapide, vt notatur
per glos.in titu.de pace iura.fir.§.item sacramenta.
& per glos. in authen.iusiurandum quod præsta.ab
his.colla.ij.videte ad hoc notata per Docto.in sæpe
dicto c.cum contingat. & in Clement.j.de hæreti.
11 per glos.& in cap.vt circa.de elect.lib.vj. ¶†Extra
glos.potest addi alia fallentia ad hanc regulā de hæ
rede successore mariti,qui nō potest vxori repeten-
ti dotem,soluto matrimonio morte viri opponere
exceptionem adulterij dicēdo, quòd illam perdidit
propter adulterium,per eam cōstante matrimonio
commissum,per ea quæ habētur in l.sed si maritus.
§.j.ff.qui & à quibus manu.libe.non fi.& per ratio-
nem l.fi.C.de reuocan.dona.per id quod habetur in
tex.& glos.& per Doct.in l.rei iudicatæ. §.hæredi.
ff.soluto matr. Nec obstat,secundum Bald.ibi huic
dicto l.fina.C.ad legem Iuliam de adulter. quia ibi
est casus ecōtra.prædecessit enim ibi vxor,& viue-
bat maritus, cui licet de hoc excipere contra hære-
dem vxoris, cum sibi sit ius saluū excipiēdi de illo,
vt ibi.

vt ibi.& in l.consensu. versic.virum. C.de repud. & ibi per Alberic.& Salicet. quem tamen plenius videatis in authenti. sed hodie.& in dicta l.si. C.de adulter.facit quod notatur in l.vnica.§.taceat.C.de rei vxo.actio.& in l.si ab hostibus.§.si vir.ff.soluto matrim. Sed decedente prius marito hoc non competit suo hæredi, cum hæc exceptio tendat ad vindictam.facit l.cum emancipati.§.emãcipatus. ff.de collat.bon.Offensam enim obijcere non potest,nisi offensus,vt notatur per Bal.in l.his cõsequẽter. §.j. ff.famil.ercisc.videte de hoc Spec.tit.de donat.inter virum & vxorem.§.formatis.versu,quid si mulier. & Iacob.de Bello visu,& Angel.in authen.vt liceat matri & auiæ. §.quia vero plurimas. & per Cy.in l.cum quis.C.de iuris & facti ignorã.& per Ioan.de Ana. qui plenissimè circa hoc articulos scripsit & recitauit dicta Doctorum in c.intelleximus. extra
11 de adulter. ¶†Aliam etiam fallentiam à regula ista inquantũ loquitur de eo,qui succedit in dominium alterius, adducit hic glo.de l.vendicantẽ.ff.de euict. vbi ille qui successit in dominio rei quã ipse prius tunc alienã vendiderat,non vtitur eo iure,quo ille, qui erat dominus,vti potuisset:quia si successor ille idemq; venditor agat rei vendicatione contra emptorem,repellitur illa exceptione,quòd quẽ de euictione tenet actio, eũdem agentẽ repellit exceptio, vt dicta l.vendicantem. Et est ratio,quia rei alienæ tenet venditio in præiudicium vendentis, vt l.rem alienam.ff.de contrahen.emp. & ideo dictus venditor tenetur de euictione,propter quod repelli potest exceptione prædicta.facit quod habet in l.venditori.C.de reb. alie.non alienan.& l.cum à matre. C.de rei vendicat. & quod habetur in l.j.& ij. C.ne fiscus rem quam vendi.euinc. lib.x.qui enim debet defendere,non debet impugnare,vt l.frater à fratre. versic.porrò. cum ibi notatis per Alber.& Docto. ff.de condi.indebi.& cap.vnico,extra de na.ex libe. vent.cum cõcord.ibi allegatis in glos.& cap.si quis
12 presbyterorum.extra de rebus eccle.non alie.¶†Finaliter glos.hic allegat pro concordantia huius regulæ illud quod habetur in l.mortuo.ff.de iudicijs. vbi iudex surrogatus iudici mortuo debet in causa iudicare ex eisdem actis, quæ coram suo prædecessore fuerunt agitata.& ita explanatur ibi per Bartol. Bald.& Angel.quoniam acta facta à prædecessore transeunt ad successorẽ,quia idem iudex cum eo reputatur & habetur,vt l.proponebatur.eodem titu. Et sic substitutus in iurisdictione tenetur iudicare, vt primus tenebatur,scilicet bene iudicando. Non autẽ si malè ille antecessor erat iudicaturus, aut damnaturus,vt ibi dicit glo. quæ allegat ad hoc legẽ, qualem.§.j. ff.de arbitr. Et ideo cauere debet iudex ille successor ne in modos incidat,quibus peruertit iustitia, de quibus xj.q. iij. cap. quatuor modis.vt scilicet iudicando non amore,non odio,non timore, aut cupiditate ducat: ne incidat in pœnas,quæ ponuntur in cap.cum æterni. extra de sentent.& re iudicata. libr.vj. & per totum titulum. C.de pœna iudi.qui ma.iudic.cum ibi notatis super rubrica,& toto titul. eleganter & diffusè per Bal.& per Hosti. in summa,& de senten.& re iudi.§.quæ sit pœna.& in l.venales. C.quando prouo.non est necesс.quæ est canonizata ij. quæstio. vj. cap. cum certa ratione. §.venales.& facit tex.decre. quæ dicit,quòd iustitia non debet vendi,in cap.fin.extra de purga.canoni. & ibi in glos.& in cap.cum ab omni. extra de iudi. & xj.quæstio.iij.cap.non licet.& xiiij.quæstione v. cap.non sanè.

Summarium.

1 ☞Ignorantia etiam iuris quando excuset à pœnis legalibus.& nume.2.
3 Ignorantia affectata æquipollet scientiæ.
4 Ignorantia crassa.
5 Factum proprium concernentibus debet quis illico respondere,nec est danda dilatio.& nume.6.
7 Facti alieni non præsumitur regulariter scientia,nisi in casibus.

Nemo videtur dolo facere,qui ignorat causam cur non debeat petere.

DECLARATVR hæc regula vno verbo per glos. de eo,qui ignorabat remissum esse debitũ per defunctum creditorem,& illud petit quod propter ignorantiam fuit excusatus à dolo, per l.ij. §.item quæritur. & §.generaliter. ff.de doli except.vbi Bar.pro intelligentia istorum remittit ad glos.notabilem in l.qui se debere pecuniam.ff.de condictio.ob causam.quæ per eum,Bal. & Salicet. ibi optimè declaratur, ita quòd non est opus alia declaratione.& est illa noua gl. secundum Alberic. quam dicit non haberi in libris antiquis. ¶Potest etiam hæc regula declarari, per ea quæ dicta fuerunt in l.non potest videri improbus. §.isto titu.maximè in secundo per me ibi posito exemplo de l.in testamento.ff.de conditio.& demonstra.quæ fuit ibi allegata, & inducta. Et similiter in tertio exemplo extra glos.ibi posito de l.fin.§.fin.ff.de legatis.ij. de quibus etiam potest exẽplificari hæc regula,quam ibi allegaui.¶Ex quibus colligi potest, quòd ignorantia facti non obligat, vt l.ex maleficijs.§.j.ff.de actio.& oblig.& l.generali.C.de tabul. libr.x.dicit enim Panor.in cap.ij.extra de constitu.
1 †quòd vbi ignorãtia etiam iuris est sine omni culpa, ignorans euitat pœnã legis, per text.quem dicit apertum in cap.fin. extra qui matri.accusa.pos. & sic secundum eum debet intelligi l. fi.ff. de decre. ab ordi.faciẽ.vbi est text. de lege municipali.Et est ratio,quæ ponitur in dicto c.ij.in gl. quia sine culpa non est aliquis puniendus. facit cap.sine culpa.
2 extra eodem titul. libro sexto. †vbi verò ignorantia illa non excusaret omnem culpã, sed solum dolum,esset tamen in lata culpa, quæ etiam in eo est, qui ignorat ius municipale vel statutum loci, vbi habitat,vt l.latæ culpæ. & l.cedere.§.fina. ẽ.titulo proximo. Considerandum est, an statutum ipsum requirat dolum expressè vel tacitè, quo casu nõ puniretur talis ignorans, secundum formam statuti: sed aliter debet puniri pro modo culpæ. Ad quod allegat cap.si quis suadente. xvij.quæstio.iiij. iuncto cap.si vero. lo ij. extra de senten.excommu.vbi

ignoranter percutiens clericum nō incurrit sententiam excōmunicationis,eò quòd dictū c.si quis suadente. requirit dolū,dum dicit tex. suadēte diabolo. Sed vbi nō requiritur dolus in lege vel statuto,ignorans pro lata culpa puniri debet, sicut si dolosè fecisset:quia lata culpa dolo æquiparatur,vt l.j.§.lata.ff.si agri.fal.mod.dix.& l.si fideiussor. circa prin. ff.mandati.& l.magna.§.titu.proxi. cum similibus.

Limitatio. ¶Quod tamen non procederet,vbi pœna esset corporis afflictiua,vt l.in actionibus.ff.de in litem iur. & notatur per Bart.in l.quod Nerua.ff.depositi.& Panor.in dicto c.ij.de his etiam videte Bar.plenius in dicta l.quod Nerua. & l.respiciendum. ff.de pœnis.& Cy.in l.si quis non dicam rapere. C.de episc. & cler.& l.data opera.C.qui accus.non pos.& quæ

3 plenissimè recitaui in l.contractus.§.isto tit.†Ignorantia autem affectata æquipollet scientiæ,vt l.qui contra.C.de incest.nup.& notatur per Ioā.de Ana. post glos.in cap.ad falsariorum. extra de crimi.fal. & allegat Salic.ita tenentem in l.maiorem.C.ad legem Cornel. de fals. Et dicitur secundum eum affectata,quando quis scire potest,& non vult scire,vt dicta l.qui contra.& notatur per glos. Ioā.Andr.super verbo,affectata.in cap.ij. extra de tempo.ordi. libro vj. Nec etiam præsumitur ignorantia de eo, quod actum est inter vicinos, vt notatur per glos. quæ allegat concordantias xxiij.quæstio.j.cap. pa-

4 ratus.super verbo,nescire. ¶†Ignorantia etiā quædam crassa appellatur scire debere, vt l.penult. ff.si certum peta.& notat Bal.in cap.ij.prope fin. quib. modis feud.amit. Et talis ignorantia non excusat, vt probatur in c.j.extra de ordina.ab eo,qui renun. epis.& notatur per glos.in c.innotuit.extra de elect. super verbo,ignorantia. quæ etiā in facto proprio nō est tolerabilis,vt l.quanquàm. ff.ad Velleianum senatusconsultum.& l.plurimum.ff.de iuris & facti igno.& l.fin.ff.pro suo.& l.eum falsum.ff.de acquir. hæred.Quod secundum Bal. Angel.Ioan.de Imola,

5 & Paul.de Cast.post Dy.quem allegāt, facit†quòd vbi in iudicio fit aliqua positio, etiam in criminibus cōsistens in facto proprio interrogati, non debet sibi dari terminus vel dilatio ad respondendum deliberate illi positioni, cum non possit prætende-

6 re ignorantiā sui facti.¶†Quod tamen fallit secundum eum, si esset factū de longinquo tempore:quoniam memoria hominū labilis est, vt habetur in l. peregrè.in prin.ff.de acquir.pos.Et idem dici debet, si factum esset valde implicitum vel intricatum,vt l.emptor. §.Lucius. ff.de pact.& per id quod notauit Bar.in l.si res obligata.ff.de lega.j.& l.iij.§.causæ.ff.de Carbo.edict.& l.penult.ff.de confes.aliàs in facto proprio nō cadit iusta ignorantia,quia vt dicit Bald.in cap.ab excōmunicato.extra de rescript. omnis ignorantia in facto proprio dicitur supina, sic dicta per similitudinem: quia homines multum pingues parum vident, & se videre non possunt. ¶Excusat tamen ignorantia talis in damno vitando,si probetur illa ignorantia, vt l.sed & si me putem. ff.de condictio.indebi. vbi secundum Paulum de Castr. vbi suprà,quia omnino id quod soluebatur non erat debitum. ¶Iusta etiam ignorantia inducit condictionem indebiti. & ita intelligit illam l.hoc etiam tenet Panor.in dicto c.ab excōmunicato.super glos.in verbo,de facto suo.& allegat etiam notata in cap.tertio loco. extra de probat. & quod habetur in cap.cum illorum.in fin. extra de senten.

7 excommunicat.¶†In facto autem alieno non præsumitur regulariter scientia, vt in cap.præsumitur ignorantia.extra isto tit. libro vj. cum ibi notatis. nisi illud factum alienum esset publicè notum, vt in cap.j.extra de postula.præla. & xvj.distinct.cap. quod dicitis. ¶Vel nisi quis ex suo officio illud factum alienum indagare vel inuestigare teneatur,vt est iudex,ad quem pertinet delicta subditorum inquirere,vt l.congruit.ff.de offic.præsid. & extra de offic.ordi.cap.j.& facit tex.in cap.innotuit.extra de electio. Ex quo ibi hoc colligit Panor.ibi dum dicit tex.nec probare cogimus ignorantiam.qui tex. secundum eum ad hoc consueuit subtiliter allegari. & facit etiam ad hoc cap.quamuis. extra isto titul. in antiquis.vbi dicitur quòd non est pastoris excusatio,si oues lupus comedat,& pastor nesciat.

Summarium.

1 ☞ Substitutio pupillaris quo iure sit introducta.
2 Pupillaris quare dicatur,& quare introducta substitutio.& nume.3.
4 Pupillaris substitutio quid requirat. & numer.5. 7. 10.20.22.40.& 44.
6 Liberorum appellatione qui veniant.
8 Pupillaris substitutio an fiat vsque ad decimooctauum annum,si ex forma statuti illi sint intestabiles, vt pupilli.
9 Pupillaris substitutio fieri potest ad limitatū tempus.
11 Miles potest pupillariter substituere filio nō existenti in potestate.
12 Pupillaris substitutio fieri non potest filio naturali tantum.
13 Naturali legitimato an possit pupillariter substitui.& nume.14.15.& 16.
17 Mater non potest pupillariter substituere.
18 Pupillaris facta ei qui nō est in potestate, an valeat vt fideicommissaria.
19 Pupillaris substitutio reconualescit, si filius emancipatus adoptetur.
21 Pupillaris an expiret per ingressum religionis.
23 Nepoti ex filio emancipato an possit auus pupillariter substituere.& nume.24.& 25.
26 Pupillaris substitutio vt valeat an sit necesse pupillum institui vel exhæredari.
27 Rupto testamento per contra tab. an rumpatur pupillaris substitutio.
28 Pupillus an possit exhæredari, & an illi tunc possit pupillariter substitui.& nu.29.& 30.
31 Legitimæ quomodo possit imponi grauamen.
32 Substitutionis pupillaris directę,& fideicōmissarię differentia multiplex. & nu.33.34.35.36.37.38.& 39.
41 Pater an prius debeat sibi facere testamentū, quàm substituat pupillariter.
42 Pupillaris facta in testamento minus solenni, an valeat.
43 Pupillaris substitutio qualiter in codicillis fiat.
44 Pupillaris substitutio quando valeat, etiam non adita hæreditate patris.& nume.45.

Aditio

Cum principalis causa non cõsistat: plerunq; nec ea quidẽ, quae sequuntur, locum habent.

Nota de superfluitate

ISTA regula repetitur in l.nihil dolo.§.cum principalis.infra eodem titul.vbi de verbo ad verbum recitatur. quod videtur superfluere,cũ tamen superfluitas sit vitanda, vt l.fina.C.de donatio.& prima cõstitutione C. in §. quibus.& notatur per gl.ff. quae allegat concordãtias in c.legebatur. extra de maioritа.& obedien.& ideo dicit Bal.in dicto §. quibus. quòd omnia superflua resecanda sunt propter:quod secundum eum in lege nõ est praeponendũ prooemiũ seu prologus.¶Quod tamen intelligit verum nisi suffragium praestet, vt quia declarat mentem, vel rationẽ legislatoris, quae ex prooemio colligitur, & tunc multum operatur, quia ex eo colligitur ratio finalis, vt l.fi. ff.de haeredi.instituen.& l.Titia.§.idem respondit.ff.de verborum obligation. Et licet, vt inquit ipse Baldus, in legibus non sint ponenda similia, tamẽ aliquando adijcitur aliquid ex quo habemus infinitas leges similes eadem ratione procedentes, & in hoc fundantur istae regulae iuris, vt l.prima.supra isto titulo.¶Tandẽ vt hoc vitemus contrarium dici potest dictionem, plerunq;, hic positã in text.illud tollere, cum plura hic q; ibi dicantur, vt patebit in gloss. Sicut saepe in alijs legibus idem inuenimus, vt l.si quis in conscribendo.C. de episcop.& cleri.quae longior ponitur C.de pactis. idem in l.addictos supplicio.C.de episcop.audientia. quae etiam lõgiori stylo ponitur C.de appellatio. Sic & in alijs titulis plures leges repetuntur, quas diligens curiosusq; lector poterit inuenire. ¶Sed aggrediamur materiam huius regulae, secundum declarationem, quã hic facit gloss.quae primo ponit exemplum in pupillari substitutione, quae cum sequatur paternum testamentum, quod est principale, si illud non consistit, nec substitutio pupillaris, quae sequitur ex eo, vt in §.liberis.Instit.de pupilla.substitutio.qd' est elegans, exemplum, & materia quotidiana vtilis, & subtilis, examinata per Bartolum, & Doctores in l. moribus.ff.de vulgari, & pupilla. substitutio.& per Salicetum in l.si testamento.C.de impuberum & alijs substitu.& per Ioannem de Imol.in dicta l. moribus. & per eum in c. Raynutius.in articulo de pupillari substitutiõe, in quibus locis examinant primo quo iure sit illa substitutio introducta. Secundo quare fuit introducta, & quare dicat pupillaris. Tertio quot requirant, vt fieri possit, & valeat. Quarto quotuplex sit. Quinto qualiter, & quibus verbis fiat. Sexto quis sit eius effectus. Et septimo qualiter finiatur. Quae compendiosè per ordinem videamus.

Solutio plerunq;.

2 ¶†Quo ad primum sciendũ est, quòd fuit introducta moribus, id est, iure nõ scripto, seu cõsuetudinario, quo Lacedaemonij vtebãtur, vt habetur in text.& gloss.dictae l.moribus.in principio.& Instit. de pupilla.substitu.in principio. Vel vt dicit Salic.in dicta l.si testamento.potest dici de iure ciuili, quia hodie est ab illo approbata, aucta, modificata, & qualificata. Adducit in argumentum l.ius ciuile.ff.de iustitia & iure. & l.more Romano.ff.de ferijs. Vel secundum Bartolum in dicta l.moribus.cui cõsentit Ioannes de Imol.etiam hodie dici potest de iure consuetudinario & sic non iure ciuili scripto, argumento eius quod habetur Instit.de iure natur. gentium.§. ex non scripto. quamuis sit illud ius in scripturam redactum ad similitudinem consuetudinum feudorum, quae appellant consuetudines, licet sint in scripturam redactę. Sed secundũ aliquos inter quos fuit Signorellus de Homodeis, vocat haec pupillaris substitutio de iure scripto, quia consuetudo redacta in corpus iuris fit ius scriptum, vt est ista, vt iuribus allegatis. Vel potest dici, q; dispositio iuris communis confirmauit ius consuetudinarium Lacedaemoniorũ, quo fuit introducta substitutio pupillaris, ita quòd vtroq; iure, scilicet consuetudinario, & scripto dicatur introducta, quia secundũ Baldum, & Doctores in allegata l.moribus. ius consuetudinarium non desinit esse tale, nec perdit formã consuetudinis, licet in scripturam redigatur, quae scriptura non est de esse consuetudinis, sed de eius approbatione. Ad quod facit l.fina.C.quae sit longa consuetudo.cum ibi notatis.& cap.fina.extra de renunciatio. libro vj.& cap.primo.extra de iureiuran.eodem libr.

2 & hæc de primo articulo. ¶ †Circa secundum in quo quæritur quare fuerit introducta, & quare dicatur pupillaris. Dicite primo, quòd fuit introducta fauore pupillorum, cum sint in ea ętate, vt non possint facere testamentum, vt l. qua ætate. ff. de testamē. fuit moribus, bona ratione introductum, vt pater, qui eadem persona reputatur cum filio, vt l. fina. C. de impuberum, & alijs substitutioni. pupillo filio illud testamentum facere posset, ita quòd pupillus habere possit hæredem testamentarium per dispositionem testamenti paterni, quod est principale, vt Institu. de pupil. substitu. §. primo. facit l. patris & filij. ff. de vulgari & pupilla. substitutio. & l. & quia hoc defunctorum. ff. de interrogato. actio. Et ideo dicitur substitutio pupillaris prouisio, & non grauamen liberorum, vt l. ex tribus. C. de inoffic. testamen. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. su-

3 pra illo eodem titulo. †Et propterea dicitur pupillaris, quia fit pupillis, quibus solis fieri potest. Et dicitur quilibet esse pupillus, scilicet masculus, qui nō compleuit annum decimumquartum, & fœmina duodecimum, vt dicta l. qua ætate. & Institu. quibus modis tute. fin. in principio. & §. primo. & in cap. secundo & tertio. extra de desponsa. impube. & sic denominatur pupillaris à persona, cui fit, quia pupillo vel pupillę, & etiā ab eius vita seu duratione, quia adueniente pubertate expirat, vt l. in pupillari. ff. de vulg. & pupillari substitut. ¶ Sed videretur aliquibus, quòd paterna potius quàm pupillaris esset nominãda, quia fit per patrem, & à patre procedit. Sicut videmus dici dotem profectitiam, quæ proficiscitur à patre, vt l. profectitia. ff. de iure dotium. Et hæreditas dicitur materna, quæ procedit à matre, vt l. secunda. C. de bonis matern. & l. si infanti. C. de iure deliberan. sed non est sic, secundum Doctores, qui reddūt rationem, maximè dictus Signorelus, quia causa efficiēs substitutiōis pupillaris est duplex. Vna est vera, scilicet pater, cui à moribus, & iure data est potestas illam faciēdi, vt allegata l. moribus. & dicto §. sed nec impuberis. Alia est ficta, scilicet pupillus, vel pupilla: quia quod circa hoc facit pater, filius facere videtur, ideo dicitur testamentum filij, vt allegata l. patris & filij. qua causa ficta considerata dicitꝰ pupillaris ea ratione iuncta, quòd illi causæ fictæ adiūgitur causa finalis, cuius ea est intentio, vt prouideatur pupillo ad finem, quòd habeat hæredem ex testamento: intentio verò causæ finalis debet attendi, vt dicta l. fina. ff. de hære. instituen. & l. Titia. §. idem respondit. ff. de verborum obligationib. & secundum naturam subiectæ materiæ debet nominari, vt l. si vno anno. ff. locati. & facit cap. inter dilectos. §. cæterum. extra de fide instrumentorum. & cap. dilectus. extra de ordine cognitio. & cap. si pater. extra de testamen. libro vj. Sic videmus seruitutes denominari à prædijs, ad quorum tendunt vtilitatem, vt l. prima. ff. de seruitut. vrba. prædio. & l. secunda. ff. de seruitu. rustico. prædiorū. Vel si vultis dicite, quòd quare dicatur pupillaris est de arbitrarijs, & sic placuit legislatori. & omnium, quæ à iure statuta sunt, ratio reddi non potest. l. non omniū. ff. de legib. & hæc de secundo quæsito.

Pupillus dicitur.

4 ¶ †Circa tertium quod est de requisitis ad hoc, vt substitutio ista pupillaris valide fieri possit, quamuis plura dici possint, & varia, tamen resoluendo dicta Doctorum sub compendio dici potest, quòd aliqua requisitorum respiciunt potentiam faciendi, quædā efficaciam remanendi, alia formam faciendi, & quædam accidentiam resoluendi. Quo ad potentiam faciendi requiritur primo, quòd persona, cui fit, sit de liberis, secundo quòd sit pupillus, & tertio quòd sit in patris potestate constitutus. & hæc tria ponit glos. in l. in testamento. C. de testamento militari. & probantur in dicta l. si testamento. ibi, intra pupillarem ætatem. & ibi, in sua potestate filiæ constitutæ. & etiam in dicta l. moribus. in principio. Quo verò ad efficaciam remanendi alia duo sunt requisita, scilicet quòd ille cui fit nō sit recasurus in alterius potestatem, vt sæpedicta l. moribus. in principio. tertio responso. & quòd non desinat esse in potestate ante mortem patris testantis, vt ibi notatur per gloss. & facit l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulg. & pupil. de modo & forma faciendi, si quęramus de extrinseca, & vniuersali, alia duo sunt necessaria. Vnum est quòd pupillus sit institutus vel exhæredatus. Et aliud scilicet quòd pater sibi ipsi fecerit testamentum, vt dicta l. moribus. §. sed & si eos. & §. quisquis. & notatur per gloss. Institu. de pupillari substitu.

5 †Quo verò ad formam intrinsecā, & singularem sufficiunt verba congruentia, & apta substitutioni pupillari, vt l. prima. & sæpedicta l. moribus. eodem titulo. & Institu. de pupillari substitutio. in principio. Sed quo ad accidentiam resoluendi, hoc est ne resoluatur, vnum requiritur quod est vltimum, scilicet quòd adeatur patris hæreditas ex testamento, vt dicto §. quisquis. versu, adeo autem. ¶ Sed expedit, quòd supra dicta, quæ quotidiana sunt, plenius & clarius examinentur, sicut alibi dicit textus in l. legaui. in principio. ff. de libera. lega. Ideo planius examinemus ista. Dictum est primo, quòd requiritur, pupillū, cui fit substitutio pu-

6 pillaris, esse de liberis. †Liberorū autem appellatione in isto casu nepotes & pronepotes continentur, vt ante dicta l. moribus. in principio. versu, nepotibus etiā. facit l. liberorum. supra titu. proximo. Appellatione etiam ista liberorum veniunt filij naturales, & legitimi, & legitimi tantū, dummodo sint in patria substituentis potestate, vt contingit in arrogatis, & etiam hodie in adoptatis datis in adoptionem auo materno, quia transeunt in eius potestatem, vt l. cum in adoptiuis. C. de adoptio. Secus esset si darentur in adoptionem extraneo, vt ista probari videntur in sæpedicta lege, moribus. versu, sed & si extraneū. & l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupillari substitutio, & l. si arrogator. ff. de adoption. & ibi per Doctores, vbi declaratur vsq; ad quem modum, & in quibus bonis potest pater arrogator filio arrogato pupillariter substituere, quia in bonis, scilicet quæ ab eo vel eius contemplatione ad filium arrogatum peruenerunt; & sic hoc casu decedet pupillus pro parte testatus, & pro parte intestatus, imò etiam cum duobus testamentis pupillaribus saltem quantum ad effectum, vt si pater naturalis & legitimus faciat sibi pupillarē substitutum, & post eiusdem patris naturalis & legitimi mortem pupillus fuerit arrogatus, & pater arrogator dedit sibi alium substitutum pupillarem, licet substitutio facta à patre naturali & legitimo mero iure irritetur, per ea quæ habentur in l. nec ei. §. eorum. & dicta l. si arrogator. ff. de adoptio. & per illud quod notatur in l. in pupillari. ff. de vulg. & pupillari

substi-

substitutio. Tamen quo ad effectum non irritatur,
quia bona patris naturalis,& legitimi,& alia, quæ nõ
prouenerunt ab arrogatore,vel eius contemplatione
aut beneficio veniunt restituenda substituto à patre
naturali,& legitimo, ex stipulatione, de qua in l.nõ a-
liter.& l.his verbis.ff.de adoptioni.vt notatur per Bar
tolum,& Ioannem de Imol. in allegato.§.in arrogato.
Per quos redditur ratio quare lex permisit, ꝙ pupil-
lus in tali casu decedat ꝓ parte testatus & ꝓ parte inte
status cõtra traditionẽ l.ius nostrum ĩ.isto tit. & etiã
cum duobus testamentis, contra l.quærebatur.ff.de
testamento militari.quia cum lex permittat vnum er-
rorem,scilicet quòd pupillus censeatur habuisse plu-
res patres,videlicet vnum legitimum & naturalem,&
alium legitimum tãtum, permittere debet etiam alios
errores prędictos:qa dispositio vnius nõ debet posse
derogare alterius dispositioni,ideo substitutus ab ar-
rogatore,non debet posse venire ad alia bona, quàm
quæ ab ipso arrogatore vel eius contemplatione ad
pupillum peruenerunt,aliâs posset præiudicari dispo
sitioni patris naturalis & legitimi,si illi pupillo fortè
pupillariter substituisset. Ad quod faciunt dictæ leges,
non aliter. &, his verbis. Vel etiam tacitè, si pater le-
gitimus & naturalis neminem dicto pupillo substi-
tuisset,quo casu tacite videtur inuitasse venientes ab
intestato ipsi pupillo,vt l.conficiuntur.in principio.
ff.de iure codicillorũ. Facit ad ista illud quod habetur
in authenti.vt iudic. sine quoquo suffrag. fiant.§.co
gitatio.collatione secunda.vbi patet,quòd vno princi
pio exorbitante concesso,plura alia exorbitantia se-
7 quuntur.¶ †Secundo requiritur,vt dictum est, quòd
sit pupillus,seu impubes,cui pater possit pupillari-
ter substituere, eo quòd pupillus testari non potest,
vt dicta l.qua ætate.& l.moribus.
8 ¶ †Sed quæri potest si ex forma statuti pubes nõ po-
test testari,quia statuto prohibetur ne minor decem &
octo annis possit facere testamentum: an tali filio pos
sit pater substitutionem pupillarem facere. Bartolus,
& Doctores ibi tenent quòd non,& Ioannes de Imol.
in dicto cap. Raynutius.& rationem assignant, quia
etiã iure cauetur,quòd ei qui ob causam aliam, quàm
per ætatem pupillarem testari non potest,non possit
pater pupillariter substituere, vt furioso,vel mente ca-
pto, per.l. furiosum. C.qui testamen.facere possunt.
& l.ex facto.ff.de vulgari & pupillari.& l. humanita-
tis.C.de impuberum & aliis substitutioni.sed fuit in-
troductũ iure,vt talibus fiat substitutio exemplaris,
vt dictis iuribus,& Institu.de pupillari substitutio.§.
qua ratione.¶ Dictum est etiam supra, quòd ætas pu-
pillaris duret vsq; ad mortem pupilli, vt allegata l.
moribus.in principio.ibi dum dicit textus,donec ma-
sculi &c. Et est ratio,quia pupillo effecto pubere ipsa
substitutio pupillaris euanescit,vt l. verbis ciuilibus.
& in l.in pupillari.eodem titulo. quia tunc mortuo
patre cum possit testari non eget paterno testamento,
vt ex eo habeat hæredem. ¶ Et sufficit quòd tetigerit
vltimum diem secundum glossam in dicta l.moribus.
in principio.de qua non facit mentionem Bartolus
in dicta l.in pupillari. vbi idem tenet.& Ioannes de
Imola in dicto cap. Raynutius.in materia pupillari:&
Salicetus in allegata l.si testamento. & Alexander de
Imola super dicta glossa.

9 ¶ †Posset tamen fieri substitutio pupillaris ad minus
tempus, quàm completę pubertatis,puta testatore di-
cente in suo testamẽto,si hinc ad tres annos decedat fi-
lius,talẽ substituo:quia si post illos decedat pupillus,
substitutio ꝑdicta pupillaris euanescit,qa illa substi-
tutio limitata tempore vltra illud tempus non habet
effectum, vt l.si ita quis substituerit.eodem titulo.
10 ¶ †Tertium quod requiritur in pupillari substitutio-
ne est,quòd pupillus sit in potestate patris: nec est in
hoc sublata differentia patriæ potestatis,& emancipa
tionis,per textum in authẽti.de hæred.ab intestato. §.
primo.collatione nona.secundum Doctores,quia di-
cta authen.loquitur de successione ab intestato. secus
est de successione ex testamento,de qua hic tractamus,
vt habetur in authenti.de hæredi.& falcid.§. exhæreda
tos.collatione prima. & authenti. ex causa.& ibi per
Baldum,& Doctores.C.de liberis præteritis vel exhę.
& notatur per glossam,& Bartolum in l.si filius.ff.de
minoribus.¶ Circa quod sciendum est,quòd si pupil-
lus fuerit in potestate tempore testamenti & mortis
testatoris,tunc clare expeditum est,quòd tenet substi-
tutio pupillaris,per dictam legem,si testamento.& iu-
ra superius allegata. Et idem est, si fuerit in potestate
tempore mortis testatoris,licet non tempore testamen
ti,vt allegata l.moribus.versu,sed & extraneum. Nec
obstat id quod habetur in l.sed si alienum.§. in extra-
neis.ff.de hæredibus instituendis.vbi requiritur habi-
litas tempore testamenti, & mortis testatoris copula-
tiuè:quia secundum Bartolum,Ioannem de Imola,&
Doctores illud verum est, si inspiciamus capacitatem
vel incapacitatem instituti,de qua hic non quæritur,
quia pupillus institutus capax erat ad habendum hæ-
reditatem. Sed solum id inuestigamus,an sibi possit pu
pillariter substitui, quod potest contingere per dictũ
ver'um,sed si extraneum. ¶ Prædicta tamen procedũt Limitatio.
secundum Bartolum quo ad personam pupilli insti-
tuti,cui fit substitutio,sed nõ quo ad personã pupilla
riter substituti quẽ tribus tꝑibus habilẽ esse oportet,
scilicet testamenti, mortis testatoris, & aditę hæredita-
tis,vt dicto §.in extraneis. ¶ Sed circa hoc videretur,
quòd cùm substitutus pupillariter non fuerit capax
tempore testamenti,quo tempore pupillus,cui substi-
tuebatur,erat extraneus,& non in potestate, superue-
niens habilitas per arrogationem non possit confir-
mare substitutionem pupillarẽ prædictam. Ad quod
respondet Bartolus,quòd cum dicta pupillaris conti-
neat tacitam vulgarem, non fuit omni respectu o-
mnino nulla ab initio,ideo superueniens habilitas re-
spectu pupillaris confirmet eam tam respectu institu
ti,quàm respectu substituti.& ita Bartolus pertransit.
Raynerius verò in dicto §. in extraneis. dicebat quòd
ille §.loquebatur de instituto,non de substituto. Non
assignabat tamen rationem differentiæ. Sed Baldus eã
assignabat,quia substitutio dicitur conditionalis in-
stitutio,vt l.in ratione.§.quod vulgo.ff.ad legem falci
diam.in conditionalibus autem non habet locum re-
gula Catoniana,vt l.penultima.ff.de regula Catoni. Vide de regu
quæ requirit extrema habilia existere tempore testa- la Ca-
menti,nec dispositio reconualescit,licet ex postfacto tonia-
efficiantur habilia,vt l.prima. & ferè per totum illum na.
titulum. Sed hanc rationis assignationem impugnat
Ioannes de Imola in dicta l.moribus.per textum dicti

§. in extraneis. quæ loquitur in institutione conditio-
nali. & facit l. sed si in conditione. §. solemus. ff. hæredi.
instit. Similiter impugnatur ratio Bartoli, quia si di-
spositio non valet in expresso, non valet in tacito, vt
in l. tertia. §. qui habet. ff. de seruitut. rusticorum præ-
dio. in gloss. fina. per iura, quæ allegat. ideo Franciscus
de Rampomibus relatus per Ioannem de Imol. & Pau
lus de Castro tenent contra Bartolum, & adducunt a-
liam rationem, quia de forma pupillaris substitutio-
nis est, quòd fiat existēti in potestate, per iura superius
allegata, ideo adesse debet dicta potestas secundum
tempus testamenti, argumento l. hęredes palam. §. vno
contextu. ff. de testamen. Quod confirmat Paulus de
Castro recitatus per Alexandrum de Imol. quia si ab
initio non valet dicta pupillaris substitutio facta pu-
pillo extraneo, nec ex post facto confirmetur, quam-
uis arrogetur ille pupillus. facit l. quod ab initio. ō. &
l. penultima. infra isto tit. ¶ Et dictū versum, sed si ex-
traneum ipse Franciscus, & Paulus de Castro, intelli-
gunt, quòd testator ibi pupillum extraneum hæredē
instituit, deinde eum adoptauit, & postea ex interual-
lo sibi pupillariter substituit: q̄ pupillaris substitutio
ex interuallo fieri pōt, vt l. si quis cū. §. fi. ff. de vulg. &
pupillari substitut. & sic verbum, poterit, positum in
dicto versu, sed si extraneum. respicit tractum de futu-
ro. Sed ipse Ioannes de Imola in dicto versu, sed si ex-
traneum. impugnat hunc intellectum tāquam violet
literam illā: ipse tñ in l. centurio. vndecima, vel duode-
cima columna. ff. de vulga. videtur sequi intellectum
Bartoli ea ratione, quòd illa substitutio facta pupil-
lo extraneo instituto, non fuit ab initio omnino nulla
inquantum concernit vulgarem substitutionem in ea
comprehensam, quam vulgarem non impedit regula
Catoniana, vt dicta l. penultima. Nec obstat dicta lex,
quod ab initio. superius allegata cum l. penultima. in-
fra eodem titulo. ¶ Quia illa regula procedit, & est ve-
ra quando actus ab initio fuit omnino nullus: sed in
casu de quo loquimur fuit validus respectu substitu-
tionis vulgaris: ideo nō est mirum, si de vna ad aliam
fiat transitus, vt l. tertia. §. finali. ff. de hæredibus insti-
tuendis. & dicto versu, sed si extraneum. ¶ Vel secun-
dum Alexandrum de Imol. potest responderi, quòd di-
cta regula, quod ab initio. procedit vbi nihil superue-
nit præter tractum temporis, aliâs secus, vt l. posthu-
mus. in principio. ff. de iniusto, rup. & irrito testamen.
Ideo sequitur opinionem Bartoli, tanquam commu-
nem, quam confirmat per textum in l. cohæredi. §. cū
filiæ. ō. allegata eodem tit. per illum textum sic sibi per
Ioannem de Imol. ponderatum pro opinione Bartol.
vt inferius inducetur in alia quæstione. Et hanc opi-
nionem, quæ fuit gloss. difficile esset non sequi, & con
tra eam obtinere, & maximè, quia aliâs pupillaris sub
stitutio facta pupillo extraneo non contineret vulga
rem, cuius contrarium communiter tenetur, secundū
Bartolum, Baldum, Ioan. de Imol. & alios quos ple-
nius circa hoc in locis allegatis videatis, & Angel. Are
tinū Institu. de pupillari substitutio. in principio secū-
dæ colum. versi. tertio requiritur. ¶ Deinde est attendē-
dum, quòd quia vt pupillaris substitutio valeat requi
ritur patria potestas, videretur quòd posthumo nasci
turo fieri non posset, quia non est in potestate, & tamē
contrarium dicit text. in ante dicta l. moribus. versicu.

Vna li-
mita-
tio ad
regulā
qđ ab
initio
non va
let &c.

planè posthumis. Sed hoc ideo est, secundum Salic. in
dicta l. si testamento. quia pro iam nato habetur quan
do tractatur de illius commodo, vt l. qui in vtero. ff. de
statu hominum. & sic fingitur in potestate, quia pupil
laris substitutio est prouisio, & sic commoditas, vt di-
11 cta l. ex tribus. C. de inofficioso testamen. ¶ † Istud ta-
men fallit in milite testante iure militari, qui filio in
potestate non existenti potest pupillariter substituere,
in qua tamen substitutione veniunt sola bona, quæ à
patre prouenerunt, vt l. miles ita. §. exhæredato. ff. de te
12 stamen. militari. ¶ † Per hoc autem, quòd requiritur pu
pillum filium esse in potestate ad hoc vt valeat pupil-
laris substitutio, patet quòd filio naturali tantum fie-
ri non potest, quia non est in potestate, sed solum ille,
qui natus est ex iustis & legitimis nuptijs, Instit. de pa-
tria potesta. in principio. & §. primo. & ff. de his qui
sunt sui vel alieni iuris. l. item in potestate.
13 ¶ † Sed quæritur si naturalis sit legitimatus, an recon-
ualescat substitutio pupillaris. respondent Doctores,
quòd si viuo patre fuerit legitimatus, transit in pote-
statem patris, vt in authen. quibus modis natura. effi-
cian. sui. §. generaliter. collatione vij. & tunc pupillaris
substitutio recōualescit, vt dicto versu, sed si extraneū.
Si vero post mortem patris fuerit facta legitimatio, si-
cut potest ex dispositione paterna: vt in authen. item
si quis. C. de naturali. liber. & secundum Bartolum in
dicta lege, moribus. reconualescit substitutio. argumē-
to dicti versic. sed si extraneum. & mouetur, quia legiti
matio trahitur retro, & perinde facit ac si legitimus na-
tus foret à principio. Ad quod facit l. fina. ff. de natal.
restitu. ergo reconualescit substitutio, sicut contingit
quando facta foret pupillo capto ab hostibus, & re-
uerso post mortem patris, qui fingitur nunquam fuis-
se captus, vt l. lex Cornelia. ff. de vulga. cum l. sequenti.
& l. pater. cum l. sequen. ff. de captiu. & postlim. reuers.
¶ Idem in legitimato per principem, qui nihil distat à
naturalibus & legitimis, vt in dicta authē. quibus mo
14 dis natura. efficiantur sui. §. illud. in fin. † Sed hæc opi-
nio Barto. secundum Ioannem de Imol. in dicto cap.
Raynutius. non est tuta, nec sine dubitatione, quia di-
ctus versus, sed si extraneum. solum loquitur quando
pupillus erat in potestate tempore mortis, nisi dicatur
quod ex quo legitimatus fingitur à principio fuisse in
potestate, & legitimus, per quādam consequentiā fin-
gatur fuisse in potestate tempore mortis, licet hoc prin
cipaliter fingi non possit, quòd fuerit in potestate tem-
pore mortis testatoris, qui non viueret illo tempore,
quo agitur de fiēda fictione, & sic deficeret extremum
ad quod, secundum notata per ipsum Bartolum in l.
15 si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. † Salicetus vero
in dicta l. si testamento. firmiter tenet cōtra Bartolum,
q̀ nō valet dicta substitutio pupillaris facta post mor
tem patris sine illius voluntate, aut ordinatione præ-
ambula, quia legitimatus, nunquam fuit in eius pote
state, nec debet fingi fuisse, cum nō subsit ratio sic fin-
gendi, vt subest in capto ab hostibus: & sic simile non
est bonum. Nec pater huic legitimationi consensit, qđ
est necesse in patre viuente, ad hoc vt transeat in eius
16 potestatē, sicut econtra, vt dicto § generaliter. † Alexā
der autem de Imol. in dicta l. moribus. quarta colum.
videtur contradicere Saliceto, & respondet ad rationē
Saliceti, qui dicit non esse in legitimato post mortem

patris

patris eandem rationem, quæ est in capto, & reuerso
ab hostibus, isti rationi contradicit dicens, quòd imò,
sicut captiuitas, & reuersio fuerunt legitima causa fin-
gendi, sic etiam in quæstione ista illegitimitas, & legi-
timatio. & nihil allegat, quod probet suam responsio
nem, quæ etiam non quadrat, nec est bona, quia saltē
præambula hora captiuitatis pupilli ipse erat in pote-
state patris, in qua non erat illegitimus tempore suæ
natiuitatis nec in vita patris, per iura allegata, & super
ueniente patre mortuo legitimatione, non inuenit ex-
tremum ad quod habile patre defuncto, sicut inuenit
reuersio à captiuitate. Sic tamen, vt dixi, ipse Alexan-
der videtur residere, & sequi Bartolum, quē sequi qui
vult, potest eo modo, quo ipsum intelligit dictus Ale-
xand. scilicet quando præcessit consensus patris qui
antequam obiret, ita declarauit. Ad quod facit dicta
authē. item si quis. vbi pro ista materia videri possunt
notata per dictum Salicetum. & quæ dixi in l. quoties
idem sermo. supra isto titulo. & Angel. Aretinū Insti-
tu. de pupillari substitut. secunda colum. & ipsum Insti
tu. de hæredibus instituen. §. hæres. & Bartolum & a-
lios in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & post-
humis. ¶ Ad vnum etiam hic notanter aduertendum
est, quòd si filius pupillus desijt esse in potestate pa-
tris per adeptionē dignitatis, sicut potest, vt in authē.
constitu. quæ de dignitat. §. illud. collatione vj. nō eua-
nescit substitutio pupillaris per patrem sibi facta, vt
notatur per Salic. in allegata l. si testamento. & Paulū
de Cast. in dicta l. moribus. in principio. quia dignitas
adepta liberat à patria potestate quo ad commodum,
non autem quo ad incōmodum ipsius pupilli, vt ha-
17 betur in dicto §. illud. ¶ † Ex isto etiam tertio requisi-
to, scilicet ꝙ pupillus sit in testatoris potestate, osten-
ditur clarissimè, quòd mater, vel ascendens per lineam
maternam nō potest pupillariter substituere, quia ma
ter non habet liberos in potestate sua, vt Institu. de
adoptio. §. fœminæ. Et rationem reddit Anton. de Bu
trio allegatus per Ioannem de Imol. in dicto cap. Ray-
nutius. quia lex magis confidit de ascendente per lineā
masculinam, quàm lineam fœmininam. Sed secūdum
Ioannem de Imol. melius dici potest introductum hoc
fuisse propter rigorem patriæ potestatis, qui magnus
est erga filium, vt habetur in l. in suis. ff. de libe. & post
humis. Quod etiam patet, quia ascendens per lineam
masculinam non potest hanc pupillarem substitutio
nem facere, nisi habeat ipse pupillum in potestate, per
18 text. superius allegatos. ¶ † Sed dubitatur, an pupilla-
ris substitutio facta ei, qui non est in potestate, & sic,
vt supra dictum est, non valet vt pupillaris, saltem va
leat vt fideicommissaria. dicite quòd sic secundū Do-
ctores in locis allegatis, ex quo ab initio non valuit iu
re directo, per ea, quę habentur in l. verbis ciuilibus. ff.
de vulga. & l. Scæuola. ff. ad Trebellia. & notatur per
gloss. Instit. de pupil. substitutio. §. fina. Ideo si mater
substituat filio pupillariter, licet non valeat vt pupil-
laris, valebit vt fideicōmissaria. Ex quo optime sequi-
tur, quòd substitutus per matrem, non habebit tempo
re aduenientis substitutionis legitimam, quæ debetur
filio in bonis matris, quia in illa non pōt apponi gra-
uamen per fideicommissum, vt l. quoniam in priori-
bus. C. de inoffic. testamen. Ideo ille qui erit hæres filij,
poterit de bonis per matrem relictis ipsi filio retinere
legitimam, & etiam Trebellianicam, per ea quę haben
tur in dicto cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. eod. tit.
& cap. si pater. extra de testamē. lib. vj. & l. quanquàm.
C. ad legem falcidi. & l. Papinianus. §. meminisse. ff. de
19 inoffic. testamen. ¶ † Addit istis vnum Salic. in sæpedi-
cta l. si testamento. quòd si filius pupillus fuerit eman
cipatus, sicut potest per principis rescriptū, per ea quę
habentur in l. iubemus. C. de emancipa. liber. & dein-
de fuerit per patrem adoptatus, quod fieri potest, vt l.
qui liberatus. ff. de adoptioni. reconualescit pupillaris
substitutio, quam illi fecerat pater, per dictum versic.
sed si extraneum. in dicta l. moribus. ¶ Attēdi tamē de-
bet ad hoc ꝙ vbi ꝑ emancipationē expirat pupillaris,
postmodū nō valebit vt fideicommissaria, secundum
Barto. Ioan. de Imol. & Doctores: quia à principio va
luit iure directo, ideo postea non obliquatur, hoc est,
non trahitur ad fideicommissum, vt dicta l. verbis ci-
20 uilibus. cum ibi notatis. ¶ † Circa aliud requisitum in
pupillari substitutione, quod est, vt pupillus morte
testatoris efficiatur sui iuris, ita quòd non sit recasurus
in alterius potestatē, considerandum est quòd si pater
habens filium in potestate, & nepotem ex eo similiter
in potestate. (ad quod facit id quod habetur Institu. de
patria potesta. §. fin.) nepos post mortem aui recasu-
rus est in patris sui potestatem, si ipse pater superuiuat
auo, ideo auus tali nepoti non posset pupillariter sub
stituere, nec sibi facere testamentum pupillare, vt dicta
l. moribus. versu, nepotibus. & est ratio, quia talis ne-
pos nō solum impeditur testari propter defectum æ-
tatis, vt dicta l. qua ætate. sed etiam propter hoc, quòd
est in alterius potestate, vt l. qui in potestate. ff. de testa
men. & l. seniū. in fi. C. qui testamen. facere possunt. Si
tamen pater idemq; filius viuo auo moriatur, vel emā
cipetur, non esset ille nepos recasurus in sui patris po-
testatē, vt Instit. quibus mod. ius patr. potesta. in prin-
cipio. & §. primo. Et ideo tunc valebit dicta substitu-
tio pupillaris. ad hoc facit dictus vers. nepotibus. & di
ctus versus, sed si extraneū. vbi hoc tenēt Pau. de Cast.
& Alexan. de Imo. & Io. de Imo. in d. c. Raynutius. facit
dicta l. cohæredi. §. cū filiæ. quæ fuit in simili superius
allegata. ¶ Quod procedit etiam si pupillus sit miles, Procedit qđ dictum est.
secundum eos post Barto. ad quod facit l. impuberi fi-
lio. ff. de administra. tuto. impubes enim potest esse mi
21 les, vt l. fin. C. de testamen. milit. ¶ † Sed mouetur quę-
stio, si pupillus ingrediatur religionem, an expiret sibi
facta substitutio pupillaris, & in hac quæstione Bart.
in dicta l. in pupillari. ff. de vulga. concludit quòd pu-
pillus non potest religionem profiteri, seu facere pro-
fessionem de iure communi in pupillari ætate: & si fa-
ceret, non teneret professio, per illud quod habetur in
cap. primo. extra de regula. lib. vj. nisi interueniret pa
pæ autoritas, & esset pupillus doli capax: quia tunc
transiret in potestatē Abbatis, vt xviij. q. ij. cap. lumi-
noso. & per consequens euanesceret pupillaris substi-
tutio, quia etiam dominium rerum suarum perdidisset
per talem professionem, vt in authen. ingressi. C. de sa-
crosanc. eccl. Sed si traditus fuisset à parentibus suis in
monasterium, licet ante pubertatem non posset inde
exire, nec teneretur profiteri si nollet, tamen aduenien-
te pubertate bene posset exire, vt ista habentur in cap.
secundo. & cap. cum virū. extra de regula. & xx. q. ij. c.
puella. illo tempore ante pubertatem dicitur quodam

modo esse in ꝓbatione regulæ, nec trāsiuisse perfectē
in Abbatis potestatē, ideo substitutio sibi facta eo mo
riente ante pubertatē nullo modo infringitur. Ad qđ
facit id quod legitur in cap. beneficium. extra de regu-
la. lib. vj. & ita tenet Ioan. de Imol. in dicto cap. Raynu
tius post Bartol. in allegata l. in pupillari. Vbi addit
ipse Ioannes de Imol. ꝙ in istis pupillis traditis à parē-
tibus in monasterium, si in eis malitia suppleret ætа-
tem, iuxta cap. de illis. & cap. à nobis. extra de despons.
impuber. & not. per gloss. xx. quæstione j. in summa.
expiraret pupillaris substitutio, argumen. l. ex facto. ff.
Limitatio. de vulga. Et hoc intelligit, quādo ingressus esset talem
religionem, quæ potest aliquid habere in communi,
quia secundum cōmunem opinionem monasterium
habetur loco filij, vt notatur in cap. in præsentia. extra
de probatio. & authen. si qua mulier. C. de sacrosanct.
eccl. Si verò ingressus esset ordinem mendicantiū, qui
non pōt habere propriū in cōmuni, tunc nō videtur
ꝙ dicta pupillaris substitutio expiret per talem ingres
sum, sed sortiatur effectū perinde, ac si esset naturaliter
mortuus. Faciunt ad hoc not. in glos. penul. in l. j. ff. de
testa. per Ioannem de Imol. & Docto. & hæc de isto ar
22 ticulo. ¶ †Aliud vlterius, sicut antea dictū fuit, requiri
tur. vt valeat pupillaris substitutio, scilicet ꝙ pupil-
lus cui fit à testatore sit institutus, vel exhæredatus, vt
dicta l. moribus. in principio. versu, sed si ita demum
eos. & est ratio, quia aliâs testamentū esset nullū pro-
pter præteritionem filij, vt l. inter cætera. ff. de liberis &
23 posthu. ¶ †Circa hoc tamen debet diligenter attendi,
ꝙ si testamentū fiat illi, qui sit de liberis in potestate te-
statoris cōstituto, quem tamen nō est necesse instituere
vel exhæredare, vt est nepos ex filio emancipato, ante-
quam emācipetur ipse filius, qui nepos remanet in po
testate aui, vt l. si pater filio. ff. de adoptio. & Instit. qui
bus modis ius pat. potes. sol. §. j. Talis enim nepos nō
debet hodie necessariò institui vel exhæredari, si eius
pater idemq; filius emancipatus viuat tempore mortis
aui, vt notatur per Bar. & Doct. in l. Gallus. §. & quid
si tantū. ff. de liber. & posth. & dicta l. moribus. in prin
cipio. & l. j. illo titu. cū ibi notatis per Docto. Ideo si ta
lis nepos prætereatur, non rumpitur testamentū: quia
ad rumpendū illud vel dicendum nullum non admit-
titur ille, qui non admitteretur ab intestato rupto testa
mento, vel penitus non condito, vt l. posthumus. §. si
quis ex his. ff. de inoffic. testa. & notatur in l. pater filiū.
eod. titu. & probat aperte text. in l. si quis filio exhære-
dato. ff. de iniust. rup. & irri. testam. vbi dicit, ꝙ nepos
quem pater præcedit tēpore mortis, non habet ius rū-
pendi, quod regulatur à iure succedendi. facit l. j. circa
principium. ff. de bon. pos. contra tab. & l. si post mor
tem. §. liberis. eo. titu. vbi nō datur bonorū possessio
contra tabulas liberis ab intestato nihil habituris. facit
l. suus. C. de repud. hæred. Nec videtur tunc illi nepoti
Legitima est. fieri iniuria, cum legitima sibi non debeatur, quæ est
tertia pars illius, quod esset ab intestato habiturus. l. cū
quæritur. & l. quæ nuper. & auth. nouissima. C. de in-
offic. testa. Sed dictus nepos nil esset habiturus ab inte-
stato, eo ꝙ præceditur à patre, licet emancipato, vt in
auth. de hære. ab intesta. §. j. & §. nulla. coll. ix. Sed quia
talis nepos est in potestate aui, si habeat aliqua bona,
potest sibi per auū pupillariter substitui: qa cessat ra-
tio ꝓpter quā pupillus, cui fit substitutio pupillaris,
debet esse institutus, vel exhæredatus, secundum Bart.
24 †Sed Ang. tenuit contrariū in d. §. & quid si tantū. &
d. l. j. ff. de vulga. ꝓpter hoc, ꝙ est de substantiali forma
substitutionis pupillaris, ꝙ ille cui fit, sit institutus, vel
exhæredatus, vt dicto versu, sed si eos. Omissio autem
solennitatis, vel formæ substātialis viciat actū, vt l. cū
hi. §. si prætor. ff. de transact. Paul. verò de Cast. in alle-
gata l. moribus. & ibi Io. de Imol. & ipse in d. c. Raynu-
tius. sequunē Bar. quia ideo olim requirebaē institutio,
vel exhæredatio eius cui substituebaē, ne rumpereē, seu
annullareē testm̄, vt in dicto versu, ita demū. ibi, ita enī.
& ideo cū hodie cesset dicta ratio in casu prędicto, ces-
sare debet illa dispositio, argumēto l. adigere. §. quāuis.
ff. de iure patro. & c. cū cessante. extra de appel. facit, qa
correcta ratione finali legis, ipsa lex intelligitur corre-
cta, vt est glos. notabilis, & ibi Bart. in l. j. ff. de legi. tut.
25 ¶ †Ex quibus supradictis secundū Bar. & Doct. pōt
inferri, ꝙ si pupillo filio præterito, quē necesse est insti
tuere, vel exhęredare, fiat substitutio pupillaris, si filius
testamētū paternū approbauerit, iuxta l. filio p̄terito.
ff. de iniust. rup. testa. recōualesceт dicta pupillaris sub-
stitutio. Si tñ approbatio prædicta facta fuerit cū tuto
ris autoritate. argum. l. si ad pupillū. ff. de auto. tut. se-
cundum Salic. in antedicta l. si testamēto. quāuis Ang.
motus ratione p̄dicta deficientis formæ reqsitæ teneat
contrariū. Sed Io. de Imol. & Paul. de Cast. sequuntur
Bart. quia quāuis ratio Ang. concludat, vt nō valeat
pupillaris substitutio ab initio, nō tñ concludit, quin
recōualidato testō, per pupilli ritā approbationē sub-
stitutio p̄dicta recōualidetur, quæ est accessoria ipsius
testamēti: cū accessoriū sequatur naturam principalis,
vt in ista regula, & c. accessoriū. extra eo. tit. lib. vj. & ad
hoc bene facit sæpedicta l. moribus. versu, planè. & ver
su, ergo. vbi recōualidato testamēto ꝑ tit. si quis omis-
sa causa testamēti, & ꝑ restitutionē in integrū, recōuali-
datur etiā substitutio pupillaris. ita pōt dici in ꝓposi
26 to casu. ¶ †Imò plus hodie videē dicendū secūdū Io. de
Imol. ꝙ licet filio p̄terito annulleē testm̄, quo ad insti-
tutionē, tamen per auth. ex causa. C. de liber. p̄teri. etiā
sine illius approbatione cōseruetur substitutio pupil
laris, ꝑ clausulā, cętera firma maneant. & ita vult cōmu-
nis opinio Docto. in dicta l. j. de vulga. & in dicta aut.
ex causa. Et ideo secundum Docto. hodie non videtur
esse de forma substāriali, ꝙ pupillus, cui fit substitutio
pupillaris, sit institutus vel exhæredatus: secus erat o-
lim, quia substitutio annullabatur, sicut testamentum,
vt d. l. moribus. versu, ita enim. De quo tñ articulo vi-
dete plenius Docto. in d. l. j. §. substituere. vbi Alex. de
Imol. dicit sibi magis placere prædictā opinionē, quā
dixi cōem: & respondet rationibus in oppositū factis,
vt ibi pōt plenius ꝑ eū videri. & eam tenet Ang. Aret.
vbi ē. ꝑ l. qui plures liberos. §. fin. allegato etiā ꝑ dictū
Alexan. ff. de vulga. vbi licet Bald. dubitet, & per iura
arguat cōtra eā, dicit tamen ab ea non esse recedēdum.
quam etiā sequitur Paul. de Castr. in allegata l. prima.
27 ¶ †Quid autem si testamentū esset aliquod, sed rumpe
retur ꝑ contra tabulas, iuxta formā l. & si contra tabu-
las. ff. de vulg. an rumpatur pupillaris substitutio. Re-
spondet Ioan. de Imol. ꝙ nō, vt dicta l. & si cōtra tabu-
las. ¶ Idem dicit, si rumpatur per querelam, non in to
tum, sed pro parte, vt dicta l. Papinianus. §. sed nec im-
puberis. Nec etiā hodie rūpereē pupillaris substitutio,
etiam

etiam si in totũ rumperetur testamentũ per querelam, tenendo prædictã cõmunẽ opinionem, ꝙ substitutio pupillaris cõseruetur, per dictã auč. ex causa. ¶ Est præterea attente cõsiderandũ, quòd filio, vel nepoti pupillo exhæredato fieri potest dicta substitutio pupillaris, vt dicta l. j. & l. moribus. & l. sed & si plures. §. ad substitutos. illo titu. & Institu. de pupil. subs. §. non solum.

28 ¶ † Nec obstat, quòd pupillus non possit exhæredari, vt vult tex. in l. si quis in suo. §. j. C. de inoff. testa. Quia respondet Io. de Imol. in sæpedicto c. Rainutius. quòd hoc est verum de pupillo doli non capace: sed doli capax posset esse ingratus, & exhæredari, per notata in c. j. & ij extra de delict. puero. & facit quod notatur per glos. in dicto §. non solum. super verbo, substitutus. & ibi per Angel. Areti. & Instit. quib. mod. tute. fi. § itẽ si in seruitutem. vbi etiam per glos. & in l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & in l. fere in omnibus. §. isto titu.

29 ¶ † Vtrum autem illud procedat in exhæredatione facta mala mente, dicunt Doctor. ꝙ sic: quia siue bona mente, de qua in l. multi. ff. de liber. & posthu. & l. si patronus testamento. §. si quis non mala. ff. de bon. liber. cum similibus, siue mala mente fuerit exhæredatus pupillus, põt pater, in cuius est potestate, illi pupillariter substituere, vt patet in dicto §. non solũ. & hoc propter magnam confidentiam, quam habet lex de patre erga filium, cum nullus amor vincat paternum, vt l. fi. C. de cura. furio. Ideo etiam lex permittit, quòd Iudex ad petitionem patris carceret filium, & poenam eius arbitrio illi imponat, vt l. si filius. C. de patr. potes. Addit Ioan. de Imol. aliam rationem propter rigorem patriæ potestatis, quæ olim erat maior, vt fuit in præcedentibus allegatum. ¶ Prædicta tamen tenuit Barto. procedere, & esse vera, nisi pater esset tam vilis persona, cui denegatur administratio filij viuẽtis, iuxta illud, quod habetur in l. fi. C. de senten. pas. & resti. & l. si cũ dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. quia tunc etiam in morte non debet tali patri concedi, vt filio pupillo faciat pupillare testamentum. Cui opinioni in dicta l. moribus. contradicit Ange. eo quòd lex indistincte loquitur, ideo est indistincte intelligẽda. l. de pretio. ff. de publici. & c. quia circa. extra de priuileg. & quia etiam exhæredato mala mente potest, vt dictum fuit, pater filio pupillo pupillariter substituere. Et ad dictã l. fin. & ad dictum §. eo autem tempore. respõdet Angel. quòd potius faciant pro sua opinione, quàm Barto. quia in eis ideo interdicitur patri turpis & inquinatę vitæ petitio doris, & administratio bonorum, ne illa cõsumat si ad suas manus perueniant, quæ pręsumptio cessat in casu isto: quia substitutio pupillaris non dat patri administrationem bonorũ neq; petitionem dotis, & non sumit effectum, nisi mortuo patre & filio impubere.

30 † Ioan. verò de Imo. in antedicto c. Rainutius. concordat has opiniones, vt scilicet procedat opinio Barto. si pater esset tam vilis & turpis persona, quòd iudicis autoritate foret sibi interdicta bonorum administratio: quia tunc etiam pro se non posset testari, vt l. is cui bonis. in princip. ff. de testa. ergo nec pro filio, per rationem huius regulæ. Opinio verò Angel. procedat, vbi iudex patri administrationem bonorum non interdicit, per dictã legẽ. is cui. cum ibi notatis: quia, vt ibi habetur, non interdicta patri per iudicem administratione ipse posset testari pro se: ergo & pro filio pupillo, argumento iurium prædictorum, quæ indistincte loquuntur, & etiam pupilli interest, quòd habeat hæredem ex testamento, per iura superius allegata. & cum ista opinione transit Alexand. de Imol. in dicta l. moribus. & allegat prædictam l. Papinianus. §. sed nec impuberis. vbi etiã Angel. residet in sua prædicta opinione, quæ tenenda videtur, secundum supradictam distinctionem Ioan. de Imol. ¶ Sed quia dictum est, quòd pupillo instituto potest pater pupillariter substituere. Quæriť si dictus pupillus in sola legitima fuerit institutus, nunquid in ea tenet substitutio pupillaris. dicite quòd sic, sicut põt fieri exhæredatio vt suprà fuit dictum: quia substitutio ista pupillaris est, pupilli prouisio, & non grauamen, per iura superius allegata: sed non posset in dicta legitima fieri fideicommissaria substitutio: quia est grauamen, vt dicta l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamen. Nec etiam in alijs bonis pupilli aliunde quàm à patre prouentis, vt dicta l. cohæredi. §. cum filiæ. versu, nec fideicommisso. ff. de vulga. ¶ Et hoc procedit, & verum est, secundum Docto. si fideicommissum relinquatur ab ipso pupillo: secus si grauarentur venientes ab intestato ad successionem ipsius pupilli. Quod tamen grauamen expirabit adueniente pubertate, vt voluit Dyn. quem sequuntur Docto. in dicta l. prima. ff. de vulga. & merito: quia est decisio textualis singularis in l. si fundum per fideicõmissum. §. fina. cum l. sequenti. ff. de lega. primo. Limitatio.

31 ¶ † Ex quo sumi potest consilium, & cautela qualiter possit fieri fideicommissum, & grauamẽ in legitima, in qua licet filius grauari non possit, vt dicta l. quoniam in prioribus. successores tamen sui grauari possunt vsque ad illius pubertatem, qua pubertate superueniente expirabit grauamen, vt ibi, & etiam notatur per Cyn. in dicta l. si filius. Cautela.

¶ In dubio autem, an videatur relictum fideicommissum à filio pupillo, vel eius substituto, aut venientibus ab intestato, videte Bartolum & Doctores in dicto §. cum filiæ. & l. qui duos. eodem titu.

32 ¶ † Et ex supradictis, & ex dicto §. cum filię. Io. de Imo. Bald. Paul. de Cast. & Doctores colligunt plures notabiles differentias inter substitutionem directam, & fideicommissariam. & vt dicit Bald. ad hoc in iure non est melior textus quàm dictus §. cum filiæ.

¶ Prima differentia est, quia substitutio fideicommissaria potest fieri puberi & impuberi in potestate existenti siue non existenti, & etiam si sit extraneus: secus in directa pupillari, vt patet per superius allegata iura, & notatur per glos. magnam in fi. & ibi Doctor. in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu.

33 ¶ † Et ex hoc insurgit secunda differentia: quia fideicõmissaria facta pupillo non euanescit si filius pupillus viuo patre testatore efficiatur sui iuris, vt allegato §. cum filiæ. versu, nec aliud. secus in dicta pupillari, vt ibi, & dicta l. in pupillari. & l. verbis ciuilibus. & no-
34 tatur in d. l. precibus. ¶ † Tertia differentia est, quia de fideicõmissaria detrahitur legitima & trebellianica, per iura quę fuerunt superius allegata, & probatť in d. §. cũ filiæ. versu, ꝙ si hæredẽ. secus in directa pupillari, per quam insolidum succeditur pupillo absque vlla detractione, vt iuribus superius allegatis in prosecutione tertij requisiti, & c. si pater. extra de testamentis lib. vj.

35 ¶ † Quarta insurgit ex hoc differẽtia: quia pupillo potest directo substitui pupillariter in legitima, sed non per fideicommissum, vt dicta l. quoniam in prioribus.

& fuit superius allegatum. ¶Quod debet intelligi, vt
statim dictum fuit, quando fideicommissum legitimè
relinqueretur à pupillo: secus si ab eius hæredibus ab
intestato ei succedentibus, per text. allegatum.
36 ¶†Quinta est differentia: quia fideicommissaria substi
tutio non comprehendit bona pupilli, sed duntaxat
testatoris, vt dicto versu, nec fideicommissum. secus est
in directa pupillari, quę omnia bona quæcunque ad pu
pillum pertinentia comprehendit, vt l. sed & si plures.
37 §. ad substitutos. ¶†Sexta differentia est, quia fideicom
missaria non potest fieri exhæredato, cui nihil est reli
ctum: sed si aliquid relictum sit, potest fieri in eo, quod
relictum est, vt sæpedicto §. cum filiæ. versu, & ideo si
pater. facit quod habetur in l. ab eo. C. de fideicommis.
Pupillaris verò directa fieri potest exhæredato, vt fuit
superius allegatum. ¶In vnum verò conueniunt dire
cta pupillaris, & fideicommissaria: quia si testamentũ
paternum non valeat, sicut non valet pupillaris sub
stitutio tanquam accessoria, vt dicto §. liberis. hic alle
gato in glos. pro declaratione huius regulæ, sic etiam
non valet fideicommissaria, nisi esset repetita à venien
tibus ab intestato, vt l. eam quam. C. de fideicom. cum
ibi notatis. & dicto §. cum filiæ. versu, quæ ita. Pupilla
ris verò substitutio non potest sic repeti ab intestato:
quia non potest fieri in codicillis, secundum Paul. de
Cast. ¶Testamentum etiam non potest incipere à sub
stitutione fideicommissaria: secus est in directa vulgari
à qua potest incipere testamentum, licet institutio nõ
38 valeat, vt l. iiij. in fi. ff. de liber. & posth. ¶†Septima col
ligi potest differentia inter dictas substitutiones, secun
dum Ioan. de Imol. quia per directam pupillarem ex
pressam mater pupilli potest priuari legitima, vt infra
plenius dicetur, vt dicta l. Papinianus. §. sed nec impu
beris. & dict. c. si pater. & allegata l. precibus. secus per
fideicommissariam, vt notatur in dictis iuribus.

Aliæ duę differentię

39 ¶†Octauam differentiam ponit Angel. quia licet vna
substitutio directa aliquando trahatur ad aliam dire
ctam, vt patet in l. centurio. ff. de vulga. & facit l. fi. C.
de hæred. insti. & d. l. verbis ciuilib⁹. secus est in fideicõ
missaria, vt probatur in sæpedicto §. cum filiæ. versu,
alioquin. ¶Et reddit rationem: quia talis conuersio nõ
potest fieri, nisi vna dispositio in aliam conuertatur.
Sed quando vna substitutio directa conuertitur in aliã
semper remanet dispositio testamẽtaria: sed non sic in
fideicõmissaria, vbi testamentaria conuertitur in codi
40 cillarem. ¶†Requiritur etiam ad validitatem pupilla
ris substitutionis, vt superius dictum est, quòd pater si
bi ipsi faciat testamentũ, sine quo non posset filio suo
facere substitutionem pupillarem, vt sæpedicta l. mo
ribus. Et est ratio: quia institutio est caput testamenti,
& eius fundamentum, vt l. fi. ff. de iur. codicil. & l. pro
xime. ff. de his quæ in testa. del. & Institu. de lega. §. ante
hæredis institutionem. ideo voluit tex. quòd pater sibi
ipsi prius testetur instituendo hæredem, vt stante fun
damẽto facere posit substitutionem pupillarem, qua
institutione deficiente substitutio pupillaris fieri non
posset: quia vbi non est fundamentum, ædificari non
potest, vt l. si fundũ. §. qui fundum. ff. de lega. j. & in c.
41 veniens. extra de presby. non bapti. ¶†Circa quod est
attendendũ: quia vbi pater filiũ instituit, nõ est vis an
sibi primo faciat hæredẽ, an, verò postea, scilicet post
substitutionem pupillarẽ factam filio. Sed vbi pupillũ
exhæredasset, quod quandoque fieri potest, vt s. fuit alle
gatum, tunc videtur expediens, quòd priusquam filio exhæ
redato pupillariter substituat, sibiipsi prius fecerit testa
mẽtum, vt dicta l. moribus. §. prius. secundũ intellectũ
glos. & Barto. Sed secundũ Pet. & nostros citramonta
nos, quos ibi sequitur Bald. licet glos. & Bart. aliter lo
quantur, dicendum est quòd si testator faciat ista testamen
ta, scilicet suum, & pupillare diuersis tẽporibus, quod
fieri potest, vt dicta l. si quis eum. §. fi. ff. de vulga. expe
dit quòd pater sibiipsi prius faciat testamentũ, & post
ea pupillo, aliàs ordine conuerso non valeret substitu
tio pupillaris: quia non esset super quo fundaretur, vt
dictum est. Sed quando vtrunque eadem scriptura confi
citur, non interest quod ipsorum præcedat, vel sequa
tur: quia non attenditur ordo eiusdem scripturæ, sed o
mnia rediguntur ad ordinem iuris, & hoc siue sit ex
pressa substitutio pupillaris, vel tacita comprehẽsa in
vulgari expressa, de qua infra dicetur, vt l. cum in testa
mento §. hæc verba. ff. de hæred. institu. Et hunc intelle
ctum citramontanorum sequitur etiam Paul. de Cast.
in dicto §. prius. dicens alium intellectum distinguentẽ
inter exhæredationem vel institutionem filij esse diui
nationem: quia tex. in dicto §. prius. nõ aperit aliquid
de exhæredatione. Nec vt etiam ipse subsequenter di
cit potest assignari ratio quare magis iste ordo requira
tur, quando exhæredatur filius, quàm quando institui
tur. Nam licet exhæredatio dependeat ab institutione,
vt l. filium. §. sed cum exhæredatio. ff. de bon. pos. con
tra tab. tamen testator potest incipere testamentũ ab
exhæredatione, & non vitiat isto casu peruersio ordi
nis, vt l. j. in princ. ff. de hæred. institu. Sicut etiam à lega
tis potest incipere testamentũ, licet dependeant ab insti
tutione, vt dicta l. proxime. & dicto §. ante hæredis.
Omnia enim eodẽ instanti & secundũ ordinem intelle
ctus iure facta vidẽtur. Ad quod facit l. penul. C. de in
stitu. & substitu. sub condi. fac. & circa hoc videte ple
nius Docto. maxime Paul. de Cast. in dicto §. prius.
42 ¶†Sed quæritur circa hunc articulum, si pater in testa
mento minus solenni substituerit pupillariter filio,
vtrum valeat. Doctor. concludunt, quòd sic, si substi
tutus sit de liberis testatoris: quia inter eos valet testa
mentum minus solenne. l. hac consultissima. §. ex im
perfecto. C. de testamen. secus si extraneus esset substi
43 tutus, per illa quæ ibi habentur. ¶†Sciendum est ta
men circa materiam huius articuli, quòd quamuis nõ
faciens sibi testamentum, nõ posit facere pupillarem
substitutionẽ, per quam pupillus habeat hæredem ex
testamento, potest tamen illi facere codicillos, & gra
uare venientes ab intestato ipsi filio de restituendo al
teri bona ipsius pupilli in totũ, vel in parte. Qui codi
cilli habebũt effectũ decedẽte pupillo in ætate pupilla
ri, & nõ postea, per illud, quod fuit superius allegatũ in
l. si fundũ per fideicõmissum. §. fin. cũ l. seq. ff. de lega. j. si
cut posset pater sibiipsi facere codicillos, licet non fa
ciat testm̃, vt l. ab intestato. ff. de iur. codicil. & ita tenet
Paul. de Cast. in l. j. allegata. ff. de vulga. & hæc de isto
44 articulo. ¶†Quo ad vltimum requisitum, quod est
quo ad accidẽtiã resoluẽdi, hoc est vt nõ resoluatur substi
tutio pupillaris, scilicet quòd adeatur hæreditas patris, vt d.
l. moribus §. quisquis. versi. adeo autẽ. reddi põt ratio:
quia si non adiretur, non valeret efficaciter testamentũ
patris, vt d. l. eam quam. C. de fideicõ. cum ibi notatis.
¶Sed

45 ¶ †Sed istud fallit in aliquibus. Primus est in milite:
quia substitutio pupillaris ab eo facta non inualida-
tur, licet non adeatur eius hæreditas, vt l. miles ita. §. fi.
ff. de testa. mili. Secundo fallit, quando testamentum
confirmaretur per titulum, si quis omissa causa test. vt
dicta l. moribus. §. plane. Tertio quando existẽtia sui-
tatis confirmat tabulas pupillares, vt l. si filius qui pa-
tri. ff. de vulg. & l. filius qui se paterna. & l. Iulianus scri
bit. ff. de acqui. hæred. & l. pater. vbi glos. j. supra, de pri
uileg. credit. ¶ Et dicitur fieri confirmationem tabula-
rum pupillarium per existẽtiam suitatis, quãdo filius
pupillus solus institutus est, vel datus est sibi cohæres
etiam in potestate testatoris constitutus, vt dicta l. si fi-
lius qui patri. Et est ratio: quia pater eum solũ, vel cum
alio in potestate testatoris existente instituendo, vide-
tur confisus de prouisione legis. Ideo beneficium ab-
stinendi, quod datur à prætore, vt in §. quos autem. In-
stitu. de bon. posses. datum fuit in eius fauorẽ, & non
debet retorqueri in suum præiudicium. l. quod fauore.
C. de legib. quod esset si euanesceret substitutio pupilla
ris, in isto casu non adita hæreditate. Est enim fauor fi-
lij pupilli, quòd ex testamento habeat hæredem: vt iu-
ribus superius ad hoc allegatis. licet enim per benefi-
cium prætoris abstineat institutus filius, tamen rema-
net hæres nomine, licet non effectu, ex quo abstinuit:
quia prætor non potuit ex toto tollere nomen hære-
dis sui, vt dicto §. quos autẽ. & ideo quia remanet no-
men hæredis, licet abstineat, dicimus quòd existentia
talis suitatis seu hæredis confirmat tabulas pupillares,
per iura allegata. Sicut etiam videmus, quòd talis exi-
stentia suitatis in nudo nomine consistens confirmat
libertates, quamuis non adeatur hæreditas ex testamẽ-
to, vt l. cum quasi. §. sed & si quis. ff. de fideicom. liber.
Sed vbi datur cohæres extraneus non confirmantur
tabulæ pupillares ratione suitatis: quia tunc testator
non videtur confisus de prouisione legis, vt est casus
singularis in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad
46 Trebellianum. ¶ † Attendite vlterius, quòd aditio hæ
reditatis coacta confirmat tabulas pupillares, sicut
spontanea duobus concurrentibus. Scilicet primo, ꝙ
in tabulis pupillaribus substitutus pupillariter fuerit
grauatus per fideicommissum de restituendo alteri hæ
reditatem pupilli. Nam ad instantiam fideicommissa-
rij poterit institutus in tabulis paternis compelli adi-
re, vt confirmetur pupillaris substitutio, & per conse-
quẽtiam fideicommissum in ea relictum autoritate se-
natusconsulti Trebelliani, quod inuenit ipsum modũ
compellendi, vt l. nam quod. §. si quis compulsus. ff. ad
Trebellianum. Si ergo non esset relictum fideicommis
sum in tabulis pupillaribus, non posset compelli insti
tutus adire, vt tabulę pupillares confirmarentur: quia
pupillaris substitutus non esset tunc suffultus autori-
tate Trebelliani, vt est tex. vbi ita declarat Pau. de Cas.
in antedicta l. moribus. §. interdum. Et ita potest intel-
ligi dicta l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ¶ Secun-
dum verò in isto casu requisitum est, quòd pupillus sit
iam mortuus tempore quo petitur cogi institutũ adi-
re, aliàs videretur substitutus solicitus de hęreditate vi
uentis, quod est improbatũ à iure, vt dicto §. interdũ.
¶ Similiter si institutus semel adiuit, licet postea per in
integrum restitutionem repudiet: attamen per aditio-
nem, aduersus quam fuit restitutus, fuerũt confirmatę
tabulę pupillares, vt d. l. moribus. versu, ergo etiã. vbi
quidam dixerunt substitutum tunc solũ esse admitten
dũ iure prætorio, per illũ tex. qui tamen nõ negat quin
etiam iure ciuili admittatur, secundũ Io. de Imol. ibi, vt
probatur in l. j. §. si quis adita. ff. ad Tertullia. ¶ Non est
etiam tacendũ, ꝙ licet existentia suitatis hæreditate nõ
adita confirmet tabulas pupillares, quo ad pupillarẽ
substitutionem, per eam tamen non confirmãtur simi
liter legata, & fideicõmissa, quæ tendunt in diminutio-
nem hæreditatis, & non sunt fauorabilia, sicut substitu
tio pupillaris, vt est text. qui ad hoc consueuit allegari
in dicta l. si filius qui patri. ff. de vulga. vbi Doctor. &
facit l. j. in fi. ff. vt in pos. lega. Et hæc sufficiant de isto
tertio quęsito principali, quod fuit de requisitis ad pu
47 pillarem substitutionem. ¶ † Circa quartum principa
le, quod est quotuplex sit pupillaris substitutio, dicen-
dum est, secundũ Doct. ꝙ triplex. Quædam est omni
no tacita, vt est illa quam continet expressa vulgaris,
vt l. iam hoc iure. ff. de vulga. Quædam est omnino ex
pressa, quæ fit verbis expresis cõuenientibus pupillari
de qb⁹ dicẽ in sequẽti quæsito. Alia est partim tacita,
& partim expressa, scilicet expressa in genere, & tacita
in specie, vt est videre in pupillari cõprehensa in com-
pendiosa, vel in breuiloqua seu reciproca substitutio-
ne, vt patet in illarum tractatibus, de quibus in dicta l.
iam hoc iure. l. centurio. & l. Lucius. eo. titu. & d. l. pre-
cibus. C. de impube. & ali. subs. & l. in testamẽto. C. de
testa. mili. ¶ Vtrum autẽ posit reperiri pupillaris par-
tim expressa, & partim tacita respectu casuum, dicetur
in sequenti quæsito. & videtur ꝙ non regulariter. Nã
si testator substituit pupillariter filio, si decesserit infra
decimum annum, non extenditur ad casum, quo post
decimum annũ morietur, vt l. si ita quis. ff. de vulga. &
48 hæc satis de isto quarto quæsito. ¶ † Nunc autem & | Quin-tũ principale quæsi-tũ quibus verbis fiat pupil-laris.
quinto videndum est principaliter quibus verbis fiat
pupillaris substitutio. & glos. in d. l. precibus. sup. ver-
bo, secundũ casum, dicit ꝙ fit per hæc sequentia verba,
si filius meus hæres erit, & in ætate pupillari decesserit,
ille sit hæres, vt probatur Instit. de pupil. subs. in prin.
Barto. verò in dicta l. moribus. & l. j. & l. qui habebat.
eo. titu. dicit quòd pupillaris fit per verba affirmatiua
habito respectu ad substitutum. Sed per verba negati-
ua habito respectu ad eum, cui fit substitutio. Et ideo il
la verba, si hæres erit, non sunt de substantia pupillaris
substitutionis, cum etiam fieri posit exhæredatis, vt
superius dictum fuit. Et quamuis Raine. dixerit illa ver
ba esse necessaria si fiat instituto: tamen Iacobus Bu-
triga. quem sequuntur Salice. & Doctores in allegata
l. si testamẽto. dicit nullo casu dicta verba, si hæres erit,
esse de substantia neq; forma, per dictã l. si testamento.
& l. fi. eo. titu. & dictã l. cohæredi. §. fi. & l. si pater. cum
l. sequenti. & dictã l. qui duos eo. titu. in quibus patet
factam fuisse substitutionem pupillarem sine illis ver-
bis, & simpliciter factam fuisse per illa verba, si in
ætate, vel intra ætatem pupillarem decesserit, quæ sunt
priuatiua sonantia in priuationem vitæ.
49 ¶ † Glos. verò in dicto cap. Rainutius. dicit quòd pu-
pillaris substitutio fit per hæc sequentia verba, talis fi-
lius meus mihi hæres esto. & si tu filius meus non eris
hæres, vel eris hæres, & intra tẽpus pubertatis decesse-
ris, ille sit hæres. vbi dicit Ioan. Andr. quòd in istis ver-
bis, si eris hæres, & intra pubertatẽ decesseris, est exp̃ssa

pupillaris. Sed tacita in illis verbis, si non eris hæres, ta
lis sit hæres: quia est vulgaris expressa, vt patet Institu.
de vulga. in princi. & ita etiam dicit dominus Floren.
Sed Ioan. de Imol. ibi melius dicit quòd in exemplo
dictæ glo. est expressa pupillaris, & etiam expressa vul
garis, & vna aliam non comprehendit: quia expres-
sum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. §. primo. cum
ibi notatis. ff. de vulga. & videtur sentire Bartol. in di-
cta lege, moribus. in quæstio de effectibus pupilla-
ris circa primum effectum. ideo aliud exemplum me-
lius ponitur per verba aptiora ad pupillarem.
50 ¶ †Sed præsupposito, vt dictum est, quòd dicta verba,
si hæres erit, non sint de substantia, vel forma pupilla-
ris substitutionis, verum si sint apposita restringant il
lam, vt non comprehendatur casus, quando pupillus
non sit hæres, vt quia repudiat, licet decedat in ætate
pupillari, & ita expiret pupillaris. Iacob. Butriga. fuit
in opinione, quòd expiret pupillaris si pupillus non
sit hæres: quia altera conditio de copulatis deficit, ar-
gumento l. quamuis. C. de impube. & al. subs. & l. si hæ
redi plures. ff. de condi. institu. Sed Barto. in dicta l. mo
ribus. tenet contrarium. per id quod habetur in l. Iulia
nus scribit si pupillus. ff. de acquiren. hęre. & l. si pater.
in princi. ff. de priuileg. credit. & pro hoc facit secūdum
Ioannem de Imo. qui hanc opinionem sequitur: quia
testator illa verba, si hæres erit, non videtur apposuis-
se ad limitandum, sed forte, ideo quia illa abominabi-
lis erat sibi alius casus non existentię hæredis, vt dicta
l. quamuis. vel etiam mortis cogitatione turbatus vl-
terius cogitare non potuit de dicto casu non existen-
tiæ hæredis, argumento l. hac consultissima. §. at cum
humana fragilitas. C. qui testa. fac. pos. ideo dicta ver-
ba non restringunt, vt satis videtur esse de mente Iuris-
consulti in dicta l. iam hoc iure. Hanc etiam opinionē
tenet Salic. in allegata l. si testamento. per rationes suas
quæ possunt videri. Et per hoc etiam patet, secundum
prædictum Ioā. de Imol. in dicto cap. Rainutius. quòd
licet dicta verba, si hæres erit, fuerint apposita in sub-
stitutione pupillari, nihilominus tacite etiam compre
henditur tacita vulgaris. Ad quod facit dicta lex, iam
hoc iure. cum ibi notatis, & ita pupillaris illa compre
hendet etiam alium casum pupillaris, videlicet si non
sit hæres, & in pupillari decedat: & ideo isto casu erit
reperire pupillarem substitutionem expressam in vno
casu & tacitam in alio casu, qui comprehendatur sub
ipsa pupillari expressa, & sic erit partim expressa quo
ad vnum casum, & partim tacita quo ad alium com-
51 prehēsum in expressa. ¶ †Sed opportune quæri pōt,
quid si pater substituendo pupillariter filio suo impu
beri dixerit, si filius meus in ætate pupillari decesserit,
talis mihi hæres esto, vel mihi sit hæres, an per istam
dictionē, mihi, pupillaris substitutio restricta videatur
taliter, quòd substitutus admittatur tantummodo ad
bona patris. & videbatur, quòd sic: quia per pupillarē
succeditur pupillo, & non testatori, vt dicta l. sed & si
plures. §. ad substitutos. Ad hoc dicunt Doctor. quòd
dicta dictio, mihi, non est necessaria in pupillari substi
tutione: si tamen apponatur, & pupillus fuerit à pa-
tre hæres institutus, non vitiatur per hoc pupillaris
substitutio, nec alteratur eius effectus, vt habet in text.
& glos. & ibi per Doctor. in l. j. §. j. ff. de vulga. quia
succedendo pupillo substitutus etiam succedit testato

ri, per regulam, quæ habet, quòd hæres hæredis est hæ
res testatoris, vt l. fina. C. de hæred. institu. & l. prima,
secunda & tertia. ff. de peti. hæred. & l. hęredes. & l. scien
dum. suprà titu. proxi. Ideo substitutus nedum ad bo-
na pupilli, sed etiam testatoris admittetur, per text. l. si
ita scriptum. §. qui filio. vbi per Barto. ff. de bon. pos
ses. secundum tab. Vbi autē pupillus non esset institu-
tus: tunc quia illa dictio, mihi, nō posset verificari me-
diate vel immediate faciendo pupillarem expressam,
esset dicta substitutio restringenda ad vulgarem tan-
tum, per dictam l. primā. §. primo. ff. de vulga. vt ibi
52 ita firmat Paul. de Castr. ¶ † Per quem text. & gloss. &
dictū §. qui filio. dicit ibi Barto. fuisse determinatum,
quòd si testator filio pupillo instituto dicat in suo te-
stamento, si pupillus decesserit in ætate pupillari, vel
aliàs quandocunque, bona mea deueniant in talem: il-
la verba, bona mea, non restringunt quo minus ad bo
na ipsius impuberis vocetur substitutus ex pupillari
substitutione filio decedente in ætate pupillari, etiam
si illa bona non fuerint testatoris. quod est singulare, li
cet Bald. in dicta l. precibus. xvj. columna, sentiat con-
trarium: quia §. qui filio. loquitur quando testator est
vsus verbis directis, puta, sit hæres. quo casu talia ver-
ba posita in substitutione trahuntur ad omnia bona,
vt dicta l. cohæredi. §. fina. sicut etiam est, quando po-
nuntur in substitutione, vt l. prima. §. si ex fundo. ff. de
hæred. institu. Sed quæstio Bartoli loquitur quando
verbis communibus est vsus testator, vt quia dixit, de-
ueniant in talem. quæ verba addita certis rebus, nō sic
extenduntur, vt l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebellia-
num. Paul. verò de Cast. in allegata l. prima. ff. de vul-
ga refert se vidisse plura consilia valentium virorum
super isto passu, & recitat Bartolum in dicta l. cēturio.
tertia quæstione principali, dixisse quòd si apponere-
tur dictio, omnia, vt quia diceret testator, omnia bona
mea deueniant in talem, illud faceret videri substitutio
nem pupillarem directam: quia per obliquam non ve
nirent omnia, vt notauit etiam Angel. in authen. de hæ
red. & fal. §. si verò expressim. colla. j. & Oldrad. in cōsi-
lijs suis consilio centesimo nonagesimoseptimo, secun
dum meam quotam. & Alberic. in l. si vt allegas. C. ad
legem falcidiam. & Ludoui. Roman. in repetitione au-
then. similiter. eodē titu. vbi dicit se ita consuluisse, cum
multis Doctor. per l. j §. inde Neratius. & l. qui totam.
& l. Lucius. § hęres institutus. ff. ad Trebellianum. & l.
si quis ad declinandam. C. de episco. & cle. & sic Barto.
videtur innuere in dicta l. centurio. quòd si non esset
apposita dictio vniuersalis, omnia, dicta substitutio es
set obliqua. quod sensit Bald. in dicta l. precibus. Sed
Paul. de Cast. visum fuit, quòd vbi pupillus nulla alia
bona habet quàm paterna, siue sit apposita dictio o-
mnia, siue nō, quamuis sit verbū commune, imponere
tetur pupillaris substitutio, sicut si dixisset, hæreditas
mea veniat ad talem, vt l. nam quod. in fi. cum l. sequen
ti. ff. ad Trebellianum. quia nō omnibus testatoribus
datum est nosse differētiam inter bona testatoris, & hæ
reditatem pupilli: sed si tempore testamēti pupillus ha
bebat alia bona q̄ paterna, quod testator non ignora
bat postquā se restrinxit ad sua, & est vsus verbis non
directis, sed communibus, videbitur fecisse substitutio
nem fideicommissariā: quia verba prædicta repugnāt
directę substitutioni. Et hoc qñ non fecit mentionē de
pupil

pupillari aetate,aliàs secundum eundem Paul.de Cast.
forte posset dici contrarium,scilicet quòd tunc etiã sen
serit de pupillari,& idem si fuisset vsus verbis directis,
per gloss.dictae l.primae.§.j.& per dictum §.qui filio.
53 & ita pertransit. ¶ † Transeamus ad sextum principale
quaesitum,videlicet quis,& quotuplex sit effectus pu-
pillaris substitutionis.Ad quod secundum explanatio
nem Ioan.de Imol.post dominũ Flo.in dicto cap.Rai
nutius.& secundũ Barto.& communiter Doctor.dici
54 potest,quòd quadruplex est illius effectus.† Primus
est,quòd pupillaris expressa continet tacitam vulga-
rem,vt est tex.in dicta l.iam hoc iure.& ob hoc voluit
dictus domi.Flo.quòd facta simpliciter pupillari sub-
stitutione,vt quia dixit testator,si filius in ętate pupil-
lari decesserit talem substituo:subintelligitur quòd ad-
mittatur substitutus,etiã si filius non sit haeres,vt quia
non se immiscuerit,vel etiam si sit haeres. quo tamen
casu vult ibi Ioan.de Imo.posse dici istam esse tacitam
vulgarem in specie,sed expressam in genere: quia ver-
ba sunt apta comprehendere etiam vulgarem.possunt
enim intelligi si decesserit in aetate pupillari,agnita scili
cet vel non agnita,aut repudiata haereditate,& sic po-
test dici expressa in genere,sicut illa quae comprehen-
ditur in compendiosa,vel breuiloqua.Sed vbi dixit te
stator,si pupillus filius hęres, & in aetate pupillari de-
cesserit: tunc vulgaris tacita,quae comprehenditur in
ista pupillari expressa,est omnino tacita:quia cum illa
verba sint opposita vulgari,illa vulgaris solum venit
ex coniecturata mente testatoris per subintellectum iu
ris,vt dicunt Docto.in locis allegatis,& in l.post adi-
tam.C.de impube.& aliis subst.Si tamen appareret de
praesumpta mente testatoris,quòd in expressa pupilla
ri nollet tacitam vulgarem comprehendi,non compre
henderetur,secundũ Docto.argum.l.cum ex filio.§.j.
cum ibi notatis.ff.de vulga.Idem etiam si statutum di-
ceret,quòd verba testamenti debeant propriè intelligi,
55 secundum Bald.in dicta l.precibus. † Dicebat etiam
Rapha.Cuma.post Bald.quòd tacita vulgaris nõ con
tinetur in expressa pupillari, si facta sit in diuersa scri-
ptura,per illud,quod habetur in dicta l.si quis cum. §.
fin.vbi post dictum Bald.dicit Ioan.de Imo.quòd hoc
ideo est,quòd ibi non potest contineri tacita vulgaris,
qua illa est propriè pars testamenti paterni,ideo debet
fieri vno contextu cum paterno:secus in pupillari fa-
cta cum ipso paterno testamento. videte ibi plenius
56 Doctor.& in l.patris & filii.eodem titu.¶ † Sed pona-
mus,quòd pater posthumo quem putabat esse in vte-
ro vxoris substituit pupillariter,& nullus nascitur,an
tacita vulgaris habeat locum.Salice.in antedicta l.fin.
C.de institu.sub condi. fac.dicit quòd sic per legẽ,qui
ventri.cum ibi notatis,vbi est text.notabilis.ff.de ven-
tre inspicien.facit l.ab exheredato.§.fina.ff.de lega.j.
57 ¶ † Secundus effectus pupillaris substitutionis est,ꝙ
per eam succeditur pupillo,& non patri,vt Institu.de
pupil.sub.in princip. & trahitur ad omnia bona pu-
pilli,etiam sibi aliunde quaesita quàm à patre,si fiat fi-
lio naturali & legitimo,vt dicta l.si testamento.& alle
gata l.sed & si plures.§.ad substitutos.& hoc ideo sta-
tutum est,ne pupillus ipse moriat̃ pro parte testatus,
& pro parte intestatus,contra l.ius nostrum.ff.isto tit.
Si verò fiat legitimo tantum,in ea venient solum bo-
na,quae à patre substituente, vel eius contemplatione
ad pupillum peruenerunt,vt dicta l.sed & si plures.§.
in arrogato.& dictum fuit s.in tertio quaesito princi-
pali.in primo requisito ad pupillarem substitutionẽ.
& ibi etiam dictum fuit,quid iuris sit de milite testan-
58 te pupillariter.¶ † Illud autem quod dictum est,pupil-
larem substitutionẽ trahi ad omnia bona pupilli,pro-
cedit quando facta est simpliciter, vel vniuersaliter in
omnibus bonis,siue fiat per verbum cõmune,substi-
tuo, siue per verba merè directa: vt, talis sit haeres filio
meo,vel talem instituo haeredem filio meo:secus si fie-
ret in re certa.quo casu si fiat per verbum cõmune, nõ
trahetur ad alia bona,per dictam l.cogi.§. & generali-
ter.ff.ad Trebellia.cum ibi notatis.Sed si fieret per ver-
ba mere directa ciuilia, vt in exemplis supra positis,
tunc etiam facta in vna re certa traheretur ad vniuersa
bona pupilli,vt est text.notabilis,secundum vnam le-
cturam in dicta l.cohęredi.§.fina.sicut institutio facta
in re certa trahitur ad vniuersa bona testatoris,non da
to cohaerede,vt dicta l.prima.§.si ex fundo.ff.de haere.
institu.qui §.fina. praedictus in l.cohęredi. secundum
Dyn.ibi recitatum per Bald.Ioan.& Alexand.de Imo.
59 est singularis,& non est alibi. ¶ † Tertius effectus est,
quòd pupillaris substitutio excludit matrem pupilli, Terti⁹
& alios quoscunque succedentes pupillo ab intestato, effect⁹
quos ipse pupillus non posset praeterire, vt saepedi- ꝙ pu-
cta l. Papinianus.§.sed nec impuberis. quamuis ali- pillaris
qui dicant illud esse hodie correctum per l.humanita- exclu-
tis.& per l.impuberis.C.de impub.& ali.substitu.vbi dit ma-
mater non potest excludi per exemplarem substitutio trẽ &c.
nem,quae tamen inducta fuit ad exemplum pupilla-
ris,vt Institu.de pupil.substitu. §.qua ratione.Dyn.ta-
men tenuit contrarium,cum correctio legis sit euitan-
da,vt l.praecipimus.in fin.C de appel. & l.sancimus.
C.de testamen. Alia fuit opinio Gulielmi de Cugn.in
allegata l.precibus.quòd hodie mater non excludatur
in totum per pupillarem substitutionem, sed poterit
petere legitimam, per authen.presbyteros.C.de epis.
60 & cle.† Barto.verò,& communis schola Doctor.se-
quitur Dyn.cuius opinio verissima est,pro qua est ca
sus decisus in dicto cap.si pater. extra de testamen.lib.
vj.& est communiter tenenda,& seruanda sicut serua-
tur in practica iudicando,& consulendo,per dictum
cap.si pater.quod factum fuit post dictam legem,hu-
manitatis.quae fuit Iustiniani Imperatoris,qui assum-
ptus fuit ad Imperium anno domini quingentesimo
vicesimooctauo,& obiit anno quingentesimosexage-
simosexto.dictum verò cap.si pater.fuit compositum
per Bonifacium Papam octauum electum ad Papa-
tum anno domini millesimo ducentesimo nonagesi-
moquarto, & obiit millesimo trecentesimotertio, vt
in chronicis Romanorum pontificum,& Imperatorũ
leguntur,ita quòd longissimo aeuo facta fuit dicta de-
cretalis, si pater.post dictam legem, humanitatis. per
quam decretalem confirmatur dispositio iuris ciuilis
excludens matrem à successione filii per substitutio-
nem pupillarem,ideo ista opinio est firmiter tenenda
tanꝙ verissima, quam etiam,vt dixi,Docto.commu-
niter sequuntur. Et hoc est verũ de expressa pupillari.
61 ¶ † Quid autem sit de tacita pupillari vidẽdũ est.Circa
quod sciendũ est, ꝙ gl.in l.fi.super verbo,prior.C.de
institu.substitu.restit.sub condi.fac.tenet, quòd tacita
pupillaris contenta in expressa vulgari, non admitti-
tur cõtra matrẽ.& haec est cõis opinio,quae probatur
per d.l.precib⁹.& l.in testã.C.de testa.mili.& l.Lucius.

61 ff. de vulga. in quibus Docto. dicunt esse casum. † Sed glo. in dicta l. centurio. & dicta l. Lucius. tenuit cōtrarium, scilicet quod dicta tacita pupillaris admittatur contra matrē. & illius glo. opinionem sequuti fuerūt Christophorus de Castilione, Rapha. Fulgo. & Rapha. Cumanus illius discipuli dicentes prædictā opinionē cōmunem manifeste fore erroneā per sua motiua, & potissimū cum habeamus multas leges dicentes quòd in expressa vulgari continetur tacita pupillaris, & ecōtra dicta l. iam hoc iure. ff. de vulga. & l. quamuis. C. de impube. & al. subs. cum similibus. & sæpe videamus euenire, quod pupillus decedat viua matre, non est verisimile quòd legislator hunc casum indeterminatū reliquisset, argum. l. nam ad ea. ff. de legib. Sed secundū eos ille casus nullibi reperitur decisus. Nec est lex quæ dicat, quod tacita pupillaris, non admittatur contra matrem: hoc ergo dicere non debemus. l. illam. C. de collatio. & in authen. de trien. & semis. §. consideremus. colla. iij. Sed ista eorum ratio confunditur per tex. dictę l. precibus. & tex. dictæ l. fi. C. de insti. subs. sub cōdi. fac. quā\[q\] ipsi allegent eam pro se, inducendo eam à casu speciali intelligentes, quòd ibi tacita pupillaris ideo non admittitur contra matrem, quia mater ibi erat instituta cohæres cum filio, ideo præsupponit ius cōmune esse in cōtrarium. l. j. in fin. ff. ad municipal. & l. ius singulare. ff. de legib. Sed secundū Bald. ibi, & Salice. post patruum suum Richardū de Salicetis tex. illius l. aliter loquitur, & est illa lex notabilis in multis. Primo in hoc, quòd si quęratur, an tacita pupillaris admittatur contra matrē erit recurrendū ad voluntatē testatoris, vt probat ibi tex. in versic. ibi, tam Vlpiano, de quo infra dicetur. & notatur per glos. in d. l. precibus. quæ glos. nō aiaduersa tunc de dicta l. fi. eam nō allegauit. Item notabilis in alio est l. illa fi. secundū prædictos Docto. Bal. & Sali. in eo, scilicet quia illud, quod dicitur tacitam pupillarem cessare propter matrem, debet intelligi si mater superuixerit, & velit succedere: quia ipsa præmoriēs hoc ius non transmittit, vt ibi probatur, secundū Oldrad. Tertio quia quando mater est in medio, si quæratur an tacita vulgaris contineat pupillarē, hoc est incertū, quod declarabitur ex euentu futuro: quia matre superuiuente, & volente succedere, non includitur dicta tacita pupillaris: secus si non superuiuat, vel superuiuat, & nolit succedere: interim ergo sumus incerti. & sic gloss. dictarum legū, centurio. & Lucius. dicentes tacitā pupillarem ibi non contineri in expressa vulgari matre existente in medio, non sunt simpliciter verę, nisi vt inquit Bald. illas intelligamus, quando mater est in medio cum successionis effectu. & hoc etiam explanauit Paul. de Cast. in dicta l. centurio. concludens illam pupillarem tacitam contineri in expressa vulgari, sed non admitti contra matrē volentē succedere, per eādem l. fi. Sed si mater exeat de medio, talis pupillaris resumit vires, quas ex postfacto non resumeret si ab initio non continebatur, argumen. l. quod ab initio. ff. isto titu. Et quā\[q\] dicti de Castilione, Cuma. & Fulg. pro sua opinione allegēt id, quod habet Instit. de Tertul. na consul. §. præterea. illa allegatio est importuna: quia ille tex.

63 loquitur in successione intestati si bene videatur. † Ideo consulendo & iudicando non est recedendum à communi opinione prædicta, quæ tenet pupillarem tacitam contineri in expressa vulgari, scilicet, quòd non admittetur contra matrem superuiuentem pupillo, &

64 succedere volentem, per superius allegata. ¶ † Quod tamē est intelligendū in omnino tacita pupillari comprehensa in expressa vulgari: vbi verò non est omnino tacita, vt est comprehensa in compendiosa, vel breuiloqua, secus est, quia in genere, licet non in specie, dicitur expressa, ideo admittitur cōtra matrē, secundū Bart. in d. l. Lucius. iij. quæstione principali. versu, secūdo quæritur. vbi est casus secundū cōiter Docto. & hoc etiam voluit glos. & ibi Docto. in sæpedicta l. precibus.

¶ Vult etiam Io. de Imol. in sæpedicto c. Rainutius. quod substitutio, vt sequitur, facta, scilicet si testator dicat, filium meū pupillum instituo, & si hæres non erit, vel erit hęres, & infra ætatem pupillarem decesserit, Titius sit hæres, admitteretur cōtra matrem eadē ratione qua coniēcta in cōpendiosa, vel breuiloqua. facit quod ha-

65 betur in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. ¶ † Sed quæritur circa hoc, an tacita pupillaris comprehēsa in vulgari excludat patrem, licet, vt dictū est, non excludat matrem, vt ecce auus emancipauit filium, & nepotē ex eo impuberē retinuit in potestate, cui nepoti substituit vulgariter, vtrum pupillaris tacita cōprehēsa in illa vulgari excludat patrem. de expressa autē pupillari nō esset dubiū, per dictū §. sed nec impuberis. de tacita verò videretur aliud esse in patre quàm in matre, quia nullo iure cauetur, quod illa nō admittatur contra patrē, igitur nō est dicendū, vt dicta l. illam. & dicto §. consideremus. Barto. in d. l. moribus. tenet quod idem sit in patre, sicut & matre, ita quòd cōtra neutrū admittatur tacita pupillaris: quoniā vtriusq; est eadem ratio, ne à luctuosa filij successiōe excludatur: ergo idem ius esse debet, vt l. illud. ff. ad l. Aquil. Imò maior ratio videtur in patre, cum sit de ascendentibus testatoris. Ideo non est verisimile, quòd testator voluerit eum excludere, & alias successiones suis anteferre, vt l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. cum auus. ff. de condi. & demonst. Ideo isto casu si pater & mater pupilli sibi superuiuāt, ambo ad hæreditatem eius æqualiter admitterentur ab intestato, vt in authen. defuncto. C. ad Tertul. & in authen. de hæred. ab intest. §. consequens. coll.

66 ix. † Ipsi tamen opinioni Barto. obstare videtur: quia sicut auus nepotis exclusit patrem ipsius filiū testatoris ab hæreditate sua per substitutionem vulgarem factam ipsi nepoti in sua portiōe, videtur multo fortius fuisse illius mentis excludere eum ab hæreditate pupilli. Sed Io. de Imol. in d. l. moribus. ibi recitatus per Alexand. ad hoc dicebat istud esse intelligendū, & limitandum, quando extraneus fuit nepoti vulgariter substitutus, & grauatus multis oneribus legatorū, nec voluit testator grauare filium suum patrem nepotis: quia tunc procedat opinio Barto. & cessat tunc ratio prædicta adducta contra eum. vel secundū eundem Ioā. de Imol. dici potest, quòd non est eadem ratio in portione delata ipsi nepoti per auum, & in hæreditate propria ipsius pupilli: quia hæreditas ista pupilli est debita patri, & in illa saltem debet habere legitimam, vt l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testamen. Sed portio relicta per auum nepoti, non erat debita ipsi patri nepotis habita consideratione, quòd auus in illa potuisset extraneum instituere, ideo noluit lex per suam interpretationem tacitæ pupillaris excludere patrem ab hæreditate pupilli. Et hoc idem tenuit ipse Ioan. de Imol. in d. c. Rainutius. & prius tenuerat Gulielmus de Cug.

de Cug.in dicta l.precibus.in materia vulgaris,qui
tamen limitabat istam opinionem non procedere,
vbi pater pupilli fuisset mala mẽte exhæredatus ab
auo.Ad quod allegabat in authen.de hæred.& falc.
§.exhæredatos. collat.j.& l.patronus. §.si quis non
mala mente.ff.de bo.liber.quod sequutus fuit Salic.
in dicta l.si testamento.Opinioni Bart.contradixe-
runt Fulgos.& Cuma. Sed cõmunis opinio est ve-
rior sequens Bart.& ideo tenẽda quam tenent Sali.
67 Paul.de Castr.& vterq; de Imol. ¶†Est etiam scien
dum,quòd dicta in matre locum habent in auia,&
auo materno, secundum communiter Docto. quia
auia,& auus maternus loco matris succedunt. facit
quod habetur in l.vbi auiarum.C.de suis & legiti.
liber. & quia mater & auia pariter priuilegiantur,
in authen.matri & auiæ. C.quando mul.tu.offic.&
hoc etiam tenuit Guliel.de Cug.in dicta l.precibus.
& ibi Angel.& Salic.& Ioan.de Imol.in locis alle-
gatis.Fulgos.& Cuma. tenent contrarium per suas
allegationes,quæ parum valent,vt fuit superius al-
legatum.Et etiam quia,vt dicit Alexan.de Imola,
si eorum opinio esset vera, sequeretur quòd semper
tacita pupillaris excluderet matrem pupilli,vt ipsi
voluerunt cõtra l.precibus.& communem opinio-
68 nem verissimam & sequendam.¶†Dixerunt etiam
aliqui,quòd sicut mater,pater,auia,& auus mater-
nus,non excluduntur per omnino tacitam pupilla-
rem,ita nec excludatur per eam frater pupilli,argu
mento dicti §.cum autẽ. & dictæ l.cum acutissimi.
& hæc fuit opinio Guliel.de Cug.quam Raynerius
fatebatur esse veram in fratre vtrinq; cõiuncto,qui
cum matre simul succedit ab intestato, vt dicta au-
thent.defuncto.& dicto §.consequens. secus dicebat
in fratre ex vno tantum latere cõiuncto ipsi pupil-
lo,cum ille in successione non parificetur matri per
69 dicta iura. †Sed Bar.in dicta l.moribus.stat in hoc
vltimo casu cum opinione Raynerij,quando frater
ille pupilli sibi coniunctus est ex latere matris tan-
tum,cum non sit de ascendentibus testatoris , & sic
cessant rationes dictorum iurium. §.cum autem. &
l.cum acutissimi.Sed vbi esset coniunctus frater ex
latere patris,remanet ratio iurium prædictorũ,cum
sit de descendentibus testatoris.Hoc tamen limitat,
vbi extraneus esset pupillo substitutus fauore dicti
fratris pupilli,vt superius fuit exẽplificatum : aliàs
70 secus secundum eum.†Bal.vero in allegata l.preci-
bus.tenet indistinctè,quòd frater pupilli excluditur
per tacitam pupillarem comprehensam in vulgari
expressa,vt etiam voluit Iaco.Butrig. quia non est
eadem ratio in fratre , quæ est in matre,cum matri
sit debita legitima in bonis filij sui pupilli, sed non
est debita fratri in bonis fratris : igitur cum non sit
eadem ratio,id,quod statuitur in matre,non est ex-
tendendum ad fratrem,argumento l.ij.& fin. C.de
interdict.matr.& l.fin.C.de calumnia. & hæc opi-
nio Bal.& Iacob.Butrig. videtur verior de iure, se-
cundum Ioan.de Imol.in allegato cap.Raynutius.
71 quicquid dixerint Guliel.Raynerius & Bar.¶†At-
tendite tamẽ circa præmissa,nam hoc quod dictum
est, tacitam pupillarem comprehensam in vulgari
expressa non admitti cõtra matrem,recipit limita-
tionem , nisi contrarium appareat fuisse de mente
testatoris,vt notatur per glos.in dicta l.precibus.de
qua mente poterit ex coniecturis apparere, quæ con
iecturæ, secundum Bart.& Docto.in dicta l.mori-
bus.sumi possunt ex verbis testatoris.Vt quia testa
tor prius quàm testaretur dixit, quòd si filius suus
pupillus moreretur,nollet quòd vxor sua mater di-
cti pupilli haberet vnum obolum,aut simile protu
lit verbum : quia præsumitur perseuerasse in eadem
voluntate tempore testamenti,argumento l.Titia.
§.idem respondit.ff.de verbo.oblig. facit quod no-
tatur in l.si quis in fundi vocabulo. ff.de legat.j. Et
idem secundum Bald.in dicta l.precibus. si testator
dicta verba protulit ex interuallo post testamentũ:
quia agitur de declaranda voluntate testatoris. Vel
etiam secundum Docto.mens testatoris colligi pò-
test ex alijs per eum prolatis in testamento,vt si te-
liquerit aliquid matri pupilli,& voluit eam illo re-
licto fore contentã, nec aliud petere posse,dummo-
do illud relictum sit à substituto pupilli:secus si re-
lictum esset ipsi matri à pupillo : quia tunc ad suc-
cessionem eius non prohiberetur venire: quia ista
verba intelligi debent rebus sic manentibus, argu-
72 mento l.Paulo Callimacho.§.j.ff.de legat.iij.†Vult
tamen Barto.in allegata l.moribus. quem sequitur
Ioan.de Imol.in dicto cap.Raynutius.quòd si testa-
tor aliquid annuũ reliquisset vxori donec vixerit,
& vitam vidualem honestamq; duxerit, quòd exclu
deretur per tacitam pupillarem:quia ex quo est an-
nuum legatum,& potest se extendere post mortem
pupilli,intelligitur etiam relictum ab ipsius pupil-
li substituto. Ad quod facit l.si fundum sub condi-
tione.§.si pater.ff.de lega.j.quod tenete menti:quo-
niam talia legata sæpe fiunt vxoribus in testamen-
73 tis maritorũ. †Voluit etiam Bal.in dict.l.precibus.
versu,circa secundũ.quòd si testator legauit aliquid
matri pupilli,si nõ nupserit secundò,& ipsa nubat,
nõ poterit venire ad successionem pupilli, imò ex-
cludetur per tacitam pupillarem ex mente testato-
ris præsumpta. quod etiam tenet Angel.in dicta l.
moribus. quoniam per transitum ad secunda vota
fit iniuria filio,vt in authen.de non eligen. secundo
nuben.§.perspeximus.collatio.j.Sed hoc secundum
Ioan.de Imol.in locis allegatis,non videtur verum,
quoniam nullo iure hoc cautũ reperitur,argumen-
to dictæ l.illam.C.de colla. & in authen.de trien.&
74 semis.§.consideremus.collat.iij. ¶†Item mater per
transitum ad secundas nuptias non repellitur à suc-
cessione filij intestati, dummodo illi pupillo petie-
rit tutorem dari.l.ij.§.si mater.ff.ad Tertullia. facit
quod habetur in l.mater.& l.omnem.C.eod.titu.&
l.sciant.C.de legiti.hæred. Nec obstat iniuria irro-
gata filio per secundas nuptias matris : quia quæli-
bet iniuria nõ inducit ademptionem institutionis
vel legati, nisi sit grauis,vt l.iij.§.fin. cum ibi nota-
tis.ff.de adimen.vel transfe.lega.Sed ista non est di-
cenda grauis,per ea quæ habentur in dicto §.si ma-
ter.& in cap.j.& ij. extra de secun.nup. Non obstat
etiam ratio Bal.dicentis,quòd eo ipso,quòd testa-
tor noluit eam habere legatũ,si transiret ad secunda
vota,multo fortius id dici debet, quòd noluit eam
habere hæreditatem pupilli, argumento authenti.
multo magis.C.de sacrosanct.eccle.& eius quod ha
betur in cap.cum in cunctis.in princ.extra de elect.
quia dici potest,secundum Ioan.de Imola,quòd di-

cta argumentatio nõ procedit in isto casu, quia vbi
excluditur mater à legato, hoc est eam excludere à
bonis testatoris. Sed vbi agitur de ea excludenda à
successione sui filij pupilli per tacitam pupillarem,
non agitur de excludẽdo eam à bonis testatoris, sed
ipsius pupilli, ad quam ab intestato mater vocatur,
vt dicta authen. defuncto. & dicto §. consequens. Et
quamuis in hæreditate pupilli inueniat bona testa-
toris, quæ sunt effecta pupilli, mutata tamen sunt
mutatione personæ, vt l. si is qui. cum ibi notatis.
ff. de vulg. & l. Paulus. aliàs, per procuratorem. ff. de
acquir. hæredi. & l. fin. in fin. C. de inoffic. testamen.
Illud autem debet attendi, quod fit principaliter, &
non quod venit per consequentiam, argumento l. j.
in fin. de autori. tuto. & eorum quæ notantur in l. si
75 quis nec causam. & l. rogasti. ff. si cert. pet. ¶ † Potest
etiam vltra superius dicta sumi alia coniectura de
mente testatoris, quòd voluerit per tacitam pupil-
larem matrem excludi ex conditione dictæ matris,
quæ fortè erat adultera, ob quod adulteriũ erat ini-
mica patri: quia tunc verisimile est testatorem vo-
luisse illam fore exclusam per tacitam pupillarem,
argumento dictæ l. iij. in fin. ff. de adimẽ. vel transfe.
lega. facit l. si inimicitiæ. ff. de his quibus vt indig.
& hoc quando testator sciebat adulterium. Idem ta
men videtur dicendum, secundum Bar. & Docto. si
dictum adulterium ignorante etiam marito cõmi-
sisset: quia si sciuisset, verisimiliter vetuisset eam ha
bere hęreditatem pupilli. Ad quod facit illud quod
notatur per glos. notabilẽ in l. fideicõmissum. C. de
fideicommis. Per quod dicit ipse Bar. quòd etiam si
mortuo testatore inhonestè viuat, excludetur à suc-
cessione filij sui pupilli, per notata glos. in l. sororẽ.
C. de his quib. vt indig. Hoc tamen casu, secundum
Ioan. de Imol. non excludetur ex præsumpta volun
tate testatoris, per cuius mortẽ illa voluntas finita
est, vt l. iiij. ff. locati. Sed bene poterit tunc ab ea au-
ferri hæreditas pupilli, tanquam ab indigna, per no
tata in dicta l. sororem. & l. hæreditas. eod. ti. & hoc
tenuit Fran. de Ramponibus, quem recitat & sequi-
tur Ioan. de Imol. in dicto cap. Raynutius. & Barto.
quem allegat in l. j. ff. de his quib. vt indignis. Circa
hoc tamẽ videte plenius Bar. Bal. & Sali. atq; Doct.
76 in dicta l. fideicõmissum. ¶ † Excludetur etiam ma-
ter per tacitam pupillarem, secundum Docto. si sit
exclusa ab hæreditate filij, eò quòd illi tutorem non
petierit, per id quod habetur in dicta l. ij. §. filijs. & §.
si mater. ff. ad Tertul. cum cõcor. superius allegatis.
Et idem secundum Salic. in sæpe dicta l. precibus. si
ipsa mater aliqua de causa filio pupillo succedere
77 non possit, vt l. j. §. fi. ff. de bo. pos. contra tab. ¶ † Ex
cõditione etiam personæ substitutæ tacita pupilla-
ris admittitur contra matrẽ, vt quia substitutus est
frater impuberis, argumẽto dictæ l. cum acutissimi.
& notatur per glos. in dicta l. precibus. in fin. quam
sequuntur Pet. & Cyn. in dicta l. fin. C. de instit. sub
condi. fa. & ibi Angel. & Salic. & idem Angel. in l.
in testamento. C. de testa. mili. & Angel. & Paul. de
Cast. post Bar. in dicta l. precibus. & Rapha. Cuma.
in dicta l. iam hoc iure. & Paul. de Castro in dicta l.
Lucius. recitati per Alexan. de Imol. in sæpe dicta l.
moribus. xv. col. Addatis Angel. Aret. Instit. de pu-
pilla. in prin. vltimæ colum. Ioan. tamen de Imola
in dicta l. moribus. & in dicto cap. Raynutius. tenet
contrarium post Iaco. Butrig. & Bal. in dicta l. pre-
cibus. versu, circa tertium. & hoc per iura, quæ sim-
pliciter dicunt tacitam pupillarẽ non admitti con
tra matrem, nec distinguunt qualitatem substituti,
vt dicta l. fi. & allegata l. precibus. & quia interpre-
tatio legis non debet plus fauere fratri, quàm matri
pupilli, cui magis debetur ipsius pupilli hæreditas,
quàm fratri. quod patet, sicut suprà dictũ fuit: quia
legitima debetur in ea matri, quæ non debetur fra-
tri, per notata in l. nam & si parentibus. ff. de inoffic.
testamen. & authen. nouissima. C. eod. tit. & authen.
non licet. & authen. ex causa. C. de liber. præte. & in
authenti. vt cum de appel. cog. §. & hæc quæ dispo-
suimus. collat. viij. Nec obstat lex, cum acutissimi.
quia nõ facit ad propositum, de quo hic tractatur,
scilicet de substitutione pupillari, per quam succe-
ditur pupillo, sed in dicta l. cum acutissimi. cum si-
milibus, tractatur de substitutione fideicõmissaria,
per quam succeditur testatori, vt dicta l. cohæredi.
§. cum filiæ. Item glos. dictæ l. precibus. quam alle-
gat Bar. & sui sequaces, intelligenda est, & ita ad lite
ram loquitur de pupillari comprehensa in breuilo-
qua vel cõpendiosa, quæ verbis generalibus est ex-
pressa, licet specialibus tacita: ideo tanquã expressa
admittitur contra matrem, vt ibi habetur & in di-
cta l. Lucius. Et ita dicit ipse Ioan. de Imol. tam per
suprà dicta, quàm per eum allegata, istam suam opi
nionem, quæ fuit Iacobi Butrig. & Bald. esse de iure
veriorem. durum tamen esset, secundũ eum, recedere
ab opinione glos. & suorum sequacium, quæ cõmu
78 niter tenetur. † Alexan. verò de Imol. in dicta l. mo-
ribus. cogitauit opiniones istas concordare dicẽdo,
quòd si filius pupillus à patre institutus, cui facta
fuit expressa vulgaris, adiuit hęreditatem patris, &
sic paterna, & pupillaris hæreditates fuerunt com-
mistæ, procedat opinio Bar. scilicet quòd frater pu
pilli substitutus per tacitam pupillarem cõtentam
in dicta vulgari expressa excludat matrẽ, cum hæ-
res pupilli sit hæres testatoris, vt dicta l. fi. C. de hæ-
redib. institu. & l. paterfamilias. ff. de vulga. Si verò
dictus pupillus abstinuit paterna hæreditate: quia
tunc tractatur solum de tacita pupillari, & cessent
rationes Bar. videretur verior opinio Iaco. Butrig.
Bal. & Ioã. de Imol. & ad id quod dictum est de cõ-
mistura hæreditatum, facit quia ex communione
quis consequitur, quod aliàs non consequeretur, vt
l. si communem. ff. quemadmo. ser. amit. & hanc cõ-
cordiam dixit ipse Alexã. se à nemine scriptam in-
uenisse, sapere tamẽ æquitatem. Concludit tamẽ in
iudicando & consulendo non esse à communi opi-
nione recedendum, vt etiam suadet Paul. de Castr.
in dicta l. Lucius. in fin. & Angel. Are. breui sermo-
79 ne, Instit. de pupil. in princip. v. col. ¶ † Potest au-
tem quæri quot testes requirantur ad probationem
præsumptæ voluntatis testatoris, quòd voluerit ta
citam pupillarem excludere matrem. dicit ad hoc
Ioan. de Imol. quòd si teneamus opinionem glos. in
dicta l. centurio. quæ est, quòd tacita pupillaris non
contineatur in expressa vulgari matre existente in
medio, requirerentur septẽ testes: quia tunc tracta-
retur de inducenda, & nõ simpliciter declaranda vo
luntate testatoris defuncti, per illud quod habetur
in l.

in l.hæredes palam.§.si quid post. ff.de testam.& in
l.ij.C.de bo.pos.secundum tab. & l.cum propone-
batur.ff.de legat.ij Sed si teneamus aliā opinionem,
scilicet quòd cōtineatur tacita pupillaris in expres-
sa vulgari,etiam vbi mater est in medio, licet con-
tra eam nō admittatur non apparente cōtraria vo-
luntate testatoris,quæ est vera,vt suprà diximus.&
probatur in dicta l.fin. C.de insti. sub condi.factis.
& dicta l.precibus.sufficerent duo testes : quia tunc
agitur non de inducenda,sed declaranda voluntate
80 defuncti,iuxta notata in iuribus allegatis.¶†Quar
tus autem,& vltimus effectus est pupillaris substitu
tionis:quia quos potest sibi pater facere necessarios
hæredes,potest facere pupillo per pupillarem sub-
stitutionem, vt dicta l.sed & si plures. §.quos pos-
sunt.& dicta l.moribus.§.prius.in fin.ff.de vulgari.
Ideo licet quis filium suū instituendo sub conditio-
ne potestatiua de necessario faciat eum voluntariū,
vt l.iam dubitari.ff.de hæredib.instit.ipsum tamen
substituēdo alteri filio pupillo purè,erit sibi neces-
sarius hæres:quia sufficit quòd pater eum facere po
test necessarium,secundum Paul.de Cast.in dicto §.
quos possunt. & reddit rationem , quia reputatur
vnum testamentum patris,& filij. Et sequitur inde
vtilitas , quia sicut transmittit hæreditatem patris
non aditam iure suitatis,ita & fraternam,quamuis
hæreditas fraterna non transmittatur ex potentia
suitatis,vt l.quoniam sororem. C.de iure deliberā.
& l.vnica.§.in nouissimo.C.de cadu.tollē. Sed isto
casu trāsmittitur ex substitutione pupillari, de qua
idem iudicatur quod de paterna, secundum Bar.in
dicto §.quos possunt.vbi etiā per vtrunque de Imol.
& Sali.in sæpe dicta l.si testamētum.quod est mul-
tum vtile scire,secundum prædictos Doct. propter
transmissionem hæreditatis,iuxta plenè notata per
Bar.& Docto.in l.ventre. ff.de acquir.hæred. & l.si
fratris.C.de iure deliber.& l.apud hostes. C.de suis
81 & legit.hæred. ¶†Superest videre de vltimo princi
pali quæstio, videlicet qualiter pupillaris substitu-
tio finiatur.glos.& Bar.in l.in pupillari.ff.de vulg.
hoc tractant & ponunt ibi sex modos quibus finit.
¶Primus est per pubertatem,vt in dicta l.in pupil-
lari. Circa quod est aduertendum, quòd satis est in
masculo, quòd sit ingressus vltimum diem anni quar-
tidecimi, & in fœmina duodecimi:quia tunc potest
facere testamentum,vt dicta l.qua ætate.ff.de testa.
82 quod probatur in illo tex.in fi. secundū Doct.†Se-
cundus modus est, si testator aliud testamentum va
lidum postea fecerit, per quod reuocet primum, &
contenta in eo,per dictam l.si quis eum.§.fin.Secus
secundum Ioan.de Imol. si secundum non esset iure
factū,per illud quod habetur in l.si iure.ff.de leg.iij.
Circa quod est aduertēdum pro declaratione,quòd
testamentum patris,& testamentum filij pupilli,vt
superius dictū fuit , potest fieri diuersis tēporibus.
Nec rumpitur paternum per pupillare diuerso tem
pore factum, sed per aliud paternū bene rumpitur
pupillare ab eo dependēs, nisi secundum paternum
sit inutile seu nullum,puta fortè ratione præteritio-
nis,vt probatur in dicta l.si quis eum.§.fi.Et ex hoc
patet quòd testamētum paternum,& pupillare di-
cuntur quandoque diuersa testamenta,& quandoque
vnum,vt habetur in dicto §.fin. & l.patris & filij.

83 eod.tit.†quia si fiant simul,& vnico contextu , alis
quibus respectibus possunt dici vnum,& alijs respe
ctibus possunt dici plura. Respectu enim causæ effi-
cientis, quia vnus & idem pater testator vtrunque fa
cit,dicitur re vera vnum testamentum,vt nota.per
glos.in dicta l.patris & filij.Et idem respectu solen-
nitatis:quia sufficit vnica testiū solennitas, puta se-
ptem,nō autem quatuordecim.Tertio ratione sub-
scriptionum, in quibus satis est, quòd testes in suis
subscriptionibus faciant mētionem de paterno, vt
colligit Paul.de Castr.in dicta l.patris & filij.Sed si
essent duo testamenta diuersa,quæ eadem scriptura
fieri possent,secundū Bar.ibi & Bal.in l.licet.C.de
pactis.licet sufficiant ad solennitatem dictorum te-
stamentorum septem testes, vt ibi dicunt Doct.per
l.si quis ex argētarijs.§.initium.ff.de eden. Testes ta
men in suis subscriptionibus debebunt facere men-
tionem de quolibet testamento,per l.penult. C.de
testa. Sed secus est in istis testamētis patris & filij si-
mul factis.Quartò dicuntur vnū ratione dependen-
tiæ,quia si testamentum paternum,quod est princi
pale,sit nullum à principio,vel ex post facto, ipso
iure similiter annullatur pupillare,vt dicta l.si quis
eum.§.fi.& dicto §.liberis.instit.de pupil.hic allega
84 to in glos.pro declaratione huius regulæ. ¶†Alijs
vero respectibus possunt dici plura. ¶Primò,quia
licet re vera sit vnus testator,tamen finguntur plu-
res:quia à pupillo fingitur factū pupillare, vt pro-
batur in dicto §.fi.¶Secundò propter duas hæredi-
tates, vt dicta l.moribus. §. prius. Ex quo patet quòd
vna potest acceptari, & alia repudiari, vt dicta l.si
filius qui patri.ff.de vulga.Quod fieri non posset,si
esset vna hæreditas : quia pro parte nō potest adiri,
& pro parte repudiari,vt l.j.& ij.ff.de acquir.hære.
Circa hoc cætera videatis per glos.& Doct.in dicta
l.patris & filij. Quando autē fiunt diuersis scriptu-
ris , dicūtur diuersa suprà dictis respectibus,& etiā
quia tunc requiritur duplex solēnitas,vt antè dicto
§.fi.l.si quis eum. quāuis etiam possint dici vnum,
85 quia ab eodē testatore fiunt,vt ibi habetur.¶†Ter-
tiò pupillaris substitutio finitur natiuitate posthu-
mi præteriti,vt l.si pater filium.ff.de vulg.Illud ta-
men procedit de iure antiquo:hodie verò conserua-
tur substitutio pupillaris,per authen.ex causa.C.de
liber.præte. vt superius fuit dictum, & allegatum.
86 ¶†Finitur quartò,si non adeatur hæreditas ex pa-
terno testamēto,de quo tamen dicendum est,vt fuit
87 plenè dictū superius. ¶†Quintò finitur capitis di-
minutione,etiā minima ipsius pupilli interuenien-
te,vt quia dederit se alteri ad arrogādum in filium,
vt l.nec ei.§.eorum.ff.de adopt.de rigore enim iuris
finitur tunc ipsa substitutio pupillaris, non tamen
finitur quo ad effectū, cum ex stipulatione expressa
vel tacita ficta à iure substitutus pupillaris possit
petere bona pupilli,quæ habebat tempore,quo fuit
arrogatus,vt dicta l.nec ei.& l.his verbis.eod.tit.&
fuit etiam superius dictum.Sed interueniēte magna
capitis diminutione , vt quia pupillus doli capax
cōmisisset delictum,propter quod fuisset deporta-
tus,finiretur ex toto substitutio pupillaris,cū esset
effectus intestabilis.l.eius qui.§.j.ff.de testam.secun-
dum Ioan.de Imol.in dicto c.Raynutius.qui dicit,
& bene, secus esse in fideicōmissaria substitutione,

quæ non euanescit per deportationem instituti gra
uati fideicõmisso. Et ratio est, quia per eam nõ suc-
ceditur pupillo instituto, sed testatori, vt sæpe alle-
gata l.cohæredi.§.cũ filiæ.& probatur hoc in l.Sta-
tius Florus.§.Cornelio Felici. ff.de iure fisci.facit l.
88 ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.¶ †Finitur etiã sextò
emancipatione, vt quia à patre pupillus emancipe
tur, vt superius dixi, circa quintum requisitum ad
substitutionem pupillarem. licet autem emancipa-
tione pupilli euanescat substitutio pupillaris, nõ ta
men euanescit institutio de eo facta, vt dicit Paulus
de Castr.in d.§.cum filiæ. Institutio enim fieri po-
test de quolibet capace, etiam extraneo vel emanci
pato, vt probatur in l.filio quem pater. ff.de liberis
89 & posthu. ¶ †Septimò finitur taxatione testatoris,
qui minorem ætatem quatuordecim annorũ in ma
sculis, vel duodecim in fœminis apposuit: quia post
tempus taxatum non durat, vt d.l.si ita quis. ff.de
90 vulga.¶ †Octauò finitur ex superuenientia libero-
rum, quia pupillus, vbi malitia supplet ætatẽ, po-
test matrimonium cõtrahere, & gignere liberos, vt
in cap.à nobis.& in cap.de illis. extra de desponsa.
impub.& facit quod not.per glo.xx.q.j.in summa.
vbi recitat beatum Gregorium in dialogo referen-
tem de quodam puero ætatis nouem annorum, qui
nutricem suã grauidauit. Et in hoc casu assignatur
ratio, secundum Doct. quia ex quo pupillus genuit
liberos, illi debẽt succedere excluso substituto: quia
etiam si impubes potuisset testari, testamẽtum eius
rumperetur propter superueniẽtiam liberorum.l.j.
& ij. C.de posthu.hæred.instit. cum similibus supe-
91 rius allegatis. ¶ †Nonò & vltimò finitur substitu-
tio pupillaris defectu extrinsecæ cõditionis adiectæ
in ea, vt d.l.sed & si plures.in princi. ff.de vulga. &
pupi.Et hæc sufficiant super primo exẽplo hic po-
92 sito in glos. ¶ †Deinde ista glos. secundo dat exem-
plum in hac regula de l.ij.ff.de penu lega.vbi legata
certa penu, cum certis vasis, si viuo testatore cõsum
pta sit penus, cessat legatũ vasorum, quibus illa pe-
nus continebatur. Et ratio redditur in l.nam quod
liquidẽ.§.j.eod.tit.quoniam vasa penus legatę non
sunt legata, sed accessio legati, vt ibi dicit text.ele-
ganter, & hoc ad similitudinẽ peculij, vt dicit text.
dictæ l.ij.in fi. Ad quod facit l.j.& ij.ff.de pecul.leg.
& maximẽ in l.ij. vbi per glos.allegatur, & ad lite-
ram verificatur hæc regula, vbi dicit tex. quod ea quæ
obtinẽt locum accessionum, extinguuntur cum res
principales peremptæ sunt: vt si alicui per testato-
rem fiat legatum serui cum peculio, mortuo seruo,
alienato vel manumisso extinguitur legatũ peculij,
quod est accessorium. Quod tamen intelligitur, se-
cundũ Bart.ibi, vbi illud principale, scilicet seruus
legatus viuo testatore, & sic antequam cederet dies
legati, fuerit alienatus, mortuus vel manumissus: se-
cus si antea dominus serui decessisset: quia tunc ces-
sisset dies legati, nec esset tũc inutile etiam legatum
accessorij, vt l.tunc inutile.cum l.seq.ff.de pecul.leg.
93 ¶ †Glos.subsequenter opponit cõtra istam regulam
de l.Intelligere. C.de luitione pign. vbi secundum
vnam lecturam tempore sublata actione personali,
quæ principalis est, durat hypothecaria, quę est ac-
cessoria.Item de l.& si is.C.de præd.mino.vbi quã-
uis alienatio rerum minorũ sit eorum fauore prohi
bita, tamen obligatio pignorum pro euictione re-
manet firma, & sic non subsistẽte causa principali,
ea quæ sequuntur ex ea locum habent contra istam
regulam, quæ dicit contrarium. Ad has oppositio-
nes respondet glos.quòd ideo in isto tex.apponitur
dictio, plerunque, ad denotandũ, quòd regula fallit in
aliquibus casibus, & maximẽ in allegatis. Causas ta
94 men fallentiarum non assignat. †Ideo sequẽdo di-
cta Doctorum in d.l.intelligere. sciendum est, quod in
hac generali quæstione, an sublato principali sub-
moueatur vel duret accessoriũ, est materia brocardi
ca diffusa & periculosa, secundum Sali.ibi, ita quòd
quædam in ea insolubilia videntur. & per Pet.Cy.
Iaco.Butrig.Io.Fab.Alber.& Sali.plures circa hoc
95 distinctiones ponuntur, †considerantes quòd circa
plura genera potest accessorium versari, videlicet
circa personas, vt est videre in filijs mulieris ancil-
læ, vt ff.in rubric.de vsuris, fructibus & accessioni-
bus.& l.partum.& l.Paulus.eod.tit. quamuis, vt di
cit Alber.& alij Doct.impropriẽ illa dicatur acces-
sio: quia absurdum videtur hominem esse in fructu,
96 vt l.in pecudum.eod.tit. †Secundò accessoriũ ver-
satur circa res, vbi res accedit rei vel personæ, vt vi-
deri potest in equo, cui accedit sella vel capistrum,
& in veste, quæ accedit homini, vt l.j.§.quæ deposi
97 tis.ff.deposi. †Quandoque & tertio est accessio obli-
gationum & actionum, quando obligatio accedit
obligationi & actioni, vt est hypothecaria & fide-
iussoria, quæ accedit principali, vt d.l.intelligere.&
98 l.j.& l.Græcẽ. §.j.ff.de fideius. †Quarto aliquando
actio accedit actioni, quod differt à proximo mem-
bro, sumendo largo modo actionem pro officio iu
dicis. Quædam enim actiones habẽt obligationem
matrem, vt l.licet.§.ea obligatio. ff.de procur.& il-
lud cadit sub præcedenti membro. Aliæ autẽ actio-
nes dici possunt, quæ non habent obligationẽ ma-
trem, sicut est officiũ iudicis, vt l.cum postulassem.
ff.de dam.infec. & l. qui per collusionem. ff.de actio.
empt.& vend.quod in effectu cedit actioni, vt l. iiij.
C.deposi.& actionis verbo officium iudicis conti-
netur, vt l.actionis verbo.ff.de actio.& obli.& not.
Instit.de actio.in prin.& §.præterea.in fi. per glos.
vt plenius dictum fuit in l.omnia quæcunque.in ij.le
99 ctura.§.isto tit.¶ †Esset nunc vidẽdum de singulis,
super quibus singulariter distinguunt Docto. quo-
rum dicta sequendo & breuiando dici potest, in ac-
cessione personarũ, quòd sublata vel extincta vna
persona principali, non debet extingui accessoria,
vt l.prægnãtis.ff.de pœnis.vbi mortua matre non
est necesse liberos mori, sed bene differtur suppliciũ
matris propter liberos, licet propriẽ nõ dicatur ac-
cessio, vt dictum est. Si verò quæritur, nunquid sit
necesse sublato principali perimi accessoriũ perso-
nale, non quo ad se, sed quo ad dispositionẽ de se fa-
ctam, hic dicunt Doct. quòd si principalis disposi-
tio erat perfecta, & cõsummata, illa sublata nõ tol-
litur accessoriũ, quod per se stare potest, vt l.solum.
§.meum.ff.de rei vendi. Sed si super principali non
erat consummata dispositio, considerandum est an
esset facta mentio de accessorio: vt si legetur in testa
mento ancilla, cum liberis: quo casu licet extingua-
tur principale per mortem ancillæ, nõ extinguitur
legatũ quo ad liberos, vt l.iij.& iiij. ff.de pecul.leg.

In dispositione autẽ non facta mentione de accesso-
sio, sed tantũ de principali, illo sublato, prius quàm
dispositio cõpleatur, procedit hæc regula, vt l. si res
in diem addicta. in prin. & §. j. ff. de in diem addict.
100 & facit quod not. in d. l. solum. §. meum. ¶ †Circa
accessorium rerũ procedit hęc regula, si accessorium
non habeat per se subsistẽtiam, vt res incorporalis:
quia sublato principali submouetur accessoriũ, vt
l. j. ff. cõmu. præd. vbi patet ꝙ seruitus tanquam ac-
cessoria tollitur cum fundo. facit l. quid aliud sunt
fura. š. tit. proxi. Si vero accessoriũ habet per se sub-
sistentiam, & quæratur vtrum sublata dispositione
super principali, tollatur super accessorio: dicẽdum
est, ꝙ si erat cõsummata dispositio super principa-
li, illo sublato nõ submouetur accessoriũ, vt d. l. so-
lum. §. meũ. sed si non erat dispositio consummata,
distinguendum est, ꝙ aut fuit facta mentio de prin-
cipali tantũ, aut de vtroq;. si de principali tantum,
illo sublato tollitur accessoriũ, vt l. mortuo boue.
in prin. ff. de leg. ij. & d. l. si res in diẽ addicta. in prin.
101 ff. de in diem addict. †Si de vtroq; fuerit facta men-
tio: tunc aut illa mentio facta fuit per dictionẽ con-
iunctiuam, cum: vt quia testator legauit seruũ cum
peculio, quo casu mortuo seruo ante cõsummatio-
nem dispositionis principalis tollitur legatũ pecu-
lij, vt d. l. j. & ij. ff. de pecul. leg. Sed si facta fuerit cõ-
iunctio vtriusq; in dispositione per dictionẽ, &, quę
etiam est copulatiua, nõ tollitur dictũ accessorium
sublato principali. l. si cui fundum. ff. de fun. instru.
& dict. l. j. §. quæ depositis. ff. deposi. & in hoc differt
ista accessio rerum ab accessione personarũ, in qui-
bus facta mẽtione de vtroq; nõ refert an per verba,
quæ principaliter vel accessoriẽ cõiungũt, fiat men-
tio de vtroq;. Et assignatur ratio, quæ fuit superius
dicta: quia in personis propriẽ nõ cadit accessoriũ,
nec accedit persona personæ, sed res bene accedunt
rebus. facit l. si peculium. ff. de vsufr. leg. & hæc sunt
102 de rebus. ¶ †Quo ad tertium accessoriũ obligatio-
num & actionum dici potest, ꝙ si agatur de accesso
rio cõtrahẽdo, aut cõmittendo principali iam sub-
lato: tunc sublato illo principali tollitur accessoriũ,
vt si quis promittat decẽ sub pœna, si tollatur prin
cipale siue ipso iure, siue ope exceptionis, tollit̃ ac-
cessorium, vt l. acceptam. & l. eos. C. de vsuris. & l. si
quis postq̃. ff. de fideius. Si autem obligatio accesso
ria erat iam cõtracta vel cõmissa, prius quàm tolle-
retur principale, dicẽdum est ꝙ vel tendunt princi-
pale & accessoriũ ad diuersos effectus, vel ad vnum
effectum. Si ad diuersos, tũc quoquo modo tollatur
principale, non tollitur accessoriũ, vt l. traiectitiæ.
§. de illo. ff. de actio. & obli. & l. qui Romæ. §. Calli-
machus. ff. de verb. obli. Et idẽ dici debet in pœna,
quæ succedit loco expẽsarum, secundum prædictos
Doct. Si autẽ tendũt ad eundem effectũ, videndum
est an principale sit sublatũ ipso iure, an ope exce-
ptionis. Si ipso iure, aut tollitur propter ęquitatem
in seipso deficientẽ: tunc sublato principali impos-
sibile est durare accessorium, vt l. debitor. §. fin. ff. ad
Trebel. & l. pater. §. qui castrense. ff. de castrẽ. pec. &
l. Stichũ. §. j. ff. de solut. & l. sine hærede. in prin. ff. de
admi. tut. Sed si principale ope exceptionis sublatũ
est, tollitur accessoriũ, si eadem est æquitas tollendi
vtrunq; lege, st deferẽte. cum l. seq. ff. quib. mod. pig.
vel hypo. sol. Sed eadẽ æquitate de vtroq; tollendo
non existente, non tollitur accessoriũ contra istam
regulam, vt d. l. intelligere. vbi non est eadẽ æquitas
tollendi actionẽ personalem, quæ est principalis, &
hypothecariam, quæ est accessoria. Et est ratio, quia
potior est hypothecaria, q̃ personalis, & longiori
tempore durat, vt not. in gl. dictæ l. intelligere. & fa
cit l. cum notissimi. in prin. C. de præscript. xxx. vel
103 xl. ann. †Quantum autẽ concernit hæc materia ac-
cessionem actionũ in casu, quo actio largẽ loquẽdo
cõprehendit iudicis officium, videretur ꝙ sublato
principali tollatur accessoriũ, vt l. iiij. C. deposi. Sed
in contrariũ facit l. ij. §. item Iulianus. ff. de eo quod
certo loco. propter quod Iaco. de Are. distinguebat
inter officiũ iudicis, quo petitur lucrum, & illo casu
accessoriũ tollatur cum principali, vt d. l. iiij. & offi
cium, quo petitur damnũ. & procedat id quod ha-
betur in d. §. item Iulianus. Hæc autem distinctio di-
splicuit Petr. de Bellaperti. dicenti indistinctẽ tolli
hoc casu accessoriũ sublato principali: quia tale offi
cium mercenariũ non habet per se subsistentiã, nec
matrem obligationẽ cui deseruiat, ideo tollitur, vt
d. l. iiij. & l. centũ Capuę. ff. de eo quod certo lo. & ad
d. §. idem Iulianus. respondet ꝙ ibi non erat sublata
principalis actio, cum adiectus solutioni, qui loco
procuratoris habebatur, nõ potuit alibi recipiẽdo
solutionem in præiudiciũ stipulantis liberare debi-
torem ab interesse, ad quod petendũ durabat actio,
cui deseruit iudicis officiũ, vt l. Iulianus. §. qui fun-
dum. ff. de verb. obli. facit l. cum plures. §. penult. ff.
de admi. tut. Ab illa tamen principali actione debi
tor liberatur pręstando solum interesse, vt d. §. item
Iulianus. in fi. facit l. iij. §. si reddita. ff. cõmoda. & ita
tenendum est, vt sentit gl. in d. l. iiij. C. depo. & Bar.
Alber. & Sali. in d. l. intelligere. & locis allegatis, se-
cundum quos non obstat prædictis l. si marito. §. fi.
ff. sol. mat. quia ibi fructus dotis vel rei dotalis non
iudicis officio, sed iure personalis actionis de dote
petuntur, cum augeant dotẽ, vt patet in litera dicti
§. fi. vbi videte Paul. de Cast. & Ioã. de Imol. & Cy.
in l. exhibitionis. C. ad exhiben.

Summarium.

1 ☞ Hominis appellatio in statuto quãdo contineat
eum, qui est in vtero. & nu. 2.
2 Singularis numerus quando sumatur pro plurali.

In obscura voluntate manumittentis, fauendum est libertati.

ISTA regula, vt hic dicit
glos. in fi. concordat cum l.
quoties dubia. š. eod. ti. vbi
videte quæ dicta fuerunt, &
quæ recitata fuere de fauore
libertatis in l. libertas. & l.
nõ est singulis. §. infinita. š.
& quæ habentur in l. liber-
tas. J. eod. ti. & quo ad istam
regulam gl. hic allegat pro cõcordantia illud quod
habetur in l. si mancipium. §. fi. & l. si ita scriptũ fue
rit cum Titius. ff. de manu. testa. quæ probant clarẽ
intẽtionẽ huius regulæ, quibus addi potest id quod

habetur in l.cum inter veteres.C.de fideicom.liber:
vbi existenti in vtero matris potest directa,& fidei-
commissaria libertas relinqui:& si plures nascãtur,
omnibus debetur libertas, licet singulariter sit testa
tor loquutus. Ex quo colligit ibi Bal.super verbo,
homo fieri spераretur.quòd existẽs in vtero,qui spe
ratur fieri homo,eo existente adhuc in vtero nõ di-
citur homo, nisi spe.quod etiam probat tex.l.j.§.si
1 quis proximior. ff.vnde cog. ¶†Quod facit secun-
dum eum,ad hoc vt si in statuto fiat mentio de ho-
mine,si statutũ contineat fauorem,habetur pro na-
to ad suum cõmodum,non alterius, scilicet vt per-
inde habeat illud commodum,quod ad eum perti-
nuisset tempore conceptionis, ac si tunc fuisset na-
tus.Quod intelligi debet si nascatur,sed nõ habetur
pro iam nato,dum est in vtero, vt dicta l.cũ inter
veteres.& l.qui in vtero.& l.penul.& ibi per Doct.
2 ff.de statu homi.& l.nuper.in fi.C.de natu. libe.†Si
autem statutum continet odium, vt quòd homines
de aliqua domo expellantur de ciuitate, non com-
prehenduntur existentes in vtero. Idem dicit, si cõ-
cedantur repraesaliæ contra homines alicuius do-
mus.Ad quod allegat id quod habetur in l.fin.ff.de
3 collat.bono.& l.fin.ff.de assignan.libe. ¶†Hoc ta-
men notandum,quòd in casu dictæ legis,cum inter
veteres.fauore libertatis,singularis numerus accipi
tur pro plurali, quod,vt ibi dicit Bal. non est ex vi
numeri, sed ex coniecturata mente loquentis. Ad
quod facit id quod habetur in l.placet.ff.de liber.&
posthu. contra quod facere videtur l.si quis de plu-
ribus.ff.de manu.testa.hic alleg.in glos.pro fallẽtia.
cui concordat l.si quis de pluribus vnum.ff.de reb.
dub.Sed secundum Albe.in dicta l.cum inter vete-
res.in dictis iuribus erat expressum nomẽ vnius ex
pluribus, quod nomen vnius, non est aptum præ-
dicari de pluribus:quia per hoc constabat de volũ-
tate testatoris, volentis alterum tantum ad liberta-
tem peruenire. Sed in dicta l.cum inter veteres. fe-
cit mentionem de posthumo,qui erat in ventre ma
tris.quæ locutio potest pluribus vniformiter con-
uenire.& ideo pro fauorabiliori & humaniori par-
te fit interpretatio.Ad quod facit l.si fuerit. §.fi.hic
allegato in gl.ff.de reb.dub.& l.qui filiabus.§.si quis
ita legauerit.ff.de lega.j.& per Io.Andr. in additio-
nibus Spec.ti.de testa.super rubrica.Et non sine ra-
tione loquitur tex.huius regulæ de obscura volun-
tate manumittentis,quia clara volũtas semper ser-
uãda est,nec resolueretur numerus singularis in plu
ralem, si voluntas disponentis esset ad hoc contra-
ria, vt dicto §.si quis ita legauerit. cum similib. Sed
vbi est obscura volũtas indefinitè prolata, illa æqui
pollet vniuersali,vt l.pluribus. ff.de lega.ij. nisi di-
spositio esset odiosa,vt l.ij.ff.de liber.& posthumis.
& l.cum quidam.eod.titu.facit c.odia.extra isto tit.
lib.vj.Sed cum libertas sit fauorabilis, in dubijs fa-
uendum est libertati, pro qua multa sunt constituta
contra iuris rigorem, vt in hac regula. & l.genera-
liter.§.si quis seruo.ff.de fideicommiss.liberta.& per
ista remanet expedita regula.

Summarium.

1 ☞ Notarius cui datũ est scribere omnes sententias
episcopi,an etiam scribat sententias vicarij eius.

Quod iussu alterius soluitur, pro eo est quasi ipse soluisset, vel ipsi solutum esset.

GLOSSA in l.iij.§.fin.
super verbo,accipere.ff.de
donatio. inter vi.& vxor.
allegat plures concordan-
tias, quarum vna hic tan-
tum allegatur per glo. sci-
licet l.prima.§.si iusserim.
ff.de acquir.posse.vbi etiã
aliquas allegat glos. super
verbo,nummos. quas videatis, quoniã claræ sunt,
nec egent declaratione ampliori. ¶Et ad hoc facit,
quia quod quis per alium facit, per se ipsum facere
videtur,vt l.ita autem.§.gessisse.ff.de admini.tuto.
cum pluribus concordantijs ibi allegatis in glos. &
ibi per Bar.& per ipsum in l.sed si vnus.§.j.ff.de in-
iur.& per Dyn.in c.potest quis.& c.qui per alium.
extra eod.tit.libr.vj.& Innoc.in c.fin. extra de offi.
deleg.Quod inducit Bald.in l.fi.C.vbi & apud quẽ
in integ.resti.agi.in verbo,vt videatur ipse.ad quæ-
stionẽ notarij,† qui ex priuilegio sibi dato vel con-
cesso ab episcopo debebat scribere omnes sentẽtias
ipsius episcopi, qui episcopus quãdam causam suo
vicario commiserat terminandam, vtrum ille no-
tarius in illa causa scribere debeat sentẽtiam.Quod
videtur dicendum per illum text. qui facit pro no-
tarijs talibus,qui habent simile priuilegium scribẽ-
di in causis ordinariorum iudicum, vt etiam scri-
bant coram delegatis, & locuntenentibus eorũ,vt
habeant salaria scripturarum. quod dicit esse mẽtẽ
tenendum. Aliquas autem fallentias huius regulæ
allegat hic glos.quas videatis.

Summarium.

1 ☞ Hæreditate non adita nõ debentur legata.& nu-
mero 2.
3 Legata pia an debeantur non adita hæreditate. &
numero 4.5.& 6.

Si nemo subijt hæreditatem,omne ius testamenti soluitur.

ISTI regulæ concor-
dat l.si nemo.ff.de testa.
tu. vbi ad cõfirmatio-
nem tutelæ testamen-
tariæ requiritur aditio
hæreditatis, ne tutela
euanescat,vt ibi in sũ-
mario explanat Bald.
facit etiam ad hanc re-
gulam l.eam quã.C.de
fideicom.in vers. tunc enim.vbi datur pro regula,
1 †ꝙ legata vel fideicõmissa non debentur,vbi hære-
ditas nõ aditur ex testamẽto. Et reddi potest ratio,
quia institutus ad illa non tenetur,ex quo non adije
cum non contraxerit nec quasi cũ legatarijs & fidei
commissarijs, ex quo non adijt, vt l.ex maleficijs.
§.hæres.ff.de actionibus & obligationibus.& Insti-
tut.de obligatio.quæ ex quasi contractu.§.hæres.&
quia

quia, vt dicit Badus in allegata l. eam quam. super
tex. in verbo, non valere. legata habent tacitã con-
ditionem si adeatur hæreditas, vt l. iij. ff. de lega. j. &
l. hæredis aditio. in princi. ff. quan. di. leg. ced. Nemi
ne verò acceptante hæreditatẽ deficit conditio, vt
l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pup. sub. Itẽ si
non sit persona passiua, non potest esse actiua, vt l.
in tribus. ff. de iudi. Testamentũ etiã quod nõ habet
hæredem, non valet, vt l. proxime. hic allegata in
glos. ff. de his quæ in testamen. delen. Item si non sit
hæres, non est à quo possimus intelligere esse reli-
ctum, vt l. quidam referunt. ff. de iur. codic. & sic ex
his patere potest hanc regulã esse maxima ratione
suffultam. Nec est mirum, si ius testamẽti soluitur,
nemine subeunte hæreditatẽ. Item etiã venientes ab
intestato ad illa teneri non videntur, quia nõ fue-
runt rogati, nec veniũt iudicio testatoris, sed ex di-
spositione legis, & quasi quodã casu fortuito capi-
unt bona defuncti, secundum Doct. in l. eam quam.
2 †Et procedit hoc, nisi legata repetita essent per te-
statorẽ à venientibus ab intestato, quæ repetitio tñ
secundũ Bal. ibi in prin. & Doct. potest esse expres-
sa vel tacita, vel coniecturata. Expressa sit per clau-
sulam adiectam in testamento, si non valet iure te-
stati, valeat iure intestati. Tacita est, si dicat testa-
tor, volo valere iure testamenti vel codicillorum,
& sic quando adijcitur clausula codicillaris. Conie-
cturalis est in casu dictæ legis, eã quã. vbi propter
errorem testatoris institutio nulla est. & assignant
Doct. rationẽ, quia vbi est error testatoris in insti-
tutione non solum viciatur institutio, sed habẽtur
pro institutis illi, quos erat ipse testator verisimili-
ter instituturus: & sic videt institiuisse proximiores
venientes ab intestato. quę fuit opinio Iac. Butrig.
alleg. per Bal. & Sali. super secunda lectura in d. l. eã
quam. quæ est cõmunis & vera, secũdum ipsum &
alios illam sequẽtes, propter rationẽ dicti Iac. Bu-
trig. suprã dictam, scilicet quia viciata institutione
propter errorem testantis, habentur pro institutis
omnes filii, quos verisimiliter testator instituisset,
quia credendũ est ip̃m testatorẽ plus voluisse illos
habere hęreditatẽ, q̃ illũ in quẽ errauit. facit l. si pr̃.
& l. nec apud. C. de hær. inst. & est casus notabilis in
l. fi. ff. illo tit. Ideo tenẽtur ad legata, vt ibi. & d. l. eã
quam. Nec obst. isti dicto l. sed & si sic. §. fi. ff. de lega.
iij. quia ibi non deficiebat testamentũ errore testa-
toris, sed alio modo, vt quia hæres nõ vult, vel nõ
potest adire, succedẽtes ab intestato capiunt hęredi
tatẽ quodã casu fortuito, sed in præcedẽti casu suc-
cedunt ex præsumpta volũtate testatoris cõiectu-
rata propter errorẽ suũ: ideo tenentur ad legata, vt
d. l. fi. vbi videte Bar. Bal. Io. de Imol. Paul. de Cast.
Intelligatis tamẽ secundum Docto. q̃ succedentes
ab intestato, à quibus expressè vel tacitè, seu ex cõ-
iecturata mente sunt legata, relicta legatarijs debẽ-
tur: ideo ad illa tenentur, si ab intestato adeatur hę-
reditas, per quam aditionem hæreditatis hæres ab
intestato quasi contrahat cum legatarijs, per iura
superius allegata. & ita notatur per glos. Barto. &
Docto. in l. qui filio. §. j. ff. de hæred. instit. facit tex.
in l. ij. ff. de fideicommis. liber. & quod notatur per
Bald. in l. hac consultissima. §. si quis. C. de testam.
Et est ratio quare debet adiri hæreditas, quia si ne-
mo subijt hęreditatem, id est, si non adeat, vel acce-
ptet eam iure ciuili, vel prætorio, vt hic exponit
glos. per iura quæ allegat, omne ius testamenti sol-
uitur, & sic ex eo nihil debetur. facit quod notauit
Specul. titu. de testamen. §. in primis. versicu. pone
nullus. qui allegat dictam legem, proximè. & l. hæ-
3 redis aditio. ff. quan. di. lega. ced. †Quidam tamen
dixerunt legata pis, siue ad pias causas facta, debe-
ri etiam non adita hæreditate ex testamento nec ab
intestato, per legem, in testamẽto. & l. Antoninus.
ff. de fideicommis. liber. quia in ipsis pijs legatis ha-
betur hęreditas pro adita, cum officio episcopi de-
beant hæc legata expediri, & solui, vt l. hæreditas.
in fine. ff. de petitio. hæred. & l. nulli. & l. si quis ad
declinandam. C. de episcop. & cleric. & hanc opi-
nionem tenuit Bartolus in repetitione l. j. C. de sa-
crosanctis ecclesijs. & tenere videtur glos. in dicta
l. eam quam. per dictam l. in testamento. In contra-
rium quidam allegant l. ij. C. si omis. sit causa testa.
vbi si quis cessante fraude omisit hæreditatem ex
testamento, & alius adiuit ab intestato, nõ est fraus
præsumenda, nisi probetur, nec debentur legata,
tam pia, quàm non pia, cum ibi loquatur de lega-
to libertatis, quæ pia causa dicitur, vt est textus in
l. j. §. si autem vno ex socijs. C. de comm. ser. manu.
Ideo dicit Baldus in sæpè dicta l. eam quam. quòd
opinio Bartoli tenẽtis talia pia legata deberi, etiã
non adita hæreditate ab intestato, male potest de-
fendi de iure, per legem, nemo potest. ff. de legat. j.
vbi non potest facere quis, quin leges habeant lo-
cum in suo testamẽto, nec potest facere testator, vt
non adita hæreditate legata debeantur, vt dicta l.
proximè. Sed ipse Bald. in dicta l. j. C. de sacrosan.
eccles. penult. columna. versic. quæro verum exequu
tor ad pias causas. in hoc dubio post allegatũ Bar-
4 tolum, †dicit esse pro veritate distinguẽdum, quod
aut quæritur, an requiratur hæreditatis aditio quo
ad officium iudicis, per quod fit exequutio talium
relictorum ad pias causas: & concludit non esse re-
quisitam aditionem hæreditatis quo ad illud, vt d.
l. hæreditas. in fi. & ff. de ann. leg. lege, Quintus Mu-
tius. & c. nos quidẽ. extra de testa. aut quæritur, an
sit necessaria aditio hæreditatis quantũ ad actiones,
quæ pro legatis dãtur, scilicet ex testamẽto rei vẽ-
dicationẽ & hypothecariã: & in hoc dicit aditio-
nem requiri, vt l. j. C. cõmu. de leg. & allegat ad hoc
not. per Specul. in dicto vers. pone q̃ nullus. in fi. &
ita ibi pertransit. Hæc tamen distinctio Baldi non
placuit Ange. fratri suo, inquantum dicit implo-
rari posse officiũ iudicis, isto casu, hæreditate non
adita, quia licet officiũ iudicis nobile inueniat isto
casu subiectũ actiuũ, scilicet personã iudicis in quo
resideat: non tamen inuenit subiectum passiuum in
quod possit exerceri, quia non adita hęreditate nõ
reperit hæredẽ, cum nullus sit hæres, postq̃ non est
adita hæreditas, nec etiam reperitur in hæredita-
te iacente, imò incipiunt esse bona vacantia, vt l. j.
§. an bona. ff. de iure fisci. Nec potest officium ex-
erceri contra hæreditatem iacentem, vt l. iscul.
§. cessatum. ff. vt in possessio. lega. & lege, si seruus
5 hæreditarius. ff. de stipulatione seruorum. ¶ †Ideo
aliter dici debet, vt inferius dicemus. Angelus au-
tem in dicta l. hæreditas. de ista quæstione remittit

ad ea, quæ dixit in sępè dicta l.eam quam. vbi in lectura circa hoc remittit ad notata per eum in l.j.C. si omis. sit cau.testa. Et ibi dixit in legatis ad pias causas nunquam esse necessarium remedium dicti edicti, quia de iure canonico legata debentur, licet à nemine adeatur hæreditas, per ea, quæ ibi allegat & concludit in dicta l.j. quòd legata pia non adita hæreditate, debentur officio iudicis, & incipietur ab exequutione, vt allega. l.hæreditas. Sicut simile esse dicit in donatione causa mortis, vt in l.sequens quæstio.ff.de legat.ij. quam ipse ad hoc allegat singularem. & ita etiam tenet ipse Angel. in repetitione dictæ legis, eam quam. in decima fallentia ibi allegata in glos. Ioan. verò de Imol. in allegata l.qui filio.§.j.allegat & sequitur ibi glossam notabilem,
6 tenentem †quòd etiam libertas non valeat relicta in vltima voluntate, nisi adeatur hæreditas ex testamento, vel ab intestato. quod etiam ibi tenuit Ange. sibi contrarius. & ibi Paul. de Cast. & etiam ipse Barto. in lectura l.j.C.de sacrosanct.eccles. licet in repetitione dictæ legis teneat contrarium, vt superius dictū fuit per rationes suas, quas videre potestis. & etiam Bald. tenuit opinionem dictæ glos. in allegata l.qui filio. §.j.Spec. verò in dicto §.nūc verò aliqua.ver. sed pone quòd ex eo testamēto. in titu. de instrumen.edi. tenuit opinionem Bar. in dicta repetitione, licet secundum quod dicit Ioan. de Imol. Specu. ibi satis inepte fuerit loquutus, vt ibi tangit Io. Andr. in additionibus, in additione quæ incipit, Hic omittit autor quæstionem. & fuit illa quæstio, an sicut addicūtur bona pro libertatibus conseruandis, quando non oritur hæreditas, vt Insti. de eo, cui lib.cau.bo.addi. Ita possunt addici pro conseruandis legatis ad pias causas. quod non placuit Bal. in l.fi.C.de testa.manu.per text.§.hæc cōstitutio. in dicto ti. Insti. de eo cui libe. cau.bo.addi. quoniam ille text. dicit constitutionem illam diui Marci non habere locum, si nullæ libertates sint relictæ in testamento. Sed Ioan. Andr. vbi s. recitatis opinionibus contrarijs, videtur concludere pro illa quę fuit Nicol. de Mathe. ꝙ scilicet bona addici possint causa conseruandorū legatorū ad pias causas, sicut possunt addici pro cōseruāda libertate tēporali: quia multo fortius hoc fieri debet pro cōseruāda animæ libertate, quæ cunctis rebus præferēda est, vt l.sancimus. in fi.C.de sac.sanct.eccl. & xij.q.j.c.præcipimus. Ad conseruandam enim animæ libertatem, vt liberetur, scilicet à pœnis purgatorij, legata pia tēdere vidētur, vt xiij.q.ij. animæ defunctorum. & in hoc residet Ioann. Andr. in additione prædicta, innuens per hoc, quòd non valeant legata etiam pia, non adita hæreditate ex testamento vel ab intestato, nisi eis per modum suprà dictum subueniatur, per quem tamen potest eis subueniri. & hæc etiam fuit intentio Bart. bene visi in lectura dictę legis j.C.de sacrosanct.eccles. & illam opinionem sequutus fuit Angel. in dicta l.qui filio. §.j. qui dicebat se ita in facto practicasse apud Bononiam, vt ibi recitatur per dictū Ioan. de Imol. & Paul. de Cast. & ista opinio videtur tenenda, vt plenius explanat ipse Io. de Imol. qui respondet ad rationes Bart. positas in dicta repetitione, vt potest per eū videri in antè dicta l.qui filio. §.j. vbi postremo se reducit, concludens procedere id, quod dictum est, legata ad pias causas non valere, non adita hæreditate ex testamento vel ab intestato, sed tamē ad instar libertatum posse eis subueniri, scilicet vt addicantur ipsa bona legatorum piorum causa conseruandorum, subiungens ꝙ melius & tutius est practicare dictam viam, quàm implorare pro ipsis iudicis officium. & in hoc dicta communis opinio videtur consonare: nec obstare dicit legem, hæreditas.ff.de peti.hæred. in fi. in oppositum allegatam, quia vt ipse dicit ille text. potius facit contra, quoniam loquitur quando hæres, qui erat iussus facere monumentum, adiuit hæreditatem, sed erat negligens in implendo iussum testatoris, & ideo ad implendum præceptū cogi potest iudicis officio. Quę procedere dicit, & esse vera, nisi vel consuetudo vel statutum seruaret aliam opinionem, quæ tunc esset obseruanda, iuxta not. in l.omnes populi. ff.de iusti. & iur. & l.minimè.ff.de legib. Cætera dicite, vt per Doctores in locis allegatis. & sic sumus expediti de hac regula.

Summarium.

1 ☞Imposibilitas vitiat contractus, sed non vltimas voluntates.
2 Mortua res potest post moram in libello peti, & quomodo. & nu.3. & 4.
5 Imposibilitas multiplex. & nu.7. & 8.
6 Imposibilis promisio an pariat obligationem.
9 Imposibilitas naturæ quando vitiet actum.
10 Citatio continens imposibile, an sit semper nulla. & nu.11.
12 Citatus ad diem feriatam, an debeat sequenti die comparere. & nu.13.
14 Cōditio imposibilis quādo vitiet. & nu.15. & 16.
17 Imposibilitas iuris quando vitiet actum. & nume. 18.19.10.21. & 22.
23 Perplexitas quando vitiet dispositionem.
24 Difficultas quando vitiet.
25 Imposibilitas etiam vitiat consuetudinem.
26 Pœna adiecta dispositioni imposibili non committitur.

Quod nullius esse potest, id, vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

HVIC regulæ extractæ à iuribus antea constitutis, quod est de natura regulæ, vt dicit textus legis primæ.s. isto tit. concordat §. eod .l. imposibiliū nulla obligatio est. & isti iungi potest eisdem iuribus probata, atq; declarata in glos. vtriusq; legis, videlicet si quis promittat hominem mortuum dare, vel rem non veram, sed tantum imaginariam, non valet obligatio, vt Institu. de inutil. stipula. in princip. quia homo mortuus ad nihil valet. ¶Quod ibi intelligit Angelus Aretinus, etiam si stipulatio esset ab ignorante cōcepta. sed de hoc videte notata in l.si homo mortuus.ff.de verborum obligatio. & C.de contrahen.

& com

& commit. stipulat. l.non moriturum. per gloss.&
1 Docto.maximè per Alberic.†Idem est in rebus ab
omni nostro commercio remotis,vt sunt res sacrę,
religiosæ,vel vsibus publicis deputatæ, & homi-
nes liberi, cum similibus,vt l.inter stipulantem.§.
sacram. & l.impossibilis.ff.de verb.oblig. Et idem
est in cæteris contractibus,vt l.non solū.ff.de actio.
& obliga.& l.si stipuler. de verbo.obliga. Secus est
in vltimis voluntatibus, vt l.j.ff.de condi.institu.
& ibi per Doct.& l.obtinuit. ff.de condi. & demõ.
& per Ioan.And.Dyn. & Bonif. de Aman.in cap.
nemo potest.extra isto ti.lib.vj. de quibus infrà ple
nius dicetur. Sed prius expediamus glos. hic posi-
2 tam in lege,quod nullius. †quæ circa hoc quod di-
ctū est de stipulatione serui mortui, dicit procede-
re,& verū esse, nisi promissor fuisset in mora ante
ipsius serui mortem, vt dicta l.inter stipulantem.
§.Stichum.vbi res perempta post morā potest pe-
ti,& in stipulationē deduci, vt ibi summat illū tex.
Ioan.de Imol.In quo articulo rerum peremptarum
in modo petendi & concludendi, fuerunt diuersæ
opiniones inter glossas & Docto. quia quidam di-
xerunt q post morā res ipsa perempta potest,imò
debet peti in libello,& in exequutione veniet æsti-
matio,vt l.si seruū.§.fi.ff.de verb.obli.& l.si seruus.
§.boue. ff.de condict. fur.licet tex. videatur dicere
contrarium in l.in re furtiua. in princip.cod.ti.Sed
secundū gl.ibi,illud quod dicitur ibi,debet intelli-
gi secundum text.dicti §.fi.Glos.verò in l.vinū.ff.si
cert.petat. vult q æstimatio rei peremptæ sit in li-
bello petenda.& idem tenet in l.rei iudicatæ. §.j.ff.
solu.matri.& cum hoc videtur tex.in l.j.§. rectissi-
mè.ff.de vi & vi arma.& l.si creditor. in fine. C.de
pigno.actio.Dyn. autem pro concordia istorū iu-
rium in l.stipulationes non diuidūtur.§. Celsus.ff.
de verb.oblig.ibi recitatus per Bart.& Io.de Imol.
3 distinxit†inter obligationes rem dari,& rem resti-
tui, vt in obligatione rem dari,re ipsa perempta
post moram petatur res, non autem æstimatio.Et
redditur ratio, quia qui obligatur ad dandū,præ-
cise cogitur dare, nec liberatur volēs interesse, vel
æstimationem soluere, vt l.vbi autem. in fine.ff.de
verb.oblig.quāuis re perempta in exequutione ve-
niat æstimatio,vt d.l.si seruū.§.fi. & l.eum qui ita.
§.fi.eo.tit.Sed in obligatione rem restitui,quia cō-
tinet factum, succedit in ea obligatio ad interesse,
vel pretium,seu æstimatio,vt dicto §.Celsus.& l.si
quis ab alio.ff.de re iudi. Ideo re perempta peti de-
bet æstimatio.Sed Bartol. allegat hoc contra Dyn.
l.iij.in fine.ff.de condictio.fur. & dictam l.si seruus.
§.boue. vbi re furtiua perempta, pro qua compe-
tit condictio furtiua ad restituendum,petitur ipsa
res,& non æstimatio:ideo ipse Barto. concludit,q
in obligationibus rem restitui,est in electione acto-
ris re perempta condicere rem, vel æstimationem.
& ita intelligantur dicta l.in re furtiua.& dictus §.
boue. & §. Celsus. In obligatione autem rem dari
concordat Bartol.cum Dy. vt patet per eum in di
cto §.Celsus.octaua oppositione.& quæstione vj.
& etiam Salic.in dicta l.in re furtiua. scilicet,quòd
4 petatur res, sed fiat exequutio in æstimatione.†Et
vt dicit Ioan. de Imol. in dicta l. si seruum. §.fi. du-
pliciter potest formari libellus circa hoc:vno mo-
do petendo rem simpliciter, nulla facta mentione
de eius peremptione, de qua si postea in processu
appareat, iudex potest reum condemnare ad rem,
sed faciet exequutionem in æstimatione, vt habe-
tur per glos.notabilem in l.fi.ff.quę senten.si.appe.
resc.vel tunc erit in arbitrio iudicis condemnate si
velit in æstimatione, vt notatur in l.iij. ff.de cōfes.
vel secundò poterit formari libellus, narrādo rem
peremptam esse post moram rei, & concludendo
reum ad ipsam rem condēnari,vt dictus actor æsti-
mationem consequatur,vt probatur in l.Iulianus.
§.j.cum ibi notatis.ff.de verbo.obligatio.& l.pro-
missor hominis.ff.de consti.pec.facit quod notatur
per Cy.in l.exhibitionis.C.ad exhiben. Eritq mo
dus secundum dictum Io.de Imol. sic dicēdo,quare
peto rem ipsam,vt condēnetis reū ad ęstimationē,
quæ videtur melior practica, quàm præcedens,se-
5 cundū eum.†Nūc videamus impossibilitatis ma-
teriā,quæ multiplex est,secundum doctrinam glos.
& Doct.vtriusq iuris. Vna est impossibilitas na-
turæ,alia iuris,alia facti, quā tertiam impossibili-
tatem gl.in §.impossibilis. Instit.de hæred.institu.
diuidit in duas,scilicet in perplexitatē, & in diffi-
cultatem, & de qualibet videri oportet. Et primò
circa impossibilitatē naturæ potest dari exemplū,
si quis promittat dare solem, lunam,vel stellas,vel
facere quod natura est impossibile, vt digito tāge-
re, vel ascendere cœlum, vt l.si stipuler. j.ij. & iij.
respon. ff.de verbo.oblig. De iure etiam canonico
potest secundū Bonif.de Ama. in d.c.nemo potest.
poni exemplū in infante nō habente cōsensum,nec
rectum iudiciū rationis,secūdum naturā. Ideo eius
ætas est talis,q si ei conferatur beneficiū ecclesiasti
cum, non valet collatio, ita q ipse beneficio non
obligatur,nec beneficium sibi, vt in c.super inor-
dinata.extra de præben. cum impossibile sit,q ad
hoc habeat sufficiens iudicium.Est tamen secus di-
cendum in maiore infantia,vt in c.si annum.extra
6 de iud.vers.ij.lib.vj.†Et si opponeretur quòd licet
sit impossibile per naturā illud quod promittitur,
videatur tamen obligatio nasci, quæ oritur ex cō-
sensu,vt l.j.§.j.ff.de pact. Sed promittēdo iste con-
sensus adest, igitur natiuitas obligationis non im-
peditur. Contra istam regulā dici potest,q ex quo
contrahentes sciebant impossibilem esse impletio-
nem huius promissionis, censentur egisse mutuo,
vt nihil ageretur inter eos, & sic, q obligatio non
oriretur,vt est tex.notabilis in d.l.non solum. ff.de
acti.& obli.Ita dicit Dy.in alleg.regula, nemo po-
test.Quod cōfirmari potest secundū Bon.de Ama.
quia contrahentes si credebant promissionē posse
impleri de eo quod est natura impossibile,errabāt,
igitur nō consentiebant:quia nihil est tā contrariū
consensui,q error,vt l.si per errorē. ff.de iurisd.om.
iudi.& l.ij.in prin.ff.de iudi.& hoc de exēplo natu-
7 ræ.†De impossibilitate iuris potest dari exemplū
per d.l.inter stipulantē.§.sacrā. & l.si in emptione.
§.omniū.& §.liberum.ff.de contrahen.emp.& vēd.
qui etiam text.loquitur de venditione rerum,qua-
rum commercium est interdictum natura, vel iure
gentium,aut moribus ciuitatis, & totū includitur
sub impossibilitate iuris,vt est acquisitio liberi ho
minis,rerum sacrarum vel religiosarum,seu depu-
tatarū ad vsum publicum.facit Institu.de empt.&
vendi. §.fin. & l.apud Iulianum. §.fin.ff.de legat.j.

Poteſt etiam dari exemplum de his quæ habentur in c.fin. extra de Iudæis. & C.ne Chriſtia. mancip. hæret. vel paga.hab. vbi impoſsibilis eſt cõtractus emptionis & venditionis inter Iudæum, hæreticũ, vel paganum, & Chriſtianũ ſuper mancipio Chriſtiano, vel volente baptizari, vel effici Chriſtiano,
8 vbi videri poſſunt plenius Docto. ¶ †De impoſsibilitate facti plura poni poſſunt exempla, quorum quædam perplexa, quædam difficilia iudicantur, de quibus inferius in explanatione materiæ patebit, licet cõtra iſtam impoſsibilitatem facti poſsit opponi, ꝙ de facto nihil ſit impoſsibile. qui enim omne dicit, nihil excludit, vt l.ã procuratore. C. mandati. & l.fin.ff.de penu lega.l.j. ff.de vſuf.ea.re. quæ vſu conſu.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb. dub.l.Iulianus reſpondet teſtatorem.de lega.iij.l.ſi. ff.de ſupel.legat. & cap.ſolitæ.extra de maiorita.& obedien.& xix.diſtinctio.cap. ſi Romanorum.Sed omnia Deo ſunt poſsibilia, cum ſit omnipotens, vt in cap.firmiter.in principio.extra de ſum.trini. & fide cathol.& l.ij.C.eod.titu. ergo de facto nihil eſt impoſsibile. Quod ſecundum Bonif. de Aman. vbi ſ.fatendum eſt de natura naturante, quæ Deus eſt, ſed de natura creata, vt ſunt homines, ſecus eſt dicendũ.Sed poſsibilitas apud Deũ vel eius omnipotentiam, quo ad hoc inter homines non attẽditur, quia ſi aliqua hominibus impoſsibilia producerẽtur in eſſe, hoc prouenirẽt ex inſolita prouiſione Dei, de qua contrahentes non putantur intellexiſſe, niſi hoc expreſſerint, argumẽto l.ſiſtulas.§.ſi. ff.de contrahen.emp. vbi videte Alberic.& Salicet.
9 ¶ †De qualibet autem harum impoſsibilitatũ pro euidentiori intelligentia dici poteſt, ſecundum Io. de Imol.in dicta l.j.ff.de condi.inſti.quòd ſi illa impoſsibilitas ſit naturæ, aut apponitur in diſpoſitione, aut in cõditione.Si in diſpoſitione & circa ſubſtantiam illius de quo diſponitur, vitiat totam diſpoſitionem, etiam in vltima volũtate, vt l.ſi quis inquilinos.§.ſi.& l.apud Iulianum.§.fin.ff.de lega. j.Ita tamen intelligendo, quòd ex toto vitiatur diſpoſitio, ſi ex toto ſit impoſsibilis. Sed ſi ex parte eſſet poſsibilis, pro parte ſolum impoſsibili vitiaretur, per illud quod habetur in l.ſi ſeruus cõmunis. ff.de dona.inter vi.& vxo.& l.j. C.de ſecund.nupt. Et idem eſt in contractibus, vt d.l.inter ſtipulantẽ. §.ſacram.& dicta l.ſi ſtipuler.de verb.oblig.Simile dici debet in confeſsionibus, vt l.inde Neratius.§. ſi.ff.ad legem Aquil.& eſt ratio, quia confeſsiones debent naturalibus conuenire, vt l.confeſsionibus. ff.de interrog.actio. Sic eſt etiam in ſententia iudicis, vt l.ſi.ff.quæ ſenten.ſi.appel.reſcin. Et idem dicendum eſt de lege, quæ debet eſſe poſsibilis & honeſta, vt iiij.diſtinct.c.erit autem lex. Quandoꝙ eſt impoſsibilitas circa aliquod accidens ipſius diſpoſitionis, vt circa exactionem ipſius, vel exequutionem, ſeu circa anguſtias temporis. Quæ impoſsibilitas ſi verſetur in vltima voluntate, vitiatur, & nõ vitiat, vt l.ſi gnihi & tibi.§.ſi quis ſeruos.ff.de lega. j.Et idem eſt, ſi verſetur in contractu bonæ fidei, vt l.inſulam.§.j.ff.locati.& l.continuus.§.item qui inſulam.& l.ſi ita ſtipulatus eſſem. ff.de verb.obliga. facit quod habetur in l.minorum. C.in quib.cauſ. in integ.reſti. non eſt neceſ. Sed in contractu ſtricti iuris bene vitiaret, niſi contra illam impoſsibilitatem fuerit per contrahẽtes prouiſum, vt in §.loca.Inſtit.de verbo.oblig.cum ibi notatis.Interdum verſatur illa impoſsibilitas in iudicijs vel arbitrijs, quæ ſi contingat ex poſt facto, indubiè nõ vitiat, ſed excuſat quandiu durat, vt l.ij.§.quod diximus. ff.ſi quis cautio. Vbi verò ã principio ineſt, an vitiet vel non, ſunt opiniones contrariæ: quoniam Bald.& Angel.dicunt illam non vitiare, quoniam cenſentur eſſe duo præcepta iudicis vel arbitri, vt l.Celſus.ff.de arbi.& cap. cum dilecti.extra de dolo & contum. vt ſi iudex vel arbiter præcepit aliquid fieri intra certum diem, intra quem impoſsibile eſt id fieri, dummodo aliàs de ſe ſit poſsibile, tenebit præceptum quaſi duo per iudicem, vel arbitrum præcepta eſſe videantur, ſcilicet aliquid fieri, & ad
10 diem fieri: † & ſic ſi iuſſum ſit, vt aliquis cõpareat certo die, cum citandus vel citatus eſt in tali loco, quòd impoſsibile ſit illum intra diem aſsignatum comparere, citatio tenebit, & tenebitur comparere poſt diem termino temporis poſsibili.Quod multum notari deberet, ſi foret verum. Sicut nõ credit verum Ioan.de Imol.in dicta l.j. & verius dicit eſſe contrarium, per illud quod notatur in l.ij. in fin.ff. ſi quis in ius voca.non ie. & notata Innocẽ.in cap. præterea.extra de dila. in quibus patet, quòd ſi iudex facit aliquem citari ad diem feriatum, cum de iure id fieri non poſsit, vt l.dies feſtos. C. de ferijs. nõ valet citatio ipſo iure, nec tenetur citatus quoquo modo comparere, niſi inſerta eſſet cauſa in citatione, propter quam etiam die feriata comparere teneretur. Nec obſtat quòd duo præcepta videantur: quia hoc dicit eſſe verum, vbi ã principio præceptum continebat poſsibile, vt erat in dicta l.Celſus. & dicto cap.cum dilecti. Secus igitur videtur, quando ab initio cõtinet impoſsibile, quia ex quo diſpoſitio redditur nulla, non eſt tractandũ an duo ibi præcepta contineantur. Ad quod facit id quod habetur in d.l.dies feſtos. vt proſequitur latius Io. de Imol.in dicta l.j. Angel.Aret. in dicto §.impoſsibilis. Inſti.de hæred.inſtit. recitans Ioan.de Imol. in hoc articulo, ſic dicit pro concordia opinionũ,
11 † quòd ſi in præcepto iudicis exprimatur vitium, vt quia ad diẽ feriatũ expreſsè citat, vel quia mandat aliquid fieri in dicta die, quod fieri manifeſtè impoſsibile eſt: verbi gratia, ſi exiſtẽti hic Auinione mandat vt hodie compareat Romæ coram auditore cameræ apoſtolicæ, cũ in tali præcepto pateat impoſsibilitas, nõ valet vllo modo, neꝙ ligat. Sed ſi nõ exprimatur vitiũ vel impoſsibilitas, alia die poſsibili debet citatus cõparere. Ad quod alleg. not.per Bart.in l.ij.C.de tempo. appel.& iſta dicit ſe colligere ex not.per Bart.in alleg. l.ij.ff.ſi quis in
12 ius voca.non ie. † Hanc quæſtionem poſt Innoc.in c.ſi.extra de ferijs. diſcutit Panor. in ſecunda quæſtione poſt gl. qua quærit, an citatio facta die non feriatã, pro die feriata, valeat.& ibi primò recitat Innoc.diſtinguentem, an in citatione ſit expreſſum ꝙ citatus cõpareat die dominica, quo caſu nõ valet citatio: an nõ ſit expreſſum: & tunc ſi citatus cõpareat illo die, nihilominus tenet cõparere die ſequẽti, vt ſi dicatur ꝙ cõpareat decima die menſis, quia duo videntur mandata, vt ſcilicet cõpareat, & illa die

die compareat, argumēto dicti c.cum dilecti. vnde
si non possit cōparere in termino, debet tamen cō-
parere q̃ citius potest. Pro quo viderentur facere
extra de dilatio.c.exposuit.& de resti. in integ.c.ex
literis.& c.tum ex literis.& dictum c.cum dilecti.&
cap.veniens.extra de accusa.Sed ipse Panor.in d.c.
fi.post Io.And.recitat Petrum de Bel.perti. & Cy.
in d.l.dies festos.tenentes contrariū, quos sequūtur
Io.Calde.& do.Floren.in alleg.c.fi.& Specul.tit. de
citatione.§.j.versic.item excipitur quòd citatio fit
ad diem feriatam.& ipsemet Innocent. in d.c. prae-
terea.& Hostiē.in alleg.c.fi.qui dicit citatū ad diem
dominicam, vel alium diem solennem, non teneri
comparere. Pro qua opinione facit secundū Ioan.
13 And.d.l.ij.in fi.ff.si quis in ius vocat.nō.ier.†Cōsu-
luit tamen idem Io. And.quòd quando iudex assi-
gnat terminum ad comparendum, adijciat in cita-
tione, q si ille dies sit feriatus, comparere debeat ci-
tatus die proxima sequenti non feriata: & in tali
citatione nulla est causa dubitandi, cur non valeat.
Idem dicit ipse Ioan.Andr. quem sequitur Ioan. de
Imol.vbi s.quando iudex terminum citationis as-
signat hoc modo, assignamus tibi terminū ad cō-
parendū vsq; ad talem diem dominicū: quia dictio,
vsq;, ibi ponitur exclusiuè. & sic debere intelligi
iura allegata per Innoc. cum similibus. licet aliqui
Docto. ab hoc discrepare videantur. dicit tamen
Ioan.Andr.q vbi ponitur dictio, vsq;, potest cita-
tus ante festum qualibet die comparere: secus vbi
simpliciter citatur cōparitorus die festo. tūc enim
nō potest prius venire, & illa die venire de iure nō
tenetur: ideo necessaria est noua citatio.& haec opi-
nio secundum eundem Panor.est tenenda tanquam
verissima, quicquid in d.c.fi. de ferijs.tenuerit An-
ton. de Butr. & suae opinionis sequaces. Nam vbi
citatio fit ad diem feriatum, est temeraria, & cōtra
ius: ideo non debet quoquo modo afficere citatum:
quia quae contra iura fiunt, debent pro infectis ha-
beri, vt c. quae contra ius.extra eodem titu. libr.vj.
& l.non dubium.C.de legib. & x.distin.c.vides fili
charissime. & xxv.q.ij.c.imperiali. & ita pertrāsit
Panor. Cuius opinioni consentire videtur Alber.
post Cyn.in dicta l.dies festos. & ad materiam istā
facit illud quod habetur per glos. & Archidiac.xv.
14 quaest.iiij.c.placita secularia. †Secundo casu prin-
cipali, quando impossibilitas naturae apponitur
in cōditione, vel per modum conditionis, hoc ali-
quando fit in contractibus, quādoq; in vltimis vo-
luntatibus, vel in iudicijs & arbitrijs. Si in contra-
ctibus, illa conditio impossibilis vitiat contractū
sic, quòd inde nulla oritur obligatio ad perfectio-
nem cōtractus, sed bene oritur cōdictio ob causam
ad illius resolutionem. Ad quod facit l.si militē.C.
de condi. ob caus. & quod habetur in d.l.non solū.
ff.de actio.& obliga.Fallit hoc, quando apponitur
in donatione causa mortis, quae quantum ad hoc
sapit naturam vltimae voluntatis, vt l. quae sub cō-
ditione.§.hoc edictum.ff.de condi.insti. Fallit etiā,
vbi illa cōditio apponitur in cōtractu matrimonij,
in cuius fauore rejcitur, vt c.j.& fi.extra de condit.
appo.vbi in tex.ponunt exēpla, & alia per Panor.
& Doct.Et quod dictū est, verum est, quādo appo-
nitur cōditio impossibilis: secus esset, si esset neces-
saria, vt puta, si coelum digito non tetigeris: quia
tunc contractus valet, ac si dispositio esset pura, vt
l.impossibilis.ij.respon.ff.de verb. obliga. facit l.si
pupillus.§.si sub cōditione.ff.de nouatio.Quod de-
bet intelligi, quando cōtractus incipit à praecedēti
cōditione: secus quādo inciperet à praecedēti impos-
sibili dispositione, quia tunc nō valeret promissio
facta sub tali cōditione necessaria adiecta in poenā
impossibilis praecepti non seruati, vt d.l.si homo
mortuus.ff.de verb.obli. nisi vt ibi, & hic dicit gl.
post morā fuisset facta promissio, vt d.l.inter stipu
15 lantem.§.Stichum.† Si verò conditio impossibilis
de natura apponatur in vltimis voluntatibus, di-
cendū est cōclusiuè, secundum Io.de Imol. & Doct.
illam rejci, nec vitiare dispositionem, vt probatur
in saepedicta l.j.ff.de condi. insti.& d.l.obtinuit.de
cōdi.& demon.& d.§.impossibilis. Insti.de haered.
insti.& hoc operatur fauor vltimarum voluntatū,
vt l.in testamentis. s.isto titu. & valeret etiā dispo
sitio, esto quòd conditio foret necessaria, nisi inci-
peret à praecedenti praecepto impossibili, adiecta
dicta conditione necessaria in poenā talis praecepti
non seruati.& est ratio, quia poenam non meretur,
qui nō deliquit, vt d.l.vnica.in fi.C.de his quę poe.
16 no.vbi post Petrum videri potest Albe. †Quando
verò apponitur cōditio impossibilis natura, in iu-
dicijs & arbitrijs videtur q sententia vitietur: quia
regulare est, q sentētia nō debet ferri sub cōditione
licet lata sub cōditione possibili teneat.l.j.§.biduū.
ff.quan.appel.sit.& sic quādo est impossibilis, for-
tius remanet regula, q taliter fieri nō debuit: & sic
sententia iudicari debet nulla, tanquam lata contra
iura, vt iuribus suprà in praecedenti mēbro huius
articuli alleg.& haec satis sint de impossibilitate na
17 turae.†Videndum est de impossibilitate iuris, circa
quā dicendū est, q si versetur in dispositione, vitiat
dispositio, siue sit contractus, siue vltima volūtas,
aut alia dispositio. facit l.generaliter. & l.si plagij.
ff.de verb.oblig. Sed si versetur in cōditione in cō-
tractibus apposita, vitiat contractum, vt dictis iu-
ribus.& d.l.non solum. Fallit in cōtractu matrimo-
nij ipsius fauore, dummodo non sit contra substā-
tiā ipsius matrimonij, vt in d.c.j.& fi.extra de con-
di.appo. Fallit etiā in contractu donationis causa
mortis, cum, vt s.dictū fuit in alio mēbro, accedat
in hoc naturae vltimę volūtatis, vt d.l.quae sub cō-
ditione.§.hoc edictū. Idem si sit cōditio necessaria,
ex eo, q contraria cōditio est impossibilis de iure.
Nam tunc etiā vitiatur cōtractus, vt est decisio te-
xtualis in l.iuris gentiū.§.si ob maleficiū.ff.de pact.
& not.per Bar.in d.l.nō solum. Ideo si promittitur
Titio certa summa, si maleficium non fecerit, non
valet promissio, vt in d.§.si ob maleficiū. Et idem
multo fortius si inciperet à praecedēti conditione,
argumēto eorum, quae superius fuerūt dicta. Sed si
adiecta sit conditio impossibilis de iure in vltima
volūtate, cōcludi potest q talis cōditio vitiatur, &
nō vitiat, vt d.l.j.& l.obtinuit. & d.§.impossibilis.
18 secundum vnū intellectum. †Fallit qn̄ conditio nō
est propriè impossibilis sic, q lex ei resistat, sed po-
tius ex hoc, q ei nō assistat, vt potest exēplificari in
cōditione reddente dispositionē captatoriā. Nam
talis cōditio vitiat dispositionē propter defectum

formæ træditæ à iure, vt l.captatorias. & l.illa sti-
pulatio.& l.si quis Sempronium. ff.de hæred.insti.
Quod intelligendum dicit esse Ioan. de Imol. in d.
l.j.nisi in relictis ad pias causas,vt notatur in dictis
19 iuribus.& in cap.cum tibi. extra de testa. ¶†Fallit
secundò,quando propter adiectionem conditionis
impossibilis testamẽtum detegitur peccare in for-
ma,seu solennitate substantiali,vt est videre, quã-
do filius in potestate instituitur per patrem sub cõ-
ditione impossibili:quoniam forma data est à iu-
re, quòd non potest filius institui sub conditione,
nisi sub potestatiua, vt l.suus quoq;.ff.de hæredib.
institu.& l.filius.ff.de condi.instit.& facit quod ha-
betur in l.si pater. C.de insti.& resti. sub condi.fa.
quo casu redditur testamentum nullum, vt dictis
20 iuribus.¶†Tertio fallit,quando talis conditio po-
test impleri de facto,quia in implemento facti nul-
la versatur turpitudo, quia talis conditio non re-
ijcitur,sed de facto est implenda,vt l.qui hæredi.&
l.Mæuius.ff.de condit. & demonstra. & l.mulier.§.
j.de condit.instit. Si tamen factum turpe esset, non
21 debet impleri,sed reijciendum est.¶†Fallit quartò,
quando cõditio respicit honestũ finem.tunc enim
simpliciter non reijeitur,sed impleri debet in aliam
similem causam honestam tantum,vt l.legatum.ff.
de vsufru.lega.& l.legatam. ff.de admi.rer.ad ciui.
perti.& no.per dictum Io.de Imol.in sæpedicta l.j.
22 super glos.ij.¶†Fallit quintò,quando testator pu-
tauit conditionem esse possibilem: nam tunc non
valebit dispositio, vt allegatur casus singularis in
l.seruo manumisso.ff.de condi.indeb.Quod intelli-
gi debet esse verum, nisi talis conditio respiciat fi-
nem,qui quamuis vno modo sit impossibilis, alio
tamen modo æquiualenti est possibilis,vt est casus
in l.ab omnibus.§.j.& l.huiusmodi.§.si ita. ff.de le-
gat.j. vbi quando testator reliquit alicui decem, si
suo hæredi redderet tabulas chirographi, quas pu-
tabat testator extare, quæ re vera non extabãt, sed
erant fortè combustæ, illa conditio respiciebat fi-
nem liberationis debiti contenti in chirographo:
quæ cõditio satis impletur,si legatarius liberet hæ-
redem testatoris ab illo debito, quod in chirogra-
pho scriptum erat. Et quamuis huic dicto obstare
videatur dicta lex, seruo manumisso. vbi testator
volebat seruum esse liberum, & videbatur sufficere
qualicunq; modo fieret liber:quia secundum Ioan.
de Imol. verisimiliter in dicta l.seruo manumisso.
testator se restrinxerat ad certũ modum libertatis
concedẽdę,videlicet si ex suo testamẽto seruus esset
liber, & sic esset suus libertus:& aliter noluit con-
ditionem impleri,vel vt ibi dicit Bald.in illa l.ser-
uo manumisso.erat cõditio impossibilis in specie,
non in genere: quia non erat de genere impossibi-
lium.Ideo magis dici debet falsa,quàm impossibi-
lis.vel ibi secundũ eum limitatur dicta l.j.ff. de cõ-
di.insti.quæ debet intelligi, quãdo testator sciebat
conditionem esse impossibilem:secus si errauit, vt
antè dicta l.seruo manumisso. quod dicit esse mẽti
23 tenendũ.†Alia est impossibilitas facti, quæ potest
vocari perplexitas:& ista quandoq; non prouenit
immediatè ex verbis testatoris, sed extrinsecus ha-
bito respectu ad aliud, puta ad patrimonium dicti
testatoris,& illa non vitiat dispositionẽ,sed dissol-
uitur,prout melius fieri potest, considerata volun-
tate testatoris,quæ regit omnia,per legẽ,cum quæ-
stio.in fin.C.de legat.& hoc probatur in l.qui qua-
dringenta.ff.ad legem Falc.vbi videte Bar.Si verò
perplexitas contingat ex verbis testatoris,& cadat
inter res,quarum vna dignior est maiori fauore,q̃
alia:in illa valet dispositio,vt l.fin.§.j.ff. de vulga.
& pupil.subst.Sed si illę res sint pari fauore dignæ,
& possit perplexitas dissolui per implemẽtum fa-
cti,quod tendit ad commodum implentis, tunc nõ
vitiat illa perplexitas, sed dissoluitur per illud im-
plementum,vt l.si qui ita.ff. de conditio. Instit.vbi
videte Bal.distinguentem post glos. quo modo so-
cietas bonorum testatoris, de qua ibi loquitur tex.
possit pro futura successione contrahi. sed si per ta-
le implementum non posset dissolui perplexitas,
quia dato quòd conditio impleretur de facto, non
tenderet hoc implementum ad commodũ implen-
tis,sed alterius,tunc vitiatur dispositio ratione ta-
lis perplexitatis,vt l.si Titius. cum ibi not.eod.tit.
de condi. insti. quia imputandum est testatori, qui
24 ita perplexe fuit locutus,secũdum Doct. †Quædã
est alia impossibilitas facti, quæ potius difficultas
appellatur. Circa quam dici potest, quòd quãdoq;
ipsa contingit respectu certę personę,cui adijcitur,
& non alterius:& illa bene vitiat dispositionem, si
non impleatur, vt l.cum hæres. §.j.ff.de statu libe.
Secus si amicorũ consilio, vel aliter quomodocũq;
fuerit impleta,vt l.Stichum Titio.§.pen.ff.illo tit.
& l.Arethusa.in fi.ff.de statu homi. & exemplificat
Ioã.de Imol. si testator reliquit libertatem seruo, si
hæredi dederit mille florenos, quos nõ est seruo da-
re possibile,sed alteri possibile est. Ideo si illos non
dederit seruus, non consequetur libertatem, quam
tamen habebit si dentur per suos amicos, vel alios
ipsius nomine,vt dictis iuribus proximè allegatis.
Si autẽ illa difficultas non esset respectu solius per-
sonæ legatarij,sed etiam omnium quoruncunq;,vt
esset,si adijceret testator cõditionẽ,si daretur mons
aureus, quẽ etiã per aggregationẽ omniũ peciarũ
auri, nõ esset facile alicui personæ construere,ideo
vitiaretur relictum sub illa conditione,ex quo im-
pleri non posset,vt not. per gl.in d.§.impossibilis.
Insti.de hæred.insti.nisi fortè diceretur secundũ di-
ctum de Imol. quòd si testator sensisset de mõte au-
reo naturali,& non artificiali,quia hoc reperire in
natura, est impossibile, reijceretur appositio cõdi-
cionis,& non vitiaret dispositio, per iura superius
ad hoc alleg.in articulo de impossibilitate naturæ,
& sic limitãda esset secũdum eum gl. in d.§.impos-
sibilis.Et ita pertransit do.Io.de Imol.de verbo ad
verbum recitatus.Et si vultis, secundum Bonif.de
Ama.addi potest q; hæc regula vniuersaliter & ge-
neraliter prolata, habet locũ in omni materia, ex
qua solet oriri obligatio, siue per cõsensum partiũ
expressum,vt sunt cõtractus, in quibus si apponat
vel deducatur in pactũ aliquid impossibile de natu
25 ra,de iure,vel de facto,nulla oritur obligatio. †Idẽ
dici debet in tacito cõsensu,vt in cõsuetudine, quæ
tacito populi cõsensu introducitur,vt l.de quibus.
ff.de legib.vel in sentẽtia, à qua nõ appellatur,vbi
accedere videtur tacitus partis cõsensus, vt l.ab eo.
C.quom.& quan.iud.Ideo si in cõsuetudine aliquid
deducer

deduceretur impoßibile, nulla oritur inde obligatio:
quia tunc ligat obligatio quando eſt rationabilis, in
cap.fi.extra de conſuetud.nec aliter ligat, imò dicitur
corruptela, in authen.vt nulli iudic.§.j.colla.ix.& c.ma
la autem conſuetudo.viij.diſtinct. Nec poteſt id quod
eſt impoßibile de natura vel de facto deduci in conſue
tudinem facti, quia in eis non eſt vſus, propter impoſ-
ſibilitatem. Vſus autem neceſſarius eſt in conſuetudi-
ne.l.j.C.quæ ſit longa conſuet.& l.an in totum. C. de
ædific.priua.Illud aũt quod impoßibile eſt per ius po
ſitiuum, poſſet per cõtrarium ius poſitiuum fieri poſ-
ſibile, quoniam Imperator poteſt legem contrariam fa
cere, per quam reddetur licitum & honeſtum quod
per anteriorem legem erat reprobum, vt exemplificat
dictus Bonifacius de Amanatis, ſi Imperator faceret
hodie legem, quòd valeat donatio inter virum & vxo-
rem, illa valeret, vt in aut.de nuptijs.§.j.coll.iiij.& l.j.
C.de legi.Idẽ eſſet in ſtatutis, quæ fierẽt p habẽtes pote
ſtatẽ ſtatuẽdi, niſi in his quę ſunt ꝓhibita, vt in aut.caſ
ſa.C.de ſac.ſanc.eccl.& aut.nauigia.C.de furtis.& aut.
26 omnes peregrini.C.communia de ſucceſſ. † Alia po-
teſt eſſe concluſio, quòd vbi pœna apponitur diſpo-
ſitioni conceptæ de impoßibili, nõ valet pœnalis ad-
iectio, ſiue in cõtractibus apponatur.l.ſtipulatio hoc
modo concepta.ff.de verb.oblig.& alijs iuribus ſupe-
rius allegatis. ſiue in vltimis voluntatibus, vt Inſtit.de
lega.§.fin.& d.l.vnica.C.de his quæ pœnę nomi.in fi-
ne.Nec obſtat lex, in illa ſtipulatione, ſi calendis.ff. de
verb.oblig.vbi valet adiectio pœnæ, licet impoßibi-
le ſit quòd principale impleatur, quia ibi ab initio erat
poßibile, ſed deductum ad impoßibile ex poſtfacto.

Summarium.

1 ☞Facilè dictio, quid notet.
2 Aequitas quid, & quibus modis ſumatur.
3 Solennitates quæ ſublatæ.
4 Minores & abſentes etiam legitimè defenſi reſtituun-
tur.
5 Reſtituere ad totam cauſam plus eſt, quàm reſtituere ad
appellandum.
6 Reſtitutio ad totam cauſam quid importet.
7 Reſtitutio & appellatio in quo æquiparentur.
8 Abſens maior quando reſtituatur.
9 Indefenſus quãdo dicitur minor.& numero 10.& ma
ior, numero 11.
12 Abſens cauſa reipublicæ & infirmitatis æquiparan-
tur.
13 Abſens ex cauſa voluntaria nõ reſtituitur, ſi potuit di
mittere procuratorem.& nu.14.& 16.
15 Relegatus debet dimittere procuratorẽ, alioquin non
reſtituitur.
17 Contumax abſens quando audiatur.& nu.18.
19 Appellationi eſt in dubio deferendum.
20 Contumax auditur, ſi veniat iudice ſedente pro tribu-
nali.
21 Contumax verus quis dicatur.

Et ſi nihil facilè mutandum eſt ex ſo
lennibus: tamen vbi æquitas euidẽs ex-
poſcit, ſubueniendum eſt.

SVMITVR literaliter
hæc regula ex text.l.diuus.
ff.de in integr. reſtitu.& ſi-
1 cut hic dicit gloſ. † in textu
huius regulæ ponitur iſta
dictio, facile, ad denotandũ
quòd quamuis de ſolenni-
bus nihil ſit de facili mutan
dum, quandoq; tamen ex il
lis ſubmouetur vel cõtra illa ſubuenitur propter æqui
2 tatem. † De qua æquitate quid ſit, & quibus modis ſu
matur, videte quæ recitaui in l.in omnibus quidem.ff.
iſto titu.& per Bald.in titu.de pace iura.fir.§. ad hæc.
& per Doctores in l.placuit. C.de iudic. & l.quod ſi
Epheſi.§.in ſumma.ff.de eo quod certo loco. per Albe
3 ricum. † Iſta autem regula loquens de ſolennibus ſecũ-
dum quod etiam hic dicit gloſſ.non intelligitur de ſo-
lennitate verborum, quæ olim requirebatur in actio-
nibus intentandis, quæ erat ſuperuacua quædam for-
mula, & oportebat illam à pontificibus ſeu collegio
pontificum impetrare, vt l. ſecunda.§.deinde ex his le-
gibus.ff.de origi.iur.ideo eſt hodie ſublata, vt l.prima
& ſecunda.C.de formu. & impetra.actionum ſubla-
tis. quia qui cadebat à ſyllaba, cadebat à cauſa: ſed mo-
do non eſt ita, quoniam vt dicit Bald.in dicta l.prima.
non nocet error in ſyllaba, nec etiam in alio, ſi tempo-
re congruo emendetur, vt not.C.de eden.l. edita. Nec
eſt etiã neceſſe impetrare actiones à pontificibus, quę
iure communi conceduntur, vt dicta l.ſecunda.facit l.
prima.C.de theſauris.libro x.vbi dicitur quòd fruſtra
precibus impetratur, quod iure communi conceſſum
eſt.ſuperflua enim vitanda ſunt.l.fin.C.de dona. facit
quod habetur in l.nominationes.C.de appell. ¶ Idem
dicendum eſt in forma ſuperuacua verborum conden
di teſtamenta, vt l.in teſtamentis. & l.quoniam indi-
gnum.C.de teſtamen.in quibus valet inſtitutio facta
verbis præceptiuis ſiue precatiuis, præſentis ſiue fu-
turi temporis, etiam ſi teſtator erat ſemimortuus vel
balbutiens, dummodo ſit ſanæ mentis, & poßit aptè
verba proferre.facit l.ſeniũ.C.qui teſta. fa. poſſunt.&
l.Pamphilo.§.propoſitum.ff.de leg.iij.cum ſimilibus.
& ſiue ſcripta erat inſtitutio in membranis ſiue papy-
ro aut alia materia, vt ibi declaraſ per Baldum & Do
ctores, ſecundum quos non eſt curandum de qualita-
te verborum in teſtamentis, dummodo de mente &
intentione teſtatoris poßit apparere, de quibus cum
apparet valet inſtitutio, ſiue directis ſiue obliquis ver-
bis vtatur.facit quod habetur & notatur in l.his ver-
bis.ff.de hæredi.inſtitu. ¶ In ſubſtitutionibus verò eſt
magna vis & differentia inter verba directa & obli-
qua, vt l.verbis ciuilibus. & in l.centurio.& ibi per
Bartolum & Doctores.ff.de vulga.& pupilla. ſubſti-
tu.de quibus etiam per Baldum in l.fina.C.de ſacro-
ſanct.eccleſ.qui dicit in dicta l.quoniam indignum. il-
lam per aliquos eſſe male allegatam ad materiam ſub-
ſtitutionum, quia illa lex loquitur de verbis directis
& inflexis reſpectu inſtitutionis, non autem ſubſtitu-
tionis.quod eſt notandum. ¶ In iſta igitur regula po-
nit gloſſ.exemplum de l.fina.ff.de in integrum reſtitu.
4 minorum. † Vbi minores etiam legitimè defenſi reſti-
tuuntur ad totam cauſam, & abſentes ex cauſa neceſ-
ſaria & probabili legitimè defenſi reſtituuntur ad ap-

pellandum, vt ita ibi summat Bartol. illam l. fina. vbi
potest notabiliter videri, & etiam Alberic. qui suadet
notari literam, quæ ibi facit differentiam inter mino-
res defensos, & alios absentes causa rei publicę: quia, vt
dictum est, minores defensi ad totam causam restituun
tur sed absentes causa rei publicæ defensi ad appellan-
5 dum sunt restituendi. † In quibus explanat intelligen-
tiam huius dicti, quia maius est restituere ad totā cau-
sam, cum illud sit perinde ac si nulla lata foret senten-
tia, ita quòd ex integro examinanda sit causa. sic intelli
do quòd ad eum statum redigitur, in quo erat, vt pos-
sit exceptiuè & propositiuè iura sua & actiões vel ex-
ceptiones deducere, vt etiam notatur per eum in l. di-
uus. eodem titu. Sed restitutio ad appellandum hoc
operatur, quòd possit appellari à sententia intra decē
dies à tempore restitutionis, iuxta id quod habetur in
authen. hodie. C. de appella. vt dicit Alberic. in dicta
l. fina. not. per gloss. & Bartol. in allegata l. diuus. &
per Bartolum in l. ab hostibus §. sed quòd simpliciter.
ff. ex quib. cau. ma. & per gloss. & Ioan. de Imol. in cle-
6 men. j. de in integrum restitu. † Attendi oportet etiam
circa id quod dictum est de restitutione ad totam cau-
sam, quoniam aliqui voluerunt dictam restitutionem
hoc operari, quòd iudex restituens ad totam causam
debet pronuntiare totum contrarium eius quod sen-
tentiauerat primus iudex, eo quòd restitutio & appel-
latio æquiparantur, & tamen iudex appellationis re-
perta priore sententia iniusta illam in totum reuocat.
Sed hoc non putat Alberic. esse verum, sed solum re-
stituens iudex reponet in pristinum statum sententiam
primam, per l. ij. C. in quibus cau. in integrum restitu.
non est necessa. Cui addi potest id quod not. in l. cum
quidam. ff. de acquiren. hæredi per Ioannem de Imol.
vbi dicit, quòd restitutio id restituit quod læsio abstu-
7 lit, vt l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de mino. † In hoc
autem æquiparantur restitutio & appellatio, quia si-
cut appellatio suspendit vel extinguit pronuntiatum,
vt l. prima. in fine. ff. ad Turpilian. cum ibi notatis, ita
8 restitutio facit data à iudice, vt dicto §. restitutio. † Est
autem aduertendum circa minores vel absentes resti-
tuendos: quia id intelligi debet de absentibus maiori-
bus secundum causas absentiæ, vt differre dicamus si
sit probabilis & necessaria absentia vel ꝓbabilis tantū
aut voluntaria tantū seu ꝑalia sine cōtumacia vel cum
contumacia. & istud requirit magnum tractatum, de
quo per Doctores in dicta l. diuus. & allegata l. fin. ff.
de in integrum restitu. Et pro quadam summa potest
dici secundum eos, quòd minor absens indefensus si
condemnetur, dicit sententiam nullam, cum nō teneat
ipso iure, vt l. cum & minores. C. si aduer. rem iudi. &
l. si præses. C. quomodo & quando iudex. & l. acta. §.
9 fin. ff. de re iudica. † Et dicitur indefensus, quando per
tutorem vel curatorem nō fuit defensus in principio,
medio & fine causæ. debuit enim lis contra eum mota
legitimè inchoari & etiam finiri, vt ibi not. & l. in vni-
uersis. C. qui da. tuto. possunt. Et hoc procedit in diffi
nitiua sententia: sed interlocutoria lata contra mino-
rem etiam non defensum, videte quod habetur in l. si
minor. ff. de bon. auto. iudi. possidē. & l. contra pupil-
lum. ff. de re iudic. & ibi Barto. Ioan. de Imol. & Do-
ctores, & Specul. titu. de primo & secundo decre §. re-
stat. versicu. sed pone quòd pupilli. & ibi Ioan. Andr.
10 in additionibus. & Bartol. in dicta l. fina. † Aut minor
fuit defensus vsque ad litis contestationem, quo casu
si non liqueat de causa, non debet procedi ad diffiniti-
uam, sed ad interlocutoriam, vt l. properandum. §. sin
autem reus. C. de iudic. & l. consentaneum. C. quomo-
do & quando iudex. tamen si feratur interlocutoria il-
la, per quam pronuntietur procedendum esse super li-
bello, vel non procedendum contra ipsum minorem
indefensum, non valet nec tenet, sicut nec diffinitiua, vt
allegata l. si præses. & notat per Bartol. in sæpedicta l.
11 fina. † Sed quo ad maiorem absentem, distinguendum
est, qualis esset absentia, quia si erat absentia probabi-
lis & necessaria, vt causa rei publicę, & legitimè defen-
sus non fuerit, sententia est ipso iure nulla. & dicitur le-
gitimè non defensus, si lite non contestata fuit absens,
quia tunc non potest ferri diffinitiua, vt l. cum propo-
nas. C. de bon. auto. iudi. possi. Dicitur enim legitimè
defensus, quādo defenditur in tota causa per procura
torem sufficientem, vt l. quia absente. C. de procura. &
l. quamuis indubitati. C. ad legē Iuliam de adulte. sed
lite non contestata per eum vel procuratorem non di-
citur legitimè defensus. Et quamuis videret quòd pro
curatorem dimittere deberet, vt l. Papinianus exuli. ff.
de mino. & l. necnon. ff. ex qui. cau. ma. illa iura loquū
tur in absente ex causa alia, quàm probabili & necessa-
ria, scilicet non causa rei publicę, vt ibi patet. Si autem
non sit defensus ille absens rei publicę causa, restituitur
ad totam causam, vt dicta l. quia absente. cum simili-
bus. Sed lite inchoata & contestata tenetur dimittere
procuratorem, aliàs non restituitur ad totam causam,
vt l. eundem. §. fina. ff. de legationibus. sed ad appel-
12 landum restituit, vt antè dicta l. fina. † Dictum verò in
absente causa rei publicæ vel militiæ ibi intelligit Bar.
procedere etiam in causa infirmitatis: quia sicut absen-
tia causa rei publicę imponit necessitatem absenti, ita
etiam infirmitas, quæ à deo imponitur. allegat text. &
glos. ad hoc in l. quæstum. ff. de re iudic. In absentibus
ex alijs causis, aliter dicendum est. vt ecce, si ex causa ne
cessaria tantum, vt quia quis est relegatus vel expulsus
de ciuitate, si legitimè fuerit defensus in causa, ad nihi-
lum restituitur, vt dicta l. Papinianus exuli. cū ibi no-
tatis. & idē vt ibi habet, si non fuit defensus, sed potuit
dimittere procuratorē, & non dimisit: quia etiā non re
stituitur. sed si dimisit, & mortuus est, restituitur ad ap-
pellandum, vt ibi habetur & notatur, & dicta l. sed & si
13 per prætorem. §. primo. ff. ex quib. cau. ma. † Absens
verò ex causa voluntaria & probabili tantum, vt cau-
sa studiorum vel mercantiarum, secundum glos. in alle
gata l. fin. æquiparatur absenti ex causa necessaria tan-
tum, vt si potuerit dimittere & nō dimisit ꝓcuratorē,
nō restituatur: sed dimiserit, restituat ad appellandum.
Distinctio ista, potuerit vel non potuerit dimittere
procuratorem, placet Bartolo in causis inceptis an-
te absentiam, quia cum causa esset cœpta, & solum vo
luntaria, licet probabili causa se absentauerit, est quid
sibi imputetur, quare procuratorē nō dimisit, quia ne
cessarium erat insistere causæ iam motę, vt l. contuma-
14 cia. §. primo. cum ibi notatis. ff. de re iudi. † Glo. tamen
in l. necnon. in princip. ff. ex quib. cau. ma. & alia glos.
in dicta l. sed & si per prætorem. §. j. tenere videtur, ꝙ
siue iste absens ex probabili tantū causa, potuerit vel
non potuerit dimittere procuratorem, semper restitui-
tur,

tur, si illa absentia sit causa studiorum, quæ est priuile-
giata, in authen. habita. C. ne fili. pro pa. ergo ista ab-
15 sentia sibi nocere non debet. † Sed secus est in relegato
ratione delicti, ex quo debet sentire pœnam & nō pre-
mium, vt ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. §. si in-
ter. & ff. de nego. gest. l. siue hæreditaria. Ideo iste tene-
tur dimittere procuratorem, aliàs non restituitur, vt di
cta l. Papinianus exuli. & quod not. in dicta l. sed & si
16 per prætorem. §. primo. † Dicit tamen Alberic. in ante-
dicta l. fin. quòd licet ista sit opinio magnorū Doctor.
quòd absens ex probabili causa prædicta non tenea-
tur dimittere procuratorem: tamen pro opinione glo.
ibi, quā sequitur Bart. in causis iam cœptis, vt dictum
est. In aliis tamen q̄ teneatur dimittere optimè facere vi
detur id quod habetur eum qui appellat in prouincia
defendi debere. l. ij. vbi in textu solum excipitur à non
dimittendo procuratorem ille qui abest causa rei pu-
blicę, & de aliis absentibus nihil loquitur. & etiam sa-
tis hoc demonstrare videtur sæpedicta l. necnon. ibi dū
dicit tex. fortè procuratore suo defuncto. Licet glos. ibi
teneat cōtrarium. ad quod videre quod not. in l. is qui
rei publicę. ff. ex qui. cau. ma. & l. qui suspectum. §. fin.
ff. de appella. & plenius Docto. in locis allegatis.
¶ Absentia alia est tantū voluntaria, quæ potest esse si-
ne contumacia, & lite nō inchoata vel mota, & in hac
quod agitur contra non contumacem absentem non
valet. l. ad peremptoriū. ff. de iudi. & l. cessante. C. quo-
modo & quādo iudex. & l. j. §. item cū ex edicto. ff. quæ
sen. sine appel. rescindantur. ideo condemnatus restitu-
17 tione non eget. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. ¶ † In absen
te verò per contumaciam aliter & plenius dicendum
est, quoniam potest esse talis contumax, qui non audi-
tur appellans, vt dicta l. properandum. §. sin autē reus.
C. de iudi. cōcord. l. & post edictum. §. j. ğ. illo eo. titu.
& l. j. C. quorum appel. non recipi. & l. ex consensu. §.
fin. ff. de appel. ij. q. vj. c. sunt etiam quorum. xxiiij. q.
iij. c. de illicita. quod verum est in contumace in non
comparendo. Secus in contumace in nō parendo, quia
ille bene potest appellare, vt l. creditor. §. iussus. ff. de
appel. & ibi per glos. & not. per Ioan. And. in gloss. &
Ioan. de Imol. in clemen. j. de dolo & contu. & ibi red-
ditur ratio diuersitatis, quoniam contumax in non ve
niēdo peccat in duobus, quia non venit, & hoc pri-
mum: & secundo quia non paret: sed cōtumax in non
parendo solum peccat in vno, quia bene venit, sed non
18 paret. † Sed circa ista est aduertendum, quia illud quod
dictum est, contumacem in non veniendo vel nō com
parendo non audiri appellantem, habet longum tra-
ctum. Bal. enim in dicto §. sin autem reus. dicit verum
esse, quòd contumax non auditur appellans, scilicet
quando est verus & euidens cōtumax. Primum de ve-
so probatur ibi in textu. in verbo, contumaciter; & se-
cundum de euidenti ibi in dictiōe, noscitur. & si de hoc
dubitetur, iudex secundum eum se summatim debet in-
formare, vt notatur in dicta clemen. vnica. de dolo &
19 contu. † Subdit cum Bald. vbi supra, quòd in dubio
est appellationi defendendum: quia præsumitur pro
appellante, argumen. l. penultimæ. ff. de iur. omn. iudi.
Illa tamen præsumptio non est quo ad finalem exitum
litis vel controuersiæ, cum pro sententia præsumatur.
l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. & l. rem non nouam. §.
patroni. C. de iudi. & cap. in præsentia. vbi pro iudice
præsumitur. extra de renunti. & not. per gloss. allegan-
tem concordantias in cap. ad reprimendam. extra de of
fic. ordi. super verbo, excommunicatum fuisse. ¶ Et su-
pradicta procedunt in citato ab homine, sed secus in
citato à lege, quia ille contumax citatus à lege auditur
appellans, vt not. in dicta clemen. vnica. & per Cyn. in
dicto §. sin autem reus. Ex quo colligi potest, quòd in
maiori contumacia constituitur citatus ab homine q̄
citatus à lege. quod dicit Bald. esse notandum. ¶ Atten
dite etiam, quia vt in alleg. §. sin autem reus. dicit gloss.
super verbo, contradictionem, non auditur appellans
qui contumax est, vbi scilicet ex voluntaria causa ab-
est, non si iusta & probabili, vt dicta l. quia absente. C.
20 de procurato. † Quæ glo. etiam vult, quòd vbi contu-
max ex voluntaria causa venit iudice sedente pro tri-
bunali, audiri debet appellans, vt dicta l. diuus. ff. de in
integ. restitu. Quædam tamen glos. & Docto. in hoc fa
ciunt differentiam inter verum & fictum contumacē,
dicta l. properandum. §. & si quid. & dicto §. sin autem
reus. & ibi Salice. & in allegata l. diuus. & l. ex consen-
su. §. fina. ff. de appella. & Ange. in l. & post edictum. §.
21 fina. ff. de iudi. † Est deinde sciendum quòd sunt multæ
& diuersæ opiniones quis dicatur verus contumax:
quoniam glos. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iu
dex, dicit verum contumacem, qui personaliter citatus
non comparuit. & idem sentit in dicta l. ex consensu. §.
fin. Sed in allegata l. diuus. plus requirit glos. vt verus
contumax quis dicatur, scilicet quòd inuentus & cita-
tus dixerit se nolle venire. Sed contra illam glo. est text.
in dicta l. properandum. §. & si quidem. vbi ter citatus
etiam non inuentus non auditur appellans. & ideo vi
detur in allegato §. sin autem reus. & dicta l. ex consen
su. §. fina. vbi non fuit apprehensus citatus, nec dixit
se nolle venire, licet citatio ad eius notitiam peruene-
rit. Ideo dici potest clarius, vt dixi in l. non videntur. §.
qui iussu. ğ. isto titu.

Summarium.

1 ☞ Timor vanus.
2 Metus qualis requiratur ad actionem quod metus cau
sa. & numero 3.
4 Pusillanimi non datur actio quod metus causa, sed de
dolo.
5 Metum duobus testibus probās præfertur aliud cen-
tum testibus probanti.
6 Meticulosus quis dicatur.
7 Timens potentem potest securitatem ab eo petere.
8 Securitas à quibus detur. & nu. 9. & 10.
11 Vano timori non debetur securitas.
12 Insidians cogitur ad dandam securitatem.
13 Securitatem petens debet iurare de iusto metu.
14 Securitas quando præstetur etiam nullis præcedenti-
bus minis vel insidiis.
15 Securitas quomodo præstanda. & nu. 16. & 17.
18 Securitatē frangens qua pœna puniatur.
19 Securitatem in alio territorio frangens, an à primo iu-
dice possit puniri, & qua via agatur. & nu. 20.
21 Securitas data quanto tempore duret.

Vani timoris iusta excusatio nō est.

DE non vano timore & metu videte illa quæ recitaui in l.nihil cōsensui.ō.isto ti. ista verò regula loquitur de timore vano, qui nō habet iustam excusationem. Quod gloss.hic primo probat p l. quin tam.cū l.seq.ff.quod me.causa. vbi glo. allegat istam regulam, & est textus
1 similis in l.si quis ab alio.in princip.ff.de re iudic.† Si quis enim timeat, ne alius de eo malum dicat, & ideo sibi aliquid promiserit, non est iusta excusatio ad rescindendū promissum actione quod metus causa. Nam talis metus venit ex pusillanimitate, quæ non excusat ad hoc vt detur dicta actio quod metus causa, quæ vt detur requirit quòd metus sit talis qui cadat in constantem virum, vt dictis iuribus, vbi ita declarant Docto.
2 †De metu corporis cruciatus, pudicitiæ, seruitutis vel alterius vexationis vel atroci metu cadente in constantem virum, licet tex. in dicta l.vj.de constantissimo loquatur, sed vt ibi dicit Iaco.de Ra. quem sequitur Alberic. superlatiuus gradus ibi accipitur pro positiuo, sicut alibi, Instit.de loca.& conduc.§.fin. vbi diligentissimus sumitur pro diligenti.& l. si merces.§. qui columnā.ff.locati. Quia secundum eos, si oporteret illum, cui dicta actio datur, esse cōstantissimum, paucis daretur. Ideo sufficit illum esse constantem, cui atrox inferatur metus, qui requiritur, vt l.interpositas.C.de transact.cum ibi notatis per Bald.& per Cyn.in l.j.C.de rescin.vendi.& Innocen.in c.cum nobis.extra de elect.& dictum fuit in dicta l.nihil consensui. Constātia tamen illa talis debet esse in homine secundū statum suum & conditionem suam, quia secundū Alberic. alia cōstantia requiritur in milite, alia in clerico, vel aliàs alterius status meticuloso. ad quod allegat quod habetur in l. si quid vēditor.ff.de ædili.edic. Si verò esset, vt dictum est, homo pusillanimus, qui non timēda timeret, nō daretur sibi edictum quod metus causa, vt dictis iuribus. & ita debet intelligi ista regula, secundum eum post Ia-
3 cob.de Ra.† Est tamen iustus metus timor calūniæ ei qui non habet culpam. l.in summa.versi. si autem euidens calūnia.ff.de condi.indebi.& l.j.& l.si ab eo.ff.de calūniatoribus. Item metus medici vel aduocati, vt ff. de extraordi.cog.l.medicus.& l.quisquis.C.de postulan. secundum Alberic.in alleg.l.metum. Item metus excōmunicationis, qui æquiparatur morti, vt no.in c. olim.extra de resti.spoli.& not. Alberic.in alleg.l.metum. sed in cōtrarium facit eo.ti.c.dilecti. circa quod videte dominos de Rota deci.xxxv.in nouis. & Archid. in c.j.extra de sen.excom.lib.vj. sunt etiā pericula multa mortis, quibus inest iustus met9, de qbus per Innoc.
4 in c.de his.extra de sen.excō.† Volunt tamen Docto. quòd licet actio quod metus causa non detur pusillanimi pro vano timore, datur tamen actio de dolo contra metum inferentem: quia licet pusillanimis sit in culpa, inferens tamen metum est in dolo, qui præponde-
5 rat culpæ, vt l.item si obstetrix.§.fi.ff.ad l.Aqui.† Addatis in hac materia vnam glos.notabilissimā, quā vt talem cōmendat Alber.in d.l.metū. quæ est glos.Inno. in c.super hoc.extra de renunci. quòd si quis per duos testes probauit vim vel metum, & aduersarius per centum testes probaret spontaneam voluntatem, talis secunda probatio non valet, nec excludit primam quæ fortior est, cum secunda sit quasi negatiua. quod est notandum. Allegat deinde hic glos. pro verificatione huius regulæ id quod habetur in l.prima & secunda.C.de his qui per me.iudi.non appellant. vbi circa illud videte Docto.& plenius in c.fin.extra de appella.& quæ satis plenè recitaui in l.in omnibus causis.ō.isto titu.
6 †Addatis illud quod habetur & notatur in l.fi.in princip.circa illius finem.C.de iure delibe. quòd meticulosus ille, de quo loquitur hæc regula, dicēdus est, vt etiā superius dixi, qui timet non timenda, & ea quæ nulla sunt suspicione digna: & alibi vocatur talis formidolus superstitiosus, vt in l.quæ sub cōditione.ff.de condi.institu. vt sunt illi qui spuere in ecclesia putant esse peccatum. Ideo dicit ibi Paulus de Cast. quòd quando quis habet nimis scrupulosam cōscientiam, debet consulere peritiores, & illam deponere. facit quod habetur in cap.inquisitioni.extra de sen.excom. alioquin, si nō deponeret illam, ita peccaret faciendo contra conscientiam scrupulosam, sicut contra non scrupulosam. allegat notata in c.& si Christus.extra de iureiuran. Bonarum tamen mentium est timere culpam, vbi culpa nō est, vt in c.ij.extra de obserua.ieiuniorum. & v.distinc. c.ad eius. tutior etiam animæ pars tenenda est.extra de
7 sponsa.c.iuuenis.†Vbi autem quis habet iustam causam timoris, vt si dubitet non vane, ne ab aliquo potente offendatur, videtur q potest implorare præsidentis iudicis legitimū præsidiū, vt illum à quo timet, cogat sibi dare securitatem de non offendendo eum. Vt enim dicit Alberic.in l illicitas.in princi.& §.ne potentiores.ff.de offi.præsid. legitimum præsidium dicitur quod præstatur officio præsidentis iuste timenti sibi periculum vel dānum inferri. Et dicitur legitimū præsidium quasi à lege inductū, sicut dicitur legitima conuentio.l.legitima conuentio.ff.de pact. Et ad istud facit id quod habetur in l.denuntiamus.C. de his qui ad eccle.confugi.& l.si super possessione.C.de transac. vbi etiam per ipsum Alberic.& l.non est verisimile.ff. quod me.cau.& in authen.de man. princip. §.deinde competens.& §.sed neq; colla.iij.& l.si cuius.§.fi.cum l.seq. quæ incipit, æquissimum.ff.de vsufruct.& l.j.§.si quis nomine.versi.si tamen adhuc.ff.ne quid in lo.publi.& not.per Specu.tit.de pig.§.sequitur.versi.quid si timeo. Et potest adduci supradictorum ratio, quia id videmus in rebus inanimatis seruari, quādo petitur securitas à re personæ, quando vicini domus minatur ruinam, præstatur securitas, vt per totum ti.ff.de dam. infec.& maxime in l.qui bona fide.§.cum ædes.& l.ad curatoris.& l.fi.& l.præses.ff.de offi.præsid. ergo id fortius in animatis debet habere locū, quæ animata quibuscunq; rebus præferenda sunt. l.sancimus.C. de sac. sanc.eccles.& vbi est maius periculum, maiori cautione & remedio venit prouidendū, vt l.j.§. si quis.ff.de Carbo.edic.& in c.vbi maius.extra de elec.li.vj.& xlv.
8 distinc.c.quiescamus. & vij.q.ij.c.j.† Securitas autem quandoq; à lege alicui datur, vt in l.j.C.de nauicula.libro xj. vbi per Bartol.& Iac.Rebuf.& in l.præsenti.in princ.& §.j.& dicta l.denuntiamus.C.de his qui ad ecclе.cōfugi.& aut.habita.C.ne fili.p patre.& l.qsquis.

in fi.

in fi.C.ad l.Iul.ma.& l.fi.§.j.ff.de lega.j.in casibus sci-
licet ibi positis.& authen.agricultores.& l.executores.
C.quae res pig.obli.poss.& c.fi.extra de treuga & pa.
9 † Item datur à duce belli, de quo in l.conuentionum.ff.
de pac.& l postliminij.§.inducię.ff.de captiu. & postli-
10 mi. † Et quandoq;, vt est dictum, datur à praeside vel iu-
dice, de quo in iuribus superius allegatis. & per Iaco.
de Bel.in §.sed neq;.in dicta authen. de manda.princi-
11 pum. † Tex.tamẽ huius regulae facit q̃ si quis vano ti-
more dubitet vel timeat, non sit sibi dãda securitas au-
toritate iudicis, quia vanus timor non aestimatur. Ideo
quidam dixerunt, quòd timenti ne aliquis transeat per
agros aut possessiões suas, vel in persona fiat sibi iniu-
ria, vel dãnum inferatur, non sit sibi praestanda securi-
tas: quia vbi locum habet ordinarium auxilium, ces-
sat extraordinarium, vt l.in causae.ff.de minorib.& l.in
prouinciali.ff.de no.ope.nuntia.quia offendẽs in per-
sona vel rebus potest puniri, petente offenso vel iniu-
riato, vt l.saccularij.§.sunt quaedam.ff.de extraordi.cri.
Item superuacuis cautionibus non est vtendum.l.non
cogendum.§.Sabinus.ff.de procurato.sed talis securi-
tas videtur superuacua, cum sit aliàs à iure prouisum.
l.de pupillo.§ si quis riuos.ff.de no.ope.nunti.& tit.
de pace tenen.& de pace iura.fir.per totum. Et etiam si
aliquis comminatur & dolose faciat, est de dolo pu-
niendus, vt dicta l.saccularij.§.sunt quaedam. si autẽ si-
ne dolo minetur, est vanus timor non aestimandus, vt
in hac regula. pro qua distinctione facit l.si sine dolo.
ff.deposi.Sed Alberic.in dicto §.ne potentiores.tenet
cautionem esse pręstandã, tam pro persona quàm pro
rebus, per iura superius allegata. põt enim quis etiam
sibi prouidere pro futuro.l.harum.& l.legi.ff.si seru.
vendice.& hominem homini insidiari nefas est.l.vt
vim.ff.de iusti.& iure.& facit dicta l.denuntiamus.cũ
ibi notatis.C.de his qui ad eccle.confugi.& dicta l.si su-
per possessione.C.de transact.& videtur ad propositũ
tex.in l.iubemus.§.j.C.de praepo.sacri cubiculi.lib.xij.
ibi dum dicit tex.laesis implorandi praesidij facultatem
denegari non conuenit.facit dicta l.non est verisimile.
cum similibus. Requiritur tamen secundũ eundem Al-
beric.q̃ sit iustus metus, & non vanus, vt hic. Et dici-
tur iustus, si potẽtior minetur inferiori, qui talia facere
consueuit: non sic si minor inferat minas: quia lubri-
cum linguae ad poenam facile trahi non debet.l.famo-
si.ff.ad legem Iuliam maie.facit quod habetur in l.do-
12 lum ex insidijs perspicuis.C.de dolo. † Si vero quis
non intulisset alicui minas, sed insidias, potest cogi ad
dandã securitatẽ insidiato.l.propter insidias.C.qui ac-
cusa.non possunt.quia talis timor cadere potest in cõ-
stantem virum.l.metum.ff.quod me.causa.& l.inter-
positas.C.de transact.& l.habitatores §.primo.ff.loca
ti. ¶ Considerandum etiam est à iudice, à quo petitur
securitas, si timens sit talis persona quae verisimiliter
possit laedi, argumento iurium superius allegatorum.
facit l.vnica.C.si quis Imperato.maledixe.vbi ex per-
sonis hominum dicta pensanda sunt.& l.fin.C.de pro-
ba.& cap.ad audientiam.extra quod me.cau.& cap.li-
teras.extra de praesump. Imò secundũ Iacob.Rebuf.in
dicta l.j.de nauicula.põt timor & causa esse talis, vt ti-
menti dari possit licentia ducendi famulos vel seruien-
tes, vt l.fina.C.de eroga.milita.anno.libro xij.& ibi
not.per gloss. Secus esset in vano timore, de quo loqui-
tur haec regula. Et facit, quia nõ est praesumendũ, q̃ ille
de quo vane timet, sit suae salutis immemor, vt l.fi.C.
ad legem Iuliã repetũda.quae canonizata est j.q.j.cap.
13 sancimus.& facit c.in nostra.extra de procura. † No-
tandum est etiam, quòd petens sine vano timore secu-
ritatem, tenetur iurare se iustè aut verisimiliter timere
de illo, à quo petit sibi caueri, vt dicit Iacob.Rebuf.in
dicta l.prima. ad quod allegat l.qui bona.§.penult.
ff.de dam.infec.& quod habetur in l.vnica.C.de Nili
aggeri.non rũpen. Quod & voluit Alberic.in dicto
14 § ne potentiores. † Qui etiam addit casum, quòd vbi
ille de quo timetur, non intulit minas apertas, neq; pa-
rauit insidias, potest esse locus securitati praestandae ex
verisimilibus alijs coniecturis, vt quia forte in aure il-
lius qui timet minas fecit de eum interficiendo: ideo cũ
causae cognitione potest cogi ad securitatẽ praestandã;
quia cũ illa cognitiõe causae praestari debet, vt in d.au-
then.de manda.princi.§.sed neq;.l.capitalium.§.ad sta-
tuas.ff.de poenis. Et erit causae cognitio, si forte esset ti-
mẽs ille odiosus alteri, de quo timet, propter litem vel
controuersiam inter eos existentẽ. facit quod habetur
in authẽ.de testi.§.si verò quis dicat odiosum.colla.vij.
& Institu.de excu.tu.§.item propter litẽ. Per tales enim
coniecturas potest sumi causa securitatem praestandi,
argumen.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita.&
l.praetor.in princip.ff.de dam.infect.& l.thesaurus.ff.
ad exhibend.aliàs enim illud quod minatum fuit, non
posset probari, vt l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu.
tuto. Sed iunctis cõiecturis & probatis stabitũ iuramẽ-
to timentis, vt dicta l.qui bona.§ penultimo.secundũ
15 praedictos Docto. † Sed quaeritur quomodo praestabi-
tur securitas, vbi praestanda est. Quidam dicunt quòd
sufficiat nuda cautio, cuius appellatione à lege prolata
non intelligitur datio fideiussoris, vt l.sancimus.C.de
verbo.signifi. Cum fideiussore tamen est magis cautũ
& securius, vt l prima.ff.qui satisda.cogan.& l.si con-
stante.§.quoties.ff.soluto matrimo. Hoc tamen secun-
dum Alberic.in dicto §.ne potentiores.post Guliel.de
Cug.& Iacob.Rebuf.in alleg.l.j.residet in arbitrio iu-
dicis, qualitate causae & personarum considerata. nam
si debens securitatem praestare sit persona idonea &
locuples, possidens immobilia, non debebit cogi prae-
stare fideiussorem, vt dicta l.sancimus.& l.sciendum.ff.
16 qui satisda.cogant. † Cautio autem praestanda intelli-
gitur in talibus, etiam si nõ exprimatur quo ad timen-
tem, scilicet, amicos, familiares & sequaces suos, argu.l.
cum precario.ij.ff.de preca.& ff.de vsu & habita.l.nõ
solum.& in l.j.§.illo videlicet.ibi dum dicit text.cũ sua
domo.C.si quacunq; praedi.potesta.& etiam quo ad
ipsum dantem cautio per eum praestanda vel praestita
debet intelligi, quòd non offendet per se nec familiares
nec amicos suos. Ad hoc l.si stipulatus fuero per te nõ
fieri.ff.de verborum obliga.& l.secunda.& l.non so-
lum.ff.de vsu & habita.& l.isti quidẽ.§.qui tacuit.&
§.nihil.ff.quod me.causa.& l.secunda.C.de epis.& cle.
17 cum similibus. † Potest etiam praestari securitas per
impositionem signorum vel titulorum, secundũ Gul.
de Cug.allegatum per Alberic. Ad quod facit l.fin.C.
de eroga.milita.anno.libro xij.& C.vt nemo priua.
praedi.suis vel alie.titu.imponat, vel vela regia suspẽ.
l.prima & secunda.& in authen.vt defuncti seu eorum
funera.§.primo.colla.v.facit quod habetur in l.secun-

cta.C.de bon.vacan.libro x.& C.de aquæ ductu.l.secunda.libr xj.Persona tamen, cui conceditur, nõ debet deferre tale vexillum, licet princeps hoc cõcedere possit. Iudices tamen hoc non possunt facere de nouo, secundum Alberic.argumen.l.cum de nouo.C.de legi. vt enim ibi dicit Bald.noua talis interpretatio legis fieri debet per legis conditorem, & maxime quãdo princeps est præsens.nec debemus in talibus ad inferiorem recurrere, sed ad principem qui est lex animata, vt in authen.de consulibus.§ fina.colla.iiij.facit quod habetur in l.sanctum.ff.de rerũ diuisio.vbi colligitur argumentum, quòd dubitans ne offendatur, potest petere sibi concedi licentiam arma deferendi, vel pannos aut insignia alicuius potentis vel domini, sicut ibi dicit Alberic.ferebant legati Romanorum herbas ne violarentur.Sed necessaria est in his autoritas principis vel iudicis, per ea quæ habentur in dicto titu.C.vt nemo priua.& in authen.de manda. princip §. titulos.colla. iiij.

18 ¶ † Sed quæritur, quam pœnam incurrat fractor securitatis, quam promisit. Aliqui dixerunt, quòd non est puniendus aliter quàm secundum delicti qualitatem, vt l.congruit.ff.de offi.præsid.& sic erit effectus huius securitatis præstitæ, vt illam præstans magis timeat:& si fideiussores dederit, illi tenebũtur. Aliorum fuit opinio, quòd offendens teneatur crimine læsæ maiestatis, tanquam turbator pacis, vt ff.de re milit.l. fina. Quidam fuerunt in opinione, quòd offendens sit offenso tradendus, qui eum vt voluerit puniat, sicut tradi debent legatis hostium illi qui eos iniuriantur, vt l.fina. ff.de legationibus.facit quod habetur in l.sanctum.ff. de rer.diui.Sed non placent opiniones prædictæ Doctoribus, maxime Alberico, vbi supra, quoniam legis Iuliæ maiestatis pœna non imponitur offendẽti vnũ, nisi principem, vel rem publicam.Ideo offendens timidum, cui est promissa securitas, non punitur tanquam fractor pacis, sed tãquam fractor promissionis.Et etiã non debet tradi offenso.nam illud quod dicitur in dicta l fin.de re milita.& l.fina.de lega.est speciale in legatis principis vel rei publicæ, ex æquitate iurisgẽtium: qua cessante, vt in hoc casu, debet adiri superior, & non tradi offenso, vt per se ipsum vindictam sumat, vt l.nemo exterus C.de Iudęis.& l.vnica.C.ne quis in sua cau.iudicet, vel ius sibi dicat. Est tamen secundum Doctor.grauiori pœna puniendus, quàm si non cauisset:sed quia talis pœna non est à lege statura, committitur iudicis arbitrio.facit quod habetur in titu.de pace tenenda, & eius violato.§. si quis hominem.& §.si quis aliũ.quamuis ibi loquatur de pace communi, non singulari, secundum Albericum. Sed Bald. ibi tenet quòd illud capitulum loquitur, siue ab Imperatore, siue ciuitatibus vel singularibus personis sit facta pax.credit tamen dictus Alberi.quòd isto casu duplicetur pœna propter transgressionem illius quæ sibi imposita fuit, argumen.l.aut damnum.§.inter eos. ff.de pœnis.quidam dixerunt, quòd vltra quadruplũ extendetur pœna, per dictam l.primã.C.de nauicula. quod est contra textum §.omnes autem actiones. Instit.de actio.& ibi per Angelum de Aretio recitantem Doct.& per Iacob.Rebuf.in dicta l.prima.de nauicula.vbi distinguit an pœna in aliquibus casibus possit excedere quadruplum.Sed in casu isto datæ securitatis & fractæ communiter dicunt Doctor.quòd consueuit in talibus apponi certa pœnã, in quam incidat contra faciens, vt l.si quis reum.cum ibi notatis.ff.de custodia reorum.vbi verò non sit apposita certa pœna in dicto casu à lege vel homine, arbitrio iudicis venit contra faciens puniendus. Acrius tamen quàm aliter punietur secundum qualitatem delicti, consideratis qualitatibus personarum & excessus atque circunstantijs. Ad quod facit l.prima.§. expilatores.ff. de effractoribus.& l.aut facta.in principio.& §.primo.& seq.ff.de pœnis.quoniam pœna est infligenda secundum mensuram culpæ.l.aliud est fraus. suprà titu.proximo, de verborum significa. & l.vulneris magnitudo.ff.de iniur.& Insti.eo.ti.§.atrox.facit l.sanctio legum.ff.de pœnis. & quod habetur & notatur in l. quid ergo. §.pœna grauior.ff de his qui no.infa.& C. eod.titu.l.& si seuerior.& l.j.in fin.ff.de iure delibet.

19 ¶ † Mouetur in hac materia alia quæstio per Doctor. quidam, de quo timebatur, iussu præsidis vel iudicis timenti præstitit securitatem:sed postea extra territorium præsidis vel iudicis prædicti illam violauit:quęritur nunquid idem præses vel iudex possit illum punire. Et videbatur quòd non, quia extra territorium ius dicentis non extenditur sua iurisdictio, vt l.fina.ff, de iuri.omn.iudi.facit ad hoc lex ea causa.ff.de postuland.& l. sed & hæc §.non solum.ff.de procuratorib. Sed Alberic.in dicto §.ne potentiores, tenet contrarium, dicens quòd iudex, in cuius territorio deliquit, illum delinquentem puniet pœna legali, id est, à lege inflicta, cum ratione delicti coram eo sortiatur forum, vt l.prima.& authen.qua in prouincia C.vbi de crimi.agi oportet.Sed iudex originis vel domicilij eum potest punire debita pœna adiecta in promissione, qua promisit damnum non inferre, vt l.omnem.ff. de iudic.nam ex promissione iurisdictioni alicuius quis submittitur, vt l secunda.ff. si quis in ius voca. non ierit.& facit dicta l.fina.ff. de legatio. Nec dicit Alberic.esse mirum, quòd quis per duos iudices puniatur, vt l.placet.& ibi Doctor.C.de sacrosanctis ecclesijs.& in authen.de sanctissimis episcopis.§.si vero crimen.Esset hic adducendum illud quod nota.plenè per Bartolum in l.prima.C.de summa trinitate & fide catholica.vbi dicit esse certum, quòd delinquens potest puniri in loco domicilij vel originis de delicto alibi commisso, vt dicta l.prima.C. vbi de crimi agi opor.& l.relegatorum §.interdicere.versicu.sed eos.&
20 §.si quis.ff.de interdic.& releg. ¶ † An autem hoc fieri possit per viam inquisitionis vel accusationis ibi tractat Barto.& Bald.in viij.& ix. quæstione, vbi planè per omnes videatis, & per Ioan.Andr.in addi.Specul. titu.de compe.iudi.adi. Breuiter tamen potest dici secundum aliquos modernos, veram esse conclusionem, quòd iudex competens originis vel domicilij potest inquirere & procedere per viam inquisitionis contra sibi subditum de delicto alibi per eum commisso, quia inquirere est de ordine processus. Ideo debet inspici lex & statutum loci iudicij, vt l.secunda.C.quemadmo.testa. aperi. Sed iste subditus est iurisdictioni, legi, & statuto domicilij vel originis, ideo põt contra eum inquiri, vt dicta l.prima.C.vbi de cri.agi opor. Et istam opinionem tenet Bart.vbi supra.& Cyn.etiã in quadam sua disputatione, quę incipit, Rector ciuitatis Senarum. Videte latius Docto.in dicta l.prima.C.

de summa

de summa trini.& fid.cathol.& in cap.Romana.§.contrahentes.per domi.Iordanum Vricij in sua repetitione,
21 extra de foro competen.libro vj.¶ †Vltimo quæritur,quãto tempore durare debeat talis præstita securitas. Aliquorũ opinio fuit recitata per Alber.quòd solum triginta diebus,per dictũ §.sed neq.in authen. de manda.princip.Hoc dicere videtur incõueniens,quòd tam breui tempore duret. Nec obstat text. dicti §.sed neq.quia loquitur de securitate data ob debitum ciuile,& satis est de tempore xxx.dierũ, intra quod potest videri vtrum debitum sit vel non sit verum. Quidam dixerunt,quòd ad arbitrium iudicis hoc statuere pertinet, qui ad perpetuum statuere illud potest. Alij dixerunt,quòd ad breuius tempus,sed poterit renouari,vt l.iiij.in principio.de damno infec.Sed concludit Albe. post Gulielmum de Cugno,quòd quia in isto casu à lege non est statutus terminus vel certum tempus,hoc residet in æquo arbitrio iudicis,vt l.si finita.in principio.eodem titu.sicut etiam videmus securitatem præstitam seruis perpetuam esse,vt non reuertantur in dominorum potestatem,vt ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.l.ij.& Institu.eod.titu.§.fin.Facit in si nili,id quod habetur in l.si postulauerit.§.iubet.ff.ad legem Iuliam de adulter.& in l.prima.in fin.ff.de iure deliber.& l.in venditione.§.de tempore.ff.de bon.auto.iudi.possid.

Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Die eadem,ad quam est facta promissio,an possit fieri petitio.

Nihil peti potest ante id tẽpus, quo per rerum naturam persolui possit. Et cum soluendi tempus obligationi additur,nisi eo præterito peti non potest.

QVO dicta habet hæc regula,quæ per gloss.declarãtur.Primum dictum,cum per rerum naturã impeditur petitio illius,qđ debet.Secundum,quando per partium conuentionem.Secũda ibi,& cum soluendi.Primum ꝓbatur in l.interdũ.ff.de verbor.oblig.vbi obligatio pura secundum verba stipulatiõis recipit dilationẽ ad soluendum, vt in obligatione fructuum nasciturorũ vel operarũ insulæ ędificãdę, aut partus nascituri.Sed cõtra primũ opponit gloss.de l.iij.§.fins.ff.de stat.libe.vbi ante partus futuri natiuitatẽ contra obligatũ potest agi. Sed ideo est,vt ibi habetur,quia dedit causam suo facto ne partus nasceretur,propter abortionem procuratã,vel aliam datam causam,ne partus nasceretur,per obligatũ.Secũdum verò dictum ꝓbatur in Instit.de verborum obligationi.§. omnis stipulatio. versic.in diem. vbi dies appositus solutioni dicitur obligatio in diem.Est em̃ statim nata obligatio,ita quòd ꝓmissor statim est obligatus,sed petitio differtur in diem conuentum, quæ si nõ esset dilata,posset in iudiciũ ilico deduci,nisi opponeretur exceptio dilatoria.Debet igitur creditor expectare diem,nec ante agere potest vt hic.& facit text. in l.prima.in fin.ff.quando dies vsusfruct.lega.cedat.
2 Videtur enim dies apposita in fauorẽ debitoris.†Imò secundum Docto.tota illa die cum effectu peti nõ potest de ęquitate.Facit quod habetur in l.eum qui.aliàs incipit, Iabolenus.ff.de annu.lega.vbi per Barto.& l.si ita scriptum.§.Pegasus.& ibi glos.Barto.& Docto. ff.de lega.ij.& in l.eum qui Calendis.§.fina.ff.de verb. obligatio.Et est ratio,quia non potest dici in mora dictus promissor,nisi transacto quolibet momẽto diei appositæ,vt notatur in l.diuus.ff.de restit.in integrũ. & per gloss.& Angel.Areti.in dicto §.omnis stipulatio.Vbi etiam dicit,quòd in promissione nasciturorũ fructuum ante diem non dicitur nata obligatio nec actio,donec nascantur fructus,vt dicta l.interdum.vbi per Barto.& Ioannem de Imol.& ideo habetur pro cõditione,vt l.prima.in fi.ff.de conditio.& demonstr.& ita tenet Bart.in dicta l.interdum .contra Petr.& glo. vbi hoc probat text.dum dicit,tunc incipit actio,&c. ¶ Aduertẽdum est tamen id quod dictum est,illud,qđ debetur certo die,non potest efficaciter peti, nisi transacto momento quolibet illius:quoniam huic dicto videtur obuiare,secundum gloss. hic illud, quod habetur in l.liber homo qui bona fide.§.j.ff.de verb.oblig. quãdo dictum fuit debitori, hodie dare spondes.quoniam vbi pura est obligatio,statim potest agi,etiã eadem die,qua interposita fuit stipulatio.Conuentus tamen nõ poterit statim cogi soluere. nam inest tempus exactioni,de quo plenius per Barto.& Ioan. de Imol. & Doctor.in l.ita stipulatus.eod.titu. & l.ratum.& l. quod diximus. ff.de solutioni . & in §.finali. Institu. de inutilib. stipula. Et debet per iudicẽ statui tempus ad soluendum,non minus decem dierum,vt not.idem Ioan.de Imol.in dicta l.liber homo.§.j.per leg.si debitori.ff.de iudic.& l.promissor.§.j.ff.de constit. pec.vbi videte Salic.circa hoc Doct.& Bart.in l.qui hoc anno. de verbo.obligatio.& Ioan.de Imol.ibi,& quod habetur in l.in criminali.C.de iurisdictione om.iudic. & l. si quis in tãtam.C.vnde vi.& Innocen.in cap.primo. extra de plus peti.ad finem.& quæ dixi in l.in omnibus obligationibus.ẽ.titu.j. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Existens in vtero qñ habeatur ꝓ nato.& nu.3.4.& 5.
2 Matri quando prosit filius existens in vtero.
6 Prægnante surrepta furtiuũ intelligitur quod est in vtero,licet pro eo non agatur actione furti.
7 Lupam prægnantem capiens an pro singulis habeat præmium ex statuto debitum.
8 Aborsum causans an decapitatione homicidis ex statuto debita plectatur.& nu.9.& qd de iure cõi.& 10.
11 Vterum tenẽs habetur pro nato,si verè postea nascatur.
12 Posthumus quãdo dicatur perfectẽ natus, vt rumpat testamentum.
13 Abortiuus quis dicatur.
14 Natus quinto mense an rumpat testamentũ.& nu.17.
15 Momento solo viuens an excludat substitutum. & numero 16.18.& 19.

Si quis vxorem prægnantem reliquit,non videtur sine liberis decessisse.

ISTAM regulam exem-
plificat hic gloss. in eo qui
à testatore hæres est institu-
tus, & grauauit eum fideicō
misso vniuersali si sine libe-
ris decederet, q reliquit vxo-
rem prægnantem, vt non di
catur mori sine liberis: sed li-
cet non dicatur conditionē
substitutionis defecisse, non tñ secundum gloss. dicitur
extitisse: quia si partus mortuus nasceretur, pro nō cō-
cepto, & non nato haberetur, vt l. qui mortui. supra ti
tulo proximo, de verborum signific. nisi in casu l. quę-
ret aliquis. eodem titulo. sed ibi non loquitur in nō na
to, sed in portentoso, secundum glossam in dicta l. qui
1 mortui. & facit l. anniculus. eodem titulo. §. fina. † Et
Circa hoc sciendum est, quòd existens in vtero habe-
tur pro nato quo ad suum cōmodū, nō autem aliorū,
vt l. qui in vtero est. ff. de statu hominum. quod tamen
sic est intelligendum secundum Doctores post Iacob.
de Raue. ibi, & Alberic. q habetur pro iam nato, scili-
cet, vt eo nato perinde habeatur, quo ad eius commo-
dum, ac si natus foret tempore conceptionis: sed non
habetur pro nato dum est in vtero, vt ibi notatur. &
l. qui in vtero sunt. eodem titulo. facit quòd habetur
in l. nuper. §. fina. C. de natura. liber. Hoc etiam verum
est, quòd existens in vtero habetur pro nato, quando
si nascatur hoc sibi expedit, secus si sibi non expediat,
vt l. Arethusa. de statu hominum. Sed ibi principaliter
tractabatur de commodo matris prægnantis, licet e-
tiam de commodo filij per consequentiam. Testator
enim apposuit conditionem, quæ respiciebat tempus
partus, videlicet quòd si Arethusa prægnans tres pe-
perisset, esset libera, quibus natis contigit ei libertas, &
vltimo natus dicitur natus ex libera muliere, ideo ibi
2 expectatur tempus quo nascatur. ¶ † Prodest etiam ali
quando existens in ventre matris ipsi matri, & sic alij
quàm sibi prodest in l. prægnātis. ff. de pœnis. & l. Im-
perator Adrianus. de stat. hominum. verumtamen in
illo casu etiam sibi prodest, quia si prægnans mater
accusata de crimine capitali torqueri aut vltimo sup-
plicio puniri posset, etiam existens in vtero pateretur,
ideo propter dilationem supplicij prodest etiam sibi,
propter quem matri impartitur illa dilatio. Sicut etiā
ei ꝓdest quo ad alimenta, de quibus in l. prima. in prin
cipio. ff. de ventre in possess. mittendo. & l. prima. ff. si
ventris no. mulier in possess. mittatur. Sed hoc est pro-
pter partum nasciturum, vt in dictis iuribus habetur.
Sed etiam existens in vtero, non prodest patri quo ad
excusationem tutelæ, vt l. excusantur. §. quidam au-
tem in ventre. ff. de excusatio. tuto. & hoc ideo est, quia
ibi non tractatur de cōmodo partus, sed patris, cui nō
prodest. Idem dici debet, quando non tractatur de cō-
modo existentis in vtero, sed alterius, puta hæredis te-
statoris, vt l. in lege falcidia placuit. versi. circa. ff. ad le-
gem falcidiam. vbi partus ancillæ antequam nascatur,
non dicitur pars rei, nec dicitur ancilla pretiosior. facit
l. partum. supra titulo proximo. de verbor. significa.
& l. si aliena. §. Scæuola. ff. de vsucap. licet videatur cō-
trarium in l. si quod ex Pamphila. ff. de lega. secundo.
sed illa lex loquitur respectu emptoris q ancillā ꝓpter
conceptum pretiosiorē facit, & eā carius emit. sed hoc
nihil auget quo ad hæredem, vt nota. in dictis iuribus
3 per gloss. & Bartol. † Quandoq; autem existens in vte-
ro, non habetur pro iam nato ad suum commodum,
nisi esset conceptus eo tempore quo de illo commodo
venit tractandum, vt est textus in l. prima. §. si quis ꝓ-
ximior cognatus. ff. vnde cogna. vbi si viuo eo cogna
to, de cuius successione tractatur, non esset conceptus,
sed post illius mortem, etiam si postea concipiatur, &
nascatur, nō excludet alium proximum tunc mortuo
cognatum, qui ei successerat, quia iste post mortem
cognati conceptus illi morienti non erat proximior,
4 cum nondum esset animal, vt ibi dicitur in litera. † Si-
mile videmus, quòd existens in vtero non habetur ꝓ
nato, in collatione bonorum fienda: quia ille qui non
est natus, non est in potestate, vt habetur in l. fina. ff. de
collatio. bon. Et est ratio: quia collatio non fit alicui
antequam sit hęres, sed non est hęres antequā nascatur,
licet in possessionem causa ventris mittatur, vt notat
in l. posthumo. C. de collatio. Sed ius illud conferendi
bene transit ad suos hæredes, vt l. si maritus. eodem tit.
5 † Potest etiā videri, quòd partus iam natus, statim rū-
pit gradum, à quo est præteritus: sed posthumus dum
est in vtero, non rumpit statim, sed ita demū cum na-
scitur, vt l. si à primo. ff. de liber. & posthum. In hoc ve
ro æquiparatur iam nato, quia licet non rumpat ante
natiuitatem in re, rumpit tamen in spe: sicut in simi-
li videmus in l. iij. §. primo. ff. vsufruct. quemadmod.
caue. facit quod not. per Ioannem de Imola & Paul. de
6 Cast. in dicta l. si à primo. in principio. † Quæri ad hęc
pōt de ratione, q si ancilla prægnans subtrahatur vel
surripiatur, partus fingitur natus & furtiuus, vt dicta
l. qui in vtero sunt. versic. præterea. & tamen pro dicto
partu non agitur furti actione. Respondet ibi Alberic.
post Iacob. Butr. quòd ratio est, quia quòd reputetur
furtiuus concernit ipsius partus commodum, ne pos-
sit vsucapi, iuxta id quod habetur Instit. de vsucap. §.
furtiuę. & l. sequitur. §. quod autem. ff. de vsucapi. vbi
videte Ioan. de Imol. & etiā forte ne ad malum domi-
num transferatur, ideo ad hoc pro nato habetur. Sed
quòd domino eius detur furti actio ad duplū vel qua-
druplum, non est cōmodum ipsius partus furtiui, sed
domini sui, ideo quo ad hoc non habetur pro nato.
7 ¶ † Supradicta seruiunt ad quæstionem motam per
Bartol. Bald. & Alber. in dicta l. qui in vtero. Statutū
est, q accipiens lupum habeat certum præmium: qui-
dam cepit lupam prægnantem, quæ fecit tres lupati-
nos, nūquid ꝓ quolibet debebitur illud præmium. Et
tenent q non, quia pro natis nō habentur quo ad cō-
modū alterius, sed sunt vnū & idem corpus. Et faciūt
ad hoc concordantiæ allegatę in glo. dictæ l. qui in vte
ro. Imò dicit Bald. in l. fina. C. de liber. causa. idem esse
dicendum, si quis caperet lupatinos iam natos pen-
dentes ad vbera matris. ad quod allegat l. sed addes. §.
si quis mulierem. ff. locati. quia sunt adhuc quodā mo-
do pars viscerū matris. facit l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de
8 ventre inspic. ¶ † Plures alias quæstiones mouet Alb.
super dicta l. qui in vtero. & præcipuè vnam quā latis
simo stylo ad partes disputauit, quæ talis est: Statuto
cauetur, q homicida decapitetur: accidit quòd quidā
percussit cum pede mulierem prægnantē, ita quòd pe-
perit abortiuū: quæritur, an percutiēs sit decapitādus.
& arguit ex dicta l. qui in vtero. quòd sic, per quā pro
nato

nato habetur.facit l.diui.ff.de extraordina. crimi.& l.si mulierem.ff.ad legem Corneliam de sicar. & l. penultima.C.eodem tit.& l.Cicero.ff.de poen.& ibi in glos. Et alias allegationes pro hoc adducit,quæ possunt videri.Sed in oppositum arguit, quia percutiens pede nõ videtur habuisse animũ occidẽdi.l.prima.§.diuus. ff.de sicar.& l.in lege.eodem titulo.Pes enim cum quo percussit, non videtur ordinatus ad mortem, vt dicta l.prima.§.sed & si claua.eodem titul.& posset esse percutiens nescius,quòd mulier percussa fuisset prægnans.quæ ignorantia excusat.l.in lege.ff.de contrah. emptione.& l.si in duobus.§.si tabulæ.ff.quemadmodum testamen.aperian.nec debuit diuinare illam esse pręgnantem,vt l.si putator.ff.ad legem Aquiliam.& l.si ignorans.ff.locati.facit l.prima.§.illud.ff. de liber.
9 agnoscend.& l.fina.ff.pro suo.cum similibus.† Albericus tandem facit differentiam inter poenam decapitationis impositam à statuto,& illam,quæ imponitur à iure communi.In illa,quæ per statutum imponitur, putat ipse istum percutientem non debere decapitari ex forma statuti,per iura pro ista parte superius allegata.Et adducit rationem, quia homicidium dicitur ab hominis cęde.l.prima.§.occisorum. ff. ad Silleianum. & l.qua actione.§.occisum.ff.ad legem Aquiliam.& l. ita vulneratus.eodem titulo. & hoc etiam colligitur ex etymologia vocabuli, quæ debet attendi.l. secunda.§.appellata.ff.si certum petatur.& l.prima.in principio.ff.de acquirenda possessione.& de natura statuti poenalis est,quòd debeat strictè intelligi.l.prima. §.is qui nauem.ff.de exercito.& l.quod constitutum.ff. de testamento militari.sed partus antequam nascatur nõ est rectè homo,ergo nec dici debet homicidiũ cessante etymologia vocabuli. facit l.à nullo. C.de ferijs. cum statutũ enim loquitur de homicidio, intelligi debet de cæde hominis in esse perfecto,quam perfectionem sumit,vel videtur recipere ex natiuitate ab vtero matris, sicut cæteræ res ab earum consummatione formam recipiunt, vt l.si is qui quadringenta.§.quædam. ibi dum dicit textus,propriam formam,quæ ex consummatione contingit.ff.ad legem falcid.& l.ædificia.
10 §. perfecisse.supra titulo proximo.† Si autem quæratur quid sit in quæstione ista de iure communi, dicite quòd si partus ille non erat organizatus,vel animatus in vtero matris, cessat poena mortis,vt dicta l.diui.ff. de extraordinarijs crimi.cum ibi notatis. & cap. sicut ex literarum.extra de homicid: vbi per Innocentium, qui allegat secunda, quæstione quinta.cap.consuluisti.imò secundũ Ioannẽ de Anan.in dicto cap.sicut ex tua.text.dicit,damus causam abortioni,si conceptus non erat viuificatus,poterit ꝓmoueri ad sacros ordines,& in illis ministrare:de quo in cap.ex tenore. extra de temporibus ordina.et xxxij.quæstione ij.cap.Moyses.vbi per glo.& Archidiaconum.& Exodi xxj.cap. & intelligit animatũ esse partum infra xl.dies. de quo videte Bart.post gloss.in dicta l.diui.ff.de extraordin. crimi. & Ioannẽ de Anan.in cap.si aliquis.extra de homicid.& Alber.vbi supra,& Hostien.in summa extra de purifica.post partũ.Sed post quadraginta dierum conceptum, subiungit, quòd si percutiens percussit animo committendi abortiuum,incidat poenam mortis,vt l.si mulierem. allegata ff.de sicar.& l. penultima allegata C.eodem titulo. & dicta l.Cicero.ff. de poenis.ibi tamen videte gloss.& Doctores.sed si constet, quòd non habuit eam intentionẽ,vt faceret abortiuũ, non debet puniri poena mortis,vt l.si mulieres.ff.ad legem Corneliam de sicar.facit l.diuus.eodem titu Sed si dubitetur de animo percutientis, & aspectu nõ apparebat mulier pręgnans,tanquam de non prægnante iudicandum est,& non tenebitur poena mortis,argumento l.item apud Labeonem.§.si quis virginem. ff.de iniur.& l.si ignorans.ff.locati.& l.in lege.ff.de cõtrahenda emptione.nam probabilis videtur ignorantia,quę excusat à dolo,& poena doli.l.si quis id quod. §.doli.ff.de iurisdictione omnium iudicum. vbi verò apparebat prægnantem esse ex aspectu, iudex bonus ex qualitate facti,& passionis,& personarum arbitrabitur de animo percutientis,an animo faciendi abortiuum,vel non faciẽdi percusserit,vt allegata l.prima. C.ad legem Corneliam de sica.cum ibi notatis in glo. & per Doctores,& dicta l.prima.§. diuus. & §.sed si claua.supra illo eodem tit.& l.si nõ conuicij.C.de iniur.& illis casibus quibus dictum est,illum percutientem teneri poena mortis,tenetur vt homicida, non tamen est verè homicida,vt dicto cap.si aliquis.extra de homicid.vbi per dictum Ioannem de Ana. & Hostiẽ. in summa eodem titulo.§.primo & secundo.

11 ¶ † Postremò secundum intelligentiam dictorum in præcedentibus,filius existẽs in vtero habetur pro iam nato,quo ad suum commodum,eo tempore,quo cõceptus est,si nascatur postea considerandum. Et ideo si nascatur mortuus vel abortiuus, non habetur pro nato,quia non rumpitur paternum testamentum, in quo erat præteritus,vt l.vxoris abortu. & l.tertia.C. de posthumis hæredibus instituendis. esto quòd esset ante natiuitatem animatus,quia erat ante natiuitatem pars viscerum matris,& non perfectus homo, secundum Baldum in dicta l.prima.per iura superius allegata.Et non dicitur perfectè natus,nisi perfectè nascatur, vt notatur in dicta l.tertia. vbi Angelus cõsulit aduocatis practicando,quòd quando dicunt vel ponunt testamentum esse ruptum agnatione posthumi,ponant etiam in suis articulis vel positionibus, posthumum illum perfectè viuum fuisse natum,non declinantem ad vllum prodigium aut monstrum. ¶ Quod etiam si ita præsumatur, quia est secundum communem naturam,quæ præsumptio releuat ab onere probandi,non tamen releuat ab onere proponendi. ad quod facit id quod habetur in l.si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ff.ad legem Iuliam de adulter. vbi per Bartolum.facit quod habetur in clementina, appellanti.de appellationibus. vbi notatur de notorio proponendo,licet non sit probãdum. & idem per Bartolum in l.prima.ff.de exception.& Ioannẽ Andr. in cap.accedens.& ibi Innocen.extra vt lite non contesta.licet Barto.ipse videatur contrarium sentire in l. necessarijs.ff.de acquirenda hæred. Sed ista concordate per ea quæ idem Bartol.notauit in l.cum qui ita.§.qui
12 ita.ff.de verbo. obligation. ¶ † Debet etiam intelligi id quod dictũ est,de perfectè nato posthumo,qui pręteritus rumpit testamentum,vt dicta l.iij. ꝙ illa perfectio, & integritas sumenda est quo ad corpus & animam intellectiuam,licet si ille posthumus mancus vel cũ vno pede,simili ve defectu corporeo nascatur,testamentũ nõ minus ꝓpter hoc rũperetur,vt l.qđ dicit.ff.

de liberis & posthu. & ibi notatur per Bald.& Doct.
faciunt notata in l.non sunt liberi.ff.de statu hominũ.
facit quod habetur in dicta l.auunculus.in fin.§. titu.
proximo.& per Paul.de Cast.in allegata l.quod dicit.
13 †In ista etiam materia Doctores intelligunt abortiuũ
illum qui nascitur mortuus.glos.tamen in cap.cũ Mar
thæ.extra de celebr.missarum.dicit abortiuum esse illũ
qui cum labore,& angustia,& per tractionem attrahi
tur in lucem,sicut Paulus,vt xxiij. q.iij. cap. displicet.
Sed vt dicit Paulus de Castr.in allegata l.quod dicitur.
licet mulier,de cuius vtero post illius mortem partus
extrahitur viuus, nõ dicatur parere, vt dicta l.annicu-
lus.in fi.ipse extractus bene dicitur natus, licet non se-
cundum cursum naturæ,sed violenter, & accidentali-
ter ad lucem peruenerit,quod sufficit vt dicatur natus,
vt est text.in sæpedicta l.quod dicitur.licet quidam di-
xerint contrariũ per illam l.anniculus.quæ videt con-
tra præfatum text.l.quod dicitur.sed in verbis statuti
vel testatoris loquentibus de nascituris, quantũcunq;
sit materia odiosa vel restringibilis,dicit nasci qui fuit
sectus de ventre. hoc enim verbum,natus, refertur ad
eum qui viuus ad lucem ꝑducitur.& hoc est nasci,se-
cundum dictum Paulum de Cast.& illi textus nõ sunt
sibi inuicẽ cõtrarij: quia in §.fin.l.anniculus.quod ibi
habetur mulierem non peperisse,refertur ad eam mor
tuam,quæ mortua non peperit,sed in l. quod dicitur,
filius dicitur natus,qui de ventre matris sectus extra-
14 hitur. quod est quo ad ipsum filium. † Quod posset
induci contra Docto.aliquos dicentes, quòd si etiam
nascatur in quinto vel sexto mense, non rumpat testa-
mentum,iuxta id quod habetur in leg.septimo mense.
ff.de stat.hom.Sed hoc non videtur verum per dictam
leg.vxoris abortu.& l.seq.ibi,plenã.& per illud quod
notauit Bald.in cap.vnico.§.primo.in feudis, Episco.
15 Abbatem,vel Abbatissam.† Vbi dicit quòd ratione
momenti quis excluditur.Ideo si quis fecerit substitu-
tionem filio, si moriatur sine liberis, & ipse moriatur
cum filio,qui nõ viuit nisi momẽto,substitutio est ex-
tincta,per dictam leg.vxoris abortu.& facit l.ex facto.
§.fina. ff.ad Trebellianum. quia momentum multũ
operatur in his quæ sunt momenti,vt l.sed & partus.
16 § primo.ff.quod metus cã. ¶ †Glo.tamen in dicto §.
primo in tit.Episco.seu Abbat. &c. dicit q; ille dicitur
viuere,qui ilico decedit.quę secundum Bald.ibi est ve
ra in materia feudali.allegat tamen Innocentium dixis
se,q; ilico dicitur ille decedere. qui decedit antequàm
ei nomen imponatur in baptismo, quod est tempus
octo dierum,secundum vetus testamentũ, vt not. per
Innocentium in cap.nam & ego.extra de verborũ si-
17 gnific.†In hac autem quæstione refert Alexander de
Imol.in alleg.l.quod dicitur.ff.de liber.& posthumis.
Paul.de Castr.in l.penulti.quæ est tertia superius alle-
gata.C.eo.titu. dixisse quòd posthumus natus sexto
mense,qui non attigit aliquid de septimo,& ideo cen-
setur,quòd viuere non posset,vt l. intestato. §.fin.ff.de
suis & legit.hæredi,non rumpit testamentum, in quo
erat præteritus:secus tamen dicit, si constet eum ex alia
causa quàm quòd natus sit illo tempore viuere non
posse,quia tunc rumpit testm̃,per dictam leg.penul.&
idem refert ipse Alexander tenuisse Raphaelem Fulg.
in dicta lege,quod dicitur.¶Subdit tamen ipse Alexã.
q; in dicta l.penul refert Pau.de Cast.q; cũ istam quę-
stionem habuisset in facto,quidam tenuerunt, q; talis
partus,natus etiam quinto mense, indistinctè rumpit
testamentũ,in quo fuit præteritus. allegãtes ibi Ang.
ita tenuisse.Sed dicit Pau.de Cast.se ibi illud dictũ An-
gel.non reperisse,& ideo subiungit Alexander, q; ideo
non reperit, quia corruptè allegabatur. Illud tamen
ipse Angel.expresse tenuit ad quod allegabatur,in al-
legata l.quod dicitur.& ibi est ꝑ eis decisio textualis,
non calumniando literam.Licet Alexand. stet cũ opi-
nione Paul.de Cast.& Raphaelis,per textum dictæ le-
gis,vxoris abortu. vbi natus abortiuus non rumpit
testamentum,in quo præteritur,etiam si ante abortũ
esset animatus.ergo concludit,sed male,quòd idem de
bet dici in nato, viuere non valente. & hoc dicit te-
nuisse Bald.in dicta l.vxoris abortu. quod certe non
est verum,nec etiam dicta opinio vera esse potest.imò
hoc est expresse loqui contra casum dictæ legis penul.
& dictæ l.vxoris abortu.& l.quod dicit.vbi clarè col-
ligitur in text.& per Salic.atq; Docto.differentiam esse
inter abortiuum posthumum mortuũ exeuntem vel
extractum de vẽtre matris,& illum qui nascitur viuus
& ilico decedit.Inter quos est maxima differentia: quia
abortiuus nunquam fuit editus in lucem, in qua fuit
ille qui viuens nascitur,licet ilico moriatur,vt ibi clarè
18 probatur.¶ †Nec obstat isti verissimę decisioni text.
in l.septimo mense.ff.de sta.homi. per quam se fundãt
dicti Raphael & Alexander: quia illa lex loquitur ex-
presse ad sciẽdũ qui verisimiliter nascãtur legitimi vel
illegitimi in casibus,qui possunt dubij euenire, vt ibi
dicit Bart.hoc colligens ex fine illius text.& ipse Bart.
& alij in l.Gallus.in princ.ff.de liber.& posthu.ponen
tes exemplũ de muliere,quæ eo die quo maritus suus
moritur, vel biduo, aut paruo tempore postea, aliũ
maritum duxit,& grauida parit ante septimum men-
sem,& est quæstio tunc cui maritorum prædictorum
succedat natus ille.de qua ibi per Doctor.sed clara est
iuris decisio,quòd qui nascitur constãte matrimonio
reputatur legitimus,& filius mariti & vxoris, vt l.fi-
lium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.& l.si vicinis.
C.de nupt.Ideo si animatus & viuens nascatur,succes-
dit ab intestato patri,& matri. in authen. de successio.
ab intesta.in principio.colla.ix.Imò quasi cõtinuatur
dominium,vt l.in suis.ff.de libe.& posthu.cum cõcor-
dantijs ibi allegatis in glos.& si prætereatur, & nascat,
& viuens,licet ilico decedat,etiam sine vocis emissio-
ne,rumpit testamentum,homo reputatus,qualis non
reputatur existens in vtero etiam animatus postea na
scens abortiuus,& mortuus:& inter istos est differen-
tia iuribus prædictis allegatis probata.& facit quod
habetur in lege,cum veteres.C.de fideicommissar. li-
ber. vbi de existente in vtero dicit textus,homo fieri
speraretur. & de nato viuo dicit, cum libertate so-
lem respiciat.Non est igitur eadem ratio in vtroque,
19 sicut voluit dictus Alexander. ¶ † Nec etiam obstat
id quod subiungit,opinionem illorum,quos sequit,
Pauli,& Raphaelis esse amplectendã,quę fauet validi-
tati testamenti,argumento l.si pars.ff.de inoffic. testa-
men. quoniã illa lex loquitur in sententia iudicũ,qui
numero pares iudicant pro testamento,non autem lo-
quitur,nec habet locum in opinionibus contrariorũ
Doctorum vel consulentium,secundum Angel.ibi di-
centem,quòd non habet locum in pluribus consulto-
ribus

ribus, nedum si sint pares numero, & contraria ferant consilia. Imò si sint dispares, non statur nisi consilio veriori, & iustiori, secundum notata Innocen. in cap. nec episcopi. extra de tempori. ordi. & ideo etiam sententia plurium iudicum euidenter iniqua, reijcitur, & statur sententiæ iustæ minoris numeri, vt ibi habetur. Sed opinio Angeli, & aliorum tenentium contrariam partẽ videtur melioribus iuribus fundata in l. quod dicitur. & l. penultima. quæ superius allegantur, in quibus nõ consideratur si nati posthumi viuere possint, sed solũ si nascantur viui, & nati etiam ilico moriantur. & ita puto esse tenendum. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Substitutio inualida est, in qua quis sibi ipsi substituitur.
2 Scripturæ quæ dicantur contradictoriæ.
3 Contrarietas quæ sit per naturam iudicanda.
4 Scripturæ quæ sint derogatoriæ.
5 Scripturæ publicæ stari debet potius quàm priuatæ. & numero 6.
7 Instrumenta repugnantia si producantur quid agendum sit.
8 Instrumentis & testibus repugnãtibus ab eadem parte productis, vtris standũm sit.
9 Instrumento de facto antiquo potius creditur, quàm testibus: de facto autem recenti econuerso. & nu. 10.
11 Testibus quando credatur potius quàm instrumẽto.
12 Instrumento publico creditur magis quàm duobus testibus contrarium deponentibus.
13 Instrumentum fidem non facit, cui testes in eodem descripti contrariantur.
14 Testamentum quando reprobetur propter omissionem solennitatis.
15 Instrumentum an vitietur si confectum sit de re prohibita.
16 Instrumentum quot modis de veritate impugnari possit.
17 Instrumentum an ob extrinsecum possit impugnari. & nume. seq.
20 Fides instrumenti ab officio iudicis procedit
21 Instrumenti fides vacillat per duos testes contrarium deponentes.
22 Instrumentum an validum dicatur, iudicis arbitrio cõmittitur. & num. seq.
26 Testes dicentes se non interfuisse cõfectioni instrumenti, an infirment instrumentum. & nume. seq.

Vbi repugnantia inter se instrumenta inuenirentur, neutrum est ratum.

PRIMA positio casus in hac regula, quæ fuit Bulga. & Azon. nõ placet hic glossatori, cũ illa positio de vno solo instrumento, textus verò iste de pluribus instrumẽtis inter se repugnãtibus loquitur. Vel vt subiũgitur in gloss. posset illa positio casus procedere, si poneremus duo facta fuisse testamenta, in vno quorum vnus instituitur hæres, vel sibi legatur aliqua domus, & in alio alter nominatur, nec patere potest quod illorum testamẽtorum præcessit, vel sequatur: quia cum sint repugnãtia, neutri statur. Secus esset si constaret quod prius, & quod posterius factũ ritè fuerit, quia posteriori staretur, l. ij. ff. de iniusto, rupto & irrit. testamen. Et facit quod habetur in l. sancimus. & l. nostram. C. de testa. & l. si mihi & tibi §. in legatis. ff. de leg. j. & l. pacta nouissima. C. de pact. cum sit ambulatoria vltima volũtas vsq; ad mortem. facit l. j. cum ibi notatis. C. de sacrosanct. eccl. Sed cum duobus testamẽtis nullus potest decedere, vt l. posthumus. §. si paganus. ff. de iniusto testamen. Glos. igitur in ver. tu ergo pone. pro intelligentia huius regulæ ponit casum de l. si Titius. ff. de condi. institu. vbi Bald. in summario allegat istam regulam. testator enim ibi perplexe testatus erat, dicẽdo: si Titius hæres erit, Seius hæres esto. Si Seius hæres erit, Titius hæres esto. Ista institutio hæredis iudicatur inutilis: quia conditio quæ habet in se perplexitatem vitiat institutionem, vt illam l. ibi summat Paul. de Cast. subiungens, quòd illa perplexitas est quædã contrarietas seu repugnantia. Natura enim conditionis est, quòd ante aditam hæreditatem impleatur: sed non potest adiri hæreditas conditione pendente, & non impleta, ideo secundũ dictum Paul. de Cast. ita declarantem odio testatoris inducentis dictam contrarietatem ex verbis suis non vitiatur illa perplexitas seu contrarietas, sed vitiat institutionẽ. Secus tamen esset in impossibilitate naturæ vel iuris non continente contrarietatem, quia illa reijceretur, & remaneret dispositio pura, vt l. j. eod. titu. vbi videte Ioan. de Imol. & Doct. vt plenius dictum fuit in l. quod nullius. & l. impossibilium. supra eo. titu. Sed in casu dictæ legis, si Titius. non põt bono modo illa institutio impleri, quia implementum tenderet ad purificandũ intentionem alterius principaliter, & in cõsequentiam suam. Nã dicendo, si Titius hæres erit, Seius hęres esto: si Titius posset adire de facto, hoc tenderet ad purificandum institutionem Seij per prius, & ea purificata, & Seio effecto hærede tenderet ad purificandũ institutionem ipsius Titij. & ideo nõ põt adire de facto, vt hoc fiat: quia si posset, nõ vitiaretur institutio: & tamen ibi dicitur eam vitiari, vt ibi explanat idem Paul. de Cast.
1 ¶ † Addit etiam gloss. aliã positionem casus in hac regula, de l. fin. §. j. ff. de vulga. & pupilla. cui addi potest l. sed & si plures. §. si. eodem tit. vbi si in testamento aliquis instituatur, & substituatur sibi ipsi, non valet substitutio, nisi contineat aliquam vtilitatem, vt quia mutetur causa vel substituatur in maiori portione, quàm fuerit institutus. Et dicitũ mutari causa, secundum gloss. ibi & Docto. qñ erat institutus sub cõditione, & in defectu illius conditionis sibi ipsi substitutus. Nam non potest habere hæreditatẽ ex institutione, si deficiat vel non existat conditio. ex substitutione verò eam potest habere, etiam conditione deficiente, & sic in hoc continet vtilitatem. Videte ibi Docto. pro intellectu illorũ textuũ. Sed videtur q; ista positio eodẽ modo refutari possit, quo prima, quia loquitur in vno testamento vel instrumento testamẽti comprehendentis institutionem & substitutionem eiusdem hominis: & ista regula loquitur in duobus repugnãtibus inuicẽ instrumẽtis, ideo tenor huius regulæ aptius ꝓbari põt in l. scri-

pturæ.C.de fide instrumen. Vbi conflictus scriptura-
rum impedit substantiam probationis. & vt ibi dicit
Bald.intellectus illius legis procedit in scripturis cõtra
2 dictorijs,& in scripturis derogatorijs.†Et dicitur secũ
dũ eũ scripturæ cõtradictoriæ,quę sic se habent ꝙ veri
tas vnius nõ põt stare cũ veritate alterius.& hoc qñq;
directè aliquãdo indirectè.De primo potest poni ex-
emplum:aliquis producit duas scripturas publicas,
ad probandum vnam,& eandem sententiam: in vna
continetur condemnatio,in alia absolutio.Sunt enim
istæ scripturæ contrariæ & repugnantes. Veritas ẽm
vnius excludit veritatem alterius: & si nesciatur , quæ
3 sit verior:neutri standum est,vt dicta l.scripturæ.† Idẽ
secundo exemplificat Baldus : aliquis producit duas
scripturas,vnius quarũ tenore cauetur,quod ipse Ro-
mæ Titio mutuauit decem certo die.In alia continetur
quòd mutuauit eidem Titio decem Auinione eodem
die.Impossibile enim est per rerum naturã,quòd mu-
tuo dans,& accipiens eodem die fuerint Romę & Aui
nione.& ista appellatur contrarietas,vt l.optimam.C.
4 de contrahenda & committenda stipulatione.† Ali-
quæ verò sunt scripturæ derogatoriæ,non tamen con
tradictoriæ,quæ derogatio procedit ex verisimilitudi-
ne rei, & quia id de quo agitur plurimũ non accidit:
vt ecce producitur instrumentum factum in hac ciui-
tate,aliud eadem die factum in ciuitate Valentinensi.
quod esse potest verũ,& possibile per rerum naturã,
quia non est tanta locorum distantia,quin hoc eadem
die posset esse possibile,non est tamen multum verisi-
mile,eo quòd plurimum non accidit,ideo dicta instru
menta sibi inuicem videntur derogare,& sunt suspe-
cta,quia iudicis motus cum his non concurrit. Et ta-
men verisimilitudo in probationibus multum atten-
ditur , vt l.cum de ætate. ff. de probationibus. quod
exemplum fuit Nicolai de Matherel.& sequitur Bal.
quod dicit esse bene notandum.Si verò facilè quis ea-
dem die possit esse in duobus locis,vt puta in hac ci-
uitate,& ciuitate Cauallicẽ.& in vna fit instrumen-
tum de mutuo decẽ ,in alia aliud de quinq;, ex qui-
bus creditor petit quindecim,hæc instrumenta sibi in-
uicem non derogant,quia iudicis motus,& aptitudo
rei,vtriq; instrumento potest de facili conuenire. Facit
quod habetur in dicta l.optimam.& Institut.de inuti-
li.stipulation.§.item verborum.accedant ea quæ ha-
bentur per glo.& Doctores in cap.imputari.extra de
5 fide instrumentorum.¶†Aduertẽdum est etiam,quòd
si scripturæ istæ repugnantes sint vna publica alia pri-
uata,standum esset publicæ,secundum gloss.in dicta
l.scripturæ.quod tamen reprobat dictus Nicolaus de
Mather.recitatus per Baldum,dicens quòd neutri sta-
tur,quia ita infringitur probatio per priuatam , sicut
per publicam.allegat id quod habetur in l.de ætate.§.
primo.ff.de interrogato.actio.sed Cyn.& Baldus te-
nent opinionem gloss.quia licet credatur scripturę pri
uatæ,nisi ille contra quem producitur probet contra-
rium per scripturam publicam,tamen secus si per pu-
blicam probetur contrarium:quia fides,& vox publi
ca præfertur priuatæ.facit quod notatur per Gloss.in
l.scripturas.C.qui potio.in pigno.habeã. quam alle-
gat Panormitanus in dicto cap. imputari . quæ videt
tenere,ꝙ dispositio illius decretalis,& dictæ legis scri-
pturæ.procedat in publicis scripturis,quia si vna esset
publica,& alia priuata,staretur publicæ,tanquam di-
6 gniori,per dictã legem,scripturas.¶†Sed Ioannes An
dreas in dicto cap.imputari.dicit se audiuisse quosdã
Doctores legum tenentes,locum habere id quod dici-
tur de contrarietate,& repugnãtia scripturarum , siue
vtraq; scriptura sit publica,siue priuata,siue vna pu-
blica,& altera priuata;quia sunt æquales quo ad hoc,
quando ab eadem parte producuntur , licet differant
quo ad aduersarium conuincendum , quando à di-
uersis partibus producuntur. Et sic loquitur dicta l.
scripturas.cum authen.si quis vult cautè.eodem titul.
Et hoc dicit Panormita.sibi placere:quia quando vna
sola pars producit ambas scripturas,nulla videtur di
uersitatis ratio inter publicam,& priuatam scripturã,
quia producens videtur omnia in illis contenta confi-
teri,per notata Innoc.in cap.cum olim. extra de censi.
& per Doctores in l.cum precum.C.de libera.causa.&
sic tales producendo videtur sibi contrarius , & ideo
7 neutri statur,vt hic,& iuribus superius allegatis.†Vlte-
rius quærunt Doctores vtrum ista regula,& dicta iu-
ra,quæ superius sunt allegata , habeant locum siue ex
parte actoris siue ex parte rei producantur instrumen-
ta repugnantia inter se & contraria.Et vt dicunt Bald.
& Panormita.in locis allegatis,Hostiensis,& Gofred.
videntur dicta iura restringere ad actorem illa produ-
centem,ita quod non habeant locum in reo, qui po-
test vti contrarijs defensionibus, vt in cap. nullus plu
ribus.extra eodem titulo.libro vj.& quia reus est fa-
uorabilior.l.fauorabiliores.infra isto titulo.volunt ta
men prædicti Gofred.& Hostien.non esse ad hoc reũ
admittendum sine protestatione , vt l.si quidem.cum
ibi notatis.C.de exceptio.Ioannes Andr.fuit in opi-
nione,quòd facilius sustinetur reus allegans contraria,
sed non probans,vt ipse notauit in dicto cap. imputa
ri.in nouella.& ideo si produceret pro ꝓbatione exce-
ptionis suæ duo instrumenta contraria,sibi præiudica
ret.Ioannes etiam de Lignano in hoc dicit, quòd exce-
ptiones contrariæ simul proponi non possunt,nec de
bet admitti probatio contraria. Sed successiue potest
quis excipere contraria,& probare.quod fuit etiam de
mente Ioannis Andreæ in dicto cap.nullus pluribus.
Vel dici potest melius, secundum Panormitanum in
dicto cap.imputari.quòd si scripturæ contrariæ pro-
ducantur ad probandum certum quid, & habet locũ
illa decretalis, & ista regula,cum concordantijs supe-
rius allegatis.Si verò producantur ad probandum di-
uersa,quæ in se sunt repugnantia,& contraria,hoc de-
pendet ab illa quæstione,nunquid licitum sit propo-
nere simul contrarias exceptiones.De qua quæstione
recitaui,& dictum fuit plenissime in l.nemo ex his. su-
pra isto titulo.& videri potest Dyn.& Bonifacius de
Amanatis in dicto cap.nullus pluribus.extra eodem
titu.libro vj.Bartolus in l.nemo prohibetur.ff.de ex-
ceptio.& Iacob.Butrig.& Doctores in authen.contra
qui propriam.C.de non numera.pecunia. & cap.cum
8 venerabilis.extra de exceptio.†Deinde quæritur,si ex
eadem parte producantur instrumenta,& testes,quæ
producta directè sibi contradicunt & repugnant ,
quibus stabitur, an vtrisque,vel an neutris. Certum
est enim, quòd eandem vim habent testes & instru-
menta,vt l. in exercendis. C. de fide instrumentorum.
Ideo si instrumentũ publicum dicit vnũ,testes autem

rite

ritè recepti dicunt contrarium vel diuerſum, dubi-
um eſt cui magis credi debeat, an inſtrumento pu-
blico vel teſtibus ritè receptis. Videbatur, ꝙ neutri
illorum, per hanc regulam, & Iura ſuperius allega-
9 ta. †Quidam autẽ, vt recitat Alber. in alleg. l. ſcri-
pturæ. diſtinguebant inter factum antiquũ, & fa-
ctum recens, vt in facto antiquo magis credatur in-
ſtrumẽto, ſed in recenti teſtibus, per illa quę haben-
tur in authen. hæc conſtit. innouat conſtit. quæ præ-
ſcriptio. cen. an. venerab. locis dederat. colla. viij. &
per allegatã l. optimam. C. de contra. & cõmitten.
10 ſtipul. †circa hoc Ang. in authẽ. de inſtru. cau. & fi-
de. §. ſi quis. vltima colũ. dicit quòd ſi ſit tale quid,
quod facile memoriæ non poteſt commẽdari, ſi fa-
ctum ſit de longinquo, magis creditur inſtrumẽto:
quia cum memoria hominũ ſit labilis, præſumitur
in tali tempore obliuio. l. peregrè. in principio. ff. de
acq. poſſe. ideo magis creditur inſtrumento, ar. C.
de veteri iur. enucle. l. j. in princi. In facto verò pro-
ximo, ſi quatuor teſtes inſtrumenti deponunt con-
tra inſtrumẽtum, creditur teſtibus, non inſtrumẽto,
in l. cũ precibus. C. de proba. & l. fi. C. plus va. quod
agitur. Imò duobus plus creditur quàm inſtrumen-
to, vt dicta l. optimam. pauciores verò faciũt vacil-
lare fidẽ inſtrumẽti, non tamen ipſum impugnant,
vt not. per Inno. in c. cũ P. tabellio. extra de fide in-
ſtru. & hoc quando teſtes inſtrumẽti deponunt con
trarium inſtrumẽti: ſed ſi ſint alij teſtes, in arbitrio
eſt iudicis, cui potius velit fidem præbere, conſide-
rando quid veriſimilius ſit in negotio, argu. l. iij. §.
11 ideoq́ue. ff. de teſti. ibi, quanta ſit fides, &c. ¶†Azo
fuit in opinione quòd ſi teſtes illi in cauſa quæ agi-
tatur producti ſint de deſcriptis in inſtrumẽto, ma-
gis credatur teſtibus, per quos derogatur fidei in-
ſtrumenti, per not. in dicta l. cũ precibus. C. de pro-
ba. Baldus in dicta l. in exercendis. arguit, quòd te-
ſtibus magis videtur eſſe credendũ, quia teſtes pro-
ducuntur coram iudice, deponũtq́, interrogati de
negotijs & circunſtantijs illius, & de cauſa ſcien-
tiæ, qui ſcire debent, ſi ſcienter falſa deponant, im-
minere ſibi punitionis periculum, vt. l. nullum. C. de
teſti. quapropter videntur maioris eſſe fidei, quàm
inſtrumenta, quorum fides connexe procedit à ta-
bellione & teſtibus, qui in eis deſcripti ſunt, qui nõ
comparent coram iudice. Et hoc videtur velle te-
xtus in authen. de inſtru. caure. & fide. §. ſin verò ta-
le aliquid. ibi dum dicit, nos quidem æſtimauimus
ea quę à viua dicuntur voce & cũ iureiurando, hæc
digniora fide, quàm ſcripturã ipſam. qui textus ſe-
12 cundũ Bald. eſt ad hoc notabilis. ¶†In contrarium
dicũt aliqui ꝙ magis credatur inſtrumẽto publico,
q̃ duobus teſtibus deponẽtibus contrariũ: quia in-
ſtrumentũ publicũ æquiparatur tribus teſtibus cõ-
numerata perſona tabellionis, ergo per pauciores
teſtes quàm tres vel quatuor non poteſt reprobari,
iuxta notata per glo. in dicta l. in exercendis. & di-
cto §. item verborum. Inſtit. de inut. ſtipula. & quòd
ſaltem tres requirantur, videtur expreſſum in c. cũ
Ioãnes Eremita. extra de fide inſtru. Alij aliter di-
cũt, videlicet ꝙ in probatione indirecta ſufficiunt
duo teſtes omni exceptione maiores, vt dict. l. opti-
mam. vt ſi deponant, quòd partes contrahentes in
inſtrumento nominatæ, non fuerunt in loco, de quo
loquitur inſtrumentũ, tunc inſtrumentũ reproba-
tur. In reprobatione directa nõ ſufficeret ſola duo
rum teſtium depoſitio: vt ſi inſtrumẽtũ dicit, quòd
nominatus in inſtrumẽto conſenſit, duo teſtes depo
nunt quòd illo tẽpore & loco interrogatus diſſen-
ſit. licet tamen glo. in dict. §. item verborum. recitet
iſtam opinionẽ, non tamẽ reſidet in illa: imò requi-
rit indiſtinctè ad hoc tres teſtes, eò quòd inſtrumẽ-
tum ſecundũ cõmunem opinionẽ habet vim duo-
rum teſtiũ. ad ergo illud vincendũ requiruntur tres
teſtes, quia inſtrumentũ plene probat, ſed tres te-
ſtes etiã plene probãt, & vnus ex eis addit aliquid
plenæ probationi, ideo plenior ꝓbatio debet præ-
ualere. Hęc cõmunis glo. detidetur ꝑ Iaco. de Ra.
quia dicitur quòd inſtrumentũ habet vim duorum
teſtiũ, & poſtea additur tabellio pro vno, & ſic bis,
quoniã abſq; tabellione inſtrumentũ nõ habet vim
duorum teſtium, ideo ſtandũ eſt huic cõcluſioni, ꝙ
inſtrumentũ habet vim duorũ teſtium, & non plu-
rium, niſi quãdo requirerẽtur de iure plures ex na-
tura actus, & eſſent in inſtrumẽto conſcripti, vt l. fi.
13 C. de fideicõ. †Quorũdã fuit opinio, ꝙ ſi teſtes con
trariantes vel repugnantes inſtrumento ſint de illis
qui ſunt in eo nominati vel deſcripti, & ab illis de-
pendeat eſſentialiter vis inſtrumenti, illud inſtru-
mentũ non faciat fidem, vt l. j. in fi. ff. quemadmod.
teſta. aperi. qui tex. loquitur in teſtamento in ſcri-
ptis, quod eſt priuata ſcriptura: idem tamẽ dici in
publica ſcriptura, vt dicit Bal. in d. l. in exercẽdis.
& d. l. j. §. fi. Aut illi teſtes ſupernumerarij ſunt, à q-
bus non dependet eſſentialiter vis inſtrumẽti, quia
vltra ipſos remanet numerus teſtium requiſitus:
& tunc ſi ſint deponentes ſingulariter ſe non inter-
fuiſſe, per illorũ depoſitionem non reprobatur in-
ſtrumentũ, vt d. c. cum Ioannes Eremita. Sed ſi di-
cant ſe interfuiſſe illo tempore, ſed deponunt non
ita fuiſſe factum, ſicut eſt ſcriptum, imò dicũt con-
trariũ, inſtrumentũ illud per duos teſtes poteſt re-
probari, niſi viua voce, & ritè iurati alij teſtes de-
ponant pro inſtrumento: quia teſtes illi inſcripti in
eo deponẽtes pro eo augent eius fidẽ, quantũcunq;
dubitetur de fide illius inſtrumẽti, vt in d. aut. de in-
ſtru. cau. & fide. §. oportet. Vbi verò dicti teſtes con-
trariantes ſunt extra inſtrumentũ, volunt prædicti
doc. ꝙ ſi inſtrumẽtum iuuetur per depoſitiones te-
ſtium in eo ſcriptorum, pręualet ipſum inſtrumen-
tum: ſed ſi non iuuetur per teſtes deſcriptos in eo,
quia fortè mortui ſunt, vel viuẽtes dicũt ſe non re-
cordari, ſufficiunt duo reprobatorij teſtes ad repro
bandũ, dum tamẽ ſint notę fidei, vt probatur in d. l.
optimã. quę dicit eos eſſe debere oĩ ſuſpicione ma-
iores: alias ſi nõ ſint tales, ſcilicet maiores omni ſu-
ſpiciõe, & notę fidei, credi potius debet inſtrumẽto
cõfecto per tabellionẽ notæ fidei, & legalitatis ex-
pertę, in quo ad iudicis arbitriũ debet recurri, ſicut
dicimus quãdo teſtes cõtrariant teſtibus, vt l. ob car
men. §. ſi teſtes. ff. de teſti. Ecõtrariò verò ſi tabellio
eſſet infamatus, magis teſtibus q̃ ſibi credẽdũ eſt, vt
l. iubemus. C. de proba. ſecundũ Doct. recitatos per
14 Bal. in ſæpe dict. l. in exercendis. ¶†Qui ſubiungit
in hac notabili materia doctrinã traditã per Nicol.
de Mathe. non ſpemendam, quę eſt, quòd quãdoq;
producitur inſtrumentũ ad aliquid probandũ, cui

instrumento cōtradicitur propter omissionē solennitatis in talibus requisitæ, vt quia ibi deficiūt anni domini. præsentia tabellionis vel testium. & vbi tunc cōstat de omissione solēnitatis requisitæ, non est necesse reprobare illud per testes: quia solennitas quæ probanda est ex aspectu vel figura instrumenti, per illius visionē ostenditur deficere, & ideo non valere, vt l. generali. cū ibi not. in glo. C. de tabula. lib. x. & in authen. vt præpo. no. impera. & ibi
15 per glo. collat. v. ¶ † Aliquādo obijcitur instrumento de potestate quia dicitur de illo quod in eo cōtinetur non potuisse confici instrumentum, eo ꝙ erat super alienatione rei ecclesiasticæ prohibita, vt in auť. de non alien. aut permut. ecclesi. rebus. §. quia vero Leonis. coll. ij. & l. iubemus nulli. §. hisq; tabellionibus. C. de sacrosanc. ecclesiis. Et isto casu per duos testes probato ꝙ res sint ecclesiasticæ, de quibus tamē instrumentū illud non facit mentionem, iure cōfunditur, & reprobatur prædictū instrumen
16 tum. ¶ † Quādoq; impugnatur instrumentū de veritate, quod dupliciter cōtingere potest, vno modo quia dicitur virtus mutata circa instrumenti autoritatem quę cōstat ex tabellione & testibus connexè: & illa obiectio apparet ex illius visione intrinseca, vt quia ibi est rasura vel repugnantia, & satis per hoc reprobatur ipsum instrumentū, vt l. si. C. de edic. di. Adri. tol. de quo tamē dicite vt ibi per glos. & Doct. super verbo, prima figura. Quoniā hoc verum dici potest quādo in loco substantiali apparet cancellatura vel rasura, diuersa manu facta, secus si eadē manu, per ea quæ habētur in l. compa rationes. C. de fide instru. Et nō sit in loco substātiali illa rasura, dummodo isto casu tabellio in fine attestetur illas rasuras à se factas, vt est tex. & ibi Bart. in l. j. ver. & ideo. ff. de his quæ in testa. delē. facit quod habetur in l. si vnus. C. de testa. Imò vult Bar. ꝙ si ex serie præcedentiū & subsequētiū pateat de mente testatoris vel cōtrahētiū, ita debere esse scriptū in particula rasa, sicut in ea scriptū est, nō vitiaretur instrumentū. facit quod habetur & not. in c. cum venerabilis. extra de religi. do. & c. constitutus. extra de testi. & l. verbū. C. de fideicom. & l. cum pater. §. cū imperfecta. ff. de leg. ij. & per Bar. in l. j. §. si rosæ.
17 ff. de bo. poss. secūdū tabu. † Interdū opponitur cōtra instrumentū aliquid extrinsecū, videlicet dicitur, ꝙ notarius q illud confecit aliàs fecit mala instrumēta, propter quod illa scriptura est suspecta, & ad hoc probandū sufficiūt duo testes, vt l. si qs ex
18 argentarijs. §. j. ff. de eden. † Quādoq; impugnatur veritas instrumēti circa ipsius seriē, & tenorē: circa quod dicit Nico. de Mathe. recitatus p Bal. ꝙ si ex vna parte est vox mortua, scilicet solū instrumētū, ex altera vox viua duorū testiū sine macula probatæ fidei, statur viuæ voci, quia saltē dictū instrumentū est suspectū, & eius fides obscurata. Si autē ex vna parte esset probatio vocis mortuæ & etiam viuæ, ex altera vero parte esset probatio viuæ vocis tanrū, præualet duplex ꝓbatio, vt si pro instrumēto deponūt duo testes, & alij duo contra, imo si tres testes essent cōtra instrumentū, & duo pro eo, standum est instrumento, qa probatio vocis mortuæ est plena, & probatio vocis viuæ etiā plena est, per l. vbi numerus. ff. de testi. Sed probatio triū testium est plena, & dimidia, non duæ plenæ probationes, sicut sunt præcedentes mortua & viua, secus esset si forent quatuor testes cōtra instrumentū & duo pro eo illud iuuātes: nā in illis quatuor testibus reperiuntur duæ probatiōes pleniores, qa ambæ per viuā vocē, per d. §. sin vero tale aliquid. in auť. de instru. cau. & fide. ergo ꝓbatio plena rū vocū debet vincere, secūdū dictū Nico. de Mathe. & sicut dicit Bal. ex ꝓdictis habetur, ꝙ ad reprobādū instrumētū aliquādo sufficiūt duo testes, quādoq; requiruntur tres,
19 & interdū quatuor. † Sed istud latius recitatis pluribus opinionibus tractat Panor. ī d. c. cū Ioānes Eremita. & inter cæteras recitat opinionē Inno. ibi tenētis ꝙ instrumētū quātūcūq; publice cōfectū habens testes inscriptos reprobari potest per duos vel ad plus tres testes, deponētes contractū ibi narratū in instrumēto prædicto, illo tempore, & loco nō fuisse celebratū inter partes de quibus loquitur deponendo illos cōtrahentes vel illorū alterum, fuisse sic remotos illo die à dicto loco, ita ꝙ impossibile erat, illos simul ibi cōuenisse & fuisse pręsentes, per dic. l. optimā. & c. ex tenore. extra de testi. & istius opiniōis fuisse videtur Spec. tit. de instru. edi. §. restat. ver. sed quæro. vbi remittit ad hoc dictū Inno.
20 & ibi Io. And. hoc sequi videtur. ¶ † Motiuū eorum est, quia fides instrumēti procedit ab officio, & autoritate notarij, cui iustū est depositionē duorum testiū præferri, & hoc nisi fides instrumēti per testes inscriptos in eo vel alios, viua voce iuuetur, vt in d. authen. de instru. cau. & fide. §. si tamē quisquā. & §. si vero moriantur. tunc enim requiruntur plures q̄ duo viua voce deponētes ꝓpter autoritatē instrumēti, & testiū viua voce deponētiū. & pro hac opinione secūdū Io. And. videtur casus in c. cum à no-
21 bis. extra de testi. secundū vnū intellectū. ¶ † Et pro hoc facit, quia secundū Io. And. negari non potest quin duo testes faciāt vacillare fidem instrumenti, quia etiā hoc facit comparatio literarū quæ minor est q̄ assertio duorū testium, vt patet in dicta auť. de instru. cau. et fide. in principio. & §. j. igitur illi nō stabitur, nisi aliter adiuuetur, vt l. fi. C. de fide īstru. & d. l. iubemus. C. de proba. Et suadet ratio, quia vt dicit Inno. in c. cum P. tabellio. extra de fide instru. probatio per instrumentum est supernaturalis, & contra ius, ꝙ credatur pelli animalis mortui: probatio autem quæ fit per duos testes est naturalis. Ad quod facit tex. superius allegatus in dict. §. sin verò tale aliquid. ideo concludit Io. And. esse tenendam opinionē Inno. vt fides instrumēti reprobari posit per duos testes, cum illa fides instrumēti dependeat à fide tabellionis. & licet text. in d. c. cum Ioannes Eremita. allegetur ꝙ saltem tres testes requirantur ad improbādum fidem instrumenti, dicit Io. And. quòd ille textus nō dicit tres ad hoc requiri, sed dicit solum ꝙ instrumentū non præfertur tribus testibus: & etiā plena fides instrumēti procedit ex pręsumptione publici officij: sed illa præsumptio potest reprobari per duos testes, sicut videmus in violenta præsumptione ex qua aliàs posset iudicari, iuxta notata in l. fi. C. de proba. ꝙ illa potest reprobari per duos testes. facit quod habetur in c. proposuisti. extra de proba. Alias etiā ad hoc ratiōes adducit Io. And. & Panor. post eum, quæ possunt videri

22 deri. ¶ † Refert tamen Panor. Anto. de Butr. & expressius Io. Cald. dicentem quòd aliquorū opinio, q hoc iudicis cōmitti volūt arbitrio, sit æqua, quoniam iudicabit habita consideratione ad qualitatem tabellionis, & testium, & an negotium sit recens vel antiquum, iuxta superius allegata. multa enim cōmittūtur Iudicis arbitrio, etiā quæ nō sunt iuris articulis cōprehēsa, not. i. c. præterea. extra de testib. Verior tamen opinio præcedens videtur, vt duo testes faciant vacillare fidem instrumenti, vt non probet, nisi aliter iuuetur. Bart. autem in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemadmo. testa. aperi. & do. Cardi. Floren. in d. c. cū Ioannes Eremita. sequūtur opini. Nicolai de Matha. antea recitatam, vt non sufficiant indistinctè duo testes, sed iudex ex qualitatibus personarum, & negotij iudicabit, cui sit magis fides adhibenda, per dict. l. optimā. in fi. per quam mouetur. Barto. tamen Panormitani iudicio non bene videtur hoc probare, sicut allegatur, cū solum requiratur, testes esse idoneos, & omni exceptione maiores: qui dicuntur omni suspicione maiores, & idonei, quando eis nulla exceptio opponitur, vel potest opponi, vt in c. j. extra de consangui. & affi. vbi sic exponit, id est ꝓbatæ etiā opinionis debēt esse, vt l. fi. C. si cert. pet. secundum Alber. in dicta l.

23 optimam. in fi. † Ipse vero tandem Panor. has opiniones doctorū nititur concordare, videlicet, quòd iudex debeat arbitrari, an illi duo testes sufficiant. probatio enim debet esse liquida, & manifesta, & fienda est vel per aliam scripturā, vel per alios testes omnino idoneos, & omni exceptione maiores, vt alleg. l. optimam. quod deprehēdi nō potest, nisi iudicis arbitrio, vt l. ij. ff. de testi. & iiij. q. iij. c. si testes. vbi videte Archi. ponentē casus, in quibus instrumentum duobus, vel pluribus testibus validius est: ideo si verè testes sint tales, quales dictum est, & apertissime loquūtur contra instrumentum, debet iudex arbitrari testes præualere, & si contrariū arbitraretur, licite ab eo appellaretur, quia faceret contra textum dictæ l. optimā. debet enim iudicis arbitriū legibus conformari. facit l. si qua pœna. ff. tit. proximo. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presid. Et debet Iudex habere deum præ oculis. xj. q. iij. c. tunc vera. & extra de offi. ordi. c. irrefragabili. circa medium. & c. cū æterni. extra de sen. & re iudic. lib. vj. veniens enim Iudex contra leges, puniendus est, vt l. j. §. sed & si iudex. ff. ad legē Cor. de falsis. et vt dicit Bal. in tit. de pace iura. fir. §. iudices. iudex habēs arbitrium, non debet fulminare vel furere, vt not. per Io. And. in c. j. extra de cōstitu. in nouel-

24 la. ¶ † Et supradicta intelligit Panor. in depositionibus testium non inscriptorū in instrumēto. si verò inscripti in ipso illi contradicunt, multæ sunt opiniones, vt plenè tractatur in d. c. cum Ioannes Eremita. per Inno. & per Bart. in dicta l. ij. quemadmo. testa. aperi. & concludendo veritatē dicunt, quòd si dicti testes directè reprobent dictū instrumentū, dicendo non sic fuisse actum aut scriptum, sicut in eo continetur, dici debet, vt dictum fuit in præcedenti mēbro. imò potius reprobatur instrumentū in hoc membro, quàm in illo præcedēti. vbi verò directè, vel expressè dicti inscripti testes non reprobent instrumentū, sed per quoddam medium, videlicet aut quia dicunt se non recordari, an interfuerint, vel dicunt simpliciter & absolute se non interfuisse. Primo casu sustineri potest instrumentū, quia eius probatio cum sit plena, per incertam testium probationē non debet vacillare, & in dubio fieri debet benigna interpretatio, in c. ū tu. extra de testi. & in. c. abbate. extra de verb. sign. Et facit ad hoc, quia testes debēt deponere certum & determinatum secundū Bal. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. ar. l. cum furti. ff. de in litem iuran. coniūcta l. fi. C. de fideicō. facit c. cum causam quæ inter œconomū. extra de testi. & c. literæ. extra de dila. & per ipsum Bald. in. l. certi cōdictio. ff. si cer. peta.

25 ¶ † Secundo casu, quando dicunt se non interfuisse, si vnus solus hoc dicat, tamē per alios probat se non interfuisse per modum de quo in c. ex tenore. extra de testi. probatur instrumentū falsum, vt in c. quanto. §. absentium. extra de his quæ fi. à prælato. quia eo ipso ꝙ in eo scriptū est, hunc testem interfuisse, falsificatur instrumentum, vt ibi etiam notat Io. de Imol. & facit ar. ix. dist. c. si ad scripturas. & extra de hæreti. c. fraternitatis. & iij. q. ix. c. pura. & quod not. in l. si ex falsis. C. de trāsacti. Sed si absentia nō probetur per alios, licet sint opiniones diuersę, cōiter distinguitur, ꝙ aut ille testis est de necessarijs in instrumēto, & secundū Panor. præsumitur falsum, quia ad hoc testes necessarij adhibentur, vt per eos possit fieri probatio. & ita intelligi debet d. l. ij. ff. quemadmo. testa. aperiā. Aut ille cōtradicens instrumento non est de necessarijs testibus requisitis, quia vltra ipsum remanet numerus necessarius, & non vitiatur instrumentū, quoniam probatio plena resultans ex instrumēto cōfundit dictum vnius testis, ar. c. licet ex quadā. extra de testi. & hoc sentit Innoc. in d. c. cum Ioannes Eremita. & Moderni, & Bar. in d. l. ij. Si verò sint plures dicentes se non interfuisse, & probant absentiam per alios: & hoc casu dici debet, vt supra, vt in d. ca. ex tenore. & alleg. c. quanto. §. absentiū. Aut ipsi simpliciter asserunt hoc, scilicet ꝙ nō interfuerūt, & sunt de neces-

26 sarijs: & idem est dicendū. † Si autē non sint de necessarijs, sunt diuersæ opiniones: quidā volunt instrumētum non vacillare, cum quilibet illorum testiū sit in suæ absentiæ depositione singularis. Ad quod allegant c. cū dilecti. extra de electione. & c. tam literis. extra de testi. Alij cōtradicunt, quia videntur contestes respectu falsitatis, ita ꝙ quilibet dicēdo se non interfuisse, id idem videtur dicere de alijs. & in hoc variat Inno. licet magis inclinet, vt vacillare dicatur instrumentū. Dat tamen pro regula ꝙ in dubio sit magis præsumendū pro instrumento, q̃ contra illud. Opinio Barto. fuit in d. l. ij. §. si dubitetur. ꝙ instrumentū illud reprobetur, & dicit oēs illos testes esse contestes respectu obiecti ad ipsum qđ sentit, nō respectu sensus quo pcipitur, vt ibi declaratur per eū. Anto. de Bu. allegatus per Panor. in hoc mēbro dicit aduertēdū, quòd si dicti testes deponant, quia si dicāt se nō fuisse præsentes, quia simul illa die fuerūt in vnū cōgregati, & tunc probent, quia sensatū abstrahitur à sensibus in vnū cōgregatis. & sic potest intelligi c. tertio loco. extra de proba. si autē quilibet dicat se simpliciter nō interfuisse, sint singulares, & non probent. Nec va-

lere videtur motiuũ Bartoli de sensu & sensato,qa approximatio sensati ad plures attrahit sensum plurimũ in vnũ:sed abstractio nõ potest abstrahere nisi singulariter. Et cũ ista opinione tãq̃ veriore residet Panor.in d.c.cũ Ioãnes Eremita.& in ea videtur residere Io.de Imol.in d.l.ij.§.si quis neget.in fi. dicẽs illã eẽ cõmunẽ opinionẽ, ꝙ si testis descriptus in instrumẽto de numero necessario cõtradicit illi, reddit illud suspectũ,vt non valeat,nisi coadiuuetur. Et oportet dici hoc nõ esse ex eo,ꝙ minus plena ꝓbatio impugnet magis plenã, sed quia instrumẽtũ videtur remanere sine solẽnitate debita,cũ reqrat ad sui solẽnitatẽ numerũ necessariũ testium, vt per illos ei fides imponatur,vt in d.aut.de instru.cau.& fide.§.sin verò aliqd tale.& §.si verò moriatur. Ad vnũ aũt dictũ Bar.vbi s.dicit Io.de Imo.esse aduertendũ,qui dixit,ꝙ si testes dicant se non recordari, nihilominus statur instrumento.Quod ẽt voluit Inno.in d.c.cũ Ioãnes. Quoniã Bal.ĩ §.prædicto,si qs neget.dicit hoc esse verũ,quãdo est publica scriptura:secus esset in priuata,quæ egeret adiuuari adminiculo testium, quia non facit illa fidem, nisi sit adiuuata per testes, sed dicẽdo se nõ recordari,illã non coadiuuant. quod dicit fuisse de mẽte gloss.in
27 sæpe dicto c.cũ Ioãnes.†Circa ista ibi notabilẽ mouet quæstionẽ Panor.in instrumẽto nominati sunt duo testes proprijs noĩbus & cognominibus suis, deinde dicitur falsum esse instrumẽtũ, & ad probandũ falsitatẽ producũtur duo testes dicentes,se illis nominibus vocari,negãt tamẽ se interfuisse, vtrũ hoc sufficiat ad reprobationẽ dicti instrumẽti. Do.Cardi.Flor.allegatus per eũ,dixit ꝙ non,qa ꝑ hoc non probatur illos esse testes antẽ dictos descriptos in instrumẽto,quia illi nũc producti potuerũt sibi sua nomina mutare,ar.l.j.C.de mut.noĩs.Vel,vt dicit Panor.possibile esse potest,ꝙ tẽpore cõfecti instrumẽti erant alij qui vocabãtur hoc noĩe, & interfuerunt cõtractui.ideo prædicta probatio non cõcludit necessariò,ar.c.in præsentia.extra de proba.&, vt s.dictũ est,fauẽdum est instrumẽto, vt d.c.cũ tu. extra de testi.& c.ad audientiã.extra de præscrip. ideo esset necesse ad reprobationẽ dicti instrumẽti probare,ꝙ testes qui nũc producũtur, sunt illi qui in instrumẽto illo sunt descripti,& ita tũc vocabãtur illo noĩe,nec tũc erãt alij qui eisdẽ noĩbus in loco vbi cõfectũ est instrumentũ vocarẽtur.quod dicit Panor. esse notãdũ pro limitatione prædictorũ.
28 ¶†Tandẽ pro ampliori declaratione istius regulæ & supradictorũ sciendũ est secũdũ doct.ꝙ si producatur vnicũ instrumẽtum sibi ipsi repugnãs,& contrariũ,derogat sibi ipsi fidem ex illa cõtrarietate, nisi secũdũ Panor.in d.c.imputari.aliqua subdiuisione possit saluari.Ad quod allegat c.inter dilectos.§.cæterũ. extra de fide instru.& istam legem. et Bar.in alleg.l.scripturæ.& Bal.in l.in exercẽdis. si etiã ab eadẽ parte producãtur plura instrumẽta cõtraria,idem dici debet,ꝙ sibi fidẽ tollunt,vt d.c. imputari.& d.l.scripturę.& ĩ ista regula.Quod ꝓcedit nisi ista contrarietas possit repelli per aliquã distinctionẽ,aut sanã cõsiderationẽ:puta, vt explanat Bal.per distinctionẽ locorũ & temporũ in actu iterabili, quia tunc vtriq; credendũ esset in suo casu & tempore.Nam etiã videmus dicta Iuriscõsultorum saluari ex diuersitate thematũ,vt l.item videndum.& l.illud.ff.de peti.hæredita.& ita etiam saluãtur dicta testium,in c.cũ tu.extra de testi. facit c.nihil obstat.extra de verbo.signi. Et hoc dicit Bal.esse verũ quãdo pluralitas actuũ vel distinctio temporũ cõcordat scripturas, vt l.apud antiquos. C.de fur.Nisi per confessionẽ partiũ,vel probationẽ testium cõstaret de vnico actu, vt in testibus Susannę cõuictis per Danielem prophetam Danielis xiij.c.& facit quod notat.& habetur in l.testiũ.C. de testi.Si autẽ à diuersis partibus dicta instrumẽta repugnantia producantur, ita ꝙ sint incõpatibilia,credibiliori,& verisimiliori,aut digniori credetur,cum quo boni iudicis motus & grauitas concurrit. facit c.quia verisimile. cum ibi notatis. extra de præsump.& l.nõ est verisimile.ff.quod met. cau.facit d.l.optimã.& d.l.scripturas.& per Specu.tit.de instru.edi.§.postremò.aliàs incipit,instrumentũ.ver.sed pone,produco. Si autẽ sint æqualia vel paria,iudicari debet contra illum cui incumbebat onus probãdi,quia cum vtriusq; instrumenti sit par fides,& tantũ vni quãtum alteri cõgruens,nihil est probatũ:ideo etiã si reus habebat probare, licet sit fauorabilior,vt l.fauorabiliores.ꝟ.isto titul.& l. Arrianus.ff.de acti.& obliga.ideo cæteris paribus esset secũdum Bal.sibi fauendũ,per dicta iura.tamen vbi incumbit sibi probatio, secus esset secundum Panor.Imò contra eũ iudicabitur,nisi esset cã fauorabilis,vt ĩ dote vel libertate,vt l.in ambiguis. s.e.tit.& in testamẽto,vt l.si pars.ff.de inoffi.testa. Sed de his omnibus si vultis, videte plenius doct.in locis allegatis,& Angel.de Aretio in dicto §.item verborum.Institut.de inutil.stipula.

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

GLossa hic breui sermone se expedit de intentione huius regulæ, remittens ad ea quæ habentur in l. impossibilium.s.isto tit.& in l.nõ moriturum.C.de contrahen.& cõmitten.stipula.vbi promissio eorũ quæ impossibilia sunt per naturam,non valet,vt si promittat quis docere se aliquem, ꝙ volare possit, quod natura prohibetur. Vel si promittat hominẽ non esse moriturũ,cum certũ sit, ꝙ omnis homo viuens sit moriturus,vt d.l.non moriturum.& l.j.ff.de condi.& demonst.& sic si quis promittat hominem non moriturum,promittit impossibile, ideo in totum non valet promissio.facit l.si homo mortuus. ff.de verbo.obliga.& l.impossibilis.eo.tit.sed de his dicite, vt ibi per doct.& videte quæ recitaui in l. quod nullius.lecta cum l.impossibilium.s.isto ti.in articulo impossibilitatis naturæ,& per Albe.in allegata l.non moriturum.

Summarium.

1 ☞Pupillus obligat aduersarium, ipse tamen sine tutore non obligatur.
2 Pupillus quomodo sine tutore possit hæreditatem repudiare.

Infans

3 Infans an adire posſit cum autoritate tutoris.
4 Infante non adeunte hęreditatem ſibi delatam an eius hæres reſtituatur in integrum ad illam adeundam.
5 Frater quando fratri ſuccedat iure ſubſtitutionis, & quando ab inteſtato.
6 Pupillus quare non posſit adire cum autoritate curatoris, ſed bene tutoris.
7 Pupilli voluntas qualis ſufficiat, vt tutor adire posſit.
8 Pupillus an ſine tutore adire posſit hæreditatem, in qua nulli ſunt creditores aut legatarij.
9 Pupillus quando habeat velle & nolle.
10 Pupillus quando ciuiliter & naturaliter obligetur & quando altero modo.
11 Pupillus infans aut etiam proximus infantiæ contrahens ſine tutoris autoritate, neque naturaliter obligatur, neq; ciuiliter.
12 Pupillus pubertati proximus ex contractu locupletior non effectus, naturaliter tantum obligatur.
13 Pupillus cum tutore contrahens citra alterius contutoris autoritatem, neque ciuiliter neque naturaliter tenetur.
14 Pupillus cum extraneo tutore autore ſi contraxerit, ciuiliter tenebitur & naturalitet, modò ſolennitates de iure requiſitæ interuenerint.
15 Pupillus tutorem habēs ſi ſine ipſius contrahat autoritate, non obligabitur naturalitet nec etiam ciuiliter.

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate, niſi appoſita tutoris autoritate creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris autoritas neceſſaria eſt.

PER gloſ. pleniſsimè declaratur hæc regula, & primo in contrahendo pupillus in ætate pupillari velle vel nolle ſine tutoris autoritate, non dicitur habere, in quantum ſuum præiudicium tangit, vt l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. ff.
1 de acti. emp. & vendi. † vbi licet pupillus ad ſuum cōmodum ex ſuo contractu obligatum habeat ſuum aduerſarium, ipſe tamē ſine tutore ſuo non obligatur: & ſic, vt ibi dicit Salicetus poſt gloſſ. claudicat contractus, contra illud quod habetur in l. ſi cum dies. §. penultimo. in fi. ff. de arbitr. ſed hoc ibi operatur fauor pupilli, & odium ſecum cōtrahentis ſine tutore, & eſt ſpeciale ſecundum Alberi. in dicto §. ſi quis à pupillo. facit text. Inſtitu. de autot. tuto. in principio. vbi licitum eſt pupillis ſine autoritate tutoris ſuam conditionem facere meliorem, ſed non deteriorem: & ſic in caſibus in quibus hinc inde mutuæ obligationes naſcuntur, ſi contrahatur cum pupillo ſine tutoris autoritate, claudicat contractus, vt dictum eſt. nec obligatur pupillus, licet alium ſibi faciat obligatum, vt ibi colligit Angel. Aretinus per illum text. Qui etiam ſubiūgit, quòd vbi pupillus ſine tutoris autoritate promittit alicui, tutus eſt ipſo iure, quia non tenet obligatio, vt notatur per gloſſam quā allegat in l. contra iuris. in principio. ff. de pact. quam ſequitur ibi Bartol. Facit l. non dubium. C. de legi. vbi talia quæ fiunt contra iura, non ſolum inutilia dicuntur, ſed habentur pro infectis. Ad hoc etiam facit l. ij. C. de autoritat. pręſtanda. Non poteſt etiam pupillus pro ſecundo exēplo huius regulæ, velle vel nolle aliquid ſine tutoris autoritate, adeundo vel repudiando hæreditatem, vt Inſti. de auto. tut. §. neq;. & l. pupillorum. C. de repudianda hæredita. & l. potuit. C. de iure delibet. Id verò quod dictum eſt de repudiatione hæreditatis facta per pupillum ſine tutoris autoritate, intelligit ibi Cyn. procedere, niſi pupillus damnoſam hæreditatē renūtiet in iudicio, cum autoritate Iudicis. Ad quod allegat l. penultimam. §. fi. ff. de ritu nup. & l. reſtituta. §. fi. cum ſua gloſſ. ff. ad Trebellianum. quod Alberico placet & Baldo in dicta l. pupillorum. ſi cum cauſæ cognitione iudex interponat decretum, cognita rei qualitate, & vocatis amicis coniunctisq; pupilli, iuxta notata in
2 l. tutor. ff. de bonorū poſſeſ. † Teneret etiam tacita repudiatio hæreditatis facta à pupillo ſine tutoris autoritate, ſecundum gloſſ. in allegata l. pupillorum. per text. quē allegat in l. cum pupillus. in principio. ff. de conditio. & demonſtr. vbi pupillus poteſt facere omittendo cōditionem ſub qua erat inſtitutus, ne ſit hæres: repudiando autem hoc facere non poteſt, & ſicut dicit Bald. in allegata l. pupillorum. hoc poteſt omittendo, quod non poteſt repudiando. allegat notata in l. aduerſus. C. de vſuris. Sicut etiam dictum eſt, pupillum non poſſe adire hæreditatem ſibi delatam ſine autoritate tutoris, ita etiam econuerſo non poteſt tutor illam adire ſine pupilli voluntate, vt patet in textu dictæ l. potuit. quoniam, vt ibi dicunt doctores, vt quis efficiatur hæres, requiritur eius voluntas, id eſt, conſenſus in mente, & eius actus in verbo vel opere: & hæc eſt ratio ſecundum Baldum ibi, quare ſolus tutor ſine pupillo non poteſt adire hęreditatem delatam pupillo, vt ibi dicit textus in verſi. nam ſi quidem neſciente eo. Ex quo colligi poteſt, quòd ibi à contrario ſenſu probari videtur, quòd ſi tutor pupillo ſciente, & in contrarium nihil dicente vel faciente, adeat hæreditatem delatam pupillo, illam acquirit pupillo: licet textus dictæ legis, potuit. in præcedentibus repugnet iſti dicto, cum requirit ad hoc voluntatem & actum ipſius pupilli, ideo ſola pupilli ſcientia non videtur ſufficere. quod dicunt
3 doctores eſſe magis tutum. ¶ † Sed circa iſta dubitatur de infante, vtrū cū autoritate tutoris posſit adire. Et ad hoc reſpondet gloſſ. j. in dicta l. potuit. quòd ſic, per textum l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ff. ad Trebellianum. Cui dicto fortiter obſtat l. pupillus. ff. de acquirenda hæreditate. ibi dum dicit tex. ſi fari posſit. ſed dicta gloſſ. l. potuit. ad illum textum ſubaudit, maximè quæ gloſſa ſecundum Bartolum ibi, eſt noua gloſſa Franciſci Accurſij, à multis non habita, cum qua tamen tranſeunt communiter doctores. Sed Fulgoſius ibi, & Ioannes de Imola in dicta l. pupillus. dicunt, quòd ſi ciuili mo-

Quæſtio.

do de infante loquamur, id est, minore septem an-
nis, qui sciat loqui, & aliqualē habet intellectum,
procedat opinio prædictæ gloss. dictæ l. potuit. sci-
licet, quòd posit adire hæreditatem cum autori-
tate tutoris, per dictum §. si pupillo. Sed si loqua-
mur de infante secundum allusionem vocabuli,
id est, de non fante seu nesciente loqui, melior sit
alia opinio, scilicet, quòd etiam cum autoritate
tutoris non posit hæreditatem sibi delatam adire:
& ita intelligatur dicta lex, pupillus. Tamen Bar-
tolus fuit in opinione, quòd tutor ipse infantis eo
casu posit adire hæreditatem pro eo. Subiungens,
quòd tempore mortalitatis quādo infantibus de-
ferebantur hæreditates, faciebat videri, an tutor
illorum in inuentario quod facere debet, posuis-
set illam hæreditatem eis delatam, per quam in-
ueotarij confectionem dicebat aditam esse illam
hæreditatem pro infantibus, ita quòd transmit-
tebatur per hoc ad hæredes pupillorum, per tex-
tum l. si infanti. §. parente verò non subsistente. C.
de iure deliberan. vbi vrget tex. pro opinione dictæ
glossæ in l. potuit. Voluit tamen plus ipse Bartolus
in l. cum antiquioribus. eod. titulo, quòd sola scien-
tia tutoris illo casu sufficiat ad transmisionem iu-
ris deliberandi. Sed ibi Angelus, & Baldus contra-
dicunt Bartolo, propter text. dictæ l. si infanti. in
dicto §. parēte. vbi habetur, quòd tutore negligen-
te adire pro tali infante pupillo, hæreditas illa ha-
betur pro non delata, quæ non haberetur pro non
delata, si sola sententia tutoris sufficeret. Minus
etiam dicunt procedere dictam opinionem Bar-
toli in pupillo minore infante, quia solus tutor, vt
dictum est, non posset pro illo adire, per iura alle-
gata. ideo eius sola scientia non debet sufficere. &
in hoc videtur ipse Bartolus cōsentire in l. qui du-
4 os. ff. de rebus dubijs. ¶ † Vbi etiam in l. Pantonius.
ff. de acquirenda hæreditate. voluit post Iacobum
de Are. quod si infans non adiuit hæreditatem si-
bi delatam, posit eius hæres ex persona ipsius pe-
tere restitutionem in integrum, ad adeundum di-
ctam hæreditatem, per l. non solum. ff. de in integ.
restitu. minorū. Sed Baldus, Angel. Salic. & Ful-
gos. in dicta l. si infanti. vbi suprà, in versiculo, qua-
si ab initio non essent ad eū deuolutæ, &c. ponde-
rant illum textum contra dictum Bartoli. Et idem
Salicet. in l. j. C. de restitutio. mili. post Iacobum de
Bello visu in authen. de trien. & semisse. collatione
iij. in fine cuiusdam suæ dubitationis, vbi dicunt
esse casum contra opinionē prædictam ipsius Bar-
toli: quoniam tex. dictæ l. si infanti. in dicto ver-
sic. dicit quòd infante mortuo ante aditam hære-
ditatem perinde est, ac si hæreditas ipsa non fuis-
set deuoluta. Sed si non sit deuoluta, non est tractā-
dum de restitutione in integrū. Et facit tex. in ver-
bo, perueniāt, ibi posito, quod denotat permanen-
tiam, vt l. peruenisse. suprà titulo proximo. de ver-
bo. significatio. & l. j. §. peruenisse. ff. de hæreditate
vel actione vendi. & etiam designat, quòd talis hære-
ditas perfectè perueniat ad personas ibi nomina-
tas. l. nomen filiarum. §. fina. suprà dicto titulo pro-
ximo. Item cōtra Bartolum inducitur dicta l. Pan-
tonius. quæ dicit, quòd secundum regulas iuris in
casu illius legis hæres absentis nō petit restitutionē
in integrum, sed diuus Antoninus ibi subuenit hæ-
redi ex humanitate: sed illa humanitas contra iu-
ris Regulas inducta in hærede absentis non debet
extendi ad hæredem pupilli. l. in his. & l. quod ve-
rò. suprà de legi. Nec obstat dicta l. qui duos. secun-
dum Angelum: quoniam ibi pater substituit fra-
trem fratri, & sic ipse frater fratri fuit necessari-
us hæres, per l. sed si plures. §. quos possum. ff. de
vulgari & pupillari substitutio. iuncta l. vel singu-
5 lis. eod. titulo. ¶ † Sed si vultis sustinere Bartol. po-
testis dicere ad l. vel singulis. quòd ibi frater fra-
tri ab intestato succedebat, non vi substitutionis.
Et ad l. qui duos. non apparet, quòd ibi facta fue-
rit substitutio, nisi per illa verba, qui vltimus de-
cesserit. quæ per se sola non important substitutio-
nem prædecedentis, nisi quando res vel tota hære-
ditas relinquitur ab vltimo decedente, vt dicit no-
tabiliter Baldus in l. Titia Seio. §. Seia. ff. de legat.
secundo. Et ad l. si infanti. respondit Bartol. in al-
legata l. qui duos. quòd lex generaliter excludens
remedium, non intelligitur excludere remedium
extraordinarium restitutionis in integrum. ideo
quamuis Bald. in sæpedicta l. si infanti. teneat con-
tra Bartol. ipse tamen in prædicta l. Pantonius. se-
quitur eum, & respondet illi legi, si infanti. quòd
loquitur inspecto iuris rigore, non habendo respe-
ctū ad beneficium restitutionis in integrum. Et o-
pinionem Bartoli dicit Paulus de Castro in dicta
l. Pantonius. post longam disputationem vidisse
obseruari, & eam dicit ibi Ioannes de Imola esse
rationabiliorē, quam tenebat Franciscus de Ram-
ponibus, & Ioannes Andreas in cap. in præsentia.
extra de probationibus. super qua intricata quæ-
stione videte plenius Doctores in locis allegatis.
6 ¶ † Deinde sciendum est, quòd pupillus habens cu-
ratorem non potest illius autoritate adire hæredi-
tatē, vt est textus in l. cum in vna. §. tutor. ff. de ap-
pellationib. & ibi gloss. reddit rationem, & etiam
addi potest alia, quare cum autoritate tutoris adi-
re potest pupillus, & non cum autoritate curato-
ris, quia tutor datur personæ, vt Institut. qui da-
ri tutores possunt. §. ad certum. ver. certè. in aditio-
ne autem hæreditatis requiritur discretio perso-
næ, vt habetur Institu. de curatorib. in fi. & dicta l.
pupillus. ff. de acquirenda hęreditate. ideo talis cu-
rator non supplet defectum personæ, quia non da-
tur personæ, sed patrimonio, vt l. in copulandis.
C. de nuptijs. Sed adultus bene potest adire cum
sui curatoris autoritate, quia pupillus carens cu-
ratore bene potest se obligare, cum sit capax dis-
cretionis. Sed vbi habet curatorem, videtur ei in-
terdicta bonorum suorum administratio, & non
potest sine curatoris autoritate se obligare, vt l. si
curatorem habens. C. de in integrum restitutione,
Igitur consensu curatoris suppletur defectus ad-
7 ulti. ¶ † Attendi etiam debet ad vnum, quod
superius dictum fuit, scilicet quòd quando tutor
hæreditatem pupillo delatam, ipso volente adit,
sufficit voluntas ipsius pupilli declarata per fa-
ctum,

ctum, vt notatur per glossam in l. mutum. ff. de acquirenda hæreditate. sed glossa tertia in dicta l. potuit. in fin. intelligit quòd posit hæreditas adiri sola voluntate non declarata per actum. Quod certe bene dictum confitendum est, si intelligatur de voluntate non declarata per actum facti, dummodo declaretur per actum verbi: quia verbo melius quàm actu declaratur voluntas. l. Labeo. §. Tubero. ff. de supellect. lega. Ideo dicit Casiodorus allegatus per Baldum in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. & l. ad recognoscendos. C. de inge. ma. quòd nullum est maius mentis testimonium, quàm qualitas inspecta verborum. Sed male diceret dicta glossa intelligendo quod ex sola voluntate non declarata facto vel verbo, sed in corde retenta, posset hæreditas adiri. Deus enim solus nouit ea quæ in corde retinentur. Ideo vt dicit Baldus in sæpedicta l. potuit. actus verbalis necessarius est, quia aliter de mente hominis iudicari non posset. l. quia plerunque. ff. de interroga. acti. & c. nouit. extra de iudic. facit quod notatur per glossam in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in possesionem eatur. & l. si repetendi. C. de condictione ob causam. quamuis quidam dixerint quòd prædicta procedunt in foro contentioso, sed non in foro conscientiæ: quia sola voluntas in corde retenta, in dicto foro conscientiæ sufficeret ad aditionem hæreditatis, quamuis non posset probari, & hæc certa est de actibus humanis. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirenda hæreditate. nec peccaret talis apud Deum, retinendo res hæreditarias. Sed sustinendo dictam glossam dici potest, quòd sola voluntas est de substantia aditionis, & tenet aditio, licet nõ probetur. Sed quia paria sunt, non esse, vel esse, & non posse probari, vt l. duo sunt Titij. ff. de testament. tutela. & l. in lege. ff. de contrahenda emptione. & cap. tua. extra de sponsalibus. non proderit illa aditio non
8 probata, nisi in foro cõscientiæ, vt dictum est. † Sed circa prædicta quæritur: si in hæreditate delata pupillo non erant aliqui creditores nec legatarij, vtrum pupillus posit adire sine autoritate tutoris. Ange. recitatus per Paulum de Castro in l. mutum. ff. de acquirenda hæreditate. tenet quod sic, quia tunc cessat prohibitio legis, & non tractatur nisi de acquisitione, in qua non requiritur tutoris autoritas, ne quod introductum est in vtilitatem pupillorum & fauorem, retorqueatur in eorum odium, vt l. quod fauore. C. de legibus. & l. non eo minus. C. de procuratoribus. quod dicit esse notandum propter hoc, quòd si pupillus postea decederet relictis extraneis hæredibus, & oriretur contentio de illa hæreditate inter alios venientes ab intestato, illi defuncto qui pupillum hæredem instituerat, & ipsos pupilli hæredes, eo quòd illi primi dicerent aditionem factam per pupillum sine tutore non valuisse, neque fuisse transmissam, cautela est quòd illi hæredes pupilli dicant & articulent, quòd in dicta hæreditate nulli erant creditores, neque legatarij, & sic tenuit aditio. Et refert Paulus de Castro se semel pro ista parte consuluisse apud Florentiam, licet non vidisset dictum Angeli, non tamen potuit illud persuadere, sic quòd placeret asserentibus contrarium, per l. obligari. §. pupillus. versiculo, hæreditatem. ff. de autoritate tutorum. vbi dicitur, quòd etiam lucrosam hæreditatem sine tutore pupillus adire non potest. & per illud quod notatur per Cy. in dicta l. quod fauore. & Institu. de autoritate tutorum. §. neque autem hæreditatem. & quod notatur per Bartolum in dicto §. pupillus. quia hæreditas nihil aliud est quàm succesio in vniuersum ius defuncti, vt l. nihil aliud. ff. titulo proximo. & sic hæreditas etiam lucrosa continet actiones actiuè & pasiuè. l. hæreditatis. ff. mandati. & l. prima. C. si certum petatur. Videte plenius Doctores in dicta l. mutum. & in dicto §. neque autem hæredi. Institu. de autoritate tuto. &
9 ibi Angelum Aretinum. ¶ † Sed opponitur contra istam regulam, quòd etiam pupillus sine tutore habeat velle & nolle, quoniam volũtas & propositum distinguũt maleficia, quæ non committuntur sine voluntate. l. qui iniuriæ. in principio. ff. de fur. & vicesima secunda, quęstione secunda. ca. ne quis. & extra de sententia excommunicationis. cap. cum voluntate. sed pupillus potest teneri ex delicto, vt l. illud. in principio. ff. de iniurijs. & l. hæredibus. §. in causæ cognitione. ff. de dolo. & l. j. §. an in pupillum. ff. deposi. & Instit. de obligationibus quę ex delicto nascuntur. §. in summa. Ad hanc oppositionem respondet glossa, quòd ea quę dicta sunt, pupillum non velle neque nolle sine tutoris autoritate, intelliguntur in pupillo non capace doli: sed cõtraria loquuntur quãdo pupillus est doli capax, & dolum committit. Et dicitur doli capax quando est proximus pubertati, ita quòd intelligat se delinquere, dolum committendo. De quo videte plenius per me recitata in l. fere in omnibus. & l. pupillum. ff. isto titulo. & l. non tantum. per Bald. ff. de excusa. tuto. & l. j. ff. de noua. in glo. & Ange. Areti. in dicto §. in summa. & Salice. in l. si infanti. C. de iure delib. & Archidia. xv. q. j. c. illud. & Panor. in c. attestationes. extra de desponsa. impuberũ. & in c. exhibita. extra de homicid. & c. j. & ij. extra de delictis pue.
10 cum similibus. † Tandem glossa in ver. & quia sæpe quæritur &c. notabiliter cõsiderans, quòd pupillus quandoque naturaliter tenetur, & non ciuiliter, aliquando ciuiliter & naturaliter, & interdum nec ciuiliter nec naturaliter, pro declaratione illorum hic ponit vnam egregiam distinctionem, quam etiam tangit in l. prima. in fine. & ibi Barto. Ioannes de Imola, & Doctores. ff. de nouatio. & glossa etiam & Doctores in l. prima. C. de inutilib. stipulationib. Et primò dicit glossa hic, quòd si pupillus habens tutorem contrahat cum autoritate tutoris, obligatur naturaliter & ciuiliter, vt l. impuberes. ff. de autoritate tutorum. Potest tamen in integrum restitui, si lædatur, vt notatur per glossam in dicta l. prima. ff. de noua. facit l. etiam. C. si tutor vel curator interuenerit. Hoc etiam intelligi debet esse verum secundum Bartolum & Ioannem de Imola in alleg. l. j. nisi cõtraheretur super re prohibita alienari, quia tunc etiã naturaliter nõ obligaretur per l. si ad resoluendam. C. de prædi. minorũ. & facit quod habetur in l. cum lex. ff. de fideiusso.

quod dicit Ioannes de Imola esse notabile pro statutis quæ sæpe prohibent minores obligari, sine certa solennitate, vt in ista ciuitate. nam tunc sine illa non videntur obligari, etiam naturaliter, vt plenius declaratur per Bartolum in alle-
11 gata l. prima. † Quandoque contrahit pupillus non habens tutorem, & est infans, aut proximus infantiæ, & isto casu neque naturaliter, neque ciuiliter obligatur, vt l. pupillus. ff. de action. & obliga. & l. quod pupillus. ff. de condic. indebi. & ita potest intelligi l. j. alleg. C. de inuti. stipula. & hoc secundum Salicetum ibi, quando non efficitur ex contractu locupletior: sed si locupletior foret ex illo, licet non teneretur actione ex contractu, eò quòd contractus est nullus, propter defectum consensus. & ita debet intelligi glossa in dicta l. prima. ff. de nouationibus. Sed ne locupletetur cũ aliena iactura, iuxta l. nam hoc natura. ff. de condic. indebi. bene teneri posset condictione sine causa, vel ad exhibendum, secundum Iacob. de Aret. per id quod habetur in l. j. §. impuberes. & l. iij. in princip. ff. commoda. Et quando dicatur locupletior, videte glossam ibi & tex. & Doctores in l. in pupillo. ff. de solution. & vt dicit ibi Salice. locupletior dicitur etiam quando rem sibi traditam vel commodatam possidet, vt l. deposui.
12 ff. de pecu. & alleg. l. iij. §. hæres. ¶ † Si verò non sit infans nec proximus infantiæ, sed pubertati, & nõ sit factus locupletior, obligatur naturaliter tantum, sed non ciuiliter, vt sæpedicta l. j. ff. de nouat. & Institu. quib. mod. tol. obliga. §. præterea. & ita potest intelligi dicta l. j. C. de inuti. stipula. secundũ Salice. ibi. Si sit factus locupletior, secundum eum vtroque vinculo obligatur, & ex cõtractu, vt alleg. l. iij. in princ. ff. commoda. vel ratione doli secundũ
13 Io. Fab. per dictam l. j. §. impuberes. ff. deposi. ¶ † Si autem pupillus habet tutorem, & contrahit cum tutore illo, sine alterius tutoris autoritate, non obligatur ciuiliter nec naturaliter, vt l. pupillus. ff. de autorit. tuto. & nota. per glossam & Salice. in alleg. l. j. C. de inuti. stipula. & dicta l. j. ff. de noua. Et ratio est, quia lex resistit tali contractui, ne vlla ex eo obligatio nascatur, vt l. pupillus. ff. de autorita. tuto. facit ad hoc l. non licet. ff. de contrahẽ. emp. & ita potest etiam intelligi antè dicta l. j. C. de inuti. stip. nec curatur isto casu, cuius ætatis sit dictus pupillus, ratione prædicta, nisi in contractu esset locupletior effectus, quia tunc, vt dictum est, licet ex contractu non teneretur, sicut infans, vel infantiæ proximus, tamen condictione sine causa teneri posset,
14 ne locupletaretur cũ alterius iactura. † Si verò contrahat, aut se obliget extraneo, & cum autoritate tutoris, naturaliter & ciuiliter tenetur, dummodo solennia de iure requisita interuenerint. Si tamen læsus foret, restitueretur, per ea quę habentur in dicto titu. C. si tutor vel cura. interue. Si autem sine tutoris autoritate infans aut proximus infantiæ contrahat, non tenetur naturaliter nec ciuiliter, vt l. quod pupillus. ff. de condi. indebi. Et hoc nisi sit ex hoc locupletior effectus, vt supra dictum est. Maior verò infante naturaliter obligaretur, sed non ciuiliter, vt dicit Salicetus post gl. in sæpedicta l. j. C. de inuti. stipula. & glo. in dicta l. j. ff. de noua. & in §. præterea. Institu. quib. mod. tol. oblig. Sed Iaco. de
15 Ra. alleg. per Alberi. ibi tenet, † quòd pupillus habens tutorem contrahens sine eius autoritate, non obligatur ciuiliter nec naturaliter, per illam l. & Institu. de autorit. tuto. in princ. quæ iura indistinctè loquuntur, & etiam ista regula in hoc dicere videtur, quod velle non creditur sine tutoris autoritate, sine qua voluntate non potest contrahi l. consensu. cum l. sequen. ff. de actio. & obligat. & Institut. de oblig. ex consen. in princ. & illam opinionem sequitur Ioan. Fab. in dicta l. j. C. de inut. stipulationib. quam dicit esse communem, per l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. mino. Ioannes de Imola in l. j. alleg. ff. de noua. post Bartolum sequitur glos. quam, vt dictũ est, sequitur Salicetus, quos videte. Et ea quæ dicta sunt in pupillo, procedunt in adulto habente curatorem, secundum glos. hic, & alleg. l. j. & ibi Salicetus C. de inuti. stipulationib. & Bar. & Doct. in locis allegatis, quos ibi plenius videatis.

Summarium.

1 ☞ Euictio quando transferat dominium.

Quod euincitur, in bonis nostris non est.

INTENTIO huius regulæ satis declaratur per glossam, quæ clara est, nec eget longiori declaratione. Dicit enim, quòd intelligi debet in bonis nostris non esse quod euincitur per rei vendicationem, per quã transfertur dominium rei euictæ in euincentem, & sic nõ remanet in bonis illius,
1 à quo euincitur. † secus, vt dicit glos. si euinceretur per hypothecariam actionem, quod fieri potest, vt l. si mancipium. §. primo & secundo. ff. de euictio. si sic euincatur, vt spes illam rem aliquando habendi præcludatur emptori, tunc non dicitur illa res euicta esse in bonis suis. Est tamen in suis bonis, quandiu illam posidet: quia quandiu posidet ipse emptor, præsumitur sua l. fina. ff. de acquirendo rerum dominio. & l. fina. C. de rei vendicatione. Et facit quod habetur in l. bonorũ. prima. §. in bonis. supra titulo proximo. vbi dicitur, quòd in bonis nostris sunt, quæ bona fide posidentur. Facit l. interdum. eodem titulo. & quod notatur in l. sciendum. in principio. §. si fundus. & §. finali. ff. qui satisdare cogantur. Possessor enim præsumitur dominus. notatur per glossam in l. stipulatio ista. §. hęc quoque stipulatio. ff. de verborum obligationib. facit quod notatur per glossam vij. q. j. c. pontifices. & per Cy. & Doctores in l. siue posidetis. C. de probationibus. & l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. vel, vt subiungit hic glossa cum dicitur in hoc textu, quod euincitur, intelligitur cum effectu, id est, euictum est. sicut alibi exponitur causa inchoatur, id est, inchoata est. vt l. nec ex prætorio. in fine. ff. eodem titulo.

Summa

Summarium.

1 ☞Priuilegium pro defuncto impetratum non valet, nec iudicium pro eo sumptum.
2 Lis frustratoriè agitata nulli debet prodesse.

Neratius cõsultus quærit, an quod beneficiũ dare quasi se viuenti Cæsar rescripsit, iam defuncto dedisse existimaretur: Respondit nõ videri sibi principẽ, quod ei quẽ viuere existimabat cõcessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius existimationem esse.

PER positionem casus notabiliter declaratur hæc regula per glo. & aliter ista lex in l. in ambiguis orationibus. ff. eodẽ. tit. ad hoc ꝙ rescriptũ principis sumit vires ab intellectu rescribẽtis, & eius intentionẽ, per iura & dicta doctorum ibi per me plenius allegata, quæ videatis, quia hic superfluum foret illa repetere, quia etiam quædã hic in gl. concordãtiæ allegantur, superflua autem vitanda sunt, vt in prima constitutione. §. quibus. & l. fin. C. de donat. cum similibus. Quibus addatis tex. & notata in c. ordinarij. §. si verò. extra de offi. ord.
1 lib. vj. †Item allegatur hæc regula, quòd sicut priuilegium non valet pro defuncto impetratum, vt hic, sic nec valet iudicium pro eo susceptum, vt l. de qua re. §. cum absentem. ff. de iudi. & d. l. penult. ff. quæ sen. sine appel. rescindan. Quod sic intelligi debet secundum Ange. in d. §. cum absentem. quòd iudicium agitatum per defensorem mortui quem viuere putabat, non valet, nec sententia lata contra dictum defensorem, vt dictis iuribus. Sed si ille defensor cõdemnatus soluit, & re vera erat debitum per mortuũ, non repetit soluens ab illo actore cui soluit, sed bene repetit ab hærede mortui. Et est ratio quare non repetit à creditore, quia recepit sibi debitum. Hæres autem mortui nõ liberatur ipso iure, quia suo nomine non est facta solutio. verum quia cum effectu non potest conueniri ab olim creditore cui facta fuit solutio, ideo conuenitur actione negotiorum gestorum, quia cũ sit liberatus ex ipso gestu, negotium suum fuit: & sic omnia clarè procedunt secũdum dictum Ange. ibi. Allegat etiã Bal. in l. hæc scriptura. ff. de cõdi. & demonst. in fi. istam
2 legem ad hoc, quòd † lis frustratoriè agitata non debet vlli prodesse. Ad quod etiam allegat l. tutor. ff. de vsur. vbi per Alberi. qui similiter dicit, quòd exceptio frustratoria non est admittenda, nec impedit processum. Ad quod allegat l. ij. C. de conuenien. fisci debito. lib. x. & ibi per Odofre. sicut nec etiam appellationibus friuolis est deferẽdum, in c. cum appellationibus friuolis. extra de appel. li. vj. & c. quamuis. extra de elect. eo. lib.

Summarium.

1 ☞Diuidua & indiuidua quæ dicantur.
2 Iudiuduum dicitur tribus modis.
3 Seruitutes omnes sunt indiuiduæ, excepto vsufructu.
4 Stipulatio quare corrumpatur ex diuisione præstationis.
5 Vsus quare non diuidatur, sicut vsusfructus. & numero 6. & 7.
8 Diuiduum ab indiuiduo quibus signis cognoscatur. & nu. 9. & 10.

Ea quæ in partes diuidi non possunt, à singulis hæredibus debentur.

1 QVÆ † dicantur diuidua, vel indiuidua, in tex. gl. & per Doc. tractatur plenissimè in l. ij. §. j. & l. stipulationes nõ diuiduntur. ff. de verb. oblig. & aliquid per Bal. in c. quanto. extra de iudi. vbi dicit omnia iura, quæ non metimur ex corporalibus, sed ex ipsa substãtia iuris incorporalis esse indiuidua. l. vsus pars. ff. de vsu & habi. & l. j. §. si vsusfructus. ff. ad legem falc. & l. Cornelia Pia. de iure patro. Sed hoc fallit in nominibus debitorum, quæ quamuis incorporalissima sint, tamẽ diuiduntur inter hæredes, ratione rei debitæ, vt l. hæredes. §. an ea. ff. fa. erci. & l. in exequutione. ff. de ver. obli.
2 & l. j. C. si cert. pet. †Addit etiam Bal. in d. c. quãto. quòd indiuiduum dicitur tribus modis, scilicet corpore seu vita, vt est omne, quod vno spiritu continetur, sicut est homo. l. rerum mistura. ff. de vsucapionib. & extra de præsumpti. c. afferte. Dicitur etiã aliquid indiuiduum ratione, quia ratio sua nõ diuidatur, ne aliàs sequeretur inconueniens, iuxta dictam l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligationib. quod inferius declarabitur. Sed quia iura quædam mere incorporalia, quæ solo iuris intellectu percipiuntur, & subsistunt, sicut est ius patronatus, habet quædam consequutiua. Verbi gratia, succesiones & emolumenta, vt operas indicendas manumissis, vt ff. de operis libertor. & alia de quibus in l. j. C. de bo. libert. & l. j. C. de bon. posse. contra tabu. liberti. Ideo ius illud patronatus quoad illa diuiditur inter patronos secundum Baldum proportionaliter, vt qui plus contulit beneficij, plus habeat commodi, vt l. cum secũdum. cum ibi notatis. C. de fideicommis. Sed in iure patronatus ecclesiæ, tantum haber ædificator vnius anguli, quantum qui tres ædificat, & tantum pauper, quantũ diues. Et ita in iure præsentandi numerum facit vnusquisque illorum, licet in substantia illud ius patronatus ecclesiæ non recipiat diuisionem, sed est indiuiduum in sua integritate consistens indiuisibile, sicut iura seruitutum, actus, itineris, & similium, excepto, vt dictum est. vsufructu, vt dicto §. si vsusfructus. & l. qui quadrin-
3 genta. eodem titiulo. †Et ratio diuersitatis redditur per Bar. in dicto §. si vsusfruct9. quare cũ omnes

seruitutes sint indiuiduę, seruitus vsusfructus sit di-
uidua, quia vsusfructus tantam vtilitatem affert in
parte respectu partis, quantam in toto respectu to-
tius in alijs seruitutibus, dicta l. in exequutione. §. se
cunda species. ff. de verb. obl. sed de hoc plenius vi-
dete Io. de Imol. in l. stipulationes non diuiduntur.
ff. de verb. obli. vbi secundum eum quod dictum est
suprà, id quod ratione non diuiditur, ne incõueniẽs
iuris sequatur, esse indiuiduum, per illum text. qui
dicit stipulationes viæ, actus, itineris, & aquæ du-
ctus, esse indiuisibiles, eò quòd illarũ diuisione cor-
rumpuntur: quod exponitur secũdum eum, quia si
à principio partem stipuletur, inualidatur stipula-
tio, quoniam id fieri non potest, cum illæ seruitutes
sint indiuiduæ. Item ex post facto tales stipulatio-
nes inualidantur, propter diuisionẽ partis, eò quòd
domino fundi promittente seruiturẽ, si alienet fun-
di partem, videtur quòd stipulatio corrumpatur.
Et similiter si dominus fundi, cui vult acquirere ser
uitutem, alienet partem sui fundi prędicti, corrum
pitur ipsa stipulatio, vt tangit gl. j. dictæ l. stipula-
tiones non diuiduntur. per l. pro parte. ff. de seruitu.
Et etiam potest dici stipulationem prædictam cor-
rumpi, eò quòd promissor non satisfacit stipulatio-
ni, quia parte illius præstita, non adimpletur stipu-
4 latio. †Quod duobus modis contingere potest. vno
modo, quia nõ dicitur præstari pars eius quod de-
uenit in stipulationem: sicut dicimus in facto stipu-
lato, quia stipulatio facti certa forma, ante quàm
fiat non est in rerum natura. Ideo non est dare eius
partem, vt. l. nam et si sub conditione. §. rumpendo.
ff. de iniusto, rup. & irri. testa. & d. l. qui quadringen
ta. ff. ad l. falcid. quoniam non entium non sunt par
tes, vt extra de despon. impub. c. ad dissoluendum.
cum concordantijs ibi allegatis in gl. iij. Postquam
autem factum promissum completum ex toto est,
dissoluta est obligatio. Alio modo potest esse quòd
non impletur tota stipulatio ex partis præstatione,
quia si illa fieri posset, in alia re posset fieri solutio,
contra mentem ipsorum contrahentium, & contra
illud quod habetur in d. l. in exequutione. §. pro par
te. Ideo tunc diuisio dicitur corruptio stipulationũ,
prædictis consideratis respectibus. Illud autẽ quod
dictum est, vsumfructum recipere diuisionẽ, secun-
dum quosdam non habet locum, imò diuisionẽ non
recipit, sicut nec aliæ seruitutes inter hæredes pro-
missoris, vt notatur per d. gl. j. in l. stipulationes non
diuiduntur. Sed male dicunt secundum Io. de Imo-
la, & communiter Doct. ibi per tex. legis quintæ. §.
reo quoq; promittẽdi. ff. de vsufr. Ibi enim ex par-
te promissoris diuisibilis est vsusfructus, et sic teneri
debet quòd inter seruitutes reales & personales so-
5 la seruitus vsusfructus est diuidua. †Sed quæri po-
test, quare vsusfructus seruitus diuisibilis est, & nõ
vsus, vt dicta l. vsus pars. ff. de vsu & habi. Doc. in d.
l. stipulationes non diuiduntur. assignãt aliquas ra-
tiones: vna est, quia emolumentũ vsusfructus est cer
tum, cum omnes fructus ad fructuarium pertineãt,
sed sic nõ est in vsu, qui consideratur secundũ vsua-
rij ipsius necessitatem, quia vna plusquam alia
vice vsu prædicto indiget. Alia est ratio, quoniam
vsusfructus cũ dominio habet similitudinẽ quandã,
quod dominium est indiuiduũ. l. iiij. ff. de vsufr. sed
vsus nõ habet similitudinẽ cum dominio. Ad quod
facit quod not. per Io. Andr. in gl. c. præsenti. extra
de offi. ordi. lib. vj. sed habet conformitatẽ ipse vsus
cum seruitutibus prædialibus, quæ ad necessitatem
6 prædiorum debent constitui. †Sed hæ rationes non
multũ placent Ioã. de Imo. vbi suprà: ideo addit ꝙ
ille qui tenetur ad vsumfructũ, tenetur ad dãdum,
ideo præcise potest cogi. l. iij. §. dare. ff. de vsufr. &
licet teneatur ad patientiã sicut promissores cæte-
rarum seruitutũ, qui ad illã tenentur. l. quoties. §. j.
ff. de seruit. & l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcẽ. & sic licet
vsusfructus promissor, vt dictũ est, etiã ad patien-
tiam teneatur, illud est post constitutũ vsumfructũ,
& videtur etiã ad eam patientiã pręstandã præcise
cogi, vt l. harũ. & l. egi. ff. si ser. ven. Sed in vsu, seu ser
uitute vsus, præstatio illius vsus non affert tantã vti
litatẽ in parte, quantam præstatio totius in toto, cũ
debeat fieri in eo, habito respectu ad necessitatem
personæ, quæ persona viuere nõ potest sine particu
lari pręstatione eius quod est sibi necessariũ pro vi
ta. & hæc secundũ dictum Io. de Imo. videtur vera
7 ratio diuersitatis. † Et si dicatur ꝙ vsusfructꝰ nõ est
sine vsu, vt l. p seruũ. ff. de vsu & hab. §. si vsusfructꝰ.
& sic videtur ad hoc ꝙ vsusfructꝰ debeat esse indiui
duus, sicut vsus. Bar. relinquit hoc cogitandũ in d. l.
stipulationes nõ diuidũtur. Sed dicit ibi Io. de Imo.
pro solutione esse cogitandũ, ꝙ vsusfructus non est
sine vsu, id est, cõmoditate seu emolumẽto vsus, sed
nõ continetur ille vsus vt species distincta, prout est
seruitus, sed vt cõmoditas. & hæc solutio potest col-
ligi ex notatis p Bar. in l. qui vsumfructũ. ff. de ver.
obl. Sed videte plenius de hoc Iac. de Ra. & Alb. in
in d. l. vsus pars. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculũ.
ff. cõmoda. Sed opponitur contra prædicta de l. si
quãdo. ff. de oper. lib. vbi pręstatio operarũ in facto
consistẽs promissa duobꝰ patronis, p partes peti po
test, cũ tamẽ stipulatio facti seu in facto consistẽs di
catur indiuidua, vt d. l. ij. §. itẽ si in facto. & alleg. l.
stipulationes nõ diuidũtur. sicut est stipulatio vsus.
Sed hoc ideo ibi est secundũ gl. hic, quia ibi ad æsti-
mationẽ fienda est condẽnatio, ad quod facit l. loci.
§. si fundus ff. si serui. ven. vbi Alb. post Ia. But. dicit
hoc esse, quia licet seruitutes sint indiuiduę, vt iuribꝰ
alleg. & ideo vnus dominorũ nõ possit agere vel con
ueniri pro parte, sed pro toto, verũtamen interesse
præteritũ venit solum pro parte, quia est diuiduũ,
vt l. in stipulationibꝰ. §. operarũ. ff. de ver. ob. et ideo
videmꝰ ꝙ si vnꝰ pluriũ dominorũ vnius fundi cessit
alicui ius agẽdi & eũdi p dictũ fundũ, licet nõ tene-
at subtili ratiõe cessio dicti iuris, nisi oẽs cõdomini
illud cedant, nõ potest primus cedẽs solus impedire,
ne ille cui cesserat vtatur iure cesso, vt l. per fundũ.
ff. de ser. rust. præd. Alij tamẽ possent prohibere, &
sentẽtia lata pro eo cui fuerat seruitus cõstituta, cõ-
tra alios sibi non prodesset, quia inspicienda foret
causa quare dicta sentẽtia pro illo fuerat lata, vt l.
duobus. §. j. ff. de iureiu. sed solum prodesset contra
illum qui cessit illud ius, cum non possit ipse veni-
re contra suum factum, licet factum non teneat, vt
in d. l. per fundũ. vbi dicit Bal. ꝙ illius factum tenet
quo ad ius obligationis, & tenetur de euictione, vt l.
si quis fundũ. ff. de euict. facit l. venditor. in prin. &
l. receptum. ff. cõmunia præd. quo ad ius seruitutis,
quam

quam solus concedere nõ potest. Illa tamẽ conces-
sio sibi soli nocet, & non alijs cõsnrtibus suis, per iu-
8 ra prædicta, & l. vnus. ff. de ser. ru. pręd. † Et ex præ-
dictis, & his quæ habentur in iuribus allegatis. l. iiij.
§. Cato. ff. de ver. obli. & per Bal. in l. pro hæredita-
rijs. C. de acti. hæred. ex pluribus cognosci potest di
uiduum ab indiuiduis. vno modo cognoscũtur indi
uiduæ res, eo ꝙ res stipulatæ per diuisionem corrũ-
perẽtur, in d. l. stipulationes non diuidũtur. in prin.
vers. idẽ puto. ibi dum dicit text. horũ enim diuisio
corrumpit stipulationes. Item indiuiduæ dicuntur
stipulationes operis faciendi, vt eo. ti. d. l. in exequu
tione. §. secũda species. ibi, qui operis effect⁹ in par-
9 tes scindi non potest. † Interdum etiam indiuiduũ
dicitur, quia si diuideretur, cõtingeret solutio in di-
uersis rebus, cum tamen stipulatio in vna re sit con-
cepta, vt ea. l. §. pro parte. ver. alioquin. Aliquando
dicitur indiuiduum, vbi in solidũ peti nõ potest, vt
l. si duo. ff. depositi. ibi tamẽ pro illius textus intelle-
ctu, videte Salic. qui illum sic summat, In deposito
per partes discretas diuisibili, tenentur hæredes so-
lum pro parte, ratione etiam doli per eos cõmissi,
dum tamẽ sint soluẽdo. In indiuisibili vero ratione
doli cõmissi conueniuntur in solidum. & vbi dolus
non sit in hac re indiuisibili per hæredes cõmissus,
quilibet conuenitur pro parte, sed partẽ soluendo
nõ liberatur, donec res integra tota restituat. Hoc
dicit secundũ eum, iuxta verũ intellectũ illius, licet
gl. ibi aliter intelligat finẽ illius l. Colligit etiã idem
Sal. ibi ꝙ supra omnia contenta in summario præ-
dicto, dolus cõmissus vltra rei restitutionẽ facit de-
positarium & eius hæredem teneri ad interesse, vt
colligitur in illo textu, in versi. nec actoris interest.
dolus enim cõmissus facit illum qui cõmittit eũ, in
plus teneri, ꝙ requirat primordialis natura actio-
nis, quia in solidum cõueniri potest, licet solum pro
10 parte foret obligatus. † Potest etiã per aliam doctri
nam, vel præcedenti similem aut similia verba se-
cundũ Bal. in d. l. pro hęreditarijs. haberi notitia in-
diuisibiliũ seu indiuiduorũ pluribus modis alijs: pri
mò vt dicamus, ꝙ quid est indiuisibile propter ipsi⁹
rei naturã datam à lege, vt dictũ est in seruitutibus
excepto vsufructu, per superius allegata. Secundo
quia talis fuit intentio cõtrahentium, quæ intentio
significat rem integralẽ, vt in pœnis & pignoribus,
vt l. si residuũ. C. de distrac. pig. & d. l. in exequutio-
ne. §. pro parte. Tertio propter incertitudinem, vt
quia debetur genus quod est incertum, vel alterna-
tiue hoc vel illud promittitur. in stipulatione enim
talis indiuidua est quo ad effectum liberationis,
quia solutio partis non patit liberationem, vtrunq;
tamen est in obligatione, vt habetur in dicta l. ij. §.
j. & sic quo ad quid dicuntur diuiduæ, & quo ad
quid indiuiduæ. l. si non sortem. §. fin. & habetur per
glo. notandam in l. cum is. §. si. ff. de condict. indeb.
Quarto vt euitetur absurditas, vt dicta l. si non sor-
tem. §. si centum. & ff. de contrahen. empt. l. fundus
ille. Quinto ad repellendum varietatem. l. legata-
rius. ij. respon. ff. de lega. j. & l. neminem. de lega. ij.
Sexto hoc suadet rerum cõnexitas, vt ff. de in diem
addic. l. cum duo. vbi si duo serui duobus vendãtur
separatim cum pacto addictionis in diem, vt simul
de duobus melior afferatur conditio, si non appa-
reat pro quo, vitiatur addictio, & remanet primà
emptio. Ideo ibi colligit Salicetus, quòd in separa-
tis fieri debet separata addictio, & ratione incerti-
tudinis totum vitiatur. videte ibi Salicet. & Bald.
Istud etiam patere potest in l. in causæ. ff. de pro-
curato. vbi idem mandatum generale est ad omnia
connexum, ideo diuidi pro parte quo ad reuoca-
tionem non potest. Septimo propter causarum con
iunctionem, vt est testamentum patris & filij, vt l.
quidam eulogio. C. de iure delibe. vbi instituens in
eadem voluntate ex diuersis portionibus agnoscen
do vnam, cogitur omnes agnoscere, & sic non ad-
mittitur diuisio in hæreditate testatoris per vnum
hæredem institutum, licet à testatore sint diuisæ
portiones, & institutus cum pupilln, eidemq; à pa-
tre pupillariter substitutus, si hæreditatem pater-
nam agnouerit, pupillarem repudiare non potest.
dicite tamen de hoc vt ibi clarius habetur per Doc.
Octauo proprer dictionẽ copulatiuam appositam
in dispositione, vt l. si is qui ducenta. ff. de rebus du-
bijs. dicit enim ibi textus, quòd significatio sumpta
ex vniuerso, si aliquid ex eo falsum est, totam ora-
tionem efficit falsam. Nono idem dici debet in
oratione extremorum exclusiua, vt dicta l. si is qui
ducenta. §. cum ita. j. si oratio concipiatur alterna-
tiuè, & negatiuè, vt si dicatur siue alterum, siue neu-
trum factũ fuerit, centum dare spondes, vt ibi per
Bar. declaratur. Decimo colligitur indiuiduitas ra-
tione ordinis complexiui, qui non patitur quòd ora
tio in diuersa resoluatur, argu. l. iam hoc iure. ff. de
vulga. & pupil. substi. in prin. vbi in materia substi-
tutionum substitutio facta in vno casu comprehen-
dit alium ex pręsumpta mente testatoris coniectu-
rata à lege. & hoc secundum Ioan. de Imol. ibi locũ
habet, nisi contrarium appareret ex voluntate con
traria testatoris, vt ibi probatur in princ. iuncto ad
fin. in ver. ita enim. Vndecimo ex natura conditio-
nis, quę tota ad esse sui dispositi requiritur, nisi sit à
principio pluribus apposita, vt l. cui fundus. in prin.
& l. tales conditiones. ff. de condi. & demon. Addit
tamen Bal. post Oldradum in hoc casu, quòd modi-
cus defectus non impedit de iuris benignitate dictę
conditionis implementum, vt l. quamuis. eo. tit. quæ
est ad hoc singularis secũdum dictum Oldra. quem
ád hoc allegat Bald. in alleg. l. pro hæreditarijs. di-
cens, in illis in quibus non est quantitas terminata,
illum satis implere, qui facit id quod scit, vel de-
bet scire, licet in aliquo erret: quia, vt ibi dicit Bal.
post Dy. illud videtur bene factum, quod bona fi-
de fit. Et ad hoc allegatur dicta l. quamuis. & l. eum
qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. & not. per
glos. ordinariam xxxij. q. iiij. c. dixit Sara. & fa-
cit xxiij. q. v. c. de occidendis. ibi, absit vt ea &c.
Duodecimo possessio rei apud vnum plurium hæ-
redum constituta facit illum in solidum teneri, ac
si esset solus hæres, & velut debitor indiuiduus,
vt l. iij. §. hæres. ff. commodati. vbi licet actio com-
modati diuidatur pro rata inter hæredes com-
modatarij, vnus tamen solus habens facultatem re-
stituendi, potest solus conueniri, si agatur reali vel
quasi reali, vt l. si possessor. ff. de rei vendicatione.
& l. ij. §. sed si vnus. ff. de prætor. stipulationib. vbi
videte Ioannem de Imola, & in dicto §. si hæres.

Quod, vt ibi dicit Salicetus, nedũ procedit in bonæ fidei iudicijs, sed etiam stricti iuris, quando rei vendicatio habet cõcomitãtiam cũ actione personali, secundũ not. per Dy. in l. q fundũ. §. si tu ex parte. ff. ad l. falc. & l. in te furtiua. ff. de cõd. fur. & l. si plures. ff. de vi & vi ar. quod dicit esse nota. dignũ. Bal. vero in d. l. pro hęreditarijs. dicit subtili hoc ratione cõstitutũ, quoniã licet in cõmodato primitiua obligatio dinumeretur inter hæredes, tamẽ illi qui nõ possident rem cõmodatã, & non sunt in dolo vel culpa, ideo nõ tenentur, quia dolus debet purgari per naturã actus. Ideo ille qui eã rem detinet, nõ restituendo cõmittit culpã q̃ totã rem respicit, vt in l. dolus. ff. mãd. Ideo secũdaria obligatio oriens ex dolo, illũ dolosum obligat in solidũ. Ad quod facit l. si duo. ff. depositi. superius alleg. Decimotertio, propter faciliorẽ exactionẽ alimentorũ legatorũ, ex pluribꝰ debitoribus ad vnũ cõuolatur, vt l. solẽt. in prin. et §. ij. ff. de alim. leg. Decimoquarto, in diuiduis simile inuenitur in alio casu, scilicet ꝙ vnus ex hæredibꝰ cõueniri possit in solidũ, vt in casu l. cum ab vno. ff. de leg. ij. in cuius intellectu Doct. sunt varij, vt recitat Bal. in d. l. ꝓ hęreditarijs. Dicit tamẽ ipse Bal. in all. l. cũ ab vno. ꝙ in actione de dote, de qua loquitur ille tex. cũ sit, vel instar habeat actionis bonæ fidei, vt Instit. de acti. §. fuerat. si maritus in testamento suo disposuit, vt vnus hæredum suorũ solueret dotem vxori, & illi cohęredi assignauit propterea hęreditariam portionẽ, meritò ille cohæres tanquam quidam possessor quantitatis, iussus à testatore soluere, solus conuenietur. ¶ Et adducit Baldus ibi simile in actione pro socio: nam si vnus cohæredum pecuniam habet designatam solutioni, ille primò conuenitur, argu. l. verum. §. si cum tres. & l. actione. §. si communis. ff. pro socio. Cui tamen dicto obuiare videtur tex. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. j. ad quem tex. secundum Bal. non potest, nisi cum diuinatione responderi. sed secundum ipsum, in dicta l. pro hæreditarijs. pro bono intellectu dictæ l. cum ab vno. sciendum est, quòd sicut inter viuos debitor creditori suo potest delegare vnũ expromissorem, ita etiam in vltima voluntate potest delegare illum creditori consentienti. Si ergo non contradicens cohæres intelligatur consentire delegationi defuncti, & illam creditor acceptet, non est mirum, si ex illa delegatione solus ille delegatus obligetur, ad hoc quòd idem operetur consensus in vltima voluntate præstitus, vel illi accedens, quod operatur cõsensus accedens cõtractui. Ideo in d. l. cum ab vno. consensus creditoris, hoc est, vxoris debentis recuperare dotem ab vno cohærede ex dispositione testatoris, inducitur ad alios. & ita pertransit. ¶ Decimoquinto ratione incertæ partis non diuiditur actio pro hæreditaria portione, sed confusè et pro virili, vt in l. allegata, qui fundum. §. si tu ex parte. ff. ad l. falcid. qui casus videtur mirabilis glossatori in sæpedicta l. pro hæreditarijs. & quicquid sentiat Cy. & sui sequaces, ratio illius §. fundatur in hoc quòd ibi hæreditaria portio est incerta et in pendenti, propter conditionem adiectam, sed legatum est in præsenti. ad quod facit l. controuersia. ff. de transacti. Cætera super hac materia dicite per Doct. in locis allegatis.

Summarium.

1 ☞ Testamentum cancellatũ quando irritetur, & cui cedat hæreditas. & nu. 2. 3. 4. & 5.

In re dubia benigniorẽ interpretationẽ sequi, non minus iustius est, q̃ tutius.

PRO veritate attingenda huius regulæ plures leges huius titu. supra positæ hic allegantur per glo. in quibus & earum qualibet videri possunt ea quę per me fuerunt recitata. aliæ etiã infra allegantur isto titu. Sed extra titulum istum allegat glo. pro intentione huius regulæ illud quod habetur in l. proximè. ff. de his quæ in test. delen. vbi hæc regula textualiter scripta est, & dicitur ꝙ in cancellatione testamenti benigna est interpretatio assumenda. Et concordat l. benignius. ff. de legi. & id quod habetur in l. nostrã. C. de testa. quæ probat quòd si testamentũ sit deletũ seu cãcellatum voluntate testatoris, irritatur: secus si per casum fortuitũ,
1 vel alia de causa deleatur vel cãcelletur. † Circa quã materiam, & pro concordia opinionum, quæ varię sunt in glossis, & per doct. dici potest secundũ doct. in dicta l. proxime. & alleg. l. nostram. quòd quandoque testator in suo testamento instituit venientes ab intestato, quandoque extraneos. primo casu, quando venientes ab intestato, si illorum institutorum solũ nomina cancellauit, præsumi debet quòd illi cancellati sunt quasi ab eo indigni reputati, & hæreditas fisco applicabitur, vt dicta l. proximè. versi. sed nonnullos. vsque ad finem. & l. cum quidã. §. ij. ff. de his qui. vt indig. et ita intelligi potest quod habetur in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. in prima solutione glos. magnæ. & facit l. j. §. penul. ff. si tabul. testa. nullæ exta. ¶ Si verò totum testamentũ incisum est, vel chordulæ solũ & sigilla, ita quòd nõ potest præsumi odium magis hæredum, quàm legatariorum, sed coniectura potius capienda est pro fauore hæredum scriptorum in illo testamento, vt scilicet totum capiant ab intestato, & tunc præsumi debet, quòd voluit testator decedere intestatus, vt dicta l. nostrã. nisi probari posset, quòd hæredes scripti offendissent testatorem, vt l. ij. in fi. ff. de his quæ in testa. delen. vbi dicit Ioan. de Imol. in j. notabili, quòd causa facti restringit ipsum factũ seu eius effectum. & eadem ratione causa verbi restringit verbum. facit quod habetur in l. quod dictum est. ff.
2 de pactis. † Secundo casu, quando testator instituit extraneos, dici potest, quòd si totũ testamentũ vel chordulas & sigilla cãcellauit vel incidit, præsumi debet ipsum voluisse decedere intestatũ. Ad quod facit l. cum acutissimi. C. de fideicom. quod dicit Salice. in alleg. l. nostram. esse benigno fauore interpretandum. Sed si sola hæredum nomina cancellauerit, & in illo testamẽto legata repetita sint à venientibus ab intestato, ipsi ab intestato venientes succedent, quia tacitè videntur inuitati. & cessat

ratio

ratio posita in gl.ij.dictæ l.nostram.in fi.quæ volebat hoc casu fiscum succedere fauore legatariorũ. facit quod habetur in l.j.ff.de iure codicil.Sed si legata non sint in testamento illo repetita à venientibus ab intestato,& illi veniẽtes ab intestato sint de liberis testatoris,ipsorũ fauore videtur ille testator voluisse decedere intestatus, qui fauor liberorũ fauori legatariorum debet anteferri.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.& d.l.cum acutissimi.& l.cum auus.ff.de cond.& demon.Si autem illi venientes ab intestato nõ sint de liberis, sed sint ex latere veniẽtes,vt fratres,agnati,vel cognati,videretur esse sustinendam gl.d.l.nostram.fauore legatorum,ita ꝙ succedat fiscus,qui ad legata tenetur, vt d.l.proxime.vt vult illa glo.Quod non placet ibi Salic. ex quo alius extat,qui scripto hæredi præferendus est,& quia quilibet præsumitur dignus, nisi aliter à testatore exprimatur, vt l.cum pater.§.rogo.& l.cum quidam.§.j.ff.de leg.ij.et attendi debet fauor venientium ab intestato,vt d.l.hac consultissima. §. si quis. & ideo quicquid circa hoc dixerit Dy. & Odofre. quorum opinionem sequitur d.glo. quòd in proximè dicto casu,non fiscus,sed venientes ab intestato succedẽt: vt plenius in d.l. nostram. declaratur per Salice. Vbi addit Bal. quòd deletio vel cancellario facta per testatorẽ præsumitur consultè facta:quia sicut nemo præsumitur ore proferre,quod mente non cogitauit,vt l. Labeo.§. Tubero.ff.de supellect.lega.ita nemo præsumitur facere quod non vult. circa quæ videte longiorem sermonem Io.de Imola in sæpedicta l.proximè. †Est tamen sciendũ circa præmissa,quòd deletio vel cancellatura illa vel rasura testamenti, quãdoque fit à testatore,aliquando ab extraneo,interdum à tabellione qui sumpsit instrumentum testamenti.Si à testatore sit facta, præsumitur ipse mutasse voluntatem,vt l.j.ff.de his quæ in testa.delent.& secundum Barto. ibi præsumi debet consultè facta per illum tex. & d. l. proxime. per locum à speciali, quia ibi est speciale in legato libertatis, vt deletio inconsultè facta videatur: ergo in contrarium est ius commune,vt l.j.in fine.ff.ad municipa.Præsumitur etiã à testatore facta,si scriptura testamenti erat apud testatorem, secundum Doctores in l.si vnus. C. de testamentis.& Paulum de Castro in l.j.§. sed & consulto. ff. de his quæ in testamen. delent. aliàs secus, quia tunc ab alio præsumitur facta, argumen. l. j. §.ille autem.C.de Lat.liber.tollen.& notatorum in l.ij.& iij. ff. de pactis. Speciale est etiam secundum Bartolum, quòd vt inconsultè deletio facta videatur in legato ad pias causas,argu. dictæ l.proxime.

3

4 in fine.¶ †Quando autem deletio seu cancellatura fit ab extraneo, sine testatoris voluntate, non præiudicat, vt sæpedicta l.nostram. facit l.j.§. si rosæ. ff.de bonorum posses. secũdum tabulas. Sed si esset illa deletio vel rasura tanta, quòd legi non posset, tunc non deficeret ius,sed probatio iuris.l.duo sunt Titij. ff. de testamen.tutela. & probatur in dicto §. sed & consulto. vbi Paulus de Castro, & Doctores.

5 †Si verò tabellio deleuit vel rasit,considerari oportet, si ipse apponat fidem faciendo mentionem, quòd errore,& non vitio deletiones aut rasuræ processerunt,excusatur suspicio testamenti vel instrumenti, vt notatur in dicta l.prima, in principio. ff. de his quæ in testamen.delentur. debet tamen specifice ipse tabellio facere mentionem de rasura seu cancellatione secundum Ioannem de Imola ibi post Dynum, & per Bartolum & Baldum in l.in fraudem. §. primo. ff. de testamento milit. & in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edendo. Vbi autem in margine instrumenti inuenitur manu notarij hoc quod sequitur, videlicet cancellatum, quia per errorem scriptum, tenet Bartolus in dicta l.in fraudem.§.j. quòd talis scriptura scripta in margine facit fidem. & hoc sequitur Baldus super rubrica. C. de fide instrumentorum. dummodo certissime cõstet, quòd sit de manu eiusdem tabellionis: quamuis ipse Baldus in antedicta l. si vnus. teneat contrarium per sua motiua, quæ videri possunt. Sed alia opinio videtur verior, si notarius sit bene famatus, quia in dubio non præsumitur dolus.l.quoties.§.qui dolo.ff. de probationibus. & faciunt notata per Bartolum in l.quoties.§. primo.ff. de hæredibus instituen. & addi possunt notata in l. si ex falsis.C.de transactionibus. Deinde glossa hic pro explanatione huius regulæ: vt ostendatur in re dubia benigniorem interpretationem sequendam esse, allegat l. si fuerit. §. finali.ff. de rebus dubijs.& ibi glossa ad hoc pro concordanti adducit istam legem.Si enim de natiuitatis ortu masculi vel fœminæ non appareat, ille primò natus præsumitur, ex quo mater pariens consequitur libertatem: cuius præsumptionis ibi Bartolus rationem assignat, quia ille præsumitur prius natus, per quem magis fauetur libertati, siue fuerit masculus, siue fœmina, vt ibi per eum.

Summarium.

1 ☞Tempus vacuum à morte testatoris, cedit lucro hæredis.
2 Vsucapio qualiter sine possessione cõpleatur in hæreditate iacente.
3 Hæreditas iacens quomodo possideat.
4 Hæreditatis aditio retrò trahitur,& possessio continuatur.
5 Ecclesia mortuo prælato possidet, & præscriptionem complet.
6 Seruus acquirit hæreditati iacenti.
7 Seruus non potest vsumfructum stipulari hæreditate iacente.& nu.8.

Omnia fere iura hæredum perinde habentur,ac si continuò sub tempore mortis hæredes extitissent.

AD declarationem huius regulæ ponit primò glossa exemplum de l.nunquam.§.vacuum.et l.iusto.§.nondum. ff.de vsucapion. vbi possessio testatoris defuncti prodest hæredi, si ab alio non fuerit occupata ante aditam, vel post adi-

1 tam hæreditatem. †Ex quo colligitur, quòd tem-

pus vacuum,quod currit etiam poſt aditam hære-
ditatem ante apprehenſam poſſeſsionem per hæ-
redem, ſibi hæredi prodeſt , cum tempore ſuo quo
poſtea poſſeſsionem apprehendit , vt dicto §. va-
cuum . qui latius loquitur quàm textus l. cœptam.
eodem titulo. facit l. qui cum pro hærede. §. finali.
2 cum l.ſequenti in principio.ff. pro emptore.† Et ſic
ex hoc notari poteſt quòd vſucapio vel præſcri-
ptio poteſt compleri ſine poſſeſsione, cum hæredi-
tas non poſsideat, vt l. Scęuola. §.cum hæreditas.ff.
ſi quis teſtamen.liber eſſe iuſſus fuerit. De quo Dy-
nus opponit in cap. ſine poſſeſsione. contra illum
3 textum.extra eodem titulo libro ſexto.† Vbi dicit
Boniſacius de Amanatis declarando hoc verum
eſſe, quòd hæreditas iacens non poſsidet naturali-
ter,ſed ciuiliter,hoc eſt,quòd poſſeſsionem ciuilem
quam defunctus habebat tempore ſuæ mortis,con-
tinuat,& ſic poſsidere dicitur, qua mediante poſ-
ſeſsione completur præſcriptio. Et ſi dicatur quòd
poſſeſsio ſine corpore non acquiritur, vt l.quemad-
modum.ff. de acquiren. poſſeſsione. & ſic nec præ-
ſcriptio procedit ſine poſſeſsione naturali. Reſpon
det Dy.quòd præſcriptio non poteſt inchoari ſine
poſſeſsione naturali & ciuili. Incœpta tamen cum
poſſeſsione naturali & ciuili, cū ſola ciuili cōpleri
poteſt, vt dicta l. cœptam. Vel ſecundum Boniſa-
cium de Amanatis,dici poteſt plenius quòd ad in-
choandam vel complendam præſcriptionem,non
eſt neceſſaria ciuilis poſſeſsio : quia ſufficit iuſta &
naturalis,quę talis cenſetur quo ad hunc effectum,
quando alius ciuiliter non poſsidet . ſufficit ergo
quòd illa ciuilis in alio deſinat & perdatur,non au-
tem quòd acquiratur naturaliter poſsidenti, vt l.
furtum.§. fundi.ff. de vſucapion. Itaque ſi adeptus
poſſeſsionem prædij corporalem iuſtè illi incum-
beret continuò , per competens temporis ſpatium
non recedens ab illo, illud ſine dubio præſcriberet,
& tamen hoc caſu nulla eſt ciuilis,quæ animo reti-
neatur. Verum ſicut ſi ſe abſentaret, illam natura-
lem animo retineret,quæ tunc aſſumit nomen ciui-
lis,vt dicatur ciuilis poſſeſsio, vt l.licet.C.de acqui-
renda poſſeſsione. Ita etiam quando moritur,per-
dit illam naturalem , quæ iuris beneficio retinetur
per hæreditatem iacentem repræſentantem perſo-
nam defuncti, vt l. mortuo. ff. de fideiuſſoribus . &
ſic aſſumit nomen ciuilis, vt interim dicatur hære-
ditas iacens,animo ciuiliter poſsidere ,qua poſſeſ-
ſione mediante completur præſcriptio , vt alleg. l.
4 cœptam. cum ſimilibus. ¶ † Ex quo etiam dici po-
teſt, quòd illa poſſeſsio ciuilis, quæ erat penes hæ-
reditatem iacentem , continuatur in perſona hæ-
redis ſtatim vt adiuit hæreditatem. Imò dicta adi-
tio retrò trahitur ad tempus mortis defuncti , vt in
textu huius regulæ clarè probatur , & ſic cenſetur
hæres continuè à morte defuncti ciuiliter poſſediſ-
ſe,& compleuiſſe præſcriptionem,cum eadem per
ſona reputetur hæres cum defuncto . l. hæres . ff. de
vſucapio . & in authentico de iureiurādo à morien.
præſt. in principio.collatione quinta. licet Dynus,
vt dicit Bonifacius de Amanatis in dict.c. ſine poſ-
ſeſsione. in ſolutione contrarij, quod formauit de l.
naturaliter.ff.de vſucap. aliter loqui videatur:con
5 cordat tamen in effectu bene viſus. ¶ † Infert etiam
dictus de Amanatis ex iſtis, quòd per mortem præ-
lati vel abbatis vacāte eccleſia vel monaſterio, com
pletur præſcriptio inchoata tempore non vacatio-
nis,& tanto magis, quanto capitulum mortuo præ-
lato ſuſtinet in pluribus perſonā prælati, vel quan-
to eccleſia, licet non habens tunc ſpecialem præla-
tum, nōminus poſsidet , quàm ante poſsideret, quo
niam dominium & poſſeſsio eſt apud eccleſiam,&
nomine eccleſiæ poſsidetur, quæ eccleſia non mori-
tur, vt notatur per Innocentium in c.cum ſuper.ex-
tra de cau. poſſeſ.& propriet.& in c.in literis. circa
6 finem.extra de reſtit. ſpolia. † Secundo gloſſa ponit
exemplū pro declaratione huius regulę, de eo quod
habetur ff. de ſtipula. ſer. in principio. l. ſi ex re. §. fin.
& Inſtit. eod. titulo. in principio. vbi ſtipulatio ſerui
quo ad ſe & perſonam ſuam, licet non valeat, quia
non habet ius ſtipulandi, & pro nihilo reputatur, vt
l. quod attinet. ff. iſto tit. ſed ex perſona domini ha-
bet poteſtatē ſtipulādi. facit l. ſi mihi & tibi. §. regu-
la. ff. de leg. j. Iacente autem hæreditate dicitur pro
domino habere ipſam hæreditatē iacentē, ideo ſti-
pulando ante hæreditatis aditionē, acquirit hære-
ditati, quæ delata ad hæredem ſcriptū dici poteſt,
qui eam poteſt adire, vt l. delata. ff. tit. proximo. fa-
cit l. hæreditas. ff. de acquir. rerum domi. Ideo poſt-
quàm adierit, illius ſtipulationis ius ad eum tranſit
cum omnibus acceſsionibus & acquiſitionibus fa-
ctis hæreditate iacente. Quæ hæreditas poſt aditio-
nem hæredis amplius non repræſentat perſonam
defuncti: ſed dicuntur bona tunc propria hæredis,
vt l. ſed & ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulga. & pupilla.
ſubſtitu. Imò dicuntur tunc impropriè bona hære-
ditaria, vt notatur per gloſſam & Doctores in l. ve-
teres. ff. de acquirend. poſſeſsione. & in l. hæres per
ſeruum. ff. de acquirenda hæreditate. vbi per gloſ.
& Doctores, & per gloſſam in l. eius qui in prouin-
cia. ſuper verbo, hæreditati. ff. ſi certum peta. ſed vt
dictum eſt, futuro hæredi ſeruus hæreditarius ſtipu-
lari poteſt, vt dicta l. ſi ex re. §. fi. vbi hoc intelligitur
non nomine proprio, ſed appellatiuo hæreditatis,
licet adita hæreditate per hæredem, aditio ipſa hæ
reditatis retrotrahatur ad tēpus mortis defuncti, vt
in hac regula, quam gloſſa allegat in dicto §. finali.
7 ¶ † Dicta tamē retrotractio ad tempus mortis, non
validat ſtipulationē quæ foret inualida, vt ſi ſeruus
hæreditarius iacente hæreditate ſtipulatus fuiſſet
vſumfructū, quæ ſtipulatio non valebat, quia per-
ſona ficta repræſentata, vt eſt hæreditas, non eſt ca-
pax vſusfructus, vt l. vſusfructus. ff. de ſtipulat. ſeru.
cū ibi notatis. quoniā vſusfructus nō poteſt eſſe ſine
perſona cōſtituente vſumfructū, & perſona cui con
ſtituitur. & ſic duplex intelligitur perſona, ſcilicet
actiua & paſsiua, ſecundū quod explanat ibi Io.
8 de Imo. † Quæ autē ſit ratio quare iacente hęredita
te non poteſt hæreditarius ſeruus vſumfructū ſtipu
lari, videtur ſecundum Bartolum , quia hæreditas
iacens repræſentat perſonā defuncti, vt dicta l. hæ-
reditas. ff. de acquiren. rerum domi. ſed vſusfructus
ante defuncti mortem ſibi acquiſitus, ipſius morte
extinguitur, vt in §. finitur. Inſtitu. de vſufruct. & l.
ſicut in annos. §. finali. ff. quibus modis vſusfructus
amittatur. non poteſt igitur hoc caſu defuncto ac-
quiri, cuius defuncti perſonam hæreditas iacens re-
præſent

præsentat,per iura allegata. Sed nõ poſſet illi vſuſfructus acquiri, qui iam ipſius morte functus eſt, ſi ſibi erat autea acquiſitus, vt dictis iuribus. Circa quod videte plenius Ioannem de Imola in dicta l. vſusfructus.vbi pro declaratione illius textus dicentis,quò vſusfructus nõ poteſt eſſe ſine perſona,quia intentio literæ ibi eſt, quòd vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis cohærens perſonæ.l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligationib. Ideo neceſſe eſt apparere perſonã, ad quam determinetur ipſe vſusfructus, cũ, vt dictũ eſt, nõ tranſeat de perſona ad perſonã,ſed decedente perſona,cui pertinebat, finitur, vt iuribus alleg. Sed quando iacente hæreditate ſeruus hereditarius ſtipulatur vſumfructum, non reperitur perſona ad quam certitudinaliter dictus vſusfructus determinetur: ergo non valet ſtipulatio. Non enim ex perſona ſerui, cum ille nihil ſibi poſsit acquirere, vt dicta l. quod attinet. nec ex perſona defuncti, quæ mortua eſt. Et etiam ſi eſſet ſibi quæſitus vſusfructus, eius morte finiretur, per textus allegatos. Ideo ab eo non potuit ſtipulatio inchoari. Itẽ nec ex perſona hæredis inſtituti, quia forte non adibit hæreditatem: ſicut etiam incertum eſt, ſi inſtitutus non adeat hæreditatem, an adibit ille, ad quem ab inteſtato poteſt pertinere. Ideo nõ videtur valere dicta ſtipulatio vſusfructus per ſeruum hæreditarium facta iacente hæreditare. & ita pertranſit dictus Ioan. de Imola. Gloſſa deinde iſta ex ſupradictis colligit quòd textus iſte ideo dicit. ferè, propter dictam ſtipulationẽ vſusfructus, quam facit ſeruus hæreditarius, hæreditate iacẽte, vt fuit ſuperius explanatum. Item & propter alios caſus, quos ponit ſubſequenter. gloſſa clara eſt, & alia declaratione non eget.

Summarium.

1 ☞ Hæredis nomen quando de primo ſolo intelligatur, & quando de certis non in infinitum. & numero 2. & 3.

4 Ius accreſcendi poſt aditam hæreditatem non habet locum.

5 Repudiari quando poſsit hæreditas ſemel adita. & nume. 8.

6 Cohærede repudiante an qui iam adiuit poſsit etiã repudiare. & nu. 7.

Qui per ſucceſsionem quamuis longiſsimam defuncto hæredes extiterint, non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes extiterint.

PROBATVR intentio huius regulæ, ſecundũ qđ hic dicit et bene, gloſſa in l. in annalibus. C. de legatis. vbi eſt textus quòd etiam in legatis appellatio hæredum ſignificat omnes hæredes in infinitum. & ibi in gloſſa fina. allegantur concordantiæ de l. hæredis. ſ. titulo proximo. & l. iiij. ff. de iure immunita. In annuis autem legatis gloſſa in dicta l. in annalibus. intellexit hoc procedere & eſſe verum, quando teſtator hoc expreſsit, ita quòd hæredum fuerit expreſſa facta mentio, aliàs ſecus, vt l. ſi Stichum. §. j. ff. de verb. obligat. Vult tamen Albe. in dicta l. in annalibus. quòd etiam vbi hæredum nõ eſt facta mentio, poteſt annuum legatum tranſire ad hæredes, vbi certum tempus illi præfinitum eſt, vt l. Firmio Heliodoro. §. j. ff. quando dies lega. cedat. Sed in contractibus nulla hæredũ facta mentione, tranſit ad illos, vt l. ſi pactum. ff. de probationibus. & l. veteris iuris. C. de contra. & committẽda

1 ſtipula. † Sed vbi contra naturam rei apponitur nomen hæredis, intelligitur de primo hærede tantum, vt l. antiquitas. C. de vſufructu. vbi nomen hæredis adiectum legato vſusfructus, intelligitur ſolum de primo hærede, quia eſt cõtra naturam vſusfructus, ne inutilis eſſet proprietas. Pet. verò faciebat differentiam, an in numero plurali vel ſingulari fieret hæredum mentio, & dicebat, quòd in dicta l. antiquitas. mentio hæredis facta fuerat in numero ſingulari, et in dicta l. in annalibus. in plurali. cuius opinio reprobatur ibi per Baldum & Salicetum: quoniam verbum, hæredis, indefinitè poſitum æquipollet vniuerſali, vt l. ſi pluribus. ff. de legatis ſecundo. & l. ſi plures. de lega. iij. & l. hæredis appellatio. & l. hæredis appellatione. ſ. titulo proximo. Et etiam hæres hæredis eſt hæres teſtatoris. l. finali. C. de hæredibus inſtituẽdis. Bartolus verò in l. Gallus. §. etiam ſi parẽte. ff. de liberis & poſth. circa hoc dixit, quòd aliud eſt natura rei, aliud natura diſpoſitionis. Natura enim rei reſtringit nomen hæredis, vt ſi eſſet alicui legatus vſusfructus annuus, nõ intelligeretur niſi de primo hærede, ſed in l. in annalibus. fuit legata annua proprietas, ſiue datio annalis: ideo licet ſit contra naturam annui legati, quòd tranſmittatur, non tamen contra naturam rei legatæ ſecundum Bartolum vbi ſupra: cuius dictum non placet Baldo, neque Saliceto in ſæpedicta l. in annalibus. quia legatum annuum interpretatur ad alimenta. Vnde alimenta ſunt ipſa res legata, quæ ex ſui natura non reſpicit tranſmiſsionem. Ideo dictum Bartoli non valet ſecundum Baldum ibi, quem videatis ſubtiliter loquentem, & ſequentem gloſſam in fin. ibi poſitam, quam etiam ſequitur Salicetus. facit ad hoc quod notatur per gloſſam & Doctores in l. cum in annos. ff. quando dies lega. cedat. & dicta l. ſi

2 Stichum. §. j. ff. de verborum obliga. ¶ † Sed poteſt opponi contra iſtum textum de iuribus hic allegatis in gloſſa. & primo de l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. vbi quoad ius ſubſtitutionis non dicitur hæres, qui non eſt hæres iudicio teſtatoris, ſed per obliquum. Ideo iſta verba teſtatoris, quiſquis mihi hæres erit, impuberi filio meo hæres eſto, referuntur tantum ad hæredes ſcriptos, & non ad eos, quibus acquiritur hæreditas mediantibus ſcriptis: & ſic nomen hæredis non extenditur ibi ad omnes in infinitum. Sed ſpeciale eſt ſecundum gloſſam hic in illo textu: & eſt ratio ſecundum Ioannem de Imola ibi, & Doctores, quia inſtitutiones ſeu ſubſtitutiones communiter inducuntur ex affectu teſtatoris, qui affectus non ſolet haberi ad ignotos, vt l. ſed & ſi ſic. §. finali. ff. de legatis

tertio. Secus est, quando profertur à lege, vt hic,&
dicta l. hæredis.ff.titulo proximo.cum concordan-
tijs superius allegatis. Et est diuersitatis ratio inter
legem & testatorem,quia lex non habet respectum
ad affectiones hominum, sed ad nomen appellati-
uum hæredis, quod conuenit omnibus, vt dicta l.fi-
nali.C.de hæredibus instituendis. Et facit quod no-
tatur in l. secunda & tertia.ff. de petitione hæredi-
3 tatis. †Sed contra hanc rem, secundum Baldum&
Paulum de Castro in dicto §.hæc verba.videtur fa-
cere antedicta lex,in annalibus.vbi verbum hæres,
profertur à testatore, & tamen comprehendit o-
mnes. Ideo,vt dicit idem Ioannes de Imola,potest
melius dici quòd in dicto §.hæc verba.nomen hære-
dis,ponitur in conditione, quæ conditio in forma
specifica debet impleri,vt l.Mæuius.& l.qui hære-
di.ff.de condition. & demostration. & quia etiam
dispositio cōditionalis nō transmittitur,vt l.vnica.
§.sinautem sub conditione. C. de caducis tollen-
dis.& l.sed & si plures.in principio.ff. de vulga.Sed
cōtra ista facere videtur id quod habetur in l. iij.§.
sed & si errauit. ff. de in rem verso.vbi nō attēditur
an directe vel per obliquū aliquid disponatur vel
fiat. Dicūt autem Pau.de Castro & Ioan.de Imola
respondendo ad hoc, quòd in dicto §.sed si errauit.
loquitur textus in alia dispositione quàm vltimæ
voluntatis, videlicet in actione de in rem verso, in
qua non refert, vt dictum est, an per directum ali-
quid, vel per obliquum fiat. dictus verò §. hæc ver-
ba.loquitur in dispositione vltimæ voluntatis,quæ
ex vnius solius testatoris ordinatione aut volunta-
te dependet,vt notatur in l.inter vestem. ff.de auro
& argento legato. Sed vbi etiam à voluntate testa-
toris dependet substitutio, potest ipsa conditiona-
lis substitutio quandoq; transmitti,videlicet quan-
do vnicus tantum erat substitutus, qui fuerat cum
filio impubere cohęres institutus,quo casu fit trans-
missio propter vnionem substitutionis cum iure
accrescendi,quod sui natura transmittitur ad hęre
dem,vt l.si ex pluribus. ff. de suis & legitimis hære-
dibus.& probatur ista conclusio in l. qui patri.ff.de
acquirenda hæreditate. vbi ius accrescendi transit
ad hæredem: & si sit vnitum cum pupillari substi-
tutione, habet locum post aditam hæreditatem, vt
trahatur etiā ad bona impuberis, & est illa lex sin-
gularis, secundum Doctores in multis. ius enim,vt
dictum est, accrescendi tanquam reale transmitti-
tur ad hæredes,vt ibi,& dicta l.si ex pluribus.& di-
cto §. hæc verba. Sed quando coniunctum est cum
substitutione pupillari,nedum trahitur ad bona te-
statoris propria, sed ad omnia bona impuberis,qui
4 adiuerat paternam hæreditatem, † quod est cōtra
naturam iuris accrescendi, quæ est quòd post adi-
tam hæreditatem non habeat locum, sed solum ex
impedita acquisitione ab initio, vt l. si minor.ff. de
acquirenda hęreditate.vbi si minor adiuit hæredi-
tatem,licet postea sit in integrum restitutus aduer-
sus aditionem,cum eo institutus cohæres non cogi-
tur recipere suam portionem per ius accrescendi,
quia illud ius accrescendi fuerat destructum per
aditionem minoris.Secus tamē si non adiuisset ipse
minor,vt l.qui ex duabus. §.fi.eo.tit. Item singularis
est dicta l.qui patri.in alio secundum Doct.scilicet,
quoniam ius accrescēdi non trahitur sua natura ad
hæreditatem duorum,seu ad diuersam hæreditatē,
vt l.j.& ij.C.de testa.milit.& l.si duobus.ff.eo.tit.fa
cit quod habetur in l.si sub conditione.ff.qui.modis
vsusfr. amit. Sed in dicta l.qui patri.trahitur ad di-
uersam hęreditatem, scilicet pupillarem,quæ erat
coniuncta cum paterna.&, vt dicit Pau. de Castro,
hoc est bene peregrinū & singulare, quòd propter
præambulam aditionē dicti pupilli cogatur cohæ-
res eius & substitutus accepta re de necessitate pa-
ternam,quæ necessitas etiam trahitur ad hæredem
dicti substituti.& hoc,vt supra dictum fuit,est pro-
pter coniunctionem iuris accrescendi cum pupilla-
ri substitutione. Et ideo dictus Pau. de Castro pro
clariori intellectu ponit casum in dicta l.qui patri.
quòd ibi pupillus fuit institutus vnà cum extraneo,
qui extraneus fuit illi pupillo pupillariter substitu-
tus,& vterque ipsorum adiuit hæreditatem,postea,
moritur pupillus in ætate pupillari, substitutus re-
cusat habere hæreditatē ipsius,& dicitur,quòd non
potest recusare,imò compellitur illam recipere,si-
cut cogeretur recipere portionem hæreditaris pa-
ternæ, in qua pupillus ipse fuit hæres institutus, si
ipse pupillus eam repudiasset,vt dicta l.qui ex dua
bus. §.fi.eo.tit.nisi etiam vellet repudiare suam por
tionem, vt in l. cum hæreditate. illo eo.tit. Quia ibi
est textus, quòd non obstante sua aditione portio-
nis sibi delatæ propter repudiationem illius cohæ-
redis permissum est sibi suam portionem aditam
5 repudiare. †& ibi fallit regularis traditio iuris,quę
habet quòd hæreditas semel adita non potest repu
diari,vt l.sicut.C.de repud.hæred. Potest tamē præ-
dicto casu,ne pro portione adita vltra vires hæredi
tatis teneatur creditoribus hæreditarijs. Qui tamen
creditores si cōsentirēt ipsum non cōueniri vltra vi
res hæreditariæ portionis,quā adiuit, nō posset illā
repudiare,vt habetur in dicta l.cū hæreditate. quæ
est etiam singularis secundum Paulum de Castro,
6 quem ibi & Doctores cęteros videatis. †Sed pro ve-
ra intelligentia istorum, & eorum quæ habentur in
l.quidam elogio.C.de iure delib. & l.testamento.C.
de impube. & alijs substitut. sciendum est quòd ibi
glossa intelligit,quòd si vnus cohęredum velit suam
portionē retinere, portio repudiātis accrescit sibi
inuito.& in hoc illa glo.vera est,si intelligatur quòd
ille qui vult retinere portionem suam, quam semel
adiuit, quia adeunti etiam inuito accrescit portio
non adeuntis, vt dicta l. qui ex duabus. §. finali.&
alleg.l.testamento.sed si intelligamus dictam glos-
sam,quòd adeunti non accrescat inuito portio non
adeuntis, si ille ipse qui adiuit velit postea totam
repudiare,prout multi intelligunt,& est communis
opinio hoc ipsam glossam voluisse,per dictam l.cū
hęreditate. Istud videtur alijs dubitabile, tamen q
eo inuito non accrescat sibi, facit textus in dicta l.
cum hæreditate.Sed in dicta l.testamento.secundū
Fulgo. & suos sequaces illa lex, cum hęreditate. lo-
quitur in casu speciali,& sic in contrarium sit ius cō
mune.l.j. in fi.ff. ad municipa.ideo volunt,quòd se-
mel adeunti accrescat etiam inuito portio à cohæ-
rede repudiata,per textum dictæ l. testamento. &
dictam l. quidam elogio.& l.vnicam. §.his ita.C.de
cadu.tollendis.& per ius regulare disponens,quòd
qui se

qui semel adiuit, non desinit esse hęres, vt allegata l. sicut. C. de repudi. hæredit. & l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. Sed in casu sæpedictæ l. cum hæreditate. est casus specialis, in quo erant instituti extraneus & suus hæres: extraneus adiuit, suus postea abstinuit, permittitur extraneo partē, quam adiuerat, dimittere, ratione speciali, quia filius de iure communi est suus & necessarius hæres, nec est opus quòd adeat, cum sit hæres ipso iure, vt l. in suis. ff. de liberis & posthumis. Sed si velit abstinere, hoc facit beneficio prætoris, & dimittit partem sibi quæsitam à lege communi, quæ secundum legem duodecim tabularum habebatur pro agnita. hoc igitur permisso filio suo prædicto per prætorem quòd abstineat à parte sibi quæsita, vt Institut. de hæred. qualita. & different. §. sed & his. & l. necessarijs. in principio. ff. de acquirenda hæredit. Idem debet permitti cohæredi, cui non debet esse damnosum beneficium prætoris filio cōcessum contra legem communem ciuilem, argu. l. ij. §. meritò. et §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. Sed si præsupponatur duos extraneos fore institutos, & vnū adire, alterū verò repudiare, accrescere debet portio repudiata adeunti inuito, quia cohæres repudiat iure communi id quod sibi non fuerat acquisitum, nec repudiat aliquo speciali beneficio, &

7 ita tum intentione transeunt multi. †Sed secūdum Paulum de Castro & Ioannem de Imola in dicta l. cum hæreditate. pro pleniori & vero huius articuli intellectu, est attendendum, quòd hic considerari possunt tres casus. vnus est quòd interdum cohęres adiuit pro parte sua postquam cohæres illius suam partem repudiauit, & adiens tunc cogitur indistinctè acceptare portionem cohæredis repudiatam, vt l. si duo sint. ff. de acquirenda hæreditate. Aliquando cohæres adiuit portionem suam antequam cohæres alius suam adiret vel repudiaret, quam tamē postea repudiat, & tunc adeunti datur electio, an velit totam hæreditatem retinere, vel totam repudiare, saluo nisi creditores, vt supra dictum est, sint contenti cohæredem, qui adiuit, conuenire in solidum pro parte sua, & pro repudiata secundum vires ipsius repudiatę portionis, & erit secundum Ioannem de Imola in hac electione duplex practica: vna quia cohæres adiens poterit contra creditores intentare condictionem ex dicta l. cum hæreditate. vt dent sibi electionem, quòd totam hæreditatem repudiare, vel totam agnoscere possit. facit quod habetur in l. statuas. ff. de acquiren. rerum dominio. Vel alia practica erit, vt expectet se cōueniri à creditoribus, & tunc excipiat de electione prædicta sibi danda, vt totam hæreditatem acceptet vel repudiet, & vtraque practica secundum dictum Ioannis de Imola est in se bona. Econuerso autem creditores duplici practica possunt dictam electionem impedire, vna qua dicent se contentos esse pro ea parte, qua ipse cohæres adiuit, eum in solidum conuenire, & quòd alia pars sibi remaneat, à qua omnino se abstinebunt. & ista tanguntur per glossam & Baldum in dicta l. cum hæreditate. Quod maximè notari suadet Paulus de Castro, quia in hoc datur casus secundum eum, quòd propter æquitatem casus incogitati superuenientis receditur à rigore iuris, quia de eodem rigore per iura superius allegata hæreditas adita non repudiatur: quod tamen fallit in dicto casu. Nota.

8 ¶ †Qui tamen casus plures limitationes recipit secundum Bartolum in dicta l. testamēto. quamuis, vt dicit dictus de Imola, Angelus in dicta l. cū hæreditate. hoc sibi appropriet, & à nemine alio dictum esse affirmet. sed fortè non viderat Bartolum in allegata l. testamento. C. de impuberū & alijs substitutionibus. qui dicit prædicta limitanda esse vera & procedere, nisi in aliquibus casibus. primo in casu prædictæ l. testamēto. scilicet vbi in portione cohæredis repudiantis ille qui adiuit fuisset substitutus, quia tunc de expressa dispositione testatoris, quam ille ignorare non potuit, cogitur adiens inuitus recipere partem repudiatam: nec tunc cogentur creditores sibi dare electionem, quia ex eo ipso, quòd adiuit, videtur se obligasse ad recipiendum illam partem, in qua erat substitutus, sicut obligatur ad recipiendum hæreditatem pupilli, in qua pupillariter est substitutus, vt dicta l. qui patri. & est ista singularis limitatio secundum prædictos Doctores. Aliam limitationem ponit Bartolus in dicta l. cum hæreditate. vt habeant locum prædicta, quando erant creditores, qui volebant adeuntem conuenire vltra vires hæreditatis, vt patet in illa l. cum hæreditate. Sed vbi nulli essent creditores, vel hæreditas esset soluendo, tunc non subest æquitas illius legis. Ideo compelli debet adiens recipere portionem repudiatam, nec suam potest dimittere, quia ad hoc, vt hoc posset, requisitum est quòd à creditoribus sibi detur electio, vt ibi patet. Tertia limitatio est, quòd prædicta locum non habent vbi confectum est inuentarium, quia illius confectio pręseruat adeuntem, ne vltra vires teneatur, vt l. finali. C. de iure deliberan. Aliquando vnus cohæredum institutorum adiuit, & etiam alius, sed primus restituitur beneficio restitutionis in integrum, vt repudiet, & tunc non habet locum dicta l. cum hæreditate. sed lex, si minor. eod. titulo. quia tunc per se adiens, non cogitur acceptare partem cohæredis repudiatā beneficio restitutionis in integrum, sed illa traditur creditoribus: quia illud beneficium restitutionis in integrum, non debet vllo modo redundare in alterius præiudicium. Facit vltra superius allegata l. impuberi filio. ff. de administratione tutorum. non sic est, quando vnus repudiat de iure communi, quia nunquam adiuerat: nec cogebatur adire inuitus. l. inuito. §. isto titulo. cum ibi notatis. licet textus in l. antepenultima. ff. ad Trebellianū. cōtra facere videatur, quoniam ille textus videtur probare, quòd idem dici debeat, quando repudiatio fit ex priuilegio speciali, sicut quando iure communi secundum dictum Pau. de Castro, repudiatio quæ fit ex iure speciali, non nocet in aliquo cohæredi. & ita loquitur d. l. si minor. quia cohæres ab illo renuntiante nullum consequitur commodum, sed bene nocet fideicommissario vniuersali, cui ille partem hæreditatis restituit, & postea se abstinet à portione, quæ sibi remansit per restitutionem in integrum. nam fideicommissarius vniuersalis tenetur illam acceptare, vel suam

repudiare, & ita loquitur illa lex antepenultima, quia sensit commodum ex aditione illius hæredis, vnde non debet dedignari sentire etiam incommodum. Postremo glossa ista allegat casus, in quibus fallit ista regula, vt in l. cum patronus. §. j. ff. de operis libertorum. qui casus etiam ponitur in l. sciendum. ē. titulo proximo. cum alijs duobus ibi positis, promissio enim operarum ibi facta per libertū patrono & liberis eius, extenditur ad liberos, si fuerint hæredes patris, & ita quòd non sint per alium hæredes eius, vt in exemplo posito in dicto §. j. scilicet si non ex successione paterna, sed per alium sunt hæredes: de quo exemplo videte plenius per glossam in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condictione indebiti. & ibi Doctores.

Summarium.

1 ☞ Captatoria voluntas quæ dicatur, & quare, & quando irritet testamenta. & nu. 2.
3 Incertitudo quando vitiet testamentum.
4 Testamentum in alterius voluntatem collatum an valeat.
5 Legatum ad alterius voluntatem relictum an valeat.
6 Dolus futurus potest tacitè remitti: & non expressè.
7 Pactum ne agatur depositi, an impediat ne agatur rei vendicatione. & nu. 8. & 9.
10 Dolus præteritus remitti potest pacto, non futurus.
11 Dolus præteritus an intelligatur remissus in generali pacto. & nu. 12.
13 Dolus nō intelligitur remissus in generali remissione in testamento facta, secus in contractu.
14 Iniuria an possit pacto remitti. & nu. 15. & 16.
17 Clericum percussorem repercutiens, incidit in canonem.
18 Clericus seipsum percutiens an excommunicetur.
19 Pactum cū Titio quòd eum in vinea mea inuctum verberem, aut in carcere detineam, an valeat.
20 Electio in alternatiuis est debitoris, nisi aliter sit expressum.
21 Tacitum an & quando habeatur pro expresso. & nume. 23.
22 Nouatio quando olim fiebat ipso iurè, an nunc fiat ope exceptionis.
24 Electione alternatiuorum per reum facta an liceat variare. & nume. 25.
26 Electionem habens quibus remedijs cogatur, ne variare possit. & nu. 27. 28. 29. 30. & 33.
31 Variare quoties & an post litem cōtestatam possit reus habens electionem. & nu. 32.
34 Electio actori competens finitur lite contestata, secus in reo.
35 Variare quando quis possit. & nu. 36. 37. 38. & 39.
40 Eligendi potestas an transeat ad hæredem.
41 Alternatiua à principe concessa, est electio eius cui conceditur.

Expressa nocent, non expressa non nocent.

EX l. nonnunquam. in fine.
de condit. & demonstrat.
ad literā sumpta sunt ver-
ba huius regulæ, quę hic al-
1 legatur in glossa. † Pro cu-
ius declaratione præsup-
ponendum est, quòd dispo-
sitio captatoria in vltimis
voluntatibus non valet, vt
l. captatorias. ff. de hæredibus instituendis, cum suis
concordantijs. & secundum Ioannem de Imola ibi
dicitur captatoria, cuius essentia & subsistentia in-
trinseca confertur in secretum voluntatis alterius.
Redditur autem ratio quare non valet talis capta-
toria dispositio, quę colligitur ex l. illa institutio. eo
dem titulo. quia iura testamentorum debent esse
per se firma, & non pendere alieno arbitrio, vel, vt
dicit Angelus, non potest animi nostri motus con-
summari per alterius animi motum. Facit quod no
tatur per glossam in l. sicuti. ff. de arbit. Ideo electio
hæredis expressè per testatorem committi non po-
test in alterius arbitrium, nec pendere debet hære-
dis institutio ex illo, sed debet declarari per testa-
torem. facit l. iubemus. & l. hac consultissima. C. de
testamentis. & l. captatorias. C. de testament. mili.
2 & l. captatoriæ. ff. de legatis. j. † Sed vbi expressè nō
confertur in secreto arbitrio voluntatis alterius,
sed in velata voluntate, non dicitur captatoria, &
valet. vt est institutio quæ fit taliter quòd non pen-
det ex mero alterius arbitrio, sed habet aliquod ad-
mistum factum hominis, vt contingit quando ap-
ponitur conditio in testamēto, si Titius puta ascen-
derit Capitolium, Titius sit hæres, vel centum lego
Titio: quamuis in Titij volntate sit ascendere, vel
non ascendere Capirolium, non tamen est eius ex-
pressa, sed velata voluntas. & sic non expressa non
nocet, quæ noceret expressa, vt dicit textus in dicta
l. nonnunquam. Facit l. si quis Sempronium. cum ibi
3 notatis. ff. de hæred. instituen. † Potest tamen oppo-
ni contra id quod dictum est, non valere institutio-
nem, quam facit testator committendo in alterius
arbitrium, de l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub.
& de l. vnum ex familia. §. rogo. de le. ij. Ad hoc re-
spōdet Paulus de Castro antè dicta l. illa institutio.
ꝙ in dictis iuribus committebatur eligenda incer-
ta persona de certis, de quib9 disposuerat testator,
puta dicendo, instituo vnum de libertis meis, quem
Titius elegerit, vel voluerit: quoniā illo non eligen-
te, institutio non redditur nulla, ratione incertitudi
nis, imò omnes liberti instituti censentur, vt l. si quis
Titio aut Seio. & l. sequenti. §. finali. & l. cum qui-
dam. versiculo, idem ait. ff. de legatis, ij. Sed quādo
de incertis incertus institueretur, non valet institu-
tio: vt cum dicitur, instituo illum quem Titius vo-
let, aut nominabit: institutio nulla redditur, ratio-
ne incertitudinis, quia illo etiam nō declarāte, non
posset dici omnes hoīes mundi cēseri esse institutos:
quoniā illa institutio esset nugatoria: potest tamen
dici, ꝙ si testator diceret, instituo illū quē in secreto
dixi Titio, cui9 declarationi volo stari, valeret, vt re
citat Pau. de Castr. qui in antedicta l. illa institutio.
alleg. Bar. in l. Theopōpus, ff. de dote pręleg. tenentē
ꝙ staretur illius declarationi duobus cōcurrētibus,
scilic

ſcilicet ꝙ iuratus deponat, & aliquæ adſint conie-
cturæ, ꝙ teſtator de illo ſenſerit, quẽ ille iuratus no-
minauit, quia tũc non cõmittitur illi electio pſonæ,
ſed cõmittitur declaratio perſonæ electæ. quod di-
cit eſſe menti tenendũ. idem dici debet, quãdo non
cõmittitur electio pſonæ, ſed ſubſtantię ſorte lega-
ti, vel inſtitutionis, aut quãtitatis relictæ, vt l. fidei-
cõmiſſa. §. qq̃. ff. de lega. iij. & facit qđ habet in di-
cta l. j. cũ ibi notatis, de leg. ij. ſecũdũ Paul. de Caſt.
4 in d. l. illa inſtitutio. ❡ †Sed contra prædicta facere
videtur tex. in c. cum tibi. extra de teſtam. vbi tenet
teſtamentũ, quando teſtator extremã voluntatem
expreſſe cõmittit diſpoſitioni alterius. Et licet illa
decretalis habeat lecturas multas ibi, per Docto.
declaratas, cõtra eas tamẽ facit id quod ſuprà di-
ctum eſt, quia vitioſa videtur eſſe diſpoſitio in al-
terius volũtare collata, etiã ſecundũ id quod legi-
tur in d. c. cum tibi. quoniã idem eſt dicere, cõmitto
extremã volũtatẽ meam in diſpoſitionẽ talis, & di-
cere, illũ inſtituo hæredẽ quem talis nominabit, aut
voluerit vel elegerit: quæ diſpoſitio depẽdens ex-
preſſe ab alieno arbitrio reprobatur à iure, vt iuri-
bus ſupius allegatis, & maxime quoniã illa diſpo-
ſitio caret inſtitutione hæredis, quæ fieri debet ore
proprio teſtatoris, & non nutu, vt d. l. iubemus. §. ꝙ
ſi fuerit. Et tamẽ inſtitutio hæredis eſt caput teſta-
mẽti, nec ſine illa poteſt eſſe teſtamẽtũ. l. proximẽ.
ff. de ijs quæ in teſta. delen. & ꝓpter hoc glo. in pri-
ma lectura in alleg. c. cũ tibi. dicit, quòd illud nõ eſt
propriẽ teſtamẽtũ, ſed de benignitare canonica vi-
detur valere, ꝙ qs poſſit cõmittere factionẽ ſui te-
ſtamẽti volũtati alterius. & ſic, vt aliqs ei ſit hæres.
qđ ſecũdũ Pet. de Anc. ibi recitatũ p Io. de Imol.
videtur oppoſitũ in obiecto, quia dicere ꝙ non ſit
teſtamentũ, & ꝙ teſtator poſſit declarationẽ hęre-
dis alteri cõmittere, vt valeat, hæc ſunt repugnan-
tia, niſi ſecũm eundẽ de Imola & do. Florẽ. ſaluetur
dictũ gloſſę prædictæ, ꝙ ipſa intellexit nõ eſſe teſta
mentũ de iure ciuili, ſecus de benignitate canoni-
ca, ſecundũ quod dicatur teſtamentũ, vt ſic nõ de-
cedat inteſtatus, ſed vt dicit idẽ do. Florẽ. nõ eſt ve-
riſimile papã voluiſſe vnico verbo velle derogare
tot legibus ſuperius allegatis cõtrarium diſponẽti-
bus, vt in ſimili dicit glo. in. c. cum eſſes. extra eo. tit.
de teſta. Quapropter illud c. cum tibi. varios habet
intellectus, vt ibi recitatur per Inno. Io. And. Io. de
Imola, Panor. & Doct. dicẽtes notabiliorem ibi eſſe
intellectũ, ꝙ tenet teſtamentũ, ſi quis extremã vo-
luntatẽ ſuam alterius diſpoſitioni committat, quo
caſu dicitur teſtatus ad pias cauſas. qui intellectus
ſuſtinetur per Bar. & Bald. in l. j. C. de ſacroſanctis
eccleſi. & Io. de Imola in dicta l. illa inſtitutio. vbi
plenius per eum videre poteſtis poſt Bart. qui hoc
maximẽ tenuit, quãdo teſtator inſtituit pauperes,
quos Titius nominabit, ſeu voluerit, aut elegerit,
quia etiã eo non nominante aut eligente venient
omnes pauperes: quod intelligit ipſe Io. de Imola
& Paul. de Caſtro de pauperibus propinquis & vi-
cinis, de quibus in dubio videtur teſtator ſenſiſſe,
per ea quæ habentur in l. nulli. & l. ſi quis ad decli-
nandũ. C. de epiſ. & cle. & in l. quæ cõditio. §. fi. ff. de
condi. & demon. Et ſi non eſſet deputatus cõmiſſa-
rius ad hoc, epiſcopus teneret locũ hæredis, vt d. l. ſi
5 q.j.c.si peccatum.¶ † Sed Ioan.de Ana.in dicto c.in ciuitate.de iure putat contrarium esse verius, & in foro conscientiae & animae:& sic in foro canonico indubitanter credit non licere hoc contrahentibus: quia sicut istud non licet ecclesiae, nec personis ecclesiasticis,vt not.glos.x.q.ij.c.hoc ius porrectũ.argumento illius quod habetur xvj.q.j.c.si cupis.ibi dum dicit ille textus beati Hieronymi ,ne cuiquã machineris dolos. Ita nõ licet laicis in foro animae, quod firmant Anto.de Butrio & Panor.super glo. j.dicti c.in ciuitate. Quibus satis cõcordat ista glo. quae dicit hoc non conuenire bono viro. Et pro hoc facit ratio,quam adducit dictus Io.de Ana.quoniam dispositio iuris positiui volens quòd vsque ad dimidiam iusti pretij tolerabilis sit deceptio, fundatur in praesumptione qua praesumitur dolũ vel deceptionẽ dolosam abesse à cõtractu , quia si adesset dolus vel machinatio, nullo modo hoc liceret, vt not.per gloss.in dicta l.item si pretio.§.fi.& not. Alber.in allegata l.in causae.§.idem Pomponius. & Bald.in l.ij.in principio.C.de rescin. vendi.vbi dicit deceptionem prouenientem ex industria deceptiua & dolosa,non esse tolerãdam , etiam infra dimidiam iusti pretij. Ad quod allegat l.eleganter.in principio.& §.j.ff.de dolo.Sed secũdum eum ibi bene toleratur infra dimidiã iusti pretij deceptio quae prouenit ex industria negotiatoria. Addit tamen communẽ esse opinionẽ theologorum, canonistarum & legistarũ , quòd lex positiua fundans se in praesumptione non est seruanda in foro conscientiae & animae, vt refert ipse Bald.in l.cum quis.C.de iuris & fac.igno.fuisse disputatum Bononiae & cõclusum in scholis fratrum Praedicatorum.& facit ad hoc quod notatur per Doctor.in c. quia pleriq;.extra de immuni.eccle.& per Hosti. quem Doct.sequũtur in c.dilecti.extra de maio.& obedi.& c.bonae memoriae.de appellatio.videlicet,

quòd vbicunque res aliena peruenit ad alium sine causa iusta, secundum canones generatur officium iudicis, & contra illum potest intentari.& ita potest intelligi illud quod habetur in c.quia V.extra de iudi.quod iudicis officium fundatur in aequitate.l.si & me & Titium.ff.si certũ petatur.& l.nam hoc natura.ff.de condict.indebiti.& c.locupletari.
6 extra isto titulo libro vj.¶ † Fatetur tamen Ioan. Calde.alleg.per dictum de Anan.vbi suprà, Petrus de Anchara.in repetitione c.peccatum non remittitur.eodem tit.& lib.in quinta quaestione circa fin. dixisse,quòd emptore habente affectionem particularem ad rem quam carius emit, illud procedere potest sine peccato venditoris.pro quo allegat textum optimũ in l.si cui fundus.ff.de leg.ij.& quod habetur in l.pretia rerum.ff.ad l.falcidi.cum similibus.& praesumitur quisq;, scire pretiũ cõmune rei quae vẽditur & emitur,vt l.quisquis.C.de rescinden.vendi.Sed vbi constat emptorem ignorasse commune pretium rei, & quòd non habuit animum donandi maiorem valorem,dici debet, quòd in foro animae & conscientiae,& sic in foro canonico, & iure poli , non potest venditor iustè vendere vltra iustum & commune pretium, etiam infra dimidiam. Et sic istud plus licitè retineri non potest, neque peti.& ita videtur in effectu tenendum secundum dictum de Ana.etiam in foro ciuili & seculari: quia licet iura praedicta simpliciter dicant, quòd contrahentibus hoc licitum est,non est tamen honestum , vt in hac regula , & dicta l.semper.ff.de ritu nup. Ergo non licet de aequitate quam iudex ante oculos semper debet habere ,& rigori praeferre,vt l.quòd si Ephesi.ff.de eo quod cer.lo.cum similibus allegatis in gloss.fin.in c.j.extra de confessis.lib.vj.& quod notat in l.placuit.C.de iudi.& c. fin.extra de transacti. Et si iudex hanc aequitatem & honestatem nõ seruet, oculos dicitur habere caligatos , vt dicit gloss.notanda in l.inter filios.C.famil.ercis. Et facit pro ista opinione , quia in quolibet negotio tria considerari debent, scilicet quid liceat secundum aequitatem,quid deceat secũdum honestatem,& quid expediat secundum vtilitatẽ, vt habetur in c. magnae. post principium.extra de voto.ideo scriptũ est , à multis licitis esse abstinendum,cũ dicat Apostolus, Omnia licẽt,sed non expediũt , vt est textus xj.quaest.j.c.aliud.& facit iiij. distin.c.denique.& pro ista parte facit ista notabilis gloss.quae iuuatur per Bald.in l.cum ipse.C.de contra.empti.vbi dicit,quòd ad bonam fidem spectat iuste vendere.Ideo qui non iusto pretio vendit non est bonae fidei, & sic non est bonus vir , vt vult ista gloss.& in hoc residet dictus Ioannes de Ana. post longiorem sermonem, recitatque , quòd apud Ferrariã super hoc tradidit cautelam, quod fiant positiones contra venditorem vel emptorem , & inter alias fiat vna , quòd venditor vel emptor est bonus vir , & super ea ex officio iudicis interrogetur , iuxta ea quae habentur in l.vbicũq;.ff.de interrogat. action.& c.cum Ioannes Eremita.extra de fide instrumen.& si respondeat ,quòd sic , habetur intentio ponentis,per istam gloss.si autem negauerit se bonũ virum,debet succumbere , per id quod habetur in l.congruit.ff.de officio praesidis.& ita dicit se

Oo 2

in facto obtinuisse ipse de Anania, quem plenius
videatis.

Summarium.

1 ☞Pupillus quando teneatur ex facto tutoris. & nu.2.& 3.
4 Tutoris delictum non nocet pupillo.

Neque interdicto neq; in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

HÆC regula allegatur in
pluribus locis hic allega-
tis in glos.& ibi per Doc.
& l. Polla.C.de his qui.vt
indig. & l.si dolo tutoris.
ff.si quis omissa causa te-
stamen.cũ similibus.Glos.
verò hanc regulam nota-
biliter cũ sua materia de-
clarat.textus enim huius regulæ loquitur claré in
gestis à tutore pupilli per dolum vel delictum, ne-
gotium ipsius pupilli non gerendo, pro quibus, vel
ad quæ non tenetur pupillus. Ita dicit hæc regula,
& Iurisconsultus in l.dolus tutoris.in principio.ff.
1 quando ex facto tuto.vel curatoris. ¶ †Subiungitur
tamen ibi in textu, hoc verum esse, cum ex dolo,
fraude vel delicto tutoris pupillus nõ est factus lo-
cupletior: secus si sit factus locupletior, vt probat
textus hic allegatus in gl.in l.sed ex dolo.ff.de do-
lo.quo casu etiam agendo contra pupillum pro-
pter illud quod ad eum peruenit ex dolo tutoris,
temperanda est actio, vt bonæ fidei mentio fiat re-
spectu pupilli, non tutoris, vt ibi habetur per gloss.
& Doctores, & l.non debet.cum ibi notatis in fin.&
2 l.sequen.eod.titulo. ¶ † Si autem tutor gerebat ne-
gotium pupilli, & id faciebat bona fide, cõtrahen-
do aut quasi contrahendo, tenetur pupillus etiam
ex hoc non factus locupletior, quamuis tutor non
sit soluendo, vt dicit hic glossa, per l.illud.§.si im-
puberis.ff.de euicti.vbi secundum Salic.in summa-
rio.re euicta, quã tutor pupilli nomine vendiderat,
agitur cõtra pupillum, quatenus pretium fit in eius
vtilitatem versum. Pro residuo verò contra tuto-
rem si sit soluendo, alias contra ipsum pupillum, vt
3 ibi habetur. ¶ † Si autem mala fide negotium pu-
pilli tutor gerat, & pupillus sit locupletior factus,
etiam ipse pupillus tenetur, vt dicta l.sed ex dolo.
sed si non sit pupillus factus locupletior, adhuc te-
netur ipse pupillus, ita si tutor sit soluendo, à quo
possit seruari indemnis, & recuperare quod debe-
tur, vt l.j.§.hoc edicto.ff.ne vis fiat ei qui in posses-
sionẽ missus est.& l.summa.§.dolo.ff.de peculio.li-
beratur tamen pupillus isto casu cedẽdo actionem
contra tutorem, secundum glos.hic, & Bartolum in
dicto §.hoc edicto.per l.fin.ff.de administ.tutor.&
l.ij.§.si seruus.ff.de tributo.& ita dicit glo.posse in-
telligi l.penultimam.ff.de tabul.exhibend.& l.Iu-
lianus.§.idem Iulianus.versi.sed cum in facto pro-
poneretur.ff.de action.empti & vendi.cum ibi no-
tatis per gloss.& Doct.& per hæc est expedita glo.
4 huius legis. ¶ † Et ex prædictis colligit euidẽter, ꝙ
delictum tutoris non debet nocere pupillo, ita nec
etiã cuiuslibet administratoris.de quo plenius ha-
betur in l.iubemus nullam nauem.C.de sacrosanc.
ecclesijs.& l.meminerint.C.vnde vi.& in illis locis
per Doct.ideo licet tutor loco domini habeatur, vt
dicit text.l.interdum.§.qui tutelam.ff.de furt.& l.
qui fundum.§.si tutor. ff.pro emptore.hoc tamen
verum est, vt ibi habetur, in his quę de iure fieri pos-
sunt, quando scilicet tutelã administrat, non quan-
do pupillum spoliat vel delinquit, aut dolosè ver-
satur, vt allegatur per Angelum Aretinum in suo
tractatu criminum.gloss.super ver.de Bononia. Et
idem est dicendum eadem ratione in alio admi-
nistratore malè versante, secundum Bartol.& Io-
annem de Imol.in dicto §.si tutor.quód non habe-
tur loco domini.ad quod faciunt notata per glo.&
Doctor.in c.ij.extra de præscriptionib.imò si præ-
latus tempore suæ prælaturæ aliquid alienat cõtra
formam iuris, non incipiet præscriptio toto tem-
pore vitæ ipsius prælati: quia secũdum dictum Io-
annẽ de Imola respectu rei alienatæ censetur præ-
latura quodã modo vacare.ad quod allegat quod
not.in c.si sacerdotes.xvj.quæsti.iij.& ibi per gloss.
& Archidiaconum.

Summarium.

1 ☞Pœnæ variæ inobedientium seu delinquentium in officio.& num.2.& 3.
4 Vniuersitas an constituatur in dolo ex syndici inobedientia.
5 Syndicum citari an sufficiat pro tota vniuersitate.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat.

ISTIVS regulę mate-
riã plenissime tracta-
ui in l.non videntur.§.
qui iussu. cum l. factũ
à iudice.suprà isto tit.
vbi plura dixi esse ge-
nera inobediẽtiarum
siue contumaciarũ nõ
obediendo iudicis si-
ue magistratus impe-
rio. Et an contumacia sit delictum, & in quibus
sit vel non sit obediendum magistratibus, in per-
tinentibus scilicet vel non pertinentibus ad suum
officium, ad quæ potestis recurrere, & ad iura atq;
loca quæ allegaui, quorum aliqua hic allegantur
per glossam, quæ in sui principio hãc l.intelligit in
quocunque siue officiali siue priuato litigatore, vt
teneatur obedire iudicis imperio, de cuius iurisdi-
ctione est: aliàs non obediendo à dolo non excusa-
tur, & puniri debet diuersis modis, quorum aliqui
1 hic recitantur in gloss. † quæ dicit damno quando-
que litis contumaciam puniri, vt l. contumacia.ff.
de re iudicata.in principio, cum ibi notatis per glo.
& Doct.

& Doct. Aliquando pœna remotionis ab officio, vt l.ij.C.de sportulis.quod est intelligendum in officiali negligente, qui potest remoueri,& alius eius loco subrogari:de quo plenius per Albericum in l. si quos.C.de officio præfecti præto.orient.& Illyri. Notat etiam Baldus in dicta l.ij.quòd nuntius siue seruiens delinquens vel inobediens in officio, potest macula corporali puniri,& debet ab officio remoueri,& alius loco ipsius subrogari.tamen quod de corporalis maculæ impositione dictũ est, intelligi debet secundum Bald.per maiores iudices:secus in minimis, qui non possunt, sed remittunt ad superiores suos,secundum Salic.ibi.facit quod notatur per ipsum Bald.in l.mancipia.C.de ser.fugi.
2 † vbi etiam dicunt Doctor.quòd quando officialis propter inobedientiam seu delictum remouetur ab officio,non potest amplius ad illud assumi, vt in authen.de armis.circa finem. in text.& gloss. super verbo,solicitudine.colla.vj. Et intelligit ipse Bald.in alleg.l.ij.quòd in remotione dicti nũtij seu seruientis ab officio propter inobediẽtiam,non requiritur aliquis processus, quia coram iudice prædicto delinquit, & offendit eius aures.ideo leuato velo potest ab officio remoueri, & puniri,vt dicta l.ij.& l.nullum.C.de testi.& argumento notatorum
3 in l.ictus fustium.ff.de his qui notan.infa.¶ † Aliquando tales inobediẽtes imperio magistratus puniuntur in denegatione iurisdictionis,quam facere potest iudex, cui non est obeditum, per l.sed & si per prætorem.§.actio.& §.sed & si dum decreto.ff. ex quibus cau.ma.vt hic allegatur per gloss.& dictum fuit in dicto §.qui iussu.suprà eod.& additũ, quòd licet iudex propter inobedientiã sibi factam possit inobedienti iurisdictionem suam sibi denegare, non tamen debet eidem inobedienti facere iniustitiam, vt ibi not. Albericus.ad quod allegat Hostien.ita tenuisse in summa, de offic.ordin.§.qd
4 pertinet.ver.secundo.¶ † Gloss.deinde quam hic Bartol.dicit esse notabilem in versi.item quid si citetur.quærit, an vniuersitas dicatur vel constituatur in dolo, si syndicus vel actor ipsius vniuersitatis citetur, & non obtemperet imperio iudicis. Et allegat arguens ad partes, tandem respõdet optime, licet,secundum dictum Bartolum videatur loqui contra casum l.aut qui aliter.§.idẽ ait.ff.quod vi aut clam. Sed illum textum intelligit Bartolus, quòd ibi bene valet denuntiatio facta syndico quantum ad excusandum vitium clandestinitatis, non ad inducendam cõtumaciam in præiudicium vniuersitatis vel communitatis, quæ ad hoc quod expedit, vel præcipitur, vocari debet in congregatione vel capitulo aut arenga, secundum istam gloss. faciunt notata in c.si capitulo.per gloss.& Doctor. extra de concessione præben.libro vj.& in c.bonæ memoriæ Maguntinensi.extra de electione.in glo.
5 super verbo, singulares. ¶ † Et istam gloss.allegat & sequitur Iacob. Rebuf.in l.j.C.de iure rei publi. libro xj.vbi quærit,an quando quis vult citare rem publicam seu vniuersitatem,sufficiat citari syndicum. Quod videbatur per dictam l.aut qui aliter. dicto §.idem ait. Ad quem responsum est per Bar. vt suprà dictum est.ideo ipse tenet contrarium, quòd non sufficit syndicum vel actorem rei publicæ aut vniuersitatis vel ecclesiæ seu communitatis citari, qui si non venerit,neque comparuerit, non debet nocere rei publicæ vel vniuersitati.Si tamen secundum eundem Iacobum Rebuff. ille syndicus citatus cõpareret,& litigaret,valeret processus & sententia quæ ferretur, vt dicitur in dicta l.j.& facit quod habetur per totum tit.ff.quod cuiusq; vni.nomine.Circa quæ videte ea quæ dicta fuerunt & recitata in l.aliud.§.refertur.suprà isto titulo.prædicta tamen intelligi debent, vt dicit idem Iaco.Rebuff. in prima citatione veniendi ad causam:nam si ciuitas, vniuersitas vel communitas ab initio misit syndicum ad causam,cum ipsa fuisset citata, citando eam in congregatione, vel eos qui regunt eã, secundum ea quæ habentur in l.municipibus.ff.de condi.& demõst.quia postq̃ vniuersitas misit dictũ syndicum vel actorem, videtur velle per istum, & non per se in iudicio litigare, vt l.j.§.vsus.ff.de procurato.& sic non est amplius ipsa vniuersitas citanda, sed ille syndicus vel actor vniuersitatis prædictæ.

Summarium.

1 Seruus dicitur detinere, non ciuiliter possidere.
2 Captus ab hostibus an possideat & vsucapiat.
3 Seruus an & quando præscribere possit domino in captiuitate existente.
4 Acquisita per seruum extra causam peculiarem, medio serui corpore per dominum possidẽtur, non tamẽ à domino præscriptione acquirũtur, nisi,&c.
5 Præscriptio inchoari potest, in omnem casum habitura effectum in his quæ acquirit seruus iure peculiari domino priùs capto ab hostibus.
6 Dominium quando perdi possit absque hoc, quòd alteri quæratur.

Qui in seruitute est, vsucapere non potest: nam cum possideatur, possidere non videtur.

GLOSSA hic declarat istam regulam per l.neque seruus. ff. de vsucapi. vbi dicit textus, quòd neque seruus neque per seruum dominus qui apud hostes est, possidet. Et ibi dicit Ioannes de Imol. illius legis rationẽ sumptam esse ex hac regula, quia dominus ab hostibus possidetur, qui illum seruum captiuumque detinent; ideo aliam rem non potest possidere. facit l.homo liber.
1 ad fin.ff.de acquiren.rerum dominio.¶ † Similiter seruus ciuiliter non dicitur possidere, sed detinere, iuxta illa quæ habentur in l.quod seruus.ff.de acquiren.possessione.& l.si is qui pro emptore.ff.de vsucapi.& l.ait prætor.§.is autem.ff.& §.hi plane. ff.ex qui.cau.ma. Et licet textus iste loquatur de vsucapione, intelligi etiam debet de præscriptione: quoniã licet vsucapio sit verbum speciale, præ-

scribo, tamen verbum est generale, vt l. vnica. C. de
vsucapi. transformanda. & ideo licet dicatur, quòd
sine possessione vsucapio contingere non potest,
vt l. sine possessione. ff. de vsucapio. regula tamen
iuris canonici in c. sine possessione. extra eodem ti-
tulo, vsucapionem illam præscriptionem vocat, vt
ibi explanatur in principio per Bonifa. de Ama-
2 natis. ¶ † Sed contra istam regulam potest oppo-
ni, quòd captus ab hostibus possideat, quia vsuca-
pit & præscribit, vt l. iusto. §. fina. ff. de vsucapi. Sed
secundum glo. hic responderi potest, quòd illud lo-
quitur in his quæ aguntur per seruum vel filiumfa-
milias capti ab hostibus erga peculium, in quibus
peculiaribus non attenditur scientia vel ignoran-
tia, aut possessio domini vel patrisfamilias, aliàs
secus. & ita intelligi debet l. Labeo. in fin. ff. de vsu-
capio. Et est ratio, quia dominus non per se pecu-
liaria possidet, sed per seruū etiam ignorans, quo
ad effectum possessionis, scilicet; vt vsucapiat vel
præscribat ipse dominus per seruum: quod, vt di-
cit Bonifa. de Amanatis in dicta regula, sine pos-
sessione. statutum est singulari iure causa publicæ
vtilitatis, ne cogerentur domini per singula mo-
menta causas & species peculiorum inquirere, vt
l. peregrè. §. quibus. ff. de acquirēda possessione. Si-
cut ergo domino stante in ciuitate non requiritur
ad præscriptionem inchoandam & finiendam in
istis peculiaribus domini scientia, vt dicta l. Labeo.
in principio. ita nō nocet domini captiuitas. Quo-
niam aut dominus reuertetur ab hostibus, & tunc
iure postliminij fingetur semper fuisse in ciuitate,
& sic ad suam vtilitatem seruū possedisse & præ-
scripsisse illa peculiaria sine interruptione, vt l. in
bello. §. factæ. ff. de captiuis & postlimin. reuersis.
Si verò in captiuitate moriatur, fingetur mortuus
prima hora captiuitatis per legem Corneliam, de
qua in l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupil. & l. legē
Cornelia. ff. de testamētis. Ex quo apparebit, quòd
per eius seruum hæreditati suæ fuerit acquisitum
3 commodum præscriptionis. ¶ † Quæ supradicta sic
intelligi debent procedere secundum Bonifaci. de
Amanatis, & aliquos in eo quod fuit possessum &
inchoatum præscribi in causa peculiari ante do-
mini captiuitatem. Sed si domino capto ab hosti-
bus, & ibi existēte, seruus incipiat aliquid posside-
re seu verius detinere ex causa peculiari, captiui-
tas illa non est impedimento domino quandocun-
que reuerso, vt dicta l. iusto. §. fin. Secus autem do-
mino ibi mortuo, nam cum retro mortuus fingatur,
constat, quòd eo tēpore quo seruus incœperat pos-
sidere, erat hæreditas iacens iuris fictione, & domi-
nus defunctus ante censetur non pōssedisse, neque
per se neque per alium: ideo tunc non potest vsu-
capio seu præscriptio continuari, quæ non fuit in-
choata propter defectum possessionis, vt iuribus
allegatis. & l. fin. §. fin. ff. de vsucapi. & ita vt dicit
gloss. in dicta l. iusto. §. fin. tenuit Azo & sui sequa-
4 ces. ¶ † Circa quod est bene aduertendum, quòd res
dominicæ & quæ acquiruntur extra causam pecu-
liarem per seruum, mediante corpore serui possi-
dētur per dominū. sed nō possunt acquiri per præ-
scriptionē à domino nisi accedēte bona fide ipsius
domini, & sic illius sciētia requiritur. ignorās vero
non censetur bonā vel malam fidem habere, vt not.
in l. ij. ff. pro soluto. & l. j. C. de acqui. poss. facit l. bo-
næ fidei. §. in contrariū. cum ibi notatis. ff. de acq. re.
do. iste autē animus deponitur per captiuitatē, per
quam perditur possessio, vt in hac regula. ideo stat
Bonif. de Ama. in differentia supradicta inter re-
uersum captū ab hostibus, vel ibi mortuū, quo exi-
stente apud hostes, seruus eius incœpit aliquid ex
causa peculiari possidere. Ideo tex. in alleg. l. iusto.
§. fi. dum loquitur in fi. illius literæ de capto ab ho-
stibus. ibi mortuo, loquitur de patre, non de domi-
no, inter quos est differētia bona ratione, quia filius
illius patris capti ab hostibus & ibi mortui, erat ta-
lis persona, quæ poterat sibi ipsi possidere, & vsu-
capere, stante etiam fictione legis Corneliæ, ar. l. in
suis. ff. de libe. & posthu. quæ ratio cessat in seruo, vt
l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæredi. gl.
tamen in dicto §. fina. l. iusto. tenet contra opinionē
5 Azonis. ¶ † Ioan. verò de Imola in dicta l. iusto. §.
fin. pro concordia opinionum prædictarum circa
prædicta dicit opinionē gl. ibi super verbo, inchoa-
ri, posse sustineri, quæ dicere videtur, ꝙ ea quæ ac-
quirit seruus iure peculiari domino prius capto ab
hostibus, possint vsucapi, & ideo dicitur inchoari
præscriptio, quia in omnē casum habitura est effe-
ctum: quod non videbatur Azoni neq; suis sequa-
cibus hoc casu, cum nō appareat persona habilis,
in qua fundari possit vsucapio, in acqsitis peculia-
riter domino existente in captiuitate apud hostes.
Non persona serui, quę pro nihilo quo ad ius ciuile
reputatur, vt l. quod attinet. ff. isto. ti. Non persona
domini capti ab hostibus, quorū est seruus, vt in hac
regula, quę dicit eū nō possidere. Sed secundū eun-
dem de Imol. potest dici, ꝙ sit persona habilis quo
ad hoc, vt ille cōtra quē præscribitur perdat ius suū
per suā negligentiā, & per detentionē, quam facit
seruus ex causa peculiari. Nō est enim impossibile,
imò possibile aliquē perdere ius suū, licet alteri nō
quæratur, vt patet in re habita pro derelicto, vt l. j.
& per totū tit. ff. pro derelicto. & sic euenire potest
hoc casu, ꝙ si cōpleri contingat vsucapionē duran-
te captiuitate, priuabitur ille cōtra quē præscribi-
tur dominio suo propter vsucapionē, tamē illud al-
teri nō quæretur, & erit in pendenti. Vel ꝙ captus
ab hostibus reuertatur, & iure postliminij sibi quę-
retur, vel moriatur ibi, & aliquis ei fuerit hæres. &
habebit hæres tūc dominiū fictione legis Corneliæ.
& sic secundū eundem de Imol. eueniet vnum sin-
gulare contra regulā l. deniq; & l. sciendū. ff. ex qui.
6 cau. ma. vbi dicitur, ꝙ † dominium quod alteri non
quęritur, non pditur. Nam speciale erit hoc casu, ꝙ
perditur, licet alteri nō quęratur verè, sicut & in re
habitā pro derelicto. ex quibus patet, quòd quo ad
ius priuatiuum iuris eius contra quem vsucapitur,
verè potest dici, quod inchoetur vsucapio durante
captiuitate. Sed quo ad ius positiuum, & vt dica-
tur acquiri per vsucapionem, non incipit vere nisi
ex tempore reuersionis, vel quando aliquis fuerit
hæres ei qui fuit captus ab hostibus. Et per hunc
modum reducit opiniones prædictas ad concordi-
am. Videte tamen de hoc plenius per Bartol. in di-
cta l. si is qui pro emptore. versi. quòd si seruus. & ibi
Angel. & Ioan. de Imola.

Summarium.

Non alienat, qui duntaxat amittit possesſionem.

PER gloſſam & Doct. non
legitur hic regula iſta, ipſa
veró ſumitur literaliter ex
l.item ſi res.§.j.verſicu.po-
teſt autem.ff.de alien.iudi.
mutand.cau. facta. Et pro
declaratione ſciendum eſt
ſecundum gloſ. in authent.
de reſtitu. & ea quæ parit
1 xj.mēſe.§.j.ſuper verbo Alienari. colla.iiij.†Alie-
nari id propriè dicitur, cuius transfertur dominiū,
vt l.j.C.de fundo dotali.vbi eſt textus vulgariter al-
legatus.Facit quod habetur in l.finali.C.de reb.alie
nis non alienandis. vbi in princ. notat Alberi.quód
de proprio & ſtricto ſignificato vocabuli alienatio-
nis, continentur ſolum ea per quæ transfertur domi
nium, vt dicta l.j. in fine. quem ad hoc allegat. Hoc
etiam notat Gofre. in ſumma extra de rebus eccle.
non alienandis.in princ. Sed laxato vocabulo alie-
nationis, in illo titulo.c.nulli.vbi per gloſ. Innocen.
& Docto.& in l.fin.C.de rebus alie.non alienandis.
extenditur prohibitio alienationis ad omnes con-
tractus, per quos in re, vel ad rem ius alteri acquiri-
tur, vt in exemplis ibi poſitis ſecundum Baldum in
ſummario dictæ l.fina. & ibi plenius per Doctores
& in dicto c.nulli.& per gloſſ. in c.venerabili.extra
de officio delegati. Et ſunt prædicta vera in prohi-
bitionibus alienationum, tam per legem, quàm in
vltimis voluntatibus, & cōtractibus, vt dicunt Do-
ctores in locis allegatis.& in l.ea lege.C.de condict.
ob cauſam.& l.voluntas.C.de fideicom. Lex etiam
duodecim tabularum verbo, venditionis, vſa eſt ad
omnem ſpeciem alienationis, vt l.ſtatu liberi à cæte
ris.§.Quintus. ff.de ſtatu liber. & hoc quando eſſet
eadem ratio in alijs alienationibus, ſicut in vendi-
tione. Facit l. pater. §. quindecim.ff. de legatis.iij.
Sed vbi non eſſet eadem ratio, ſecus eſſet dicēdum,
vt l.finali.C.de prædi.curialium.lib.x.& ibi per Ia-
2 cobum Rebuffi.† Dicitur igitur ille alienare, qui
ius in re, vel ad rem alteri conſtituit, vt iuribus alle-
gatis, vel qui vſucapionem vel præſcriptionem,
quam poterat bono iure impedire, permittit, vel
qui non vtendo ſeruitute illam amittit, vt l.aliena-
3 tionis verbum.ſ. titulo proximo. † Item ſciendum
eſt ſecundum notata per gloſſam, Baldum, & Do-
ctores in l.vnica.C.de aliena.iudic.mutan.cauſa fa-
cta. quòd rei vendicatio competens actori domino
rei quæ vendicatur, ideo datur vel intentatur con-
tra reum poſſeſſorem, quia poſſidet, & habet reſti-
tuendi facultatem, vt ibi habetur, & in l.officium.
ff.de rei vendicatione. & Inſtitu.de actionib. §.j.&
etiam contra non poſſidentem, ſi dolo deſijt poſſi-
dere, vt l.ſi autem.§. ſed & is.ff. de rei vendicatio.
& in cap. pro poſſeſſore. cum ibi notatis per Dy-
num, extra eodem titulo. libro vj. & l.qui dolo.& l.
parem.infra eodem titulo. Poſſeſſor autem qui po-
teſt rei vendicatione conueniri, ſi conuenitur ab a-
ctore prætendente ſe dominum, & de facto conue-
nitur coram iudice competente, lite pendente alie-
nat rem iudicij mutandi cauſa, & doloſe aliquan-
do, & quandoque non doloſe contra quem compe-
4 tit edictum illud, † quod requirit tria ſubſtantia-
lia, ſcilicet dolum, alienationem cauſa mutandi
iudicij, & intereſſe aduerſarij, vt explanat Baldus
in dicta l.item ſi res.§.item fieri poteſt. Vnde ſi non
eſt in dolo, ſed ideo alienat, quia non vult litigare,
nō tenetur dicto edicto, puta, inquit ipſe Baldus, ſi
ſit ſtudens, ne deſerat ſtudium, vel mercator, ne de-
ſerat mercantiam, vel alia ſibi occaſio neceſsitatis
occurrit, vt l.non ſolum.§.j.eodem titulo. Cenſetur
enim tunc dolus abeſſe, vt ibi habetur. Idem dici de
bet, vt non teneatur dicto edicto etiam ſi committ-
tat dolum & non alienat, puta ſi omittat poſſeſsio-
nem rei, illam in alium non transferendo, ſed ſo-
lum deſerendo.& ita intelligitur iſta regula, & tex.
dicti §.item fieri poteſt.verſicu.poteſt autem.vnde
ſumpta fuit. Qui enim duntaxat vt in hoc caſu de-
ſinit poſſidere, non dicitur alienare. Et iſte eſt in-
tellectus huius regulæ. facit quod habetur in l.fiſtu-
las. §.j. ff. de contrahenda emptione. Poteſt etiam
intelligi hæc regula in eo qui non vult acquirere,
nec acceptare, aut poſſidere id quod ſibi donatur,
vel in vltima voluntate relinquitur, etiam ſi ſit cre-
ditoribus obligatus, ne illud eis proſit, vt in l. qui
autem.in principio.ff.quæ in fraudem creditorum.
Per hoc enim non diminuit ſuum patrimonium cre
ditoribus pignoratum, ſed non acquirit, vel auget
illud, vt in illo textu. Quod tamen procedit, niſi in
caſibus, in quibus acquirere tenetur, vt in caſu legis
ij.ff.de hæredi.vel acti.vendita.& notatur per Bar-
tolum, quem circa hoc videte in dicto §.qui autem.
& l.in fraudem.ff.de iure fiſci. Inuito enim non da-
tur beneficium, vt l.inuito.ff. eodem titulo.vbi poſ-
ſunt videri per me recitata.

Nemo plus commodi hæredi ſuo relinquit, quàm ipſe habuit.

VNICO verbo intellectum
& materiam huius regulæ
remittit hic glo.ad id quod
habetur in l.hæredem eiuſ-
dem iuris.ſ.iſto titulo. quæ
dicit idem ius eandemque
poteſtatem habere hære-
dem, quā defunctus cuius
eſt hæres, habebat. Iſta re-
gula addit, quód nil plus commoditatis à defuncto
relinquitur ſuo hæredi, quàm ipſe, dum viueret, ha-
beret. & ratio colligitur ex l. nemo plus iuris ad a-
lium transferre poteſt, quàm ipſe habeat.ſ. eodem
titulo.vbi videte fallētias, quas ibi allegaui, et quod
notatur pro intellectu illarū in l. lex quæ tutores.&
l.finali.C.de adminiſtratione tutorum.& l. id quod
noſtrum. ſ. eodem titulo. cum ibi per me recitatis,

& per Bartolum in l. traditio. ff. de acquiren. rerum dominio. vbi dicitur quod nemo plus iuris ad alium transferre potest quàm habeat. Repetatis hic si vultis illa quæ dixi in allegata l. hæredem. vbi etiam dixi, quòd propriè sumi potest hæres pro successore vniuersi iuris quod pertinebat ad defunctum, vt l. hæreditas. §. eodem titulo. Aliquando impropriè & strictè, & ad ibi notata potestis recurrere, & ad ea quæ dicit glossa Ioannis Andreæ in c. is qui in ius. & c. nemo plus iuris. extra eodem titulo. lib. vj. & Bartolus, Paulus de Castro & Doctores in l. Gallus. §. etiam. ff. de liberis & posthumis. quos recitaui in allegata l. hæredem. & hæc & illa sufficiant pro declaratione regulæ & suæ materiæ.

Summarium.

1 ☞ Facere quando dicatur qui non facit.
2 Seruitutem non vtendo amittens, facit fraudem creditoribus.
3 Nuntio sequenti longiorem viam an debeant tot milliaria itineris solui. & nume. 4.
5 Iudex non faciendo multis modis committit.

Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea quæ non facit: at qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere iussus est.

1 ISTA † regula in pluribus locis allegatur ad hoc, quod qui non facit, facit, vt dicit glossa in l. in fraudem. ff. quæ in fraudem creditorũ. & ita etiam hic colligit glossa cum concordantijs in ea allegatis, facit textus l. facere. §. titulo proximo. Ad idem allegat eam Archidiaconus in cap. j. super verbo, fecerũt. & ibi Ioannes Andreas in glossa extra de vsuris. libro vj. & similiter ipse Archidiaconus & Ioannes Andreas in nouella. & Domi. de sancto Geminiano in cap. vt inquisitionis. §. fin. extra de hæreticis. eodem lib. vbi dicunt, quòd non obseruantia illarum dispositionum comprehendit etiam culpas quæ consistunt in non faciendo. Ad idem dicit Archidiaconus in cap. generali. super verbo, Percipere. extra de electi. libro vj. in glossa quæ incipit, sic infra eodem libro &c. de offic. ordinarij. c. si canonici. §. scituri. vbi elegantes & notabiles adductæ per eundem Archidiaconum sunt allegatæ concordantiæ, quas videre potestis in versicu. ad idem qui non facit, &c. vbi etiam allegat
2 istam legem. † Glossa autem in principio huius regulæ dat exemplum de debitore obligato multis creditoribus, qui in fraudem illorum non vtitur seruitutibus sibi debitis, & negligentia sua illas perdit, dicitur fraudẽ facere. vt dicta l. in fraudẽ. quia vt dictum fuit in l. non alienat. §. eodem titulo. qui negligentia sua perdit quod ad eum pertinebat, dicitur alienare, vt l. alienationis. §. titulo proximo. quo casu creditores poterant cessante præscriptione agere hypothecaria cõtra illos rerum seruientiũ possessores. l. pignoris vel hypothecæ. C. de pigno. cum concordantijs ibi allegatis in glossa. & Institu.
3 de acti. §. item si quis in fraudem. † Secundò exemplificat glossa de eo quod habetur in l. veteres. ff. de itine. actuque priua. vbi si quis tenetur concedere viam, vel eius refectionem, et non patiatur portari ea quæ necessaria sunt ad illam reficiendam, dicitur non facere quod facere debet. Quod inducit ibi Bartolus contra cursores vel nuntios, quibus pro quolibet milliari certũ pretium solui debet, & ipsi ambulant per viam longiorem, cum possent ire per breuiorem, vt eis imputetur: quod probatur in illo
4 textu, qui est ad hoc notabilis, cum l. sequẽ. † Quod dicit Bartolus esse verum, nisi via breuior esset eis suspecta. Ad quod allegat l. eos. §. fina. ff. ad legem
5 Corneliam de fal. cum ibi notatis per glossam. † Notandum est vlterius, quòd iudici etiam imputandũ est, qui non facit quod facere debet, per textum quem hic allegat glossa in l. non quicquid. §. iudex. ff. de iudi. vbi dicit Angelus, quòd ita iudex offendit legem negligendo, sicut faciendo. Facit quod habetur in l. mãcipia. C. de seruis fugitiuis. in versic. ita vt pro fugitiuo. Negligendo enim facere iustitiam, facit litem suam. Quod intelligit Bartolus ibi non quòd teneatur actione in factum descendente ex maleficio, de qua in l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de actionib. & obliga. & l. fina. ff. de varijs & extraordinarijs cog. sed tenebitur actione descendente ex varijs partibus iuris, vt habetur in authentico, vt diffe. iudi. per totum. collatione ix. & facit quod habetur authentico, vt litigan. iurent. §. hoc quoque præcipimus. versic. si autem ciuilis aut militaris. ea dem collatione. & dat exemplum Baldus in dicta l. mancipia. de negligẽtia iudicis nõ facientis quod facere debet, vt quia noluit recipere libellum querimonia rem sibi oblatum, quia facit litem suam. & recitat se in facto vidisse quendam cõdemnari, qui accusationem sibi, vel coram eo productam portauerat ad cameram suam, nolens super ea procedere. Item si noluit examinare testes ad probationes faciendas productos, vt l. argẽtarius. §. cum autem. ff. de eden. vel si non fecerit restitui furtum vel damnum illud passo. Illa enim negligentia lata est culpa, seu dolus præsumptus, secundum Bal. in dicto §. ita vt pro fugitiuo. per rationem illius textus.

Summarium.

1 ☞ Libertatis fauore annus inceptus habetur pro completo.
2 Seruus dotalis quando posit à viro manumitti. & nume. 3.
4 Dotalis res an posit alienari. & nu. 6. 7. 8. & 9.
5 Dominium rei dotalis ipso iure retransfertur in viduam.

Libertas omnibus rebus fauorabilior est.

Libertas

LIBERTAS in hac regula fauorabilior dicitut omnibus rebus: sed in l. libertas.ō.isto tit. dicitur inæstimabilis: & dicitur infinita æstimatio libertatis, in l. non est singulis.§.infinita.ō.eo.titu. vbi videte quæ fuerunt per me recitata,& quod habetur in §.fi.versi. sed cum libertas. Instit.qui,& ex qui.cau.ma.non possunt.vbi etiam dicitur inęstimabilis libertas.& idem dicitur de patria potestate,in l.filiusfamilias.§.secundū vulgarē.ff.de le.j.Alibi dicitur nil esse gratius libertare,in l.
1 Paulus.ff.de fideicō.liberta.† Ad veritatē huius regulæ declarandam,glo.hic alleg.l.si ita fuerit libertas.ff.de ma.testa. vbi fauore libertatis annus incœptus habetur procōpleto.Ibi enim relicta erat libertas seruo testatoris anno xij. postquā ipse testator obijsset,& dicit textus illū in principio duodecimi anni fore liberum.& ita etiā notatur in l.si ita scriptum.eo.tit.Faciunt notata circa hoc per Doc.in l.j.C.quādo dies leg.cedat.Bar.& Io.de Imo.in l.qui
2 hoc anno.ff.de ver.obli.† Aliud exemplū ponit glo. in hac regula de fauore libertatis,in manumissione serui dotalis,quem maritus potest manumittere,vt l.j.C.de ser.pigno.da.ma.quæ lex habet duos intellectus,secundum Bal.ibi. Primus est, quòd vxor ibi viro suo Stichum seruum suū constituit in dotem,et maritus pro illius restitutione soluto matrimonio, Pamphilum specialiter obligauit: Stichus verò potest manumitti à marito etiā vxore inuita, tanquā illius Stichi dominus: hoc tamen si ipse maritus sit soluendo. Sed Pamphilus specialiter obligatus non
3 potest manumitti,nisi cōsentiente muliere.† Secundus intellectus est,quòd Stichus seruus fuit per vxorem marito datus in dotem,& eundem Stichum vir specialiter vxori obligauit,quamuis dictus Stichus tanquam dotalis possit per maritū manumitti,ratione tamen specialis hypothecæ manumitti non potest,nisi consentiente vxore. Et istum intellectū tenet ibi glo.& etiam Salicetus:quem intellectū hic
4 videtur sequi glos.fauore libertatis. † Contra quod videtur facere dispositio iuris, quæ habet quòd res dotalis constante matrimonio non potest alienari. Instit.quibus alie.licet.in princ.& l.vnica.§.& cum lex.C.de rei vxo.acti.& per totū ti.ff.& C.de fund. dota.& l.si prædium.C. de iure doti.& dictū fuit in l.in ambiguis pro dotibus.ō isto ti.publicē enim interest,dotes mulieribus cōseruari,vt.l.j.ff. solu.mat. quod vt ibi dicit Io.de Imo.clarum haberi debet,si res in dotem data sit immobilis, secus si sit mobilis talis quæ seruando seruari non potest, vt l.res in dotem.ff.de iure doti.dicitur autem seruando seruari non posse,si sit pecunia,vt dicit gloss. reputata singularis in l.j.§. fuit quæsitū.ff. ad Trebel.& res etiā quæ non potest durare per triennium,secundū glo. notandam in.l.j.C.si aduer.vsucap.Si autem potest seruari,potest alienari,sed reuocabitur alienatio soluto matrimonio: sicut dicitur in re subiecta restitutioni.Ad quod facit l.iij.§.sed & Marcellus.ff.de in diem addic.& l.fi.§.sin autem sub conditione. versi. sin autē auaritiæ. C.cōmunia de lega.saluo nisi fuerit alienata secundū solennitatem auth. siue à me. cum ibi notatis.C.ad Velleia.Senatuscō.Talis enim seruus dotalis subiacet restitutioni.per id quod ha-
5 betur in l.in reb⁹.C.de iure dot.† Ideo licet maritus sit dominus dotis cōstante matrimonio,vt l.doce ancillam.C.de rei vend. cum ibi not.tamen matrimonio soluto,dominium rei dotalis retransfertur ipso iure in vxorē relictam viduam, vt alleg. l. in rebus. & sic videretur quòd nō potuerit per maritum constante matrimonio manumitti, ad similitudinē rei subiacentis restitutioni ex vltima voluntate, per l.
6 seruū qui sub conditione.ff. de manumiss.† Sed secundum tempora Digestorū,secundum quę dominium serui dotalis,quod erat penes maritū,non retransferebatur in vxorem soluto matrimonio ipso iure, vt l.si filio.§.maritus.ff. solu.matr. poterat per maritū manumitti, vt l.dotalem. cū duabus ll. seq. eo.tit.& etiam vendi & donari,licet maritus remaneret obligatus ad reddendum. Et si reddere nō poterat,cogi deberet ad æstimationē, argu.l. si seruū.
7 §.fin.ff.de verbo.obliga.† Hodie tamen,vt dicit Io. de Imo.in dicta l. dotalem.est maius dubium, quia per decisionem dictæ l.in rebus.vxor remansit naturaliter domina, licet durante matiimoriio dicatur dominus maritus,vt iuribus alleg. Retransfertur tamen hodie illud dominium mariti ipso iure: ideo cessat ratio iuris antiqui,& videtur eadē ratio,quæ est in vltima voluntate,ita quòd sicut seruus qui debetur ex illa sub conditione,etiam ante illius euentum non potest manumitti, per dictam l. seruum
8 qui sub conditione.† Bartolus verò in dicta l.dotalem. tenet esse speciale fauore libertatis, quòd teneat manumissio, & etiam consonat in hoc secundum eum mens viri & vxoris contrahentium matrimonium. quæ videtur esse, vt res in dotem data, sit in dominio mariti in perpetuum, vt l.j.& ij ff.de iure dot. Quæ ratio Bartoli non placet ibi Ioan, de Imola, cum sibi non videatur bona ex eo, quia dictio Perpetua, posita in dicta l.j.exponitur ibi,donec viuat vir.iuxta notata in l.prima.ff.soluto matrimonio. quia dos reuerti debet ad mulierem so-
9 luto matrimonio,vt l.ij.ō.illo titulo.† Ideo ipse Ioannes de Imola dicit in istis altero de duobus modis posse dici.Primò quòd dicta l.dotalem.cum suis similibus permittentibus manumissionem serui dotalis inuita muliere,sit correcta,cum correcta sit ratio legis antiquæ,vt patet,per dictam l. in rebus.& per consequens ipsa lex antiqua, per ea quæ notantur in l.si verò.§. de viro.ff. soluto matrimonio. Vel si videatur euitanda legis correctio,per ea quæ habentur in l. vnica.C. de inoffi.doti.& l.præcipimus. in fine. C. de appella.& l.sancimus.C.de testamen. dici debet, quòd fauor libertatis sit causa quare teneat manumissio serui dotalis, etiam inuita muliere, facta per maritum. Cui addit dictus Io.de Imo. vbi supra,quòd cessat correctio dictæ l. dotalem.fauore, non solum libertatis, sed propter reuerētiam & societatem maritalem,cum vir & vxor socij sint diuinæ & humanæ domus,vt l.aduersus.C. de crim. expila.hæredit. & l.j.ff.de ritu nuptiarum.& istam opinionem tenet Paulus de Castro in allegata l.dotalem. & dicit prædictā l.in rebus. non habere locum isto casu in manumissione serui dotalis,sed so-

lum in rebus dotalibus non alienatis, vel saltem alie
natis illa alienatione quæ posſit retractari. Sed iſta
manumiſsio ſerui dotalis retractari nō poteſt, quo-
niam libertas ex quo ſemel incœpit cōpetere, non
debet auferri, vt l. j. C. de ma. vindi. & l. j. C. ſi aduer.
liber. Quæ iura ad hoc allegat Salicetus in dicta l.
j. C. de ſer. pigno. da. ma. facit l. ſi ex cauſa. §. ſina.
cum l. ſequen. ff. de minoribus. & Inſtitu. qui & ex
quibus cauſis. §. ſemel autem. ſecus eſſet in vltima
voluntate, per dictam l. ſeruum qui ſub conditione.
Quod ſecundum Paulum de Caſtro operatur fauor
quaſi contractus. Ad quod facit id quod habetur in
l. quidam ita teſtamento. §. ſi quis filium. ff. ad Tre-
bellia. & iſtam opinionem coadiuuat textus huius
regulæ cum ſua glo. & ita videtur tenendum. Gloſ-
ſa hic tandem allegat fallentias, in quibus fallit hęc
regula, quas videatis. Et licet non aſsignet rationes
fallentiarum, dicite, quòd in multis fallit regula Ca
tonis, vt ſ. de regula Catoniana. & notatur per glo.
in l. generaliter. §. ſi homini libero. ff. de fideicom. li-
berta. Facit quod habetur in l. inter ſtipulantem. §.
ſacram. ff. de verbo. oblig. vbi dicitur, nec ciuile, nec
naturale eſſe, caſum atq; fortunam liberi hominis
ſpectari. Accedat quod habetur in l. ſi in emptione.
§. liberum. ff. de contrahen. empt.

Summarium.

1 ☞ Agere quando quis posſit pro alio ſine manda-
to. & nu. 2. 3. & 5.
4 Tutor quid agere debeat antequam adminiſtret.

Nemo alieno nomine lege agere poteſt.

OFFICIVM ſimplicis ne
gotiorum geſtoris eſt tale,
quod non dat potentiam
agendi vel mouendi actio-
nes ſine mandato illius cu-
ius nomine negotia gerun-
tur, vt l. tutori. C. de nego-
tijs geſtis. cum ibi notatis
per Doctores. & l. ſi pupil-
li. §. videamus. hic allegato per gloſſam, verſiculo,
quanquam enim. ſ. illo titulo. quæ etiam allegat l.
ſi filius. C. de dona. vbi non valet. nec tenet donatio
rei alienæ, ſine conſenſu illius ad quem pertinet. Fa
cit l. nemo plus iuris. vbi videte quæ fuerunt ibi reci
tata, & l. id quod noſtrum. ſ. iſto tit. & c. nemo plus
1 iuris. extra eo. ti. lib. vj. † Gloſſa hic opponit de plu-
ribus legibus, & ſoluit per fallentias. Primo de l. j. ij.
& iij. ff. de libe. cau. quibus addi poteſt l. benignius.
eodē titulo. vbi in cauſa liberali permittitur perſo-
nis coniunctis litigare, agere, & defendere pro alio,
etiam ſine mādato. Et hoc eſt quia propter coniun-
ctionem ſanguinis tāgere videtur cauſa ſuum pro-
prium intereſſe, vt ibi dicitur. Item fallit hæc regu-
la in l. non tantum. ff. de appella. vbi cuilibet etiam
non coniuncto permiſſum eſt appellare pro eo qui
ducitur ad ſuſpendiū, quamuis inuito illo appellet.
& licet appellantis non videatur intereſſe, quod vi-
debatur contra l. à ſententia. in princ. eo. tit. & l. j. in
princ. ff. de appel. recipi. vel nō. & c. cum inter R. ſe-
niorem. de elec. Sed vt dicit Bart. in alleg. l. non tan-
tum. quamuis non interſit dicti appellantis pecu-
niariter, ratione tamen officij & humanitatis ſua
poteſt intereſſe, vt probatur in illo textu, vbi reddi
tur ratio per Dyn. quia homo rei publicæ naſcitur,
& non ſibi tantum, vt l. j. §. & generaliter. ff. de ven-
3 tre in poſſeſ. mitten. † Item adducit iſta gloſſa aliam
fallentiam de l. legitimos. cum alijs iuribus ſubſe-
quenter allegatis, per quæ dicit tutores legitimos ſe
debere immiſcere adminiſtrationi tutelari, licet nō
4 dentur à iudice, ſed à lege. † Sed circa hoc dicite ſe-
cundum gloſſam j. dictæ l. legitimos. hoc eſſe verū,
aliquibus prius obſeruatis per ipſos, & ibi latius per
Bar. & Bal. & in l. tutores. C. de adm. tut. & per Bal.
in l. j. §. idem ſolent. ff. de offic. præfec. vrb. & pleniſ-
ſime recitaui in l. quò tutela redit. ſ. iſto tit. in verſi.
nunc aūt videndum eſt, quid incumbat tutori &c.
Inter enim requiſita per tutorem antequàm admi
niſtrationi ſe ingerat, requiritur ſaltem cōfectio in-
uentarij, vt l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut.
aliàs nō habet legitimā perſonā ſtandi in iudicio, vt
ibi, & dicta l. tutores. & l. ſi. C. arbitrium tutelæ. & re
5 citaui in alleg. l. quò tutela redit. † Poſtremò glo. hic
allegat l. j. C. de bonis mater. pro fallentia: quia ibi
nō ab homine, ſeu hominis mandato habet admini
ſtrationem à lege bonorū maternorū filij in ſua po
teſtate conſtituti, & tamen pro illis in iudicio agere
poteſt per ſe vel per procuratorē: ſed hoc eſt ratiōe
vſusfructus quem habet pater in dictis bonis filij ſui
à matre prouētis. Ideo dixit ibi Ange. q ſi pater in
dictis bonis nō haberet vſumfructū, non eſſet illorū
adminiſtrator, ſicut contingere poteſt in caſu auth.
excipitur. C. de bo. quæ libe. Et idē videtur voluiſſe
Bal. in l. ſi. illius tit. §. ſin autē in ſecūda. ver. vbi autē.
Ad quod facit quia in caſtrēſibus in quibus nil ac-
quiritur patri, filius habetur pro patrefamilias. &
eſt adminiſtrator ſuarū rerum, vt l. j. in fi. cum l. ſeq.
ff. ad Macedon Senatuſconſul. & l. ſi quis vxori. §.
j. ff. de fur. & l. iiij. ff. de caſtrenſi pecu. Aliqui mo-
derni cōtradicere videntur, allegantes pro ſua opi-
nione id quod habetur in l. filiusfamilias. ff. de pro-
curato. & l. ſed ſi vnius. §. idem Iulianus. ff. de iniur.
Ad quod poteſt dici, quòd in illis legibus licet actio
eſſet filij, veruntamen eo iure emolumentum erat
patris, exceptis tamen caſtrenſibus, vt dictis iuri-
bus. ſed in hoc cogitate.

Summarium.

1 ☞ Statutū ſit in inſtiti, & cōſuetudo cōtinuatione.
2 Præſcriptio formata & formanda.
3 Ordo ſolitus ſeruandus, & contra non ſeruantem
datur officium iudicis. & nume. 4.
5 Conſuetudo quando præualeat iuri poſitiuo.
6 Conſuetudo & præſcriptio differunt. & nu. 7.
8 Actus participes conſuetudinis, & præſcriptionis.
& numero 9.

Temporalis mutatio ius prouinciæ non innouat.

Iſtam

ISTAM regulam inuenio allegatam per Baldũ,
1 ad hoc, † quòd statutum sit
in instanti: sed consuetudo
sit cõtinuatiuè, quia debet
esse præscripta, vt ipse notat per istam regulam in c.
j. in fine suorum verborum.
extra de constitut. ipse etiã
eam allegat in l. ij. quarta oppositione. C. de serui-
2 tut. & aqua. † faciens differentiam inter præscri-
ptionem formandam, & præscriptionem forma-
tam. Et formatam vocat eam quæ cõsummata est:
formandam verò dicit eam quæ nondum consum-
mata est, sed adhuc est in fieri. Ad quod allegat no-
tata in l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de solutionib.
& text. huius regulæ. Istud idem videtur hic velle
glossa notanda, quæ dicit consuetudinem quam ser
uare consueuit legatus proconsulis super ingressu,
vel circa ingressum suæ prouinciæ per certã ipsius
partem, licet aliqua vice non fuerit obseruata, non
propter hoc dici drbet innouata, sed seruanda est,
sicut debet lex seruari. Nam talis proconsul debet
ingredi per loca consueta, & secundũ modum con-
suetum. Magni enim faciunt prouinciales suas sibi
consuetudines obseruari, vt l. obseruare. §. antequã.
versi. etiam hoc eum obseruare. ff. de officio procon
su. & lega. non obstante aliqua temporali & nõ for-
mata mutatione, secundum intentionem istius re-
gulæ sic declaratam in hac glo. & per Bal. & Albe.
in dicto §. antequam. Ideo dicit Panorm. in c. fina.
extra de consuetud. versic. sed quæro circa. quòd si
consuetudo sit completa & perfecta, vnicus actus
in contrarium non tollit illam, cum sit lex. allegat
3 istam regulam & eius glossam. † Quod in dicto §.
antequam. adducit Bal. in argumentũ pro proces-
sionibus & ordinibus earum obseruandis in illarũ
incessu, vt si consuetũ sit quòd frarres minores va-
dant ante prædicatores, qui primus ire consueuit,
ille primus ire debet, quod secundum eum facit ad
multa, vt etiam digniores altiori sedeant loco: & di
citur locus altior, qui propinquior rst domino, vt no
tatur per glo. Instit. de bono. possess. §. aliam autem.
super verbo Altiore. quæ alle. l. fin. C. de tyronibus.
lib. xij. in text. & glo. & ibi per Bar. & Iac. Rebuffi.
facit quod habetur in l. potioris. C. de offi. rect. pro-
uinc. Et not. Ioan. Fab. & post eum Ange. Aret. su-
per dictis tex. & glo. allegatis, Instit. de bono. posse.
4 † Quòd si quis minoris dignitatis non cedat existen
ti in maiori dignitate, in incedendo & sedendo, po
test implorari iudicis officiũ, vt ei inhibeatur. alle-
gant c. j. extra de maio. & obed. vbi in talibus pon-
deratur cęteris paribꝰ maioritas ex prioritate ordi
nationis & temporis. circa quod videte ibi Panor. et
Doc. & quod habetur in l. j. & ij. C. vt dign. ordo ser
uetur. li. xij. Videte Bal. in d. §. antequam. vbi dicit
quòd si nõ apparet consuetudo ordinis obseruandi
in pręmissis, superior debet assignare loca secundũ
qualitatẽ personarũ. Facit ad hoc ratio legis, & vir
tutũ pręmia. C. de stat. & imagi. vbi dicit tex. virtu-
tum honores debere tribui merentibus: & aliorum
honores alijs damnotum occasionẽ fieri nõ debere.
Quod alleg. Io. And. in sua glo. super c. in iudicijs.
extra eo. titu. lib. vj. & facit xj. q. iij. c. si quis verò. Et
circa honores istos tribuendos seruari debet consue
tudo patrię. ad quod facit l. viros. & l. probatorias.
C. de diuer. offi. & apparit. iudicũ. lib. xij. Vna enim
quæque prouincia suo sensu abundat, vt in c. certi-
ficari. extra de sepult. Ideo ibi notant Doct. ꝙ tam
iura cõmunia quàm priuilegia generaliter loquen-
tia debent sumere interpretationẽ à locorũ consue
tudine. l. cum de lanionis. §. asinam moledinariam.
ff. de fundo instruc. & instr. lega. & l. Labeo. ff. de su
pellec. leg. & c. ex literis. extra de spõsa. Imò secun-
dum Inno. in c. olim. extra de ver. signifi. qualiscũq;
dispositio sit, debet semper intelligi secundũ cõsue
tudinẽ loci, etiã contra propriũ significatũ verborũ.
Et ita etiã tenet Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. et
iure. vt recitat Panor. & sequitur in d. c. certificari.
in j. notabili. & alle. glo. ad quã remittit in c. nõnulli.
3 extra de rescript. † Verũ quoniã in principio supra
dictum fuit, ꝙ præscripta debet esse consuetudo, se
cundũ Bal. superius alleg. qui idẽ dicit in d. c. fi. de
cõsuet. per illũ tex. in fi. et ibi idẽ not. Panor. ꝙ cõsue
tudo præualet iuri positiuo, si est rõnabilis & præ-
scripta. Et ecõtrario, cõsuetudo ratione carẽs nõ de-
rogat iuri, quia cõsuetudo cũ sit quędã lex, debet ha
bere rationẽ in se, aliàs nõ est lex, vt iiij. di. c. erit aũt
lex. Ipse verò Panor. in alle. c. certificari. allegat Ho
sti. & Io. An. ibi mouisse quæstionẽ in casu illius de-
cretalis loquẽtis de canonica portiõe debita ecclesię
parochiali, occasione sepulturæ parochianorũ illiꝰ
alibi sepultorũ: quæ quanta sit, stari debet cõsuetu-
dini obseruatæ, vtrũ valeat cõsuetudo percipiendi
illã vsq; ad mediã, vel quartã, aut aliã portionẽ. &
Hosti. conclusit in summa eo. tit. §. an illicitũ. sub §.
vetus. prope fi. cõsuetudinẽ vltra dimidiã valere, dũ
modo sit præscripta. Et cũ illa opinione transit Io.
An. qui ideo dicit de cõsuetudine præscripta, quia
infra dimidiam vel quartã valet cõsuetudo, licet nõ
sit præscripta, & tũc sufficit tẽpus decẽ annorũ. Sed
quãdo debet esse præscripta, requiritur tẽpus quod
requiritur in præscriptione cõtra ecclesiam, scilicet
xl. ann. vt in c. de quarta. extra de præscr. Faciũt ad
hoc not. per glo. Io. An. in c. fi. sup verbo Cõsuetudo.
extra de cõsue. li. vj. Dicit tamẽ Panor. in d. c. certifi
cari. ꝙ ad esse cõsuetudinis nõ requiratur titulus, &
dicit illud nullo iure caueri, imò potius oppositũ, cũ
cõsuetudo sit quoddã ius moribus ex tacito populi
cõsensu introductũ, vt j. di. c. cõsuetudo. & l. de qbꝰ.
ff. de legi. vbi videri possunt Bar. Bal. & Alb. & In-
stit. de iure na. gen. & ci. §. ex nõ scripto. per Ange.
6 Aret. † Et differentia est secundũ prædictos Doct.
inter cõsuetudinẽ & præscriptionẽ: sicut enim in le
ge condenda non requiritur titulus, ita nec in cõsue
tudine. Id enim quod præscribitur, oportet esse ius
dispositũ, non disponens: sed inter legem & consue
tudinem non est differentia, nisi sicut inter tacitum
& expressum, vt alleg. l. de quibus. & illud quod di-
citur de consuetudine præscripta, intelligi debet
de consuetudine impropriè sumpta. & ita secun-
dum Panorm. intelligi debet id quod habetur per
glossam in c. non est, extra de consuetu. lib. vj. & ibi
7 Io. And. in nouella. † Ipse etiã Bal. in alleg. c. fi. de
cõsue. differentiã facit inter consuetudinẽ & præ-
scriptionẽ, quoniã, vt ipse dicit, cõsuetudo propriè

est de his quæ non possidentur vel quasi, sed præ-
scriptio de his quæ possidẽtur vel quasi. Ideo actus
hominum non dicuntur præscribi, & in eis non da-
tur titulus, nisi per priuilegium. Præscriptio verò re
quirit titulum, vel aptitudinem tituli: vnde quod
cum titulo non potest possideri, non potest præscri-
8 bi. † Quidam tamen sunt actus mistæ consideratio
nis participantes aliquid præscriptionis, & aliquid
consuetudinis, argu. l. venditor. §. si constat. ff. com-
munia præd. & C. de agrico. & censi. l. domini præ-
diorum. libro xj. Iura verò publica præscriptio non
vsurpat, quia præscriptio priuari iuris est, l. viam.
ff. de via pub. Ideo publicæ iurisdictiones non præ-
scribuntur. tamen vt dicit Bal. vbi supra, etiam pu-
blica consuetudine non acquiruntur, quia consue-
tudo publica res est sicut priuilegium, vt dicta l. vi-
ros. C. de diuer. offic. Facit quod notatur per Barto.
in l. si publicanus. ff. de publica. vectig. & commiss.
9 & per Cyn. in l. ij. C. quæ sit longa consuer. † Addit
Baldus quòd quidam sunt actus ex parte ante con-
suetudinem præscripti, qui causant actum in men-
te populi, qui habitus confirmatus appellatur con-
suetudo, quæ dicitur rationabilis, nisi sit à iure pro-
hibita, secundum Archid. viij. distin. c. frustra. Vbi
notabiliter dicit, quod in iudicio contradictorio nõ di-
citur cõsuetudo induci, sed cõfirmari, si sentẽtietur
esse consuetudinem, nec à sententia appelletur, ita
quòd postea ea allegata etiam inter alias partes
illam allegans obtinere debet, aliter non probata
consuetudine, quàm per dictam sententiam. & est
speciale quòd tunc res inter alios acta præiudicat,
vt dicta l. venditor. §. si constat. facit l. cum de con-
suetudine. ff. de legibus. secus si appellaretur à sen-
tentia, vt in c. cum causa. extra de re iudi. vel si iu-
dex per errorem aut corruptus pronunciasset, arg.
l. eum qui. § in popularibus. ff. de iureiuran.

Summarium.

1 ☞ Mutus an possit esse tutor.
2 Tutoris autoritas an expressa voce interponenda. & nume. 3. & 4.
5 Tutor si efficiatur surdus vel mutus, an desinat esse tutor. & nu. 6. 7. & 8.
9 Mutus & surdus an possint facere testamentum & ingredi religionem. & nu. 10.
11 Mutus quomodo adeat hæreditatem. & nu. 12.
13 Furiosus an habeatur loco absentis. & nu. 14.
15 Furiosus non potest facere testamentum nisi tempore dilucidi interualli.
16 Testamentum factum à furioso, an præsumatur factum tempore dilucidi interualli. & nu. 17.
18 Furiosus nec religionem ingredi, ne testari, nec baptizare, nec baptizari potest.

Vbi non voce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest videri respondere: idem in surdo. Hic quidẽ respondere potest, furiosus absentis loco est, & ita Pomponius libro epistolarum scribit.

De tribus personis loquitur
hæc regula, scilicet muto,
surdo, & furioso. Et quo
ad mutum & surdum in
glossa ponitur duplex ca-
sus. primus est, quòd intel-
ligatur in venditione & si-
milibus contractibus, de
quibus loquitur l. in omni-
bus rebus. ff. de actionib. & oblig. quem intellectum
reprobat glo. quia in illis non requiritur præsentia,
quoniam inter absentes, per literas, aut epistolam
vel nuntium contrahi possunt, vt l. consensu. eodem
tit. & l. j. §. fin. ff. de contrahen. empt. cum notatis ibi
per Salicetum & Albe. de quo dictum fuit plenissi-
mè in l. nemo potest mutare. xvj. charta. versi. nunc
1 reuertamur vnde discessimus. ẽ. isto titulo. † Ideo
glossa dicit hanc regulam secundum intellectum
Ioan. declarandam esse in tutore. Et, vt dicit ista
glossa, tutoris præsentia est, vt pupillus obligetur,
per §. penult. Institu. de autorit. tutorum. non tamẽ
exigit vt loquatur tutor. ergo secundum hoc mutus
cum intellectum habeat, potest esse tutor. Sed con-
tra hoc facit, quia tutor debet autoritatem interpo
nere in negotio pupilli, quod illi videt scilicet pro-
desse, & nõ obesse, aliàs diceretur spoliator pupilli.
primum probatur in dicto §. penultimo. Secundum
in l. qui fundum. §. si tutor. ff. de vsucapi. autoritas
autem tutoris per semetipsum debet interponi, nõ
per nuntium vel epistolam, quia, vt dicit Angelus
Aretinus in dicto §. penultimo, quæ per epistolam
aut nuntium geruntur, geri dicũtur fictè, & non im-
mediate per gerentem, vt l. quod autẽ. in fin. ff. de
constitu. pecu. & dicta l. consensu. de actio. & oblig.
& allegat l. j. in fine. ff. de contrah. empti. & l. mul-
tum. cum ibi notatis. C. si quis alte. vel sibi. Ideo mu
tus nõ potest esse tutor, quia autoritas tutoris inter-
poni debet verbis expressis & specificis, nec satis
esset, quòd tutor esset præsens & taceret. & allegat
dictus Ang. de Aretio, ita tenere glossam & Barto.
in l. j. in fin. & l. etiam. ff. de autoritate tutorum. &
Barto. atque Ange. de Perusio, & Ioan. de Imola
in l. gerit. in fine. ff. de acquir. hæreditate. in fin. aliàs
nisi requireretur loquela, mutus posset esse tutor. quod
non videtur verum, vt l. j. §. fin. ff. de tutelis. sicut di-
citur in stipulatione vbi requiruntur verba de sub-
stantia, vt l. j. in princ. ff. de verbo. obliga. cum ibi no
2 tatis. † Allegat etiam ipse Ange. Aretinus, vbi su-
pra, Innoc. in c. cum cõsuetudinis. extra de consue-
tudine. dicentem, quòd autoritas tutoris debet esse
facta formaliter, prout verba sonãt, videlicet, sum
autor huic negotio, vel id autoritate mea compro-
bo: nec sufficit quòd dicat, & ita consentio, vel con
sensum præsto, & similia. Et hoc sequitur Ange-
lus de Perusio in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de
3 acquiren. hæreditate. † Ibi tamen Ioann. de Imola
non consentit ei quod dicit Innocen. in dicto c. cum
consuetudinis. nec Ange. de Perusio, scilicet quòd
debeat formaliter interponi autoritas, prout verba
sonant, quia illi dicto videtur obstare dicta l. etiã.
quæ dicit sufficere quòd tutor consentiat, etiã non
interrogatus, actui qui geritur, quia præsentia eius
& scientia sufficit, vt l. impuberes. & l. nõ multum.
eod. tit

eodem tit. quod etiam vult hic noſtra glo. & vt dicit
dictus Io. de Imo. in dicto §. iuſſum. in fi. licet Inno.
dicat tutorẽ debere autorari, prout verbum ſonat,
& etiã loqui: aliàs nõ ſufficeret cõſenſus, vt dicto §.
mutus. in fi. hoc debet ſecundum eundem de Imola
intelligi, ſi interponatᷣ autoritas ex interuallo, aliàs
ſufficit conſenſus, qui aliàs ſufficeret ſi exigeretur
conſenſus, & non autoritas, per illud quod habetur
in l. fin. C. ad Macedo. cum ſimilibus. Et iſtud putat
Ange. Aret. in dicto §. penul. Inſti. de auto. tut. fore
verius, per ea quæ habentur in l. præſes. C. de ſen. &
interlo. om. iudi. & l. in ſumma. ff. de re iudic. credit
tamen, ꝙ opinio Inno. & Ange. ſeruaretur in pra-
4 ctica propter eorum autoritatẽ. † Ipſe autẽ Ange.
Areti. in §. actionum. ſuper verbo, tutelę. Inſtitu. de
acti. verſi. xliij. dicit non valere autoritatem tutoris
factã ſignis, nutibus, humeris, capite, vel tacita ap-
probatione, etiam ſi ſit præſens, & non cõtradicat.
Imò oportet & neceſſe eſt eũ approbare loquendo,
vt tenet glo. in dicta l. etiam. & ibi Bar. & in dicta l.
gerit. licet gloſſa huius legis, quam allegat dictus
Ange. de Are. cõtrarium teneat, ſed male ſecundũ
eum, ſequendo Inno. in dicto c. cum conſuetudinis.
& Ange. in dicto §. iuſſum. licet Ioã. de Imo. ibi te-
neat quod dictum eſt ſupra. & tãdem ſe reſoluit ad
intellectum Innocen. eo modo quo ſuperius dictum
fuit & declaratũ, ſcilicet quòd tutor non poteſt au-
torari, niſi loquatur, vt l. j. in fi. ff. de auto. tuto. quod
verum eſt in actibus expreſsis, ſecus in tacitis, ar. l.
de quibus. ff. de legi. & ita tenet Bal. in l. mãdatum.
ij. colum. iij. oppoſitione. ver. alij dicũt. C. mandati.
Pau. etiã de Caſtro in dicto §. iuſſum. allegat Inno.
ſuperius allegatum. & contra eum dicit facere tex.
cum glo. in alleg. l. etiam. vbi voluit illa gl. ſufficere
verba, conſenſus. & ſic ſufficit dicere, quòd tutor cõ
ſenſit in contractu pupilli. quod ipſe dicit, intelli-
gendum ſi apparet, quòd in ipſo actu cõſenſit ante
vel poſt incontinenti, vt tunc habeat vim autorita-
tis: ſecus ſi ante vel poſt ex interuallo. & ita poteſt
ſaluari dictum Inno. videte fixè & tenete circa hoc
quod habetur per Bat. in dicta l. etiam. & Dy. in c.
5 qui tacet. extra iſto titu. lib. vj. † Deinde ſecundum
glo. hic, licet mutus non poſsit eſſe tutor, vt dicto §.
mutus. ſi tamen tempore, quo tutor eſſe incœpit, nõ
erat mutus, ſed poſtea fuit mutus effectus, non pro-
pter hoc deſinit eſſe tutor: quia vbi cauſa eſt in eſſe
perfecto, ea deficiente nõ deficit effectus, vt l. patre
furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. Vt enim
dicit glo. multa impediunt facienda quæ non diri-
munt iam facta, vt ibi, & l. j. §. quamuis autem. ff. de
poſtulan. & facit c. cum dilectus. extra de ſponſali.
& quod not. per Dy. in c. factum legitime. extra iſto
tit. lib. vj. Circa quẽ articulum videte Albe. in dicta
l. patre furioſo. & Bar. & Ioan. de Imola in l. pluri-
bus. §. & ſi placeat. ff. de verborum obligatio. & quę
recitaui in l. in ambiguis pro dotibus. §. non eſt no-
uum. ſ. eodem titulo. & Baldũ in l. ſi Gaudentius.
6 C. de contrahenda emptione. † Gloſſa tamen in di-
cta l. j. §. ſurdum. in fine. ff. de tute. tenet, quòd ſuper-
ueniens vitium in tutore extinguit tutelam, etiam
ipſo iure: quia licet textus in l. vnica. C. qui morbo.
dicat tutorem excuſandum propter illud vitium,
illa excuſatio dicitur impropriè. & illam gloſſam
ſequitur Bartolus in dicto §. ſurdum. quod Saliceto
poſt gloſſam in dicta l. vnica, non bene placet, quem
allegat & ſequitur Angelus Aretinus, Inſtit. de ex-
cuſa. tut. §. item propter aduerſam. Quoniam licet
admittatur excuſatio à tutela propter ſuperueniẽs
vitium, vt dicta l. vnica, & l. poſt ſuſceptam. ff. de ex
cuſa. tutorum. non tamen ipſo iure finitur tutela,
ſed dicitur, quòd poteſt ille mutus, ſurdus aut vale-
tudinarius illam deponere, quod voluit iſta gloſſa.
Bartolus tamen, vt dixi vbi ſupra, ſequitur gloſſam
aliam iſti contrariam, quæ poteſt ſuſtineri per tex.
l. complura. ff. de tutel. vbi dicitur quòd in locum
furioſi, muti, vel ſurdi tutoris alij tutores dẽtur. Et
ad allegationem iſtius gloſſæ quando dicit non di-
rimi facta, quæ propter impedimenta fieri erant
prohibita, per iura quæ allegat, dici poteſt, vt di-
ctum fuit in dicto §. non eſt nouum. ſ. eodem titulo.
quòd illud poteſt procedere, vbi non eſt eadem ra-
tio impedimenti in contractis & contrahendis. Sed
vbi eſt eadem ratio impedimenti, vtroque tempo-
re, & eadem poteſt abſurditas reſultare, dirimun-
tur facta quæ fieri prohibebantur, vt notatur per
Bartolum & Doctores in dicta l. pluribus. §. & ſi
placeat. ff. de verborum obligationib. & Albericus
poſt Pet. in dicta l. patre furioſo. & l. cæcus. ff. de iu-
dic. Sed ſicut qui mutus erat ante tutelam ſuſce-
ptam, impeditur ne illã ſuſcipiat, ea ratione, quia
autoritatem loquendo præſtare non poteſt, vt di-
cta l. j. §. mutus. illa eadem ratio durat poſt ſuſce-
ptam tutelam, & impedit ne tutor autorare poſsit
loquendo, prout eſt requiſitum. Nec obſtare vide-
tur l. impuberes. ff. de autoritate tutorum. quia illa
loquitur de taciturnitate impuberum, non autem
tutorum, qui debent loqui, vt fuit ſuperius allega-
7 tum. † Circa tamen hanc contrarietatem gloſſarũ,
ſi plus vultis, cogitate. Mihi autẽ plus placet alte-
rius gloſſæ opinio cum approbatione Bartoli, per
ſtatim allegata. Et quod hic dicitur de muto, dici
debet de eo qui articulate non loquitur, quia habe-
tur pro muto: ſed ſi loqueretur balbutiendo, ita
etiam quòd cum difficultate intelligatur, non ha-
beretur pro muto, & poſſet etiam ſtipulari, vt no-
tatur per gloſſam in l. mulier. ff. de verborum obli-
gationib. & facit ad hoc textus in l. diſcretis. C. qui
teſtamenta face. poſſ. ibi dum dicit textus, ſi enim
8 vox articulata &c. cum ibi notatis. † Et quæ dicta
ſunt in muto, habent locum & procedunt in ſurdo,
vt hic ſubiungitur in textu & gloſſa. Dicitur autem
ſurdus, qui penitus nõ audit: ſed qui audit cum ma-
gna difficultate dicitur ſurdaſter, ſecundum Docto
res in dicta l. diſcretis. & per gloſſam in l. finali. ff. de
legiti. tute. & Ioannes de Imola in l. j. in principio.
9 ff. de verborum obligation. † Sed habentes bonum
intellectum mutus & ſurdus teſtamentum facere
poſſunt, ſecũdum ea quę habentur in dicta l. diſcre
tis. Iure autem antiquo, ſiue eſſet mutus tantum, ſi-
ue ſurdus tantum, ſiue vterque eſſet, ille defectus
perſonæ naturalis ſiue accidentalis, non poterat fa
cere teſtamentum ſine permiſſu principis, vt l. qui
in poteſtate. §. ſurdus. & l. ſequen. ff. de teſtamentis.
Hodie verò poteſt teſtari, ſi ſciat ſcribere, etiam ha-
bens vtrunque defectum: quia ille defectus, vt di-
cunt Doctores, iudicari debet accidentalis, quia ſi

naturalis foret, neſciret ſcribere diſcretè. Poteſt
ètiam teſtari ſurdus, ſed non mutus, datoquòd ſcri-
bere neſciat etiam ſine permiſſu principis. Et idem
ſi ſit mutus naturaliter, ſed non ſurdus, dummodo
ſciat ſcribere, & hi in tribus iſtis caſibus teſtari poſ
ſunt habentes ſanum intellectum, vt patet in textu
allega. l. diſcretis. poſſunt etiam dicti ſurdus & mu-
tus ſe gerere pro hærede, vt l. mutum. ff. de acquiren
da hæreditate. & hoc ſecundum Doctores ibi, ſi ha-
beant intellectum: aliàs non poſſent ſine curatoris
autoritate, per quam debent regi, vt l. ſi ſeruo inui-
to. §. ſi pupillo. ff. ad Trebellia. qui eſt ſingularis ſe-
cundum Ioannē de Imola in dicta l. mutum. & ibi
10 Barto. & Baldus. † Et eodem modo poterunt dicti
mutus & ſurdus habentes perfectum intellectum,
ingredi religionem, per iſtam regulam, quam ibi
11 allegat dictus Ioan. de Imola. † Aditio autem hæ-
reditatis, & ingreſſus religionis quomodo declara-
bitur ſi quæratur, dicite quòd per verba declarari
poteſt quantum cōcernit ſurdum, ſed non mutum.
Poteſt tamen per facta ſua & ſigna declarari, vt po
teſt videri per Bartolum in allegata l. mutum. ad
quem ibi remittit Ioannes de Imola. & ad Ioannē
Andr. in additionibus Specul. titulo de ſyndico. §.
j. verſiculo, item quòd in inſtrumento. & ſecundum
Bartolum & Baldum in dicta l. mutum. notarius,
qui ſumpſit notam inſtrumenti dictæ aditionis hæ-
reditatis, ſi intelligat ſecreta muti, ſcribere poterit
aditionem hæreditatis nutu factam per mutum, vt
l. nutu. ff. de legatis. iij. & ſufficiet ſcribere effectum
iuris, nec habet neceſſe notarius ſcribere omnia ver
ba contrahentium vel actus. Ad quod facit l. ſcien-
dum. cum ibi notatis. ff. de verborum obligationib.
& quod notatur per Bartolum in dicta l. j. §. finali.
ſ. eo. titu. Vbi verò non intelligit notarius per ſe di-
cti muti ſecreta, poterit adhibere conſanguineos,
affines, & vicinos, qui mutum intelligunt, & cogno
ſcunt ſigna ſua & actus, & ſcribere debet quòd ipſe
certificatus per illos, tanquam per interpretes vidit
illum mutum facientē ſigna & nutus, quibus oſten-
debat ſe velle eſſe hæredem, & adire hæreditatem.
Debet etiam ſecundum prædictum Baldum ipſe
notarius deſignare modum & qualitatem ſignorū
& actuum ipſius muti, vt quia fortè annuebat, incli
nando caput, eleuando manus, & illas ad ſuum pe-
ctus imponendo, vel ſimilia faciendo. Hæc narra-
bit in inſtrumento ſuo notarius, cuius officium non
eſt iudicare, ſed perhibere teſtimonium facti. Ideo
12 factum certum debet deſignare. † Teſtes etiam ſu-
per hoc deponentes producti, ſi ſint conſanguinei,
vel domeſtici ipſi muto, dicere poſſunt & deponere
ſimpliciter, ſe illum vidiſſe facientē ſigna & actus,
quibus ſignificabat ſe velle adire hæreditatē. Præ-
ſumuntur enim ſcire actus & conſuetudines muti,
per quos et quas ipſum intelligūt. facit ad hoc quod
habetur in l. octaui. ff. vnde cognati. & l. de tutela.
C. de in integrum reſtit. minorum. Extranei verò te
ſtes nominatim deponere debent de ſignis factis cir
ca hoc per mutum, vt quia viderunt eum oſtenden-
tem domum & res hæreditarias, & reſtringere poſt-
ea ad ſe brachia, propter quæ ſigna intelligebant
ipſum domum illam & res velle ad ſe pertinere. &
ita tranſeunt Bartolus & Baldus, qui addit pro hoc
notata in l. item quia. ff. de pact. & per gloſſam ordi
nariam in authentico, de hæredi. & Falcidi. §. ſi ve-
13 rò abſunt. collati. j. † Supereſt hic aliquid dicendum
de furioſo, de quo iſte textus dicit, quòd eſt loco ab-
ſentis. cui concordat l. ij. §. furioſus. ff. de iure codi-
cillorum. & dictum fuit in l. furioſi. ſ. iſto titulo. in
princip. vbi videte per me recitata, quæ non eſt ne-
ceſſe hic iterum recitare. Cōcordat etiam, quòd ab-
ſentis loco furioſus habeatur. l. ſed & ſi vnius. §. filio
familias. ff. de iniurijs. Sed contra facit l. ij. §. furio-
ſus. ff. de procuratoribus. vbi dicitur quòd furioſus
non habetur loco abſentis, cōtra iſtam regulam, &
iura ſuperius allegata. gloſſa verò in dicto §. furio-
ſus. & ibi Bald. ſatisfaciunt contrario. Pro cuius rei
intelligentia ſciendum eſt, quòd abſens poteſt con
ſtitui procurator, dum certus conſtituatur, vt l. j.
in fine. & dicta l. ij. in princi. ff. de procurato. conſti-
tutus verò in abſentia, debet ratificare mandatum,
ſi velit vti dicto mandato, vt dicta l. ij. in principio.
quæ ratificatio fieri non poteſt niſi ſciat ſe procura
torem. & ideo ſi conſtitutus procurator, antequam
ſciat ſe conſtitutum, aliquid de facto geſſerit, non
videtur geſtum à procuratore, vt l. quæro. ff. de eo
qui pro tuto. nego. geſſit. Qui tamen ſcit in abſen-
tia ſe conſtitutum procuratorem, videtur ratifica-
re, eo ipſo quòd ſibi traditur, & ipſe recipit inſtru-
mentum mandati, vt l. ſi filius. ff. ad Macedo. et no-
tatur per Bald. in dicta l. ij. ff. de procurato. et l. eius.
ff. ſi certum petatur. vide Ioan. de Imola in Clemē.
j. de procura. & Archidiacο, extra illo titulo. lib. vj.
in c. is qui. Furioſus verò ſecundum eundem Bald.
non poteſt haberi loco præſentis conſtitutus procu-
rator, vt poſſit acceptare mandatum, & etiam re
vera non poteſt in abſentia conſtitutus ratificare
mandatum, & ſic quo ad hoc non habetur loco ab-
ſentis, ſed potius mortui, vt dicit idem Baldus: ideo
non poteſt conſtitui procurator, nec tanquam præ-
ſens, nec tanquam abſens. quod etiā hic dicit gloſ-
14 ſa. † Vel ſecundum Alberi. in dicta l. ij. §. furioſus. ſi
furioſus ex abſentia debeat haberi pro conſentien-
te, non habetur loco abſentis, vt ibi. Sed ſi debeat ha
beri pro contradicente, tunc habetur loco abſentis,
vt hic, & in concordantijs allegatis. Quædam enim
requirunt conſenſum expreſſum, et in illis furioſus
non habetur pro conſentiente, vt alleg. §. furioſus.
Sed ſi requiratur tacitus conſenſus, furioſus tunc be
ne habetur pro non contradicente, vt l. ij. §. volun-
tate. ff. ſoluto matrimonio. ſecundum Albericum
15 vbi ſuprà, poſt Iacobum de Aretio. † Furioſus etiā
non poteſt facere teſtamentum, imò illud quod in-
choauit ante furorem, eo ſuperueniente vitiatur: va
let tamen teſtamentum tempore dilucidi interual-
li factum, vt eſt deciſio textualis in l. furioſum. C.
qui teſtamen. facere poſſunt. Et ratio colligitur ex
dicta l. furioſi. ſ. eodem titulo. vt ibi dixi. qualiter
probetur furor, & an poſſit furioſus delinquere, &
puniri tempore furoris de commiſſis tempore ſa-
16 næ mentis, quæ videatis ibi. † Quæritur tamē, quia
dictum eſt, valere teſtamentum furioſi factum tem-
pore dilucidi interualli: quid ſi non appareat quo
tempore factum fuerit, an ſcilicet furoris, vel dilu-
cidi interualli, quid erit præſumendum. Doctores
mouent quæſtionem iſtam in allegata l. furioſum.

Salicetus ibi, & quidam dixerunt, quòd si pateat
eum fuisse prius furiosum, præsumitur factum tem
pore furoris, & antiquus furor transfert onus pro-
bandi in illũ qui asserit non fuisse eũ furiosum tem-
pore conditi testamenti. Et ita notatur per glossam
in cap. finali. extra de successio. ab intesta. quam ibi
sequuntur Ioannes Andreas & Panormit. pro qua
adducitur cap. indicas. et ibi gloss. iij. quæstio. ix. &
17 alia glossa xvij. quęst. ij. cap. Gonsaldus. † Bartolus
autem in l. ij. ff. de bonorum possessione infanti, vel
furioso delata. non placet hæc opinio, & dicit non
præsumi furorem continuatum, etiamsi probetur
fuisse illum aliquando furiosum. Baldus verò in al-
legata l. furiosum. concordat opiniones, dicens,
quòd si tempus quo fit testamentum, vel actus ge-
ritur, sit remotum à tempore furoris, non est præsu-
mẽdum, semel furiosum semper furere: maximè si
probetur medij temporis qualitatem fuisse furori
contrariam, secundum Oldradum, quem allegat:
sed si tempus conditi testamenti, vel actus gesti, fue
rit vicinum furori, sit verior opinio contraria. Et
istam distinctionem etiam facit Ioannes de Imola
in dicta l. j. §. fina. ff. de verborum obligationib. Ad
quod adduci potest id quod habetur in l. si vetri. in
fine. ff. de priuileg. credito. & in cap. officij. extra de
election. & idem dicit Florianus in l. sed & si quen-
cunque. §. iniuriam. ff. ad legem Aquiliam. & Ioan
nes de Imola in Clement. vnica, de homicid. sed si
non constet eum aliquando fuisse furiosum, incum-
bit onus probandi asserenti furorem: quia quilibet
præsumitur sanę mentis, nisi probetur contrarium,
in l. nec codicillos. C. de codicil. Vult tamen Baldus
in antedicta l. furiosum. quòd etiam si à furore non
multum distat tempus facti testamenti, vel actus ce
lebrati, non præsumitur furor, si qualitas & dispo-
sitio illius actus præstet magis argumentum ad par
tem sani cõsilij, quàm furoris, vt quia quilibet sanæ
mentis non aliter ordinasset testamentum, vt quia
in eo continetur institutio filiorum, & legata pia,
vel similia. Ideo ipse Baldus recitat in capite j. per
quos fiat inuesti. post Ioan. And. in dicto ca. finali.
extra de successionib. ab intestato. quòd Senatores
Romani confirmauerunt testamentum cuiusdam
furiosi, eo quòd bene ordinauerat, filium suum hæ-
redem instituendo. Ita etiam legitur apud Vale-
rium Maximum libr. vij. cap. viij. Secus foret, si ali-
ter ordinasset exhęredando filium, vt lege, Titia. ff.
18 de inofficioso testamento. † Est tandem hic notan-
dum. quòd sicut furiosus non potest testari, ita non
potest profiteri religionem, vt in capite, sicut tenor.
extra de regularibus. nec contrahere matrimo-
nium, vt in cap. dilectus. de sponsalibus. Similiter
nec baptizare, vt j. quæst. j. cap. ecce. nec etiam ba-
ptizari, nisi in casu. capite, maiores. extra de ba-
ptismo. scilicet, quando ante furorem disposuerat
baptizari, vt hæc habentur in Clementina j. de ho-
micid. per glossam.

Summarium.

1 ☞ Reo in dubijs potius fauetur.
2 Actore non probante reus absoluitur.
3 Excipiendo an videatur quis confiteri. & numerõ
4. 5. 6. 7. & 8.
9 Dilatio reo potius datur, quanquam & actor ea-
dem vti possit.
10 Dilatione reo data si sit negligens, non curret etiam
datus actori terminus.
11 Dilationi sibi datæ an possit pars renuntiare aliq
inuito.

Fauorabiliores rei potius quàm acto-res habentur.

PLVRIBVS iuribus al-
legatis per glossam, veri-
tas huius regulæ demon-
stratur. Et primo allegat
§. commodum. Institu. de
interdictis. Commodius
enim est possidere, quàm
petere: et sic fungi partib⁹
1 rei, quàm actoris. † Quo-
niam in dubio contra petitorem pro reo pronuntia
bitur, vt ibi, & l. Arrianus. ff. de actionibus & obliga
tionibus. Quod determinat hæc regula. Simile dicit
Angelus in l. si quis intentione ambigua. ff. de indi.
quòd vbi exceptio ambigua proponitur per reum,
interpretanda est pro eo. Cauendum tamen est se-
cundum eum ibi, vt aptè proponatur. aliàs succum-
beret, vt in l. j. §. Labeo. ff. de fluminibus. & in cle-
men. fin. de appellatio. quia aliud est exceptionem
esse ambiguam, & aliud ineptam. de quibus videte
plenè Bartolum in l. j. ff. de exceptionibus. & Spec.
titulo de exceptionibus. §. viso. circa principium.
vbi in versicu. illud quoque. ad propositum istius
regulæ, dicit non esse ignorandum, quòd si reus pro-
ponat exceptionem peremptoriam, licet in illius
probatione defecerit, non tamen debet condemna-
ri, nisi actor suam intentionem probauerit. vt in c.
cum venerabilis. extra de exceptionibus. & sic fa-
2 uorabilior est reus quàm actor. † Alia enim regula
iuris hoc probat, quæ dicit, quòd actore non proban
te reus absoluitur, in l. qui accusare. C. de edendo.
l. finali. C. de rei vendicatione. in l. actor. C. de pro-
bationibus. in §. quod autem. Institu. de legatis. &
in cap. fina. extra de iureiurando. & cap. exceptio-
nem. cum ibi notatis per Dynum extra isto titulo.
lib. vj. & Doctores in l. si quidem. C. de exceptionib.
3 & Baldus in l. alia. C. de his qui. vt indign. † Vbi no
tabiliter dicit, quòd reus excipiens simpliciter con-
tra actorem aliquid tendens ad ipsius actoris repul
sionem vel exclusionem, non videtur confiteri, nisi
hoc solum quo aduersarius possit excludi, ad quam
exclusionẽ tendit exceptio: quia excipiens intẽdit
priuare habitũ, si quis sit, & prorsus remouere acto-
rem, & non intendit se astringere, nisi sub tacita cõ
ditione, si actor probauerit suam intentionem, per
iura superius alleg. Ad quod videte Barto. in l. non
vtique. ff. de excep. & ipsum Bal. post glo. in l. si fi-
lium. C. de libe. cau. vbi glossa dat tutiorem doctri-
nam, vt reus cõuentus super mutuo, proponat ex-
ceptionem suam, negatione præmissa, vtputa di-
cendo, non mutuasti: & si mutuasti, solui: & sic de

similibus. quod etiam colligitur ex glossa dictæ l.
non vtique. & l. siquidem. & dicto cap. cum venera-
4 bilis. extra de exceptionibus. † Hic tamen articu-
lus, an excipiendo simpliciter quis videatur confi-
teri, habet instantiam Doctorum in pluribus locis,
ex quorum dictis considerari possunt aliqui casus.
Primus est, quando proponens exceptionem pro-
ponit eam negatione præmissa, vel sub conditione:
& sine dubio qui proponit eam, non videtur confi-
teri, secundum glossam in dicta l. si filium, & alle-
gata l. siquidem. & ibi Doctores, & in allegato cap.
5 cum venerabilis. † Secundus casus est, quando reus
confitetur intentionem actoris, sed contra eam op-
ponit exceptionem: vt quia confitetur mutuum,
sed allegat pactum de non petendo: quo casu actor
fundare se potest ex tali confessione, & succumbet
reus, nisi probet exceptionem suam, per ea quæ ha-
bentur in dicta l. siquidem. secundo responso. & ibi
Cynus & Doctores. & l. exceptionem. C. de proba-
tionibus. & facit cap. præterea. ij. extra de transa-
ctionibus. & capite, ex parte decani. extra de re-
scriptis. Quod verum intelligunt Doctores, præ-
sertim Benedictus de Benedictis in dicto cap. cum
venerabilis. quando factum, ex quo oritur exce-
ptio, processit ex interuallo à facto, ex quo oritur
actio: quia cum censeantur esse diuersa capitula,
potest vnum acceptari, quod facit contra reum, &
aliud negari. Ad quod facit l. Publia. ff. depositi.
Secus si actio & exceptio eodem tempore oriren-
tur, vt si actor petat centum sibi promissa, reus con-
fitetur, sed sub conditione, vel in diem fuisse pro-
missa: oportet enim tunc vtrunque, vel acceptari,
vel negari, ex quo eodem tempore facta dicuntur,
vt voluit vna additio glossæ, quam quidam habent
in dicta l. siquidē. & Bartolus in l. Aurelius. §. idem
quęsijt. ff. de libe. lega. & Ioannes de Imola in sæpe
dicto capit. cum venerabilis. & facit quod habetur
per Bartolum in l. inter stipulantem. §. j. ff. de ver-
6 borum obligation. † Tertius casus considerandus
est. quando reus simpliciter excipit. in quo conclu-
dit glossa in sæpedicto cap. cum venerabilis. quòd
non intelligitur excipiens aduersarij intentionem
confiteri, quoniam verba exceptionis ad merum fa-
ctum possunt referri. Imò in dubio sunt intelligen-
da, & interpretanda in fauorem rei excipientis, ar
gu. huius regulæ, & dictæ l. si quis intentione am-
bigua. ff. de iudicijs. & hoc apertè tenet Innocen. in
allegato cap. cum venerabilis. & glossa apertius in
dicto cap. exceptionem. extra eodem titulo. lib. vj.
& Specu. in dicto §. viso. versi. illud quoq;. Sed glos-
sa in allegata l. non vtique. tenet contrarium, scili-
cet quòd sic simpliciter excipiens videatur confi-
teri, ita quòd per hoc videatur esse actor in proba-
tis. Et hanc opinionem tenuit Dynus in dicto cap.
7 exceptionem. † Barto. autem in dicta l. non vtique.
pro concordia opinionum distinguit, quòd si actor
ex toto neget exceptionem simpliciter oppositam
per reum, nō potest tunc actor se fundare super di-
cta exceptione, quasi per illam videatur reus acto-
ris intentionem confiteri. Ad quod allegat l. cum
de indebito. ff. de probatio. & per illud quod habe-
tur in c. ex eo non debet. extra isto titulo. libro vj.
& per ipsum Bartolum in l. post legatum. ff. de his
qui. vt indignis. & ita procedat prima opinio. sed si
ex toto actor non neget exceptionem seu factum,
vt quia non negat pactum de non petendo, vel solu
tum oppositum, sed negat ius, quia dicit inualidum
ratione minoris ętatis, vel alterius iust; causæ, actor
tunc se fundare poterit ex ipsa exceptione, per l.
quoniam. ff. de his qui notan. infamia. & sic secun-
dum Bartolum procedat alia opinio. Sed istud vlti-
mum nō probatur bene per dictam l. quoniam. quæ
loquitur in paciscente vel transigente, non autem
in excipiente. Et videtur esse ista opinio contra tex-
tum dicti c. cum venerabilis. Ideo secundum Cano-
nistas ibi videtur indistinctè dicendum, quòd reus
simpliciter excipiendo, non videtur actoris inten-
tionem confiteri, nec dictus actor potest se fun-
dare super dicta exceptione. Et ita tenere videtur
Baldus in antedicta l. alia. C. de his qui. vt indignis.
& Antonius de Butri. Ioannes de Imola, & Panor.
in dicto cap. cum venerabilis. per illum textum, &
per dictam regulam, exceptionem. & allegat l. non
vtique. qui textus indistinctè loquitur, literam non
8 cauillando. † Quod tamen fallit secundum dictum
Anto. de Butrio, quando actor vellet intentionem
suam fundare super facto, quod est in exceptione
inclusum, prout est in iuris effectu: vt si agatur ex fa
cto irrogante infamiam, & reus opponit de trans-
actione: quia tunc videtur reus fateri factū, ex quo
infamatur, vt dicta l. quoniam. Quod nō placet Pa-
norm. quia dicta l. quoniam. vt dictum est, non lo-
quitur in excipiente, sed in transigente. Addit hic
glossa pro veritate huius regulæ concordantiam l.
cum te. C. de condicti. ob turpem causam. vbi in pa
ri causa criminis vincit reus etiam tractans de lu-
cro, vt ibi dicit Baldus in summario. Nec obstat, se-
cundum eum, l. cum mulier. ff. soluto matrimonio.
vbi melior est conditio eius qui tractat de damno:
quoniam ipse respondet illud habere locū, nisi da-
mnum contingat culpa & facto illius qui agit ad
damnum, vt dicta l. cum te. vbi videte ipsum Bal-
dum, & Doctores. & in l. mercalem. eodem titu. hic
allegata per gloss. vbi agebatur de lenocinio com-
misso per maritum in personam vxoris, qui exige-
re conabatur pecuniam pro illo turpi facto stipula
tione promissam nondum solutam: & repellitur a-
gens ad illam, etiam iudicis officio. Sed excipiens
contra repetētem qui illā soluerat, non cogitur re-
stituere illi, licet esset cōfessus lenociniū, vt in d. tex.
probatur: & sic fauorabilior est reus, quàm actor,
per istam regulam, & l. in pari causa. infra isto titu.
Vult tamen ibi Baldus, quòd illa confessio mariti
lenonis valet ad instruendum iudicem, vt possit for
mare inquisitionem contra illum, & probationem
per confessionē antedictam, non vt ex ea sola illum
condemnet, cum super hoc non sit formata vel fun-
data instātia. Ad hoc facit quod notatur in l. nullū.
C. de testibus. ideo in dicta l. mercalem. Imperator
non processit ad puniendum lenonē vxoris suæ ma
ritum, quia ibi iudicium ad hoc non erat ordinatū,
secundum eundem Baldum. Ad quod optimè facit
id quod notatur per Innocen. in c. afferte. extra de
præsumptio. vbi licet sapientissimus Salomon iusse
rit ex violentissima præsumptione filiū, super quo
litigabat inter duas meretrices, restitui matri suę,
aliam

aliam tamen mulierem surripientem non conde-
mnauit de plagio, vt legitur ij. Regum iij. capite:
9 quod est notandum. † Vlterius glossa hic allegat ad
probationẽ istius regulæ, illud quod habetur in ma-
teria dilationũ dandarum in iudicijs, vt in l. si quan
do. C. de dilati. & l. petendæ. C. de tempo. in integ.
restit. petendæ. & l. finali. ff. de feri. in dicta enim l. si
quando. actor qui impetrauit rescriptum, non de-
bet habere dilationem ad illud rescriptum produ-
cendum. Reus verò in hoc fauorabilior est, quia de-
bet habere dilationem ad contradicendum illi im-
petrationi, & illam impugnandum. Quærit tamen
ibi Baldus vtrum in termino dato parti reæ super
impugnatione rescripti posit actor inducere pro-
bationes ad coadiuuandum & sustinendum rescri-
ptum. Et respondet quòd sic, quoniam dilationes
datæ sunt communes, vt dicta l. petendæ. est enim
in dilatione concessa par causa actoris & rei, quia
omnis dilatio est communis. Ad quod illa l. peten-
dæ. semper consueuit allegari. Dicit tamen Alberi.
in dicta l. si quando. quòd glossa ibi videtur intelli-
gere actori impetranti rescriptum ad extraordina
rium iudicem, nõ debere in tota causa dari dilatio-
nem ad probandum de iure suo. Sed Gofre. in sum-
ma, extra eodem titulo. vltra medium. & Cynus, &
ipse Alberi. aliter intelligunt, videlicet, quòd non
detur impetranti actori dilatio præparatoria, sed
ad probãdum de iure suo sibi debet dari, quia esset
iniquum sibi denegare. In dilationis mora tamen
actor facilius reprehenditur, quàm reus, quoniam
actor habet in potestate quando posit litem reo
mouere & inferre, quod reus non habet, vt dicit tex
tus in dicta l. petendæ. & in l. purè. in fine. ff. de exce
ptione doli. Sic etiam si reus tardè opposuit exce-
ptionem suam, nec probauit in tempore opportu-
no, ipsi petẽti actori dari debet dilatio ad suam re-
plicationem probandam, secũdum Bal. in allega-
ta l. petendæ. quia eadem in hoc est ratio in actore,
quæ in casu præcedenti est in reo, cum non sit in po
testate actoris quando replicare debeat, nisi post-
quàm reus exceperit, seu proposuerit suã exceptio
nem. Ad quod allegat Baldus post Iacobum Butr.
l. si cum ipse. ff. de excusation. tutorum. & l. fina. C.
10 de adulte. † Addit etiam Baldus in dicta l. finali. ff.
de ferijs & dilationibus. quòd si reo assignatus esset
terminus ad respondendum positionibus actoris,
interim non currit tempus assignatũ actori ad pro-
bandum, quandiu ipse reus est in negligẽtia respon
dendi, vt de hoc allegat esse glossam ordinariam in
Clementin. sæpe. de verborum significatione. super
verbo, post dationem. quę incipit, Si verbum, quam
dicit esse perpetuo notandam. Ad hoc etiam ean-
dem glossam allegat Baldus in allegata l. sicũ ipse.
vbi dicit, quòd donec pendet terminus datus aduer
sario ad respondendum positionibus, non currit ter
minus ad probandum probare debenti easdem po-
sitiones, quia impeditur facto aduersarij non re-
spondentis, vt debuit, quoniam ante suam respon-
sionem ignorat is qui probare debet, quid sibi in-
cumbat probandum, per illam glossam. Vult tamẽ
dictus Baldus in l. quibus diebus. in principio. ff. de
conditionib. & demonstration. quòd ille impedi-
tus facto respondere debentis, debet cum solicitu-
dine & diligentia facere per iudicem cogi respon-
dere illum qui respondere debet, eo modo quo po-
test, per illum textum notabilem ad hoc, & in casi-
bus similibus facit quod notatur per Bartolum in l.
damni. §. Sabini. in fine. ff. de damno infecto. qui ad
hoc allegat l. j. C. de suscepto. & arca. lib. vj. & l. pla-
cuit. C. de fund. patrimo. lib. xj. Videte etiam de hoc
aliquid per Baldum in l. properandum. §. sin autem
vtraque. C. de iudicijs. & in authen. item si appella-
11 tione. C. de tempo. appellat. † Sed quærunt Docto-
res de tali quęstione: data fuit actori dilatio ad pro
bandum, qui nihil probauit: quod reus nesciens pro
duxit articulos continentes suam exceptionem, vel
defensionem, qui fuerunt admissi per iudicem ad
probandum, & sibi data dilatio, quæ dilatio cõmu-
nis est, per dictam l. petendæ. Reus verò postea sci-
uit, quòd actor nihil probauerat, & vult renuntiare
dilationi sibi datæ, ad hoc vt fortè actor non posit
probare: vtrum ista renuntiatio præiudicare posit
actori. In qua quæstione, vt refert Baldus in allega-
ta l. fina. ff. de ferijs. & dicta l. petendæ. duæ fuerunt
opiniones. Vna est communis opinio, quòd non po-
test tolli per renuntiationem rei actori ius quęsitum
ex illa dilatione, argu. l. fina. ff. de pact. & l. amplio-
rem. in princi. C. de appellati. & l. si post mortem. §.
fina. ff. de bonorum possessio. contra tabu. & l. iij. in
princip. ff. quod quisque iuris. Secunda opinio fuit
Bartoli, qui voluit re integra licitum esse reo pœni-
tere, & renuntiare illi dilationi, ea ratione, quia a-
ctor illud ius præfatæ dilationis cõsequitur ex per-
sona rei. Ideo illo iure vti non potest contra ipsum
reum, eo inuito, per l. si iudex circumuento. ff. de mi
nor. & l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusati. tuto.
Sed re non integra, vt quia fortè actor dederat arti-
culos ad probandum, & fecerat citari testes, nõ ad-
mitteretur pœnitẽtia rei, dilationi volentis renun-
tiare, argu. l. si pecuniam. in princi. ff. de condict. ob
causam. quæ distinctio de re integra vel nõ integra,
fuit etiam Iacobi de Aret. recitata per Cy. in ante-
dicta l. petendæ. quę non placuit ibi Baldo, nec in di
cta l. fi. dicenti veritatẽ esse, quòd postquam dilatio
est data, per illius dationem quæsitũ fuit ius vtriq;
parti, & ideo nõ potest vna pars iuri quæsito renun
tiare in pręiudicium alterius partis. Item dilationẽ
illam non habet actor ex persona rei solius, sed be-
ne ex facto rei & iudicis, & sic non est in potestate
solius aduersarij impedire ne vtatur iure sibi quæsi
to. Nec obstat dicta l. si iudex circumuento. quia lo-
quitur in beneficio restitutionis in integrũ, quod cõ-
petit iure speciali, propter quod habẽs illud ius spe
ciale potest ei renuntiare. Sed dilatio data reo fit cõ
munis actori sicut & reo, per ius commune, vt dicta
l. petendæ. Ideo illi iuri communi in præiudicium
alterius non potest renuntiari, vt alleg. l. si post mor
tem. §. fi. & argu. l. ne in potestate. ff. de arbi. & l. fi. ff.
de pact. & l. si partem. §. j. ff. quemadmodum seruit.
amittan. Sic etiam videmus facilius tolli priuilegiũ
quod est ius speciale, quàm ius commune, vt l. eius
militis. §. j. & ibi glo. ff. de testa. mil. Facit quod not.
per Inno. & Hostien. in c. ex cõquestione. extra de
restitu. spolia. Vult tamen Bar. in sæpedicta l. peten
dę. quem allegat & sequitur ibi Bal. quòd si reo vna
dilatio concedatur plus quàm actori, actor potest

illa vti, in illo scilicet articulo, super quo data fuit,
ita quòd vtrique parti licitũ est facere probationẽ
respectu illius articuli, id quod sibi expedit. Quan-
tum verò ad alios articulos nulla dicitur pendere di
latio: & sic non potest dici cõmunis: quia quod nul
lum est, non potest esse cõmune. Similiter habetur in
l. admonendi. ff. de iureiur. Dicire deinde in glo. quę
hic allegat pro concordantia huius regulæ l. duo iu-
dices. ff. de re iudi. quòd aptius ad illam facit l. inter
pares. cum ibi notatis per Doct. ff. de re iudi. Cæte-
ra clara sunt quæ dicuntur in glossa.

Summarium.

1 ☞Petitio hæreditatis cui & contra quem detur. &
numero 2.3.4. & 5.
6 Prædo quando dicatur etiam qui pretium nume-
rauit. & nume. 7.
8 Emptor an de voluntate venditoris censeatur pos-
sessionem adeptus. & nu. 9. & 10.

Nemo prædo est, qui pretium numerauit.

VMITVR ad cõtextũ
hæc regula, de l. etiam. §. si
quis sciens. ff. de pet. hęred.
ad quod hic allegatur per
glo. cum sua declaratione.
1 †Quoniam petitio hæredi
tatis directa datur contra
possidentẽ rem hæredita-
riam pro hærede vel ꝓ pos
sessore, vt l. regulariter. ff. eo. titu. & ista directa peti
tio hæreditatis secundum Alberi. & Doct. ibi datur
illi qui est hæres iure veteri vel nouo, ex testamento
vel ab intestato, vt l. j. eo. titu. & dicta l. regulariter.
2 & l. cogi. C. eodem titu. †Competit tamen hæc dire
cta quandoq; vtiliter in casibus specialibus, in qui-
bus datur contra titulo possidentem, vel illum qui
desijt dolo possidere, vt habetur in dicta l. etiam. §.
3 si quis absentis. & §. si quis dolo. † Quandoque autẽ
competit vtilis directo, vt illa quæ datur illi qui ha-
betur loco hæredis, vt in titulo ff. de bono. possessor.
hæred. pet. & de fideicommis. hæred. peti. Quia isti
non sunt veri hæredes, sed habentur loco hæredum,
vt Instit. de bono. possessio. §. quos autem. & l. & si
4 fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minori. †Directa
verò secũdum Doctores in dicta l. cogi. ideo dicitur
aliquando directò competere, & ideo dicitur dire-
cta directo, quia datur ex verbis & mente iuris, &
competit, vt dictũ est, contra possidentem pro hæ-
rede vel possessore: sed aliquando competit dire-
cta vtiliter ei qui est hæres ex testamento vel ab in-
testato, contra illum qui, vt dictum est, desijt dolo
possidere, vel obtulit se liti: quia tales fictione iuris
possidere dicuntur, quo ad hoc, vt dicta l. etiam. §.
item si quis dolo. §. non solũ. & dicto §. si quis sciens.
ideo ex mente legis datur vtiliter contra eos ac si
possiderent. Ad quod facit l. parem. infra isto titu-
lo. Emens autem, ad propositum huius regulæ,
scienter alienam hæreditatem, & mala fide, si pre-
tium numerauerit non est prædo, vt hic, & dicto §.
si quis sciens. tenetur tamen vtili petitione hæredi-
tatis, quæ, vt ibi dicit Angelus, debet per actorem
talis exprimi, aliàs in dubio videretur intentare di-
rectam, quæ actori nõ competit isto casu, quia reus
habet titulum, sed bene competit vtilis, quia ille ti-
tulus mala fide acquisitus, habetur pro non titulo,
quod vult Angelus vbi supra, quando ille titulus
non habetur vt singularis, sed in vniuerso, vt patet
in dicto §. si quis sciens. & in l. nec vllam. §. omnibus.
eodem titulo. Quando enim quis habet titulũ malæ
fidei in vniuerso, indistincte conueniri potest peti-
tione hæreditatis vtili, & ille titulus dicitur pro pos
sessore, vt dictis iuribus. Idem iuris est si haberet
emptor bonam fidem, sed titulum à fisco, vt in §.
Item si quis. in dicta l. etiam. sed quia prædo non
est talis emptor, qui pretium numerauit, directa
non conuenitur, sed vtili, secundum quod hic dicit
5 glossa. †Circa quod est aduertendum secundum Sa
licetum in allegata l. cogi. quòd sicut simplex pos-
sessio parit actionem in rem aduersario, vt l. vnica.
C. de alie. iudic. mutan. causa fac. ita qualitas pos-
sessionis potest parere petitionem hæreditatis, si
illa sit pro hærede vel possessore, per superius alle-
gata. Licet enim non detur regulariter contra pos-
sidentem, datur tamen propter qualitatem suæ
possessionis, vt si sit fur vel raptor, vt dic. l. nec vllã.
§. omnibus. & plenius per Angelum in dicto §. si
6 quis sciens. & §. sequen. † Addit etiam hic glossa
opponendo & soluendo, verum esse quod dicitur
in textu, prædonem non esse illum qui pretium nu-
merauit, nisi ipse emptor antequàm venditor illam
rem venditam tradiderit, possessionem ipsius inua
serit sua autoritate, per id quod habetur in l. si ex
stipulatione. ff. de acquirenda possessio. Vbi etiam
dicitur prædo qui pretium numerauit, quo ad hoc
scilicet, vt apprehẽsa per eum possessio dicatur in-
iusta, quamuis quo ad alios effectus aliquando non
censeatur prædo, vt l. eum qui. §. j. ff. de furtis. Qui
verò ex expressa voluntate vendentis acquirit pos-
sessionem, non est prędo, vt probatur in dicta l. si ex
stipulatione. à contrario sensu. Et idem est si ex ta-
cita voluntate vendẽtis illam acquirat, vt quia ven
ditore sciente, & non contradicente, possessionem
emptor adipiscatur, vt l. minus instructus. C. de ac-
quiren. posse. Contra hoc tamen videtur secundum
Albe. ibi facere tex. in l. qui vas. §. vetare. ff. de furt.
vbi tacens videtur prohibere. Sed respõdetur quòd
in dicto §. vetare. tacens ille non erat obligatus ad
tradendum, sed venditor obligatus est ad tradendũ
rem venditam, pretio recepto. Ideo vbi obligatur
voluntas contractus præcedentis hoc inducit, quòd
si eo sciente & tacente, emptor accipiat rei venditę
possessionem, non sit prædo, quia pretium numera
uit, vt in ista l. facit l. si à te. ff. si seruit. vendi. & l. fun
di. de acquiren. possess. & l. purè. §. si donati. cum ibi
7 notatis. ff. de except. doli. † Vbi verò contradicente
expresse venditore emptor adipiscitur possessionẽ
rei venditæ, etiam pretio soluto, prædo est, vt suprà
dictum fuit, quo ad hoc saltem, vt possessio dicatur
iniusta, per sæpedictam l. si ex stipulatione. Vbi Io.
de Imola recitat Raynerium de Forliuio dixisse &
tenuisse

tenuisse, q̄ si emptor soluerit pretium, & etiā ignorante
venditore adipiscatur possessionē, non dicitur
prædo, aliàs secus. Licet ibi Bart. transeat cum
hoc, quòd quando venditor etiam cui pretium est
numeratum, ignorat apprehensionē possessionis,
non sit licitum emptori illam apprehendere. Dicit
tamen ipse Ioan. de Imola, opinionem Raynerij
fore æquiorem. Allegatur enim dicta l. minus instructus.
secūdum Alber. ibi, quòd qui tenet aliquā
rem, in qua habet ius aliquod, præsumitur illam
tenere eo iure & titulo. Pro quo etiam facit l. meritò.
ff. pro soci. & ibi gloss. & l. fin. ff. de precar. & extra
de exceptio. c. cum venerabilis. circa medium.
Quod dicit Baldus in allegata l. minus instructus.
procedere, quando venditor patitur emptorē possidere,
quia ex illa patientia præsumitur ibi consensus
& traditio. concordat l. quædam mulier. ff.
de rei vendicatione. licet illa lex loquaꝛ quādo emptor
priusquam emeret, illam rem posidebat. facit
tamen ad hoc l. non solum. §. quod vulgò. suprà
de vsucapionibus. quæ loquitur in patientia venditoris
postquam vendidit, & præsumitur eius voluntas,
ex eo, quia præcessit causa, quare velle te-
8 netur. ¶ † Vbi autem non apparet an sciente vel
nolente venditore, emptor sit vel fuerit in possessione,
tenuit Oldrad. recitatus per Alber. in sæpedicta
l. minus instructus. quòd si emptor diu fuerit
in illa, præsumitur voluntas venditoris: secus si non
diu fuit in illa possessione, per id quod habetur in
l. qui in aliena. in princip. versiculo, sed si non adierit.
cum ibi notatis. ff. de acquiren. hæreditate. Sed,
vt ibi videri potest per Bartol. Baldum, Ioannē de
Imola, & Paulū de Castro, illa lex loquitur in alia
materia. ideo alij dixerunt allegati per Albericum
præsumi debere quòd volūtate venditoris ad tradendum
obligati sit ille emptor in possessione dictæ
rei emptæ pretio soluto per emptorē. Ad quod
facit dicta l. meritò. cum sua gloss. & quod not. in
l. pro hærede. §. j. ff. de acquirenda hæreditate. nisi
ex aliquibus actibus contrarium appareret, per l.
duo fratres. cum ibi notatis illo eod. titulo. & facit
vltra quàm dicat ipse Alberic. quia non requiritur
diuturnum tempus ad acquirēdum possessionem,
quæ momento potest acquiri, vt l. cum sponsus. §. fi.
ff. de publicia. not. per Inno. & Bal. in c. cū ecclesia
Sutrina. extra de cau. posses. & proprie. & Oldrad.
in quæstione secundū quotam meā cxxxij. & Bald.
9 in l. Barbarius. ff. de offi. præto. ¶ † Vel si vultis videte
in hac materia distinctionē Saliceti in l. nec ex
vera. C. de acqui. posse. vbi concludit, q̄ ille vim facit
& agit improbe, qui sine voluntate venditoris
ingreditur possessionem rei emptæ. Ideo possessio
vitiosa dicitur. non tamē committit furtū qui soluto
prius per ipsum pretio rem emptā capit, vt d. l.
eum qui. §. j. nisi cōtra voluntatē expressam venditoris
illā capiat, vt alleg. l. qui vas. §. vetare. vbi verò
interuenit expressa voluntas venditoris, possessio
emptoris est iusta, & non vitiosa, licet postea venditor
contradicat, vt l. iij. C. de pigno. & d. l. si ex stipulatione.
à sensu cōtrario. Et præsertim, si in contractu
venditionis venditor se constituerit nomine
precario emptoris posidere, vt cōmuniter fit in instrumentis
venditionū, vt notat. in d. l. minus instructus.
& l. ab emptione. ff. de pact. Sed, vt dictum est,
ex expressa contradictione ipsius venditoris. illa
apprehensa possessio per emptorē dici potest improba,
vt d. l. nec ex vera. cum sua glos. & l. fundi. in
10 h. ff. de acqui. posses. superius allegata. Quando autem
venditor non expresse dissensit, neq; expresse
consensit, quòd emptor possessionem rei venditæ
adipisceretur, sciuit tamen venditor, & tacuit, habetur
pro consentiente, cum esset ad illam tradendum
obligatus, vt sæpedicta l. minus instructus. Sed
si ignorauit venditor adeptionem possessionis factam
ab emptore, pretio rei per eum non soluto,
habetur venditor pro contradicente, & sic est improba
emptoris possessio. Quia priusquā solueret
pretiū ipsi venditori, nō tenebatur illā tradere, vt l.
Iulianus. §. offerri. ff. de acti. emp. & vend. & ita potest
intelligi d. lex, nec ex vera. Sed si pretium erat
solutum venditori per emptorem, isto casu Dyn.
variauit, quia aliquando dixit possessionem emptoris
esse vitiosam. & hoc tenuit Cynus, & allegat
gloss. huius l. aliquando non esse vitiosam, per
prædictam l. eum qui. §. j. & per istam l. Salicet. ista
cōcordat, quòd si vendiior fuerit requisitus de tradendo
rem, & non tradidit, sed distulit, & fuit in
mora: possessio adepta postea per emptorem est
vitiosa. & ita loquitur dicta l. si ex stipulatione. secundum
eum. & assignat rationem, quia quando
venditor non acquieuit requisitioni emptoris, insurgit
quædam contradictio ipsius, & ipse emptor
requirens videtur quasi fateri se nolle habere aliàs
possessionem rei, nisi de voluntate venditoris. Quæ
ratio cessāt quando emptor non requisiuit possessionem
rei sibi tradi, soluto pretio, sed illam adipiscitur
nemine sibi resistente. & ita pertrāsit. Addatis
hic notata Doctotum in iuribus hic allegatis
per gloss. & per Angelum Aretinum in §. furtiuæ.
ij. columna. Institut. de vsucapi. quādo emptor rei
alienæ sciebat venditorem non esse illius rei dominum,
& Doct. in authen. malæ fidei. C. de longi temporis
præscriptione.

Summarium.

1 Libertum acquirens an dicatur factus locupletior. & numero 2.
3 Liberi non dicuntur esse in bonis patris. & nu. 4.
5 Famis necessitate multa permitti.
6 Mulieri propter famem non est permissum se prostituere.
7 Matri & auo an liceat filium ob famem vendere, sicut licet patri.

Locupletior non est factus, qui liberum acquisiuit.

DVPLEX est litera huius textus
secundū glo. hic: quia quidā
habēt in textu liberū, alij libertū,
1 & idē est vtriusq; sensus. ¶ † Primò
si de liberto loquatur hęc litera,
secundū casum quē ponit glo.
de textu l. naturalis. in principio. & §. fin. ff. de præ-

ſcriptis verbis.vbi per gloſſ.allegatur regula iſta.
Titius habebat vnum ſeruum ſuum qui erat natu-
ralis filius Seij,& econuerſo, Seius filiũ naturalem
Titij habebat ſeruum ſuum. Ipſi Titius & Seius
conuenerunt inuicem, vt vterq; ſeruum ſuum ma-
numitteret. Titius ſeruũ ſuum, filium Seij natura-
lem manumiſit, ſed Seius filium naturalẽ Titij non
manumiſit, cui Titio cõtra Seium datur actio præ-
ſcriptis verbis ad intereſſe, vt dicta l.naturalis.in fi.
in quo intereſſe diminuendo reſpectu actoris non
cõſiderabitur, ꝙ ſeruus per eum manumiſſus eſt ſibi
libertus,& debet ſibi operas.iuxta ea, quæ habẽtur
in toto tit.ff.de oper.liber. Quia nõ dicitur per hoc
locupletior, quia habet libertum, vt hic,& dicto §.
fin.vbi hoc not.Salic.& Bald.poſt gloſ.facit l.planè.
ij.in fi.ff.de leg.j.& l.ij.ff.quibus ad liberta.procla.
2 non licet. ¶ † Gloſſ.tamen hic opponit contra hoc,
quòd dicatur quis locupletior, qui habet libertum,
de textu l.idemq;. in fin.ff.de acti.empti & vendi.
Sed hic,& in dicto §.fin.ſoluit notabiliter, quod in
dicta l.idemque.emptor ſerui illum manumiſit ſa-
tiſfaciens ſuæ propriæ volũtati nulla inductus ne-
ceſſitate.Sed in dicto §.naturalis.ſatiſfaciebat ali-
enæ voluntati alterius qui ſecum cõuenerat, vt ma-
numitteret illũ ſeruũ, qui erat illius filius naturalis.
3 & ita tranſit ibi Salic.& hic & ibi gloſ. ¶ † Vbi verò
in iſto text.ſit dictio liberũ, vel rectius liberos, quia
ſumus in Digeſtis, vbi dictio liberi, nõ profertur nu-
mero ſingulari, l.nõ eſt ſine liberis.ſ.ti.proximo.in-
telligi debet habentẽ filium non eſſe locupletiorem
propter illũ, quia nemo eo ꝙ habeat liberos fit lo-
cupletior, ſed bene ſi habeat pecunias, quia liberi
naturales vel legitimi non dicũtur eſſe in bonis pa-
tris, vt l.j.§.j.ff.de rei vendic.hic allegato in glo.qui
4 eſt pulcher textus cum ſua glo. ¶ † Et videtur etiam
facere cõtra id quod dictũ eſt, liberos nõ eſſe in bo-
nis patris, quia ibi pater vendicat filium, cum rei
vendicatio detur domino qui acquiſiuit dominiũ
iure gentium aut ciuili, vt l.in rem actio.ff.illo e.ti.
de rei vendica.& l.vnica.C.de alie.iudi.mut.cauſa:
ergo filius qui vendicatũ videtur eſſe in bonis patris.
Sed dicite ſecũdum Ange.& Albe.& Doct.in d.§.
j.& per illum tex.ꝙ pater poteſt filium vendicare
detentũ ab alio adiecta cauſa ex lege Romana vel
iure Quiritum, de quo ibi, & j.di.c.ius Quiritũ. Nec
debet pater in libello ſuo ſuper hoc oblato conclu-
dere per mediũ vel cauſam dominij, dicens ſe do-
minum, aut ad illud inſtare declarandum: ſed al-
legare & concludere ad patriam poteſtatẽ, in con-
cluſione libelli ſui dicendo, quòd filium vendicat,
eo quòd ſit in ſua poteſtate,& ita intelligat eum
vendicare adiecta cauſa de iure Quiritũ, id eſt de
iure ciuium Romanorum. Quo iure introducta fuit
patria poteſtas, vt l.nam ciuium.ff.de his qui ſunt
ſui vel alie.iuris.& ita eſt intelligendus textus di-
ctę l.j.§.j.ff.de rei vendica. Quia licet filius ſit in po-
teſtate patris, non tamẽ eſt in eius dominio:& cum
vendicatur, non per medium dominij, ſed patriæ
poteſtatis eſt cõcludendum. Videte ibi gloſſam &
Doctor.& Bartol.in l.j.& l.imo magis.ff.de liberis
exhiben.& Inno.in ſimili in c.ex parte.extra de re-
ſtitu.ſpoliatorũ. Et ideo venditio quam facit pa-
ter de filio in ſua poteſtate conſtituto non tenet, li-
cet emptor neſciat illum eſſe filium venditoris. Imò
pater illius venditor contra venditionem venire
poteſt, quod eſt ſpeciale ſecundum Alberi.in l.j.C.
de patri.q fili.diſtraxerunt. Ad quod facit l.j.C.de
liber.cauſa, cum ibi notatis in gloſſ.vbi in iſto caſu
quis venire poteſt cõtra factum ſuum, propter fa-
5 uorem libertatis, vt ibi habetur. ¶ † Hoc tamen fal-
lit in l.ij.illius titu.de pat.qui fili.diſtraxe.vbi pro-
pter neceſſitatem famis pater filium vendere po-
teſt, ſicut & multa alia, vt ibi recitat Alberic.pro-
pter neceſſitatem famis conceduntur, vt comede-
re idolothyta, in quadrageſima carnes, furtũ face-
re & rapere, vt notatur per Archidia.xxxij.quæſt.
iiij.c.ſicut ſatius.vbi dicit Archidiaco.inculpabile
eſſe iudicandum quod neceſſitas intulit, vt xxx.
quæſtione j.c.ad limina.iuxta fi. Neceſſitas enim,
vt ipſe dicit, eſt contraria voluntati.l.j.ff.quod me.
cauſa.facit c.diſcipulos.de conſecrati.diſtinc.v.&
6 extra de furt.c.ſi quis propter neceſſitatẽ. ¶ † Non
tamen parcitur mulieri propter famẽ turpem vi-
tam eligenti, vt l.palam.§.non eſt ignoſcendum.ff.
de ritu nup. Et reddit ibi Albericus rationem dif-
ferentiæ, cur parcatur patri neceſſitate famis fi-
lium vendenti, & non parcitur mulieri propter il-
lam ſe proſtituenti, quia venditio filij fit ſine pec-
cato & autoritate legis: & ſatius eſt, id eſt, ſatis
melius patrem liberum viuere & filium ſeruum,
quàm, quod fame pater pereat, Inſtit.de iure per-
ſo.§.ſerui autem. Sed fornicatio eſt contra præce-
ptum dei, & legem decalogi.& melius eſt omnia
mala pati, quàm malo conſentire.l.iſti quidem.ff.
quod met.cau.in fin.& facit quod habetur xxxij.
quæſt.v.c.ita ne.& extra de diuor.c.ex literis.& de
ſimon.c.quoniam ſimoniaca. Licet autem etiam
furtum ſit prohibitum dicta lege diuinà, tempore
tamen neceſſitatis, vt famis, omnia ſunt commu-
nia.facit ad hoc quod habetur Inſtitu.de iure nat.
gen.& ciui.§.j.& ij.& xlvij.diſtin.c.ſicut hi.vbi glo.
allegata per Ioannem de Anania in dicto c.ſi quis
propter neceſſitatem. dicit quòd qui tempore ne-
ceſſitatis vltra ſibi neceſſaria retinet, dicitur vio-
lentiam cõmittere. Tempore enim neceſſitatis ſo-
lum poteſt ad ſuum vſum vti re communi, quam
deus ad vſum communem hominum diſtinxit.l.in
pecudũ.ff.de vſur. Dicitur enim tunc tempore ne-
ceſſitatis ſic vtendo non committere dolum, imò
credere poteſt dominum illius rei, quòd ea vtatur
eſſe permiſſurum: qui ſi negaret peccaret, vt dicto
c.ſicut hi.& lxxxvj.diſtin.c.paſce. Facit text. in l.
merito.ff.pro ſocio.vbi ſocius vtens re cõmuni cre-
dẽdus eſt potius id facere iure ſuo, quàm quòd fur-
7 tum committat. ¶ † Aduertatis etiã ad gloſſ.dictæ
l.ij.C.de pa.qui fili.diſtra.quæ vult id quod ibi ſta-
tuitur in patre, qui poteſt famis neceſſitate vende-
re filium, non extendi ad matrem, quamuis eadem
pietas videatur eſſe in matre, quæ eſt in patre, vt
l.furioſæ.ff.de curatorib.furioſo. Sed illa glo.tenet
quòd non liceat hoc matri, quæ non habet filium
in poteſtate, vt in §.fœminę.Inſtit.de adop.& quia
prouiſio dictæ l.ij.eſt valde dura, & cõtra ius com-
mune. Et illam gloſ.ſequũtur Odo.& Azo in ſum-
ma illius

ma illius tit.Bald.& Albericus in dicta l.ij.vbi eti-
am ipſe Bald.& etiam Ioan. Faber ſub verbo,for-
tè,id quod dictum eſt in matre , procedere dicit in
auo , quia permiſsio illius l.eſt contra ius naturale,
& loquitur lex ſolum de patre , & non de auo.Vi-
dete circa hoc ibi latius Baldum. Eſſet tamen circa
hos duos articulos latius cogitandũ, quia auus pa-
ternus habet poteſtatem patriam , per iura vulga-
ria.& matri ſeruanda eſt reuerentia. l.congruen-
tius.C.de patria poteſtate.

Summarium.

1 ☞ Poſſeſsionis commoda.
2 Poſſeſsio eſt multiplex.
3 Poſsideri dicitur quid tripliciter.
4 Poſſeſſor conuentus , ſi ab alio expellatur, liberat cedendo interdictum vnde vi.
5 Detentor quiuis præſumitur poſsidere.
6 Poſſeſſori non nocet ſententia contra detentorem.
7 Poſſeſsionem probat perceptio fructuum & penſionum.

Cum de lucro duorum quęratur, melior eſt cauſa poſsidentis.

PRO declaratione huius re-
gulæ videre poteſtis ea quę
plenè recitata fuerunt in l.
in eo.j.& l. fauorabiliores.
ſuprà.e.tit.ad quas remit-
tit hic glo.& ad l.in pari.&
l.cum par delictũ. in prin-
1 cipio inſta.eod.tit. ❡ † Hic
autem videtis vnum de cõ-
modis poſſeſsionis,quia meliorẽ facit cauſam poſ-
ſidentis.Plura alia cõmoda ipſius poſſeſsionis po-
nit Bal.in ſeud.ti.de conten.inter domi.& fidelem
de inueſtitura.quæ recitata fuerunt in dicta l.in eo.
2 ſuprà eo.tit. ❡ † Addi poteſt ad illa multiplicẽ eſſe
poſſeſsionem, vt not.egregiè per Bald.in l.ſciendũ.
in principio.ff.qui ſatiſdare cogan.Quædam enim
eſt vera & interpꝛtatiua ,quando dominus vel quaſi
poſsidet.alia interpretatiua & nõ vera , quam ha-
bet vxor in fundo dotali , cuius dominium & vera
poſſeſsio eſt apud maritũ , vt l.doce ancillam.C.de
rei vendicatione. facit quod habetur in l.in rebus.
C.de iure dot.Quædam eſt poſſeſsio plena quando
ſimul concurrunt naturalis & ciuilis : alia ſemiple-
na,puta ciuilis tantum vel naturalis tantum , & ci-
uilis dignior eſt.ideo poſsidens tantũ ciuiliter po-
teſt conueniri rei vendicatione , ſecundum Barto.
in l.Pomponius.§.ſi is qui precario.ff.de acquiren.
poſſeſsione. ad quod allegat l.cuiuſcunq;.§.j.ff.de
vſuſ.& l.iij.§.fin.ff.ad exhiben.& gloſ.ſuper rubri-
ca de rei vendica.& l.ij.C.vbi in rem actio.cum ibi
notatis per Cyn.quod fatetur ibi Bald.& Doct.eſſe
verum ſi ciuiliter poſsidens habet facultatẽ rei re-
ſtituendæ:aliàs ad rei reſtitutionem nõ poteſt con-
ueniri.conuentio tamen procedit quoad declara-
tionem dominij, & quo ad petẽdum executionem
pro miſsione in poſſeſsionẽ, pro ſola ciuili conſe-
quenda : quia quod fit per inductionem in poſſeſ-
ſionem,quę fit à parte,poteſt fieri per inductionem
prætoriam, vt l.non eſt mirum.§.ſciẽdum.ff.de pi-
3 gno.acti. ❡ † Et, vt dicit Bal.in d.l.ſciendũ.triplici-
ter poteſt dici aliquid poſsideri , videlicet pro ſuo,
id eſt,quia cogitat poſsidẽs ſe rei poſſeſſæ dominũ,
vt ita exponit tex.in l.apud antiquos.§.nos autẽ.C.
de furtis.Secundò aliquid poſsidetur pro alieno,vt
dicit text.in l.pignori.ff.de vſucapionibus. Tertiò
miſtim pro ſuo & alieno , vt res dotalis , de quo in
dicta l.ſciendum.§.ſi fundus. Quilibet autem poſ-
ſeſſor præſumitur dominus , vt notat. per gloſſ.in l.
ſtipulatio iſta.§.hac quoq; ſtipulatio.ff.de verbo-
rum obligationibus. Et facit quod notatur per glo.
vij.quæſtio.j.c.pontifices.& per Cynum & Docto.
in l.ſiue poſsidetis.C.de probat.& l.ob maritorum
4 culpam. C. ne vxor pro marito. ❡ † Vnum etiam
notandum eſt in hac materia , videlicet, quòd poſ-
ſeſſor conuentus rei vendicatione , ſi ab alio quàm
actore per vim expellatur,cedendo actori interdi-
ctum vnde vi, debet abſolui , vt eleganter dicit &
notat Bald.in c.quoniam frequenter.§.quòd ſi ſu-
per.vltima columnà.extra , vt lite non conteſt.per
text.quem allegat ſingularem , hoc bene proban-
tem,in l.quod ſi in dic.§.Iulianus ſcribit.ff.de pe-
5 titione hæreditatis.quod eſt notandum. ❡ † Præſu-
mitur autem poſsidere quilibet detẽtor,ſecundum
Angelum in l.officium.ff.de rei vendicati.niſi ali-
ud doceatur contra eum. Ad quod faciunt ea quæ
ſuperius allegata fuerunt , quòd præſumatur poſ-
ſeſſor dominus . pro quo etiam facit hæc regula,
& quod notatur per Innocentium in c.cum alium.
6 extra de priuilegijs. ❡ † Dicit tamen Angel.in al-
legata l.officium. quòd vbi agitur cõtra ſolum de-
tentorem , ſentẽtia contra eum lata mandatur ex-
equutioni in ſola detentione , nec nocebit poſſeſ-
ſori non citato & non condemnato, vt notauit ipſe
7 Inno. in dicto c.quoniam frequenter. ❡ † Attendi
deinde poteſt pro materia huius §.quòd perceptio
fructuum probat poſſeſsionem, vt notat. per gloſ-
ſam in l.iij.C.finium regundo.& notat Bartol. in l.
Celſus.ff.de vſucapion.& l.Titia.de ſoluti.& Spe-
cu.titul.de probationi.§.j.verſiculo, quæritur qua-
liter.cui perceptioni fructuum ſimilis eſt perceptio
penſionum quæ æquiparantur fructibus , ſecũdum
Baldum in titulo de pace tenen.in fine principij.&
per ipſum in tit.hic finitur lex.§.his conſequenter.
Penſio enim dicitur prouentus rei , vt in c.paſtora-
lis.& c.cum non ſit.extra de decimis.notat Ioannes
de Imola in c.accedens.extra de præben.& per ſo-
lutionem illius probatur poſſeſsio, ſecundum Bart.
in l.qui vniuerſas.§.per colonum.ff.de acquirenda
poſſeſsione.& alijs modis, vt notat per Benedictũ
de Benedictis in c.cum nobis.poſt gloſſ.& Panor-
mitanum extra de præſcriptionibus.& Barto.in l.
Celſus.ff.de vſucapion.& l.j.ff.ſoluto matrimo.&
Baldũ in authen.quas actiones.C.de ſacroſanctis
eccleſijs. Notate etiam ſecundum Baldum in c.ij.
ſi de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis
oriatur. quòd in materia feudorum poſſeſsio in-
ducit præſumpionem pro vaſallo , quando illam
tenuit vaſallus per annum ſciente patienteque

domino, & non contradicente, per illum tex. quem pro hoc dicit non esse alibi, & ex patiẽtia ibi præsumitur titulus, quod tarò euenit. Ex longo tamen tempore consueta præstatione inducitur bene titulus præsumptiuè, vt notatur Institu. de actionibus. §. præiudiciales. in gloss. magna in fine. & l. cum de in rem verso. ff. de vsur. cum ibi notatis. cætera dicentur in l. in pari causa. j. eod.

Cum prætor in hæredẽ dat actionem, quatenus ad eum peruenit, sufficit si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

EXPEDIT se ista glos. pro materia huius regulæ de his quæ habentur in l. quod diximus. §. fi. & l. seq. quæ ĩcipit, videamus. ff. quod metus causa. Et hanc regulam dicit fallere in casibus quos ponit, in quibus hæres tenetur ex facto vel dolo defuncti, ita demũ si factus sit locupletior ex eo litis cõtestationis tẽpore, per iura quę allegat. Ista materia habet longiorem tractatũ examinatum per Bald. & Sali. atq; Doct. alios in l. vnica. C. ex delic. defu. in quan. hær. conue. & per Bartol. in l. j. ff. de priua. delict. & per Panor. & canonistas in c. fi. extra de sepultu. & Ioan. de Ana. & Doct. in c. in literis. de rapto. quorum omnium dicta longissimo stylo & plenissime recitaui in l. sicuti pœna. ĩ. isto titulo. & ad illa per vos videnda remitto, ne arguar de superfluitate importuna.

Summarium.

1 ☞ Venditione duobus facta quãdo præualeat possessor, & quãdo ille cui prius tradita est. nu. 2. 3. & 4.
5 Vendens duobus quando incidat in crimen falsi.
6 Hypothecam habens præfertur possessori.
7 Constituens se alterius nomine possidere, quã possessionem in eum transferat.
8 Possessoris quando non sit melior conditio. & num. 9. & 10.
11 Possessio quando in alium trãseat sine traditione.

In pari causa possessor potior haberi debet.

DE materia huius regulæ aliqua dicta fuerunt in l. In eo. & l. fauorabiliores, & nuper in l. nemo prædo. §. fi. ĩ. eodem. ad quæ loca remittit hic gloss. & ad l. si seruũ. §. sequitur. ff. de verbo. obliga. addatis cõcordan. positas in gloss. quæ allegat istam regulam in l. cum te. C. de condict. ob turpem cau. & Angel. allegat eam post summarium l. siue autem. §. si duobus. ff. de publicia. sed in
dicta l. in eo. materiã istam recitaui per combinationes, quas ponit idem Angel. & Alber. in dicto §.
si duobus. textus autem dicto §. dicit secũdum Al-
1 ber. ibi in summa, † quòd si duo emerint à diuersis
non dominis melior est conditio possessoris: sed si
emerint ab eodem domino, est melior conditio eius
qui primò traditionem accepit. facit l. quoties. C.
de rei vendica. & illud quod habetur in l. si ea res. §.
2 fi. ff. de acti. empti. ¶ † Circa quod cõsiderari oportet
secundum Alber. ibi & Doct. in locis allegatis,
quòd si duo habeant causam ab eodẽ domino, melior
est conditio eius, cui primò res tradita fuit, vt
dicta l. quoties. pro cuius intellectũ videte Ioãnem
And. in addi. Specu. tit. de emp. & vendi. §. j. & ea
quæ dixi plenèm allegat. l. in eo. & Alberi. in dicto
3 §. si duobus. & Bald. in antedicta l. quoties. ¶ † Licet,
vt ibi dixi, fallat hoc in ecclesia, in quam transit
dominium sine traditione, vt l. vt inter diuinum.
C. de sacrosanct. ecclesijs. dummodo probet ecclesia
venditorem fuisse dominum rei venditæ, aliter
in ecclesiam non transiret: quia non dominus non
posset transferre dominium quod non haberet, vt l.
nemo plus iuris. & l. nemo plus cõmodi. ĩ. isto titul.
secundum Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff.
4 de dam. infec. ¶ † Sed contra hoc opponendo videtur
iniustum, quòd si duobus ab eodem eadem res
vendatur, potior sit ille cui possessio tradita fuit,
etiam si hoc sit factum vltimo emptori, vt dicta l.
quoties. Quoniam vendens eandem rem duobus,
tenetur pœna falsi, vt l. qui duobus. ff. ad l. Cornel.
de fal. Bald. in alleg. l. quoties. facit hanc opposuionem,
5 & soluit, † illud esse verum scilicet, quòd vendens
duobus eandem rem, cõmittit falsum, si primus
emptor soluit vel obtulit pretium. Tunc enim
vendens secundo, incidit in illud crimen falsi. Sed
primo emptore non soluente vel non offerẽte pretium,
secus est. & ita dicit intelligi debere dictam
l. qui duobus. quando primus emptor soluit vel obtulit
pretium, sed eo non soluente vel non offerente,
stat contractus in finibus nudæ conuentionis, vt
etiam voluit Bald. in tit. si de feu. fue. contro. inter
dominum & agna. vbi allegat Odofre. ita singulariter
tenuisse in l. venditor. ff. de hæredi. vel action.
vendi. idem etiam not. ipse Bald. super rubrica. C.
de contra. empti. quæstione xvj. Et si dicatur quomodo
sit, quòd procedat cõtractus venditionis secundæ
factæ, qui incidit in crimen falsi, & tamen
secũdus habens possessionem dicitur potior, vt dicta
l. quoties. respondet ibi Bald. ꝙ venditio secundo
facta procedit respectu contractus, & traditionis,
sed respectu delicti non sit iure dicta venditio,
quia venditor punitur, vt alleg. l. qui duobus. Quæ
tamen sic intelligi debet procedere debere, vt dictum
est, & esse veram, si primus emptor non cessabat
in solutione pretij. ipso verò cessante impunè
res venditur secundo emptori, secundum Odofre.
quem allegat Bald. vbi ĩ. Illa tamen solutio pretij
non attenditur in publiciana, vt l. de pretio. ff. de
publi. & redditur ratio secundum Bald. quia in illa
est ius semiplenũ, & ideò facilius transit quàm rei
vendicatio, in qua dominium quæritur quod est ius
6 plenũ, vt ipse not. in dicta l. quoties. ¶ † Aduertendum
est etiam bene, ꝙ non inconsideratè loquitur

hæc

hæc regula, cum dicit, ꝙ in pari causa possessor potior haberi debet, quia non est idē in diuersa causa, vt in hypotheca, in qua non idem iuris est, nec est par causa. ideo in hypotheca attenditur ordo contractuũ, nõ ordo traditionũ. & quoniã in ea quæritur ius ex solo titulo: ideo qui in ea prior est tēpore, est potior in iure, vt l. potior. & l. creditor. ff. qui poti. in pig. habe. & l. si fundum. C. eo. tit. cum similibus. & in regula, qui prior. extra eod. titul. libro vj.
7 ¶ † Notate etiã pro veritate huius regulæ, ꝙ si quis vendiderit rem, & cõstituerit se illam nomine emptoris possidere, emptor dicitur possessor, & transit in eum rei dominium, si possessor erat dominus, quia per cõstitutum prædictũ transit in emptorem iusta possessio non ficta, sed vera. quod notari consulit Ange. Areti. in §. actionũ. Insti. de acti. in tractatu emptionis & venditionis. & not. per Bar. in l. ab emptione. ff. de pact. & ipse etiam Bart. hoc notat in l. si is q pro emptore. in fi. principij. ff. de vsucapi. & ibi Ioan. de Imol. Sic etiam in casibus possessio precaria, dicitur iusta, donec per dominum, qui precario concessit, reuocetur, vt not. Alber. in l. si seruus depositus. §. is qui. ff. de noxalibus. per illum textum. Dicit tamen Angel. Aretinus vbi suprà, quòd quãdo in instrumento venditionis apponitur, ꝙ venditor cõstituit se nomine precario pro dicto emptore possidere, dicta verba important, ꝙ apud venditorē remanet saltē naturalis possessio, vt l. interdum. in principio. & ibi Bar. ff. de acquir. posse. & in l. & habet. §. eũ qui. ff. de preca. ideo putat vtilius pro dicto emptore ad hoc ꝙ in eũ transferatur omnis possessio, ꝙ omittatur dictio, precario, & solum dicatur ꝙ constituit venditor se nomine dicti emptoris possidere: quod dicit patere per supradicta. videte quæ de hoc dixi in l. nihil tã na-
8 turale. §. eo. tit. ¶ † Notate etiam, ꝙ licet possessor in pari causa sit dicēdus potior per istam regulã, fallit tamē vbi præcedit notorium cõtrarium eius quod dictat subsequens possessio, quę nõ releuat ab onere probandi, secundũ Bald. in l. Titia diuortium. ff. solut. matri. & in c. j. v. columna. in tit. de controuer. inuestitu. alleg. ad hoc l. iij. §. hoc autem. ff. de itine. actuq; priua. & Cy. in l. ij. C. quæ sit longa consuetu. & Doct. in l. ij. C. de serui. & aqua. & l. ij. C. vbi cau.
9 sta. † idem est secundum eundem Bald. in allegat. l. Titia diuortium. quando status quem indicat possessio, nõ potest inesse nisi ex priuilegio cum alterius iniuria, quia illa possessio non releuat possessorem ab onere probandi, cum cõtra se habeat necessariam veritatē ex præterito inferentē in præsenti, nisi possessor probet contrarium, vt est text. in c. ad decimas. extra de resti. spolia. lib. vj. cui addatis tex. cum ibi notatis in c. vnico de præscripti. eod. lib. Io. de Imola in dicta l. Titia diuortiũ. allegat pro materia duas bonas glo. vnam in l. circa. ff. de proba. aliã in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si ser. vendicetur. & facit quod habetur in l. nõ epistolis. & l. neq; natales. C. de proba. & videte circa hoc Paul. de Castro in alleg. l. Titia diuortiũ. ista notabiliter
10 declarantem. ¶ † Idem dici debet quando possessio trãslata est in aliquem ex contractu simulato, vt not. per Bartol. & Ioan. de Imola in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. & facit quod notat. in l. nuda. ff. de
11 contrahen. emp. ¶ † Vltimo etiam notate pro materia possessionis, ꝙ possessio aliquando transit in alium sine traditione, vt in associatione omniũ bonorum, secundum Bald. in l. j. §. j. iuncta l. ij. ff. pro socio. per illum tex. per quem, vt ipse dicit, ficte ibi possessio interuenit: quia ex quo fit contractus societatis omnium bonorum, videntur illam contrahentes inuicem possidere, etiam vt ibi dicit Alber. sine hominis ministerio. Sed hoc est quo ad possessionem earum rerũ, quæ veram possessionē recipere possunt: secus in alijs, vt in incorporalibus, sicut habetur in l. iij. in principio. eo. tit. & reddit ibi glo. & post eam Albe. & Bal. rationē, quia in incorporalibus nulla est propria possessio vel vera traditio, ideo non potest fingi interuenisse: quoniam fictio ad illud demum porrigitur, quod per rerum naturam non est impossibile. videte ibi plenius per eosdem Alber. & Bald. post gloss.

Summarium.

1 ☞ Successor in dubio intelligitur vniuersalis.

Hi qui in vniuersum ius succedũt, hæredis loco habentur.

GLOSSA hic pro intellectu huius textus remittit ad ea q̄ habentur in l. prætor bonorũ possessorem. §. eo. tit. vbi potestis videre, quæ dicta fuerũt. & ad l. si pro fure. §. in. ff. de condi. fur. Sed videte plenius in l. quoties duplici iure. per quæ ibi recitata eritis clariores in intellectu huius regulę, ad quæ sufficiat remissio, & plenissime in l. quandiu potest valere testamentũ. & l. qui per successionē. isto tit. vnũ tamen vlterius ad propositum huius regulæ notate, secundũ Io. de Imol. in l. si ter-
1 tius. §. si quis prius. ff. de aqua plu. ar. † ꝙ mētio successoris in dubio intelligitur de vniuersali, nõ autē de singulari successore. pro quo allegat l. si quis ex argentarijs. §. j. iuncta l. quædam. ff. de eden.

Summarium.

1 ☞ Creditor debitũ recipiens quãdo teneatur alijs creditoribus cõmunicare. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.

PER glos. declarat hæc regula ex iuribus p eã allegatis, scilicet l. qui autē. §. apud Labeonē. & §. sciēdũ vbi glo. alleg. hãc regulã & l. pupillus. ff. q̄ in frau. credito. & ibi Bar. quibus addi potest id quod habetur & notatur p Doct. scilicet Bar. Alb. & Salic. in l. tutores. ff. de cõdi. indebi. & l.

pecuniã.C.de priuilegi.fisci.& l.fi.C.deposi.& ibi
Bald.& Io.An.in addit.Specu.ti.de obliga.& solu.
super rubrica.in ver.ex quo vidimus de solutione.
1 ¶ † Ex quorũ dictis post Ia.de Aret.quem allegãt,
& præsupposito eo quod dicit hæc regula, colligi
potest, ꝙ non cõmittit dolũ creditor, qui suum reci-
pit, & vt not.in l.fin.§.& si præfatam. ver.licentia.
C.de iure delibe.& dicta l.pupillus. cautior enim
reputatur creditor & diligẽs in recuperãdo sibi de-
bitũ quàm negligens: quia vigilãtibus iura subue-
niunt: & melior est conditio soliciti & diligentis, q̃
negligẽtis, vt ibi dicitur in textu.& facit quod ha-
2 betur in l.inter eos.ff.de re iudicata. ¶ † Sed quia
hoc habet multos tractus.pro elucidatione illorum
sciendum est, hoc dictũ esse verum, vt dicit hic glos.
si creditor recuperat quod sibi debetur antequã ab
alijs creditoribus bona debitoris posideãtur: secus
si ab alijs creditoribus essent iã possessa, per ea quæ
habẽtur in d.§.sciendum.& d.l.pupillus.& notatur
3 per Doct.in locis allegatis. ¶ † Circa autẽ illud de
bonis antea possesis per alios creditores, conside-
randum est secundum Doct.ꝙ aliquãdo vni ex cre-
ditoribus prætensis soluitur indebitũ, & illud per
veros creditores potest ab illo auocari, vt d.l.tuto-
res. Quandoq; soluitur vero creditori id quod sibi
debetur: sunt tamẽ eiusdem debitoris plures credi-
tores, qui habẽt solas actiones personales, & nõ hy-
po.hecarias, & hoc casu diligẽtioribus prouidetur
in recuperãdo sibi debita, vt alleg.l.pupillus. ita ꝙ
cæteris id quod receperunt cõmunicare non tenen-
tur, vt d.l.fi.C.depositi.& secundũ Bald.ibi concor-
dat l.Lucius.ff.fam.erc.& l.si Titius.ff.pro soci.& l.
in naue Saup heli.ff.locati.Quod tamen intelligen-
dum est, nisi prius esset contractũ pignus prætoriũ:
quod quale sit, habetur C.de prætor.pigno.& per
Azonẽ in summa illius tit.& Alber.super rubrica.
& Rofre.in ti.de offi.iudi.quo petit.credi.bona de-
bitoris posside.& per totum tit.ff.& C.de bo.auto.
iudi.posiden.in quo vnius diligentia sibi soli non
prodest, imò dici debet, ꝙ oẽs alij creditores cẽsen-
tur esse missos in possesionẽ, vt habet in l.cũ apud.
C.eo.tit.& alijs creditoribus est diligẽtia illa com-
municanda. Facit l.si nõ expedierit.ff.illo eod.tit.
omnes enim videntur immissi, vt iuribus allegatis,
& l.cũ vnus.& ibi Bart.ff.de bo.auto.iud.posiden.
4 ¶ † Similiter etiam tunc non posset debitor gratifi-
cari vni ex illis creditoribus, iuxta alleg.l.pupillus.
& l.qui autem.§.sciendum.& in allegat.l.fi.§.& si
præfatam.ver.licẽtia.C.de iure delibe.idem etiam
si ab inuito debitore vnus creditorum illorum ex-
torserit, per dicta iura, per quæ si debitor coacte
soluit, locus est reuocationi pro rata, vt d.l.si nõ ex-
pedierit.§.1.& d.l.tutores.vbi tamẽ dicit Albe.eo-
dem casu non reuocari, si mora debitoris erat peri-
culum allatura, per l.ait prætor.§.si debitorem.ff.
quæ in frau.credi.vt quãdo creditor à debitore fu-
giente debitam sibi pecuniam abstulit ante bona
possessa: secus post illa possessa.& est §.notabilis,
5 secundum Bart.ibi, quem videatis. ¶ † Quod dicit
Angel.in dicto versi.licentia.esse notãdum contra
facientes bancham fallitã, quia non possunt grati-
ficari vni creditori magis quàm alteri, cum omnia
bona debitoris communicari debeant inter credi-
6 tores. ¶ † Vbi etiã in casu prædicto aliquis illorum
creditorũ est priuilegiatus, ille potest auocare ab
alio diligentiore, quia illius priuilegiati prius est
habenda ratio, vt l.sed an hic detrahi.ff.quod cum
eo, qui in alie.potesta.nego.ge.esse dicetur.& l.ex
facto.de peculio.& d.l.pecuniã.C.de priuile.fisci.
7 Bart.tamẽ hoc casu dicit in d.l.pupillus. † ꝙ quãdo
creditores prætendunt simplicem æqualitatẽ, ita
quòd nullus eorum habet priuilegium in bonis de-
bitoris possesis, possunt reuocari ab illo creditore,
cui tradita sunt, per iura allegata, nisi ab illo cre-
ditore autoritate iudicis fuissent possessa, quia tũc
non reuocantur, per dictam l.qui autẽ.§.apud La-
beonẽ.Si vero sine autoritate iudicis per extorsionẽ
vel gratificationem tradita fuissent, procedunt su-
pradicta. Et idem si dolo posideat, vel dolo desijs-
set posidere, quia tunc procedit reuocatio, per su-
8 prà dicta. ¶ † Possunt etiam reuocari ad cõmunio-
nem bona tradita alteri creditori sine extorsione,
quando idem debitum erat commune inter plures
socios, vt l.verũ.§.sed cum tres.ff.pro soci. Nec ob-
stat l.si Titius.eo.tit.de quo dicite vt ibi in gloss. Si
vero erat debitum diuisum inter cohæredes, & sit
corpus hæreditarium, idem vt in præcedẽti articu-
lo dici debet, scilicet ꝙ cõmunicãdum est, vt l.item
Labeo.in principio.ff.fam.erci.aliàs secus, vt l.Lu-
cius.eo.tit. Sed in his attẽdi debet, ꝙ si debitum est
diuisibile, vt est pecunia, & similia, quæ cõsistunt
in pondere, numero & mẽsura, si vnus recepit par-
tem suam vel sibi debitam, ab alijs non potest con-
ueniri, vt dicta l.fi.C.depositi.& ff.illo eo.tit.l.1.§.si
pecunia in sacculo.Sed si est indiuisibilis, vt equus
vel homo seruus, aut simile indiuisibile, isto casu nõ
potest vnus habere partẽ suam sine parte alterius.
Quæ differentia rerũ diuisibilium vel indiuisibiliũ
probatur in d.§.si pecunia in saculo.& l.Stichus.ff.
de solu. Videte ad hoc not.in l.1.§.si ego.ff.si pars
hæredi.petatur.& l.Pomponius.ff.de rei vendica.
& Cy.& Bald.io d.l.fi.C.depositi. Vbi ipse quærit
de quæstione, Defunctus deposuit duos equos, vnus
suorum hæredum recuperauit vnum equum, alter
equus mortuus est, nũquid equus recuperatus per-
tineat ad vtrũq;. Et respõdet ꝙ sic, quia ille equus
non cõsistit in pondere, numero vel mẽsura, nec re-
spectu illo diuidi potest, ideo ad illorum vtrunque
dicitur pertinere, per l.Pomponius.ff.de rei vendi-
9 ca. ¶ † Addatis ad supradicta secundum Io.And.
vbi suprà, post Iac.de Aret.per eum allegatum, ꝙ
creditores, qui possunt aliunde consequi quod sibi
debetur quàm per reuocationẽ illius quod solutum
fuit alteri creditori, non possunt ab illo reuocare,
quia reuocatoria datur in subsidium, vt patet per
plures leges illius tit.de his quæ in fraudẽ credi.fa-
cit quod habetur in l.hæreditate.C.de peti.hæredi.
& l.fi.C.de condi.indebi.& circa ista videte notata
per Ange.Areti.in §.item si quis in fraudem.Insti.
de acti.& Bartol.in l.cum vnus.ff.de bo.auto.iudi.
posiden.& C.eod.tit.l.cum apud.& authen.& qui
iurat.per Bald.& Doct.Si etiam aliqui ex credito-
ribus debitoris, cuius bona possessa sunt, habeãt hy-
pothecã, reuocatoria agere possunt, vt l.si fundus.
§.in vendicatione.ff.de pigno.iuxta etiã materiam
auth.hoc si debitor.C.eod.tit.& in §.item Seruiana.
Instit.

Institu.de acti.& ibi per Ang.Aret. Cætera dicite vt ibi,& per Doct.in locis superius allegatis.

Summarium.

1 ☞ Venditione non valente valet obligatio de euictione & datio fideiussorum.& nu.2.
3 Accessorium quãdo valeat sine principali.& nu.4.

Cum principalis causa non consistit, nec ea quidẽ, quæ sequũtur locũ habent.

ISTE §.superfluus videtur, vt dixi in l.cũ principalis.vbi remittit hic glos. Et iste textus iterum hic repetitur.ideo ne simus etiam superflui,sufficiãt illa quæ plenissimẽ fuerũt ibi recitata, prosequendo exempla,quę ibi pro declaratione illius & istius textus ponit ibi gloss.& inter cætera tractata fuit materia substitutionis pupillaris per modum sum-
1 mæ satis plene. ¶ † Gloss.verò hic opponit contra istam regulam de l.& si is.C.de prædi.mino.& non soluit.Sed glo.ibi format istam oppositionem,quæ vult,quòd vbi non tenet principale, nec quicquid sequitur ex eo,pet istam regulam, cui contradicere videtur ille tex.ibi enim licet alienatio esset prohibita rei minoris ætate,tamẽ prohibitio extra personam minoris, & causam prohibitionis nõ extenditur,quin teneat obligatio illius vendentis, qui se de euictione obligauit & bona sua. Gloss.ibi ponit quinq; solutiones,& vt dicit Salice.tertia communiter tenetur, videlicet, quòd quando contractus simpliciter prohibetur respectu minoris & eius fauore,vt in casu dictæ l.& si is.non extẽdit se prohibitio ad curatoris bona & illorum obligationem, quin teneantur fideiussores dati & pignora pereũ, vt ibi.Vel,vt dicit Ioan.Faber,licet accessorium sine principali non teneat, vt hic, & l.non dubium. de legi.C.& l.Stichus.§.quod vulgò.ff.de solu. hoc est in dictis iuribus, quia illud est quando accessorium tangit prohibitionem & efficaciam principalis,& illi eam dare potest.secus est in dicta l.& si is. quia alienatio ibi facta de re minoris non confirmatur perdationem pignorum, quam facit curator,qui vt curator vendit,sed proprio nomine promittit de euictione,& propria pignora dedit. Quo casu datio pignorum accessoria non est sine principali,quia de euictione promisit, vt ibi per Sali.ex-
2 planatur,qui potest videri. ¶ † Ex quo subsequenter dicit idem in marito alienante rem dotalem, quod est prohibitum,vt l.vnica.§.& cum lex Iulia. C.de rei vxor.acti.& l.lex Iulia.ff.de fundo dot.& Institu.qui.alie.licet vel non.in principio.si maritus vendens eam, promittat euictionẽ, & det fideiussorem pro illa, tenet eius obligatio & fideiussio accessoria,licet nõ valeat venditio principalis,per dictam l.& si is.facit quod not.per gloss.in l.cum lex.in fine.ff.de fideiussor.quæ dicit in fundo dotali idem esse quod in fundo minoris. licet enim muliere rem dotalem vendente non teneat venditio quo ad dominij translationem aut vsucapiendi potentiam,vt dictis iuribus,& l.cum vir.ff.de vsucapio. hoc est verum quantũ concernit præiudicium mulieris,sed bene valet quo ad præiudicium viri vendentis,vt teneatur de euictione,si fiat ignoranti,vt etiam tenet Ioannes de Imola in d.l.cum vir.in 3. notabili,arg.l.si in emptione.§.item si emptor.ff.de contrahen.empti.& l.liberi.eo.tit.& idem si scienti dotalem maritus vendat,secundũ eum,per id quod not.per glos.in dicto §.item si emptor.& per l.rem alienam.eod.tit.quo casu videtur vir obligatus ad tradendum ex tali contractu, licet non sit obligatus de euictione, ex quo emptor scit dotalem, vt l. si fundum sciens.C.de euictio.quæ tamen lex vult teneri de euictione vendenti scienti rem emptam alienam, si de illa fuerit stipulatus emptor.& ibi hoc tenet glo. & Doct.facit etiam quod notatur in dicta l.cum lex.& Sali.in ante dicta l.& si is.qui tamen non distinguit, an scienti vel ignoranti dotalem vendiderit maritus:sed solum recitat Cyn.tenuisse,quòd maritus tenetur de euictione.& ita dicit fuisse iudicatum.Secus in muliere vendente,cuius non tenet euictionis promissio, nec datio fideiussoris, quia tangit tunc efficaciam principalis.&
3 ita pertransit. ¶ † Videte ad hoc Bal.in alleg.l.non dubium.in xiij.oppo.vbi soluit contrarium prædictum hic formatum per gloss.dicens quòd quando id quod sequitur,seu est accessorium,non fundatur in propria virtute antecedentis prohibiti,bene valet,vt dicta l.& si is.secus si non possit fundari nisi in virtute principalis antecedentis prohibiti,vt di-
4 cta l.non dubium.& in ista regula.† idem declarat ibi ipse Bald.dicens in xiiij.opposi.quòd si in principali,& pœnali accessorio sit eadem ratio prohibitionis,neutrum valet,vt dictis iuribus, & l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborũ obligationib: & l.si homo mortuus.eo.titul.sed non existente eadem ratione prohibitionis, vt quia in principali est defectus, quia quis stipulatur alteri contra l.stipulatiõ ista.§.alteri.eo.tit.sed si stipuletur pœnam nisi hoc factum sit, nõ est in hoc defectus,quia alteri non stipulatur,sed sibi, & habetur principale loco conditionis, non promissionis.Ita dicit intelligendum esse dictum §.alteri.

Summarium.

1 ☞ Actionum plurium concurrentiũ quando vna aliam consumat.nu.8.9.10.& 11.
2 Obligationes seu actiones plures si competãt, quæ sit potius accipienda.
3 Actiones plures ex eodem facto descẽdentes si cõpetant, an & quando possint simul intentari.
4 Actio vna aliã nõ tollit, si ex factis diuersis oriãtur.
5 Actiones duæ si competant,quarũ altera sit persecutoria,alia pœnalis,vtra veniat potius intentãda.
6 Actio aliqua quibus casibus aliam tollat.
7 Actio pœnalis ex accidenti orta quãdo tollat persequutoriam, aut contra.
12 Actor quando rogi possit actiones plures, sub vna formula deducere.& nu.13.

Nunquam actiones præsertim pœnales,de eadem re concurrentes alia aliam consumit.

AD intellectum huius regu-
læ glos.hic notabiliter po-
nit casum de eo,quod ha-
betur Institu.si quadrupes
pauperi.fecisse dicatur.§.
penul.& fi.vnde ad literã
sumitur ista regula.& est
casus,quòd si vrsus vel ca-
nis teneatur in ea parte,
in qua vulgo fit iter,& alicui dederit damnũ, tene-
tur dominus in duplum damni dati ex edicto ædi-
lium:tenetur etiam vtili actione de pauperie.& sic
ambæ competũt,nec vlla tollit aliam, cum pro eo-
dem facto competant. Sed quia materia ista ha-
bet varios articulos, qui inuicem cõtrariari viden-
tur,pro illorum explanatione & expeditione cla-
riori,ista gloss.ponit vnam notabilem distinctionẽ,
& illi similẽ aliam distinctionẽ ponit in l.& ita de
facto.§.nouissimè.vbi Alber.eam extẽdit plenius.
ff.nau.caupo.stabular.& ipse Albe.in l.ancillæ.C.
de fur.& ibi Salice.& aliã isti glos.habetis similem
in d.§.fina.Insti.si quadr.paupe.fecisse dicatur.vbi
Angel.Aretinus illas glo.& istam huius regulæ al-
legat,& notata per Dyn.& Bar.in l.in prouinciali.
ff.de noui ope.nunti.& Ioan.de Imola in l.j.§.hic
titulus.ver.vnde quæritur.ff.de publica.vectiga.&
commissis.& quod not.per Innoc.in c.fin.extra de
collu.detegen.& ibi Panor.dicit, quòd Innoc.ipse
istam materiã,quãdo alicui cõpetunt plures actio-
nes pœnales nunquid vna intentata,reliqua tolla-
tur,extraxit dicta ibi per eum à glos.dicti §.fin.In-
stitu.& in dicto c.fi.vbi dicit ipse Panor. Accursium
clarius & ordinatius quàm Innoc.in illa fuisse lo-
quutũ.Ioã. Andr.etiã in alleg.c.fin.remittit ad ea
quæ ipse notauit in c.cum dilectus.extra de religi.
domi.vbi secundum Panorm.nihil de suo dicit,sed
tantum recitat glos.supradictam.ipse vero Panor.
clarius distinguit, vt ibi potest per eũ videri. Ang.
autem Aretinus recitat ad literam vbi suprà distin
ctionem Ioan.Fabri, quam dicit pleniorẽ, vt vere
1 est. ¶†Ex omnibus autẽ illis & glossis & doctorum
commentis cõsideremus,quòd cum quæritur, an &
quando & qualiter plures actiones inuicem cõcur-
rentes sese tollant: distinguendũ est, quòd quãdoq;
sunt omnes criminales:& tunc aut sunt plures quo
ad punitionẽ, aut quo ad persequutionẽ.Datur de
hoc exemplũ in violatore sepulcrorum, qui puniri
potest diuersis pœnis, vt per totũ tit.C.de sepulcro
viol.quo casu iudex potest aliam eligere,cuius ele-
ctione alia consumitur, vt l.iij.eo.tit.l.senatus.ff.de
accusa.& ibi per Bart. Quod verũ esse dici debet,
nisi lege statutum foret vtranq, esse imponendam,
etiã per diuersos iudices, vt l.placet.C.de sac.sanc.
ecclesi.quod dicit Alberi.in dicto §.nouissimè.esse
speciale,quòd pro eodem crimine possit bis puni-
ri,videlicet pœna ecclesiastica per iudicem eccle-
siasticum,& seculari per secularem, vt d.l.placet.
quę est canonizata xvj.q.j.c.placet.vbi per Archi.
Circa quod videte Bart.in l.senatus.ff.de accusa.&
Panor.in c.fi.extra de immunita.ecclesia.quod est
quando ex crimine resultant diuersæ species deli-
cti secundũ Bart.& Panor.vbi suprà, de quo infra.
& Bal.& Alber.in alleg.l.placet.& quæ habentur
in c.felicis.extra de pœnis.lib.vj. Dicit tamen Bal.
in dicto §.nouissime.quòd cum omnia judicia cri-
minalia sint ad vindictã, sequitur ꝙ post punitio-
nem illorũ denuo procedi non potest nec eadẽ lege
nec alia.facit.ff.de calũniato.l.j.§.j.de facto enim
eiusdem hominis non est sæpius disputãdum, vt l.
licet.§.fi.ff.nautæ, caupo.stabu. Deus etiã non pu-
nit peccatũ ex eodem delicto cõmissum,nisi semel,
vt in c.quæsitum.in fi.xiij.q.vltima.nec debet quis
duplici contritione puniri, vt lxxxj.di.c.presbyter
aut diaconus.xxiij.q.v.c.quid ergo.& de pœni.di.
iij.§.his autoritatibus.concor.c.de his.cum ibi per
Inno.& Ioan.de Anan.notatis,extra de accusa.&
per Hosti.in c.cũ dilectus.de purga.cano.& c.cum
æterni.de sen.& re iudi.lib.vj.& per Rofre.in tit.si
quis ius dic.nõ obtempe.§.sed quæritur quomodo.
facit quod habetur in dicta l.senatus.& per Al-
2 ber.in alleg.§.nouissime.¶†Si verò sint plures quo
ad persequutionem, videri debet an descẽdant ex
eodem facto:& tunc vna vtendum est,quando sci-
licet omnes puniunt idem delictum descendens ex
eodem facto,secundum Ioan.Fab.& Ange. Areti.
vt dicta l.senatus.nisi in id quod vna aliã excedit,
secundum glo.hic, quæ allegat l.qui seruũ.in prin-
cipio.ff.de actionib.& obliga.Dat exemplum Pa-
nor.de eo qui per violentiam rapuit alicui librum:
cõpetunt duæ actiones pœnales,vna furti,quæ con-
tra occultum furem competit ad duplum, vt Insti.
de oblig.ex malefi.§.pœna.& §.fi.sed quia violen-
tiam commisit, datur actio vi bonorum raptorum,
quæ competit ad quadruplum, si actor consequu-
tus fuerit duplum per actionem furti, cõsequi po-
test quadruplum per actionem vi bonorum rapto-
rum, vt l.j.ff.vi bono.rapto. In quo tamen quadru-
plo inest rei persequutio, & pœna est solius tripli,
vt Insti.illo tit.§.quadruplum.si verò prius egisset
actione vi bonorum raptorum, non posset agere a-
ctione furti nõ manifesti, quæ per illam exceditur,
3 vt allega.l.j.cum ibi notatis.¶†Quandoque sunt
plures descendentes actiones ex eodem facto com-
petentes ad persequutionem,& ad puniendum,di-
uersa resultantia ex eodem facto:in quo conside-
randum est, an illa diuersa sint tanquam genus &
species, vt homicidium & parricidium,& tunc non
possunt simul intentari, vt notatur in dicta l.sena-
tus.& facit l.prætor edixit.§.j.ff.de iniur. Sed si ha-
bent se vt species separatæ, & distinctæ, vt si quis
cognouerit carnaliter consanguineam suam vxo-
ratam, adulterium cum incestu committendo, de
quolibet potest accusari eodẽ tempore ab eodem
vel diuersis.l.si adulterium cum incestu.ff.ad l. Iuli.
de adulte.& l.qui de crimine.C.de accusa.& nota-
tur per Bart.in alleg.l.senatus.& gloss.& Archid.
4 xxvij.q.j.c.virginibus.¶†Si autem oriantur ex di-
uersis factis, vna non tollit aliã, sed concurrere pos-
sunt, l.nunquam plura delicta.ff.de priua.delictis.
etiam percepta vnius pœna, vt ibi, & dicta l.ancil-
læ.& in ista regula, quam ad hoc allegat in dicto §.
nouissimè. Et dat exemplum Panormi.in surripi-
ente seruum alienum furto, & postea occidente, vt
dicta l.nunquam.ver.item si quis surreptum.dubi-
tari non debet homicidium esse graue delictum, vt
50.dist.c.placuit.videte Sali.sup rubrica.C.ad legẽ
Iuliam

Iul.de adulte. Aliquãdo quædam sunt criminales,
& ciuiles quædam, de quibus ponuntur exempla in
l.vnica.C.quando ciui.acti.crimina.præiudi. vide-
tur tamẽ impropriè vocari illas actiones, quæ sunt
criminales, cum actio dicatur ius prosequendi in
iudicio quod sibi debetur, vt Instit.de acti.in prin-
cipio.sed agendo criminaliter, agitur ad pœnam
infligendam,& non ad persequutionẽ debiti. Cir-
ca hoc videte in dicta l.vnica gloss.j.& ij.& Salicet.
Quia quo ad ciuiles, illę propriè actiones dicuntur,
quo ad criminales impropriè.& circa istas dicite,
quòd quando vna est ciuilis, & alia criminalis, &
ambæ sunt principales,& contra vnum & eundem
proponuntur, & oriuntur ex eodem facto, ille, qui
agit, eligere debet quam illarum proponat, ante li-
tem contestatam, & illam propositã prosequi te-
netur, ita quòd aliam illa intentata pendente, siue
sit criminalis siue ciuilis, proponere non potest, vt l.
ij.§.j.ff.vi bo.rapto.& l.interdum.ff.de publi.iudi.
Prima verò intentata finita, si actor velit aliã pro-
ponere, est opinionum diuersitas: quãdo vna est de
re familiari, alia ad vindictam: quo casu videtur,
quòd nõ possit vltima intentari, durante vel finita
prima electa, vt l.quod senatus.& l.prętor.§.j.cũ ibi
notatis.ff.de iniuri.& not.in dicta l.vnica C.quãdo
ciui.actio cri.præiudi.videte ad hoc ea quæ haben-
tur in authen.qui semel.C.quo.& quando iudex.
5 ¶ † Quandoq; autem plurium actionũ vna est per-
sequutoria, alia pœnalis: & isto casu si illa pœna
sit conuentionalis, dici debet vt habetur in l.si quis
à socio.ff.pro soci.& l.prædia.ff.de actionib.empti.
vbi videte pro declaratione Bal.& Doctores. Et si
agatur de pœna contemptus, recurri debet ad l.si
duo.§.item si duo.ff.si quis cau.& l.non distingue-
mus.in principio.ff.de arbi.cum ibi notatis. Si vero
de pœna legali loquamur, regulariter pœnalis non
tollit persequutoriam, nec econtra, vt dicta l.si pro
fure.§.furti.ff.de condi.furt. Et ratio est, quia vna
ad persequutionem rei tendit, scilicet cõdictio fur-
tiua,& alia ad pœnã, scilicet actio furti, ad duplũ
vel quadruplũ, quod est mera pœna, vt d.§.pœna.
6 §.finali, Institu.de obligatio.ex malefi. ¶ † Fallit in
aliquibus casibus, vbi vna aliam tollit. Primò dat
exemplum Panor.vbi suprà: Contra nautam com-
petunt plures actiones pro rebus in naue subtra-
ctis, videlicet actio furti, quæ est de iure ciuili, &
actio ex titulo illo, nautæ, cau.stabul.quæ beneficio
prætoris extra ordinẽ inducta fuit, vna tollitur per
aliam, quia vna est extraordinaria, vt sæpedicto §.
nouissimè.& dicta l.licet.in fi.eo.tit. ¶ † Similiter si
7 vna sit pœnalis ex accidenti,& nõ originaliter, per
vnam alia tollitur: verbi gratia, cõtra metum infe-
rentem competit actio quod metus causa, quæ ac-
cidentaliter pœnalis est: competit etiam rei vendi-
catio, si vna intentata actor consequutus fuit quod
petebat, alia non potest agi, vt l.metum.§.sed licet.
ff.quod met.cau. Idem dici debet si pœnalis impo-
neretur ex contumacia vel ex mora rei, quia tunc
pœnalis tollitur per persequutoriã, vt l.si cum ex-
ceptione.§.satis clementer.& l.metũ.§.volenti.illo
eod.tit. Idem etiam dici debet, quòd vna tollit ali-
am, si sint incompatibiles, vt quia se habent vt cõ-
trariæ, vt l.j.C.de fur. Si etiam pœnalis inest perse-
quutoriæ, pœnalis tollit persequutoriam, non ecõ-
tra, vt Instit.vi bo.rap.§.quadruplum.secus quãdo
in pœnali nõ inest persequutoria, quia ambæ dan-
tur contra eundem, vt dictũ est per istam regulam,
& dictum §.furti. Et prædicta procedunt, quando
8 contra eundem fuit actum. ¶ † Istæ tamen actiones
scilicet pœnalis & persequutoria, nõ tolluntur vna
per aliam per concursum, sed bene tollit vna aliam
perceptione, vt l.si merces.§.culpæ.ff.locati.in ca-
su illius §.cum ibi notatis. Sed contra diuersos vna
non tollitur per alteram, etiam perceptione, vt l.
locum.§.condemnatio.ff.de tabu.exhiben.vbi per
Bar.& per Dyn.in c.bona fides.§.extra isto tit.lib.
vj. Ad quod videte quæ recitaui in l.bona fides.ff.
eod.tit. Vide ad hoc notata in l.manifestissimi.§.j.
ver.nisi.C.de fur.& dicit Florianus in l.item Mela.
§.sed si plures.ff.ad l. Aquiliã.quòd quo ad pœnã
ad quam plures tenentur, etiam pariter vel dispa-
riter in eodem facto delinquentes, vno eorum sol-
uente alij non liberantur, vt habetur in l.adeo.ff.
de iurisdi.om.iudi.quia in delictis nõ sunt proprie
duo rei secundum naturam correorum, secundum
quam vnus liberat alium, vt notatur per Bartol.in
l.fin.quæstione iiij.ff.de duo.reis.vbi allegat ad hoc
dictum §.sed si plures.sed quo ad pœnam procedit
quod dictum est. Aliud dicendum est in restitutio-
ne rei, quia restitutione per vnum facta alij liberan
tur.& est ratio secundum dictum Flori.quia resti-
tutio rei nõ recipit pluralitatem, vt l.Lucius.§.im-
puberem.ff.de lega.iij.& hoc in vera rei restitutio-
ne, secus in ficta, quæ fit per rei æstimationem, quia
non liberatur per illam possessor, vt l.etiam.§.pe-
nultimo.ff.de petitio.hæredita.cum ibi notatis,&
in l.Stichum.§.dolo.ff.de solu. Sciendum est tamen
secundum eundem Flori.in dicto §.sed si plures, q
in facto plurium, si possit discerni factum vnius à
damno vel facto alterius, nullus tenetur, nisi de suo
facto, vt in illo textu.sed si discerni non possit, qui-
libet tenetur in solidũ. Soluite vt ibi & l.si plures.ff.
arbo.fur.cæsa. Nec obstat l.si dolo.ff.deposi.vbi di-
citur, quòd quilibet solum pro parte teneatur, quia
secũdum Inno.in c.sicut dignum.extra de ho.illud
est quando agitur actione depositi, vt l.j.C.de con-
di.fur. sed si ageretur Aquilia, & non constaret de
damno, quod singulariter quisque fecit, bene fieret
condemnatio in solidum contra quemlibet, vt di-
cto §.sed si plures. Debet enim pœna imponi secũ-
dum quantitatem delicti. xxiiij.q.j.c.non afferra-
mus.videte bonam glos.in c.cum quidam.extra de
iureiuran.& glo.de pœniten.dist.j.c.j.& in c.Chri-
stianus.xl.di.de hoc videte Ioan.de Anan.in dicto
9 c.sicut dignũ.penultima & vltima charta. ¶ † At-
tendendum est etiã circa præmissa, quòd dicet re-
gulariter pœnalis non tollat persequutoriã, si tamẽ
ambæ sint persequutoriæ, vt sunt condictio furtiua
& rei vendicatio, vna tollit aliã, vt dicit Salicet.in
alleg.l.ancillæ.& hoc ne bis idem exigatur.qui al-
leg.l.bona fides.ff.deposi.& ita loquitur l.si pigno-
re.§.cum furti.ff.de furt.& dictus §.furti.in l.si pro
fure.& ff.de eo per quem fac.est quo mi.quis in
10 iudi.sistat.l.j.§.si plures. ¶ † Quandoq; omnes sunt
rei persequutoriæ,& competunt contra vnum,&
sunt eiusdem generis, vt quia ex contractu oriun-

tur:& tunc vna non tollit aliam, licet effectus vnius
veniat in alia, vt ff.de actio.emp.& vend.l.non est
nouum. Vt enim ibi declarant Alberic.& Salice.
fundus vnus venditus fuit Titio, similiter & Seio,
qui fuit dicti Titij hæres, qui agit contra venditorẽ
ad traditionem fundi venditi, licet non expresſit
an ſuo vel defuncti nomine hæreditario, ambæ ta-
men veniunt cum ſint ex empto, & eodem nomine
nominentur, quod eſt inductum litium minuenda-
rum cauſa, vt ibi not. in gloſ.& in l.cũ duobus.aliàs
eſt l.ſi inter.§.ſi plures.ff.pro ſocio. Quod tamẽ pro-
cedit, niſi ambæ prouenirent ex lucrariuis cauſis,
vt l.omnes debitores.ff.de acti.& obliga.& eſt ra-
tio in hoc caſu ſecundum Salicet.in dicta l.non eſt
nouum.quia duæ lucratiuæ cauſæ in eadẽ re & ei-
dem perſonæ cõcurrere nõ poſſunt, vt ibi,& l. Mæ-
uius.§.duobus.ff.de leg.ij.cum ibi plenè notatis per
11 Bart.& l.ſi mihi & tibi.in principio.de leg.j. ¶ † Si
autẽ tales actiones eidem & ad idem competentes
non ſunt ex cauſa lucratiua, ſed ambæ ex cauſa o-
neroſa, vt dictum eſt, ſufficit ambas proponere ſub
vna formula actionis, in qua vtriuſq; effectus de-
12 ducatur, vt dicto §.ſi plures. ¶ † Sed ſi quæratur an
actor neceſſariò cogi poſsit, omnes illas ſub vna
formula deducere. reſpondet Salicet.in alleg.l.non
eſt nouum. quòd ſic, ſi illas plures actiones ſingula-
riter intentet ratione prædicta litium minuenda-
rum cauſa, vt notat.per gloſ.ibi,& in dicta l.ſi mihi
& tibi.quas ſic dicit Salice.debere intelligi,& ne fi-
at per plura, quod fieri poteſt per pauciora, vt no-
tatur in cle, vnica per gloſ.ſuper verbo, vnigenitũ.
de ſumma tri.& fide catho. Vbi autem non inten-
taret ſingulariter dictas actiones, ſed vnam tantũ,
non poſſet cogi ad illas plures ſub vna formula in-
tentandum, maxime propter regulam poſitam C.
vt nemo inuitus age.vel accuſa. cogatur.quia nihil
cõſtat iudici, per quod moueri debeat ad lites mul-
13 tiplicandum. ¶ † Aliquando tamen vna illarum
actionum eſt ex cauſa lucratiua, alia ex oneroſa,&
tunc minus cogi poteſt actor illas ſub eadem for-
mula proponere, qa illa formula non poteſt effectũ
vtriuſque comprehendere, quoniam omni reſpe-
ctu non habent eundem effectũ, vt dat exemplum
Salicetus: Titius promiſit ex cauſa permutationis
dare fundum Caio,& per ſtipulationem Seio, qui
Seius poſtea ſucceſsit dicto Caio: patet ambas iſtas
actiones non habere per omnia eundem effectum.
& in hoc articulo ita poſt Iacob.Butrig.tranſit Sa-
licet. vbi ſuprà. Videtur tamen, quòd vbi plures a-
ctiones contra eundem etiam eiuſdem generis vni-
us electione tollantur, cogatur actor vnam eligere,
vt l.quod in hęredem.§.eligere.ff.de tributo, vbi di-
cunt quidam eſſe ſpeciale propter ea quæ ibi ple-
nius notãtur per Alberi.& Doct, idem dicẽdum eſt
vbi ſunt incompatibiles vel contrarię, per ea quæ
habentur in l.fin.C.de codicillis.in quibus locis vi-
dete Doctores & in l.nemo ex his.in principio.& §.
quoties.ſuprà eod.tit.vbi videatis quæ pleniſsime
in dictis locis fuerunt recitata, & eritis clari in hac
materia, cum illis quæ notauit Dyn.ſuper regu-
la, nullus pluribus. extra iſto titulo.& Angel. Are-
tinus in dicto §.fi.Inſti.ſi quadrupes pau.feciſſe di-
catur. Et hæc ſufficiant ſuper iſta regula.

Summarium.

1 ☞ Dolo deſinens poſſidere tenetur vtili rei vendic.
2 Perinde dictio, quando eſt nota omnimodæ simili-
tudinis.
3 Dolo deſijſſe poſsidere an dicatur, qui noluit ac-
quirere.

Qui dolo deſierit poſsidere pro poſ-ſeſſore damnatur, quia pro poſſeſſore dolus eſt.

HVIC regulæ concordat l.
parem.infra eo.ti.& l. ſin-
autem.§.ſed & is.ff.de rei
vendica.quem hic allegat
gloſſ.& facit ca.pro poſſeſ-
ſore. cum notatis ibi per
Dyn.extra eod. titu. libro
ſexto, explanantem quòd
ſi quis dolo deſierit poſ-
ſidere rem quæ vendicabatur vel intendebatur per
aliquem vendicari, tenetur ac ſi poſsideret, per iſtã
1 regulam & iura allegata, cum ſimilibus. † Et licet
vtili rei vendicatione dictus dolo deſinens poſside-
re teneatur, vt l.electio.§.ſi is quẽ.ff.de noxali.qui
tamen ſi poſsideret teneretur directa: ſed vtilis &
directa in hoc non differunt in ſubſtantia, vt ibi l.
ex facto.ff.de nego. geſt.& quia idem eſt effectus,
habetur etiam talis pro poſſeſſore, ſcilicet quan-
tum ad damnum ſuum, ſed non ad commodum, vt
l.is qui dolo.& l.nec quaſi.ff. de rei vendicatione.
Et ſubiungit Dyn.quòd quãuis dolus non ſit præ-
ſumendus, ſed probandus, vt l.quoties.§.qui dolo.
ff.de proba.cum ibi notatis.& l.cum ita legatus.§.
ſpecies.de lega. ſecundo.in iſto tamen caſu proba-
ri poteſt ex coniecturis, vt quia erat oblatus contra
iſtum libellus, vel facta litis conteſtatio, aut ſibi ex
parte actoris denuntiatum, vt etiam dicit Ange.in
dicta l.ſinautem,in princ, per illum text.eo poſtea
deſinente poſsidere, præſumitur quòd dolo poſ-
ſidere deſierit: & ſic tanquàm poſſeſſor poterit con
ueniri, argu, l.ſi fundum.C.de rei vendi.& l.quædã.
§.nihil, ff.de eden.& l.ſecunda, ff.ex quib.cauſ. in
poſſe.eatur.& l.Fulcinius.§.quid ſit latitare. eo.tit.
& ibi glo.ſuper verbo, animus.quam allegat Bald.
in l.pro hærede. in princip.ff.de acquiren.hæredi,
videte de hac præſumptione doli bonam gloſſ.quã
ibi Bar.commendat in l.apud Celſum.in princip.
2 ſup verbo, decipiendi.ff. de except.doli, † Addit
hic gloſſ.ad probationem huius regulæ tex.in l.ſed
& ſi lege.§.perinde.ff.de peti.hæredi.vbi not. Bal.
& etiam Ange.inter poſsidentem & dolo deſinen
tem poſsidere eſſe omnimodam ſimilitudinẽ.quod
dicit ibi probari propter dictionẽ, perinde, poſitã
in illo textu, quæ eſt nota omnimodæ ſimilitu-
dinis.legi enim generaliter circa hoc latę ſtandum
eſt, vt l.j.in fin. ff.quæ in fraud.cred. Quod dicit eſſe
verum, vbi non inuenitur in aliquo diſsimilitudo
per aliam legem, quia vbi alia lege denotatur diſ-
ſimilitudo, prædicta dictio, perinde, non importat
omnimo

omnimodam similitudinem, vt dicit esse casum in
l.ij.cum sua glo.ff.de recepta to.aliàs sic, vt hic, & ff.
de appella.l.si plusorio.§.fina.& l.quia perinde.ff.
3 ad Trebell.† Vult etiã tex.in dicto §.perinde.quòd
ille dicitur dolo desijsse possidere, qui possessionẽ
noluit acquirere cum posset.ad quod ibi gloss.alle-
gat concordantias.Contra quod ibi opponit gloss.
de l.qui autem.in princip.ff.quę in fraud.creditor.
vbi non dicitur fraudare & sic dolum committere,
qui non acquirit quod acquirere potest.Gloss.non
soluit in dicto §.perinde.ibi Alberi.dicit soluendo,
quòd in dicta l.qui autem.ille qui acquirere pote-
rat,nulli tenebatur pro illa re acquirẽda quam re-
futabat:sed secus est quando cœpit iam teneri, vt
hic,& dicto §.perinde.Vel secundum eundem Al-
beri.si loquamur in obligatione personali,in ea di
ci potest quòd qui acquirere non vult, non videtur
alienare,& sic nec dolo facere:secus in vniuersali,
vt in petitione hæreditatis,de qua loquitur dictus
§.perinde.videte tamen Bart.in dicta l.qui autem.
dicentem,quòd in repudiante vel nolente acquire
re,aut non implente conditionem, quam implere
poterat vt acquireret,licet repudiando gerere di-
catur,scilicet repudiare vel refutare,non tamen di
citur fraudare,quia nõ diminuit patrimoniũ suũ,
nec creditores fraudantur qui de hæreditate forte
vel bonis quę poterant acquiri repudiatis,nihil fa-
cere potuissent,cum non pertinerent ad repudian-
tem ante illorum refutationem. Nec obstat l. in
fraudem.in princip.ff.de iure fisci.vbi quis tenetur
lucrari:quia vt dicit ibi gloss.aliud est in debitore
fiscali,qui in præiudicium fisci legatum sibi factũ
non potest repudiare.Circa quod videte ibi Barto.
etiam dicentem,idem esse vbi de natura cõtractus
quis acquirere tenetur,vt l.secunda.§.non tantũ.
ff.de hæredit.vel actio.vendi. vbi hæres venditor
hæreditatis tenetur illius emptori de eo,quod ad
ipsum venditorẽ vel defunctum cuius est hæres,po-
tuit peruenire,vel fecerit quo minus perueniret. Et
sic vt ibi notat Salice.tenetur ad acquirendum. Et
ideo magis tenetur,quia ab emptore pretium re-
ceperit in cõtractu venditionis bonę fidei per eum
celebrato.Et sic non obstat quod habetur in dicta
l.qui autem.Vel dici potest, quòd hæres institutus
vendens hæreditatem,per hoc adiuit illã & acquisi
uit,quia solo animo aditur hæreditas,vt l.si auia.
C.de iure delibe.videte quæ circa hoc recitaui in l.
non alienat.suprà isto titu.Allegat etiam hic gloss.
pro veritate huius regulæ id,quod habetur in l.ij.§.
hoc interdictum.in quinto.ff.ne quid in loco publi-
co.vbi text.ad literam parem esse dicit conditionẽ
eius qui possidet vel habet,& eius cuius dolo factũ
est quo minus possideret vel haberet.& pro concor
dantia allegat ibi gloss.hanc regulam,& dictam l.
parem.infrà eod.titu.cum similibus.Notate postre-
mo gloss.hic in fine positam, quæ vult, quòd dolus
vnius dolo desinentis possidere sibi soli nocet, &
non alteri,per dictam l.electio.§.fina.ff.de noxal.
vbi habetur quòd decretum interpositum ex con-
tumacia vnius,non nocet alteri,per illum text. fa-
cit ad hoc vt allegat ibi Bald.id quod not.per Spe-
culatorem titu.de primo & secundo decreto.§.nũc
dicamus.versi.sed pone ꝙ vnus tantũ.quę videatis.

Summarium.

1 ☞Imperitia medici est dolus præsumptus,& po-
test puniri.
2 Medici imperitia si quis moriatur an sit ille reus le
gis Corneliæ de sicarijs.
3 Medicus quid præstare debeat vt culpa careat.
4 Medicus ad custodiam continuam infirmi non te-
netur,sed sufficit,si sanum consilium atq; regimen
dederit,eumq; semel in die visitauerit.
5 Medicus etiam semel approbatus potest ob impe-
ritiam reprobari.
6 Prælatus malus potest ad populi petitionem de-
poni.
7 Medicum bonum non adhibens, potest exhære-
dari.
8 Maritus negligens vxorem infirmam, priuatur lu-
cro dotis.
9 Vulneratus non adhibens sibi medicum,non pręsu-
mitur mortuus ex vulnere.
10 Maritus vxori infirmæ medicum adhibens impe-
ritum,perinde facit ac si nullum adhiberet, quem
etiam præstabat non adhibere.
11 Maritus à lucro dotis præmortua vxore repellitur,
si propter non adhibitum medicum peritum vxor
ipsa moriatur.
12 Maritus in quibus casibus priuetur lucro dotis.
13 Maritus vxorem in adulterio depræhensam in-
terficiens,non debet ob id lucro dotis occisæ vxo-
ris priuari.
14 Iudicis imperitia.
15 Agrimensor de solo dolo & lata culpa tenetur.

Imperitia culpæ annumeratur.

VIBVSDAM exem-
plis, quibus vera demon-
stretur hæc regula, vtitur
hic glos.scilicet in medico,
iudice & artifice, per iura
quæ allega.Sed prius esset
videndum,quid sit culpa,
& quotuplex sit,& in quo
conueniat vel differat à do
lo & fraude. Verum quia hæc plenè recitaui in l.
contractus quidam.suprà isto titulo.verba doctorũ
referendo,quæ ponunt in suis locis per me ibi alle-
gatis,ad illa videnda remitto.Capioq; glossam hic
1 positam & illius exempla declaranda.† Et primũ
est de imperitia medici,de qua loquitur text.in l.
illicitas.§.sicuti medico.ff.de offi.præsidis.& Insti.
de lege Aquilia.§.præterea si medicus.versicu. im-
peritia. vnde sumpta videtur hæc regula. dicitur
enim ibi & not.per Angel. Areti. quòd imperitia
illius qui se profitetur medicum,asscribitur culpæ,
imò est in dolo præsumpto, ex quo puniri potest,
per dictum §.sicuti medico.quod intelligi debet se-
cundum eum,etiam si gratis suum ministeriũ exer
ceat,vt dicit esse casum in l.idẽ iuris.ff.ad l.Aquil.
2 †Sed quęstio est,si mors infirmi sequuta sit ex impe
ritia medici,an teneatur tanquàm reus l.Corneliæ
de sicarijs. quæ lex Cornelia requirit dolum, vt l.
in lege.ff.ad l.Cornel.de sica.Sed textus dicti §.præ

terea si medicus.dicit eum teneri culpa , quæ dolo
non æquiparatur , nisi dicatur, secundum Floria-
nũ in dicta l.idem iuris.§.mulionem. quia eo ipso
quòd assumit officium medicandi, videtur se fate-
ri ad hoc esse peritum. Quæ assertio etiam tacita
est culpa lata, quæ in hoc dicitur æquiparari dolo.
Ad qđ facit quod not.in simili in assessore in l.se-
cunda, per gloss.& docto.ff.quod quisq; iuris. Et li-
cet dicatur, ꝙ regulariter in criminibus lata culpa
dolo nõ assimilatur, vt est glo.in l.in actionibus.ff.
de in litem iurãdo.& ibi notatur per Salicetum &
Doctores ,& Institu.de suspect.tuto.§. suspectus.&
dicta l.in lege, secus est quo ad persequutionem pe-
cuniariam damni dati, vbi lata culpa æquiparatur
dolo, vt in l.prima.§.primo.ff.si agri mensor fal.
mo.dixe.& l.quod Nerua.cum ibi notatis per Bar.
& Docto.ff.depositi.& Salicet.in dicta l.in actioni-
bus. Alberic. tamen in dicto §.sicuti medico.dicit
post Docto.antiquos, quòd si ægrotus propter im-
peritiam medici moreretur, non est puniendus me
dicus pœna legis Corneliæ de sicarijs , sed pro ar-
bitrio iudicis est extra ordinem puniendus, argu.l.
respiciendũ. §. delinquũt.ff.de pœnis. Circa quod
videte quæ recitaui in l.culpa est.suprà isto titulo.
5 & per Inno.in cap.tua nos.extra de homici. † Vbi
secundum Ioan.de Anan. & Panor. plura debent
cõcurrere, vt mors infirmi non imputetur medico.
Primo quòd illud officium sibi conueniat. Secundo
quòd sit peritus.de quo in cap. ad aures.extra de
ætate & qualitate ordinan.quod intelligi debet ꝙ
peritus sit re ipsa & in veritate , non autem quòd
suæ stetur assertioni, vt dicto §. sicuti medico.& di-
cto §.mulionem. Facit quod habetur in l. non est
sine culpa.extra eod.titul.libro sexto.& quod not.
in allega.l.secũda. ff.quod quisq; iuris.& per gloss.
in cap.primo, extra de conces.præben.libro sexto.
de aduocato qui docet clientulum mentiri, in tan-
tum quòd secundum Iaco.de Raue , quem allegat
Alberi.in allega.§. sicuti medico.fragilitas medi-
ci dicentis se non posse habere memoriam omnium
textuũ medicinæ , non excusaret cum.quod ibi vi-
detur tenere gloss.super verbo, fragilitatis, quæ ad
hoc allegat l.si seruus seruum. §.si fornicarius.ff.ad
legem Aquiliã.ipse autem Alberic.contra hoc ar-
guit, quia ex memoriæ fragilitate quis excusari
videtur, cum sit magis diuinum , quàm humanum
omnium habere memoriam, vt l.secunda.§.si quis
autem legum.C.de vete. iur. enuclean.& labilis est
hominum memoria , vt l.peregre.ff. de acquirend.
possessio.& potest circa hoc videri Specula.in titu-
lo de lega.in articulo dispensationum.versic. item
exercens artem chirurgiæ.cum versicu.sequenti &
sequen.vult etiam glo.in dicta l.idem iuris. in prin
cipio, quòd tribus temporibus potest medicus cul-
pam cõmitrere, scilicet ante factũ, quando non in-
spicit quid euenire potest. In facto , si male secuit
aut ordinauit contra artem. Post factum , quando
bene secuit, sed reliquit curam.& illam gloss.com-
mendat Ioan.de Ana.in dicto capi.tua nos. Tertio
debet medicus omnem diligentiam adhibere , vt
secundum artis medicinæ doctrinã ministret me-
dicinas. Quarto quòd informet ægrum de his quæ
contraria sunt sanitati, & infirmitatem augere vel
inducere possunt. Quibus seruatis euentus mortis
non imputatur medico : aliàs secus, secundum Io-
annẽ de Ana.post Inno.in alleg.capite, tua nos.&
Panormi.de quo fuit plenius recitatum in l.culpa
4 est.suprà isto titu. † Recitat tamen Ioan. de Ana.
ibi in capite, tua nos. aliquos dixisse satis esse me-
dico perito si sanum consilium præbuit infirmo,
eumq; visitauit , & sibi regimen dedit, nec teneri
eum ad continuam custodiam personalem , arg.
capit.nunquàm. de consecratio. distinctio. quinta.
& per hoc declarari dicit id quod habetur in dicto
c. ad aures. vbi not. Panormita. quòd homicidium
negligentia vel imperitia commissum causat irre-
gularitatem. quod alia ratione causatum non at-
tribuitur ad irregularitatẽ , si secundum traditio-
nes artis adhibita diligentia , quæ potuit adhibe-
ri, sit sequutum homicidium: quoniam , vt ibi dicit
gloss.non est in medico semper releuetur vt æger.
Allegat ipse Panor.idem esse in doctore consulen-
te cum ignorantia vel imperitia non sequens tradi
tiones artis, tenetur de eo in quo aliquẽ læsit cõsu-
lendo.& alleg. Cy. post Petrũ ita tenentẽ in authẽ.
sed hodie.C.de iudi.& hoc quando voluntarie con-
5 suluit: secus si causa necessitatis. † Hoc etiã est no-
tandũ, ꝙ imperitia medici semel licet approbati,
mouere põt ad eũ reprobandũ, vt l.sed & reproba-
ri.ff.de excusatio.tut.& l.vt gradarim.§.reproba-
ri.ff.de mune.& hono.& ad hoc allegat etiam Bar.
l.grammaticos.C.de professo.& medicis. libro de-
cimo.& ibi Iacob. Rebuff.& per gloss.in capite , de
illis, j.extra de despon. impube.& hoc secundum
Panor. ibi speciale est propter hominũ sanitatem.
6 ¶ † Et per hæc dicta in medico videtur ꝙ populus
vel parochiani petere possunt vt malus prælatus
vel curatus parochialis amoueri deponique possit
vel destitui. Ad quod facit id quod not.xxiij.di.c.
qui episcopus.& ibi per Archidi.in fi.& per eundẽ
ea.di.c.illud, in principio.gloss.fin. quia si hoc sit, vt
est in medico corporis , multò magis dici debet in
medico animæ, quæ corporibus & rebus præferẽda
est.l.sancimus.C.de sac.sanc.eccle.& xij.q.j.c.præ-
cipimus. Et plus dolendũ est, imò est maius damnũ
in amissione vnius animæ , quàm mille corporum,
vt xxij.q.v.c.ille qui.cum ibi notatis.& de cõsecra.
dist.iiij.c.rebaptizare.& ibi etiã notatur.& xxiiij.
7 q.iij.c.si habes. ¶ † Addi potest ad prædicta, ꝙ cura
de bono adhibendo medico ægris, illorũ incumbit
successoribus : ita quòd si bonum non adhibuerint
eis medicum, possunt hæreditatibus illorũ priuari,
vt not.per gloss.in l.quod si nolit.§.si mancipium.
ff.de ædilit.edict.quam Albe.in dicto §.sicuti me-
dico.sequitur, & dicit esse notabilem ad hanc ma-
teriam.& notauit Salice.in alleg.§.si mancipium.
quòd non adhibere medicum, vel adhibere malum
vel imperitũ, est dare causam siue occasionẽ mor-
tis.ad quod allegat notata per glossam in l.si ab
hostibus.§.j.ff.soluto matrimonio.vbi videte Bar-
tolum, Baldum, Ioannẽ de Imola, & Paulũ de Ca-
8 stro, qui post dictam gloss.concludunt, quod † ma-
ritus, qui negligit vxorem infirmam, non adhibens
sibi medicũ, priuatur lucro dotis, quod ad cum per-
uenire poterat ex pacto, statuto, vel consuetudine.
Et hoc dicit Bald, esse menti tenendum: quia secun
dum

dum prædictam glo.nõ adhibito medico vxor præ
sumitur propter hoc mortua, quo adhibito periro
9 nõ fuisset mortua.† propter quod dicũt notabiliter
Barto.& Pau.de cast.in dicto §.j.& dicta l.si ab ho-
stibus.quòd etiã vulneratus si sibi ipsi non adhibuit
medicum,cum illum adhibere posset, nõ præsumi-
tur mortuus ex eo quòd vulnus esset mortale,sed
quia non fuit curatus.ideo vulnerans non debet de-
capitari,sed puniri de vulnere.quod dicunt esse sin
gulare & communiter approbatum,cum tendat in
benigniorem fauorabilioremq́ue partem:quod ta-
men intelligit ibi Bald.quando qualitas vulneris iu
dicio medicorum habere se poterat ad vitã & mor-
tem.facit quod habetur in l.qui occidit.§.in hac.ff.
ad legem Aquil.secundum Ioan.de Imola.videte
etiam Ange.Areti.in suo tractatu criminum gloss.
ex interuallo dictus Titius ex dictis vulneribus &c.
vbi allegat suprà dicta,& quod notauit Bar.in tit.
quib.mod.feu.amit.c.j.in princip.iij.col.versi.sextò
quærit.& sequẽti colum.& Bal.in l.huic scripturæ.
§.si seruus vulneratus.& l.item Mela.§.Celsus.& l.
qui occidit.§.fi.ff.ad legem Aquil.& ibi Florianus.
10 † Illud autem quod dictum est,maritũ debere ad-
hibere medicum vxori infirmæ & peritũ:quia etiã
si adhiberet imperitum,idem esset ac si nullum ad-
hiberet,vt in dicto §.j.not.per glo.& docto. Et facit
quod habetur in l.quod in vxorem.C.de nego.gest.
intelligendum est secundum Bart.& Pau.de Cast.
in sæpedicto §.j.quando medicum adhibere peritũ
erat facile marito,quia in loco erat copia medico-
rum,& ipse maritus facultatibus abundabat, nec
erat expensa ad hoc necessaria sibi difficilis. Aliàs
non esset sibi imputandum,arg.l.idemq́; erit dicen-
dum.ff.pro socio. Et sic hæres vxoris,qui vult mari-
tum repellere à lucro dotis,in casibus prædictis pro
bare debet,quòd maritus facilè medicum peritum
potuit adhibere vxori prædictæ.quod erit præsu-
mẽdum,si erat ciuitas insignis,argu.eorum quæ ha
bentur in c.statutum.extra de rescrip.lib.vj.& di-
11 cta l.sed & reprobari.§.amplius.† Addit vlterius
Pau.de Cast.aliam limitationem scilicet maritum
repellendum à lucro antè dicto,scilicet eo casu quo
constat mortuam fuisse vxorem propter non adhi-
bitum peritum medicum. Quod præsumitur in du-
bio,secundum eum.secus si constaret scilicet de cõ-
trario,quòd in omnem euentum fuisset mortua. Et
dat exemplum,si erat infirma de peste,vbi non va
lent medici nec medicinæ,& taliter,quòd secundũ
cursum temporis erat moritura. Ad quod allegat
id,quod habetur in l.& in totum.ff.de impẽsis in re.
dota.fact.ibi dum dicit textus,non factarum ita si
12 ob id res male gesta est.† Procedit etiam illud,
quod dictum est secundum eum in marito expel-
lente vxorem,vel se absentante,& vxori de alimen
tis non prouidente,nec sustinente onera matrimo-
nij sua culpa,quia non debet lucrari dotem,quam
lucraturus erat in casibus præmissis,per textum l.
necare.ff.de liber.agnos. & ita dicit ipse de Castro
in casu facti contingente obtinuisse apud Floren-
tiã. Ad quod etiam recitat Bald.ita tenuisse in au-
then.dos data.C.de dona.ante nup.quod dicit esse
13 menti tenendum.† Barto.tamen in dicto §.j.l.si ab
hostibus.tenet quòd licet maritus,vt dictum est,pro
pter culpam præmissam perdat lucrum dotis,quã
lucraturus erat ex pacto vel statuto aut ex disposi-
tione legis vel consuetudinis:si maritus tamen occi-
dit vxorẽ sua culpa,quia deprehensam in adulte-
rio,quam ex forma statuti vel fortè consuetudinis
occidere poterat impune,non priuabitur maritus
lucro dictæ dotis:quia quod legitimè factum est,
pœnam non meretur, vt.l.Gracchus. C.ad legem
Iuliam de adulte.& facit l.si seruus pluriũ.§.si quis.
ff.de lega.j.Bald.verò tenet contrarium, super di-
cto §.j.l.si ab hostibus.quia postquam maritus ele-
git se vindicare proprijs manibus super personam
vxoris,non debet aliam vindictam exposcere in bo
nis,per l.interdum.ij.§.qui furem.ff.de furtis. Ang.
tenet opinionem Barto.Ioan.de Imola,& Paul.de
Cast.opi.Baldi,quos videatis,& ipsum Pau.de Ca-
stro,qui idem dicit & opinatur in l.rei iudicatæ. in
14 princip.ff.soluto matrimonio.† Deinde exemplifi
cat istam regulam gloss.in Iudice per imperitiam
iudicante,de quo habetur in l.finali.ff.de varijs &
extraordinar. cogni.& l.ex maleficijs.§.si iudex.
de actio.& obliga.& l.si filius.ff.de iudi.& in illis lo-
cis tractatur per docto.& per Ange.Areti.Insti.de
obliga.quæ ex quasi delicto nascuntur. in princip.
& Alberi.& Sali.in l.si per imprudentiam.ff.de eui
ctio. Facit enim iudex litem suam, siue scienter si-
ue per imperitiã male iudicauerit, per dicta iura.
Sed si per dolum vel corruptelam,tunc tenetur pro
prie ex delicto,secundum gloss.in dicto tit.de obli-
ga.quæ ex quasi delicto.& Barto.in dicta l.si filius.
Sed de hoc videte quæ dicta fuerunt in alleg.l.con-
tractus.& l.culpa est.õ.isto tit.& notata per Bal.su
per rubrica & toto tit.& maxime in l.fina.C.de pœ
na iudi.qui male iudica.& quæ habentur & notan
tur in c.cum æterni.extra de senten.& re iudicata.
libro sexto.idemq́; notat hic glossa scilicet imperi-
tiam annumerari culpæ in quolibet artifice, per l.
si quis domum.§. culpæ.ff.locati. Facit l.item quæ-
ritur.§.si gemma.& l.si merces.§.culpæ.eodem titu-
lo.de quibus plenius dictum fuit in dicta l.contra-
15 ctus.& alleg.l.culpa est.õ.eodem titulo.† Quod di
cit hic gloss.procedere in artificibus excepto agri
mensore,qui de dolo solo & lata culpa illi æquipa-
rata tenetur,vt l.j.§.hæc actio.& l.si duobus.§.com-
petit.ff.si agri mensor fal.mo.dixe.de quo dictum
fuit in alleg.l.culpa est.& hæc sufficiant super ista
regula.

Summarium.

1 ☞Seruus prodesse potest domino,nõ obesse, nisi in casibus.
2 Seruus per pactũ suũ iuri domini sui obesse nequit.
3 Seruus per votum suum domino suo præiudicare non potest.
4 Seruus in peculio sibi per dominum concesso,potest ipsi domino obesse.
5 Legatũ seruo alieno factũ vt valeat duo requirunt.
6 Seruus domini conditionem in iuribus acquirendis facere potest deteriorem.
7 Monachus potest monasterio prodesse,non obesse.
8 Monachi & serui in quibus nõ æquiparent.& nu.9.

Melior conditio nostra per seruos fieri potest, deterior fieri non potest.

1 VVLT † hæc regula, quòd
seruus prodesse posſit do-
mino, sed non obesse, per
iura hic allegata in glo. vi-
delicet in l. seruus vetante.
ff. de verbo. obligatio. & l.
seru9 creditoris. C. de pact.
vbi per glos. allegatur hæc
regula. Quod autem dici-
tur per seruum meliorem effici domini conditionē,
procedit etiam domino inuito. l. etiam inuitis. ff. de
acquiren. re. domi. Cui obstare videtur id quod ha-
betur in l. hoc iure. §. non potest. ff. de dona. & l. inui-
to. §. eo. titu. Sed ibi ad hoc contrarium responsum
fuit quòd domino inuito per seruum non acquire-
tur necessariò irreuocabiliter, quia dominus inui-
tus non retinet acquisitum per seruum, vt nota. per
glo. in dicta l. seruus vetante. vel si vultis quo ad hoc
videte pleni:s quæ dicta fuerunt in dicta l. inuito.
2 † Sed hic secundo dicitur conditionem domini non
posse fieri deteriorem per seruum. cui concordat di
cta l. seruus creditoris. vbi non potest seruus per pa-
ctum iuri domini obesse. cui cōcordat l. seruus meus.
ff. mandati. vbi mandatum serui mandātis extero
se emi, non obligat dominum ad vendendum, nec
ad ipsum venditum recipiendum. vt enim ibi ex-
planando not. Sali. dominus serui qui ipsum tradi-
dit emptori ex mandato serui, non potest conueni-
ri actione mandati ab emptore, vt ipsum recipiat
& pretium si fuisset proprium restituat. Quod ita
intelligit ipse Sali. quòd scilicet in casu illius l. non
nascatur actio mandati etiam mandato suscepto.
Licet enim ibi mandatum ab initio non sit nullum
in toto, nō est etiam ex toto validum, sed habet de-
pendentiam ab implemento contractus emptionis
sequuti propter quem est mandatum, vt patet ex
his quæ habētur in l. vnica. C. si ser. exte. se mād. emi.
ideo dicta emptione facta vel sequuta validatur
mandatum ex postfacto, vt no. in l. cum seruus ex-
tero. eo. ti. vbi plenius videte Sali. & doct. in dicta l.
3 vnica. † Addit hic glo. quòd etiā seruus vouēdo nō
potest nocere domino, vt l. si quis rem. §. voto. ff. de
pollicita. nec etiam in casu l. iubemus. §. seruos. & au
ten. si seruus. C. de epis. & cle. per ea quæ ibi haben-
4 tur & notant per doct. † Fallit tamen hæc regula se
cundum glo. & Bal. in dicta l. seruus creditoris. in re
peculiari: quia quatenus est in peculio, domino præ
iudicare potest si habeat à domino concessum pecu
lium. tunc enim dominum inuitū obligat quo ad pe
culiū, vt l. si quis seruum. §. etiā. ff. de peculio. Secus
esset in institoria, si dominus cum eo contrahi prohi
buisset, secundum glo. & Sali. ibi per l. si quis manci-
pijs. §. j. ff. de instito. in rebus verò dominicis domino
præiudicare non potest, nisi in casibus duobus, qui
vt dicit Bal. in alleg. l. seruus creditoris, sunt facti &
non iuris, vt quando se ipsum interficit vel præcipi
tat, vt l. sed si damnum. §. si ipse. ff. de peculio. ipse
enim seruus res domini est, vt l. deposui. §. Stichus. ff.
de peculio. Itē vbi agit iudicio noxali, vt l. j. §. quod
5 ergo adijcitur. ff. de vi & vi arma. † Est etiam attē-
dendum circa id quod dictum est, seruum domino
posse prodesse & acquirere, quoniam si fiat in testa
mento alicuius aliquod legatum seruo alieno, vt il-
lud valeat, duo requirūtur: primum quòd dominus
illius serui sit capax, id est, ꝙ dominus generaliter
ex testamento legatum posſit capere, & sic cōside-
ratur capacitas domini. Secundum est ex parte ser-
ui, quòd tale quid illi legetur, quod sibi fa:to libero
posſit legari, vt in l. & si maxime. ff. de ser. lega. cum
declaratione quam ibi gloss. facit, & plenius habe-
tur in tex. & per Barto. Bal. & doct. in l. debitor. §.
seruo. ff. de lega. ij. & per ipsum Bal. in alleg. l. seruus
6 creditoris. † Vltimo aduertendum est secundum
glo. hic in fi. & Bal. in sæpedicta l. seruus creditoris. ꝙ
in acquirendis iuribus domino per seruum, potest
ipse seruus domini cōditionem facere deteriorem,
vt in l. si in autem dominicam. ff. de pac. quia in ipso
contractu faciendo per seruum bene potest apponi
modus vel conditio, quem contractum dominus au-
torizare non potest, nisi illum acceptet sub sua for
ma, vt ibi, & l. Caius. ff. de manumisſionibus. Simile
est in acquirendis de eo quod habetur in l. iij. C. de
hæredib. instituen. vbi hæreditas delata seruo non
acquiritur domino, nisi adeatur per seruum. iussus
enim domini licet sit ad hoc necessarius, vt l. si quis
mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæredita. potest
tamen seruus licet dominus iubeat, non sibi obedi-
re, neq; adire, vt habetur in dicta l. iij. Idem dici de-
bet in possesſione acquirenda, in qua potest domi-
no præiudicare, non autem in acquisita, iuxta illa
quæ habentur & notantur in l. fi. C. de acquiren. pos
7 sesſio. † Et quæ dicta sunt in seruo respectu domi-
ni, dicit Bald. in alleg. l. seruus creditoris. habere lo-
cū in monacho respectu monasterij. Circa hoc vide
te eundem Bald. in l. deo nobis. C. de epis. & cleri. &
Innocen. in c. cum olim. extra de priuilegijs. & Ar-
chid. xviij. q. j. c. statutum. & Alber. in alleg. l. si in au-
tem. & Barto. in l. j. §. si fructuarius. ff. de stipula. ser.
& per glo. in l. cum hæredes. §. fi. ff. de acquiren. pos-
sesſio. quæ æquiparat monasticam subiectionē ser-
uili subiectioni, quam facere videtur Innoc. vbi su-
pra. Idem etiam Inno. in c. quod quibusdam. extra
de fideiusso. materiā institoris & exercitoris trahe-
re videtur ad monachos ad hoc, vt ex eorum stipula
tione quæratur vel nō quæratur abbati. & similiter
in materia legatorum eis factorum. Pro quo facit
secundum Ioan. de Imola in dicto §. si fructuarius.
8 dictum c. statutum. † Sed vt ipse dicit, quo ad omnia
alia nō æquiparantur serui & monachi, quoniā mo-
nachi retinent ius succedendi, & ius agnationis, vt
dicta l. deo nobis. quod ius seruus non habet, vt l. ser-
uus. C. communia de succes. eo quia quo ad ius ciui-
9 le pro nullo reputatur. l. quod attinet. §. isto tit. † In
alio etiam differunt monachi & serui, quoniā mo-
nachus licet sit subditus alterius potestati, cum sit
tamen liber homo, testificari potest, vt no. in authē.
de monachis. §. cogitandū. coll. j. & Insti. de iure per
sona. in princip. Secus est in seruo, vt nota. in l. si ex
causa. §. Pomponius. ff. de minoribus. ideo secundū
Bartolum in dicto §. si fructuarius. illa quæ ibi di-
cuntur in seruo fructuario, habent locum in mona-
cho

cho vnius monasterij posito ad regimen alicuius ecclesiæ vel ex opera sua, sed monasterio quæratur ex alijs causis. Hoc tamen secundum Ioan. de Imola ibi non procederet in præposito alicuius ecclesiæ parochialis tanquàm intitulatus, quia tunc etiã ex alijs causis acquireret ecclesiæ suæ, quæ nõ censetur esse sub obediẽtia abbatis, sed potius episcopi diœcesani, cui subest illa ecclesia, vt not. xvj. q. j. c. de monachis. & ibi tangit glo. in quibus monachus ille tunc intelligatur absolutus, & in quibus remanet obligatus regulæ monachali. de quo aliquid per modernos in clemen. j. de electi. dictum autem Bar. dicit Ioã. de Imol. procedere quando monachus nõ esset ibi tanquàm intitulatus. Et ad prædicta facit quod habetur per doct. in l. j. ff. de vul. & pup. substi. & dicta l. iij. C. de hære. insti. & c. in præsentia. extra de proba. per Inno. & Io. An. in quibus habetur an monachus institutus sit æquiparandus filio aut seruo, vt patet in dicta l. iij. iuncta l. cum non solum. in princip. C. de bon. quæ libe. & per Bald. in l. sed & si quid. ff. de vsufructu.

Summarium.

1 ☞ Seruo dotali contemplatione vxoris instituto an vir imperet aditionem. & nu. 2.

3 Seruus dotalis an viri an vxoris contemplatione in dubio censeatur institutus.

Non fraudantur creditores, cũ quid nõ acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur.

PER plures concordantias, quas allegat glos. probatur veritas huius regulę, cui cõcordat l. non alienat. §. eod. titu. cum ibi per me recitatis.
1 tis.† Glo. hic opponit contra istam regulam, de l. seruus dotalis. ff. solu. mat. Pro cuius intellectu sciendum est, vt dictum fuit in l. præceden. quòd seruus institutus hæres ab aliquo, non potest adire hæreditatẽ sine iussu domini sui, vt l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæredi. si autem marito vxor constituat in dotem seruum suum, maritus efficitur illius dominus, vt habetur in dicta l. seruus dotalis. in princi. melius quàm alibi, vt dicit ibi Pau. de cast. facit etiã bene text. in l. doce ancillam. C. de rei vendica. licet imaginarie vxor fingatur domina, vt l. in rebus. C. de iure do. Ponatur autem casus, quòd seruus ille dotalis instituatur hæres à tertio contemplatione vxoris, quia, vt dictum est, dominium illius serui dotalis
2 est mariti constante matrimonio, dubium est, † an maritus vel vxor, cuius contemplatione est ille seruus institutus, debeat iubere seruo vt adeat hæreditatem. Et certe maritus cum sit dominus, sed quia hæreditas illa potest esse dãnosa, quæ nõ est apud virũ remãsura, nec cedat eius lucro, sed est vxori restituenda soluto matrimonio, per id quod nota. in l. dotalem. sol. ma. in glo. quæ incipit, quasi augmẽtũ. & facit, quia illa hæreditas non est in fructu nec ex re ipsius viri vel ex opera dicti serui, vt l. hinc quæritur. §. penulti. ff. de peculio. datur marito pro consilio, in dicta l. seruus dotalis. quòd ipse non iubeat seruo adire hæreditatem illam, nisi cõsentiente muliere, ne ei teneatur de damno, si damnosa inueniretur illa hæreditas, cum maritus tenetur vtiliter gerere negotia vxoris dotalia, vt l. etiam. §. licet. eo. titu. vbi vero vxor cõsentit viro, quòd iubeat adire, cautius habet consilium maritus, quòd ipse non iubeat, sed restituat seruum dotalẽ vxori, dominiũ serui in eam retransferendo, vt iussu vxoris adeat, & statim postea illum seruũ marito vxor restituat, vt ibi habetur in fine. Si verò dictus maritus hoc quod dictum est non obseruato & nõ requisita vxore, iussit seruum adire hæreditatem, ea adita tenetur vxori iudicio de dote, vel si eam hæreditatem incognitam repudiauerit, vt in textu dictæ l. seruus dotalis. quod ibi intelligit Pau. de cast. quòd scilicet hæreditatem prædictam sine vxoris consensu aditam, si damnosa sit, non cogetur vxor retinere, sed marito cũ suo onere illã poterit relinquere, argumen. l. si absentes. C. si cer. peta. & si per errorem ipsa vxor eo casu aliquid de eà receperit, habebit regressum ad interesse contra maritũ. Si seruus autem prædictus contemplatione mariti esset institutus, cessarent supradicta, quia dicta hæreditas iussu mariti adita per seruum, in omnem euentum apud maritũ foret remansura. & hoc in isto casu est speciale in dote, quòd scilicet conditio dotis facit, vt non solum de ea, sed de acquirendis vxori, si sua culpa dannificetur, teneatur, per superius allega-
3 ta.† Sed circa istum casum de seruo dotali hærede instituto cadit quæstio, quoniam dicta l. seruus dotalis. loquitur quando vxoris contemplatione seruus dotalis fuit institutus. & aliud determinatur quando contemplatione mariti institutio serui facta fuit. quæritur cuius cõtemplatione videatur institutus. Pau. de castro ibi dicit in dubio contemplatione vxoris præsumitur institutus. Bar. verò & Io. de Imola dicunt istud colligendum ex qualitatibus personarum, pũta ex qualitate personæ instituentis: quia si est amicus viri vel consanguineus, præsumitur eiusdem viri cõtemplatione seruus institutus. Si vero mulieris sit consanguineus aut amicus, præsumitur cõtemplatione vxoris id fecisse, argumẽ. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari & pupillari substitu. & facit c. requisisti. extra de testa. Si autem ille instituens nõ plus viro quàm vxori, aut econtra sit amicus aut consanguineus aut affinis, pensanda sunt verba testatoris in instrumento vel tenore testamenti expressa, vt si dixerit, instituo talem seruum talis mulieris, cõtemplatione illius sit facta institutio, vel mariti, si illius nominauerit esse seruum quem instituit. Ad quod facit l. cum aliquis. C. de iure deliberan. Sed si testator simpliciter instituat Stichum seruum, tũc cõtemplatione vxoris videatur facta institutio, vel saltem ipsius serui, & sic debet quæri ipsi mulieri, secũdũ Bar. & Io. de Imo. per l. aditio. quæ ad hoc est notabilis. ff. de acquiren. hæredita. ita intelligendo ea quæ habentur in l. si seruo. & l. si legata. ff. de iure do. Opponit vlterius hic glossa contra hanc l. de eo

quod habetur in l.sed & si lege.§.perinde.ff. de pe-
titio.hæredita. vbi dicitur quod qui dolo fecit, quo
minus posideret, tenetur ac si possessionem habe-
ret. Et facit extra isto tit.in c.pro possessore.lib.vj.
sed secundum Albe.in dicto §.perinde.solui potest
quòd ista regula loquitur in debitore, de quo etiam
tangitur in dicta l.qui autem.in princ.sed §.perin-
de.loquitur in malæ fidei possessore, qui dolo possi-
dere desinit. vel dicite vt tangitur per Alb.in alleg.
§.perinde.& in l.nemo ex socijs. §.j.& l.verũ. §.hoc
quoq;.ff.pro socio.

Summarium.

1 ☞Donatio non valet inter coniugẽs ex nuptijs illi
citis, sicut nec ex licitis.
2 Allegans turpitudinem suam, non est audiendus.
& numero 3.
4 Turpitudinem suam quando quis alleget.& nu.5.
6 Falsus procurator condemnatus, si postea succedat
domino, non potest allegare se falsum.
7 Depositi actio datur furi.
8 Fur quas actiones intentare posit.
9 Delicta non debere esse impunita.
10 Delinquenti potest iudex negare iurisdictionem.

Nemo ex suo delicto meliorem conditionem suam facere potest.

LVRIBVS Iuribus
quæ hic allegat glo.hui⁹ re
gulæ veritas demõstratur.
1 † Primo per l.iij.§.videa-
mus.ff.de dona.inter virũ
& vxo. vbi habetur quòd
sicut Iura prohibent do-
nationẽ inter virũ & vxo
rem legitime coniunctos,
per rationes positas in l.j.ij.& iij.in princip.eo.titu.
sic etiam reprobatur donatio facta inter personas,
quæ inuicem nuptias illegitimas contraxerunt, ne
melior sit conditio delinquentium quàm legitime
2 cõtrahentiũ.† Sc'do per l.transactione finita.C.de
transact.vbi allegans proprium dolum ad hoc vt
rescindat transactionem, quam cum alio fecerat,
repellitur.imò crimen fateri videtur. Et sic nõ me
liorem sed deteriorem conditionẽ suam facit.ideo
dicit ibi Bal.quòd dolus nũquàm patrocinatur do-
loso. Ad quod facit l.cum cõfitearis.C.de reuocãd.
dona.& vt ibi no.Albe.quòd si quis dolum propriũ
allegaret vel turpitudinem, non est audiendus. Cui
concordat id quod habetur in l.iij.ff.de condictio.
ob turpem cau.& xiiij.q.v.c.non sane.& xxxj.qõ.
ij.c.Lotharius.& ibi glo.& etiam extra de dona.c.
3 inter dilectos.† Sed ibi glo.super verbo, turpitudi-
nem.& etiã Panor.& Ioã.de Imola dicunt hoc fal-
lere in tribus casibus.primo vbi vertitur periculum
animæ, vt in c.lator.& c.consanguinei.extra de sen.
& re iudica.iste tamen primus casus periculi ani-
mæ secũdum Panor.in dicto c.inter dilectos.est ge-
neralis sub se comprehendens alios multos. Secun-
do fallit fauore ecclesiæ, vt xxxv.q.ix.c.quod quis
commisit. licet vt dicunt Panor.& Ioan.de Imol.in
contrarium videatur text.in alleg.c.inter dilectos.
Sed secundum eos illi hospitalarij, de quibus loqui-
tur ille tex.non opponebant turpitudinem fauore
ecclesiæ vel hospitalis illius, sed ad vtilitatem pro
priam. Ideo ibi non admittebantur. Tertio fallit fa
uore libertatis, vt l.j.& l.interrogatam. C.de libe.
cau.cui etiam contradicere videtur dicta decreta-
lis, inter dilectos, sed secundũ Ioan.de Imol.ibi non
erat proprie causa libertatis, habito respectu ad
causam seruitutis, de qua loquitur dicta l.j.& l.in-
terrogatam. Quoniam licet illi opponentes essent
subiecti, remanebant tamẽ liberæ personæ, non ser-
4 uæ: quod non erat in iuribus allegatis.† Circa hunc
articulum videte Ioan.de Imola allegantem Bart.
in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.procura-
tor.ff.de iureiurando. vbi concludit quod si actor
allegare volens turpitudinem suam, illam alleget
contra se & in suum præiudicium, poterit illam al-
legare, vt l.inde Neratius.§.fin.ff.ad l.Aquil. facit
c.cum super.extra de confessis.sed agendo princi-
paliter contra alium, & volendo se fundare super
illa turpitudine, non est audiendus, per ea quæ ha-
bentur in l.j.& per totum titu.ff.de condi.ob turpẽ
cau.cum iuribus in simili superius allegatis. Sed ex-
cipiendo vel replicando contra illum qui fuit frau-
dis particeps, si ille tractet de suo lucro, & illã alle-
gans de suo incommodo, potest illam allegare, per
ea quæ habentur in l.de tutela.ff.de in integ.restitu.
mino.facit quod no.in l.apud Celsum.§.Marcellus.
ff.de doli excep.& c.dilecti.extra de elect. Secus ecõ
tra si allegans certet de lucro & aduersarius de da-
mno, & idẽ si vterq; tractaret de damno, per illud
quod habetur in l.viro.ff.solu.matri.& c.penulti.ex
5 tra de adulte.† Si autem velit quis allegare turpitu
dinem suam, vel excipere contra eum qui non fuit
particeps criminis, dici debet quòd si per aliũ fuit
detecta aut manifestata turpitudo, potest admitti
allegatio illius turpitudinis, per id quod habetur in
l.penulti.ff.de suspect.tuto.& l.relegatorum.§.fina.
ff.de interdict.& relega.& dicta l.iusiurãdũ quod
ex conuentione.§.si.cum l.seq. Secus si nõ fuit turpi-
tudo illa per alium detecta, quia tunc regulariter
non est audiendus illam volens allegare, nisi in ca-
sibus tribus superius allegatis: pro quibus videte
Bald.in dicta l.j.C.de libe.cau.in l.ij.§.sed vtrum.
ff.soluto matrimonio.facit quod not.per Salice.in
l.si cum pater.C.si aduer.rem iudica. Vlterius au-
tem adducit hic glossa probationem huius regulæ
per l.si creditoribus.C.de ser.pig.da.ma.vbi si de-
bitor in fraudem creditorum manumittat seruos
suos, efficiuntur liberi, satisfacto tamen creditori-
bus per manumissorem vel eius hæredẽ, qui nõ põt
fraudẽ allegare per eũ cõmissam in manumissione,
cui⁹ ꝑtextu vult eã rescindere: qa nõ põt cõtra suũ
factũ venire, nec turpitudinẽ suã deducere. Quod di
cit ibi Bal. fallere ex superuenienti causa & iusto
titulo. & dat exemplum, si iudex male iudicauit,
qui postea fuit hæres victi in causa, qui appellauit,
potest ipse iudex hæreditario nomine appellatio-
nem prosequi, & factum suum corrigere, secũdum
glossam, & ibi Archidiaconum iij.quæst. vij.cap. si
contra patrem.allegat etiam ad hoc Baldus notata
in l.

in l.j.ff.de exceptio.rei iudica. & hoc tenet Alberi. in allegata l.trāsactiōe finita.& allegat ita declinasse Pileum in suis quæstionibus,quæstione xcvj. quæ incipit, Lucius Titius. † Aliud proxime dicto
6 exemplum poni potest in falso procuratore,qui nomine alterius egit & succubuit, & postea à vero domino fuit hæres institutus,nunquid possit ipse sententiā dicere & allegare nullam. Et glossa in l.Modestinus.ff.de exceptionibus. tenet quòd non.Magis tamen illi obstat exceptio rei iudicatæ, quàm turpitudinis secundum Baldum in dicta l. si creditoribus.& facit in l.vendicantem. ff.de euictionib. cum ibi notatis,quia procurator teneretur de tato,si annullaretur sentētia.l.j.& ij.C.creditorem euicti. pignoris non debe. quamuis illa glossa l.j. de exceptionibus. reprobetur per Iacobum de Aretio & Dynum per l. si is qui hæres non erat.§.finali.ff.de exceptio.rei iudicatæ.Sed illē §. loquitur quando ille falsus procurator agebat ex integro domini madato superueniente,sed pro se non agebat,ideo vt dicit Baldus ille §.non obstat. Et verius est quòd dictus falsus procurator hęres institutus à victo non est audiendus,quod volunt etiam Fulgosius & Bartolus in dicta l.si creditoribus.& Albericus in dicta l. transactione,finita, cùm dictus falsus procurator suam turpitudinem alleget, ideo potest repelli. Hoc etiam secundum Albericum renuit Pileus in suis quæstionibus,quæstione xxxix.& glossa in ſæ-
7 pedicta l.si creditoribus.† Glossa hic deinde opponit contra istum textum, & videtur, quòd ex suo delicto & improbitate actionem consequi possit, & sic conditionem suam facere meliorem, per textū l.j.§.si prædo. ff.deposi.vbi fur qui deposuit apud aliquem rem quam furto subtraxit,agit actione depositi.Sed responderi potest secundū glossam & Doctores ibi,& in l.ita vt si fur. ff. commodati. quòd delictum illud seu furtum non est ratio principalis,quare detur actio furi, sed potest esse causa secundaria, siue occasio. Causa verò principalis, quare fur agit actione depositi vel commodati, vt iuribus allegatis,est contractus ipse principalis depositi,qui contractus ab improbitate vel delicto nō causatur, sed ab ipso contractu principali. Ideo agit fur vel prædo, qui rem furtiuam deposuit, licet agat propter interesse causatum ab improbitate: & sic interesse est causa secūdaria siue occasio,licet vt explanat Albericus in dicto §.si prædo.in actione furti,causa principalis est interesse,quod causatur ab improbitate,& ideo prædo ipse siue fur non potest agere actione furti, vt dicto §.si prædo.& l. eum qui.§.j.& l.itaque fullo.§.sed furti.ff.de furtis.
8 †Sed argui potest, quòd nō debeat haberi ratio interesse quod habet fur, cum sit ex causa inhonesta, propter quam non debet haberi cōsideratio interesse, vt in §.si mecum.ff.ad exhibēd.sed ille §.loquitur in actione præparatoria petitioni. Ideo circa hoc concludit Albericus,quòd si fur vel prædo vult agere ex contractu inito per eum, super re quam surripuit vel inuasit,hoc facere potest, vt dicta l.ita vt si fur.ff.commodati.& dicto §.si prædo.& ff.de pigno. action.l.si pignore.§.si prædo.& l.non à iudice.ff.de iudici. Cessante verò cōtractu, si velit agere pœnali iudicio contra alium furem, qui rem illā sibi surripuit, nō potest, vt l.si cuius.ff.de fur. & l.cum par.§.illi.vbi tangitur in glossa,infra eod. titulo. Aliquando vult agere de possessione illius rei contra inuasorem, qui ab ipso illam inuasit: & audiri debet,& etiam cōtra furem qui postea illam surripuit.l.inficiando.§.j.ff.de furt.& l.j.§.qui vi à me.ff.de vi & vi armata.& l.qui vniuersas.§.fina.ff. de acquir.possess.Sed non potest agere de proprie-
9 tate,vt dicta l.iij.§.si mecū.ff.ad exhiben.† Attendendum est vlterius, secundum quod hic dicit gloss. quòd licet nemo ex suo delicto suam conditionem meliorem facere possit, potest tamen facere deteriorem,propter incursum pœnarum,quas corpore vel rebus incurrere potest, quoniam regula re est in iure,quòd maleficia remanere non debent impunita,vt l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam.cum copia concordantia tum, quas ibi allegat glossa & Flori.inter quas allegat l.per omnes.C.de defenso. ciui.quam ibi dicit Alberi.esse notabilem legem cōtra malefactores,& iudices negligentes in puniendo eos.& pro hoc facit l.ij.C.de commerci.& mercator.vbi de hoc.quando enim delicta non puniuntur,crescunt, vt l.ij.C.de hæreti.& iudicū in puniēdo negligentia multos ad contagium prouocat: vt xxiij.qō.iiij.c.est iniusta.& facilitas veniæ tribuit incentiuum delinquēdi, vt ibi habetur: & culpa est relaxare vindictā, vt xxviij.dist.cap.quia sunt culpæ.& extra de postula.prælat.c.j.§.fin. omittentes enim per negligentiam ea quæ male fiunt punire, aperiunt alijs viam ea committendi. xxxv.q.ix.c. loci.§.j.& error,cui non resistitur,approbatur: nec caret scrupulo societatis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare. lxxxiij. di.c.error.& ij.q.vij.
10 c.negligere.cum similibus.† Additur vltra prędicta per glossam, veritatem huius regulæ probari per textum l. sed & si per prætorem.§. actio exempta. ff.ex quib.cau.maio. qui vt ibi dicit Albe.est notabilis,quòd delinquētibus,vel inobedientibus iudex potest suam iurisdictionē denegare.Ad quod facit l.sancimus.C.de iudi.& l.contumacia.ff.de re iudicata.& quod habetur in l.iusiurandum.& ad pecunias.§.ait prætor.ff.de iureiur.& l.veluti.ff.de verb. oblig.vbi propter turpitudinem vel delictum actio denegatur. Vult tamē Hosti.in summa de offi.ord. §.quid pertinet.ver.ij. quòd licet possit iurisdictio tunc denegari vel audientia, non tamen contumaci aut delinquenti debet fieri iniustitia.Sed ad hoc videte recitata in l.qui vetante.& plenius in l.nō videtur.§.qui iussu.&.isto titulo.& quæ habentur in l.j.§. j.ff.de aleatoribus.& l.Senatus.§.diuus.& §.sequē. ff.de iure fisci.& l.iiij.§.si ad diem.ff.de re milita.& c.cum parati. extra de appella.& xxiij.dist.c.in nomine domini.versiculo, quòd si quis.& xvij.quæst. iiij.cap.frater noster.& cap.sequ.Cætera videte in iuribus hic allegatis per glossam.

Summarium.

1 ☞Peccati si cōtritio vel satisfactio sit impossibilis, an tollatur obligatio.

Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

GLOSSA remittit materiam huius regulæ ad l. impoſsibilium. & l. vbi repugnantia. §. quæ rerum natura. ff. iſto titulo. Sed videte melius ea quæ recitata fuerunt in l. quod nullius eſſe poteſt. vbi has regulas, quæ idem ſonāt & importāt, ſimul inuenietis plenius declaratas in materia impoſsibilitatis naturæ, iuris, & facti, & id quod habetur Inſtitu. de inutil. ſtipulationib. §. j. quem hic allegat noſtra gloſſa, cum his quæ ibi ſcripſit & notauit Angelus Aretinus: plenius per Bonifacium de Amanatis in cap. nemo poteſt ad impoſsibile obligari. extra eodem titulo. libro vj. vbi mouet in principio vnam quæſtionem, quam reſeruaui in di-
1 cta l. quod nullius. in hac lege expediendam, † videlicet præſuppoſito tenore huius regulæ & ſociarum, quæ volunt neminem obligari ad impoſsibile. & ſic videntur velle, quòd ſicut tollitur obligatio impoſsibilium, ita tollatur peccatum ſi ſatisfactio vel contritio ſit impoſsibilis. De impoſsibilitate ſatisfactionis dat exemplum, vbi res ſubtracta eſſet perempta, ita quòd per rerum naturam is qui eam ſubtraxit, non habet facultatem reſtituendi, iuxta id quod habetur in l. ſi homo mortuus. ff. de verborum obligationibus. & eſt ita pauper, quòd non habet facultatem reſtitutionem rei, vel eius æſtimationis faciendi, & ſic eſt reſtitutio ſibi impoſsibilis. ſufficit ergo contritio. De contritione impoſsibili dat exemplum de matre magiſtri Gratiani compilatoris libri Decretorum, & etiam magiſtri Sententiarū, atque magiſtri Hiſtoriæ ſcholaſticæ, quos concepit ex coitu reprobo, nec poterat conteri de fornicatione in his commiſſa, propter fructum qui ſibi inde videbatur proueniſſe, ex tantorum liberorum conceptibus, vtilis & laudabilis. Verum ipſa dicti magiſtri Sententiarum ſalubri vſa conſilio, doluit vt fertur, eo quòd dolere non poterat, quod ſatis ei fuit ad ſalutem, quam nobis hoc tempore quadrageſimali ſacro miſericorditer tribuere dignetur altiſsimus, qui ad hoc ſcribendum, & pertinenter recitandum me mouere dignatus eſt. & hæc ſufficiant ſuper hac regula, cuius materiam vbi ſupra vtilius expediui.

Summarium.

1 ☞ Bonæ fidei poſſeſſor quos fructus faciat ſuos. & numero 4. & 5.
2 Fructuum diuiſio in naturales & induſtriales, pendentes & non pendentes, &c. & nu. 3.
6 Fructus percipiendi quatuor cauſæ. & numero 7. 8. & 9.
10 Malę fidei poſſeſſor nullos fructus facit ſuos.
11 Malæ fidei poſſeſſor qua actione fructus reſtituat.
12 Poſſeſſor partim bonæ fidei & partim malæ, quos fructus faciat ſuos. & nu. 13. & 14.
15 Bona fides eſſe poteſt in poſsidente ſine titulo.
16 Bonæ fidei quiuis an præſumatur, & qualiter probetur contrarium. & nu. 17.

Bona fides tantundem poſsidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

ALLEGATVR hic in gloſſa pro declaratione huius regulæ l. qui ſcit. §. in alieno. ff. de vſur. vbi bonæ fidei poſſeſſor, fructus induſtriales ſuos facit. Et ibi dicit Salic. bonę fidei poſſeſſorem habere in fructibus illis idem ius, quod habet dominus prædij, eo quòd illud poſsidet cogitatione domini. facit l. apud antiquos. C. de fur. quæ ad
1 hoc conſueuit allegari. † Vnum tamen eſt, quòd licet bonæ fidei poſſeſſor fructus induſtriales ſuos faciat, hoc dicit Salic. in dicto §. in alieno. eſſe verum, niſi ſint extantes: quia illos iudicis officio reſtituere tenetur rem ipſam, & illos vendicanti, vt l. certum. ij. reſpon. C. de rei vendica. & l. iiij. §. poſt litem. ff. fini. regundo. quod tamen limitat glo. in l. ſequitur. §. fructus. ff. de vſuc. niſi illi fructus ſint per trienniū præſcripti. quod dicit eſſe notandum. & ita notat ibi Ioannes de Imola, dicens ita eſſe limitandam gloſſam l. fructus. & l. ex diuerſo. ff. de rei vendicat. & per Innoc. in c. ex literis. extra de reſtitu. ſpolia. Fructus verò naturales non facit ſuos, eo ꝙ lex in hoc ſibi reſiſtit, & eſt impedimento, vt dicit hic glo. ad quod allegat l. fructus percipiendo. ff. de vſuris. quæ vt ibi dicit Salicet. eſt notabilis & notanda ad declarandum qui fructus dicantur naturales, & qui induſtriales. & tractatur per Salicet. in dicta l. cer-
2 tum. † Vbi diuidit fructus in naturales & induſtriales: & vocat naturales illos, in quibus plus natura quàm induſtria operatur, vt ſunt pyra, poma, & ſimilia, quæ ſecundū Ange. in d. l. ex diuerſo. natura producit in eſſe vltimo vſu finali, abſque hominis miniſterio. Sed in induſtrialibus plus induſtria operatur, quàm natura, vt in ſegetibus, in quibus terra colitur, ſeminatur, fiunt aquarū diſcurſoria, et cooperiuntur ſeminata. Idē dicitur in vitibus, quæ putantur, lingonizantur, & ligantur: quibus parificatur oliua. l. ſi eius fundi. ff. de rei vendicat. Idem ſecundum Angel. vbi ſupra in lacte & lana, quæ licet à natura producantur, in his tamen omnibus requiritur magna induſtria, labor, & expenſa. Facit ad hæc id quod habetur in l. in pecudum. ff. de vſuris.
3 & l. bonæ fidei. ff. de acquir. rerum domin. † Dictorum autem fructuum, quidam pendentes ſunt, & tunc cenſentur pars rei poſſeſſæ, & ſicut res ipſa vendicantur, vt l. fructus pendentes. eodem titulo. Alij ſunt non pendentes, & quidam ex eis percipiendi dicuntur, id eſt, qui potuerunt percipi ex re, vel eius occaſione, non tamen fuerunt percepti, imò neglecti, vel habiti pro neglectis. Et perceptorum aliqui ſunt conſumpti, & alij extantes, ſeu non conſumpti, quorum aliqui ſunt in horreis reconditi, alij à ſolo tantum ſeparati non reconditi, vt quotidie ad oculum ſecundum Salicetū poteſt videri, vt quia ſegetes primò ſecantur, deinde in vnum recolliguntur, poſtea triturantur, ſucceſsiue in horrea reponun

reponuntur. Cogitandum est etiam, quòd possessio
aliquando est continuè bonæ fidei, aliquando cō-
tinuè malæ fidei, quandoq; aliquo tempore pos-
sessores sunt malæ fidei, & aliquo tempore bonæ
fidei, & aliqui sine titulo, & alij cum titulo. & de
his omnibus plenius recitatur per Angelum Are-
tinum, Institu. de rer. diuisi. §. si quis à nō domino.
Possessor autem bonæ fidei pendentes fructus na-
turales, vt dictū est, restituere debet, sicut rem, quæ
ab eo vendicatur, vt dicta l. fructus pendentes. Per-
ceptos verò naturales, ipse bonę fidei possessor, etiā
cum titulo nō lucratur, vt dicta l. fructus percipiē-
do. de vsur. Ideo sequitur, quòd ad restitutionem il-
lorum extantium tenetur, consumptos verò nō te-
netur restituere, nisi sit factus ex illis locupletior,
vel sit dolo versatus, vt quia pretium fortè illorum
habet apud se, vel fuisset tātum expensurus de suo.
& isto casu cōdictione sine causa conueniri potest,
& tenetur quantum est factus locupletior, vt l. si &
me & Titium. & l. si eum seruum. ff. si cert. petatur.
5 †De industrialibus autem bonæ fidei possessor cū
titulo, illos à solo separatos facit suos. Institu. de rer.
diui. §. si quis à non domino. & dicta l. qui scit. §. in
alieno. ff. de vsur. & dicta l. bonæ fidei. de acquiren.
rer. do. Sed si sine titulo possessor bonæ fidei perce-
pit industriales fructus, idem dici debet sicut cum
titulo, secundum Sali. in dicta l. certum. per dictum
§. in alieno. & dicta l. si eius fundi. & allegat l. bonæ
fidei. & idem tenet Angel. in alleg. l. ex diuerso. Ad
quod alleg. l. si vsufructuarius messem. in fi. ff. quib.
mod. vsusfruct. amit. & dictam l. iiij. §. post litem. ff.
fi. regundo. Refert tamen, quòd Guliel. de Cug. di-
cebat de hoc possessore sine titulo, nō bene hoc in-
ueniri in iure expressum. Sed in bonæ fidei posses-
sore habēte titulum, dicit Bald. in l. ij. C. de rescind.
vendi. in tertia quæstione. ꝙ propter titulū omnia
6 præsumitur facere bona fide. ¶ †Notat etiam ipse
Bald. eleganter in dicta l. certū. quatuor esse causas,
propter quas possessoris fructus efficiūtur, in rebus
scilicet corporalibus. Prima & potentior causa est
dñium, ratione cuius fructus pendentes & separati
sunt sui, nisi alius qui separaret illos, haberet ab eo
causam, vt dicta l. fructus pendentes. vel nisi possi-
dens sit bonæ fidei, & percipiat fructus industria-
les, vt dicto §. si quis à non domino. Institu. de rer.
diui. nec exprimit, an cū titulo, vel sine titulo illos
bona tantum fide percipiat, quia perceptionē illo-
rum asserit esse possidētis bona fide pro cultura &
cura, vt dicto §. si quis à non domino. Ad quod se-
cundum eum facit quod habetur in l. si apes. §. item
constat. ff. de furt. & l. cum in plures. §. messem. ff. lo-
7 cati. & ibi per Alber. †Secunda causa acquisitionis
fructuum, est ciuilis possessio bona fide acquisita,
quia ciuiliter possidens bona fide, fructus per eum
vel eius iussu seminatos, & à solo separatos per eū,
aut alium, eo iubente, vel mandante facit suos, vt
8 allegato §. in alieno. ¶ †Tertia causa acquisitionis
fructuū, est naturalis possessio, cū aliquo iure cor-
respondente illi possessioni, separatione illorum à
9 solo facta, vt l. si fur. ff. de vsufr. †Quarta causa, est
acquisitionis dominij fructuū, nuda defensio cū vo
luntate domini, & actu separationis à solo, vt l. si
10 seruus. §. locaui. ff. de fur. †Sed quæritur, quid de ma-
læ fidei possessore. Dici potest, ꝙ nullos fructus fa-
cit suos, quantumcunq; industriales, vt allega. l. cer-
tum. Imò nec naturales consumptos, etiam si non
fuerit factus locupletior. Tenetur enim de naturali-
bus & industrialibus extātibus & consumptis, per-
ceptis & percipiendis propter malā fidem, vt sæpè
dicta l. certum. cum ibi notatis. & l. mala fide. C. de
condi. ex lege. & l. parem esse. §. isto titulo. Et licet
super hoc fuerunt opiniones, communis tamē est,
quòd teneatur, quam probat dicta l. mala fide. & l.
certum. quæ loquuntur indistinctè, secundum Sali.
11 & ibi Alber. in principio. †Quærit etiam ibi Sali.
qua actione teneatur malę fidei possessor ad fructus
restituēdos: & dicit quòd petentur cōdictione sine
causa, vel ex iniusta causa, vt habetur in dicta l. ma-
la fide. & ibi per glos. & in l. aduersus. C. de cri. expi.
hæredi. Officio verò iudicis peti poterunt fructus
percipiendi, qui honestè percipi potuerunt, vt l. si
nauis. §. fin. ff. de rei vendicatio. & Institu. de offici.
iudic. §. illorū autem. de quo tractatur in l. domum.
12 per ipsum Salic. & Doct. C. de rei vendica. †Quęri-
tur de bonæ fidei possessore, qui talis aliquo tēpo-
re fuit, sed aliquo tempore malæ fidei, quid de fru-
ctibus sit dicendū. Et vt dicunt Docto. de naturali-
bus dicendum est, vt s. De industrialibus verò dici
debet, quòd si primò fuit bonæ fidei, de perceptis
isto tēpore, antequam superueniret malæ fidei sciē-
tia, illos facit suos, sicut suprà dictum fuit: sed post
superuenientiam malæ fidei, si primam fidem bo-
nam habuit cū titulo, illa superuenientia malę fidei
verè vel interpretatiuè, vt quia fuit contra illum
possessorem lis contestata non impedit, quin illos
fructus suos faciat, etiam postea perceptos, vt dict.
l. qui scit. §. bonæ fidei. vbi dicit Salicet. esse casum.
Sed si res euincatur ab eo per sententiā, illos iudicis
officio re euicta restituere tenetur, vt dicta l. certū.
in fi. & l. euictis. ff. de vsur. & sic intelligenda est di-
cta l. bonæ fidei. §. in contrarium. ff. de acquiren. rer.
do. & notatur per gl. in dict. l. qui scit. §. bonę fidei.
quam sic intelligunt Docto. & intelligunt Salic. &
Angel. de Aret. vbi s. quòd illos fructus restituere
tenetur, scilicet postea perceptos, tam extantes, q̄
consumptos, propter text. sæpè dictæ legis, certū.
13 quæ dicit vniuersos. †Sed si habuit illam bonā fi-
dem ab initio sine titulo, opinio est prædictorum
Docto. quamuis iste casus non bene videatur clarè
iure probatus: distingui tamen possit, quòd aut ve-
rè superuenit mala fides ex scientia rei alienæ: &
tunc ab illo tempore non faciat fructus suos, sed be-
ne pro anteriori quo erat bonæ fidei. Pro sequenti
secus, vt dictum est in præcedentibus. Si autem su-
peruenit mala fides, non per veram scientiam rei
alienæ, sed interpretatiuam, vt per litis cōtestatio-
nem, videretur quòd nō faciat suos fructus postea
perceptos, vt in præcedentibus dictum est. In con-
trarium verò arguunt Salicet. & Angel. Aret. quia
postquam ab initio erat bonæ fidei possessor, licet
non haberet titulum, non debuit tamen ius suū re-
linquere indiscussum. facit l. illud. ff. de peti. hæred.
nec litis contestatio inducit veram scientiā rei alie-
næ, & sic non videtur esse debere tantæ potentiæ,
quantæ est superueniēs vera sciētia rei alienæ, arg.
l. prout quisq;. ff. de solu. tenetur tamē illos restitue-

14 re, per textum sæpè dictæ legis, certum. †Quando autem ab initio malam fidem habuit, illo tempore nullos fecit fructus suos, per ea, quæ superius dicta fuerũt in possessore malæ fidei. Sed pro tẽpore quo fuit bonę fidei dicendũ est, sicut in possessore bonæ fidei fuit superius declaratũ, secũdum Sali. & Ang. Are. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. & istius regu-
15 læ, in principio & in fine. †Est tamen aduertendum circa præmissa, quoniã secundum gl. in d. §. si quis à nõ domino. possidens sine titulo potest esse in bona fide. quod etiã voluit glo. in l. si quis emptionis. in prin. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. quæ bona fides præsumitur in habẽte titulum verum vel putatiuum, vt est tex. in l. igitur. §. j. ff. de libe. cau. Imò vt recitat plenius Ang. de Are. vbi s. præsumit bona fides in quolibet possidente, nisi alius antiquior possessor appareret, quia ille posset allegare id, qđ habetur in l. fi. C. vnde vi. sed quo ad alios, q̃ antiquiorem possessorem videtur licitè possidere, quia tunc ius commune ei non resistit, secundum Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. & in dicta l. fi. & l. j. §. j. ff. de itiner. actuq; priua. & Bald. in l. cum quid. ff. si cert. petat. & gloss. in l. j. C. vbi caus. sta. videte circa ista plura per Io. de Imol. & do. Benedict. de Benedictis, in c. fi. extra de præscript. & ibi Panor. & Alber. in
16 sæpè dicta l. certum. vbi recitat, †quosdam Docto. & glo. tenuisse, quemlibet præsumi bonæ fidei, nisi probetur malæ fidei, cum ignorantia præsumatur, vt l. verius. ff. de proba. & sic possessor præsumitur ignorare rem, quam possidet, esse alienã. Et pro hoc dicunt esse casum in d. l. si quis emptionis. in princ. dum dicit text. vt si quidẽ ab initio bonæ fidei, &c. & videtur innuere gl. in l. super longi. C. de prescri. longi tempo. quæ incipit, quod est eo ipso. & glos. parua in antè dicta l. certum. quę incipit, cum titulo vel sine titulo. & glos. fi. in c. sanctorum. extra de præscript. Vt etiam ibi not. per Benedict. syncere dicitur possidere, qui habet bonam fidem, per not. dictæ glos. fi. quæ dicit in dubio præsumi bonam fidem, nisi probetur cõtrarium. Ad hoc allegat etiã dictus Bened. glo. in c. si diligenti. cum ibi not. eod. tit. & per aliam glo. in c. quoniam ecclesia Sutrina. extra
17 de cau. posse. & proprie. †Sed contrariũ potest probari per confessionem propriam ipsius possidẽtis, vt in c. per inquisitionem. extra de electio. & cap. ij. extra de confes. Item per famam, quæ erat in loco, arg. c. quosdam. & c. quanto. extra de præsump. vel per denuntiationem factam tempore cõtractus, vt l. cum fundum. C. de rei vendi. vel per similes coniecturas, arg. c. ij. extra de renuntia. libr. vj. secundũ Panor. & Benedict. in d. c. sanctorum. ad quæ videri possunt not. in cle. causam. de electi. & cle. vnica. de concess. præben. Dicit etiam Alber. in sępe dicta l. certum. ementes scire debent, quod suũ non est ad alios pertinere, vt d. l. fin. C. vnde vi. tamen recitat Odof. dicentem, q̃ is est bonæ fidei possessor, qui se putat esse dominum, vt dict. l. apud antiquos. C. de furt. §. nos autem. & l. bonæ fidei. ff. tit. proximo, de verbo. signifi. sed ibi habebat titulum. Non habẽs autem titulum verum vel coloratum, secundũ Dy. in c. malæ fidei. extra eod. tit. lib. vj. præsumitur in mala fide. Quod sequitur Albe. quia ex titulo vero vel colorato præsumitur iusta ignorãtia rei alienę.

Ideo est bonæ fidei, quia iusto ductus errore credidit rem fuisse autoris sui. & ita dicit post Cyn. & Iacob. de Are. esse intelligendas glos. superius allegatas, & Doctores eas sequentes. Sed de hoc videte plenius Doct. in locis allegatis, & in d. l. Celsus. ff. de vsucap. Potest enim possessor quandoq; habere iniustum titulum, quandoq; iustum, & aliquando iu-
18 stissimum. †Iniustus titulus est, vt dicit ibi Ioan. de Imol. post Bar. qui causatur à facto proprio, per id quod habetur in l. quanquàm. ff. ad Velleia. & c. ab excommunicato. extra de rescrip. & Bart. in dict. l. Celsus. vt quando possessor putauit sibi donatum, vel sibi venditum, nulla tamen præcedente suasione aduersarij. Non enim licet alicui propriũ factũ ignorare, vt dictis iuribus, & alijs allega. cum ibi
19 nota. †Imò & in dicta decretal. ab excõmunicato. super glos. concludit Panor. quòd in facto proprio præsumitur scientia, vt ibi, nisi sit factum intricatum valde, vel nisi sit multũ de longinquo, per id, quod not. in c. tertio loco. extra de probati. vel nisi facti magnitudo aliud suadeat, vt in c. cũ illorum. in fi. extra de senten. excõmu. quod dicit esse notandum. In facto verò alieno regulariter nõ præsumitur scientia, sed ignorantia, vt in cap. præsumitur ignorãtia. extra isto tit. libr. vj. & d. l. verius. Quod fallit, nisi factum publicè sit notum, in c. j. extra de postula. præla. & c. quod dicitis. xvj. distin. vel nisi quis teneatur inuestigare factum illud alienum, vt in c. innotuit. cum sua glos. super verbo, ignorãtia. extra de electi. quæ etiam probantur in d. c. ab ex-
20 communicato. †Id etiam quod dictum est, non esse licitam ignorantiam in facto proprio, per iura allegata. & l. plurimum. ff. de iur. & facti igno. & not. per glos. in l. fi. in fi. ff. pro suo. Fallit tamẽ, vt in d. l. quanquàm. dicit Bald. in l. sed & si me putem. ff. de condi. indebi. & ibi in textu ratio patet, quia sicut dicit ibi Salic. in facto proprio toleratur error, vel ignorantia facti in damno vitando, qui error probatur, probãdo rem aliter se habere, vt ibi patet, & clarè in l. si post diuisionem. C. de iur. & facti igno.
21 †Aliquando possessor potest habere iustum titulũ, licet erroneum, secundum Bart. & Io. de Imol. post gl. in d. l. Celsus. quando error causatur à suasione aduersarij, qui rẽ suscipienti asseruit se tradere promisisse: licet nõ esset verũ quòd promisisset: suscipiens tamen credidit suasioni. Ideo ita putans esse, habet iustum titulum, causatum ex suasione aduersarij, vt l. si æstimans. ff. pro soluto. & l. hominem. ff. pro suo. quæ hic allegãtur in gl. Facit quod not. per gl. fi. in l. j. §. fi. aliàs est l. quæsitũ. ff. quãdo actio de peculio est annalis. Potest etiam haberi iustissimus titulus erroneus, vt declaratur per prædictos Doct. Bart. & Ioã. de Imol. cum error ille oritur ex facto alieno, vt quia tutor, vel curator, seruus, procurator, aut negotiorum gestor, dixit se emisse rem pro illo possessore, vt l. quod vulgò. ff. pro empto. & l. fi. ff. pro suo. Idem est, quãdo ex visione error causatur, vt quia contrahitur cum pupillo, qui aspectu magnus apparebat, vel cum fatuo, qui sapiens videbatur, & secum contrahens eum puberẽ reputauit, vel sapiẽtem, vt l. ij. §. si à pupillo. ff. pro empto. & ibi per Bar. & l. pignori. §. j. ff. de vsucap. qui dicit non valere, quo ad præiudicium pupilli vel

vel furiosi,sed bene quo ad alios.facit l.cum qui.in prin.ff.de publicia.Idẽ etiã facit publica fama,vel opinio viciniæ.l.cum quidã.§.quod dicit.ff.de acq. hære. vbi super vna gl.dicit Io. de Imol.q ad illam inducendã non requirit opinio omniũ de loco, sed duntaxat illorũ, qui verisimiliter scire possunt, & sic vicinorũ,nisi sec'm Bar.esset factũ notabile, qđ debuisset verisimiliter transire in notitiã omnium, saltem maioris partis,vt mors regis,vel principis, aut notabilis ciuis.De quo etiã per Bar. in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstio.& per glos.in l.iij.§. eiusdẽ.ff.de testi.vbi videte plenè Sali.hoc tractãtẽ sup dicta gl.sed nõ est propriè materia præsentis regulæ. Ideo ad illa sufficiat remissio, & nota.in l.ea quidẽ.C.de accusa.per Docto. & l.iiij.C.de proba. & aliquid in c.inquisitionis.extra de accusa. & hæc sufficiant super ista regula.

Summarium.

1 Funeris ratione possunt res legatæ distrahi.
2 Sepultura quid & quot modis sumat.& nu.3. & 4.
5 Religiosus locus quis dicatur.& nu.6.
7 Ecclesiarũ immunitate an gaudeant domus canonicorum,hospitalia,& episcopi palatia.
8 Emẽs à falso tutore iudicis autoritate est ĩ bõa fide.
9 Iudicis sentẽtia dat causam vsucapiẽdi & præscribendi,etiam scienti rem alienam.& nu.10.

Qui autore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.

OPPORTVNE videtur hæc lex situata incontinenti post præcedentẽ,quæ de bonæ fidei possessore loquit: sed opportunè hoc esse dico, quoniã cõtinuatio legũ ad inuicẽ nõ est de necessitate,sed de bene esse, vt plenius dixi in l.in totũ oĩa.in prin.ĩ isto tit.Sũpta fuit hæc regula textualis à l.& si qs.§.j.ver.& si res legatę.ff.de relig.& sump.fun.quæ etiã fuit Vlpiani, sicut ista,
1 †vbi dicitur,res legatas à testatore, de cuius funere agitur,si nõ sit vnde funeret,posse capi, & distrahi pro funere testatoris, nec sunt auferẽdæ à bonæ fidei possessore, qui autore iudice cõparauit, qui est casus pulcher,sec'm Albe. ibi,& fauorabilis sepulturę mortuorũ.De materia cuius sepulturę,& pertinẽtibus ad illã esset recurrendũ ad tractatum dñi Alberti de Ferrarijs de Placẽtia, per qõnes principales trigintaquinq;, pluribus alijs in illis inclusis.
2 Est†aũt,sec'm eũ,in prima quæstione sepultura locus cõcauus,in q̃ ecclesiastico cœmeterio corpus catholici requiescit.q sit concauus,alleg at Ioã. And. tex.in c.pe.extra de sepult.ibi, dũ dicit in text.non permittat prius effodi sepultura.not.Panor. super rubr.extra de sepul.Et q in ecclesiastico cœmeterio debeat sepeliri,facit text.xiij.q.ij.c.aurũ habet ecclesia.quare aũt in cœmeterio vel ecclesia corpora sepeliuntur, gl.in cle.j.eo.ti.remittit ad no. in c.cum grauia.xiij.q.ij.vbi ponit ratio in tex.& in gl. quæ triplex est,vt ibi videri potest.recitat etiã Ioan. de
3 Imol.in d.cle. †Vel sec'm eundẽ Alber. dici potest sepulturã esse ius inferendi mortuũ in sepulcrũ, iuxta id,quod hr̃ in c.relatum. extra de sepul.& qñq; sepultura dr̃ sepulcrũ , qñq; monumentũ, vt l.ij.§. sepulcrũ.ff. de reli.& sump.fu. Vel sec'm Ioã.Fab. in l.si sepulcrũ.C.eod.titu.Sepulcrũ dr̃ post illationẽ mortui,sed ante illationẽ dr̃ monumentũ, vt ff. eod.tit.d.l.ij.§.monumentũ.sed ead.l. d. §.sepulcrũ. dr̃ illud esse,vbi corpus vel hoĩs ossa condita sunt. & in d.§.monumentũ.ea .l.monumentũ dr̃ quod fit memoriæ gratia conseruãdæ. Videte etiam ad hoc eo.tit.l.funeris.§.j.Sed qa dictũ est ũ.res legatas per testatorẽ posse alienari pro sepultura,quomodo sit
4 hoc,& quo iure pmissum.†Considerandũ est,q sepultura qñq; dr̃ locus,in quo quis sepeliẽdus est,iuxta illud qđ hr̃ Matt.xxvij.c. Emerũt ex illis agrũ figuli in sepulturã peregrinorũ. Aliqñ dr̃ sepultura iã facta,vt dictũ est statim, in qua deputatũ est & sepultũ corpus Christiani,& anteq̃ ibi sepeliat corpus prædictũ,vel sit ad hoc faciendũ deputatus, locus ille dr̃ priuatus oĩno , quia non est deputatus ad vsum publicũ,seu ad diuina,vel nullus est ibi sepultus,licite ille locus põt vẽdi, vt ibi fiat cœmete-
5 riũ vel eccla,vt nor.in d.c.aurũ. †Qñq; potest dici locus religiosus ,non autẽ sacer,puta si corpus alicuius defuncti fuit ibi sepultũ de volũtate dñi illius loci,vt l.ij.C.de reli.& sump.fu. & talis locus vẽdi non potest,vt not.gl. & ibi Panor. in c.abolendæ. extra de sepul.& do. Albertus de Ferra. in dicto tractatu.q.ij. Iure eñ isto ciuili indubitatũ est,q quatenus corpus humanũ tangit illũ locũ, desinit esse in dñio alicuius,vt l.qũq;.ff.de aqua plu.arcend. in prin.quod iure ciuili procedit:sed secus de iure canonico,sec'm Inno.in d.c.abolendæ. quẽ sequũtur prædicti Doct.& Io.de Imol.in d.l.qũq;.dicentes,q locus nõ efficiat religiosus,nisi autoritate pontificis ad talem vsum deputet, vt in c.ad hæc.extra de relig.domi.vbi idem not.ipse Panor.& remittit ad not.in d.c.abolendæ.Sicut nec hospitale efficit religiosum per laicos ædificatũ , vt no.gl.xiij.q.ij.c.in ecclesiastico.ex quo dici posse videbat, q talis locus posset vendi etiam, sec'm ius canonicũ, qđ nõ admittit Panor.in d.c.abolendæ. secundũ quẽ licet vbi nõ interuenit autoritas epi̅,stricto modo locus ille nõ efficiatur religiosus quo ad hoc, vt gaudeat priuilegio loci religiosi & publici , tñ largo modo efficit religiosus, tãq; deputatus ad vsum piũ:sicut laicos valde honestos possumus religiosos vocare,quasi relegatos ad cultũ diuinum,vt in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ.extra de consti.& no.per Io.de Imo. in c.nos quidẽ.ff.de testa.qui alleg.gl.in c.ex multa. extra de voto.& qđ hr̃ in c.fi.de reb.eccleś.nõ ali.&
6 p Io.And.sup rubr.& c. Ioannes.de regular.†Prædictus verò Albertus de Fer. vbi ŝ.cõclusiue dicit, q vbi nullus est adhuc ibi sepultus , nec interuenit autoritas epi̅ ad sepulturã locũ illũ destinãtis, potest ille vẽdi , qa nõ est sacer,nec religiosus,sed dici debet purus,vt l.ij.§.purus.ff.de relig.& sump.fun. quãuis laicus aliquis ad hoc illũ locũ destinasset,qa talis laica destinatio nõ facit ipm religiosum , cum laicis non sit hæc attributa potestas , qm̃ etiã iure ciuili oportet ibi esse corpus humanũ, vt religiosus dici debeat.licet Io.Fab.recitatus per Ang.de Are. Insti.de rer.diui.§.religiosum.aliter loqui videatur

ſecundum ius ciuile. Sed ſecũdum Canones dicitur
tunc religioſus, qñ interuenit autoritas epiſcopi,
arg. d. l. ij. §. Celſus. & no. in c. relatũ. extra de ſepul.
Interueniẽte verò autoritate epi talis locus gaudet
priuilegio loci religioſi, vt c. fi. extra de cõſec. eccle.
vel alta. & c. relatũ. de immu. eccleſ. Nec poteſt talis
locus vendi, quia ſemel Deo dedicatũ, ad humanos
vſus cedere non poteſt. in c. ſemel. extra iſto tit. lib.
vj. & xij. q. ij. c. nulli licet. & xiiij. q. ij. §. nũc autẽ quę-
ritur. & §. itẽ quęrit. & c. queſta. & alleg. c. abolẽdæ.
& facit c. iter dilectos. extra de relig. do. vbi hoſpi-
talia vel oratoria autoritate cõſtituta laicorũ, licet
pia ſint, non tñ gaudẽt priuilegio eccleſiaſtico, aut
religioſi loci, & pñt ad placitũ laicorũ ad priores
vſus profanos reduci. Et ſecus eſſet, ſi autoritas epi
interueniſſet, vt not. in c. fi. extra de eccleſ. ædifi. &
cle. j. de pœ. & remiſ. p Ioã. de Lignano. & in aut. de
eccl. tit. §. ſi qs in ſua domo. & d. c. pe. extra de imm.
7 eccl. † Vbi etiã tenẽt Doct. ꝙ hoſpitalia autoritate
epi fundãda, & palatiũ epi, pręſertim ſi in eo eſt ca-
pella, ſicut cõiter fieri cõſueuit, imò & domus Ca-
nonici hñs capellã, gaudet priuilegio immunitatis
eccleſiarũ: de quo per Archi. xvij. q. iiij. c. id cõſtitui-
mus. & dixi plenius in l. nemo de domo ſua. ſ. iſto
tit. Supradicta autẽ in prin. p gl. quo ad rerũ lega-
tarũ vẽditionẽ pro funere teſtatoris, intelligi debẽt
pro impẽſa funeris neceſſaria, de qua in d. l. & ſi qs.
§. j. quę expẽſa etiã extẽdit ad locũ in quẽ defunctus
eſt ſepeliendus, vt d. l. & ſi qs. §. funeris cauſa. Em-
ptio tñ illius fienda eſt, anteꝗ̃ ſit autoritate epi ad
hoc deſtinatus, per ſuperius alleg. De ipſo autẽ actu
ſepeliẽdi vel officio, an poſsit vẽdi, & p eo dari, ſi
etiã ſit cõſuetudo, vt aliqd det, nõ eſt materia iſtius
regulæ, ſed ad hoc videte gl. in d. §. itẽ quæritur. &
quod hr̃ in c. præcipiẽdum. & c. queſta. xiij. q. ij. &
in c. non ſatis. extra de ſimo. & c. ad apoſtolicã. eo.
tit. & dictũ Albertum in allegato tractatu. q. v. vbi
8 notabiliter ſcripſit. † Glo. ſubſequẽter ad probatio-
nem huius regulæ adducit id, qđ hr̃ in l. j. §. idẽ Põ-
ponius. ff. quod fal. tuto. auto. vbi emẽs iudicis au-
toritate à falſo tutore, vr̃ bona fide emiſſe, & valet
cõtractus, etiã vt ibi dicit Bald. ſuper verbo, geſtũ,
in pręiudiciũ pupilli, quia falſa autoritas nõ vitiat
verã autoritatẽ, in qua eſt ſoliditas. Circa hoc vide-
te Inno. qui allegat illũ §. in c. cũ ſup abbatia. & ibi
Doct. extra de offic. dele. & qđ hr̃ in l. decreto. §. j. ff.
9 de admi. tuto. & l. cõſilio. §. fi. ff. de cu. furioſ. † Alle-
gat deinde gl. ad ppoſitũ huius regulæ id, quod hr̃
in l. & gñaliter. ff. de noxal. vbi decretũ iudicis dat
conditionẽ vſucapiẽdi ſeruũ pro noxa traditũ, etiã
ſcienti alienũ: & ad hoc cõſueuit ille tex. allegari, ſe-
cundũ Bal. ibi, dicentẽ ꝙ licet miſſus in poſſeſsionẽ
ſerui alieni, habeat ſcientiã ꝙ alienus eſſet, non tñ
eſt malæ fidei, ſed bonæ fidei, qa dñs ſerui tenetur
noxali iudicio, & poſſeſſor illũ habuit per ſentẽtiã
iudicis. Faciunt nos. per gl. & Doct. in c. contingit.
10 extra de dolo & cõtu. † Videmus etiam in ſimili, ꝙ
ſententia iudicis etiã quę nulla eſt, dat cãm præſcri-
bendi, ſcđm gl. xvj. q. iij. c. ſi ſacerdotes. qui allegat
c. peruenit. extra de empt. & vẽdi. & l. qđ vulgò. ff.
pro empto. & l. iij. ff. p lega. Sed de hoc dicendũ eſt
vt not. per gl. & Doct. in l. iuſte poſsidet. ff. de acqu.
poſ. vbi hr̃, ꝙ autoritas iudicis prębet iuſtã cauſam
poſsidẽdi. Concordat qđ hr̃ in l. Pomponius. §. ſi
iuſſu. eo. tit. Gloſ. verò in d. l. iuſtè. intelligit hoc eſſe
verũ, qñ autoritas iudicis ritè interponit, licet non
rectè, & dictio, ritè, vt ibi declarat Io. de Imol. deno-
tat ſolẽnitatẽ, ſed dictio, rectè, iuſtitiã. Ad qđ facit
l. nõ putauit. §. nõ quęuis. ff. de bo. poſ. cõt. ta. & l. ij.
§. j. ff. de inoffi. teſta. Bart. tñ in d. l. iuſtè. cõcludit, ꝙ
defectus iuſtitiæ ex parte agẽtis facit ꝙ non poſsi-
deat iuſtè: qđ ſcđm Io. de Imol. ibi, vr̃ cõtra text. l.
cũ putarẽ. ff. fami. erci. Sed Baldus allegatus p dictũ
Io. de Imol. dicit, ꝙ Bartolus loquit in decreto iu-
dicis, qđ ipſo iure vitiat, pпter defectũ iuris agen-
tis, vt l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fi. ei, q in poſ. miſſ.
eſt. Secus eſſet in ſñia diffinitiua ritè lata, vt d. l. cũ
putarẽ. & reddit Bal. rationẽ diuerſitatis, qa decre-
tum imploratr iudicis officio, iuxta plenè no. in l. ſi
finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf. in quo officio quod
impartit iudex qñ petit, debet habere æquitatẽ añ
oculos, vt hr̃ & not. in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo qđ
cert. loco. & l. vbicunq;. ff. de interro. acti. Sententia
verò ferri debet virtute actionis quę intẽtat, licet p
exequutione iudicis officiũ imploret, ideo maiorẽ
habet efficaciã. facit qđ hr̃ in d. §. ſi iuſſu. per Doct.
& inſti. de offic. iudi. & ibi per Ang. Aret. Et debet
etiã cõſiderari, ꝙ ſentẽtia diffinitiua fertur cũ ma-
iori ſolẽnitate, vt l. j. & ij. C. de ſentẽ. ex peri. recitã.
& l. prolatã. cũ ibi not. per gl. & Doct. C. de ſenten.
& interlo. om. iudi. ex quo etiã Ioã. de Imol. cõſulit
bene notari, ꝙ ſentẽtia primi & ſecũdi decreti non
requirit de neceſsitate ſolẽnitatem dictæ l. j. & ij. &
etiã appellatur ſentẽtia interloquutoria, iuxta no.
in l. præſenti. C. de his qui ad eccle. cõfug. & ſentit
Bart. in l. cũ Titia. ff. de accuſ. Cætera circa hoc vi-
deri poſſunt in locis alleg. & Ang. Aret. in d. §. fi. &
quæ recitata fuerũt in l. nõ videtur. §. qui iuſſu. & l.
factũ à iudice. ſ. iſto ti. & reliqua videte in l. minor
xxv. annis. adito præſide. ff. de minori. vbi debito-
res minori habenti curatorẽ ſoluentes iudicis præ-
cepto tuti ſunt, de quo ibi per Doctores.

Omnis hæreditas, quãuis poſtea adeatur, tamẽ cũ tẽpore mortis cõtinuatur.

DEclarationẽ huius regulæ remit-
tit hîc gloſ. ad l. omnia ferè iura.
ſ. iſto titulo. vbi gloſſ. materiam
illius & iſtius regulæ notabiliter
declarat, & videre poteſtis ea, quę
ſuper illa recitaui.

Summarium.

1 ☞ Delicti præteriti æſtimatio, quando ex poſt fa-
cto creſcat. & nu. 2. 3. 4. 5. & 6.

Nunquam creſcit ex poſt facto præteriti delicti æſtimatio.

DEt id quod habetur in l. qui occidit.
§. fi. ff. ad l. Aqui. dat exemplũ hic gl.
in iſta lege. Vbi eñ pro vulnere non
mortifero, licet negligẽtia vulnerati
ſequatur mors, agitur de vulnerato,
& non de occiſo, vt illum §. fi. ſummar ibi Floria-
nus, qui etiã notat ex hoc, ꝙ quãdo vulnus non eſt
morta

mortale, si sequatur mors ex culpa vulnerati, vt qa
inordinate viuat, vel se curari nõ patiatur, non põt
vulnerans accusari, vel cõtra eũ inquiri, nisi de vul-
nere. Super hoc tñ stari debet iudicio, & relationi
medicorum, vt l. semel. C. de re mili. lib. xij. & l. j. §.
j. ff. de ven. inspi. Et sic, vt dicit hic gl. quãdo solum
agitur de vulnerato, & nõ de occiso, vt dictum est,
non crescit æstimatio delicti ex post facto. de qbus
tamen dicite, vt plenius fuit dictũ in l. culpa est. &
1 l. imperitia. eo. isto tit. †Sed secundũ glos. hæc regu-
la habet fallentias. Primò in l. aut damnũ. §. quisqs
autem. ff. de pœ. vbi damnatus ad opus publicũ per
certũ tempus, pati debet duplicationẽ illius tẽpo-
ris, nõ illius quo stetit in carcere, vel opere: sed illud
quod superest tantũ duplicatur, scd'm Bar. ibi, qui
2 sic intelligit illũ tex. †Scd'ò fallit in suadẽte stuprũ
cum alio cõmittendũ, qui perfecto postea flagitio
grauius puniri debet, vt l. j. §. fi. ff. de extraordi. cri.
3 †Tertiò fallit in casu l. impuberẽ. §. j. ff. ad l. Cor. de
falsis. vbi pater notarius asscribẽs legatum in testõ
filio suo capto ab hostibus, si filius reuertaẽ, incidit
in pœnã senatusconsulti Liboniani: & sic euentus
cõsideraẽ & crescit, & nõ prius factũ. Pro quo vide
te ibi Bart. qui reddit rationẽ, qm̃ per scriptionem
legati filio capto ab hostibus nõ quærebatur illud
legatũ patri, nisi filio reuerso. Ideo inspiciẽ euẽtus,
an scilicet acquireretur legatũ, vel nõ acquireretur
4 scribenti. †Quartò fallit in casu l. eiusdem. §. sed ex
senatuscõsulto. ff. ad legẽ Cor. de sicar. vbi dans me-
dicamentũ causa conceptionis, si inde recipiẽs fœ-
mina moriaẽ, punitur acriter qui illud ministrauit,
& sic id, quod sequutũ est, æstimatur, & imponitur
pœna relegationis, vt ibi. Cui obstare videbaẽ l. si
quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. vbi mini-
strans tale quid, propter sequutam mortem puni-
tur vltimo supplicio. Sed respondet Bartol. quòd
in dicto §. qui abortionis. datum fuerat pocuiũ, nõ
causa conceptionis, quæ est res licita, sed causa rei
illicitę, scilicet abortionis, ideo grauior est inferen-
5 da punitio. †Quintò fallit hæc regula, in l. si finita.
§. fin. cum l. sequen. ff. de dam. infe. vbi beneficium
prætoris in causa dãni infecti extẽditur ad tempus
damni commissi, & sic actionis exercitiũ differtur
secundũ Io. de Imo. ibi. & ita sentit hic gl. cum dicit
istam legẽ loqui in facto consummato, ibi verò in
non cõsummato. Ideo æstimatio fienda est tempore
6 quo consummatur. †Postremò dicit gl. fallere hanc
regulam in l. inficiando. in prin. ff. de furt. vbi si de-
positarius negauerit depositũ, licet illa negatio sit
propriẽ furtũ, nõ p̱ hoc diciẽ fur: quia solo aio non
cõmittiẽ furtũ, cũ hoc fieri dicatur cõtrectatione, p̱
quã priuatur dñs sua possessione. Ideo nõ cõmittiẽ
per inficiationẽ & denegationẽ rei depositæ, nõ in-
teruenientẽ cõtrectatione: & sic si dictus depositari-
us post negationẽ depositi quã fecit, rem depositã
contrectauerit, furtũ committit, vt ibi. Facit quod
habetur in l. iij. §. si rem. ff. de acquir. pos. cũ ibi not.
& in l. Pomponius. in fi. ff. de acquir. rerum domin.

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusę iudicio, saluę permanent.

Declarata fuit plenissimẽ hæc regula in
l. non solet deterior conditio fieri. ad
quã remittit hic gl. cum l. nemo enim.
& l. pœnalia. eo. isto tit. Recurrendũ est
ad per me recitata in d. l. non solet. septima charta.
ver. his visis declarãda est hæc regula. per quæ apta
huius legis declaratio patebit. & proderit etiã vi-
dere recitata in l. sicuti pœna. & l. pupillũ. §. in hæ-
redes. eo. eodem titu.

Summarium.

1 ☞ Alienare an possit hæres ea, quæ sunt in diẽ, vel
sub conditione legata, aut restitutioni subiecta.
2 Metu quẽ vendere cogẽs, an re tradita efficiaẽ dñs.

Non videtur perfectè cuiusq; id esse, quod ex causa auferri potest.

PER textũ l. fi. §. sed quia nostra
maiestas. C. cõmun. de lega. hanc
1 regulam dicit glos. declarari. †Ibi
enim habetur, q̃ relicta in testa-
mẽto purẽ vel in diem certũ sub-
iecta restitutioni, nõ possunt alie-
nari vel obligari, aut serui manumitti: sed relicta
sub cõditione vel die incerta possunt interim alie-
nari; casu tamẽ restitutionis aduenientẽ retro inua-
lidũ fingitur, quod factũ est, præscriptione tempo-
ris non obstante. Ex quibus colligitur, q̃ res purẽ
legata respectu hæredis dicitur aliena. Quod clarũ
est in re legata purẽ, quia illius rei legatæ purẽ do-
miniũ transit recta via à testatore in legatariũ, vt l.
à Titio. ff. de furt. & habetur in l. j. C. cõmu. de lega.
Sed quo ad rem quę legatur in diem certum, dicitur
respectu hæredis aliena spe quantũ ad dominium,
secundum Docto. ibi: qm̃ licet ab adita hæreditate
per hæredẽ, non transeat in legatariũ tunc illius rei
dominiũ, obligatio tñ nata est, quę impedit hęredẽ
alienare dominiũ quod habet, quod non diciẽ per-
fectẽ tunc ad eũ pertinere, vt vult hæc regula. & sic
est casus, vbi dñs non habet potestatẽ alienandi, si-
cut in simili in l. dotalem. ff. de testa. mili. & l. ij. C.
de vsucapi. pro empto. & l. si creditor. §. fi. ff. de di-
stract. pigno. & Insti. quibus alie. licet. in principio.
Dominiũ autem dicto casu, vt dixi, non transit in
legatariũ ante diei euentũ, quia dies apposita videẽ
hæredis fauore p̱pter fructus & cõmoditates, quæ
ad eũ & non ad legatariũ illo intermedio pertinẽt,
secundũ Bal. in d. §. sed quia nostra maiestas. facit l.
stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verb. oblig. & l.
quod de bonis. §. fructus. ff. ad legẽ Falc. & not. in l.
post mortem. C. de fideicõmis. & quod habetur in
l. j. §. serui. ff. ad Sillei. Et facit ad hoc, quia isto casu
translatio dominij est executio, vt not. per Dyn.
in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Sed exe-
quutio fieri non debet dilatione pendente. Interim
tamen non debet hęres alienare, etiam si post quin-
quaginta annos esset oneratus per testatorem resti-
tuere, nisi suas solas commoditates, sed non rei, seu
dominij substantiam. & ita ibi dicit Bald. post Dy.
esse intelligendũ illud, quod habetur in l. codicillis.
§. instituto. ff. de legat. ij. Secundò declarat gl. nostra
hãc regulam per illud, quod habetur in l. si mulier.
2 §. si metu. ff. quod met. caus. †vbi si quis per metum

coēgit aliquem sibi vendere, vel aliter contrahere, & emptā rem tradere, quanquàm traditione emēs & accipiens videatur effici dominus, non tamen perfectè efficitur dominus, quia tradenti competit actio quod metus causa, propter quod impeditur etiā accipiēs vsucapere.l.si vi vel metu.C.de his quę vi metus've caus.fi. Et hæc intelligenda sunt, iuxta illa, quæ habentur in l.metum.§.volenti.per gloss. ē.isto titu.& ibi per Bart.Bald.& Alberi. & in l.in bello.§.si quis seruum.ff.de capti.& postli.reuer. & l.cum quis.§.qui hominem.ff.de solutio.& l.Neratius.ff.de condict.indeb. & l.plerunq.ī.eodem titu. In quibus iuribus cum ibi notatis per Doct. patet veritas huius regulæ, q̄ non videtur esse dominus ille, à quo res aliquo casu potest auferri: cum etiam ille qui ad eā rem tenetur, eā tradēdo non liberatur, nisi liberè illam faciat accipientis. Facit etiam ad hoc l.si domus.§.de euictione.& l.non quocūq; modo.ff.de lega.j.& illud quod notatur per glossam & Docto.in l.cum alienam.C.de legat.

Summarium.

1 ☞ Absens causa reipublicæ non præscribit, sicut nec contra eum præscribitur.
2 Ciuitas an dicatur respublica.& nu.3.
4 Villa aut municipium an faciat rempublicam, vt ciuitas.

Absentia eius qui reipublicę causa abest, neq; ei neq; alij damnosa esse debet.

PAVCIS verbis hæc regula declaratur hic per gl.de hoc quod habetur in l.j.& l.videlicet.ff.ex quib. caus. maior. vbi absentia causa reipublicæ facit, ne absens ex illa damnū patiatur, vt puta, quòd contra eum non currat vsucapio tēpore absentiæ suæ: & si cucurrerit, ipse aduersus illā restituatur in integrū. †Et similiter dici debet, q̄ eodem modo non currat sibi ad suū commodū pręscriptio cōtra præsentem, qui eo absente causa reipublicæ nō poterat eū cōuenire, vel agere contra ipsum tūc absentē, vt dictis iuribus, cū concord.ibi alleg.in gl. Quæ iura sæpe allegātur, maximè dicta lex, videlicet. q̄ officiū publicū nemini debet esse damnosum.& ibi gl.allegat istā regulam. Cōcordat ad hoc c.cum nō deceat.cum iuribus ibi alleg.in gl.j.Io.And.extra de electio.lib.vj. De hac autē materia quomodo pertineat absenti causa reipublicæ restitutio, vel alij cōtra eum, videndus est Rofre.in ti.de rescissoria actione.vbi notabiliter & egregie illā explanat & practicat. †Sed opportunè videndū esset, nūquid ciuitates dicātur respublica, sic q̄ absentes illarū causa dicant̄ absentes causa reipublicæ,& restituātur sicut respublica, vt l.respublica.C.ex quib.cau.ma.In qua quæstione gloss.& Doct.inuicē contrarij videntur, quoniā gl.j.in d.l. respublica.q̄ sola respublica ciuitatis Romanę dicatur respublica. Ad quod allegat l.cū qui vectig. ē.ti.prox.de verb.signi.& l.nihil. ff.ad Maced.vbi contra ciuitatē aliam q̄ Romanā opponitur exceptio senatusconsulti Macedoniani, quæ nō opponeretur cōtra minorem, vt l.verū. §.fi.cū l.seq.ff.de mino.Item quādo aliquid propriè de vno dicit̄,& impropriè de alio, illud si simpliciter proferat̄, in propria significatione sumendū est, vt l.si ita quis. §.is cui.ff.de leg.ij. sed de proprio significato reipublicæ ciuitas Romana intelligit̄, vt alleg.l.eum qui vectigal.ergo de ea sola intelligi debet reipublicæ pronūciatio.facit l.sancimus.C.de nup.& maximè in casu q̄ est cōtra ius cōe, sicut est causa restitutiōis in integrū, vt ff.de acti.& obli.l.in honorarijs.§.sed cū rescissa.Et istā opinionē tenebat Odo.Cy.& Pe. 3 & Inno.in c.j.extra de resti.in inte.†Sed in cōtrariū videtur alia opinio verior, quę vult aliarū ciuitatū q̄ Romanę rempublicā nominari, & illas posse in integrū restitui, vt tenet gl.in l.rēpublicā.C.de iur. reipub. lib.xj.& Azo in summa de vsucap. in fi. & Guido de Suza.& Iac.de Are.allegati p̄ Bal.& Alb. in d.l. respublica. & dicūt hoc expressè probari in l.j.C.de offi.eius, qui vic. alte.ger. vbi hoc tenet gl. allegans cōcordantias. Alias allegat Albe.in alleg. l.respublica. videlicet l. cū rempublicā. C.qui po. in pig.habe.& ff.de flumi.l.j.§.si fossa. & de publica.vectig. & cō.l. sed & ij.cū multis similib. Refert autē Albe. in d.l. respublica.se vidisse obseruari & approbari ciuitatē aliā, q̄ Romanā restitui in integrum, tanq̄ vtentē iure reipublicæ, qm̄ eadem ratio sicut & in Romana est in alijs ciuitatibus, quæ de facili subsunt lęsionibus: cū naturale vitiū sit negligi, quod cōiter possidetur, vt dicit tex.in l.ij.C. qn̄ & quib. quar.pars deb.in bo.decur. lib.x.Et facit, q̄a ratio quare respublica Romanorū vel fiscus restituit̄, est q̄a regit̄ per administratores illius: qd' obseruat̄ & in alijs ciuitatibus, vt sequi videt̄ Bar. & Bal.in sępe dicta l.respublica.& Iac.Rebuf.in d.l. rempublicā.& Spec.tit.de resti.in integ.§.j.ver.idē quoq; videtur in republica. & vers.seq. Licet Bart. dicat post Iac.Butrig.q̄ quælibet ciuitas potest restitui in integrum, nō iure minoris, sed ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbit̄: de qua in l. fi.& l.sed & si per prætorē.§.fi.ff.ex quib.caus.ma. Longissimo sermone disputat hoc Iaco. Rebu.vbi ē.tandem dicit, q̄ omnibus bene cōsideratis respublica sumi potest largissimè, quādoq; largius, qn̄q; strictè, vt dicit̄ de præside in l.j.ff.de offi.præsid.sed stricto iure sola respublica Romanorū dr̄ publica. Aliarū ciuitatū largissimè, qm̄ etiā dicit text. in l. bona ciuitatis.ē.ti.prox.illa ciuitatis alterius q̄ Romanę bona impropriè publica vocari,& ea sola publica dici, quæ sunt populi Romani. & allegat ibi gl.tex.l.vsucapionē. ff.de vsuca. Facit quod hr̄ in l. inter publica.ē.ti.prox. Ista autē regula secūdū exemplū positum in gl. intelligitur de quacūq; republica, bene ordinata in ciuitatibus bene administratis: qm̄ legati seu ambasiatores p̄ negotijs missi, si tp̄e absentiæ lædantur, habent restitutionē in integrū, secundū no.hic per gl.& probat̄ in l.legatis.ff. ex quib.caus.ma.igit̄ vt dicit & residet Bald.vbi ē. fortius ipsa ciuitas lęsa debet restitui: qm̄ omne ius, secd'm eū, est potentius in causa, q̄ in causato, vt in aut.multo magis.C.de sac.sanct.eccl.Sed fortè dici posses secd'm Alb.q̄ nō contēplatiōe vel priuilegio

ciuit

ciuitatis restituūtur dicti legati,sed propter eorum
4 iustā absentiā,vt l.j.C.ex qui.cau.ma. †Dubitatur
autem de castro, vel villa, aut municipio an idē sit
dicendū,sicut in ciuitatibus.Glos.in alleg.l.respubli
ca.tenet ꝙ nō,quòd scilicet nō restituātur,in cōtra-
ctibus scilicet,nec pręscriptionibus,neq; iudicijs:&
sic rediguntur ad instar maiorū,& nō minorū. Nihil
tamē allegat dicta gl.Bal.ibi allegat,& sequitur Iaco.
de Are.qui tenet cōtrariū,quoniā quodlibet muni-
cipium æquiparatur ecclesiæ. l.vt inter diuinū.C.de
sacrosan.eccle.& dicitur pars,& mēbrū reipublicæ.l.
insulæ.ff.de iudi.facit l.qui ex vico.ff.ad municip.&
largo modo dicitur respublica,vt d.l.sed & ij. in prin.
ff.de publi.Iac.Butrig.cuius opi.sequitur Bar.dice-
bat hoc esse verū in magnis castris & villis,secus in
paruis. Sed Bal.opi. Iaco.de Are.dicit esse veriorē.
nam legatus municipij restituitur,vt d.l.legatis.ergo
multò fortius municipiū.Nec reperitur secundū eum
diuersitas inter magnā & paruam vniuersitatē, nec
probatur lege,sine qua nō est loquendū. l.illā.C.de
colla.& in aut.de triē.& semis.§.cōsiderem⁹.coll.iij.
Itē probatur ratione,quoniā in vniuersitate siue ma-
gna,siue parua nō est reperire verum cōsensum,nec
verā negligentiā, sed fictā:cum in vniuersitate sint
infantes,pupilli & minores,quorū fauore vniuersi-
tas ciuitatis,villæ,castri,vel municipij,meretur re-
stitutionē,quoniā sunt de corpore vniuersitatis. Et
ita residet Bal.post Dy.& Old.& tenet gl.in d.l.le-
gatis. De quibus legatis videte Archi. xciiij.dist.c.
valde.§.legatū.& xcvij.dist.c.j.& plenius circa hoc
Iaco.Rebuf.in d.l.rempublicā.post Bar.& Doct.&
aliqua quæ recitaui in l.aliud.§.refertur.ē.isto tit.

Summarium.

1 ☞Fideicommissi restitutio quare nō fiat procura-
tori in rem suam, sed bene simplici procuratori.&
nume.2.& 3.
4 Contra vel præter ius vel rationē quomodo diffe-
rant,& quomodo in eis fiat extēsio.& nu.5.6.& 7.
8 Statutorum quæ interpretatio fiat.
9 Filiæ appellatione quando in statuto contineatur
neptis.

Quod contra rationē iuris receptum est,non est producendū ad consequētias.

ALIQVA licet pauca de mate
ria huius regulę dicta fuerunt post
glos.ibi in l.quæ propter necessita
tem.ē.isto tit.Glos.verò hîc etiam
paucis vtitur exēplis,& primò de
eo quod habetur in l.si mulier. §.ex
1 asse.ff.de iure dot.†vbi restitutio fideicommissariæ
hæreditatis nō potest fieri procuratori in rem suā,
quoniam non potest illa fienda restitutio delegari,
hoc est, vt ibi summat illum §.Salicetus,quòd mu-
lier fideicommissaria vniuersalis,cui per fideicom-
missum restituēda est hæreditas ab hærede de resti-
tuendo grauato,nō potest delegare marito suo,etiā
ex causa dotis,illud fideicōmissum restituēdum,sed
ipsi mulieri restitui debet,vt illud possit tradere ma
rito.Quoniā illa restitutio nō potest fieri ꝓcurato-
ri in rē suā,quasi ipse esset fideicōmissarius, per illū
text. qui est ad hoc singularis & notabilis, vt dicit
Bal.Simplici tamē procuratori bene fieri potest re-
stitutio fideicōmissi,vt l.apud Iulianū.§.verū. ff.ad
Trebel.Contra quod arguit gl.in d.§.ex asse.de l.ꝙ
si minor.in prin.ff.de mino.vbi de causa restitutio-
nis fit cessio procuratori in rem suā.Sed solutio est,
secundū Salic.in d.§.ex asse.ꝙ in cōtrario loquitur de
restitutione in integrū,quæ conceditur ratione læsio-
nis & ætatis,nec vllas in se cōtinet actiones. Sed §.
ex asse.loquitur in restitutione fideicōmissi fiēda ex
Senatuscōsulto Trebelliano,quæ cōtinet transitum
ad actionem. Ideo nō potest fieri , nisi illi cui debet.
2 †Bal.autem in l.sancimus.in prin. C.ad Treb.assi-
gnat de hoc rationē , quare procuratori in rem suā
nō possit fieri restitutio fideicōmissi ex Trebellia-
no,quia dicta restitutio nō potest cedi:quoniā resti
tutio ex Trebelliano est quædā cessio,ideo fideicō-
missarius si cederet alteri,esset cessio cessionis.Non
potest igitur cedi ius cedendarū actionū.vel secun-
dum eundē Bal.vt etiā hic dicit gl.speciale est in re-
stitutione fideicōmissi ex Trebelliano,cum nō pos-
sit separari à persona fideicommissarij. Imò in eius
persona debet sumere vires:quod non esset, si fieret
procuratori in rem suā,quia per talē restitutionē fi-
deicōmissario vniuersali nihil acquireretur.quod esset
cōtra mentem testatoris. facit l.post mortē.& quod
ibi notatur.C.de fideicō.Vel secundū Alber.in d.§.
ex asse. ibi nō fit cessio fideicōmissi procuratori in
rem suā,quia illi actiones nō cōpetebant, eò ꝙ nō-
dum erat sibi restitutio facta saltē verbo,iuxta l.re-
3 stituta.& l.facta.ff.ad Treb.†Est etiā attendendū ad
hoc quod dictū est, procuratori simplici fieri posse
restitutionē fideicōmissi,vel hæreditatis ex Trebel-
liano. Quia hoc dici debet verum,si ad hoc habeat
speciale mandatū,vt l.qui ita.§.j.ff.ad Treb.& not.
per Io.de Imol.in l.per ꝓcuratorē.ff.de acqui.hære.
Ad quod seruit theorica Bar.in l.filius. ff.de donat.
vbi not.ꝙ quādo acquisitio potest esse multū peri-
culosa requiritur speciale mandatū.quod est notan
4 dum.†Vlterius gl.hic allegat l.quod verò.ff.de legi.
vbi est idē tex.& l.in his. eod.tit.& pro declaratio-
ne,quid dicatur esse cōtra rationē. Archi.xxviij.q.j.c.
omnes deinceps.illud esse dicit cōtra rationē,siue cō
tra ius,quādo aliquid de nouo statuitur cōtra id quod
erat primo statutū.& allegat d.l.quod verò.ad quod
etiā ista potest allegari.Sed pręter ius est,quādo ali-
quid statuitur, quod nōdum erat statutū. Ad quod
allegat illud quod habetur in c.vt circa.extra de elect.
lib.vj. Sed subiungit ad propositū huius regulæ,ꝙ
statutū cōtra ius nō est extēdendū,sed restringendū.
Et ita dicit cōmuniter intelligendā esse d.l.quod ve
rò.sed id quod est secundū ius vel præter ius,potest
produci,hoc est,extēdi,maximè quādo est fauorabi
le,sicut in d.c.vt circa. secundū dictū Archi.quē ad
hoc allegat Alber.in alleg.l.quod verò.Dispēsatiuè
verò introductū, nō est ad cōsequētias trahendū:si-
cut miracula diuina,etiā non sunt trahēda ad cōse-
quentiam,sed admirāda,vt lxj.dis.c.statuimus.§.ex
his autoritatibus.& iiij.q.ij.& iij.c.si.lvj.dis.c.apsi-
5 ca autoritate. §.hoc autem,&c. †Et in hac materia,
secundum Iac.Butrig. quē sequitur Albe.dici potest,
ꝙ inducta cōtra legē,& cōtra rationē,non trahuntur

ad cõsequẽtias nec ad similia, vt in hac regula, & d.l.
quod verò & eo.tit.l.quod nõ ratione.cũ ibi nota-
tis per Doct. Sed si secundũ rationẽ aliquid inducat
cõtra ius, vt in casibus exceptis à regulis, bene extẽ-
ditur ad casus, vbi est eadẽ ratio, vt in Senatuscõsul-
to Macedoniano, vbi cõtra regulas iuris cõsulit fi-
liisfamilias accipiẽti mutuũ, & tamẽ porrigitur ad
nepotẽ, in quo est eadẽ ratio, vt l.filiũ.ff.ad Maced.
& ad res datas in fraudẽ pecuniæ, vt eod.ti. l.sed Iu-
lianus.§.mutui datione. Et facit quod not.per gl.in
l.Gallus.§.& qd si tantũ.ff.de lib.& posthu.& per gl.
& Ange.in l.cum prætor.in prin.ff.de iudi. Incõue-
niencia etiã dicuntur esse cõtra rationẽ. Omne autẽ
irrationabile restringendũ est, & nõ ꝓducendũ siue
ampliandũ: dato enim vno incõueniẽti, nõ est aliud
simile incõueniens inferendũ. Ad quod allegat Bal.
in sæpe dicta l.quod verò. ea quæ habẽtur in l.j.C.
de dotis promis.& l.si quãdo.C.de inoffi.testa.& l.
ratas.C.de rescin.ven.& l.auia tua.C.de iure dot.&
in aut.de alie.& emphyteo.§.sanctissimas.colla.ix.
Omnis tamẽ lex, secundũ eũ, præsumitur rationabi-
6 lis, nisi cõtrariũ monstretur, vt xij.dist.c.illa. †Cõtra
tamen prædicta videtur facere id, quod habetur in l.si
quis seruo.C.de fur.vbi per gl.fit extẽsio decisionis
illius legis pœnalis loquentis in seruo: ad hoc quod
fuit in simili attentatum in filio, cum tamẽ in d.l.si
quis seruo. sit multũ speciale, ꝙ licet seruus ibi non
fuerit corruptus, neq; verè deterior factus, nisi secũ-
dum opinionẽ suasoris, ipse tamen suasor punitur, &
punitur ibi factũ, licet nõ fuerit perfectũ, neq; deli-
ctum cõsummatũ, secundũ verã illius diffinitionẽ,
secundũ ea quę habentur in l.inter omnes.§.rectè.ff.de
furt.& l.fi.ff.de cri.expil.hære. Nec dñs ibi in l.si qs
seruo. habebat interesse venire, propter quod inter-
esse cõpetit actio serui corrupti, vt l.si quis.§.fin.ff.
de ser.corrup. Et tamẽ illud quod ibi statuitur in ser-
uo, per glos.extẽditur ad filiũ. & sic fit extẽsio de eo
quod statutũ fuit iure speciali, & per fictionẽ, cum
fingatur corruptus seruus, licet verè nõ fuerit. Et fin
gitur etiam dñium, serui habere interesse. Sed secun
dum Bal.ibi, & Salic.illa lex quãuis sit pœnalis, est
tamen æqua, pro vtilitate publica cõposita, vt l.ita
vulneratus.ff.ad legẽ Aquil.vbi tex.dat doctrinam
ad cognoscendũ æquitatem, ꝙ æquũ illud dicatur,
cuius contrariũ est iniquũ vel absurdũ: quoniam est
absurdũ, ꝙ mala exẽpla non puniãtur. Facit c.vt fa
mæ.extra de sen.excõ.cum cõtor.ibi allegatis in gl.
Ideo illa gl.bene dicit, per text.& not.in l.vt tantũ.
7 §.j.ff.de ser.corrupto. †Bar.verò dicit, ideo dictam
glos.fore verã, & facit festũ de illa, alia ratione, scili
cet ꝙ non fit ibi extẽsio per hominẽ, sed per legẽ iu
ria antiqui dicẽtis statutũ in seruo habere locũ in fi-
lio. Quod vt dicit Bal.nõ est mirum, ꝙ regula iuris
antiqui trahatur ad casum nouæ legis, cum in legis
veritate omnis species cõtineatur, vt l.j.ff.de condi.ex
lege.& sic ad futuros, & improuisos casus extẽdit se
regula. Vel vt dicit Albe.in dict.l.si quis seruo.licet
quo ad seruũ non fuerit omnino delictũ cõsumma-
tum: quia nõ fuit, vt dictũ est, factus deterior, fuit ta
men quo ad suadẽtem cõpletũ. Ad quæ videte not.
Alber.in l.si quis non dicã rapere. C.de epis.& cler.
Et ad prædicta facit, secundũ Salic.in alleg.l.si quis
seruo. quia in quibuscũq; casibus habent locũ leges
interpretãtes, habent locũ leges interpretatæ, vt in
aut.de filijs ante dot.instru.natis.circa prin.coll.iij.
8 †Sed quæritur quid dicendũ sit in statutis. Dicit Bal.
in alleg.l.quod verò.cõsiderandã esse illorũ rationẽ.
Cui obstare videtur lex, prospexit. ff.qui & à quibus
ma.libe.nõ fi. Nõnulli tamen dixerũt illã legẽ care-
re spiritu & ratione, quoniam mens legis, magis q̃
verba debet attẽdi. facit l.scire leges.ff.de legi. Di-
ctum enim generale restringitur per rationẽ anne-
xam, vel subsequentẽ, aut inhęrentẽ. Facit l.si is qui
animo.ff.de acquir.pos. Sed dicit Bal.ꝙ d.l.prospe
xit.quo ad Vlpianũ illius legis cõditorẽ habet in se
rationem, quia legislatores ante eũ nihil cõmiserãt
iudici examinandũ, sed simpliciter statuerãt dilatio
nem, quæ dilatio æquiparatur dilationi iudicis statu-
tæ cum causæ cognitione, & interim nihil est inno-
uandum, nisi pro tuitione dilationis. l.siue pars. C.
de dila.& not.per gl.Innoc.in c.significãte.extra de
appel. Sed dicit super prima decretali, Bal.ꝙ debe-
mus inhærere verbis statutorũ municipaliũ, nec ali
ter interpretari, q̃ statuta loquãtur, vt d.l.prospe-
xit.quam ad hoc ibi allegat. Quam partẽ dicit esse
tutiorẽ, quoniã lex municipalis assignat dilationẽ
per se ipsam, & nõ per iudicis ministeriũ. vnde iu-
dex est tunc taxatus in suo officio, vt no. per Cy.in
c.indultũ. extra isto tit. lib.vj. Ad quod facit quod
not.in c.intimasti.extra de appel.& omnes assesso-
res, secundũ eum, debẽt habere præ oculis illã legẽ,
quæ dicit in dubio melius esse verbis edicti seruire.
l.j §.si is qui nauẽ.vers.in re igitur dubia.ff.de exer-
cito. verba enim intelligi debẽt secundum mentem
proferẽtis, vt ibi.& c.his.cap.intelligẽtia.& c.præ-
terea.extra de verbo.sig. Non tamen semper verba
propriè sumuntur, sed quandoq; impropriè, & per
cõtrariũ, vt beneficijs, id est, maleficijs, vt l.fratres.
C.de inoffi.testa.& ibi gl.non enim in folijs verbo-
rum, nec in superficie scripturæ, sed in radice ratio-
nis lex cõsistit, vt j.q.j.c.Marcion & Basilides. Ali-
quando tamẽ verba magis attẽduntur q̃ sentẽtia,
vt l.si alij. ff.de vsufr.vbi videte glos.& Doct.in l.si
9 alij.ff.de vsufr.leg. †Quærit Bal.in sępe dicta l.quod
verò.de quęstione: Si dicat statutũ, ꝙ filia dotata nõ
succedat patri, an in illo statuto cõprehendatur ne-
ptis. quod non videbatur, quia verba statuti nõ de
nepte, sed filia loquuntur, & ita scripta sunt: & neptia
abusiuè, non autẽ propriè filia dicitur, nec secundũ
propriã diffinitionẽ, vt l.filiũ. j.respon.ff.de his qui
sunt sui vel alie.iur. sed secundũ Bal.cõtrarium dici
potest, quoniã fauore domus siue agnationis factũ
videtur illud statutũ: & inspecta ratione statuti illud
dicitur reale, nõ personale, & magis videtur ratio id
statuendi in nepte, q̃ filia, arg.l.si viua matre.C.de
bo.mat. Et facit ratio, quia illud statutũ ꝓuidet ge-
neri masculino: quoniã licet extet filia, durat prouí
sio statuti, Insti.de lega.§.si quis ancillas.& C.de na.
libe.l.cũ quis. persona enim, quæ excludit, nunq̃ est
causa fauoris, sed persona quæ includitur, arg. ff.de in
ius vo. l.sed & si hac lege.§.fi. Et hac ratione Cy.in
l.j.C.quę sit long.cõsue.& Bar.tenẽt istã opinionẽ,
cum agnati dispositiuè includãtur in statuto, & sic
nulla fit in hoc statuti illius ꝓductio seu extẽsio. Nec
etiam est extẽsio inquantũ excludit, quia nomen fi-
liæ potest attribui nepti ex generali nomine descen-
dentium;

dentium, vt l.Lucius.ff.de hære.instit.& l.liberorũ.
§.tit.proxi.de verb.sig. & vbi est eadem ratio, non
est extensio, sed potius intellectus statuti. l.nominis
& rei.§.verbũ ex legibus.eod.tit.proxi.Et istius sen
tentiæ videt esse, imò est in simili Sali.in d.l.si viua
matre.vbi dicit in statuto excludēte filiam à succes-
sione, cõprehendi filiũ eiusdē filiæ, vt etiã ille filius
excludat. Ad quod facit c.vnicũ.§.hoc autē notan-
dum.in tit.qui feud.dare pos.Idem etiã tenet Bal.in
d.l.quod verò. in quæstione, si statutũ excludat ma
terteram à successione, ꝙ excludatur eius filius, neq;
succedat, per d.§.hoc autē notandũ. qa filius repræ-
sentat matrē, & succedit in eius loco. Dicit tamē, ꝙ
si statutũ in succedēdo priuilegiet patruũ, nõ videt
priuilegiare patruũ magnum. & ita ipse, & omnes
Doctores Bononię cõsuluerunt in casu occurrente:
quia minor est ratio in remotiori gradu illũ inclu-
dendi, q̃ in propinquiori: & sic dicit cessare rationē
statuti. Similiter dicit, ꝙ si filij bãnitorũ excludant
à succedēdo per statutũ, non cõprehenditur nepos:
quia nepos nõ nascit ex bãnito & vxore eius. igitur
nõ est filius eius, per d.l.filiũ. Et cũ simus in materia
odiosa, statutũ debet intelligi in propria, & stricta
significatione. facit l.lege Iulia.§.nec distinguitur.
ff.de ritu nupt.

Summarium.

1 ☞ Duo non possunt insolidum esse eiusdem hære-
des, nec eiusdem rei domini.& nu.2.
3 Hæres quando desinere possit esse hæres.& nu.4.
5 Hæres propriè & impropriè.& nu.7.
6 Hæres viuentis an dicatur.& nu.13.
8 Hæres quãdo nec de liberis dicat.& nu.9.10.11.& 12.

Vni duo, pro solido hæredes esse non possunt.

PRO intelligentia clariori huius
regulæ possunt videri illa, quæ re-
citaui in l.hæreditas. §.isto titu.&
not.per gl.in l.nihil est aliud.§.ti.
1 proximo.†Et quod dicit hic glos.
scilicet ꝙ quando duo simul insti-
tuuntur hæredes, succedunt in vniuersum ius quod
defunctus habuit, sed non quilibet insolidum, sicut
eiusdē rei nõ possunt esse duo dñi insolidũ, vt l.hæ-
reditate.§.pater.ff.de castrē.pecu.& l.si vt certo.§.si
duobus vehiculũ.ff.cõmoda. Vbi enim duo sunt ab
eodē testatore hęredes instituti, quilibet eorũ repræ-
sentat personã defuncti pro ea parte, pro qua est hæ
res institutus, vt not.per Io.de Imol.in l.prætoriæ.
§.j.ff.de præto.stip.vbi hoc sentit glos.& alleg.pro
singulari ad hoc quod dictũ est, pro ea solum parte,
qua quilibet eorũ est hæres, repræsentare personam
defuncti, & pro reliqua parte censet extraneus. Pro
qua gl.dicit bene facere l.cum à matre.C.de rei ven.
& l.si vxor.C.de bo.auto.iud.pos.& l.si ab eo.C.de
neg.gest.& quod not.in l.fi.§.in cõputatione. C.de
2 iure delibe.†Sed gl.hic opponit contra istã regulã:
quoniã si quis instituat hæres vniuersalis, & grauet
hæreditatē restituere, quã restituit fideicõmissario,
ambo sunt hæredes. Nam ille cui restituit, dicit hæ-
res, & habet loco hæredis, vt Insti.de fideicõ.hæred.
§.restituta.& l.si filius.ff.quod cũ eo qui in alie.pot.
Ille etiã qui restituit, nõ desinit esse hæres, vt l.& si
sine.§.sed quod Papinianus.ff.de mino. Soluit gl. ꝙ
institutus grauatus restitutione, post restitutionem
hæreditatis licet nõ desinat esse hæres iure ciuili, be
ne tamē desinit effectu. Qui effectus trãsit in fideicõ
missarium, cui est facta restitutio, nõ tamē est hæres
directo. ipse enim vt etiã explanat Ang.Are.in d.§.
restituta. anteq̃ sibi restituta sit hæreditas, nõ habet
actiones, nisi in casibus notatis in textu & gl.l.pe.§.
cum autē.C.ad Treb. Sed facta restitutione hæredi-
tatis cum cessione actionũ, statim illæ transeunt in
fideicõmissariũ, nec dant hæredi, qui restituit, vt l.j.
ff.ad Treb.§.j. qui restituēdo nõ desinit esse hęres di
recto nec iure ciuili, sed vtilitatis effectu sic, vt notat
Bart.& Docto.in d.§.sed quod Papinianus. ne duo
hæredes eodē iure pro solido simul reperiant, vt in
3 hac regula, & d.§.si duobus vehiculũ. † Etiã est hic
aduertendũ, ꝙ semel hęres, desinere potest esse hęres,
vbi ex dispositione iuris priuat hęreditate propter
suã culpã, vt not.per Io.de Imol.post Pet.de Anch.
in c.si hæredes. extra de testa. allegãtes ad hoc gl.in
aut.de hære.& Falc.§.si quis autē nõ implēs.colla.j.
super verbo, auferri. Et facit quod not.in glo.& per
Doct.in l.in substitutione.ff.de vulg.& pupil.subst.
vbi dicit idē Io.de Imol. ꝙ semel hæres, potest desi-
nere esse hęres ex remedio rescissorio iuris ciuilis, se-
cus ex remedio prætoris vel dispositione testantis,
vt l.ei qui soluēdo.in fi.ff.de hære.insti.vbi ipse Io.
de Imol.istũ articulũ latius ꝓsequit, & allegat Ang.
dicentē, ꝙ facto hominis semel hæres, nõ desinit esse
hęres, nec etiã facto iudicis vel pretoris, vt patet in
d.l.ei qui soluēdo.& d.l.& si sine. §.sed quod Papi-
nianus.& Instit.de bo.pos.§.quos autē. sed bene po-
test desinere esse hæres ex iuris ciuilis dispositione,
vt d.§.si quis autē nõ implens.& aut.hoc amplius.
4 quæ ex illo §.sumit.C.de fideic.†Dicit tamē Bal.in
d.l.in substitutione. ꝙ secundũ decisionē iuris ciui-
lis rescissoriã desinit esse hæres, vt est in querela in-
officiosi testamēti, & in decisionibus prędictorũ iu-
rium. Sed vbi nõ esset ius ciuile rescissoriũ, sed trãs-
latiuũ illius iuris in aliũ, non desineret esse hęres, vt
l.ex facto.§.Iulianus.ait, Iulius Lõginus.ff.de vulg.
& pupil. vbi licet quis institutus & grauatus fidei-
cõmisso perdat cõmoda hæreditaria, eò ꝙ accõmo
dauit tacitã fidē de restituēdo nõ capaci, ipse tamen
adeundo hęreditatē hæres efficit, ea ratione, quia in
testamēto nõ est vitium, licet illud vitiũ veniat ex-
trinsecus accõmodando dictã suã fidē de restituēdo
incapaci, nõ tamē perdit nomē hæredis, nec emolu-
menta, quæ sunt appēdices solius nominis, sicut est
substitutio pupillaris: quia qui est indignus succes-
sione patris, nõ est indignus successione filij, in cu-
ius portione erat pupillariter substitutus: & satis
punit, qui punit in eo quod deliquit, secundũ Bal.
ibi, Io.de Imol.& Paul.de Cast.atq; Doct. Facit l.si
sequēs.ff.ad Silleia. cũ ibi notatis.& in l. Marcellus.
§.fi.ff.ad Treb.& l.rescriptũ.ff.de his quib.vt indi.
de quo in l.beneficio. ff.ad leg. Falc.hæres etiã dicit
noie, qui repudiauit hęreditatē, vt l.& si ex modica.
§.si filius. cũ cõcor.ibi allegatis in gl.ff.de bo.liber.
Deinde opponit glos. ꝙ nedũ duo, imò plures vni
hæredes esse possint pro solido: quia hæres hæredis
est hæres testatoris.l.antiquitas. C.de vsufr.& l.fin.

C.de hæred.insti.cum cōcor.ibi allegatis in gl. Sol-
uit autē,q illud verū est diuersis tēporibus,sed non
eodem tēpore,quia viuens nō habet hæredē,vt ha-
betur in l.j.ff.pro hærede.& l.nec nos.C.de capti.&
postlimi.reuer. Hoc enim verbū,hæres,dicit ab he-
ros quod est dominus,vt l.item Mela.§.legis autem
5 Aquili.ff.ad leg.Aquil. †Et vt dicunt Bar.Bal.Ioā.
de Imol.& Paul.de Cast.in l.Gallus.§.etiā.ff.de libe.
& posthu. hæres sumitur quandoq; propriè, vt est
successor in vniuersum ius quod defunctus habuit,
vt d.l.hæreditas.ō.isto tit.& l.nihil.ō.tit.proximo.
Et isto modo viuens nō habet hæredē,per iura alle-
6 gata. †Licet quandoq; hæreditas dicatur viuentis,
secundū Bal.in titu.de pace tenen.§.j.vers.hæredes.
per illū tex.Sed ibi viuens habebatur pro mortuo,
quia in eius locū alter successerat. Ad quod facit l.
7 actione.§.publicatione.ff.pro soc.†Aliquando etiā
hæres strictè & impropriè sumit,pro filio, nepote,
aut alio descēdente, tenēte primum locū in suitate,
& isto modo viuens potest habere hæredē. Dicitur
enim filius,etiā viuo patre,dominus bonorū pater-
norum,licet impropriè.l.in suis.ff.de libe.& posth.
& in §.sui.Instit.de hære.quali.& diffe.Et sicut filius
vocat dominus eo modo, ita dici potest hæres isto
modo,quo dicit dominus. Et ita sumit in d.§.etiā.
in l.Gallus.Vbi Bart.& Docto.prædicti,circa hoc
tractant, quādo dictio ista,hæres,in vltimæ volun
tatis dispositione,aut inter viuos ponitur,an sit in-
telligēda primo vel secundo modo,hoc est propriè,
vel impropriè.Datur tamē regula,secundū Paul.de
Cast.ibi,quòd regulariter primo modo sumi debet
pro quolibet hærede etiā extraneo, qui succedit in
bonis defuncti,per l.sciēdū.& l.hæredis.ō.ti.proxi.
8 †In quibusdā tamen casibus restringi debet ad filios
tantum,& impropriè sumi,videlicet primo quādo
cōfertur dispositio in tēpus vitæ alicuius, qui tunc
non potest habere hæredē. Ideo verba sumēda sunt
impropriè,vt sit bene intelligat est casus in d.§.etiā.
Et facit quod habet in l.si quis Titio.cū ibi notatis.
9 ff.de vsufr.accre. †Alius & secūdus casus est,quādo
illa dictio hęredis,apponitur in materia,in qua ex-
tranei non succedunt,vt in feudis,in quibus verbū,
hæres,sumit pro filio,& sic strictè pro descēdētibus
ex eo,qui est stipes cōmunis agnationis, vt notauit
Bal.in præludijs feudorū.iij.char.vers.dixi quarto.
qui allegat tex.de aliena.feud. c.si clientulus.iij.col.
vers.octauo not. & not.per gl.& Dy.in l.ex facto.
in fi.& ibi Bart.ff.ad Treb.& l.in cōuentionibus.ff.
de verb.oblig. & per se ipsum in l.liberti libertæq;.
C.de ope.liber.& per eum in l.etiā.ff.sol.mat.& ibi
Io.de Imol.& Io.And.in addi.Spec.ti.de testa.ad fi.
10 & Alber.in procemio.ff.§.discipuli.†Tertius casus
est,quādo dictio,hęres,profert cum adiūcto dictio-
nis masculus,vt si dicat,concedo tibi tē aliquam,&
tuis hęredibus masculis:quæ adiectio masculorū,fa
cit q de hæredibus proprijs corporis illius cui cōce
ditur,& nō extraneis sit intelligēda cōcessio.& fuit
opinio Raynerij,quam Bar.& Doct.sequunt in sæ-
11 pe dicto §.etiā.& dicunt esse notandū.†Quartū ad-
dunt casum Doct.quādo sequeret aliquod inconue-
niens sumēdo nomen hæredū,pro extraneis hæredi
bus,puta instituēdo Titiū,& si decesserit sine hære-
dibus substituēdo sibi Semproniū. nunq; enim vel
raro quis decedit sine hærede,vt in d.l.ex facto.§.fi.
ff.ad Trebel.Ideo debet intelligi de suis filijs,& non
12 extraneis hæredibus,per illum tex. †Addit Paul.de
Cast.post Bar. vbi ō.aliud simile & notabile exem-
plum,si quis extraneus per testatorē instituat hęres,
& grauetur ab eodē testatore,si sine liberis decedat,
de restituēdo hæreditatē Seio,& suis hæredibus. Il-
lud verbū, hæredibus, sumit pro liberis dicti Seij.
Aliàs sequerēt incōueniēs,q si Seius substitutus de-
cederet prius,relictis extraneis hæredibus,& postea
decederet primo loco institutus sine liberis, & reli-
ctis extraneis hæredibus,hæreditas restituēda foret
hæredibus substituti extraneis,qui præferrent hære
dibus extraneis instituti, quod nō debet credi fuisse
de mēte testatoris.Quoniā sicut plus dilexit primo
loco institutū,q̄ substitutū secūdo loco,ita creden-
dum est ipsum plus dilexisse hæredes extraneos in-
stituti,q̄ illos extraneos hæredes substituti, argu.l.
Publius.§.Titia.ff.de cōdi.& demon.& ita in publi
ca disputatione tenuit Richardus Malūbra, quem
refert & sequitur Bar.qui allegat Ioā.And. in addi.
Spec.vbi ō.ante fi.licet eo modo ipse Io.Andr.non
videatur loqui,secundū Paul.de Cast.dicentē tamē
esse rationabile & tenendū id quod Bart. dixit atq;
sequendū.Videri etiā potest circa hoc id quod nota
uit ipse Bar.in l.si is qui ducēta.§.vtrū.ff.de reb.du.
13 in articulo de copulatiua.in fi. †Itē attendi debet ad
id quod superius dictum fuit, q viuens non habet
hæredē,per iura quæ ad hoc fuerūt allegata:quoniā
si quis instituat animā suā hæredē,valet institutio,
cum tamē anima,sine qua nō est homo,non morit.
Et tamē valet institutio,vt not.per gl.& Doct.in l.
si quis Titio decē.ff.de leg.ij.Sed hoc est,quia per il-
lam institutionē pauperes videntur instituti,vt ibi
not.& per Io.de Imol.in c.quia ingrediētibus.extra
de testa.vbi dicit,q si quis dicat in testamento ali-
cui suo amico,pono bona mea,& animā meā in ma
nibus tuis:interpretādū est in effectu, q voluerit di
cere,facio te hæredē meū pro pauperibus,q̄uis ex-
presse nō fecerit hæredes illos. Sed hoc fit per quen-
dam nutū subintellectū à iure : quod dicit esse mētē
tenendū.Et idē notauit ipse in c.cum tibi.eod.titu.
vj.char. & allegat Bal.ita tenuisse in repetitione l.j.
C.de sacrosan.eccl.& Pet.de Anch.in d.c.cum tibi.
valet enim aīs institutio tacita,vt l.iij.C.de inoffic.
testa.& l.fi.C.de posthu.hæred.insti. ille enim ami-
cus nō sui cōtemplatione,sed animæ defuncti videt
nominatus.l.cum aliquis.C.de iure deliber. vbi in-
stitutus sub cōditione certæ qualitatis, quæ si vera
esset,alteri quæreret hæreditatē,eius cōtēplatione
videtur institutus, & illo instāte cōpellit adire. Fa-
cit quod habet in l.quidā cum filiū. ff.de hære.insti.
cum ibi notatis per Doct.nec debet anima vim pa-
ti,nec cōfidentia trahi ad perfidiā,vt Insti.de fidei-
cōmis.libert. in prin.& §.fi. Vltimò in hac regula,
sciendum est, q quota bonorū non facit hæredem,
vt l.non amplius.§.fin.ff.de legat.j. vbi Bar.Bal.&
Docto.& l.si quis bonorū. eod.tit. & notauit Sali.
in l.scimus.in prin.C.de inoffic.testamen.

Summarium.

1 ☞Tacere est mediū quid inter concedere & negare.
2 Taciturnitas quādo habeat pro consensu,& quan-
do non

do non.& nume.sequen.vsq; ad finem.

Qui tacet, non vtiq; fatetur: sed tamen verum est eum non negare.

ISTI regulæ concordat c. is qui tacet. extra eod.titul. lib.vj.& secundum Dy.ibi duo dicit. Primò ꝙ tacens non videtur cōfiteri. Secundò ꝙ ille qui tacet, non vi-
1 detur negare. †Et secūdum gl.hic tacere mediū quoddam est inter expressam voluntatem & contradictionem expressam, sic ꝙ non est eodē iure iudicandum de vtraq;, secundū exemplum quod subiungit in actione tributoria, per iura quæ allegat in l.si quis seruum. ff.de pecul.& l.j. ff.quod iussu.& l.j.§.scientiam.ff.de tribut.& l.j.§.si is qui nauem.ff.de exercit.vbi explanat Salice.sicut hic facit glos. scilicet ꝙ si exercitor exercet nauē de voluntate patris vel domini, in cuius est potestate, pater & dominus hoc volens in merce dominica, & nauali obligatur insolidum. Si contra voluntatem patris vel domini, non tenetur. Sed si nec volentes, nec contradicentes fuerunt pater nec dominus, imò scientes tantum & patientes, tunc nō habentur pro volentibus, nec cōtradicentibus, sed eligitur media via, videlicet ꝙ in peculiari merce in tributum tenentur, & idem in nauali propter scientiā, vt dictis iuribus. Ex quibus colligit, quòd quando lex dispo nit quid in tacente, non est applicanda taciturnitas illa alicui extremorum, scilicet nec extremo voluntatis, nec extremo contradictionis, sed extremo sui ipsius, sicut lex disponit, vt dicto §.si is qui nauem. in versic. in re igitur dubia. & idem dicit Alber.in l.filius.§.inuitus.ff.de procur.in vers.si quæras. Vel vt in dicto §.si is qui nauē. dicit Bar.si filius vel seruus negotietur, patre vel domino ignorante vel inuito, ipsi tenentur solum de peculio. Si ipsis scientibus & volentibus circa certam speciem contractus, tenentur parti insolidum, vt dicta l.j.ff.quod iussu. Idem si pater vel dominus velit filium vel seruū generaliter negotiari, in merce nauali tenetur insolidum, vt dicto §.si is qui nauem. Sed in merce peculiari tenetur tantū tributoria, vt ibi in versic.at institoris.& sic voluntas patris circa cōtractum filij, vt colligit Sali.non semper eum obligat. Ad quod facit id quod habetur in l.Lucius Titius Caiū Seiū. ff.de admi.tut. Vel si vultis circa istum articulū, vi-
2 dete Alber.& Docto. in dictis locis allegatis. † Ista autem regula, secundum glos. hic notabilē patitur fallētias, in casibus quos enumerat, videlicet primo in secunda sui parte in l.filius.§.inuitus.ff.de procu. l.inuitum.ff.de ser.vrb.præd.l.qui vas.§.qui ex voluntate.versic.vetare.ff.de furt.l.in eo.§.deinde.ff.de ritu nup.l.iubemus.C.de testa.& l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.actio. in quibus iuribus taciturnitas habetur pro expressa cōtradictione, contra secundam partē huius regulę, in qua dicitur, eum, qui tacet, non haberi pro negante. Et tamē in dictis iuribus dicitur illū haberi pro expresse cōtradicente.
3 †Sed etiam cōtra primam partem, in qua dicitur, tacentem non haberi pro cōfitente vel consentiente, faciūt plura iura, vbi habetur ꝙ taciturnitas habetur pro expresso consensu, vt l.ij. §.voluntatem. ff.sol.matr.l.j.§.pœna.ff.de libe.agnos. l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.l.qui in futurū.ff.de pactis.vbi tacens videtur cōsentire. in quibus casibus dicit glos.istam regulā, in prima parte fallere, & pa-
4 tientiam haberi pro cōsensu. †Doctores verò super iuribus allegatis, & in l.Caius. ff.de pig.actio. vbi plenius per Alberic.& in l.si fine. C.ad Velleia.per Bal.& in l.inuitus.C.de procur. hæc brocarda examinant & declarant per elegantes quæstiones, & solutiones illarū. Primò enim dicunt, ꝙ taciturnitas habetur pro cōsensu quo ad vtilitatem tacentis, vt in l.si procuratori præsentis.ff.de verb.obl.cum ibi notatis per glos. super verbo, domino.& Docto.& probatur in dicta l.itē quæritur.§.qui impleto.vbi propter actus præcedentis continuationē remanens in conductione prædij vrbani vel rustici post tempus conductionis domino illius tacente, videtur reconduxisse ad annum, vel aliud tempus, ad vtilitatem domini tacentis & scientis, secundum Sali.ibi. facit etiam ad hoc l.qui patitur.& l.si remunerandi. §.si passus.ff.mandati. Quod dicit Bald.in dicta l.si sine. fore verū, loquendo de vtilitate vera, siue præsumpta, per ea quæ habentur in dicto §.voluntatē. filia enim ibi præsumitur cōsentire patri suo agēti de dote, quoniā affectus paternus inducit præsumptionem, ꝙ pater id agit ad filiæ vtilitatem, vt ibi. & l.sed ea quæ.ff.de sponsali. Vbi autem non fit ad vtilitatem tacentis, sed potius ad damnum, videtur ꝙ regulariter taciturnitas nō habetur pro cōsensu. Ad quod allegāt aliqui illa, quæ habētur in l.si seruus cōmunis.ff.de donat.inter virū & vxo.& l.cum
5 proponas.C.de pact. †Sed hic cōsideranda veniunt plura: quia aut agitur de obligando tacētem, & datur regula hoc casu, ꝙ sola taciturnitas non inducit consensum, ita ꝙ tacens nō videtur obligatus taciturnitate sua, vt d.l.filius.§.inuitus.ff.de procur.vbi procurator inuitus dari nō potest, & tacens dicitur inuitus. Fallit tamē prædicta regula in pluribus casibus. Primò in isto casu de procuratore cōstituto, si cōstitutus procurator receptis per eū literis procurationis vel instrumento publico non contradicat, videtur cōsentire, & assumere onus causæ, imò causarum, quæ sibi committuntur, vt est decisio textualis in Cle.j.de procur. cum ibi notatis per Ioā. de Imola, qui dicit hoc procedere, quādo scienter & non errans illud recipit, cum errans non cōsentiat, vt l.si per errorem.ff.de iurisd.om.iudi. Idem dicendum est, secundum Bal.& Alber.in l.inuitus.C.de procura.post Iac.de Rauē.ꝙ procurator cōstitutus, sciens & tacens, videtur cōsentire, si sit persona constituenti coniuncta, vel vt dicunt prædicti Docto. post Pet.de Bellaperti.si esset multū amicus. Quod dicit Bal.esse notabile ad quæstionem, quam in dicta l.inuitus.ponit Cyn.de illo, qui in domo amici sui illo sciēte deponit suum librum, vel aliam rem, quòd ille amicus apud quem deponitur, videtur suscepisse custodiā libri, vel alterius rei propter amicitiam, ratione socialis affectionis, vel sanguinis cōiunctionis.ad quod facit id quod habetur in l.si seruus communis.ff.de dona.inter virum & vxo.& l.si

ego.de iure dot. & faciunt notata in l.cum propo-
nas.C.de pact. & probatur in dicto §.voluntatē.&
l.in adoptionibus.ff.de adop. Idē dicit Bal.eſſe for-
tè dicendum,ſi procurator præſens apud acta con-
ſtitueretur.arg.l.cum oſtendimus.§.fin.ff.de fideiuſ.
tuto. Sic etiam dicendum eſt,ſi ille procurator con
ſtitutus ſemel recuſaſſet onus,ſed poſtea acceptauit,
valet acceptatio,vt in c.licet. extra de procura.lib.
vj. Fallit etiā dicta regula,quæ habet taciturnitatē
non haberi pro conſenſu quo ad damnum tacentis,
propter publicā adminiſtrationē, vt ſi patre præ-
ſente,filiofamilias cōmiſſa ſit adminiſtratio publi-
ca,vt puta decurionatus,vel ſimile aliquid publicū,
pater etiam tacens videtur conſenſiſſe,& tenetur ac
fideiuſſor pro filio,vt l.ij.in prin.ff.ad municipa.&
notatur per gloſ.in l.ſi filius. ff.de tutelis.& l.ſi hy-
pothecas.C.de remiſ.pigno.& l.honores.§.fin.ff.de
decurio. Fallit etiam propter præcedentem conceſ-
ſionem, quam fecit pater filio, vt dicta l.j.§.ſcien-
tiam.ff.de tribu.Item etiam propter literarū filij ſu-
ſceptionem, quam fecit pater, neq; contradixit,vt
l.ſi filiusfamilias abſente patre. ff.ad Macedo. Item
propter poteſtatem dominicā,quæ facit dominum
6 teneri pro delicto ſerui,vt l.ij.ff.de noxal.† Aliquā-
do agitur non ſolum de obligando præſentē,ſcien-
tem,tacentem,ſed de diminuendo ius ſuū reale:quo
caſu,ſi illa taciturnitas ſit doloſa & deceptuoſa,ha-
betur pro cōſenſu,vt in dicta l.ſi ſine. C.ad Velleia.
& l.mulier.C.de diſtract.pigno.ſed ſi non tendat ad
alterius deceptionem,non habetur tacens pro con-
ſentiente:quia nō præſumitur quiuis iactare ſuum,
vt dicta l.inuitum.ff.de ſer.vrba.prædi.& l.ſicut.§.
non videtur. ff.quib.modis pig.vel hypo.ſoluitur.
& l.ſæpe.in fin.ff.de re iudic.& vt dicit Bal.tacitur-
nitas dicitur tunc tendere in deceptionem alterius,
quando ille incurreret damnum : ſed non ſi à lucro
duntaxat excludatur,vt dictis iuribus. Sed hoc fal-
lit libertatis fauore,vbi taciturnitas habetur pro cō
ſenſu,& ſilentium pro actu,licet in ſe nihil ſit ſilen-
tium,vt l.j.C.de remiſ.pign. Similiter fallit fauore
fiſci, in alienatione fiſcali propter ſolennitatem,&
eius fauorem, vt dicta l.ſi hypothecas. eodem titul.
7 ¶ †Quandoq; dubitatur,an tacēs habeatur pro con
ſentiente,vbi conſenſus requiritur propter ſolenni-
tatem.Et dicit Bal.quòd non,vt in autoritate tuto-
ris,quæ verbis eſt interponēda,vt l.j.in fi. ff.de au-
toritate tuto.& ibi Bar.& per Dy.in cap.qui tacet.
in fin.extra eod.tit.lib.vj.Idem dicit Bal.eſſe tenen-
dum in dicta l.ſi ſine.in iuſſu patris,in quo requiri-
tur verborū expreſſio.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.
ff.de acquiren.hæred. Simile eſſe dicit in autoritate
patris,quæ debet interponi verbis vel ſignis,& ſic
non ſola taciturnitate præſentis,vt l.ſi pater natu-
8 ralis. ff.de adopt. ¶ †Aliquando eſt quæſtio, vtrum
pro conſenſu habeatur taciturnitas,quo ad excuſa-
tionem alicuius delinquentis.& dicunt Doctò.ma-
ximè Bal.quòd non, niſi alia præſumptio coniun-
gatur taciturnitati:non enim intelligitur quis con-
ſentire ſurripienti rem ſuā,niſi fortè foret filius vel
perſona coniuncta. Ratione tamen coniunctionis,
& ſanguinis induceretur præſumptio doli ceſſantis,
vt l.inter omnes.§.rectè.& dicta l.qui vas. §.vetare.
9 ff.de furt. ¶ †Addi poteſt prædictis, quòd ſi loqua-
mur de patientia vel taciturnitate furioſi, illa non
operatur conſenſum : quia etiam contradicere non
poſſet,vt l.qui ad certum. ff.locati.in fin.& l.ſi tibi
electio.§.vnus. ff.de opti.lega. Licet gloſ.in dicta l.
qui ad certū. dicat illud fallere, & eſſe ſpeciale pro-
pter patrem in alleg.§.voluntatē.l.ij.ff.ſoluto matr.
& eam ſequitur Alberic.ea ratione,quia etiam filia
ſanæ mentis ibi contradicere non poſſet. Sed Salic.
in allegata l.qui ad certum. dicit hoc non eſſe ve-
rum : ſed hoc ideo ibi eſt, quia dictus §.voluntatē.
loquitur in caſu, in quo ſufficit ceſſare cōtradictio-
nem.Ideo ſufficit, quòd non contradicat filia,& ha
betur ibi pro non contradicente,non autē pro con
ſentiente.Ille tamen textus vrgere videtur pro dicta
gloſ.contra Salic.in fi. illius §.voluntatē.dum dicit
litera,nam vbi non poteſt per dementiam cōtradi-
cere,conſentire quis eam meritò credet.Et ibi notat
Ioan.de Imola,quòd parificatur cōſenſui, non con
tradicere.ad quod etiam allegat id quod habetur in
l.quo enim.§.j. ff.rem rat.hab.ſed vt explicat Bald.
in dicto §.voluntatem. ille conſenſus ibi eſt imagi-
10 narius & fictus.¶ †Et pro clariori intellectu illius §.
ſecundum Paul.de Caſtr.dicendum eſt, quòd ſi filia
ſit ſanæ mentis, & non contradicit patri agenti de
dote,habetur pro cōſentiente. Idem ſi erat nō ſanæ
mentis,vt ibi.Sunt tamen tres caſus cōſiderandi.Et
primò,quando filia ſanæ mentis cōſentit expreſsè:
& iſto caſu pater admittitur ad agendū,etiam ſi fi-
lia conſentiens haberet iuſtā cauſam contradicendi,
quoniam per conſenſum illi cauſæ cenſetur renun-
tiare. Quod debet intelligi,quando renuntiare po-
terat:quia erat maior annis vigintiquinque.¶ Item
quando ſponte cōſenſit patri:ſecus ſi nimia pater-
na reuerentia,vt l.j.§.quæ onerandæ. ff.quarum re.
actio nō datur. Et circa hoc verſabitur iudicis offi-
cium,vt ff.ſolu.matr.l.ſi cum dotem.§.eo autē tem
pore. Secundus caſus eſt, quando filia eſt abſens &
ignorans, quo caſu non habetur pro conſentiente,
nec etiam pro diſſentiēte:nec pater admittitur,niſi
cum cautione de rato,vt dicta l.ij.in fi.& l.ſeq. Ter-
tius caſus eſt,quando filia expreſsè contradicit,quo
caſu debet allegare,& probare iuſtam cauſam con-
tradictionis, aliàs non habetur pro contradicente,
vt l.dotem.eod.tit. & notatur per gloſ.j.in dicto §.
voluntatē.Sed allegata per eam probataq; cauſa pa
ter repelleretur, & filiæ cōpeteret exercitium iuris
agendi,vt dicta l.filiusfamilias.verſic.ſed & filia.ff.
de procur.quod intelligatis, ſi ipſa tamē filia ſit ho
neſta,& nō ſuſpecta:aliàs ſecus,vt dicto §.eo autem
tempore. Et erit tunc neceſſaria iudicis prouiſio,ꝙ
in loco tuto dos reponatur,vt dicta l.ſi cum dotem.
§.ſinautem in ſæuiſsimo.Quando verò filia nō con
ſentit, neq; expreſsè diſſentit, ſi non poſsit conſen-
tire,quia non eſt ſanæ mentis, habetur pro conſen-
tiente,vt ſæpe dicto §.voluntatē.niſi probaretur pa
trem fore turpem perſonā,ita quòd ſi filia foret ſa-
næ mentis , haberet iuſtam cauſam contradicendi:
quia tunc non habetur pro conſentiente,ſecundum
gloſ.ibi ſuper verbo,credet. quam ibi dicit Ioan.de
Imol.eſſe valde notandam pro limitatione illius §.
quæ etiam probatur notabiliter, ſecundū Paul.de
Caſtr.in dicta l.qui ad certum.vbi furioſus non ha-
betur pro cōſentiente,vbi ſi eſſet ſanæ mētis poſſet
contradi

11 contradicere, sicut est in isto casu. ¶ † Quaestio etiam in hac materia mouetur, si creditor sciens debitorem litigare de re sibi obligata, de dñio rei illius taceat, & toleret, an sua taciturnitas sibi praeiudicet, & dicatur cõsentire. Respondet Bald. ꝙ non. ad hoc l. si superatus. ff. de pigno. quia nõ disputat̃ de iure pignoris in illa lite, sed de dñio. Item quia dñium trãsit in victorẽ cum sua cã, sicut transiret ex cõtractu. & allegat Nicol. de Mather. ita tenuisse. facit qđ habet̃ in dicta l. sicut. §. non videt̃. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. ꝑ glos. & Docto. Dicit etiam ipse Bal. simile esse in causa electionis, vbi sententia lata cõtra electum, si ageretur solũ de persona electi, vt quia dicitur renuntiasse electioni, vel aliud simile proponatur, non praeiudicat eligentibus, de quorum iure nõ est litigatum. Si autem ageretur de cã electionis, vt quia dicatur electionem ad eligentes nõ pertinere, eis scientibus, & tacentibus praeiudicaret sententia lata. Circa qđ videri põt Inno. in c. quãuis. extra de sent. & re iud. & ꝑ gl. & de materia ista in c. si quis presbyterorũ. per glo. & Doct. extra de reb. eccle. alienan. vel nõ. & qđ habetur in quaestionibus Bartholomei Brixieñ. q. lxxviij. quae incipit, episcopus quidã. & plenius per Alber. & Docto. in d. l. Caius. ff. de pig. actio.
12 & d. §. non videtur. & per Bal. in d. §. voluntatẽ. † Vbi hanc materiam breuiter distinguendo concludit, dicẽs ꝙ in actibus in quibus quis cõsentire tenetur, scientia & taciturnitas habetur pro consensu, vt in illo §. voluntatẽ. In actibus verò in quibus dissentire tenetur, & prohibere ex debito honestatis, taciturnitas cum scientia habetur pro contradictione, vt d. l. qui vas. §. vetare. & l. culpa caret. š. isto tit. vbi videte per me recitata. Sed in actibus quibus quis non cogitur cõsentire vel contradicere, habentibus tamen medium ex dispositione legis, patiẽtia non inducit cõsensum vel dissensum, sed tenet mediũ, vt superius in principio dictũ fuit, vt dicta l. j. §. scientiã. ff. de tributo. ¶ Si verò actus illi non habent mediũ ex dispositione iuris, dici põt secundum Bald. ꝙ vbi gerit̃ actus nomine sciẽtis & patientis, intelligitur cõsentire, vt not. per Innoc. in c. ex parte decani. extra de rescrip. vbi videte Docto. & Io. de Imol. in dicta l. sępe. ff. de re iudic. Quando autem actus nõ geritur nomine illius tacentis, illius tñ patientiae & taciturnitati iungitur actus indicans consensum, vt apponendo sigillum vel subscribendo illi actui, vi adiuncti inducitur consensus, vt l. si fideiussor. §. pater. ff. de pig. & ibi per glos. & Salic. & gloss. in d. l. Caius. Quando verò patientia aut taciturnitas nõ adiungit̃ actui indicanti consensum, secus est, vt notatur in alleg. l. Caius.
13 & dicendũ est, vt ibi habetur per glos. & Doc. † Praedicta verò inducũtur per Bald. & Doct. ad qõnem: Debitor quidã adduxit aliquem ad creditorem suũ, vt apud ipsum creditorẽ pro dicto debitore fideiuberet: qui adductus ꝓ fideiussore nihil locut⁹ fuit: quęrit̃ nũ quid videatur fideiussisse. Et videt̃ ꝙ nõ, quia fideiussio non fit sine stipulatione, vt l. blanditus. cũ sua materia. C. de fideiusso. stipulatio etiã non fit sine loquela. l. j. in princ. ff. de verb. oblig. Dyn. aũt allegatus ꝑ Bal. vbi supra, tenet cõtrarium, per dictã leg. ij. ff. ad muni. & l. honores. §. fi. de decur. & dicit istã esse fictã fideiussionem in qua stipulationis veritas nõ requirit̃ secũdũ eũ, per dictã leg. cũ ostendimus. §. fi. Et opinionẽ Dy. allegat Cy. esse secutum. Quod dicit Bal. esse verũ, qñ interuenit scriptura: q̃a ille passus est se asscribi in fideiussorẽ: quia tũc fingunt̃ omnia solenniter acta. & ita loquit̃ d. l. cum ostendimus. §. fi. secus vbi nõ interuenit scriptura, ꝑ dictã l. blãditus. Ad leg. ij. ff. ad munici. & l. honores. §. fi. de decur. dici põt ꝙ loquit̃ in administratiõe publica, vel illi⁹ cã, & in pñte q̃ nõ est ꝓpriẽ fideiussor, vt l. cũ fili⁹. in prin. de ver. obli. Idẽ sentit ipse Bald. in d. §. fi. l. cũ ostendimus. dicens, ꝙ si mutarentur termini illius §. non haberet locum illius dispositio.
14 ibi em̃ interuenit scriptura apud acta publica. † Vidimò addi põt pro materia huius regulae id quod notauit Bal. in l. ne in arbitris. in fi. C. de arbit. vbi notat, ꝙ paria sunt dicere, non contradico, & dicere, approbo. Ad qđ allegat d. l. quo em̃. §. j. ff. rem rat. hab. & qđ notatur in l. si absentis. C. si cert. pet. subiungit tñ ꝙ si dicat quis, nõ cõtradico, nõ ꝓpter hoc sequitur, ergo cõsentio, quia est mediũ inter cõsensum, & dissensum. Et allegat ad hoc istam leg. ex quo dicit, ꝙ qñq; sunt haec verba notarij, & nõ verba partis, vt si dicat notarius, lata fuit talis sententia, praesente & intelligẽte Petro, & nõ cõtradicẽte, ꝙ per hoc nõ sequitur, ꝙ Petrus non possit appellare, quasi cõsenserit: quia iste interpretatiuus cõsensus nõ oritur nisi ex ꝓpria subscriptione, et ex ꝓprio facto, nõ ex facto alterius scribentis, ꝙ nõ cõtradixit. Illa em̃ scriptura notarij nõ ꝓbat, nisi quantũ ĩfert de necessitate. Nõ sequit̃ aũt necessariò ꝙ nõ cõtradicẽs isto casu consentiat vel approbet, cũ possit intra decẽ dies appellare, in aut. hodie. C. de app. Licet quo ad solennitatẽ p̃sumat̃ ꝓ scriptura. l. sciẽdũ. ff. de verb. obli. & l. j. C. de vsur. Caetera sup̃ materia huius regulę videte ꝑ Doc. & gloss. in locis allegatis. Gulie l. Mayn.

Summarium.

1 ☞ Vitia realia & quasi realia quae. & nu. 2.
3 Precaria possessio an sit vitiosa.
4 Clandestina possessio an sit vitiosa.
5 Litigiosae rei possessio an sit vitiosa.
6 Vitium personale an obstet successori. & nu. 7. & 8.
9 Delegato an obstent exceptiones quae obstabant delegante. & nu. 10. 11. 12. & 13.
14 Cessionario an obstent exceptiones quae obstarẽt cedenti. & nu. 15. & 16.
17 Excommunicatio cedentis an obstet cessionario.

Quod ipsis, qui cõtraxerint, obstat, successoribus eorum obstabit.

NOTABILISSIME glos. hic explicat & declarat materiã huius regulae. & similẽ gl. habetis in l. vitia. C. de acqui. pos. & ibi Albe. in princ. allegat eã isti conformem. Materiã aũt harũ glossarum quisq; Doct. in dicta l. vitia. suo more expedit & tractat. Materiam aũt huius regulae hic longius examinãdã remisi in l. i his officijs. §. nõ debeo. š. isto tit. ideo vt illã expediamus, ꝓ illius examinatione sequẽdo ordinẽ glo. sciendũ est, ꝙ de hoc tractat̃ an vitia, quae obstant cõtrahẽtibus, etiã obstẽt eorũ successoribus. † Sed
1 quia vitia plura sunt, quaedã realia & quaedã personalia: videndũ prius est, quę dicunt̃ realia. gl. hic, & in d. l. vitia. dicit ꝙ verè realia dicũtur furta, & vi possessa, vt

Instit.de vsuc.§.furtiuæ.quæ ideo dicunt secundū Bal.
realia,quia res illæ furto vel vi possessæ nō possunt esse
sine vitio,vt ibi.& facit l.si partē.C.de vsuc. pro emp.
Sed qđ dictū est de vi possessis rebus, intelligendū esse
dicūt dictæ glos.quas sequunt Doct.de violentia ab-
latiua,vel expulsiua,nō aūt de vi cōpulsiua de qua lo
quit l.si vi vel metu.C.de ijs quæ vi metus ve cā fiūt.
Qm̄ illa cōpulsiua,vt dicit Salic.in d.l.vitia.habet vo
luntatē annexā, vt l.metū.§.volenti.ff.qđ met.cā.fa-
cit l.si mulier.§.si metu.eo.tit.Dicit tñ Alb.post Petr.
quē recitat in d.l.si vi vel metu.ꝙ actio qđ metus cā,
nō est merè ꝑsonalis,sed in rem scripta,ideo quia com-
petit ad restitutionē rei vt realis,arg.l. hæreditatē.C.in
2 quib.cau.cessat longi tempo.præscrip.†Quædā secun
dum glo.sunt vitia quasi realia,vt datur exemplū,secū
dū glo.in re data præsidi cōtra legē Iuliā repetundarū.
allegans l.penul.ff.ad l.iul.repetun.Item in rebus pu-
pillorū fauore ꝑsonarū potius q̃ rerū impedit vsuca-
pio,vt l.bonæ fidei.ff.de acquir.re.do. Idem in rebus
fiscalibus,vt Institu.de vsucap.§.res fisci.& C.cōia de
vsucap.l.iam pridem.& l.vbi.§.j.ff.de vsucap. Et vi-
tia ista realia, quæ opponi possunt illa facientibus,cū
res illæ affectæ sint reali vitio,successoribus illorū vni
uersalibus possunt opponi,vt hic,& sæpedicta l.vitia.
Et etiam contra singulares successores emptores illarū
rerū,qui nō possunt vsucapere neq; p̃scribere,licet bo
na fide emerint à fure vel raptore qui fuerūt vitiosi vē-
ditores,vt dicto §. furtiuæ.Et hoc ꝓcedit præterquā
quo ad fructus perceptos ab illorū emptore bonæ fi-
3 dei,vt dicta l.bonę fidei.§.in contrariū. q †Quædam
vitia sunt,de quibus dubitatur,an sint realia vel quasi,
& primo de p̃caria possessione,quā vitiosam dicit Ro
gerius per leg.Pōponius.§.cū quis.ff.de acquir. poss.
Sed dictæ glossæ hic,& alleg.l.vitia. tenēt cōtrariū: qm̄
precaria possessio iusta est,vt l.cōi diuidundo. §. inter
p̃diones.ff.cōi diui.& l.quæcūq;.§.j.ff.de publici. Cir-
ca quod videre latius Bar.in d.§.cū quis.& §.si is qui
p̃cario.e.l.& Ang.in alleg.l.quæcunq;.qui dicit preca-
riā possessionē esse iustā in se quo ad aliqua, qm̄ ex ea
nō datur accessio possessionis,vt d.§. cū quis.& ex ea
nō cōpetit publiciana,neq; causatur vsucapiendi cōdi
tio,vt ibi:est tñ iusta,quādiu dñi precario concedētis
volūtas durat.l.j.in princ.ff.de p̃car. Sed finita dñi vo
luntate ꝑ reuocationē fit iniusta secundū Alber.in d.l.
vitia.cū tunc retineat contra dñi voluntatē,vt l.fi.ij.re-
spōso.ff.de p̃ca.& ita pōt,secūdū eū,intelligi opinio Ro
gerij.Idem not.ipse Alber.in l.si seruus depositus.§.is
4 qui.per illū tex.ff.de noxali.†Secūdo dubitat de clan-
destina possessione.Et ꝑ dictū §.cū quis.Roge.idem si
cut in præcedēti ꝓximo articulo tenebat: cuius dictū
reprobat hic,& sæpedicta l.vitia.per glo. dicētes illam
esse vitiū personale ꝓpter scietiam rei alienę,quæ bene
impedit vsucapionē.Et fundant se dictæ glossæ, quia
text.l.clam possidere.ff.de acqr.pos.non dicit rem,sed
possessionem esse clandestinā.Quæ ratio nō bene pla-
cet Salicetto in alleg.l.vitia.Fatetur tñ opinionē gl.esse
veram,per l.furtū.§.fi.cū l.seq.ff.de vsucap.vbi permit
titur ꝙ singularis successor præscribat,qđ non faceret
si clandestinitas esset vitiū rei,sicut dictū est de re furti-
5 ua,& vi possessa.†De re etiā litigiosa dubitat.De quo
se expedit gl.Cy.& Doc.ꝙ nō est vitiū reale,sed ꝑsona
le,ꝑ l.j.C.de præscrip.lon.temp.Sicut etiam sunt vitia
personalia dolus malus,scietia rei alienæ,& mala fides,

6 secundum glos.& Doct. †Vtrū autem vitiū persona-
le obstet successori.Hic cadit secundū glo.& Docto.di
stinctio inter vniuersalem,& singularē successorē: &
de vniuersali dicēdū est,ꝙ ei obstet vitiū illius cui suc-
cessit vniuersaliter,quia eadem ꝑsona est vel reputat cū
defuncto,in aut.de iuretur.à mo.p̃sti.in princ. colla.v.
& l.ij.in fi.C.de fruc.& litis expen.Quod ꝓcedit in hæ
rede suo,argu.l.in suis.ff.de libe.& posthu.Hęres verò
extraneus,si velit vti accessione sui autoris defuncti, e-
tiam sibi obstat.Sed si à se ipso velit incipere vsucapio
nem vel præscriptionem,sunt diuersæ opiniones. Nā
Martinus tenuit ꝙ sibi imputatur mala fides defun-
cti,per l.j.C.de p̃scrip.longi tēpo.Sed glo.tenuit con-
trariū in l. nihil.C.de vsucap.pro hærede.& l.fi.C.cō-
munia de vsucap.& est verius hodie,per aut.malæ fi-
dei.C.de præscrip.longi tēpo.vbi habet,ꝙ indistinctè
mala fides autoris impedit quēlibet eius successorē prę
7 scribere spatio longi temporis vel minoris.† Singula-
ris vero successor in vitio personali volēs vti accessio
ne sui autoris ad præscribendū vel vsucapiēdū,nō ad-
mittit,sed ei nocet vitiū ꝑsonale defuncti,vt d.l. Pom-
ponius.§.cū quis.& d.l.j.C.de longi tempo.præscrip.
à cōtrario sensu,secundū Salic.Sed à se volens incipe-
re,de iure antiquo & nouo admittebat,vt l.an vitiū.
ff.de diuers.& tēpo.p̃scrip. Hodie nō pōt quo ad lōgi
8 tēporis præscriptionē,vt d.aut.malæ fidei.†Successor
autē vniuersalis quo ad agendū pōt rejci ꝑ exceptio-
nē doli vel malæ fidei sui prædecessoris sibi opposi-
tam,ꝑ iura superius allegata.Singularis verò si habeat
cām lucratiuā,vt quia sit donatarius aut legatarius,si-
bi nocet ad agendū,ꝑ iura allegata in glo.Et idem dici
debet in cā quasi lucratiua,vt in l.apud Celsum.§.si qs
aūt.& §.autoris.& § si cum legitima.ff. de excep.doli.
& l.si rem legatā.ff.de excep.vel vbi reuersura est ad do
losum,cui succeditur,vt d.l.apud Celsum. §. apud Iu-
lianum.Circa quæ videri pōt id qđ not.ꝑ Dy.Bar.&
Io.de Imol.in l.doli.ff.de noua.& ꝑ Dy.in c.si quis in
ius succedit alterius.extra eo.tit.lib.vj. Specu.tit.de ꝓ-
curato.§.fi.vers.sed nunquid.& Salic.in l.qui stipendia.
C.de procurato.Pro quorū declaratione, plures arti-
culi cōsiderādi sunt,in quibus posset opponi cōtra istā
9 regulā,& prio de eo qđ habet in d.l.doli.†Vbi habet,
ꝙ doli exceptio,q̃ obstat delegāti,nō semꝑ obstat illi
cui facta est delegatio,licet sit delegantis in hoc succes
sor,quia obstare videt huic regulæ.Sed ꝓcedit illud nisi
subsit eadē æquitas obligationis cōcedēdæ cōtra ꝑsonā
eius cui facta est delegatio,q̃ suberat in ꝑsona delegan
10 tis.†Quòd aūt id qđ obstat delegāti,nō obstet illi cui
delegatur,fallit in nōnullis casibus recitatis ꝑ Doc.in
d.l.doli.Primo si facta sit delegatio putatiuo,& nō ve
rò creditori,taliter ꝙ debitor p̃tensus delegatus talē ha
bebat exceptionē,ꝙ etiā solutū ꝑ eū poterat repetere,
vt ꝓbatur in l.quāuis.§.interdū.ff.ad Vellei. & l.Iulia
nus.ff.de doli except.Quod secundū Io.de Imo.tenen-
dū est,nisi ille qui delegatus est scienter ꝓmiserit, & sit
talis ꝑsona,quæ pōt sibi præiudicare,arg.l.fi.ff.ad Ma
11 cedo.†Secūdò fallit vbi sit eadē æquitatis cā cōtra eū cui
facta est delegatio q̃ erat cōtra delegātem,vt patet in d.
12 l.doli.in ver.diuersum est.†Tertio qñ ille cui facta fuit
delegatio,erat creditor ex cā lucratiua,vt d.l. Iulianus.
Qđ verū est secūdū Io.de Imol.nisi ille q delegatus est
haberet exceptionē suæ ꝑsonæ cohærentē, vt est illa ꝙ
donator non condemnet,nisi quantū facere pōt, vt l.
penul.

penul.ff.de noua.Quod tñ est intelligendū, secundū di
stinctionem glos.in l.Nesennius. ff. de re iudica.& l.si
prior.ff.sol.mat.In quo attendēda est forma ꝓmissio-
13 nis.facit illi cui delegatio facta fuit.†Quartò fallit, qñ
pecunia reuersura est ad delegantē: qa tūc illi cui facta
fuit delegatio obstabit exceptio. Licet aliqui dixerint
contrariū,& male,secundū Io.de Imol.in sæpedicta l.
14 doli.† Alius articulus est an cessionario obstent exce-
ptiones,quę cōtra cedentē possunt opponi.Vt obñce
re cessionariū cōpensationis exceptionē eius qđ debe-
bat ille cedens reo cōuento per cessionariū. Alber.in l.
in rem suā.ff.de cōpensa. & ipse idem Alber.de cōpēs.
super rubrica.et in l.si quis in rem suā.ff.de ꝓcura.vbi
post gloss.recitat plenius opiniones diuersas.sed in d.
l.in rem.se resoluit,ꝙ si cōmodū victoriæ causæ quam
mouet cessionarius,sit cedentis,vt pōt videri in l.non
solū.§.j.ff.de alie.iud.mut.cā facta. Et tūc illa exceptio
pōt opponi cōtra cessionarium,vt d.l.apud Celsum.
15 §.apud Iulianū.†Si verò cōmodū victoriæ sit ipsius
cessionarij,inspici debet vtrum cedens incœpit debere
postq̃ cessit,& tunc nō pōt illa exceptio compensatio
nis opponi cōtra cessionariū: quia nō est rōnabile,ꝙ
cessionarius factus procurator in rem suā perdat ius
suum facto cedentis,arg.l.quæ oīa.in fi.ff.de ꝓcur.& l.
si partē.§.fi.ff.quemadmo.ser.amittā.& l.ab executo-
16 re.§.j.vers.aut si actor.ff.de app.†Sed si cedens eo tem
pore quo fecit cessionē,erat debitor illi⁹,cōtra quē ces
sionarius agit,habet locū distinctio posita in l.seruum
quoq.§.fi.cū d.l.si qs in rem.ff.de ꝓcu.tñ recitat quos
dā indistinctè dicētes obstare cōpensatiōis exceptionē
debiti anterioris,arg.huius l.& dictæ l.in his actioni-
bus.§.nō debeo.quas allegat.Quæ opinio pōt sustine
ri in exceptionibus rei cohærentibus, sed non in perso
nalibus,per l.exceptiones quæ personæ. ff.de except.
Quod etiā tenere videt Io.de Imol.in alleg.l. doli.vlti-
ma colū.Nisi in actiōe,quā cessionarius acqsiuit, fuis-
set dolus cōmissus,secundū glos.in d.§.si cū legitima.
quam sequunt Docto.in locis allegatis,quos plenius
videatis,& Bal.post Cy.in l.eius.C.de cōpēsa.& Do.
de sancto Gemi.in c.vnico.sup.glos.penul.extra de iu-
17 re patro.lib.vj.†Vbi etiā Io.And.in illa glo.tangit,an
exceptio excōicationis quæ pōt obijci cedenti, obstet
ei cui facta est cessio.Et tenet ꝙ non, & idem Archi.in
c.pia.de excep.eo.lib.sup.verbo,excludunt. qm̄ exce-
ptio excōicationis non respicit actionē,sed ꝑsonam.&
tenet Bar.in d.§.si cum legitima.& Dyn.in c.si quis in
ius alterius.extra isto ti.lib.vj.& Speculator ti.de pro
curatore.§.sequitur videre.vers. quid si excōmunica-
tus.& Io.de Imol.in sæpedicta l.doli. Guliel. Mayner.

Non omne quod licet, honestum est.

IN lege,semper in cōiunctionibus.
supra isto titu.ad quam remittit hic
gloss. expediui materiam istius, &
ilius regulæ.vbi sufficiat remissio,
& ad Doctores vtriusq; iuris quos
ibi allegaui.

Summarium.

1 ☞ Tempus conceptæ obligationis quando non spe
ctetur.& nu.2.& 3.

In stipulationibus id tempus spectatur quo concepimus.

DE verbo ad verbum sum-
pta est hęc regula de l. si fi-
liusfam.sub conditione. ff.
de verbo.oblig.vbi glo.al-
legat istam regulā. Et vt di-
cit hic glos. hoc est quo ad
acquisitionē, scilicet ꝙ in-
spicitur tempus contractæ
stipulationis,vt hic, & l.fi.
ff.de stipu.ser.& d.l.si filiusfa.sub cōditione.Et pōt esse
ratio,quæ fuit Baldi,in l.si vxorē. C.de condi.inser.qa
contractus,& stipulationes regulantur à duorū cōsen
su,qui cōsensus ab initio interuenit,vt l. cōtractus. C.
1 de fide instru.& l.sicut.C.de actio.& oblig. † Fallit tñ
hæc regula in aliquibus casibus,positis per gl.& Do-
cto.in alleg.l.si filiusfam.& in l.quidā cum filium.§.fi.
ff.de verb.oblig.vbi stipulatione concepta sub condi
tione potestatiua,quantū ad acquisitionem inspicitur
tempus existentis cōditionis,& nō tempus stipulatio-
nis.& not.plenius per Bar.Ang.& Io.de Imo.in d.l.si
filiusfa.Similiter fallit in l.si verò non remunerādi.§. si
filiofam.mandauero.ff.mandati. Vbi conditio pote-
statiua nō trahit retro quo ad acquisitionē actiōis,ad
tempus cōtractus,sed inspicit tempus existentis con-
ditionis,vt detur actio: qm̄ in potestate erat implere
debentis mandatum,quo non impleto nō habet actio
nem.Sicut videri pōt in casu l.qui balneū.& l. potior.
ff.qui potio.in pign.hab.vbi qñ est in potestate debi-
toris an debitū contrahat vel conditio impleatur, in-
spici debet tēpus implementi,quo venit vel cedit dies
obligationis.Sed qñ non est in sua potestate,inspicitur
tempus conuentionis,vt ibi explanat per Salic. Et ad
hoc Alber.& Bal.in d.l.qui balneū.illud allegant qđ
habet in c.si pro te.extra de rescrip.lib.vj.& per Archi.
2 lxiij.dist.c.Salonitanę.†Pro declaratione dicit etiā Io.
de Imol.in sæpedicta l.si filiusfa.ꝙ quo ad ius prælatio-
tionis inter creditores super bonis hypothecatis,inspi
ci debet tempus initi contractus, nō autē tempus exi-
stentis conditionis,quæ nō erat in ptāte debitoris: sed
eo inuito poterat existere,ꝑ dicta iura. Sed si implemē-
tum illius conditionis poterat impediri ꝑ debitorem,
qui noluit pecuniā pro hoc sibi oblatam recipere, nec
se obligare,sicut recusare potuit,vt habetur in d.l.po-
tior.& ibi not.ꝑ Salic.ad quod allegat l. pecuniā.ff.si
cert.peta.inspici debet tempus conditionis existentis.
¶In vltimis verò volūtatibus,secundū glo.hic quo ad
acquisitionem inspicitur tempus existētis cōditionis,
per iura, quæ allegat. De quo dictum aliquid fuit in l.
quę legata.§.isto titu.Circa quod videte Bar.in alleg.l.
si filiusfam.sub conditione.& ibi Io. de Imol.vbi dicit
idem esse in donatiōe causa mortis,quod in legatis , vt
existens cōditio non trahatur retro,vt l.fi.C.de dona.
3 cau.mor.¶ †Sed in contractibus,qui nulli sunt, tractu
tamen temporis possunt confirmari,vt est donatio fa
cta filiofamilias per patrem,quæ licet ab initio nō va
leat,potest morte confirmari,per ea quæ habentur in
l.ij.C.de inoffic.dona. & l. antepenultima.C.de dona.
inter vir.& vxo.& c.fi.per Io.de Imol. extra de dona.
Quo ad acquisitionem rerum donatarū omnium per
patrem,vel donationis factæ inter virū & vxorem,vt
fiat,inspicitur tempus existentis cōditionis,scilicet cō-
firmationis.Sed quo ad acquisitionem fructuum per-
ceptorum ex illis rebus,retro fit tractio ad tempus fa-

ctæ donationis, vt not. per gloss. in d. l. penul. & allegata l. ij. licet Io. de Imol. in sæpedicta l. si filiusfam. sub conditione. dicat glos. in l. sequens. ff. de lega. ij. aliter loqui, & etiam in l. sub conditione. ff. de solu. Sed Bart. in d. l. sequens q̄ō. tenet q̄ quo ad acquisitionē & ad fructus illę donationes morte confirmatæ retrò trahuntur. Et in hoc videtur residere ipse Io. de Imo. qui subiungit in distractibus inspici tempus conditionis vel celebrati distractus, vt etiā voluit glos. in d. l. sub cōditione. Vlterius intelligit ipse de Imol. id quod dictum est supra in casibus ante dictis, fieri retrotractionem ad tempora conuentionum, verum esse, si extrema sint habilia ad obligationem contrahendam, vt quia superest persona, quæ potest obligari, & persona cui quæri potest obligatio, & res, super qua fit contractus. Aliàs non potest fieri, nec valet retrotractio. ad quod allegat l. cū qui ita ff. de verbo. oblig. & l. quoties. §. vnde Marcellus. ff. de noua. vbi videte ad hoc Io. de Imol. & l. inter eos. §. fi. de fideiusso. & Bal. in l. liber homo. §. si ita scriptū. ff. de hæ. re. instit. Et fit illa retrotractio volentibus contrahentibus, secundū Barto. in dicta l. si filiusfa. per l. huiusmodi. & l. si stipulatus. ff. de verbo. obliga.

Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 Vendens hominem liberum vendi volentem, non tenetur actione iniuriarum. & nu. 4.
2 Mulieris scienter cum hæretico contrahentis confiscatur matrimonium.
3 Irregularis fit mandans verberari, etiam si mortem, & mutilationem prohibuit, si ea sequatur.
5 Sciens vitium rei non potest dicere se circumuentum. & numero 6.
7 Seruum corrumpens etiam sciente domino, tenetur.
8 Furtum quando fiat volente domino.
9 Emens ab eo quem scit consumpturum pretium, quādo sit in dolo.
10 Mutuans pecuniam ludenti quando illam non repetat. & nume. 11.
11 Sciens & consentiens quando non videtur fraudatus.

Nemo videtur fraudare eos qui sciūt, & consentiunt.

ISTA regula sumpta est vt hic in principio habetur in glo. de l. qui autem. §. præterea. ff. quæ in fraud. credit. vbi gloss. allegat istam regulam, & multas concordantias hic videtis allegatas. & facit cap. scienti & consentienti. cū ibi notatis per Dy. & Ioan. And. extra eo. tit. lib. vj. vbi vltra iura allegata hic in gloss. Dyn. ipse allegat l. j. §. vsqueadeo. ff. de in-
1 iur. † Vbi vendens hominem liberum vendi volētem non tenetur actione iniuriarum, qui aliàs teneretur, vt
2 ibi. ¶ † Secundum verò Bonifacium de Ama. in dicto cap. scienti. poni pōt exemplum de c. decreuit. extra de hæreti. lib. vj. vbi dos mulieris scienter cōtrahentis cū hæretico matrimonium confiscatur, quæ aliàs nō confiscaretur, vt ibi. Sed non est sibi fraudulosa aut iniuriosa illa confiscatio, quando sciuit maritum cum quo con-
3 traxit matrimoniū esse hæreticū. † Itē aliud secūdū eundem Bonifac. dari potest exemplū, per cap. fin. extra de homic. lib. vj. vbi efficitur irregularis ille qui mādat aliquem verberari, morte illius vel mutilatione ex verberatione subsecuta, licet expresse mutilationem vel mortem prohibuisset: nec fit sibi iniuria per huius irregularitatis incursum, quia satis videtur consensisse, & sciuisse illā mutilationē aut mortē euenire posse, ex quo illicitam rem mandabat aut suadebat cōmitti: & protestatio sua erat cōtraria facto, ideo sibi nō debet prodesse, per id quod habetur in l. cum in plures. §. locator. ff. locati. vbi Salic. reddit rationē, quia in delictis protestatio contra factū nihil operatur, cum sit sui natura generaliter phibitū, & operatur potentius factum q̄ verbum: quia facto magis quàm verbo intentio declaratur. Ad qđ facit id quod habet̄ in l. si quis puocatione interposita. C. de app. & l. non codicillū. C. de testa. ¶ Alia exēpla potestis videre in dicta regula, scienti, & per Doct. in locis ibi, & hic per glos. allegatis. ¶ Attendi tamen debet secundū Bonif. de Ama. q̄ in ista regula, & dicto c. scienti. duo copulatiue ponuntur, scilicet scientia & consensus: & necesse est ad veritatem regulæ, quòd illa duo cōcurrant, vt habeat locū dispositio iuris istius regularis, arg. l. si hæredi plures. ff. de cōdi. institu. Et ita sola scientia non videtur sufficere, nisi adesset consensus. Pro quo facit dictus §. vsqueadeo. Quod verum fatetur ipse Bonifac. si incipiamus à primo, scilicet à scientia. Sed si à secundo, scilicet consensu, necessariò includitur primum, id est, adesse scientiam,
4 arg. l. iij. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. ¶ † Aduertēdum est etiam, q̄ licet in casu dicti §. vsqueadeo. nō sit facta iniuria libero homini scienti & cōsentienti se venundari, fieri tamen pōt iniuria patri illius scientis & cōsentientis, vel alijs personis positis in d. l. §. item aut per semetipsum. ff. de iniur. & dicto §. vsque adeo. Imò etiam Reipublicę, vbi actus est reprobus, & per dispositionem legis cadit in speciem delicti, quia tunc poterit puniri, ne tale maleficium remaneat impunitū. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & cap. vt famæ. extra de sen. excom. & facit quod not. in c. contingit. in prima glos. eod. tit. quæ inter cætera allegat istā l. ibi em̄ percutiens clericū volentem incidit in canonē et sententiā excōicationis, licet non fuerit iniectio manuū violenta in eū, fit tamen iniuria ecclię & ordini clericali, vt ibi habe-
5 tur. † Gloss. etiam hic ponit exemplum inter cætera, de l. j. in fi. ff. de actio. empt. & vend. vbi emens domū, quæ debet seruitutē, quam nō expressit venditor, sciebat tñ illam emptor, non potest allegare se circumuentum, vel fraude deceptū à venditore postq̄ illā seruitutem sciebat: certus enim nō debuit vlterius certiorari, vt ibi. & l. fi. cū sua glos. ff. de transact. facit l. j. §. si intel-
6 ligatur. hic etiā allegata in glos. ff. de ædil. edict. † Par est etiā exemplū in c. si quis ingenuus. xxix. q. ij. nō em̄ pōt se dicere circumuētum homo ingenuè natus scienter contrahens matrimonium cū ancilla, quam talem esse sciebat, nec similiter ingenua mulier cōtrahens matrimonium cū seruo, vt ibi, & ead. cā & q. c. si fœmina. in quibus canonibus videte gloss. Si em̄ nesciuit, & errauit contrahens, non consensit. Ideo non esset tūc matrimonium, cum sit duorum cōsensus, vt ea. causa. q. j. & ibi p Arch. in cap. ij. extra de cōiug. ser. & ibi Panor. Est tñ sciēdum, vt dicit hic glo. in fin. quòd hæc regula

debet

debet intelligi,quòd nõ fit fraus vel dolus scienti & cõ-
sentienti,scilicet si à principio tempore contractus vel
actus qui consentiẽte illo gestus est, factus fuit etiã eo
tũc sciente:secus est dicendum si illo tempore quo con
traxit dolum vel fraudem nesciuit, licet superuenerit
scientia, nõ tollitur actio ad interesse ,ppter dolum si-
bi acquisita, vt l.iustissimẽ.§.fi.ff.de ædil.edict.vt ex-
planat Bonifac.de Amanatis in dicta regula, scienti.
7 ¶†Vbi gloss.Io.And.opponit contra illam,& istã re-
gulam de l.si quis seruo.C.de furt.quæ vult quòd sua-
dens seruo,vt aliquid domino suo furetur,& ab eo fu-
giat,tenetur dño furti,& actione serui corrupti,licet ser
uus ille domino hæc denuntiauerit,cuius domini cer-
tificati voluntate & sic consentientis seruus hoc fecerit:
& sic dominus sciens & consentiens agit de furto,& ser
uo corrupto.Sed Ioan.And.ibi soluit illud quod in di
cta l.si quis seruo.disponitur,pcedere de quadã æqui-
tate contra rigorem iuris,& inspicitur in hoc magis o-
pinio quàm veritas,cõtra regularem traditionẽ iuris,
secundum quam in delictis magis attendi debet veri-
tas quàm opinio,vt notatur in l.inter omnes.§.rectẽ.
ff.de furt.Ideo dicit Innocen.in c.nuper.extra de biga-
mis.ꝙ iure regulari veritas præfertur opinioni:& si a-
liqua inueniãtur in contrarium disposita, dici debent
casualia.Ob quod dixit ipse Innoc.ꝙ in fauorem con
trahentium,& odium decipientium præfertur opinio
veritati,vt l.iij.ff.ad Macedo.sic & fauore testamento-
rum,vt l.j.C.de testamen. vbi cõmunis opinio, quòd
serui adhibiti testes in testamento erant liberi,præua-
let,imò præfertur veritati.Quod intelligi debet verũ
in consideratione habilitatis testiũ, sed nõ ,pcederet in
consideranda persona testatoris,vt puta si filiusfa.qui
reputatur cõmuni opinione paterfam.conderet testa-
mentum:quia illud non sustẽtaretur opinione illa cõ-
muni,vt not.in l.post mortem.ff.de adopt.fauore etiã
liberorum opinio cõmunis pręfertur veritati, vt in c.
cum inter.extra qui filij sint legit.cũ ibi notatis p glo.
& Docto.Sed attendi debet ꝙ in casu dictæ l.si quis ser
uo.de qua fuit formata oppositio cõtra hanc regulã,
non erat furtum,nec corruptus erat seruus: item ade-
rat dñi scientia,& consensus,licet suasio esset de se iniu-
riosa,& in præiudicium dñi contra quẽ fiebat ad cor-
ruptionem serui,& furtum cõmittendũ de re sua, con-
sensus dñi prædicti approbando suasionem illam in-
iuriosam non fuit adhibitus,sed solũ vt experiret ma-
litiam suadentis,& vt ad effectum deduceretur propo-
situm criminosum suadentis, & solicitantis, vt tandẽ
dolosum ,ppositum,quantũ in solicitante fuit, puni-
retur,& cum suasore ageretur,& teneretur furti,& ser-
ui corrupti actione: qm̃ vt dicit Bonifac.de Amana.
vbi s.licet secundũ regulas antiquas iuris,in illo casu
nõ esset verè furtũ,ex quo dñs illarũ rerũ cõsentiebat
ꝙ portarentur ad illum solicitatorem,non per modũ
approbationis,sed solius experimenti. Quod experi-
mentũ verũ patuit,qm̃ persuasor res ad ipsum porta-
tas recepit,ex quo affectus eius videt deductus ad effe-
ctum,licet in alia qualitate ꝙ̃ ipse persuaserat,quæ erat
vt seruus furaretur,& furata ad ipsum deferret: & licet
fingere videt seruus recedens à domino,& domo sua,
& res per suasorẽ desideratas detulerit,& tradiderit sua-
sori, qui credidit hęc omnia citra domini scientiam cõ-
tigisse: qui tamẽ dominus sic fieri permisit causa ag-
grauandi persuadentem,vt explanat,& intelligit Bo-
8 nifac.de Amana. in sæpedicta regula, sciẽti.†Pro quo
suo intellectu allegat quasi textum in l. inter omnes.§.
penultimo.ff.de fur.vbi qui subtrahit rem alienam a-
nimo faciendi furtum dño,cũ tñ dominus vellet, quã
voluntatem dñi subtrahens ipse ignorabat, facit verẽ
furtum,sed ,ppter voluntatem dñi non facit furtum,
ideo quia illa voluntas erat approbatiua: secus si expe
rimentatiua solum fuisset,vt dicta l.si quis seruo. Ad
quod etiam videri põt Ang. Areti.in suo tractatu cri-
minum,super verbo,& vestem abstulit. & ipse etiam
Instit.de obliga.quæ ex delicto nascũtur.§. furtum aũt
9 fit.†Vlterius opponitur cõtra istam regulã,de eo qđ
habetur in l.si quis cum sciret.in fin.ff.pro empto. vbi
emens aliquid ab eo quem scit esse consumpturum il-
lud pretium,quod inde percipiet in donando meretri-
ci,videtur in fraude & dolo cõstitutus,& ideo nõ põt
vsucapere rem quam emit.Dicunt autem ad hoc Iaco.
de Aret.& post eum Bart.Ioan.de Imol. & Docto.ꝙ
ibi procedit distinctio posita in illo textu notabili &
singulari,scilicet,considerandum esse,quòd qñ emptor
scit venditorem cõsumpturum esse pretium rei quam
vendit in turpem vsum certum & determinate malũ,
vt in meretricium,dicitur tunc malæ fidei,vt in fin.di-
ctæ legis.Secus quando sciret illũ vendentem consum-
pturum esse illud pretium,ignorabat tamẽ in quẽ tur-
pem vsum.quo casu censetur bonæ fidei,vt in prin.di-
ctæ legis.& istum esse intellectũ cõmunem illius legis
dicũt ibi Bar. Ang.& Io.de Imo.post Iaco.de Are. Li-
cet videatur rationabilis vna opinio ibi posita, quæ
vult imputandum esse emptori,qui sciebat venditorẽ
pretium rei quam vendebat esse cõsumpturum in tur-
pem vsum,quamuis in quem specificẽ nesciret:qm̃ ea
dem est ratio,quocunq; modo in turpẽ omnem cau-
sam consumatur:quia aliquid gñaliter scire aut in spe-
cie,potest reputari simile,arg.l.si duo.in fi.cum ibi no
tatis.ff.de administ.tuto. Tutius tamen esse putat Ioã.
de Imol.tenere aliam cõem opinionem quam Bartol.
tenet post gloss.qui ibi etiam tenet, ꝙ licet ille vendi-
tor esset pecuniã lusurus,quam capit ab emptore, nõ
debet dici ꝙ in malum certum vsum esset consumptu
rus,cum etiã in ludo illo posset vincere & lucrari:& sic
nõ est omnino certũ,ꝙ consumeret illã in malũ vsum.
Ad quod facit l.fi.§.j.& fi.ff.de aleato.in text.& glos.
10 & l.ꝙ si minor.§.fina.ff. de mino. †Vult etiam tex.in
dicta l.fin.ꝙ mutuans pecuniam existenti in ludo,iure
regulari illã repetere potest ab illo cui mutuauit. Qđ
tamen habet fallentias.Primo in eo qui in loco illo te-
nebat ludũ,secundum glos.in l.prima. §.j.ff. de aleato.
Secundò fallit quando mutuans pecuniam esset etiam
ludens cum illo cui mutuat,secundum gloss.in dicta l.
ꝙ si minor.§.fin.& etiam glos.in alleg.l.si quis cum sci
ret.& facit ad hoc l.fi.§.j.ff.quarum re.actio nõ datur.
Tertiò fallit quãdo minori xxv.annis in ludo mutua-
retur talis pecunia.nam indistinctẽ cõtractus talis cum
eo celebratus non valeret,vt l.si verò non remuneran-
di.§.si adolescens.ff.mãdati.& per illud quod habetur
in alleg.l.ꝙ si minor.§.primo. Quartò fallit quando
mutuo recipienti pecuniam esset bonis interdictum,
11 iuxta notata in l.is cui bonis.ff.de verb.obliga. ¶†Sed
Ioan.de Imol.considerauit ludum iure regulari esse ,p-
hibitum,nisi solatij causa pro prãdio vel cœna fieret.l.
j.& ij.ff.de aleato.& C.eo.tit.l.alearum vsus.,ppter qđ
sibi videt,quòd in ludo mutuare sit in causam repro-

batam hoc facere,& per consequens indistincte repeti
non possit,per dictã l.si quis cum sciret. in fi.& per il-
lud quod habetur in l.si vnus.§. pacta quae ob turpẽ.
ff.de pact. Et respondet ipse Ioan.de Imol.ad dictam l.
fin.vers.item si seruus.vbi text.videtur huic dicto ob-
uiare. Quia non obstat,cum ibi dicit,seruum accepisse
pecuniam,debet intelligi q illã accepit ex victoria lu-
di,non aũt ex mutuo.quod rationabilius videt. Dicit
tamen quòd ,ppter autoritatem gloss.& Doct.illam se-
quentiũ,alia opinio seruaret in practica.vide circa hoc
Salic.in dicta l.alearum.qui allegat sanctũ Tho. secũda
12 secundae.qõne xxxij.articulo vij. †Sciendum tandem
hic est pro conclusione huius regulae,quae vult scientẽ
& consentientem non videri fraudatum,intelligẽdam
esse secundum Dyn.Bonifac.de Amanatis & Doctio.
in sponte consentiente:secus autem esse dicendum si co
actus foret eius consensus,propter metum sibi illatum
aut praecedentem fraudulentam sibi factam persuasio-
nem: quoniam talis voluntas non habet in se liberũ
consensum, licet coacta voluntas sit voluntas, vt l.
si mulier.§.si metu.ff.quod met.causa. tamen rescindi
tur ibi beneficio praetoris propter fraudulentum ani-
mum metum inferentis.& hoc est quod dicit Bald.in
l.penul.C. quomodo & quãdo iudex.quòd vbi non
est liberum arbitrium,non est solida voluntas,& hoc
quia non est libera.& licet coacta volũtas dicatur vo
luntas,hoc est secundum quid,vt quia quis eligit per-
dere cappam,vt seruet vitam,aliàs fortè nõ victurus:
ideo qui per metum facit, dicitur cõtradicere. facit l.pe
nultima.ff.de furt.& quod habetur in l.j.§.quę onerã-
dae.ff.quarum re.actio non da.& per Ioan.And.in ad-
ditio.Specul.titu.de requisit.consilij.in fi.& per Alb.
in dicta l.si mulier.§.si metu. & xxxiij.q.v.c.notifica-
sti.per gloss.& Archid. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Seruitus multiplici iure inducta. & n.2.3.4.5.& 6.
7 Matri succedit spurius,nisi ea sit illustris.
8 Serui factum quando sibi libero prosit.& nu.9.& 10.
11 Serui factum an sibi libero noceat. & nume.12.13.14.
16.& 17.
15 Serui liberi facti gesta an praesumant in seruitute facta.

Quod quis dum seruus esset egit,pro ficere liberto facto non potest.

QVANDO seruus mutat statũ,
& ex seruo efficit liber, videt alius
hõ,vt dicit tex. in l.qui res.§.aream.
ff.de solu.& not.p glo.& Bal.super
rubr.C.an seruus ex suo facto post
man.teneat.Sed quia multis modis
qs est vel efficit seru⁹,decẽs & opportunũ esse vĩ scire
1 vnde seruitutis istius cã nomenq; descẽdat. † Ad qd'
dici põt iuxta no.per Gofre.& Host.in summa de ser.
nõ ordi.et Io.de Ana.in c.ita quorũdã.extra de Iudęis.
q quędã seruit⁹ iure diuino originẽ ab ebrietate Noe
vel à peccato sumpsit ortũ.de qua habet in c.sexto die.
2 xxxv.dist.vbi videte Archid.† Quędã etiã est seruit⁹ ex
iure naturali,siue,vt planius loquamur,secũdũ Arch.
in c.ius gentiũ.j.dist.explanantem id qd' dicit sanctus
Thomas,quem allegat,& Aristoteles in j. Politicorũ
ex defectu rationis naturalis dicit quis seruus,quia ca-
ret ratione naturali respectu alterius,vel non habet in-
tellectum sicut sagacẽ sapientioremq; decet hominem.
ideo licet nõ sit absolutè seruus,dicat tñ,quia decet q
à sapiẽtiore regatur, tanq; in hoc dño directore & gu-
bernatore suo,ppter vtilitatẽ suã.Et in simili dicit Bal
dus in l.ij.§.post haec deinde de autorũ.ff.de origi.iur.
q sine perito respublica nõ põt gubernari. Terentius
etiã in Eunucho scriptũ reliqt: Dij boni, hõ homini
qd praestat,stulto intelligẽs quid interest. Et Cicero scri
psit pertinẽter in Paradoxis: Oẽs sapiẽtes liberos esse,
omnes stultos esse seruos. Et propter hoc,vt dictũ est,
secundũ Io.Ana.in d.c.ita quorundam.habita cõside-
ratione ad vtilitatẽ,dici põt,q seruit⁹ ista iure naturali
fuit introducta.& ita etiã sentit Archidia.& Do.de san
3 cto Gemin.in dicto c.ius gẽtiũ.† Alio modo qs seruus
efficit ex captiuitate facta in bello iusto,& ista seruitus
à iure gentium ,pcedit,vt l.ex hoc iure.ff. de iusti.& iu-
re.& d.c.ius gentium.& Insti.de iure persona.§.penul.
aliquis dicitur seruus vernaculus natus ex ancilla pro
pria alicuius,vt not.per glos.liiij.dist.c. generalis.in fi.
4 †Est alia seruitus à iure ciuili inducta,quod cõtingit
aliquibus modis:primo in maiore xx.annis, qui se ve
nundari passus est ad pretiũ participandũ. in quo plu
ra requisita sunt,quae habent in l.si ministerium.l.non
ideo.C.de libe.cau.& l.liberis.§.si quis sciens.& l.qui
sciens.ĩ.illo eo.tit.& l.penul.ff.qui ad liber.,pcla.non
licet.& l.& seruorũ.cũ ibi notatis.ff.de sta.ho.& Insti.
de iure pso.in fi. A iure etiã ciuili inducit seruit⁹,in l.ij.
C.illo titu.quibus ad liber.procla.non licet.vbi gl.est
5 valde notanda,secundũ Bal.& Fulgos.q † si propter
insigne aliquod delictũ statuatur,q capiẽs delinquen
tem vel aliquem de sua familia fiat dominus capti,va-
let statutũ.qd' est singulariter notandũ: quoniam iure
regulari qui capit tales, debet illos iudici consignare,
vt l.fin.C.de malefic. & mathema. Vult tamẽ Fulgo.
in dicta l.ij.q tale statutũ solus princeps vel fiscus fa-
6 cere potest,vt sonat textus dictae l.ij.† Idem est dicendũ
de iure canonico,ppter ecclesiastica quaedã delicta, vt
in illo de quo loquitur text.in d.c.ita quorundã.extra
de Iudaeis.vbi inter caeteras poenas ibi impositas Chri
stianis deferẽtibus arma vel merces prohibitas, vel in
suis nauibus ministrantibus illas Saracenis , illi delin-
quẽtes efficiunt serui capientiũ,ita q secundũ Io.And.
ibi & Doct.illi serui effecti ,ppter illud delictũ nõ pos-
sunt in libertatẽ ,pclamare,nec postea manumitti, p il-
lud qd' habet in d.l.ij.C.qui.ad libert. ,pcla.non licet.
Sustinent etiã illas poenas,quae ponunt in l.ij.C.quae
res expor.nõ pos.Qñq; etiã iure canonico, ,ppter deli-
ctũ alienũ quis seruus efficit,vt est filius genitus à mo-
nacho vel sacerdote,qui remanet monasterij seru⁹, vel
ecclesiae,vt xv.q.vltima.cũ multae.licet Ioã.de Fan.ibi
dicat illi canoni esse derogatũ p cõtrariã consuetudi-
nẽ,ita vt verificet illud qd' habet p gl.in l.rem nouã.§.
patroni.C.de iudi.scilicet q iure cauet,sed cõsuetudine
nõ hr.Circa qd' esset cogitandum,qm dispositio legis
semp est in viridi obseruãtia.l.Arriani. C.de haere.& q
allegaret cõsuetudinẽ illã, ,pbare deberet,cũ sit facti,&
in facto consistat,vt notat per Bald.in praeludijs feu-
dorum.prima charta.facit qd' habetur in c.j. extra de
constitutio.lib.vj.De istis aliquid dixi ĩ.isto titu.in l.
quoties idẽ sermo.Dicit etiã Arch.in d.c.cũ multae.q
ibi statutũ fuit illd' de filijs monachorũ & p̃sbyterorũ,
vt illi

vt illi monachi & sacerdotes caste viuerent: & si ꝓpter
se non terrerentur pœnis ibi impositis, saltem terreren
tur pro filijs vel liberis suis. Nam parentes plus timẽt
de filijs, q̃ de se ipsis, vt l. isti quidem. ff. quod me. causa.
7 †Vult tamen glos. in antedicto c. cum multę. ꝙ talium
monachorũ vel presbyterorũ filij matribus suis succe
dere possunt. Nam filij spurij matribus succedũt, si nõ
sint illustres. l. si suspecta. §. j. ff. de inoffi. testa. & l. si qua
illustris. C. ad Orfici. senatusc õsul. nisi essent nati ex da-
mnato punibiliq́; coitu, secundũ glossas dictorũ iuriũ.
& in authen. quib. mo. na. effi. sui. §. fi. coll. vij. Lauren.
tamen allegatus per Archid. in illo c. cũ multę. indistin
cte tenet, illã hæreditatem maternã illis filijs denegari,
quicquid dicat ibi glo. quia ille textus dicit indistincte
hæreditatẽ talibus liberis nõ deberi: ꝓpter quod videt̃
includi, ꝙ nec habeant maternã hæreditatẽ. Et erit hoc
speciale, sicut etiã speciale est in filio illius mulieris, quę
se immiscuit proprio seruo, vt l. vnica. C. de mulie. quę
seru. proprijs se miscue. & ita videt̃ in isto casu de filijs
presbyterorũ & monachorum dicendum, licet illi filij
non deliquerint, sed parẽtes illorũ, vt c. vndecũq;. & c.
nasci. lvj. dist. sed ita statutũ est à iure, per rationes quas
ponit Hostien. in summa. extra de fili. presby. §. quę est
causa. Ex quibus patet plura fore genera pluresq́; cau-
sas seruitutis. de quibus plenius per Gof. & Hostien. in
summis suis, extra de ser. non ordi. Non tamẽ de oĩbus
videt̃ hæc regula loqui, cũ vt dictũ est, aliqui illorũ fie-
ri nõ possunt liberi, per iura superius allegata. Sed secũ
dum glos. textus huius regulæ de eo seruo loquit̃, qui
existens seruus cõtraxit, quod factũ tẽpore seruitutis
8 non prodest ei tẽpore quo factus est liber. †Quod ta-
men secundũ glos. hic in principio fallit in tribus casi-
bus. primo videlicet in l. j. §. si seruus venditus. ff. de ex-
cep. rei vendi. vbi si quis seruo peculiũ dñi sibi cõmis-
sum administranti vendiderit merces, & dñs priusq́; il-
las merces reciperet, illi seruo libertatẽ & peculiũ lega-
uerit, & repetat ipse vẽditor ab eodẽ libero facto illas
merces, repellit̃ per exceptionẽ, & sic seruo ꝓdest post
adeptã libertatẽ id qđ tẽpore seruitutis gessit. de quo
dicite, vt ibi in glos. sup verbo, in factũ. an illa exceptio
9 sit vtilis vel directa. † Secũdo allegat hic gl. fallẽtiã in
l. iurisgentiũ. sed melius allegaret l. & si seruũ. §. sed & si
quis. vt s. diximus. ff. de pact. vbi gl. allegat istã regulã,
& de ea opponit ad illũ §. vbi pactũ quod fecit seruus
prodest sibi post adeptã libertatem, ꝓpter dolũ secum
paciscentis. vbi post solutionẽ glos. dicit Alberi. ꝙ sta-
tus dicti serui facti liberi pendebat dũ fecit pactũ. Ideo
postea sibi competit doli exceptio. Vt enim ibi dicit
Bar. licet seruus statu mutato videat̃ alia ꝑsona, & sic
non prosit sibi pactũ factũ iure directo, de ęquitate tñ iu
ris competit sibi exceptio doli, vt ibi declarat̃ in glos.
10 †Tertiã fallentiã adducit hic glo. de l. si serua seruo. ff. de
iure do. vbi dos data in matrimonio inualido ꝑ seruã
seruo, videt̃ repetita eo validato, libertate consequuta,
& peculio nõ adẽpto ꝑ dñm. qđ ibi dicit̃ esse spãle, cõ
tra l. j. & l. ij. C. an ser. ex suo fac. post ma. tene. Vel vt di
cit Salice. in d. l. si serua. ex vi tacitæ repetitiõis recõuali
dat̃ dicta datio dotis. vel secũdũ Albe. in l. cũ actũ. ff. de
neg. ge. in fi. tertię colũnæ põt dici ibi nõ esse fallẽtiam:
quia ibi erat noua dos ꝓpter nouũ matrimoniũ. qđ
in idẽ recidit cũ Saliceto. ¶ †Sed an id qđ seru⁹ in serui
tute fecit, adepta libertate sibi noceat, licet, vt dicit ista
lex, sibi ꝓficere nõ possit. Hic est aduertẽdũ secũdũ gl.
hic ꝙ qñq́; ista respiciunt cõtractus, aliquãdo delicta.
11 † In cõtractibus non debẽt nocere acta in seruitute eo
13 facto libero, vt dicta l. j. & ij. cum similibus. † Fallit ta-
men in multis hic per gl. casibus enumeratis videlicet
in l. promissę. C. an ser. ex suo facto. scilicet quando ser-
uus dño suo promisit pecuniã vt eum manumitteret,
propter quã promissionẽ causa libertatis factam pe-
tere potest dominus ab eo libero facto illam pecuniã
per actionem in factum subsidiariam, vt ibi. Vel secun
dum Bald. ibi datur actio præscriptis verbis, quia fuit
cõtractus innominatus promittere, vt manumittatur.
Imò etiam dari potest domino cõtra eum liberũ factũ,
vt dicit glos. actio de dolo, per textum l. eleganter. §. ser-
uus pactionis. ff. de dolo. vbi videte Bart. hoc notabi
liter explanantem, & etiam ibi Alberic. etiam fallit in
casu l. si purẽ. ff. de fideicom. liber quæ vt ibi dicit Bar.
notanda est, ad hoc quod habet facere iudex, vt ratio-
nes quas manumissus reddere debet, de quo etiam ha-
betur in l. non solum. §. is qui reddere. ff. de liberati. le-
ga. & l. cum seruus. ff. de condi. & demonstra. Deinde
fallit in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libe. lega. vbi videte
Barto. & ibi glos. super verbo, instrumentum. & super
verbo, cõsultatio. pro intellectu illius §. & ea quæ ha-
bentur in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. quia
in dicto §. Sticho. legatum generale rationum non red
dendarũ factum seruo, cui legata fuerat libertas, restrin
gitur ad male impensa in fundum sibi legatum, vt ibi
14 habetur. † Facit etiam fallentiam id, quod habetur &
notatur in dicta l. cum actum. ff. de nego. gest. cum dua
bus legibus sequentibus, vsq; ad §. si libero. vbi habet̃,
ꝙ de gestis per seruũ in seruitute tamẽ, vel in seruitute
& libertate, qñ negotia illa nõ sunt connexa, non tene
tur seruus: sed de cõnexis catenus tenet̃, vt separentur:
vel si culpam cõmisit à se non exigendo, illud præstare
debet. De gestis verò in libertate tenetur. Ita summat il
los textus Alberic. Quomodo autẽ cognoscetur nego
tia fore cõnexa vel nõ cõnexa, Bart. in d. l. cum actũ. di-
cit posse separabile ab inseparabili cognosci ex diuersi
tate gestiõis inspecto animo gerẽtis, vt l. Pomponius.
eo. tit. item ex diuersitate rerũ dicitur separabile nego-
tium, & respectu vnius inseparabile. Quo verò ad con
demnationẽ, omne negotiũ separabile iudicari põt, cũ
possit ex subtilitate iudicis separari, vt eo. titu. l. at qui
15 natura. §. Scęuola. † Et si probetur in iudicio, quòd il-
le seruus negotia gessit in seruitute & in libertate, nõ ta
mẽ de omnibus apparet quo tẽpore ea gesserit, debet
absolui ipse liber factus cõuentus, nisi actor ꝓbauerit
fore in libertate gesta ea quæ dicit, vt dicit glos. in dicta
l. cum actum. aliàs præsumi debet, ꝙ in primæuo suo
statu sunt illa facta, ar. l. siue possidetis. C. de proba. &
facit l. actor. eo. ti. & l. ei qui. s. illo tit. & pro opinione
dictæ gl. dicũt Bar. & Albe. bene facere l. nõ solum. §.
sed vt probari. ff. de ope. no. nũtia. vbi plene ꝑ Bart. &
l. matrẽ. C. de proba. & ꝑ notata in clemẽ. fi. de rescrip.
licet aliqui teneant contrariũ per iura allegata in su-
pedicta l. cum actũ. ad quæ ibi respõdẽt Bar. & Albe.
vt ibi põt videri. Et eundẽ Bartolum in dicto §. sed vt
ꝓbari. dicit Ioã. de Imol. fuisse notabiliter loquutũ, &
eũ sequit̃. Quã opinionẽ, quæ fuit Azonis, dicit Bal.
esse cõiter approbatã ꝑ Doct. sup dicta glo. quia illud
tempus narratũ in petitione actoris est de substantia
actionis: ergo de substantia probationis, per iura supe-
rius allegata. Et facit quod habetur in l. ob carmen.

§.fina.ff.de testib.& l.si post motam.C.de peti.hæredi.
& per Innocen.in c.qualiter & quãdo.extra de accusa.
16 & dicto versi.sed vt probari.† Allegat hic vlterius gl.
fallentiam in l.si apud filium.ver.plus Trebatius existi
mat etiam si apud seruum.ff.deposi.Quoniã si seruus.
apud quem fuit factum depositum illud,manumissus
retineat,potest conueniri,& in eum datur actio.& ibi
glos.dicit esse speciale.vel ibi conuenitur ratione poste
rioris possessionis rei depositę.Non autem illius quã
habuit tempore seruitutis.quod vult etiam glos.in di-
cta l.si apud filium.quæ illum dicit conueniri rei ven-
dicatione,sicut quilibet possessor,& nõ actione ex con
tractu,argum.l.non aliàs.§.fi.ff.de iudi.quod licet ve-
rum dicat esse Salicetus in alleg.l.si apud filium.vide-
tur tamen sibi,quòd etiam actione depositi possit con
ueniri ex illa l.vt videatur situata sub titulo congruo.
Videte ibi Bartol.quem allegat ipse Salice.& hæc de
17 cõtractibus.¶† In delictis verò cõmissis per seruũ tem
pore seruitutis etiam tẽpore quo erat statu liber expe-
ctans libertatem,potest puniri vt liber,vt Insti.de acti.
§.omnis.hic allegato in glos.& facit l.penult.ff.si ex no
xali causa agatur,& l.moris.§.fin.ff.de pœnis.& est ra-
tio diuersitatis in delictis,quia vt dicit Bal.in l.j.C.an
seruus ex suo facto post ma.te.in delictis inspicitur sta-
tus mutatio,vt dicta l.penultima.quod est verũ,quã-
do status est omnino nouus,qui non erat tempore de-
licti:aliàs si inerat illo tempore,quo delictũ est commis
sum,non variatur,secundũ glos.quã allegat in dicta l.
moris.§.fina.& l.statu liberum.in princ.ff.de sta.liber.
Est tamen secundum eundem Bald.sciendum quòd in
priuatis delictis non attenditur status mutatio,vt no-
tat glo.in antedicta l.penult.Sed secundum vetus tem
pus imponitur pœna.In publicis verò criminibus be
ne attenditur mutatio status de æquitate,quæ proce-
dit,vt inquit ipse Bald.ex summo arbitrio dato iudici-
bus in criminibus publicis,vt l.hodie.ff.de pœnis.
¶Illam autem glos.dictæ l.penult.Guliel.de Cugn.&
Docto.reprehẽdunt,quoniam dicta l.penult.in actio-
ne iniuriarũ loquitur,quæ regulariter est iudicij priua-
ti,& in noxali,quę secundũ regularem iuris traditionẽ
ex publico crimine non nascitur,vt l.hæc stipulatio.§.
titu.proximo,de verbo.signifi.& l.nec prætermitten-
dum.ff.pro socio.Ideo Bald.aliter distinguit in dicta l.
prima.C.an ser.ex suo facto.quòd si loquamur in pœ
nis taxatis à lege,inspicitur tempus delicti:si in taxan-
dis,tempus sententiæ,cum hoc sit commissum iudicis
arbitrio,cum non sit determinatum,vt l.prima.§.expi
latores.ff.de effracto.facit in authen.vt iudi.sine quo-
quo suffra.si § oportet.colla.ij.vel secundum aliquos
quando pœna simpliciter imponitur propter delictũ,
inspici debet tempus delicti.Sed si missa consideratio-
ne delicti & personę,inspicitur tẽpus sententiæ.Quod
fatetur Bald.esse verum,vbi ponderatur à lege quali-
tas inhærens tempore delicti:& dat exemplum de sta-
tuto dicente,quòd offendens ciuem puniatur arbitrio
iudicis.Sed si forensis post offensam efficiatur ciuis,
non erit puniendus iudicis officio,vt l.in delictis.§.si
extraneus.ff.de noxalibus.Sed in pœna accidentali,vt
quis luat in corpore,qui nõ potest soluere,inspici de-
bet tempus istius mutatiõis,quia ista pœna nõ habet
causam vel originem vetustiorẽ.quæ sunt verba Baldi
vbi supra.Hoc fixũ tamẽ tenete,q in delictis punibili
bus,seruus liber factus tenet,ita q etiã delictũ qd' non
parit actionem in seruitute,parit in libertate,vt l.licet.
C.an ser.ex suo facto.quoniam secundũ Bal.ibi,actio
quę cœpit esse noxalis cõtra dñm,saltum facit in perso
nam manumissi,vt ibi.Si autem dictus seruus existẽs
deliquit in dñm,non tenetur liber factus,vt eo.titu.l.si
serui.vbi Bald.rationẽ reddit,quia dominus eum po-
terat propria autoritate punire.Quod si non fecerit,
indignus est legis auxilio,quia priuata psona in suos
videtur quandam iurisdictionem habere,vt dicta l.si
serui.& l.si filius tuus.& l.congruentius.C.de pa.po.
& l.in suis.ff.de libe.& posthu.& c.cum contingat.ex-
tra de foro compe.dñs enim non vindicãdo videt in-
dulsisse,vt l.diuus.ff.ad Sille.senatusconsul.Non tamẽ
hoc procederet in publicis criminibus,vt ibi no.in gl.
vt enim ibi dicunt Docto.publica pœna non põt re-
mitti per priuatam personam.l.iurisgentium.§.si paci
scar.ff.de pact.Faciunt notata Doct.in l.transigere.C.
de trãsact.& in l.prima.§.& post operis.ff.de no.ope.
nuntia.cætera de materia seruorum,vide quæ recitata
fuerunt in l.cum seruus.§.eo.titu.

Summarium.

1 ☞Generaliter dictum generaliter est intelligendum.
2 Specialia an semper insint generalibus.

Semper specialia generalibus insunt.

PLENISSIME mate
riam huius regulæ recitaui
in l.in toto.ad quam gloss.
hic remittit,& l.in eo.§.
isto tit.vbi videatis.Et etiã
an exceptiones sint de regu
la,illud quod habetur,&
ibi dictum fuit plenius,su-
per rubrica isti⁹ ti.Quibus
pro materia regulæ addi potest q generalitas inducit
obscuritatem,nisi ex specialitate declaretur,vt habetur
in l.non intelligitur.§.primo.& l.ita fidei.ff.de iure fi-
1 sci.† Vnum tamen est quòd generaliter dictum gene-
raliter debet intelligi,vt l.prima.§.generaliter.ff.de le-
ga.præstan.contra tab.bon.possel.peti.& l.in fraudẽ.
§.fin.ff.de testamen.mili.vbi notat ex illo textu Bald.
post Dyn.quòd generaliter statutum comprehendit
casus priuilegiatos,si per hoc priuilegium non infrin-
gatur.Generalis enim diffinitio continet omnes casus,
qui sub ea possunt comprehendi.Facit l.fi.ff.de penu
leg.& dicit Bald.in dicto §.fina.l.in fraudem.gloss.ibi
breuissimam esse intelligendam,quòd vbi non sit vlla
exceptio per legem,fieri non debet per hominem vel
iudicem.quod dicit esse tenendum menti.Videtur ta-
men ibi Bart.aliter loqui,vt potestis videre.Cõfirmat
tamen Ioan.de Imol.in c.cum nostris.extra de concess.
pręben.iiij.colũna.id quod superius dictũ est,genera-
liter dictum esse generaliter intelligendum,per iura ad
hoc allegata,& per id quod habetur in cap.quia circa.
extra de priuilegi.vbi episcopus remittens alicui eccle
siæ decimas episcopales indefinite,remisisse videtur
non solum præteritas,sed futuras:quia,vt ibi dicit
Panormitan.dispositio indefinita æquipollet vniuer-
sali.Ad quod facit c.vt circa.extra de elect.libro vj.ad-
dens quòd priuilegiũ cõcessum cõtra iurisdictionẽ est
contra

contra concedentẽ largissime interpretãdũ. allegat etiã ad hoc c. cum dilectus. extra de cõsuetudi. & hoc intelligit contra ipsum solum concedentẽ: quia censetur beneficium principis quod debet largissime cõtra eũ interpretari, vt l. fi. ff. de consti. prin. & c. olim. extra de verbo. sig. Secus in priuilegio cõcesso cõtra ius cõmune, quod debet stricte interpretari. Et ita intelligi debet qđ dicit Bart. in dicta l. in fraudem. §. fi. recessus enim à iure cõmuni odiosus est & stricte interpretãdus, in c. j. & ij. extra de fili. presbyter. Et huius sententiæ videntur esse Hosti. & Io. And. in alleg. c. quia circa. sed plenius videte Panor. distinguentẽ in d. c. quia circa. & Bar. in l. si ita. ff. de auro & argen. le. & l. talis scriptura. de lega. j. Addi etiã potest pro regulæ huius materia id qđ notat̃ per Salice. post glo. in l. vbi. C. de iure do. in q. j. in qua quærit, vtrum dispositio illius l. quæ loquit̃ in marito vergente ad inopiã vel inchoante male vti substãtia sua, quo casu põt vxor nõ tantũ dotẽ sed donationẽ propter nuptias petere, secundũ generalẽ dispositionẽ illius textus habeat locũ in socero qui dotẽ mulieris recepit vergente ad inopiã: & respõdit q̃ sic, ꝓpter idẽtitatem rationis, arg. l. à Titio. ff. de verbo. oblig. & l. fi. C. ad l. falcid. licet contrariũ videret̃ dicẽdũ, cum ista l. vbi. exorbitet à iure cõi, & sic non deberet extendi ad consequentias, vt l. si verò negotiũ. §. de viro. ẽ. illo tit. solu. ma. & l. quod verò. & l. ius singulare. ff. de legi. Sed nõ obstat §. de viro. vt ibi rñdit in gl. quia ibi nõ est eadẽ æquitas, nec ratio in socero, quæ in viro: quia vir ipse maritus, qui est dñs rerũ dotaliũ, vt l. doce ancillã. C. de rei vendica. potuit seruos dotales manumittere, vt l. iij. C. de iure do. de quo loquitur ille §. de viro. & l. j. & fi. C. de ser. pigno. da. ma. Quod facere non põt socer illorum seruorũ non dñs, vt per totũ tit. C. de his q̃ à non do. ma. & ideo nõ est eadẽ ratio in casu dicti §. de viro, quæ est in alijs iuribus. Nõ obstat etiã d. l. ius singulare: quia intelligi debet vbi non est eadẽ rationis extensio, quæ est casu prædicto. quia spõsalia eandẽ semp habẽt rationẽ in cõseruatione dotis ꝓpter sustẽtationẽ coniugum & liberorũ. Ad quod videte ea quæ notata fuerunt in l. quæ ꝓpter necessitatẽ. ẽ. isto tit. & quæ habentur in l. rei iudicatæ. §. fi. ff. solu. ma. † Sed cõtra istam regulam videtur, q̃ semper specialia nõ insint generalibus. & opponitur de l. cohæredi. §. qui patrẽ. ff. de vulga & pupil. substi. vbi substitutio generalis reciproca non referẽ ad eos qui singulariter vel specifice ibi fuerunt inuicẽ substituti, & prouisio generalis non includit illos vel illa de quibus specialiter est ꝓuisum. ibi enĩ testator patrẽ & filium ꝓ parte hæredes instituerat, & hos duos coniunctim, vt ibi intelligit Pau. de Cast. & inuicẽ illos specialiter substituerat, alios forte tres vel quatuor in reliquis partibus hæreditatis distĩctim instituit hæredes, & illos inuicem substituit, per hæc verba, & hos oẽs inuicem substituo. Circa quod quærebatur, an moriente vno illorũ, in cuius portione habuit locum substitutio, dicti pater & filius qui fuerant coniuncti in parte instituti veniant & videantur inuitari ad portionem illius morientis, vnà cum alijs virtute illius generalis substitutionis, in qua dictum fuit generaliter, & hos oẽs substituo. Et ibi in tex. respõdet̃ q̃ nõ, sed solũ alij qui distĩctim in cæteris partibus postea fuerant instituti & inuicẽ substituti. Nec obstat huic decisiõi text. §. qui discretas. qui præcedit in ea l. dictũ §. qui patrẽ. quia ibi vacabat portio vnius ex cõiũctis, ideo vocat̃ vnus illorũ cõiũctorũ tantũ, sed in prædicto §. qui patrem. vacabat portio vnius ex disiunctis tãtũ, & accedit ibi secundũ qđ explanat dict⁹ de Castro, q̃ illi duo cõiuncti fuerũt inter se specialiter inuicẽ substituti. Ideo de illis nõ præsumit̃ testatorẽ cogitasse in illa generali substitutione. Et hæc est ratio quare speciale non inest generali. facit quod habet̃ in l. hæredes sine partibus. ff. de hæredi. insti. Quod tamen fatet̃ dictus de Castro fore verũ, si illi disiunctim instituti & generaliter substituti, acceptare velint illam portionẽ vacãtem morte alterius ipsorũ, quã si refutarent, dicti pater & filius vocarentur, quia cessat tunc causa quare excludebantur, scilicet fauor aliorũ, qui cũ cesset, incipiunt alij pater & filius antedictĩ cõprehendi. Ad quod allegat l. cum ita. §. quæsitũ. circa fi. ff. de optione lega. vbi generalis dispositio facit cõprehendi illa quæ ab initio non cõprehendebant̃, cessante cã ꝓpter quã cõprehendi nõ poterant. facit etiã ar. ad hoc id qđ habet̃ in l. qui decem. §. Stichum. ff. de solu. & in c. ei cui prouideri. extra de præben. lib. vj. ¶ Possent etiam dicti pater & filius in dicta substitutione cõprehendi, si nõ fuisset nisi vnus cohæres eis datus, & adiecta forẽt illa verba per testatorẽ, hos oẽs substituo: qa dictio, omnes, ostendit plures personas ad illã substitutionẽ fuisse vocatas, arg. l. ex duobus § filiũ. ff. de vulga. & pupil. substi. & l. Iulianus. in princi. ff. de leg. iij. & l. vbi numerus. ff. de testi. licet Pe. teneat cõtrariũ, sed male secundum Bal. & Paul. de Cast. in dicto §. qui patrem. per textum l. fin. ff. ad Trebel. cum notatis ibi per Bartol. Tandem notate glos. menti tenendã de generalibus & specialibus cautionibus & expressionibus quæ illarũ plus prosit & valeat, in c. quãq̃. xxiij. dist. super verbo, plus. cum ibi notatis per Archid. & notata per glo. in l. oẽs. sup verbo, enumeratę. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. quæ, vt ibi dicit Albe. solet allegari q̃ tãtũ valet genus quo ad genus quantũ species quo ad speciẽ, per iura quæ allegat dicta glos. Videte aliã glos. in l. si seruitus. ff. de ser. vrba. prædi. & quod habetur in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæredi. & in c. ij. extra de cõiugi. leprosorũ. glos. penult. Colligit tñ glos. in l. spem eorum præmiorũ. C. quæ res pigno. obliga. pos. q̃ illud qđ nõ põt fieri spãliter, nõ põt fieri generaliter. Quãdoq̃ tamẽ vt ibi dicit Albe. facit spãle quod nõ põt generale, vt l. j. illius titu. vbi in generali obligatione non veniunt ea quæ quis verisimiliter non esset obligaturus. cui concordat l. obligatione. ff. de pigno. cum sequentibus duabus legibus, & qđ no. per Dy. & Io. And. in cap. in generali concessione. extra isto titulo. libro vj. Guliélmus Maynerius Legum Doctor.

Cuius effectus omnibus ꝓdest, eius etiam partes ad vniuersos pertinent.

GLOSSA super ista regula hic in princip. posita loco positionis casus, secundũ Bulga. declarat eam dicens, quòd quando quis decedit pluribus relictis hæredibus, emolumentum fundi, qđ ad ipsum defunctũ ptinebat, ptinet ad vniuersos hæredes suos, id est, ad singulos pro ea parte qua sunt hæredes. quasi dicere velit, quòd vtilitas dicti fundi, quæ est effectus

dominij prodest omnibus antedictis hæredibus, & sic
illud innuit, dñiũ ad oẽs pertinere, loco sumpto ab ef-
fectu, sicut in simili habeẽ in l. iij. C. de sum. trin. & fide
catho. in versi. igitur si clericus. vbi glos. colligit argu-
mentum ab effectu. & ibi Alberic. & Bald. ad hoc alle
gant illam, secundũ quẽ intellectum dictiones istæ, cu-
ius & eius, positæ in hoc textu, vt dicit hic glos. ad do-
minium fundi referuntur. Aliter intelligi potest quod
hæc regula, vt diciẽ hic in glos. secundũ Ioan. per illud
quod habeẽ in l. j. ff. de nego. gest. cuius edicti necessitas
pertinet ad vtilitatem publicã, quia nullus aliàs acce-
deret ad negotia absentium gerenda. Multoties enim,
vt ibi dicit glos. & Docto. quis recedit, & propter re-
pẽtinas necessitates procuratorem nõ potest relinque
re: & si ageretẽ cõtra ipsum, propter hoc ꝙ nõ defende-
retur, posset procedi ad missionẽ in possessionẽ bono
rum suorum, vel venditionẽ illorum, aut si erat obli-
gatus sub pœna ad certã diem soluẽdum, nisi soluere-
tur, incideret in pœnam. Causæ igitur illius edicti, licet
vt ibi dicit Barto sint impulsiuæ, & non finales, illa-
rum tamen effectus prodest omnibus & singulis de
vniuersitate rei publicæ. facit quod habetur in l. seruũ.
§. publicẽ. ff. de procura. cum ibi notatis per Doct. &
Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. § sed & maior. vbi
dicitur, ꝙ rei publicæ expedit, ne quis re sua male vta-
tur. Ex quo inferẽ secundum Angel. Areti. ibi ꝙ vnus-
quisq; rei suæ est arbiter & moderator, vt l. in re mãdata.
C. mandati. & l nemo exterus. C. de Iudæis. & l. Polia.
C. de his quib. vt indig. Esset enim iniquũ valde, libe-
ris hominibus rerum suarũ non cõmittere liberam fa-
cultatem, vt l. ij. ff. si quis à paren. fuerit manumissus.
Facit l. statuas. C. de religi & sumpti. fu. In suo nãq; qs
facere potest quod vult. l. j. §. de eo opere. ff. de aqua
plu. arcen. & l. sicuti. §. Aristo. ff. si ser. vendice. facit xij.
q. ij. c. cum deuotissimam. quod habet locũ nõ solum
inter viuos, sed etiam in vltima voluntate, vt l. j. C. de
sacrosanc. eccle. & in authen. de nup §. disponat. colla.
iiij. Sed prædicta secundũ Alberi. in dicta l. in re man-
data. & Angel. Aretin. in dicto § sed & maior. intelligũ
tur dum non vtatur male, vt dictũ est in præiudicium
rei publicæ, cuius effectualiter interest. facit quod nota
tur in l. si cõstãte. §. si maritus. & l. etiã. §. j. ff. sol. matri.

Summarium.

1 ☞ Soluens creditori creditoris qñ liberetur. & nu. 2.
3 Hæres non potest reprobare factum defuncti.
4 Damnum quando quis sentiat ab eo à quo non sentit commodum.
5 Gestor negotij insoliti tenetur de casu fortuito, & præsumitur in culpa.

Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.

ISTAM regulam allegat
Sali. in l. j. in princ. de institio-
ria. quæ hic ad hoc allegatur
per glos. ꝙ ex qua persona
commodũ sentimus, ita &
incommodum, vt in prin. il-
lius l. vbi ex contractu insti-
toris dominus obligatur, &
contra ipsum instituentẽ illũ
datur actio: sibi autem nõ datur, nisi in subsidiũ, vt ibi
habetur. & in l. ij. illius. vbi videte Docto. Secũdo veri
ficatur hæc regula secundũ glo. in l. si nõ solus. in prin.
ff. si quis omis. cau. testa. vbi possidens tanq; hæres ab
intestato hæreditatẽ, in qua alius fuerat institutus, sed
dolo omiserat illã adire in fraudẽ, teneẽ cum omitten-
te simul ad relicta in testõ, vt ibi. quod declarat Bart. in
l. fin. eo. tit. in sua notabili distinctione, ad quã recurra
tis. Tertio probaẽ veritas huius regulæ in l. si tertius.
§ fi. ff. de aqua plu. arcen. vbi habetur, ꝙ faciens in suo
aliquod opus, propter quod aqua nocet vicino, tene-
tur suis expẽsis ad illius operis destructionẽ. Sed si do-
minus nesciuit, dum illud opus factũ fuit, solũ teneẽ
vt patiatur illud demoliri. Si verò seruus illius dñi il
lo inscio hoc fecit, teneẽ ipse dominus serui noxaliter.
Quando verò ad ꝓpositum huius regulæ, alius illud
opus fecit, cui facienti successit dñs dicti fundi, tenetur
ipse, ac si illud fecisset, cũ ex successione videẽ sensisse lu
crum, ideo præstare debet eius factum, vt hic & ibi. Po
test etiam extra glo. in hac regula poni exẽplum de eo
quod habetur in l. solutũ §. solutam. ff. de pigno. actio.
vbi eo ipso ꝙ quis succedit alteri, tacitẽ videtur habe-
re ratum illud quod ille fecerat eius nomine. facit l. fin.
1 in prin. ff. rem ra. habe. † Habetur etiã in dicto § solu-
tam. ꝙ sicut liberor si soluo meo creditori, ita etiã est
si soluam creditori mei creditoris. Glos. tamen ibi ma-
gna per dubitationem illud pertransit. pro qua dubi-
tatione soluenda Bald. & Salic. ibi distinguũt sic, quòd
aut creditor mei creditoris me non habet obligatum,
aut habet. Si non habet, aut ideo sibi teneor, quia ipse
alteri tenetur, & illi alteri soluendo liberor ipso iure, vt
l. si liber homo. ff. de nego. gest. quod est vt ibi dicit Al
bericus, quia pro eo soluo eius gerendo negotium &
vtiliter per quãdã cõpẽsationẽ, vt eo. tit. l. si fideiussor,
& l. si opera. Si verò non ideo teneor sibi, ꝙ alter ipse
teneatur, sed causa mea est omnino separata à sua, tunc
si soluam eo vidente suo creditori, liberor ipso iure, vt
dicto § solutam. Sed secus est si soluam eo inuito vel
contradicente, vt l. inuito. ff. de solu. argum. l. fina. C.
de nego. gest. Aut soluo creditori suo illo ignorante,
nec interest prædicti creditoris mei, vt illi creditori suo
soluam, imò forte expediebat creditori meo ne solue-
rem, & non liberor, vt l. cum pecuniam. ff. de nego.
gest. vt ibi notatur per gloss. Quando autem interest
mei creditoris ignorantis, vt suo creditori soluam,
quamuis non liberer ipso iure, liberor tamen ope ex-
ceptionis compensationis vel doli, vt not. per glos. in
2 dicta l. si opera. ff. de excep. doli. † Secundo verò casu,
quando scilicet creditor creditoris mei habet me obli-
gatum, & bona mea, soluendo ei liberor etiam inuito
soluendo: quia ad hoc possem cogi, vt l. nomen. C.
quæ res pigno. obliga. pos. ideo eo inuito liberor. Fa-
cit l. vtrum. ff. de constitu. pecu. & ideo dat Salice. con-
silium debitori soluere volenti, vt videat instrumentũ,
in quo creditor suus se obligauit, an suo creditori obli-
gauerit in illo bona sua omnia & iura debitoris sui
quia tunc patet, quòd ei potest soluere, quia per solu-
tionẽ ab ipso factã, creditor eius idẽq; alterius cui sol-
uitur debitor ex illa solutione lucrũ tenet. ideo factum
3 soluẽtis debet præstare vel ratũ habere. † Addi potest
pro veritate huius regulæ illud qđ habeẽ in l. cũ a ma-
tre. C. de rei vendica. vbi not. ꝙ hæres non põt repro-
bare factum defuncti pro ea parte, pro qua est hæres,

Non

Non repræsentat etiam defunctum, nec fingitur eadem
persona, iuxta illud quod habetur in authen. de iureiu
ran. à mo. præsti. §. primo. coll. v. nisi pro ea parte, pro
qua est hæres, vt in dicta l. cum à matre. Sed pro ea par
te, pro qua succedit reputatur eadem persona, & cōtra
voluntatem defuncti venire non potest, sicut nō pos-
set defunctus. Ad quod ibi Bald. allegat istam l. & C.
de bo. auto. iudi. possiden. l. si vxor. & l. si ab eo. C. de
nego. gest. Cogitur tamen hæres pro parte habere ra-
tum pro illa parte factum defuncti, vt probant illa iu-
4 ra. & ibi not. Docto. † Deinde glos. hic in verb. sed fal
lit. dicit hanc glos. fallere, vbi quis dānum habet, & nō
lucrum, & tamen præstare tenetur factū illius, ex quo
illud sentit, in l. si negotia absentis. ff. de nego. gest. Pro
cuius declaratione sciendum est secundum glo. & Do-
ctor. ibi, quòd gestor negotiorum absentis tenetur de
dolo & culpa, & etiam tenetur de casu, si negotia inso-
lita inchoauerit, & damnum in vno compēsatur cum
lucro quod cōtingit in alio. Et est illa lex notabilis se-
cundum Bartolum ibi. quod secundum Alberic. ibi &
Doctores sic intelligitur, scilicet quòd negotiorum ge
stor si negotia tantum solita gerat, lucrum illius ge-
stionis, & omne damnum pertinet ad dominum, nisi
fortè culpa vel dolo gestoris illud damnum cōtingat,
quia de illis tunc gestor tenetur, vt ibi. Sed vbi gerit so-
lita & insolita, & lucrum atq; damnum sunt insolita,
lucrum spectat ad dominum, & damnum ad gesto-
5 rem. † Sed si lucrum & damnum contingit in insolitis
tantum vel solitis tantum, in solitis fit compensatio lu
cri & damni. In insolitis etiam circa eandem speciem, ni
si secundum alios illud damnum causetur culpa gesto
ris: quia tunc sibi imputatur, nec tunc fit compensatio
lucri & damni. l. de illo. ff. pro socio. & tenet glos. in fin.
in dicta l. si negotia absentis. vbi Bald. dicit, eum qui
insolita aggreditur, ad casum fortuitum se astringere, &
durius agitur cum eo, quoniam debuit spectare con-
suetudinē domini negotiorum. & in illis insolitis obli
gatio secundum eundem Bald. & Alberic. descendit ex
culpa, aliàs non esset differentia inter solita & insolita:
quam tamen differentiam facit text. dictæ l. si negotia
absentis. in versicu. sed Proculus. ibi, velut si nouum
negotium, quod non sit solitus absens facere. Domi-
nus enim negotiorum ratificare potest id quod est vti-
liter gestum, & inutiliter gestū reprobare: & quamuis
ratum habere videatur ea quæ gessit ille gestor, quæ ra
tihabitio mandato æquiparatur, vt l. fina. C. ad Mace-
do. hoc dicit Barto. esse verum, si specialiter dominus
ratificaret insolita gesta, non autem si generaliter. Non
enim in illa generali ratihabitione veniunt insolite
gesta, nisi specialiter dicatur, nec videntur mandata, ar
gu. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. act. cū ibi notatis.

Summarium.

1 ☞ Dolo desinens possidere postq; conuentus est, an
ex eadem instantia possit condemnari.

Parem esse conditionē oportet eius, qui quid possideat vel habeat, atq; eius, cuius dolo malo factum sit quo minus possideret vel haberet,

HANC regulā expediui & decla-
raui in l. q dolo. ō. isto ti. ad quā etiā
gl. hic remittit. sūt enī hæ ābę regulę
1 eiusdē iurisconsulti Pauli. † Bart. alle
gat istā regulā in l. quā q;. ff. de aqua
plu. ar. in quæstiōe quā mouet ibi,
si qs possessor cōuētus in iudicio desīt dolo possides-
re, an ex eadē instātia possit cōdēnari. Et secūdū eū fa-
cit dubiū, q̄a possidēs directò tenet, sed desinēs posside
re tenet vtili. l. fin. aūt. & l. qui petitorio. ff. de rei vendi.
& in ista regula. Ideo nō videt posse cōdēnari ex eadē
instātia, cū sit actio alterata. Sed ipse Barto. quē sequit
Io. de Imo. in §. Iulianus tenet cōtrariū, & dicit esse opi
nionē Cy. & nostrorū citramontanorū quos vocat vl
tramontanos, in l. f. C. de aliena. iudi. muta. cā facta. de
quo ibi videte plenius Bart. & Ange. in d. l. fin. aūt. § j.
vbi dicit, q̄ lite cōtestata cōtra illū nedū sufficit, si dolo
sed etiā si culpa desijt possidere, ad hoc vt possit cōde-
mnari. ad qd' allegat l. si culpa. l. si in rē. & l. si homo. ff.
de rei vend. Imò secūdū eundē Ange. si in pdendo pos-
sessionē nullā culpā cōmisit, tñ cōdēnandus est si po-
tuerit exigere cautionē ab eo in quē possessio trāslata
fuit, vt l. is à quo. cū l. seq. eo. ti. & l. pen. ff. de peti. hęre.
Et quia de dolo hic loquit tex. vide notata de dolo &
fraude, p Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pigno. acti. & l. j.
ff. de dolo. & in l. contractus quidam dolum malum. ō.
isto tit. & ea quæ per me plenius ibi fuerunt recitata.

Summarium.

1 ☞ Damnum non dicitur facere Iudex rite agens.
2 Capi se volentibus resistens si lædatur, non est culpa
officialium.
3 Pignus iudiciale debet ali expensis debitoris.
4 Damnum dedisse non dicitur, qui se defendendo lęsit.
5 Statutum quòd qui se defendendo occidit occidatur,
an valeat.
6 Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ. & nu-
mero 7. 8. & 9.

Nemo damnum facit, nisi is qui facit quod facere ius non habet.

1 IVDEX † vt dicit hic gl.
arcendo contumacem, & pu
niendo illum, nō dicitur in-
ferre damnum, vt l. iniuria-
rum. §. is qui. & §. seq. ff. de in
iur. & l. quemadmodum. §. si
quid tamen magistratus. ff.
ad l. Aquil. Quoniam vt di-
cit text. in dicto §. is qui. exe-
cutio iuris non habet iniuriam, si tamen aliquid magi
stratus per iniuriam faciat, tenetur, & potest cōueniri,
vt d. l. quē admodū. §. magistratus. & hoc tenet Bartol.
in dicta l. iniuriarū. §. idē Labeo. quādo maximè cōstat
q̄ facit animo iniuriādi. Quod tñ vt ipse dicit in dubio
nō pręsumit. Ideo debet tūc cōueniri actiōe in factū, ex
quasi maleficio, nō actione iniuriarū. vt enim habet in
§. magistratus. in d. l. quēadmodū. quandoq; magistra-
tus, vt etiam supra dictum est, tenetur de dāno dato, ad
quod faciendum ius non habebat, nisi iuridicè exerce-
ret officium suum contra resistentem suæ iurisdictioni
& autoritati. de quibus tamen dicite, vt satis latè recita
2 ui in l. non videntur. §. qui iussu. ō. isto tit. † Vnū etiam

addi potest secundum Florianum de sancto Petro in
dicto § magistratus.in versi.si quid tamen.quod non dici
tur iudex vel officialis delinquere, si capiendus, quem
iuste iussit capi, resisteret, & se non sinens capi offenda
tur in personam, vt ibi probatur. quod est notandum.
Notari suadet dictus Florianus etiam ex illo textu, quod
si iudex vel magistratus officium suum exercendo iu
beat capi pro pignore bouem vel equum aut aliud si
mile requirens expensam illa fieri debet per eum ad
3 quē pertinent illa capta pro pignore. † Ex quo textu
colligit quòd prætoriũ pignus vel iudiciale debet ali
expensis debitoris, vt hoc etiam voluit gloss. in au
then. & qui iurat. C. de bo. auto. iudi. possi. Si tamē cre
ditor vel ille ad cuius instantiam illa capta fuerunt, fe
cit illas expensas sine dolo, recuperare debet à debito
re, vt l. prętor. §. quod ait. ff. de bo. auto. iudi. possiden.
4 ¶ † Secũdo declaras hic glos. hanc regulam de eo quod
habetur in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.
vbi aliquis qui pro sua defensione cũ sibi fieret insultus
dãnũ dedit insultãti, nõ est puniendus, nec dicitur da
mnũ dedisse. Quia quod fit ad defensionem, pœnam
non meretur, vt ibi, & l. iij. §. eum qui. ff. de vi & vi ar.
& l. prima. C. vnde vi. & l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Et
facit text. & glos. in tit. de pa. tenen §. primo. & ti. de pa
ce iura. fir. § homicidium. vbi etiam per glos. & Bald.
qui etiam notat in dicta l. vt vim. in principio. quòd
sui corporis defensio est de iure gentium, vt ibi, nõ ta
men negatur quin sit de iure naturali. Imò in clemē. pa
storalis. de re iudic. expressè dicitur, quòd illa de iure na
turali est. Ad quod etiam facit l. itaque. ff. ad l. Aquili. &
quod habetur j. distinct. c. ius naturale. ea enim, inquit
Bald. per quæ vita hominis & eius contrarium repel
litur, sunt adeo de iure naturali, vt neque papa neque Im
perator possint illis derogare, vt habetur in dicta cle
5 men. pastoralis. † Ob quod ad materiã dictę l. vt vim.
recitat Florianus in l. itaque. ff. ad l. Aquil. illum tex. alle
gari, statutum nõ valere disponens quòd occidēs aliũ
etiam ad sui defensionem debeat occidi, cum tale statu
tum quod iuris ciuilis sit, cõtra naturalem rationē nõ
teneat, cum illam tollere non possit, vt Institu. de legi.
agna. tu. §. fi. sed ipse tenet valere, quia defensio est de iu
re gentium, vt notat glo. in dicta l. itaque. & in dicta l. vt
vim. & vt ibi notat ius ciuile iuri gentium in sua parti
cularitate potest derogare, licet non in sui totalitate, vt
not. per glos. in §. fi. Insti. de iure na. gen. & ci. potest etiã
lex ex causa negare defensionē, vt etiã notatur in d. §.
cum arietes. per ibi allegata. & l. fin. C. quãdo lice. vni
cuique sine iudi. se vindica. cũ ibi notatis. Et hãc opinio
nem tenet Alberi. in d. §. qui cum aliter. quãdo illud sta
tutum nõ prohibet defensionē extraiudicialē, secus si
iudicialem. Ad quod allegat xxvj. di. c. j. & xxiij. q. iiij.
c. duo ista. per ipsum Albe. in l. j. C. de heredi. insti. ver.
6 sed si statuto caueẽ. ¶ † Defensio tamē illa de qua loqui
mur iure gentiũ permissa & etiã naturali, debet esse cũ
moderamine inculpatæ tutelę, vt dicto §. qui cũ aliter.
Quod qualiter intelligendũ sit, glo. & Docto. in alleg.
l. j. C. vnde vi laborãt. Sed vt dicit Florianus de sancto
Petro in antedicto §. qui cum aliter. dicitur inculpata,
quando aggressus vel inuasus se nõ potest aliter defen
dere, scilicet sine periculo. Nõ enim debet pati quod dãni
ficetur in aliquo, si damnũ esset irrecuperabile, vt l. fu
rem. ff. ad l. Corne. de sica. Ideo secundũ eum si nõ pos
sit euadere, ne percutiatur ab inuasore, nisi illũ interfi
ciat, potest interficere. Quælibet enim iniuria illata in
personam maior est qualibet alia in rem illata, vt l. in
seruorum. ff. de pœnis. pro qua reali irrecuperabili po
test inuadens vel aggrediēs interfici: multo fortius pro
personali. & hoc firmat Bartol. in dicta l. furem. & facit
quod habetur in c. olim. secũdo. extra de resti. spo. Quo
modo autem probari possit aggressum interfecisse ag
gressorem ad sui defensionē considerandũ venit, quo
niam semper præsumi debet cõtra eum, qui dedit ope
rã rei illicitæ l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil.
Sic etiam cõtra verbis iniuriosis prius prouocantem,
aut contumeliose loquentem. l. si non conuicij. C. de
iniuri. Ita etiam contra illum qui primus gladium eua
ginauit, aut arma mouere cœpit, vt l. j. C. ad l. Corn. de
sica. Hoc tamen notandũ est, quòd vbi ex conflictu in
ter duos aliquid contingit mali, illud imputatur ag
gressori, vt l. j. § cum arietes. ff. si quadru. paupe. fecisse
dicatur. & ibi not. per Flori. & Docto. Ad quod facit
l. quoniam multa facinora. cum ibi notatis per Cy. &
Docto. C. ad l. Iuli. de vi pu. vel priua. & not. per Ioã.
de Anania in c. significasti. vltima colũna. extra de ho
micid. Et potest esse ratio secũdũ dictũ Flori. quia in
sultans prouocat insultatum ad iracundiã, & sic insul
tatus id quod facit facere videtur calore iracũdiæ, ideo
sibi non debet imputari, vt l. quicquid calore. ē. isto
tit. vbi etiã hoc recitaui. Facit l. Gracchus. C. ad l. Iul. de
adulte. & de pœniten. dist. j. c. quicunque §. diuortiũ. &
ij. q. iiij. c. si quis iratus. & c. si verò alicuius. extra de sen.
excõ. vult etiã Bart. in l. v. in princi. ff. ad l. Aquil. quod eo
ipso quod aliquis venit cũ gladio cõtra alium, & ille alius
ipsum occidat, statim est probata illius occidētis defensio,
vt ibi est casus cum sua glos. & sentit Bald. in l. j. allega
ta. C. vnde vi. in lectura ordinaria illius l. & facit dictus
§. tabernarius. in alleg. l. si ex plagis. & sequitur Angel.
7 Areti. Insti. de interdi. §. recuperandę. ij. col. ¶ † Cõside
rari tamen debet in istis etiam secundũ Doct. qualitas
personarũ genus instrumētorũ, & qualitas loci, secũdũ
quod notatur per gl in d. l. j. & ibi per Doct. C. vnde vi. fa
8 cit quod habetẽ in l. j. C. si quis Imper. maledixe. † Illud
autē quod superius dictum est de defensionis permis
sione, intelligit Flori. in dicto §. cum arietes. & sentit ibi
glo. in fi. esse verũ, nisi offensio iuste inferatẽ, quia tunc
non esset permissa defensio, imò puniretẽ se defendens.
Ad quod facit tex. in l. milites agrũ. §. irreuerens miles.
ff. de re milita. & l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu
gi. & l. si quis in graui. §. si tamē maritus. ff. ad senatus
cõsul. Sille. & l. itaque. ff. ad l. Aquili. & l. j. ff. de furib. bal
nearijs. & quod not. in l. j. C. de bo. eorũ qui sibi mortē
consciue. & per Archid. xxiij. q. v. c. cum homo. vbi no
tabiliter dicit nõ licere iuste ad mortē cõdēnato se violē
tia vel fuga defendere, imò põt autoritate iudicis im
pugnari, vt ea. causa & q. c. nõ putes. c. nõ vos. & alle
gat Apostolũ dixisse, Qui potẽstati resistit, dei ordinationi
resistit, & ipse sibi dãnationē acquirit. xj. q. iij. c. qui resistit.
secus si iniuste foret cõdēnatus, vt Archi. in alleg. c. cũ
homo. idē tenet Bar. in l. relegati. ff. de interdi. & relega.
9 quē allegat Panor. in c. j. extra de testi. cogen. † Hoc tñ
etiã est nota dignũ, quod si inuasus vel aggressus euitare
posset insultũ, imputareẽ sibi, si nõ euitauerit, vt euita
reẽ maius malũ, vt not. per Flori. in d. l. quēadmodũ. §. si
nauis alterã. ff. ad l. Aqui. per illũ tex. Ideo post occisionē
inuasoris, debet si accuseẽ inuasus articulare, quod interfecit
eo quod propter illã aggressionē ipse fuit in discrimine vitę
consti

cõstitutus, vt alleg. l. j. C. vnde vi. & c. iij. & c. sicut dignum. extra de homicid. cum ibi notatis in gloss. & Ioã. de Anan. Cy. tamẽ in alleg. l. j. dicit satis esse & sufficere, si sine dedecore nõ poterat aggressus euitare periculum: vt si erat miles vel nobilis inuasus ab ignobili vel vili homine, qui non poterat fugere sine verecundia. Et hoc etiam tenet idem Floria. in alleg. §. qui cum aliter. & Barto. & Salice. pleniori disputatione in ante dicta l. j. vbi etiam Alb. in sæpedicta l. j. vbi videatis hãc materiã pleni⁹ examinatã, quæ excedit hui⁹ regulæ tractatũ, nisi ad hoc quod solũ allegatur, ꝙ ille qui facit dãnũ qđ sibi facere licet, illud facere nõ videtur, cũ sibi licito iure permittatur. & hæc sufficiãt super ista regula.

Summarium.

1 ☞ Vis publicæ & priuatæ differentia & pœna. & numero 2.

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat.

INTENTIO huius regulæ secundum quod intelligit glo. est, quòd omnis vis, aut publica est vel priuata. & ita sonat rubrica. C. ad legem Iul. de vi pu. vel priuata. & tex. Inst. de publicis iudi. §. itẽ lex Iulia de vi pub. seu pri
1 uata. † Qui vim publicam committit, quæ est quando cum armis cõmittitur, & illam cõmittẽs deportari debet, & eius bona publicari, vt l. j. & ij. C. dicto ti. ad legem Iul. de vi pub. vel priua. & ff. ad legẽ Iul. pecu. l. j. ij. & iij. Committens verò illam sine armis, punitur publicatione tertiæ partis bonorũ suorum, vt dicto §. item lex Iulia. & ibi not. per Ange. Aret. Dicitur autem committi cum armis, quando ibi realiter intererant arma, & illorum vsus, & operatio, licet vim committens illa non exercuit actualiter, illa tamẽ cincta ad lat⁹ habebat, propter quæ audacior & aduersari⁹ timidior factus videbatur, vt l. iij. in princip. vbi per Bar. ff. de vi & vi arma. Et facit quod habetur ea. l. §. si quis autẽ. visis armatis.
2 † Videtur tamen hic quærendum quare iste textus & similes faciant differentiam inter vim publicam & vim priuatam, quoniam ita est publica accusatio de vi priuata, sicut legis Iuliæ de vi publica, vt l. j. ff. de pub. iudi. Sal. super rubrica. C. ad legem Iul. de vi pub. vel priua. respondet, quòd alio respectu. & in d. l. j. Iuriscõsultus etiã vim priuatã inter crimina publica posuit. quæ crimina varijs modis committũtur, illarũ tamẽ vis priuatæ & vis publicæ est differẽtia in modis cõmittendi, & illas in esse producendi, & commissas puniendi: quoniam publica cum armis, priuata sine armis cõmittitur, & pœna imposita committenti cũ armis vim publicam alia imponitur, quàm cõmittenti vim priuatã sine armis. vt iuribus ad hoc superius allegatis, & probatur in l. ij. & iij. ff. ad legẽ Iul. de vi pu. & l. j. & per totũ ti. ff. ad legẽ Iul. de vi priua. Materiam tamen vtriusq; illarum tractauit Iurisconsultus in tractatu publicorum iudiciorum, vel inter illa, vt patet in dictis titulis statim allegatis, quos imperator in nouo libro Codicis simul copulauit, & iure publico decidit & determinauit. quod plenius potest intelligi ex his quæ habentur plenissimè per Sali. & doct. in l. quoniã multa facinora. C. illo tit. ad legẽ Iul. de vi pub. vel priua. Vis enim quæ committitur vel fieri attentatur, apta est ad multa facinora atq; damna inducendum, & forte homicidia. ideo ad illis obuiãdum optimè legislatores prouiderunt, vt in iuribus allegatis, & in c. sicut dignum. cum similibus. extra de homicidio.

Summarium.

1 ☞ Mandans quomodo comprehendatur statuto puniente homicidam. & nu. 2.

3 Ratihabitio quando locũ habeat in delictis, & mãdato comparetur. & nu. 4. 5. & 6.

7 Ratum quando quis habere possit quod suo nominis gestum non est. & nu. 8. & 11.

9 Ratihabitio quãdoq; non operatur obligationem, sed consensum. & nu. 10.

Deiecit & qui iussit vel mandauit vel ratum habuit. rati enim habitio mandato comparatur.

SVMPTA fuit hæc regula ex l. j. §. deiecisse. §. quoties. & §. sed & si cum quis. hic allegatis in glo. ff. de vi & vi ar. in quibus verba hui⁹ regulæ per Vlpianum, & hic scripta sunt, licet breuius, eadẽ tamẽ sententia. Qui enim vi aliquẽ deijcit de sua re vel possessione, tenetur. idẽ est in iubẽte, mandãte vel ratã habẽte deiectionẽ. quod secũdum gloss. in dicto §. deiecisse. in istis vltimus est ex quadã interpretatione legis, nõ ex vi verborũ, cũ nõ deiecerint iussor, mandator vel ratũ habens. Quod etiã voluit glo. in l. si pater. ff. de his quæ in frau. credi. de quo tamẽ dicite secũdũ Bar. in l. hac verba. in prin. ff. ad legẽ Iul. de adulte. & in dicto §. deiecisse. vbi per glo. allegatur ista regula, cum suis concord. Facit quod no. per eundẽ Bar. in l. nõ solũ. §. si mandato. & §. Paulus. ff. de iniur. & l. si seruũ. §. prætor ait. ff. de acqui. hære. & ibi per Bal. Ang. Pau. de Castro & Io. de Imol. vbi illos textus inducũt ad plura bene notãda, videlicet potissimũ ad hoc, ꝙ si verba legis vel statuti scripta sint in rem, nedũ cõprehẽdunt facientẽ ex proprio significato, sed etiã fieri iubentẽ & mandantẽ, vt in hac regula, & iuribus allegatis, scilicet in §. deiecisse. cum §. seq. & seq. & facit tex. in l. aut qui aliter. §. si. ff. quod vi aut clã. Secus videtur, si verba legis cõcepta sint in personã, vt si dicatur, qui subtraxerit, vel occiderit, nõ cõprehẽ
1 dant nisi solum faciẽtem principaliter. † Per quod dicunt, quòd si statuto caueatur, quòd pro homicidio sit pœna mille librarũ, tũc vt dicit Ioã. de Imol. in dicto §. prætor ait. cõprehenditur nedũ faciens, sed etiã mandans fieri homicidiũ: quia illa verba in rem scripta videntur. secus si in statuto diceretur, si

quis fecerit homicidiũ, puniatur in mille libris: solũ ex his verbis cõprehenditur faciens ex proprio verborũ significato, sed ex illis nõ cõprehendetur mandans, secundũ Bar. Bal. tamẽ & Ange. dicunt quòd licet in hoc vltimo casu non cõprehendatur mãdãs ex propria significatione, tamen ex interpretatione huius regulæ, & dicti §. de ieci sse cũ suis similib⁹, mandãs cõprehẽdetur, & hoc causa euitandæ absurditatis, ne respectu iubentis & mãdantis delictũ remaneat impunitũ, cõtra Lita vulneratus. ff. ad legẽ Aquil. & c. vt famæ. extra de sen. excom. Et hoc vt recitat Io. de Imol. & Pau. de Ca. in d. §. prætor ait. super verbo, non dixit. Cy. in l. si per alium. in princ. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat. vbi plenè examinat istum passum, dixit, quòd vbi fieri faciens nõ cõprehenditur ex vi verborũ & illorum proprietate, vt tamẽ dictũ est cõprehẽditur ex illa æquitate, ne talis fieri iubens vel mãdãs remaneat impunitus, per iura ad hoc alleg. etiã in dispositione statutaria: quia licet statuta, maxime pœnalia, stricte sint interpretãda, & proprie, nec extendãtur ad casum fictũ, vt l. ij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. facit l. quãuis. ff. de in ius voc. & no. Bal. in j. oppo. authen. ingressi. C. de sac. sanc. eccl. verborũq; propriæ significationi magis stetur, quàm extraneæ interpretationi, vt l. quisquis. ff. de verb. oblig. ideo dicit glos. in l. j. ff. de orig. iur. ꝙ interpretatio est propria vel aperta vocis significatio, ar. l. ij. cũ ibi no. ff. de iuris & fac. igno. & no. per Barto. in l. j. ff. vti posi. In hoc tamẽ casu mãdãs, iubens ve fieri, id facere videtur, sed ficte, vt etiã habetur in d. §. quoties. l. j. ff. de vi & vi ar. tamen punitur in his quæ sunt de genere prohibitorũ: quia etiam cessante statuto, vt dicunt Pau. de cast. & Io. de Imol. illud esset puniendũ iure cõmuni, per iura superi⁹ allegata, & facit qđ habet in l. nõ ideo minus. C. de accusa. & in c. cũ tu. extra de vsuris. & etiã respectu statuti dici debet, ꝙ recipit interpretationẽ etiã extensiuam ratione vitandæ absurditatis prædictæ, vt no. per Bar. in l. omnes populi. sexta quæst. prin. cum seq. ff. de iusti. & iure.

2 † Vel si vultis colligi potest hic articulus de mãdãte delictũ an debeat puniri: tanquã principalis & includi sub dispositiõe iuris vel statuti, per distinctionem Panor. in c. mulieres. extra de sent. excom. vbi concludit, ꝙ si verba legis, vel statuti in rem scripta sint, mãdãs teneatur, alleg. c. ij. extra de cler. pug. in duello. & d. l. hæc verba. ff. de adul. & no. per Bar. ibi & Cy. in d. l. nõ ideo minus. Si autem scripta sint in personã secundũ exemplũ superius positum, & instrumentum quo cõmittitur delictum operatur necessitatẽ facti, mãdãs etiã includitur, siue sit dispositio iuris cõmunis siue statuti: quia factũ attribuitur principio, vt in mittẽte sagittã, lanceã vel lapidẽ. ad qđ alle. Litẽ Mela. §. j. ff. ad legẽ Aquil. & eo certius cũ mãdatarius tenebatur obedire mãdãti, arg. l. iij. §. si procurator. ff. qđ quisq; iur. Sed si nõ tenebatur mãdatari⁹ hoc facere, sed voluntate propria facit, dici debet ꝙ in dispositiõe iuris communis mãdans cõprehendit, nõ vi verborũ, sed interpretatione, vt d. §. de iecisse. & c. cũ ad sedẽ. extra de resti. spol. & l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. Quamuis enim mãdãs vere nõ fecerit, sed quo ad pœnã idẽ est ac si fecisset. Et licet d. c. mulieres. obstare videat huic dicto, ꝙ teneat scilicet vere, & nõ pet interpretationem, & idẽ in c. vt famæ. eo. tit. & d. c. ij. de cle. pug. in duello. ipse respõdet ꝙ vere non facit, sed facere vĩ quo ad dispositionẽ iuris cõis, in dispositiõe statuti quæstionẽ dicit esse dubiã, secũdũ Barr. Bal. autẽ in d. l. omnes populi. minorãdã pœnã dicit in mãdãte secũdũ formã statuti illã minorãtis, quia tunc diminuitur odiũ, ar. c. odia. extra isto ti. lib. vj. & l. cũ quidã. ff. de libe. & posthu. sed si statutũ augeat pœnã iuris cõmunis, nõ includat mãdator. Ad qđ adducit no. doct. in l. quicũq;. C. de ser. fug. in illa quæstione an in statutis masculinũ cõprehẽdat fœmininum, sicut in iure cõmuni. de quo etiã per Bar. in l. j. §. ti. pximo. & per Archi. xvij. q. iiij. c. si quis suadẽte. & addit glo. in cle. j. de vi. & hone. cle. quæ vult, ꝙ vbi iuris dispositio punit psonaliter facitẽ, faciens per aliũ licet peccet, nõ teneatur illa pœna, secus si dictio personalitet, nõ adderet. Et ita pertrãsit ipse Panor. qui potest pleni⁹ videri.

3 † Ex isto deinde tex. notari potest, ꝙ nedũ quis efficitur malus operãdo malũ per se, sed etiã approbãdo malum ab alio gestũ: quia ratihabitio mandato cõparatur, vt vult tex. in d. §. quoties. in fi. l. j. ff. de vi & vi ar. qđ secũdũ gl. hic in ver. qđ autẽ. intelligẽdũ est, quãdo malum gestũ fuit nomine ratũ habẽtis, vt l. ij. in fi. ff. de calũniato. secus si suo nomine nõ sit factũ: quia qđ suo nomine nõ est factũ quis habere ratũ non põt, vt l. si pupilli. §. sed & si ego. ff. de neg. gest. & l. si seru⁹. ff. de preca. & in c. ratũ quis habere nõ põt. extra eo. ti. lib. vj. & facit tex. in c. cũ qs, de sen. excõ. li. j. respõeo. lib. vbi quis nõ põt ratificare violẽtã manuũ iniectionẽ in clericũ per aliũ factã, nõ tamen nomine ipsius ratũ habẽtis, qui propter ratihabitionem nõ est excõmunicatus, ita ꝙ talis ratihabitio habetur pro nõ facta. Et reddit rationẽ Panor. in c. j. gl. fi. extra de cõuersi. infideliũ. quia ratihabitio æquiparatur mãdato, vt hic & retro trahit ex fictione iuris: vt autẽ fictio ꝓcedat, duorũ extraneorũ habilitas requirit ad illũ actũ ꝑpetrãdũ, scilicet extremi à quo incipit, scilicet quo actus fuit gestus, & extremi ad qđ scilicet tꝑis ratihabitionis: & altero istorũ deficiẽte nõ ꝓcedit fictio, id est ratihabitio, quæ nõ causat sup impossibili, scđ'm doctrinã Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Et dat Panor. exẽplũ, si aliquis nomine infantis interficiat hominem, si infans postea maior factus habeat ratũ, dicta ratihabitio retro trahi non põt propter impossibilitatem extremi ad qđ, quia illo tẽpore quo homicidiũ fuit cõmissum impossibile fuit infantem illud mãdasse vel iussisse fieri delictũ, iõ procedit qđ dictũ est, ne plus possit fictio ꝙ veritas. Vel põt secũdũ ex extremo à quo poni exẽplũ in contractu facto, in quo ex cõuẽtiõe intra aliquẽ certũ terminũ aliquid erat per me faciẽdũ, lapso verò illo termino & sic post illum, quia amicus meus illud fecerat, habui ratũ. illa ratihabitio nõ sufficit, quoniã nõ sufficeret post lapsum termini à me illud eẽ factũ, nec verè nec fictè, vt est tex. in l. bonorũ. ff. rẽ ra. ha. & no. p gl. in c. ꝙ sit. extra de elect. lib. vj.

4 † Illud autẽ qđ in hoc tex. dicitur de ratihabitione deiectionis violẽtæ, scilicet ꝙ æquiparat mãdato, nõ habet locũ secũdũ aliquos in alijs delictis etiã cõmissis nomine ratũ habẽtis. & esse dicũt speciale in violẽta deiectione, quia in illa possessio

possessio peruenit ad ratū habētem.hæc opinio nō
placet glossæ,quæ idē dicit esse tenendū in alijs de-
lictis,ꝑpter tex.in d.§.sed & si cū quis.in fi.ibi , re-
ctius enim dicitur in maleficio ratihabitionē māda
to cōparari.super quod dicit Bar.in oppositione,quā
format de d.§.sed & si ego.ꝙ ille §.cōcordat cū ista
regula & suis cōcordātijs,quādo nomine ratū habē
tis fuit factū maleficiū,vbi scilicet ratihabitio tra-
hit negotiū ad ratū habentē,quia tūc tenetur,aliàs
nō.ita debet intelligi dictus §.sed & si cū quis.vt pu
ta in crimine adulterij cōmisso per aliū,quia nō po
test esse alterius nō cōmittētis,licet ratū habētis,qa
cōmissum ab alio ipse non cōmisit.idē in homicidio
qđ cōmissum ab vno impossibile est esse cōmissum
ab alio.secus esset in mādāte vel impellente,vt illa
maleficia fierēt. Et ita etiam no.per Cy.in l.fi.C.ad
Macedon.vbi de materia ista plura videri possunt
per Albe.& doc.& præsertim videte Panor.in d.c.
mulieres.extra de sen.excō.super glo.fi.vbi dicit ꝙ
nō omnia gesta nomine alicuius possunt per illū ra
tificari,vt sunt illa quæ per ipsum geri nō possunt,
vt sunt adulteria & carnis delicta,vt etiā voluit gl.
in alleg.§.quoties.& in c.sciāt cuncti.extra de elect.
lib.vj.& per Cy.in d.l.non ideo minus.C.de accusa.
5 † Quod etiā in delictis ratihabitio valeat,& ratū
habēs crimē approbare videat,pōt adduci tex.in l.
j.& ij.ff.de receptato.vbi receptator furis vel latro
nis videtur approbare crimen per illū cōmissum,&
ideo punit,quandoq; etiā eiusdē criminis pœna,cū
tamē illud crimē nomine receptatoris cōmissum nō
fuisset. Et facit qđ habet in l.j.& ij.C.de his q latro.
vel alter. cri.reos occultaue.Sed ad hoc secūdū Bo-
nifa.de Ama.in d.c.ratū qs habere nō pōt.dici pōt,
ꝙ receptator criminosi nō dicitur crimē per eū cō-
missum habere ratū,quāuis conetur latitare crimi-
nosum seu occultare ne puniatur,& remaneat im-
punitus. Et ideo non punitur receptans prædictus,
quasi ratū habeat delictū cōmissum:sed ideo quia
nouum crimē cōmittit illū furē vel latronē occultā-
do,& sic ex suo proprio delicto venit puniendus.
6 † Sufficeret tamē ratihabitio in delictis cōmissis no
mīe ratū habētis,q in eū cadere possent,vt spoliatio,
deiectio,& similia,vel alia delicta,vt vult hic gl.ꝑ
tex.d.§.sed & si cū quis.in fi.vt superius dictū fuit.
Quoniā ille tex.generaliter loquit,ideo generaliter
debet intelligi,vt l.j.§.generaliter.ff.de leg.præstā.
cōtra tab.bon.pos.petita. Et hoc patere videtur in
d.c.cū ad sedem.extra de resti.spol.vbi snīa lata in
interdicto vnde vi,contra episcopū Cumanū pro
hospitalarijs,de quib9 ibi,fuit reuocata ex eo,quia
nō constabat dictū episcopū spoliasse,nec spoliari
mandasse,nec spoliationē factā ratā habuisse:& sic
præsupponit,quòd sufficeret ratihabitio spoliatio
nis per aliū factæ, dum tamē facta foret nomine ra
7 tum habentis,per iura allegata.† Sufficit etiam ali-
quando ratihabitio illius cuius noīe non est aliquid
gestum, quando ipse remittit ius sibi cōpetens, per
quod impediebatur negotiū gestū, ipso iure, vel in
effectu ,vt in c.Lugdunēsis.ix.q.ij.vbi Archiepisco-
pus potest recipere subditos suos clericos ab alienis
Episcopis contra statuta canonū ordinatos, dum
purè tamē sint & debitè ordinati.Suscipiens igitur
talē ab alio ordinatū ratā habet illā ordinationem,
suo nomine non gestā.Sed vt dicit Bonif.de Ama-
natis in d.c.ratum.hoc ideo est,quia ordinatus cleri
cus à non suo Episcopo vere suscipit ordinem cleri
calem. Est enim clericatus ordo,vt est tex.in c.cum
cōtingat.extra de æta.& quali.ordinā.ideo quo ad
ipsam ordinis susceptionē nō est necessaria,imò ni-
hil ageret ꝓprij diœcesani spreti ratihabitio.ratā
igitur nō habet ordinationē non suo nomine factā,
sed recipiēdo illū ita ordinatū cōsentit,quòd sic or
dinatus in ordine sic suscepto ministret,per quē cō-
sensum tollitur suspensio executionis dicti officij.
nō tamē trahitur ille consensus siue dispensatio ad
tēpus ordinationis seu ordinis suscepti,sed solū ad
tempus dicti consensus : quoniam solum interpo-
nitur ad tollendum obstaculum , quod erat circa
exequutionem ordinis suscepti,quæ susceptio erat
efficax licet suspensa quo ad exequutionē,quādo
fit cōtra ordinationē canonū,vt ix.q.ij.c.j.& c.nul-
lum.& c.episcopū.& lxxj.di.c.j.& ij. Erat tamē ve-
ritas sacramēti,vt no.per Archi.in d.c.Lugdunēsis.
quem ibi ad hoc videatis super verbo,disciplina.&
Inno.in c.innotuit.extra de eo qui fur.ordi.susc. Et
facit tex.vij.q.j.c.episcopus in diœcesi.& no.glo.in
d.c.nullū.ideo solū valet cōsensus proprij episcopi,
vt abinde in ordine suscepto possit ministrare:qa
sicut dicit dictus Bonif.de Amanatis vbi suprà,il-
le cōsensus nō dicitur proprie ratihabitio,licet glo.
in alleg.c.Lugdunēsis.vocet illū ratihabitionē,sed
hoc est improprie,quia solū dicitur quidā cōsensus
de præsenti,quasi illi ordinato dicat episcopus , nō
obstante ꝙ fueris me incōsulto ordinatus, cōsentio
& placet mihi,vt in illo ordine ministres,scilicet ex
nūc.facit quod habetur lxiij.di.c.Salonitanæ.Quā-
do enim fit vera ratihabitio,trahitur retro ad tēpus
actus gesti.vt l.si fundus.§.j.ff.de pigno.& l.aliena.
8 in prin.ff.de pig.acti.† licet enim res aliena nō pos-
sit pignori obligari inuito illius domino,vt per to-
tum ti.C.si res aliena pig.data sit.& not.per glos.in
l.rem alienā.ff.de cōtrahen.empt.domino tamē pi-
gnori dationē ratā habēte,reconualidatur,etiam si
suo nomine nō fuerit data pignori,vt d.l.aliena.&
d.l.si fundus.§.j.in præiudiciū scilicet ipsius domi-
ni ratū habentis,quod alieno nomine gestum est,&
non suo:quæ ratihabitio trahitur retro ad tēpus pi-
gnoris constituti,vt dictis iuribus,& l.antepenulti-
ma ,in fi.C.de dona.inter vir.& vxo.Quod tamē in-
telligit Sali.in d.l.aliena.post Bar.& Albe.in d.§.j.
l.si fundus.& proprie in d.l.fi.C.ad Macedo.esse ve
rum,vt dixi,in præiudiciū illius ratificantis , sed nō
tertij,cui ante ratihabitionem prædictam dominus
illā rem suā pignori obligasset,vel alienasset.nā illi
actui medio præiudicare non posset per suā ratiha
bitionē,vt l.ij.ff.de pigno.actio.& l.potior.§.j.ff.qui
potio.in pig.habe.& facit l.si partem.§.si fundus.ff.
quemad.serui.amittātur.& quod notauit Specu.ti.
de solu.& oblig.§.j.versi.itē pone obligasti me igno
9 rante.† Est etiā aduertendum secundum Bonif.de
Amanatis,vbi suprà,quòd in casu d.l.si fundus.§.j.
ratihabitio domini fundi non operatur effectum
tractionis obligationis gestæ ad ipsum ratum ha-
bentem,vt perinde habeatur quasi obligationē fe-
cisset,vel fieri mādasset , sed operatur effectum so-
lius consensus, vt non possit contrauenire , vt antea

poterat, per iura allegata, & l. Caius. ff. de pig. acti.
ita etiã no. per Bal. in l. venditioni. C. de vsucap. pro
empto. Qui consensus secundũ eum, etiã in vltima
voluntate posset interuenire, vt l. sicut re corporali.
§. venditionis. ff. quib. modis pig. vel hypo. sol. & li-
cet ille cõsensus de præsenti trahatur ad tẽpus obli-
gationis præteritæ, vt ex tũc dicatur consensisse, vt
d. §. j. non tamen trahit ipsam obligationẽ ad præ-
iudicium alterius, cui fuit postea ius quæsitum, an-
te ratihabitionem prædictã vel præstationem con-
sensus: nec etiã ipsam obligationẽ ad ipsum trahit
ratum habentẽ, nisi vt nõ posit contrauenire, vt di-
ctum est: sed non vt pro dicta obligatione vel illius
occasione ad aliud teneat ipse, vel creditor, cui fuit
10 aliena res pignori obligata. † Ex quo infert Bonif.
de Amanatis, ꝙ si statuto aliquo cautum foret, ꝙ
pro quacunque obligatione soluatur gabella, sci-
licet duodecim denarij pro libra, dominus rei suæ
pignoratæ per aliũ ipso nesciente ab initio, qui ta-
men postea ratã habuit pignoris obligationem, ille
etiã creditor cui fuit pignorata, per ratihabitionẽ
nõ tenebitur ad gabellã ratione dictæ ratihabitio-
nis, quæ non trahitur ad ratum habentem, vt illam
obligationẽ dicatur vere vel ficte fecisse, nisi solum
ad effectum nõ cõtraueniendi, ar. l. quicquid astrin
gendæ. ff. de ver. obli. & l. cõstitutionibus. ff. ad muni
cipa. vbi habetur, ꝙ à forma statuti nõ est receden-
dum. facit quod notatũ fuit in l. semper specialia.
ſ. isto tit. & hoc velle videtur hic glos. in versic. item
quod hic dicit. quæ vult ex illa ratihabitione, quam
textus iste dicit æquiparari mãdato, non dari actio-
nem mandati, bene tamẽ daretur actio quod iussu,
si quis gesta per filium vel seruum haberet rata, vt
l. j. §. si ratum. ff. quod iussu. vbi videte Salice. & doc.
& glo. & doc. l. quid ergo. in princ. ff. de his qui not.
infa. & in d. l. fi. C. ad Macedo. & cæteris iuribus hic
allegatis in fi. glo. & quæ habentur in l. ratihabitio-
nem. eo. tit. lib. vj. vbi not. per Ioã. And. ꝙ iussus im-
portat necessitatem, sed mandatũ nõ, vt d. l. j. §. sed
ego quæro. ff. quod iussu. & l. j. & l. si mãdator. C. qđ
cum eo qui in alie. potesta. est &c. videte quæ recita
ta fuerunt in l. semper qui non prohibet. ſ. isto titu.
11 † Hoc etiam quod superius dictũ est, ratificare quẽ
non posse, id quod suo nomine gestum non est, vide-
tur impugnari posse per illud quod habetur in l. ma
ter tua. C. de rei vendi. ibi enim mater cuiusdã filiæ
vel maritus vxoris illius domum vendiderat ipsa fi-
lia ignorante seu vxore inuita, quam venditionem
postea habuit ratam ipsa filia & vxor, propter quã
ratihabitionẽ filia vel vxor, cuius erat domus, age-
re potest ad pretium, quod de dicta domo recepe-
rat mater vel maritus: valuit igitur ratihabitio rei
gestæ non nomine ratum habentis. Pro solutione cu
ius oppositionis plura ibi per glo. & docto. dicũtur,
primo, quòd ibi nomine filiæ vel vxoris facta fuerat
venditio: & sic cessaret contrarium, quia suo nomi-
ne gesta habere rata quis potest, per iura allegata.
Sed ista solutio, quæ fuit Bulga. non tenetur, cùm
non pateat ibi nomine filiæ vel vxoris factam fuisse
venditionem. Alia est solutio, quòd ibi venditio nõ
fuit facta nomine filiæ vel vxoris, sed nomine ven-
dẽtis. Sed secundum Mar. rata venditio potuit ha-
beri per dominum rei, etiam non suo nomine facta,
per tex. l. mater tua. & l. j. C. de his qui à non do. ma.
quæ tamen loquitur in casu speciali libertatis illius
fauore. nec aliter respondet ad iura superius allega
ta cõtra dictã l. mater tua. Alij verò, vt Ioã. Azo, &
Accur. pro solutione dixerunt esse distinguendum
inter venditionẽ factam nomine domini dictæ rei,
quo casu ratam illam habere potest, tam ad suã vti-
litatem quàm ad suum præiudicium, ad hoc, vt sibi
competat actio negotiorum gestorũ, & inter vendi
tionem factam nomine vẽditoris, quo casu si domi-
nus rei errauit in facto, quia suo nomine putauit eã
esse factam, illam ratam habendo in nullo sibi præ
iudicat, quia illa ratihabitio dicitur nulla, quia fa-
cta de non ente, arg. l. actor. C. de proba. & quia iu-
stus fuit error facti alieni, l. regula. ff. de iuris & fac.
igno. & l. fin. ff. pro suo. Sed vbi ratificans errauit in
iure, sed non in facto, cùm sciret rem suam alieno
& non suo nomine venditam esse, illam ratificauit
putans se posse per rei vendicationẽ rem suam pos-
se consequi, & actionem illã non perdere, nisi cum
dictæ rei pretium habere posset per actionem ne-
gotiorum gestorũ, quam intentare non potest prin-
cipaliter, cum suo nomine nihil sit gestum, quia ta-
men certat de damno vitãdo, agere potest ad rem:
& si propter suã ratihabitionem ab illa repellatur,
replicare tamen poterit de suo errore, qui in dãno
vitando sibi non debet obesse, argu. l. si cum re. ff. de
pac. & illam dicunt esse intentionem dictæ l. mater
tua. vt vult etiam glo. ad hoc clara in sæpedicta l. si
pupilli. §. sed & si ego. Vbi autẽ non errauit vllo mo
do, sed sciẽter ratam habuit rei suæ vẽditionem, in
totum sibi præiudicat, arg. l. cuius per errorẽ. ſ. isto
tit. & l. Campanus. ff. de ope. liberto. Hãc distinctio
nem latiori sermone tangit Sali. in d. l. mater tua. &
allegat illam placuisse Iac. de Are. & Petr. excepto
illo membro, quando ratum habens errauit in iure,
& falsum esse dicunt, quòd tunc se posit replica-
tione iuuare: quia ꝙ error iuris non noceat certan-
ti de damno vitando, habet locum, quãdo aduersa-
rius eius tractat de lucro, & non quando de damno
etiam vitando, quia tunc par est vtriusq; conditio,
quo casu fauorabilior est conuentus, & l. j. & ij. ff. ne
quis eũ qui in ius voc. est vi eximat. & l. fiduo. ff. de
dolo. & tanto magis, quanto emptor est bonæ fidei.
Iac. tamen Butr. & Gul. de Cug. negabant esse pa-
rem conditionem emptoris, & ratihabitionem præ
dictã faciẽtis: quoniam emptor licet bonæ fidei cer-
tet de damno vitando, hoc est, de damno recupera-
bili propter ius euictionis, quod habet cõtra vendẽ-
tem, & esset in culpa illud remittẽdo & ideo sibi de
beret imputari, vt l. quod quis ex culpa. ſ. isto ti. sed
dominus rei vẽditæ tractat de dãno irrecuperabili:
quia si cadat à sua rei vẽdicatione contra emptorẽ,
contra venditorem non habet actionẽ negotiorum
gestorum ad pretiũ recuperandum, cum suo nomi-
ne nihil sit gestum. Quæ ratiocinatio Guli. & Iaco-
bi Butr. nõ placuit Petro neq; Cy. cum recitãti in sæ-
pedicta l. mater. & in hoc firmus manet, ꝙ dicta fi-
lia vel vxor ratã habẽs dictã venditionẽ ea intentio-
ne, vt pretium recuperet à vendente, illud recupe-
rare debet. Et licet nihil allegent, textus tamen pro
hoc videtur in l. si fundum per fideicõmissum. ff. de
lega. j. & l. codicillis. §. j. de leg. ij. per quod dici põt
quòd

quòd dãnũ ex sui parte est recuperabile, & sic illa ratihabitio quo ad damnũ præiudicat ratũ habẽti, nõ tamẽ quo ad pretij petitionẽ. Qua verò actione illud petere possit, est difficultas: quoniã glo. in alle. l. mater. videtur allegare, ꝙ illud pretium recuperabit actione negotiorũ gestorũ. quod videtur impossibile, cũ suo nomine nõ fuerit facta venditio, vt d. §. sed & si ego. & in d. l. mater. Vbi ita declaratur in glos. super qua Sali. & post longã distinctionem suã & glo. quæ videbatur, ꝙ alicuius nomine nõ gestum ratum habere nõ posset, intelligi debet, scilicet non posse per eũ ratum haberi, vt obligetur actione negotiorum gestorũ, vel etiã vt consequatur eãdẽ rem per actionẽ negotiorũ gestorũ. Sed in præiudicium sui iuris sibi prius cõpetentis, potest habere ratum, vt d. l. si fundũ per fideicõmissum. & l. codicillis. §. j. & l. in familiæ. in fine. C. famil. ercis. & l. si fundũ. C. de reb. alie. nõ alie. & l. j. C. de fur. Sed secundum intellectũ glo. in sæpedicta l. mater tua. fit in hoc distinctio, an negotiũ gestum sit nomine ratum habẽtis, & valet ratihabitio, propter quã daẽ sibi actio negotiorũ gestorũ ordinaria & regularis. Si autẽ nõ sit suo nomine gestum, perdito dominio rei vẽditæ præscriptione aut peremptione competit sibi dicta negotiorũ gestorũ actio subsidiaria & irregularis. Bar. in sæpedicta l. mater. intelligebat in versi. sinau tem. in verbo, cõsensisti, vsq; ad finem, ꝙ ibi vẽditio erat facta nomine vendentis, scilicet matris vel mariti. Et ad iura in oppositũ allegata, ꝙ tũc nõ poterat ratificare, respondebat quòd intelligenda sunt, quãdo ratũ habens propter illã ratihabitionẽ volebat agere ex negotio prius gesto. quod nõ poterat, nisi in subsidiũ re scilicet præscripta, vel reducta ad impossibilitatẽ dãdi, vt l. si. ff. de neg. gest. Sed quod habetur in d. l. mater. volebat agere pro negotio de præsenti per ratũ habentẽ gesto. Ex ipsa scilicet nova gestione cõtracta ratam habẽdi ipsam venditionem, per quã transfert dominiũ in ipsum emptorẽ, & sic gerit negotiũ venditoris ipso gestu, qui cogitur illud habere ratũ, vt l. solutẽo. ff. de neg. gest. & l. quæ vtiliter. §. fi. eo. tit. Bal. verò ibi & Salic. ac etiã Bonifa. de Ama. vbi s. contradicunt Bart. per rationes quæ possunt per eos videri. & idẽ per Io. de Imola in allega. l. si fundũ per fideicõmissum. Sed dictus de Amanatis & prædicti doc. intelligũt, ꝙ tex. l. an te dictæ, mater. fundatur super dicto verbo, consensisti, quod sonat in cõtractũ nouum, & sic in pactũ, vbi est cõsensus mutuus vendẽtis & ratũ habẽtis secũdum suã intentionẽ. per hoc enim, ꝙ dominus rei conuenit cũ venditore post factam venditionem de nõ inquietando emptore, & de habẽdo ratã vẽditionem, tacitẽ ex hoc videtur talis ratihabitio facta ex cõsensu & conuentione venditoris & domini ipsius rei, quãtũ si ã principio facta fuisset: per quã ratihabitionẽ dominus præiudicat sibi quo ad dominiũ, & vendẽs quo ad dictũ pretiũ restituendũ domino. Facit quod habetur in l. si eũ seruũ. ff. si cer. peta. Et etiã alio modo re præscripta vel perempta potest dominus ratũ habẽs agere cõtra vendentẽ, qui non poterit ipsius culpare negligentiã ratũ habẽtis, ꝙ permiserit rem præscribi: quia replicaret ratum habẽs de cõsensu & volũtate ipsius vẽditoris, hoc fuisset tũc sequutũ, arg. l. cũ donationis. C. de trãsact. Et obijciet, ꝙ venditor potius lucrũ, ꝗ damnum ex hoc reportet, ar. l. si. extraneæ. & l. cũ in fundo. §. ꝙ si mulier. ff. de iure do. & qđ habet in l. post mortẽ. ff. de adop. Est tamẽ differẽtia ex prædictis inter dominiũ perditũ ratihabitione simplici citra consensum venditoris, & illud perditũ præscriptione: quia licet dominus rei sit in negligẽtia patiendo compleri præscriptionẽ, tamẽ venditor vel venditrix fuit in dolo vendendo scienter rem alienã, qui dolus præponderat culpæ, vt l. item si obstetrix. §. fi. ff. ad legẽ Aquil. Et si forte vendiderit ignoranter, præbuit nihilominus causam præscribendi, & ex ea causa habuit lucrum: & in pari causa melior debet esse conditio domini qui perdidit dominiũ præscriptione, & tractat de dãno vitando, & venditor de lucro captando. l. fi. C. de codicil. cũ similibus. Si enim fuisset bonæ fidei, & lucrũ nõ habuisset, in nullo teneretur, vt d. l. si eũ seruũ. ff. si cer. pet. Et hæc sunt verba Bonifa. de Amanatis longiori valde disputatione tractata in d. c. ratũ. vbi plenissime videatis & in cæteris iuribus allegatis doctores. Sed hæc sufficiant pro hac regula.

Summarium.

1 ☞ Bona fides quatenus in contractibus omnibus requiratur. & nu. 2.

In contractibus quibus doli præstatio, vel bona fides inest, hæredes insolidum tenentur.

SICVT dicit hic glos. in prin. pro declaratione huius regulæ in omni contractu debet abesse dolus, & bona fides adesse, vt l. bonam fidẽ. C. de acti. & obliga. & facit quod not. per glo. & doc. Insti. de acti. §. actionũ. & qđ dictũ fuit in l. bona fides. s. isto titu. & l. bona fides. ff. depositi. 1 & l. elegãter. ff. de dolo. cũ similibus. † Vt etiam no. Bal. in alleg. l. bonã fidem. habẽda est in cõtractibus bonæ fidei siue stricti iuris, consideratio ipsius bonæ fidei, quo ad duos fines, qui in cõtractibus habendi sunt, videlicet primus in cõtrahendo, & secundus in adimplendo. quod tendit ad hoc, vt cognoscaẽ vtrũ cõtractus sit vel nõ sit seruãdus, & quo modo sit procedendũ atq; iudicandũ. Quæ bona fides intelligẽda est per abnegationẽ sui cõtrarij, scilicet doli priuationẽ, vt l. nõ debet. ff. de dolo. in fi. quoniã cessante bõa fide, & interueniẽte dolo nõ est cõtractus seruãdus per eũ qui passus est dolum, vt dictis iuribus. In omni enim actu naturalis debet æquitas attẽdi, & sic bona fides, etiã cum dubitatio oritur circa illa quæ non sunt in iure expressa, quia illa intelligitur iudici cõmissa. l. quæsitũ. ff. de testi. & l. oratio. ff. de sponsali. Ad quod Bal. vbi s. allegat plura iura, Insti. de actio. §. in bonæ fidei. ff. de neg. gest. l. debitor. Insti. de obliga. ex cõsensu. §. fi. & dictã l. bona fides. ff. depositi. cũ ibi not.
2 ☞ † Illud tamẽ qđ supradictũ est, dolũ abesse, & bonã fidẽ adesse in contractu debere, non solũmodo satis est, quoniã ad doctrinã iuris in iudicijs explanãdã, plura veniũt cõsiderãda,

quæ possunt in actibus hominum adesse vel abesse, ita, q nõ solum bona fides simpliciter vel dolus, sed etiã culpa lata, leuis vel leuissima interueniẽs consideratur, & facit à defuncto procedens, q hæredes ei⁹ teneantur, vt vult hęc regula: & in tantum tenẽtur quantũ habet contractus natura, in quo inueniturad esse vel abesse, secundũ illud quod habetur in l. cõtractus. ff. isto ti. vbi satis plenè super istis recitata videri possunt, & quid qualeq; sit quodlibet prædictorũ, & de differẽtijs illorũ atq; diffinitionibus. Cum autẽ defunctus dolo vel mala fide in contractibus versatur, eius hæres tenetur, sicut ipse defunct⁹ tenebatur si dolus sit cõmissus in contractu: secus si extra cõtractum, quia tũc non tenet, nisi inquãtum ad eum peruenit. Ad quod allegat hic glo. tex. in l. si hoĩem. §. datur. ff. depositi. allegat ẽt circa hoc plures fallẽtias, quæ etiã ibi allegãtur per glo. & Albe. qui allegat hanc regulam cum sua glo. Et fallentias fundat per §. aliquando. Insti. de perpetuis & tempo. acti. & l. iij. §. penultimo. ff. si agri men. fal. modũ dixerit. l. illud. §. fi. ff. de tributo. & l. fi. ff. de edẽ. l. si eũ. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau. & l. quæsitũ. §. fi. ff. de preca. & C. de hęredita. act. l. j. & cęteras leges hic quotatas in glo. & per doc. in locis suis, in quibus hęc materia p ipsos declaratur. Sed qa materia ista vsq; ad fere tędiũ examinata fuit ĩ l. sicuti pœna. ff. isto ti. per plures chartas, & ibi recitaui qd super illa dicant tam ciuilis q̃ Canonici iuris doctores, superfluũ mihi visum est aliqd addere ad ibi per me recitata, ad quę remitto videnda, & ad nota. doc. in l. vnica. C. ex delict. defun. ĩ quan. hęre. cõue. & Bar. ĩ l. j. ff. de priua. delict. Aduertatis tamẽ quoniã Bal. in dicta l. si hominẽ. §. datur. examinat eas quas hic & in glo. dicit esse fallẽtias, dicens nõ sic esse nominãdas, primo nõ in d. §. aliquando. quoniam ibi loquitur quãdo dolus dedit causam contractui, propter quod per consequens contractus fuit ipso iure nullus: non potuit igitur purgari per actionem descendentẽ ex contractu, eo maxime quia ad hæredẽ nihil peruenit ex illo dolo, vt enim ibi dicit Ang. Areti. quando dolus fuit commissus in cõtractu, & venit purgandus per actionem ex eo cõtractu, hęres dolosi bene tenetur, etiã si ad eum nihil peruenerit, per dictum §. datur. & l. ex depositi. & l. ex contractibus. ff. de acti. & oblig. & in isto §. & l. ad ea. §. fi. ff. e. titu. sed in dicto §. aliquando. hoc cessabát, quia cõtractus erat nullus, vt dictũ est. & sic veniebat purgandus nõ per actionẽ ex eo contractu, sed per aliũ modum, quo casu hæres nõ tenetur, nisi quaten⁹ ad eũ peruenit, vt ibi, vel nisi dolo malo fecerit ne perueniret, vt l. in hęredẽ. & l. itaq;. & l. seq. ff. de dolo. Similiter de eo quòd allegauit hic gl. fallentiam à regula ista de tex. l. iij. §. penultimo. ff. si agrimensor. fal. mo. dixerit. vbi in hæredem mensoris non datur illa actio. dicit Bald. esse dicendum, quòd ideo non datur in hęredem, quia non oritur ex contractu, sed ex solo dolo mensoris, vt l. j. §. hæc actio. e. titu. idem dicit Bal. non esse fallentiam in l. illud. §. fi. ff. de tributo. quia ibi non datur actio ex dolo commisso in contractu, sed in mala distributione mercis peculiaris. quod etiam ibi sentit glo. & dicit esse speciale. quam gl. sequitur ibi Salice. Bal. verò ibi dicit illam actionem non esse de dolo, sed propter dolum & perpetuo dari debere etiam contra hæredes & cæteros successores, quatenus ad eos peruenit, vt ibi probatur et l. seq. & seq. in princ. Hoc etiam concordat secundum glossam quod habetur in l. fi. ff. de edẽ. quoniam illa actio in factum, de qua ibi, est anomala, vt vult glos. ibi, & in dicto §. datur. super quo dicit Bal. quòd illa actio in factum non nascitur ibi ex contractu, sed nascitur ex dolo commisso in nõ parendo iudici. Albe. autem super hoc ibi recitat opiniones diuersas antiquorũ, quorum aliqui vt Ray. & sui sequaces, dixerunt illã actionem non esse ex contractu, quia tunc ab illo denominaretur, nec diceretur in factum, vt l. iij. & iiij. ff. de præscript. verbis. Alij dixerunt quòd est datiua, nõ natiua ex maleficio, nec ex contractu, sed datur à prætore: & quamuis sit persequutoria, est tamen annalis, quia cõcepta ex dolo defuncti, & tales quę sic cõcipiuntur sunt annales, vt l. j. §. hanc autem actionem. ff. si mulier ventr. no. in posses. mittatur. Iac. Butr. fuit in opinione, quòd nõ est anomala, quia habet formã, nec datiua, quia habet materiã vnde oriatur. datiua autem dicitur quę nõ habet materiam vnde nascatur. l. Iurisgẽtiũ. §. j. ff. de pact. Cũ enim petitur editio, hoc fit officio iudicis, & non ex delicto, ideo datur de peculio, vt l. prætor. §. sed & si seruus. ff. de eden. & si non paretur iudicis pręcepto, datur actio in factum ad interesse, quod venit ex delicto. l. non potest dolo carere. cum ibi notatis. ff. isto. titu. Ideo ex hoc, quod venit ex delicto, hoc est ex contumacia non edentis, nõ datur post annum, nec in hæredem, sed hęredi sic, vt in §. sed hęredi. Institu. de perpe. & tempo. actio. Et ad dictum §. si seruus. respõdet Iac. de Raue. quòd, si bene intelligatur ibi glos. ibi non agebatur prædicta actione in factum, sed ex contractu celebrato cum seruo argentario de peculio, sed in dicta l. fi. dominus ex proprio facto conueniebatur cum adiectiõe de peculio, vt ibi per verba quæ propria sunt ipsius Alberici. poteritis plenius hæc videre, cum recitatis plenissimè in dicta l. sicuti pœna. ff. isto titulo.

Summarium.

1 ☞ Obligatio ex maleficio non est de iure gentium, nec contrario actu tollitur.
2 Contractus propriè qui dicantur.
3 Dissolui non omnia possunt eo modo, quo contracta sunt.
4 Baptismo, quemadmodum nec matrimonio, nullus potest actus contrarius interuenire.
5 Possessio an animo & corpore simul perdi debeat, sicut acquiri.

Ferè quibuscunq; modis obligamur: ijsdem in contrarium actis liberamur. Cum quibus modis acquirimus, ijsdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla possessio acquiri nisi animo, & corpore potest, ita nulla amittitur nisi in qua vtrunque in contrarium actum est.

QVATVOR modis contrahitur obligatio, vt dicit
tex. Insti. de oblig. §. fi. scilicet re, verbis, literis & cõ-
sensu, & vt dicit hic glos.
iisdẽ modis contrarijs dis-
soluitur: quoniam quibus
modis obligamur, iisdẽ in
cõtrariũ actis liberamur,
vt rem commodatã vel depositam reddendo libe-
ratur, qui ad illã erat obligatus, si verbis, accepti-
latione liberari potest: quando literis, per literas in
contrarium emissas ab illo cui priores fuerũt dire-
ctæ vel expositæ. similiter consensu cõtrario recedi
potest ab emptione & venditione solo cõsensu cõ-
tracta, vt l. j. & ij. C. quãdo lice. ab empti. discedere.
Et probãtur ista omnia in l. prout quisq;. ff. de solu-
ti. & facit quod habetur in l. nihil tam naturale. ẽ.
isto tit. cũ illis quæ fuerũt ibi recitata, & quod not.
in l. ab emptione. ff. de pac. per Bar. & Doct. Et hoc
est quod dicitur in c. extra isto tit. in antiqs. videli-
cet ꝙ omnis res per quascunq; causas nascitur, per
easdem dissoluitur. vbi glos. allegat dictam l. nihil
1 tam naturale. † Dicit tamẽ hic glo. in hoc tex. hanc
dictionẽ ferè appositam fuisse, ne ad delictorũ ob-
ligationes procedere putaretur dispositionẽ huius
regulæ, cum etiã ex maleficio vel delicto quis dica-
tur obligari, vt Insti. de obliga. §. sequẽs diuisio. ibi,
ex maleficio. Quod ibi dicit Ange. Aretin. non esse
de iure gentiũ, sed à lege ciuili, vt not. per glo. Insti.
de iure na. gen. & ciuili. §. ius autem gentiũ. facit l.
Græcê. §. sed & si ex delicto. ff. de fideiusso. nec in
maleficio procederet hæc regula, qa faciens delictũ
vel maleficiũ cõtrario delicto non liberaretur, cum
delictum non debeat remanere impunitum, vt l. ita
vulneratus. ff. ad l. Aquil. & c. vt famę. extra de sen.
2 excõ. † Id aũt, quod dictũ etiã est suprà de cõsensu
quo obligamur in contractibus, intelligi debet pro-
priè in cõtractibus, in quibus hinc inde oritur obli-
gatio: quoniã vt dicit Bart. post glos. in l. Labeo lib.
j. §. cõtractum. ẽ. tit. proximo. de ver. signi. propriè
tunc dicitur contractus. ad quod etiam videte Bar.
in l. cum quis. C. de iuris & fac. igno. quod dicit ipse
esse notandũ, ꝓ statutis loquẽtibus de cõtractu. De
quo not. Panor. in d. c. j. extra isto tit. post glo. ibi, ꝙ
contractus ꝑ illũ tex. dicitur nasci tẽpore cõsensus,
& dicit̃ dissolui quãdo contrarius dissensus interue-
nit. Et dat exemplũ in stipulatione, de qua etiã hic
glo. facit mẽtionẽ, ꝙ alio modo cõtrahit̃ q̃ quatuor
modis supius expressis. Dicit tamẽ Panor. vbi ẽ. ꝙ
ipsa cõsensu cõtrahitur, & cõtrario dissensu dissol-
uitur, vt l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Sed
etiã est, ꝙ alio modo, q̃ dissensu obligatio dissoluit̃,
scilicet solutione eius quod debet̃, vt Insti. quib. mo.
3 tolli. ob. in prin. † Ista autẽ regula, & quod habetur
in alleg. c. j. extra e. secundũ glo. ibi, & Doc. fallit in
contractu matrimonij, quod matrimoniũ licet solo
cõsensu cõtrahatur, solo tamẽ dissensu nõ dissoluit̃,
vt xxvij. q. ij. c. omnis res. & xxxij. q. vij. c. licite. de
quo ꝑ glo. in c. quapropter. xxvij. q. ij. est enim ma-
trimoniũ maximũ sacramẽtũ, vt in c. debitũ. extra
de biga, nec est eius dissolutio postq̃ cõtractũ fuit in
hominũ potestate. quos enim deus coniunxit homo
4 nõ separet. xxvij. q. ij. c. sunt q dicũt. † Fallit etiã in
baptismo, in quo, sicut & matrimonio, nõ põt inter
uenire cõtrarius actus, sicut dicit̃ in virginitate se-
mel amissa, q̃ amplius recuperari nõ põt, vt xxxij.
q. v. c. si Paulus. & idẽ secũdũ Panor. vbi ẽ. in oĩbus
5 actibus, ĩ qbus spiritualis character imprimit̃. † Itẽ
ad hoc quod hic dicit glos. de possessione perdẽda;
an sint duo necessaria, scilicet corpus & animus, si-
cut in acquirẽda, videri põt glo. Bar. & Io. de Imo.
in l. iij. §. in amittẽda. ff. de acq. posse. & glo. in d. c. j.
& ibi Panor. & videtur cõmunis opinio, ꝙ licet in
acquirẽda possessiõe reqratur corpus & animus, vt
d. l. iij. in prin. & l. quẽadmodũ. eod. titu. in perdẽda
autẽ sufficit animus. Et ad d. l. quẽadmodũ. quę re-
quirit vtrũq; in perdenda, respõdet hic notabiliter
glo. quã Bar. allegat in d. §. in amittẽda. & sequũtur
Doc. ꝙ si incipiatur à corpore. requiritur corpus &
animus ad perdendũ illã, nec sufficeret solũ corpus
sine animo: sed si incipiatur ab animo, sufficit so-
lus animus. Quod est menti tenendũ. & possunt ad
ista videri not. per Inno. & Doc. in c. querelã. extra
de electi. & l. si de eo. §. j. ff. de acquir. posses. ꝑ Io. de
Imol. & Ange. Areti. Insti. de vsucap. §. quod autẽ.

Summarium.

1 ☞ Delictorum non est propriè compensatio.
2 Vxor solis tactibus potest pudicitiam violare &
dotem perdere, sine carnali copula.
3 Vxor adultera perdit legatum mariti.
4 Dolus plus nocet actori quàm reo.
5 Doli replicatio quando admittatur contra exce-
ptionem doli. & nu. 5. 6. 7. & 8.
9 Vocatum in ius quando liceat eximere.
10 Turpitudo quando vitiet promissionem. & nu. 11.
12 Soluẽs postea liberaliter ex promissione turpi pri-
us facta non repetit.
15 Culpa cum culpa quomodo compensetur.
14 Lata culpa quando non æquiparetur dolo.

Cum par delictũ duorũ est, semꝑ oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa. Sicut fit cũ de dolo excipitur petitoris: neq; datur talis replicatio petitori, aut si rei quoq; in ea re dolo actũ sit.

PRO materia huius legis quæ di-
cit meliorẽ esse causam possesso-
ris q̃ petitoris, videri possunt re-
citata in l. in eo quod vel is. & l. fa-
uorabiliores. & l. nemo prædo. §.
fi. & l. in pari causa. ẽ. isto titul. in
quibus plura dicta fuerunt atque tractata. Glossa
vero hic pro declaratione huius textus plures super
eo ponit casus, primò per l. fi. §. sed & si stipulator.
ff. de eo per quem fac. est, quo minus quis in iudi. si-
stat. vbi Alberic. allegat istam regulam. ibi enim si
actor & reus se inuicem impediuerint ne sistant in
iudicio, dolus cum dolo compensatur: quod proba-
1 tur etiã in cõcordãtijs ibi allegatis in glo. † Et facit
quod habetur in l. viro atq; vxore. ff. solu. ma. vbi di-
citur, ꝙ paria delicta mutua cõpensatione tollun-
tur. Sed illa nõ dicitur propriè cõpensatio, sed quę-

dam confusio, secundũ Bal. ibi, quia cõpensatio est
propriè debitorũ non delictorum, vt l. si ambo. ff. de
cõpensa. in pœna tamen pecuniaria in delictis im-
ponenda, vt in pditione dotis, vel separatione tho-
ri propter adulterium, vel donationis propter nu-
ptias, admitteretur cõpensatio ratione culpæ vel
doli, vt d. l. viro. & l. cum mulier. eo. tit. vbi Bald. &
Doct. & in c. intelleximus. extra de adult. & ibi per
Io. de Ana. & Bal. in c. tuæ. extra de procurato. vbi
vult illã causam tunc dici mistã, i. mediã. & allegat
glo. ad hoc peregrinã in l. si dolo. ff. si quis omis. cau.
testa. vbi videte Bar. hoc declarantẽ. Quando enim
agitur ad perditionẽ dotis vel separationem thori
inter cõiuges, hoc nõ facit causam criminalẽ, quia
vindicta non applicat fisco. Ad quod facit qđ not.
per glos. in l. agraria. ff. de termi. mot. & p aliã glos.
in rubrica. ff. de populari. acti. & aliã in l. licet in po
pularibus. §. j. ff. de procura. Sed quia pdicta pditio
& separatio sunt dolorosæ, dicit illa causa media
quasi inter criminalẽ & ciuilem, vt intendere vide-
2 tur Bal. in alleg. c. tuæ. † Addẽs φ vxor absq; etiam
carnali copula potest suã pudicitiã violare osculis
& tactibus manuũ ad mamillas causa adulterij cõ-
mittẽdi, & posset agi ad separationẽ thori & amis-
sionẽ dotis, qa ludus impudicitiæ debet puniri. Ad
quod allegat c. j. qui. mo. feud. amitta. in §. j. ibi si cũ
ea turpiter luserit, vbi videri potest glo. & ipse Bal.
3 qui in d. c. tuæ. † addit vltra, φ vxor adultera perdit
legatũ sibi factum in testamẽto mariti, & ecõuerso
maritus etiã adulter factũ sibi per vxorẽ, & appli-
catur fisco. Alleg. ad hoc not. in l. Claudius. ff. de his
qui. vt indig. Hoc tamẽ subiungit non posse obijci
per hæredẽ mariti vel vxoris, aut exequutores da-
tos in testamẽto: quoniam illa quæstio fiscalis est, vt
dicit esse textũ notabilẽ in l. his consequẽter. §. j. ff.
4 fam. erc. † Est deinde aduertendũ ad hoc, quod di-
citur in hoc tex. & glos. φ replicatione doli aduer-
sus exceptionẽ doli oppositã actori doloso, nõ tol-
litur illa exceptio doli. Ad quod facit illud quod
habet in l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli ex-
cep. & in hoc tex. Cui dicto obstare videtur text. in
d. c. intelleximus. vbi mulier petẽs restitutionẽ ma-
riti, bene repellitur per exceptionẽ obiecti & pro-
bati adulterij, quæ tamẽ exceptio tollit si vxor re-
plicet de alio adulterio mariti. Inno. ibi recitat ali-
quos dixisse, φ d. §. Marcellus. loquitur, quando su-
per eodẽ delicto est actio & exceptio: sed in c. intel-
leximus, erat exceptio & replicatio diuersorũ de-
lictorũ. Pro qua solutione facere videbatur id quod
not. p glo. fi. in c. dilecti filij. extra de excep. vbi etiã
Pet. de Anc. Panor. & Benedi. istũ articulũ exami-
nãt. & c. cũ ecclesiasticæ. e. ti. & in d. c. intelleximus.
& Dy. in c. in pari causa. extra isto tit. lib. vj. & Bar.
5 Bal. & Io. de Imol. in l. cũ mulier. ff. solu. ma. ¶ † Ex
quorũ dictis ea simul iungẽdo, cũ quæritur an cõtra
exceptionẽ doli vel alterius criminis replicatio de
alio crimine vel dolo, si opponat replicando sit ad-
missibilis vel nõ: cõsiderari debet pro breui expedi
tione, an ipsa exceptio cõtra personã vel cõtra me-
rita causę proponatur. Primo casu quãdo exceptio
illa opponitur ad personã, & illã personã cõcernit,
vt cũ dicitur, personã eẽ inhabilẽ, quia excõmunica
tã, vel alio crimine irretitã, exceptio illa nõ tollitur
per replicationẽ, vt est casus in d. c. dilecti. & est ra-
tio, quia exceptio prædicta tẽdit ad defensionẽ ne-
mini denegandã etiã excõmunicato, vt c. cũ inter.
c. ti. quod & voluit Bar. in d. l. cũ mulier. & Specu. de
excep. §. fi. circa fi. & glos. in c. à nobis. e. tit. & iiij. q.
6 vltima c. omnibus. † Quod adducitur ad quæstionẽ,
quãdo cõtra testẽ excipitur de crimine & infamia,
vt repellatur à testimonio: si cõtra excipientẽ repli
cetur de alio crimine vel infamia. nã propter illam
replicationẽ nõ debet testis ille admitti ad testimo-
niũ, quia propter obiectũ crimẽ remanet inhabilis,
vt d. c. intelleximus. & facit c. testimoniũ. extra de
7 testi. & alleg. l. cũ mulier. & d. c. à nobis. † Si verò ex-
ceptio doli vel criminis nõ opponitur ad personã,
sed ad merita causæ, & respicit illa, attendi debet
an criminaliter agatur, vel an ciuiliter: si criminali
ter, non est admittẽda exceptio vel replicatio doli
alterius, aut criminis, nec impedit pcessum causæ
criminalis: quia relatione criminis nõ purgatur in-
nocẽtia accusati vel rei, vt l. negãda. C. qui accusa.
nõ poss. q̃ est canonizata. iij. q. xj. vbi videte Archi.
& facit l. is qui reus. & ibi per Bart. ff. de pu. iudi. &
ibi etiã per Io. de Imol. & Inno. atq; Io. de Ana. in
sæpedicto c. ĩtelleximus. Secũdũ quos est hoc intel-
ligẽdũ, nisi opponatur de crimine annexo, nõ vt ac
cusator repellat, sed vt vterq; probato delicto pu-
niatur. verbi gratia, si marito accusante criminali-
ter vxorẽ de adulterio, ipsa excipiat cõtra eũ de le-
nocinio, admitti debet dicta exceptio, q̃ effectũ cu-
iusdã accusatiõis habebit, vt probat notabiliter in
l. ij. §. si publico. ff. ad l. Iul. de adul. vbi p Bar. & per
Bal. in alleg. l. negãda. & alleg. l. cũ mulier. Et facit
8 quod habetur in c. at si clerici. extra de iudi. † Sed si
agatur ciuiliter, & exceptio & replicatio diuersa
facta diuersosq; effectus cõcernant, exceptio p re-
plicationẽ nõ tollitur, sed quilibet suũ factũ prose-
quitur: puta vnus in vna re alteri, & alter illi in alia
re dãnũ dedit, vel si inuicẽ vnus alteri & econuerso
iniuriã fecit, vt l. quẽadmodũ. §. si nauis. ff. ad legẽ
Aquil. Facit quod not. p Innoc. vbi s. & in Spec. de
accusatore. ver. qđ si te vocaui latronẽ. vbi plenius.
Si verò exceptio & replicatio diuersa facta cõcer-
nãt, eũdẽ vel similẽ effectũ habẽtia, vt sunt diuersa
adulteria mariti & eius vxoris, si excipiens tractet
de lucro captando, admittitur replicatio cõtra ex-
ceptionẽ doli, ne criminis malitia sibi prosit, vt pa-
tet in d. l. cum mulier. vbi si vxor repetat dotem, &
aduersus eam opponat maritus de adulterio, po-
terit ipsa replicare de adulterio viri aut lenocinio,
vt ibi, & d. c. intelleximus. Sed si excipiẽs tractet de
damno vitãdo, nõ debet admitti replicatio, vt d. §.
Marcellus. super quibus videte plenius Doct. in lo-
cis allegatis. & quę notãtur elegãter per Bald. in l. j.
& ij. ff. ne quis eũ qui in ius voca. est vi eximat. De
quibus hic glo. ponit secũdũ casum in hac lege, quẽ
9 casum, vt in ea videtis, declarat. † Sed pro maiori il-
lius declaratione sciendũ est, φ quãdo quis in ius vo
catur, & vocatio tenet, illũ eximens ne ad iudicium
vocatus veniat, punitur pœna edicti illius, quæ est
vt eximens condemnetur quanti actor in litem iu-
rauerit, vt l. j. & l. si per alium. ff. si quis in ius voca.
non ierit. Quod tamẽ edictum multa requirit quæ
ponit Rofre. in tit. de edicto, si quis in ius vocatum
exeme

exemerit. Primò vocatio requiritur ad iudiciū. Secundò, ꝙ vocatus vadat. Tertiò, ꝙ ille vadēs vi eximatur, vel alio modo impediat̃ ne vadat, vt l.iij.§.fi.e.ti. Quartò, ꝙ vocatus vi exemptus aut impeditus sit talis persona, quę poterat licite in ius vocari: aliàs nō tenetur eximēs illū, vt d.l.j.§.j.& fi.& l.ij.in principio.& §.fi.& l.iij. Et quintò, ꝙ vocatus vocetur à tali iudice, qui potuit aliquē in ius vocare, vt l.iij.§.si quis.eo.ti. Vt igitur eximens vocatū ad iudiciū excusatur à poena, quādo citatio poterat impugnari ex priuilegio citati, vt quia erat pater vel patronus, qui nō potest à filio, vel liberto sine impetratione veniæ in ius vocari, vt d.l.j.versi. Offilius. Si itaq; libertus, qui patronum in ius sine veniæ petitione vocauit, agat contra illum, qui exemit patronum, ille vi eximens excipiet cōtra libertum de dolo: nec replicare poterit ipse libertus contra eū de delicto, vt dictis l.j.in fi.& ij. Et si opponatur, vt opponit ista glo.contra hoc dictū de l.sed eximēdi.§.item si quis.& l.si per alium.§.in eum.eod.tit.vbi cadit in edictum prætoris, eximens illum, qui per calumniam in ius vocabatur. Sed soluit gloss.quam declarat Bald.io d.l.j.ꝙ quando citatio vel vocatio in ius suo morbo proprio laborat, vt in ea qua libertus sine venia patronum in ius vocat, habet locum quod dicitur in d.l.j.in fi.& l.ij.quia nō potest replicare contra excipientem. Sed in d.§.item si quis.& d.§.in eum.non erat defectus aliquis in vocatione seu citatione, sed in calumniosa petitione: ideo secus est dicendum, vt dictis iuribus. Tertiò declarat istam regulam, hæc glo.de eo quod habetur in l.domum.ff.de contrahen.emp.in quarta & finali parte illius l.quæ dolum venditoris & emptoris io contractu illo circa eādem rem, qui debet esse bonæ fidei, dicir esse inter eos compensandum. & ibi glos.fi.ad hoc allegat l.si duo.ff.de dolo.& d.l.fi.§.sed & si stipulator.ff.de eo per quem fa.est.facit l.si alius.§.bellissimè.ff.quod vi aut clā. Pro quo videte notata in l.j.C.vnde vi.& l.si quis ad se fundum.C.ad
10 legem Iul.de vi pub.vel priua. ¶ † Glos.hic vlterius veritatē huius regulæ probat per textum l.si ob turpem.in fi.ff.de condi.ob turpem causam.vbi in pari causa turpitudinis est melior causa conuenti siue possessoris. Quod sic debet intelligi, quādo fuit vtriusque turpitudo, scilicet dantis & recipiētis.& hoc secundum quod explanar ibi Bald.ea ratione quæ dicta est de paritate turpitudinis, vt in fi.illius l.qui eoim aliquid promittit ex causa turpi, non obligatur efficaciter, quando maxime, vt dicit Salice.ibi, turpitudo est in causa materiali vel subiectiua: vt si promittatur illi, qui promittit hominē occidere, vt l.generaliter.ff.de verbo.obliga.vel quando turpitudo est in causa effectiua, licet remota, vt quādo dolus vel metus dat causam promissioni.licet enim promissio tunc sit aliqua, effectu tamē est inefficax elidibilis, scilicet exceptione doli vel metus, vt l.ij.C.de his quę vi metus've causa fi.& l.dolo vel metu.C.de inutili.stipul.Sed vbi turpitudo est in causa finali, vt in d.l.si ob turpem.si nō sit expressa in promissione, ipso iure est aliqua, sed obstat exceptio, secundū Bart.& Sali.ibi.Si verò sit expressa causa finalis turpitudinis in vim cōditionis, est nulla ipso iure, vt l.generaliter.ff.de verb.obliga.& l.si plagij.
11 e.tit.& l.si à reo.§.fi.ff.de fideiusso. ¶ † Sed si causa sit expressa in dicta turpi ꝓmissione in vim modi, Salice.faciēda vult esse tria mēbra, videlicet, quia aut est cōcepta negatiuè, vt si pangat̃ ne fiat homicidium vel aliud maleficium, & est ipso iure nulla, vt l.iurisgentium.§.si ob maleficiū.ff.de pact. Aut est concepta affirmatiuè, scilicet promittitur aliqd alicui, vt fiat homicidium vel sacrilegiū, seu quoduis maleficium, & isto casu in odium promittentis ipsa promissio est aliqua, sed inefficax, & potest promissor se tueri exceptione aduersus illum, cui promisit, vt dicta l.si ob turpē.in fi.quia ambo sunt in pari turpitudine. Sed fiscus potest auferre à stipulatore & etiā promissore, vt l. Lucius.ff.de iure fisci.& l.in hæredem.ff.de calumniatoribus.& notatur per glossam in l.vbi.ff.de condict.ob tur.cau. Addit ideo Salicet.se dixisse in casu prędicto, promissionem esse aliquā in odium promittentis: quia aliàs fiscus non haberet aliquod fundamentum super intentione sua. Ad quod adducit specialiter id quod habetur & notatur in authen.nouo iure.C.de poena iudi.qui male iudica.sumpta in corpore, vt litigantes iurent.§.j.& §.si quis autem.colla.ix. Si verò promissio facta sit stipulatori, q per hoc promisit reddere illud ad quod ipse iure tenebatur, illa promissio est aliqua, sed respectu eius inefficax, qa potest promissor exceptione ob turpem causam se tueri, vt l.si vestimenta.ff.de condictio.ob turpem causam.vel actione ex eo contractu, ex quo ille te-
12 nebatur, secundum Albericum ibi. ¶ † Vbi tamen promissor ex causa turpi, postea liberaliter soluit, non repetit, quādo causa inhęrens promissioni non inhæret solutioni, quia sciens se non debere soluit. & hæc ratio videtur excludere repetitionem soluti, vbi solius recipientis fuit turpitudo. In hoc tamen aliter dicendū est secundum Bald.in sæpedicta l.si ob turpē.ꝙ si à traditione vel solutione incoeptum est tempore promissionis, potest solutum condici, per l.perpetuo.ff.de condi.ob turpē causam. Si autem à promissione fuit incoeptum, & traditio fuit coniuncta promissioni, idem dicēdum est, ꝙ solutū potest cōdici: quia vtrūq; vitium ex eadē causa eodemq; tempore nascitur, scilicet vitium promissionis, & vitium solutionis, ar.eorū quæ habentur in l.doli.ff.de noua.& l.si mulier.C.ad Vellei. Vbi verò præcessit promissio, & ex interuallo fuit solutio sequuta sub spe cōmittendæ tamen turpis causæ, idem dici debet, vt in præcedenti casu, ꝙ solutum potest condici. Sed si non fuit solutum sub spe turpis causæ promissæ committendæ, quæ tamen fuerat commissa post contractum medio tempore, & ante solutionem, non cōdicitur, vt dicta l.si ob turpem. Et facit quod habetur in d.l.ij.C.de his quæ vi metus've causa fi.vbi videatur Bald.& Doctores.
13 ¶ † Finaliter notanda est hic gloss.in fine. quæ vult culpam cum culpa æquali, sicut dolū cum dolo, debere compensari, per l.planè si ambo.ff.pro socio. Sed melius facit quod habetur in l.præcedēti illam scilicet l.de illo.§.fi.cū tribus legibus seq.e.ti. Dolus tamē cū culpa non cōpensatur, cū dolus tanq̄ grauior præponderet, vt l.itē si obstetrix.§.fi.& l.si putator.ff.ad l. Aquil. Culpa etiam lata non cōpensatur cū leui quę minor est, cū lata dolo æquiparetur.

14 l.j.§.lata.ff.si men.fal.mo.dixe. ¶†Licet hoc fallat in aliquibus casibus ibi positis in glo.videlicet in l. in lege Cornelia.ff.ad legem Corneliã de sicar.& l. in actionibus.§.sed iudex.ver.sed in his omnibus.ff. de in litem iuran.& Insti.de suspect.tuto.§.suspectus.vbi notatur per glos.ꝙ ibi lata culpa nõ æquiparatur dolo.& ibi Ange.Aret.recitat Bar.in l.j.§. j.ff.si quis testa.liber esse iuss.fus.& in l.quod Nerua.ff.depositi.quòd in actionibus descendẽtibus ex cõtractu vel quasi lata culpa æquiparatur dolo, vt d.l.quod Nerua. In delictis verò quo ad infligendã pœnã corporalẽ,lata culpa non æquiparatur dolo, vt d.l.in lege Cornelia.& l.iij.§.j.eo.tit.quantũ verò est in infligẽda pœna pecuniaria si lex, vel statutũ expresse requirit dolũ,lata culpa non æquiparatur dolo,per l.j.§.si quis dolo.ff.ne vis fi.ei qui in posses. missus est. facit quod notatur per gloss.in l.magna negligentia.ẽ.tit.proximo. Si verò lex vel statutũ simpliciter loquitur, lata culpa æquiparatur dolo, vt d.l.j.§.nõ autẽ.ff.si quis testa.liber esse iussus fue. & l.mulier.§.si hæres.ff.ad Trebel.& l.quæsitum.§. eum quoq;.ff.de preca. Vel si vultis,plenius distinguite,vt distinxit Salice.in alleg.l.quod Nerua.vltima charta, longiori stylo,cũ maiori examinatione huius articuli, an lata culpa dolo æquiparetur, in eadem distinctione continetur:quam distinctionem etiam posuit ipse Salicet.eisdem etiam verbis illam iterum posuit in l.j.C.depositi.vt recitaui in l.contractus.ẽ.isto tit. vbi recurratis.

Summarium.

1 ☞Furti actio non datur furi.& numero 2.
3 Locator sub pœna promittens conductorem non expellere,ad quid teneatur.
4 Contractum seruate iurans,intelligitur si alius seruet.
5 Iuramentum habet in se omnes conditiones, quæ sunt de natura contractus.

Illi permitti debet pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

BARTOLVS in l.itaq; fullo.ff.de fur. allegat istã regulam & eius glos.quæ hic in principio declarat eam, in committente furtum, qui pro pœna tenetur actione furti manifesti ad quadruplum, vel nõ manifesti ad duplum, vt Insti.de obliga.quæ ex delict.nas.§.pœna. & §.fi.
1 ¶†Si ponatur in facto, quod ab illo fure res furata fuerit per alium sibi furto subtracta, non datur sibi actio furti quæ est pœnalis, vt dicto §.fi.quia illi non debet permitti pœnam petere,qui in illam incidit,vt dicit ista regula.& cum hoc concordat tex. in d.l.itaque fullo.§.sed furti. Quamuis enim actio furti detur illi cuius interest,vt l.fin.in principio.C. de fur.cum cõcor.ibi allegatis in glo.j.& suppletionibus ibi positis per Alber.& Doctores,& interesse videatur furis sibi non surripi ab alio fure,quia tenetur de casu, tamen sibi non datur actio furti, ne de sua improbitate actionem consequatur. Quod enim dictum est, actionẽ furti dari habenti interesse, hoc intelligi debet habenti interesse ex causa honesta,non ex damnabili vel inhonesta, secũdum doctores.Sed quamuis fur non agat furti actione pœnali, potest tamen per triticariã condictionem recuperare possessionem ab alio fure subtractam, vt tenet hic glossa & in l.inficiando.§. infans.ff.de furtis.& est textus in l.ij.ff.de condictione tritica. Et in hoc sibi non obstat exceptio furti, vbi agit ad possessionem.quod est vtile ad ea quæ notauit Innocentius in c.intelleximus.extra de adulterijs.vbi quando crimina descendunt ex diuersis factis, agenti ex vno non obstat exceptio alterius criminis. de quo aliquid dictum fuit in regula præcedenti. Hoc tamen fallit in crimine vsurarum, vt not.in c. quia frustra.extra de vsur.vbi per rescriptum impetratum per fœneratorem super vsuris, quas ipse alteri soluit recuperandis, vel fructibus in sortem computandis,non auditur, nisi primò vsuras quas ipse extorsit restituat: quia non est dignus auxilio legis, qui in legem cõmittit.ad quod quotidie allegatur illa decretalis,vt ibi dicit Ioannes de Ana.
2 ¶†Sed contra id quod dictum est,furi non dari actionẽ furti pro re quã furatus est,quæ ab eo postea furto subtracta fuit, videtur textus in l.qui vas.§.si ego.ff.de fur.& tamen causa ibi ex parte sua non erat honesta,quoniam ibi erat fullo, cui vestimenta pollienda erant tradita, & inscio aut inuito domino illa alteri cõmodauerat, furtum in hoc faciendo,vt cauetur illo textu:à quo cõmodatario furto subtracta fuerũt,& tamẽ ibi dicto fulloni cõmodanti datur actio furti.Sed respondetur secundum Albericum in dicta l.manifestissimi. in principio, quòd ideo ibi agit propter iustum initiũ retinendi quod à domino vestimentorum habuerat. Et si opponatur,quòd illud iustum initium sibi non debet prodesse,quia depositario habenti iustum initium retinẽdi non prodesset, nec sibi daretur actio furti contra alium furem, vt l.eum qui.§.is autem apud quẽ.ff.de fur.respondendo dicit idem Alber. rationem diuersitatis esse inter istos casus, quia in depositario requiritur exuberantia bonæ fidei, vt l.bona fides.ff.depositi.quam graue est fallere, vt l. j.ff.de constitu.pecu. Idem tamen videtur in commodatario, vt dicta l.eum qui.§.idem Pomponius. ff.de furt.Ad quod dicit Albericus, quòd ideo ibi non agit furti commodatarius, quia aliter vsus fuerat quàm debuerat, & sic commiserat dolũ, propter quem non agit actione furti.& hoc voluit Iacobus de Aretio, qui dicebat, quòd is qui tenetur ad custodiam,quando in re dolum committit ante contrectando, vt sibi rem habeat & auferat, talis furti non agit, vt dicto §.idem Pomponius. sed si aliter re vtendo vel alij cõmodando, vbi non priuat dominum possessione, vt l.qui vniuersas.§.h.ff. de acqui.posse.potest agere furti,vt d.§.si ego. Videmus in simili, ꝙ possidenti ex damnabili spolio alteri facto, qui postea fuit spoliatus,datur interdictũ vnde vi,vt l.j.§.qui vi à me.ff.de vi & vi arm. & de hoc reddit Salice.rationem in l.j.§.si prædo.

ff.depo

ff.deposi.quia violentia furi facta & in eum cōmis-
sa concernit personam suam: non loquitur tamen
ibi text.de actione furti, sed actione depositi, quæ
datur furi deponenti rem furatā per eum: &, vt ibi
dicit Alberi.ideo sibi datur ex suo principali con-
tractu depositi à sua improbitate non principa-
liter causato: secus esset in actione furti.in vi au-
tem in eum commissa, videtis quid dicat gloss.hic,
& Bald.in dicta l.fin.C.de fur.scilicet, quod ibi agit
ille ex violentia in se cōmissa, non à se, & ibi iniu-
ria est mista realis & personalis, sed furtum est in-
iuria realis tantū.l.at vbi.ff.de peti.hære. Hoc ta-
men ita dicere non videtur tutum: quia ex hoc in-
ferri posset, ꝙ actio vi bonorū raptorū daretur fu-
ri, cōtra l.ij.§.generaliter.ff.vi bonorum rapto.di-
cit igitur Bal.in d.l.fi.C.de fur.& cōsentit Bar.in d.
l.itaq; fullo.ꝙ bene datur furi actio onerosa, id est,
ad repetitionē possessionis: sed actio lucratiua ad
pœnam nō datur furi. Et hoc tenet glo.in d.l.infici-
ando.§.infans.licet gloss.sentiat contrarium in l.qui
in re cōmodata.§.j.eo.tit.sed veritas est secundum
Bal.ꝙ, vt dictū est, habet cōdictionē triticariā, vt l.
ij.ff.de tritica.& hic not.per gloss. Est enim furtum
quædam spoliatio, vt l.rem quæ nobis.ff.de acqui.
posses.vnum tamen notandū est, secundum Alber.
in antè d.l.fin.ꝙ cū agitur actione possessionis con-
tra furē, non fit æstimatio proprietatis, imò agens
furti actione proprietatis succumberet, nisi proba-
ret se dominū, vt l.si vendidero.§.cum autem.ff.de
fur.cū ibi notatis per gloss.& l.in furti.in principio,
3 eo.tit.per Bart. ¶ †Subsequēter glos.hic in ver.item
pone in contractu.ponit casum, quem videtis pro
veritate huius regulæ demonstranda, de tex.l.quæ-
ro.§.inter locatorem.ff.locati.vbi promissio per lo-
catorem facta conductori, de non expellendo eum
à cōductione illa, sub certa pœna, Intelligitur facta
sub conditione, nisi causam expulsionis ipse cōdu-
ctor expulsus præstaret, quam ipso cōductore præ-
stante, quia nō soluit pensionē locatori promissam,
si expellatur nō agit ad pœnā efficaciter, sed exce-
ptione repelletur, quia in pœnā prius incidit, vt in
illa l.cui cōcordat secundū Bal.ibi illud quod habe-
tur & notatur in l.quidā cū filiū.ff.de verbo.oblig.
vbi videri possunt Bar.& Io.de Imo.& quod habe-
tur in l.curatores.ff.de admi.re.ad ciui.pertinē.& l.
indubitati.C.de non nume.pecu.& in c.quēadmo-
dum.extra de iureiurā.in versi.quoniam in eo.vbi
not.Benedi.de Benedict.ꝙ in quolibet iureiurando
alteri præstito inest cōditio, si ab alia parte serue-
4 tur.†Promittēs enim & iurans seruare aliquē con-
tractū, ita censetur obligatus, si & inquantū alius
obseruet pro parte sua, aliàs non tenetur ad cōtra-
ctum obseruandū, vt d.§.inter locatorē.& facit ad
hoc l.si quis maior.C.de transacti.& l.cū proponas
inter vos.in fi.C.de pact.& c.peruenit.& c.tua nos.
extra de iureiuran.& quod notatur per Bar.in l.cū
pater.§.libertis.ff.de leg.ij.& ibi per Bal.dicentē, ꝙ
faciens cōtra volūtatē defuncti non potest funda-
re se super illa.& hoc allegat, ꝙ ille qui facit cōtra
instrumentū pacis, non potest se fundare ex pace.
facit l.qui fidem.ff.de transac.& quod habetur in l.
5 j.§.cum arietes.ff.si quadru.pau.fec.dic. ¶ †Habet
etiam pactum vel iuramētum inclusas in se omnes
conditiones, quæ sunt de natura illius cōtractus, vt
dictis iuribus.& ad hoc facit quod notatur in l.fi.ff.
qui satisda.cogā.& d.l.indubitati.& not.per Inno.
in c.quintaualllis.& c.per tuas.extra de arbi.& per
Bar.in l.si societatem.§.arbitrorū.ff.pro socio.cæ-
tera dicite, vt in glos.& iuribus allegatis.

Summarium.

1 ☞Hæreditatis petitione tenetur qui fraude alie-
nauit, & etiam ille in quem alienauit.
2 Societati dolo renūtians liberat socios, & ipse non
liberatur.
3 Tutoris factum quatenus possit pupillo nocere.&
numero 4.

Factum cuique suum, non aduersario nocere debet.

GLOSSA hic declarat
hanc regulam per l.j.ff.de
alie.iudi.mutan.causa fa-
cta.vbi alienans rem à se
possessā causa iudicij mu-
tandi, sibi & non alij no-
cet.Potest enim conueniri
propter dolum suū ab illo
in cuius fraudē alienauit,
& tenetur actione in factum ad interesse, scilicet
quanti sua interest duriorem sibi aduersarium non
fuisse datum, vt habetur in d.l.j.ij.& iij.vsq; ad §.
opus quoq;.eod.tit.& per Rofre.Beneuentanum in
tit.de actione in factū descenden.ex edicto de alie.
iudicij mut.causa facta. qui plenius potest videri
1 pro practica illius tituli.¶ †Et tenetur etiam peti-
tione hæreditatis, qui eam dolo desijt possidere, &
nihilominus ille qui eam possidet, vt l.nec vllam.§.
2 fin.ff.de peti.hæredi.hic allegato in glos. ¶ †Secun-
do glo.hic probat huius regulæ veritatem, per illud
quod habetur in l.actione.§.diximus.ff.pro socio.
& Institu.illo titu.§.manet. vbi renuntiās societati
dolo malo, liberat à se socios, non se à socijs: quoniā
iam delata societate communicare tenetur alijs si
afferant lucrum, non si damnum; & dolus respectu
vnius rei nocet renuntianti, vt ibi summat Salicet.
dictum §.diximus.addit gloss.aliud exemplum in
hac regula de l.j.§.si reus dolo.ff.de eo, per quē fa-
ctum est quo minus quis in iudi.sistat.vbi dolus a-
ctoris impedientis reum ne sisteret in iudicio, sibi
soli nocet, & est reus tutus sup hoc exceptione doli
contra dictum actorem opposita ne cōueniatur de
3 pœna. ¶ †Opponit hic glos.contra istam regulam,
& videtur quod factum non soli cuique suum, sed
etiam alteri nocere possit. Quoniam tutor pupilli
potest trāsigere etiam in causa furti, vt l.si pigno-
re.§.fin.& l.interdum.§.qui tutelam.ff.de furtis.&
facit quod notatur per glos.in l.præses.C.de trans-
acti.& per glos.in l.Lucius.§.fi.ff.de administ.tuto.
in qua trāsactione potest habere pupillus nocumen
tum. Sed vt dicit ista glo.hoc ideo est, quia tutor est
vice domini, vt dicit textus in d.§.qui tutelam. Vel
vt dicunt aliqui recitati per Alberic.in d.l.præses.

quòd in rebus quæ sine decreto alienari non possunt, transactio facta per tutorem est ipso iure nulla: super alijs verò valeret, sed pupillus læsus restitueretur, per not. in l.j.C.si aduer.transacti. Et hoc approbabat Oldra. Hoc tamen est, vt notatur per Bald.in alleg.l.præses.quod tutor debitum quod pupillo liquidè debetur, remittere non potest. Facit l. pactum curatoris.C.de pact.quod dicit esse notandum, & in re dubia transigere potest.requiritur tamen decretum in dicta transactione, si tractabatur de re, quæ sine decreto est inalienabilis, vt dicta l.j.C.si aduer.transacti.& l.si ad resoluendam.C.de prædijs mino. Quia vbi in contractu requiritur decretum, ita etiam requiritur in distractu. Et generale est in quolibet administratore, quod non potest remittere debitũ domini, quoniam illud esset donare: quod tamen nullus administrator facere potest, nisi ex speciali mandato, vel nisi specialiter à iure permittatur, vt l.filius.ff.de dona.l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam.& ibi per Bartol.& l.j.§.sed nonnullos.ff.de tutel.& ra.distra. cum similibus. Et est ratio secundum Baldum, in alleg.l. pactũ curatoris, quia remittere vel renuntiare non est administrare, sed dilapidare, vt l.seruus furiosi ab agnato.ff.de manumissionibus. Facit quod habetur in l.j.§.fuit quæsitum.& l.Imperator.ff.ad
4 Trebellian. ¶ † Et prædicta procedunt in liquidis: vbi autem propter vitanda inconuenientia, quæ possent contingere pupillo propter inimicitias, vel alia pericula, aut dubitando vel coniecturando ne debita pupillo sint fœneratitia, tutor potest aliquid remittere, vt in exemplis positis per gloss.in dicta l.præses.& ibi per Doctor.quos videatis. Tutor enim potest bonam fidem agnoscere, vt l.quoties.§.sicut autem.ff.de administr. tuto.facit quod habetur in l.imperatores.ff.de pact.

Summarium.

1 ☞ Euictio quando non habeat locum in venditore. & numero 2.

3 Vim non facere promittens, intelligitur de vi facti, non iuris.

4 Venditor qui promisit emptori eum defendere de iure & de facto, an teneatur de violentia.

5 Creditor ex conuentione volens propria autoritate ingredi, si resistat debitor, an sit violẽtia.& nu.6.

Non videtur vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur.

PRO intelligẽtia huius regulæ gloss.hic explicat casum notabilitet, videlicet per text.l.fin.C.de action. empti & vendi. vbi habe-
1 tur, quod † venditor non tenetur defendere emptorem rei venditę à violẽtia, quæ sibi infertur de facto: quoniam vt agatur de euictione per emptorem, debet res euinci per sententiã iudicis, & ipsius sententiæ exequutionem: non autem per iniuriam aut violentiã iniustam factam emptori, vt l.si per imprudentiam.ff.de euicti. Sed si res vendita, intentata rei vendicatione per sententiam fuerit euicta ab emptore, à quo quia non obediebat manu militari fuerit ablata, & illam ablationem velit venditor opponere emptori, ne sibi de euictione teneatur, non erit audiendus, quoniam manu militari auferre rem à condemnato per iudicis sententiã, propter suam inobedientiam, non est vim facere, sed iure suo vti, & permissum, vt l.qui restituere.cum ibi notatis per gloss.& Doctores.ff.de rei vendica. Et hoc est quod vult & dicit ista regula.per quod patet, quòd venditor ille non poterit obijcere emptori, quo minus de euictione teneatur: quoniam illa vis facta emptori, iustè facta fuit, & sic de eui-
2 ctione venditor sibi tenetur. † Dicit tamen Bal.in alleg.l.fin.C.de action. empti & vendi. quòd si emptor per violentiam expulsus egit interdicto vnde vi, in quo succubuit per iudicis sententiam, venditor non tenetur emptori de euictione, quia in illo interdicto non habuit causam à venditore, & ideo quantum ad hoc ipse venditor non est autor dicti emptoris. Facit l.ratio.in principio.ff.de actionib. empti & vendi.aliud est dicendum si emptori possidenti per viam iuris auferretur possessio, vt ibi, & dicta l.qui restituere.& hoc etiam voluit Pe.& Cy.
3 in dicta l.fin. ¶ † Vel secundum gloss.intelligi potest iste textus de eo qui promisit alicui se non esse illi vim facturum, quoniam illa promissio intelligenda est de vi facti, non de vi quæ de iure fieri potest, vt in casu supradicto, si non obedienti iudicis sententiæ ritè latæ & iusto mandato, militari manu auferretur res, ad quam restituendam teneretur de iure. Non enim videtur vim facere, qui iure suo vtitur, vt hic, & dicta l.qui restituere. Et qui non sua, sed iudicis autoritate aliquem cogit, vim non facit. Ad quod accedant notata ß.eod.titulo. l.non videntur.§.qui iussu. vt ibi fuit plenius reci-
4 tatum. ¶ † Sed potest moueri quæstio, de qua quærunt Docto. si venditor promisit in contractu emptori eum defendere de iure & de facto, si emptor per violentiam de re sibi vendita & per eum empta expellatur, nunquid tenebitur venditor. Quod videbatur: quia in cõtractu venditionis qui est bonæ fidei, vt habetur Insti.de actio.§.actionum.cum similibus, semper attendi debet quid inter contrahentes sit actum, vt l.ex empto.in principio.ff.de actionib.empti & vendi. Et facit l.qui Romæ.§. Flauius Hermes.ff.de verborum obligationibus.& l.vbi pactum.C.de transac. Sed contrarium tenent Guliel.de Cugno, Alberic.& Doctores per tex.dictæ l.final.quoniam aduersus vim custodia venditoris parum prodest, vt l.sed de damno.ff.locati. Facit quod habetur in l.fluminum.§.hæc stipulatio.ff.de damno infecto.ista enim conuentio de defendendo de facto, non extenditur secundum prædictos Doctores ad vim extraiudicialem, quæ de facto mouetur, vel etiam fit per iniuriam iudicis, vt dicta l.si per imprudentiam. Facit quod notatur per Albericum & Doctores in l.ea quidem.C. si mancipium ita fuerit alienatum ne manumittatur. Est etiam verum, quòd venditor non tenetur

excau

ex causis ortis vel sequutis post venditionem, vt est tex. in l. j. C. de pericul. & commodo rei vend. Item etiam venditor nō videtur promisisse factum alienum, vt l. stipulatio ista. post prin. ff. de verb. oblig. Et etiam secundum Bal. in d. l. fi. violētia facti post contractum cōtingens est casus fortuitus, qui de natura contractus nō est in ea specialiter numeratus. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. verbū etiā de facto, pluribus modis potest intelligi: sed in dubio nō cōprehendit illud quod est cōtra naturā contractus, vt l. insulam. ff. qui pot. in pig. hab. & l. damni. §. j. ff. de dam. infect. & l. si stipulatus. §. j. ff. de vsuris. verba enim ciuili modo sunt intelligenda. l. si cui. ff. de seruit. & istud etiā tenet Bar. in d. l. stipulatio ista. in prin. nisi causa & origo istius violētiæ processisset à venditore. Si tamen secundum Bal. inerat tempore cōtractus: secus si postea, per l. Lucius. ff. de euictionib. Postremo glos. in fin. huius regulæ, adducit pro illius demōstratione id quod habetur in l. iij. C. de pig. quæ est notabilis, & eius materia notabiliter tractata per Bar. & Doct. ibi, & aliquid per Io. And. in c. fi. extra de cōsuet. & Hosti. in summa illius ti. §. qualiter probari. versic. quid ergo de cōsuetudine, quam quidā seruant &c. quorum dicta recitat Alb. in d. l. iij. ibi enim videt permissum creditori, & esse licitum propria autoritate ingredi possessionē bonorum debitoris, quando id fuit conuentū in cōtractu. Ad quod facere videtur id quod habet in l. cum debitoris. C. de iudi. & l. pe. C. de pig. actio. & l. cum creditor. ff. de furt. nec vim facere videtur: quoniam cōuentio facit licitū, quod aliàs nō liceret, vt dictis
5 iuribus. †Sed si debitor creditori volenti ex conuentione ingredi possessionē rei pignoratę resisteret, & resistentia debitoris nō obstante creditor ipse ingrediatur, an vim videat facere. Glos. in alleg. l. iij. mouet quæstionē, & recitat Azonis opinionē fuisse, ꝙ sic, & opi. Ioan. contrariā, qui tenuit, ꝙ non dicitur vim facere. In qua opinione residet ibi glos. in qua possunt videri motiua vtriusq;. quas opin. Bar. ibi in repetitione nititur cōcordare, distinguendo inter resistentiam, quam facit debitor creditori, an sit solum verbalis, aut facti. Si verbalis solum, & ea non obstante creditor ingrediatur, non dicat facere vim: & ita intelligatur d. l. iij. quamuis si nō præcessisset dicta cōuētio, vt posset creditor ingredi, dicta prohibitio faceret vim factam esse videri, vt l. j. §. quid sit. ff. quod vi aut clam. Sed si subsequuta resistentia esset realis, quia de facto resisteret debitor creditori ne ingrederet, tunc vi & armis ingrediēs diceretur vim facere, cum illud pactū seu conuentio de ingrediendo sua autoritate tunc nō extenderet ad istū casum, qui esset causa rixæ & maioris tumultus, quod pacto priuatorum non potest cōueniri nec induci, vt l. non est singulis. in prin. ē. isto tit. vt ibi fuit plenius recitatum. Et allegat Bar. sic esse intelligēdum tex. in l. colonis. & l. cum fundū. ff. de vi & vi arma.
6 †Salicetus verò in alleg. l. iij. acceptat illud quod dixit Bar. in violentia verbali: sed in ea quæ facti est, etiam sequitur Bar. in exēplo resistentiæ factæ cum armis, sed in ea, quę fieret sine armis, secus sibi videtur esse dicendū, per tex. cui dicit non posse responderi, in d. l. pe. vers. nec creditor. C. de pig. actio. qui textus pōderari debet in eo, ꝙ alternatiuē loquitur, dicens, ꝙ creditor citra cōuentionem vel præsidalem iussionem auferre nō potest. Verbum autē, auferre, denotat violentiā, vt l. j. ff. de cōcus. & l. auferetur. in prin. ff. de iure fis. Ideo sibi videtur, ꝙ si violentia facti interueniat sine alterius delicti admistione, illa nō debeat attendi, vt dicatur creditor ingrediens sine vitio rem possidere: secus si foret admissum illi ingressui aliud delictū, scilicet coactio illicita hominū, effusio sanguinis, aut simile: tunc non esset hoc permissum, per iura pro hac parte allegata, & per id quod habetur in l. quoniam multa facinora. C. ad legē Iul. de vi pub. vel priua. Et tandem post plura verba in hoc residet Sali. circa hunc articulum, ꝙ si debitor resistat cum causa iusta, ne creditor ingrediatur rem ipsius debitoris licet obligatā, non liceat creditori ingredi inuito eodem debitore. Sed vbi resistit debitor sine iusta causa, & solo verbo, illa contradictione non obstāte potest creditor ingredi, nec dicitur vim facere vtens iure suo, vt dicta l. iij. & iste tex. Vbi verò resistit debitor via facti, secundum opi. Bar. nō licet creditori possessionem ingredi, ad euitandum rixam vel tumultū. Contrarium putat Sali. per d. l. pe. in vers. nec creditor. Cōsulit tamē creditori, vt cautus sit, ne rixa vel tumultus, vel aliud delictum sibi in ipso ingressu attribui possit. Ideo si videat materiā ad malum paratā, ab ingressu supersedere debet, aliàs cōmodius reuersurus: vt si postea creditor habens ex conuentione facultatem ingrediendi propria autoritate, nemine postea reperto in possessione rei, aut nemine tunc sibi contradicente illā ingrediatur, iustè dicetur ingressum fuisse. quod etiam voluit Bar. quia præcedens conuentio excusat eum à vitio violentiæ, per alleg. l. pe. & id quod habetur in d. l. cum creditor. in textu & glos. ff. de furt. Addit etiam Sali. ꝙ si creditor haberet per constitutionē precarij possessionem rei obligatę, quam debitor cōstituit se nomine precario creditoris possidere, licet ipsi creditori ingredi possessionē, causa tuendi eam, cum moderamine inculpatæ tutelæ, cauēdo ne incidat in delictū. quod est tutius cōsultum. Et ita etiam sentit Alber. in sæpe dicta l. iij. Ioan. Andr. & Hosti. in locis superius allegatis. Et facit quod dictū notatumq; fuit in d. l. non est singulis. Et hæc satis sint super hac regula.

Summarium.

1 Socius vtens re cōmuni, non præsumitur furtum facere.
2 Præsumptio in quibus fiat potius in malum.
3 Furem an ciuiliter & criminaliter simul quis persequatur, & quid illorum potius præsumatur.
4 Fur an præsumatur ille, apud quem reperta est res furtiua.
5 Furti præsumptio contra aliquem ex quibus causis oriatur. & nu. 6. 7. & 8.
9 Dolor iustus mouens quem ad delinquendum, mitigat pœnam.
10 Sententijs varijs à iudicibus latis, cui stetur.

In pœnalibus causis benignius interpretandum est,

DE benigna interpretatione, quæ-
dam dicta recitataq; fuerunt in l.
ea quæ in partes. §.in re dubia. ff.
eod.tit. Glos.verò hic per multas,
quas allegat iuris partes, veritatē
huius regulæ demōstrat,& primò
per illud quod habetur in l.meritò. ff.pro soci.quæ
allegatur per gl.in l.semper in dubijs.ff.isto tit. vbi
1 videte quæ recitaui.in dicta enim l.meritò.dicit† q
socius vtens re cōmuni non præsumitur furtū face-
re,nec cōmittere dolum,sed licite operari,& nō ani
mo furandi vel subtrahendi rem cōmunem,quæ est
notabilis præsumptio, secundū Sali.ibi,vt ea quæ
se possunt habere ad delictum,& non delictū,in be-
nigniorem partem sint interpretanda,vt hic,& d.l.
semper in dubijs.& d.§.in re dubia.& facit quod le-
gitur in c.estote misericordes.extra isto tit. in anti-
2 quis.cum cōcor.ibi allegatis in glos.†Contra quod
tamē facere videtur illud quod habetur in c.cum di
lecti. extra de accus. Sed ibi loquitur in facto quod
de sui natura erat regulariter malum,vt in simonia
& dilapidatione,aut similibus,quæ licet aliqua ra-
tione sint excusabilia,si excusatio nō probetur,fien
da præsumptio est in peiorem partē,secundum Io.
de Ana.ibi,ad quod allegat not.in c.j.extra de præ-
sumptioni. Vbi notat Panor.q in maleficijs prima
fronte præsumitur malus animus & dolus. facit l.j.
C.ad legē Cornel.de sica.Sed hoc est,vbi constat de
malo vel maleficio, nisi probetur causa præsumptio-
nis benignioris,vel cōtrariū mali animi nō dolosi,
quæ præsumptio vehementius inclinet ad bonum,
q̄ ad malum præsumendū, per not.in c.literas.ex-
tra de præsump.& per Innocē.in d.c.j.& ibi Host.
quem allegat Panor.ibi,dicēs q præsumptio quan
doq; & in aliquibus, & varijs circūstantijs tollitur,
vt patet xxij.q.ij.c.ne quis. & c.quod ait.& c.quæ-
ritur.& de cōsecr.dist.iiij.c.solet. quod boni iudicis
arbitrio relinquitur. Prima tamē facie cōtra delin-
quentem,& illicite aliquid facientē est præsumptio,
vt in dict.c.j.sed illa mali præsumptio,ex alijs præ-
sumptionibus, quas ꝓbabit intitulatus de delicto,
poterit purgari. Ad quod facit quod not.per Bar.
in l.inter omnes.§.rectē. ff.de fur.& per gl.in §.pla-
3 cuit.Instit.de obli.quæ ex deli.nascū. †Secundò de-
claratur in glos.hæc regula,per l.interdum.§.qui fu
rem.ff.de furt. vbi si furtum passus, furem ducat ad
præfectū vigilum,qui de furibus cognoscere potest,
vt l.nam salutē.§.cognoscit. ff.de offic.præfe.vigil.
vel etiam ad præsidem modo extraordinario rem
prosequēdo,videtur elegisse solius rei prosequutio-
nem,& non pœnam dupli vel quadrupli pro furto
impositam,vt d.§.qui furem. Vbi tamē dicit Bar.
q si corā iudice formaretur libellus per partē actri-
cem super furto,damno dato,vel raubaria,petēdo
reum puniri & cōdemnari,rem restitui,& damnum
emendari,procederet petitio,nec videretur intētari
ciuilis & criminalis actio eodem libello, cōtra l.in-
terdum.ff.de publi.iudic.sed criminalis tantū,& sic
pœnalis intentari videretur, sic tamen q actor vi-
detur implorare officiū iudicis,vt sibi iudex rem fa
ciat restitui,& damnū emēdari, secundum formam
d.§.qui furem.& l.iij.§.si dicantur.ff.fini.regund.Et
sic dicit intelligi debere l.si medicus. ff.de varijs &
extraord.cogni.Facit quod not.per Bal.in l.is apud
quem.in penult.quæst.C.de eden.vt enim dicit Ioā.
de Imol.in alleg. l.interdū.in furto cōmisso aliquid
abest agenti, & dicitur descēdere actio furti ex re fa
miliari, & propter rem familiarē dari, licet tendat
ad vindictā.Ideo illa petitio cum imploratione offi
cij iudicis simul toleratur. Facit quod not.per Bar.
in l.ij.§.hoc edicto. ff.vi bo.rapt.& per glos.notan-
dam in l.ij.§.emancipatus.ff.de colla.bono.in furto
enim & petitio rei,& pœna descēdunt ex eadē cau-
sa.Ideo simul admitti possunt, arg.l.cum quæritur.
cum seq.& seq.ff.de excep.rei iudi.&,vt dictum est,
quando pœnalis principaliter intēditur,in alia in-
cidenter potest iudicis officium implorari,per supe
rius allegata,& maximè in d.§.qui furē. per Bar.&
Io.de Imol. & recitatur per Angel.Aret. in suo tra-
ctatu criminū,super verbo,& vestem celestrem ab-
4 stulit. vers.quæro an simul & semel. †Vbi etiā reci-
tat Bal.& Io.de Imol.in l.fi.ff.de hære.instit.mouisse
quæstionē,an ille apud quem reperitur res furtiua,
præsumatur illam furto subtraxisse: & cōcludit se-
cundum Bald.q sic,si ille erat malæ famæ,nisi pro-
bet,à quo illam habuit,per l.ciuilem.C.de fur.se-
cus si erat bonæ famæ,vt l.nō omnes. §.à barbaris.
ff.de re milit.dicit tamen Ioā.de Imola, q etiā mala
fama nō sufficit ad condemnationē,sed bene ad tor-
turam,per ea quæ habētur in l.absentē.ff.de pœnis.
5 †Inducitur etiam præsumptio cōtra aliquem ex sua
mala consuetudine,qua consueuerat emere res furti-
uas, q fuerit particeps furti, nisi aliter se possit ex-
cusare,vt dicunt Doct.in alleg. l.fi.& l.ciuilem.&
l.ciuile.C.de fur.quia qui cōtrahit cum aliquo,præ-
sumitur habere illius notitiā.l.qui cum alio.in prin.
6 ff.isto tit. †Quandoq; etiā resultat præsumptio ex
vicinitate, quia præsumitur damnū datum à vici-
nis.Ad quod allegatur notabiliter l.si ita.in fi. ff.de
7 fundo instru.†Aliquando similiter oritur præsum-
ptio cōtra aliquem ex frequentatione,quam habe-
bat in domo,in qua fuit factū furtum,vel malū cō-
missum.Facit l.dominus horreorū.ff.locati. & facit
quod habetur in l.quoties.C.de naufrag.lib.xj.cum
8 ibi notatis per Iacob.Rebuf. †Interdum etiā oritur
præsumptio cōtra inuentum per deuia,quia præsu
mitur ire per illa ad malè agendū,vt not.per glo.in
d.l.nam salutē.§.sciēdum.ff.de offi.præfe.vigil. Illæ
tamē præsumptiones ex hominū qualitatibus pur-
gantur, vt quia sint honestæ bonæq; personæ. Ad
quod facit quod not.per Bald.in l.j.C.locati.& d.l.
non omnes. §.à barbaris. Et est notandum,q fama
ad probationē qualitatis hominis facit plenā fidē,
secundum Bal.in l.j.C.de testa. per d.§.à barbaris.
quāuis aliàs fama per se nō probet. l.iij.§.eiusdem.
ff.de testi.& c.veniēs.extra eod.tit.& per Bal.in l.ij.
§.ætas.ff.de excus.tuto. Tertiò veritas huius regulæ
demonstratur,q in pœnalibus fienda sit benignior
interpretatio,per l.Gracchus.C.ad legē Iul.de adult.
vbi maritus per se vel filios suos potest impunè ad-
ulterum vilem in adulterio vxoris deprehēsum oc-
cidere:non vilem verò occidens, in totum nō libe-
ratur,sed mitius punitur,& propter inconsultū,iu-
stum tamē dolorē, & tempus fortè noctis,imponi-
tur ei minor pœna q̄ mortis, & mittitur in exiliū,
vt ibi habetur. Ex quo colligi potest ibi, q legiti-
mè

mẽ factum non meretur pœnam, nedum quo ad facientem, sed etiam quo ad eius filium ipsius patris mandatum exequentẽ, vbi hoc est ex priuilegio patris. De quo videte plenius Sali. in l. nõ ideo minus. C. de accus. in vers. quæro igitur primò, an in deli
9 ctis. & quæ habentur in l. ad ea. ĵ. isto tit. †Item colligitur ex notatis in dict. l. Gracchus. ꝙ iustus dolor mouens quem ad delinquendũ, excusat, saltem mitigat pœnam, vt ibi probatur in tex. cum concor. ibi allegatis in glos. penult. videlicet in l. j. §. fi. ff. ad legẽ Cornel. de sica. & l. si adulteriũ. §. Imperatores. ff. ad legem Iul. de adult. Facit quod habetur in l. si quondam. & l. quãuis adulterij. C. eod. tit. & l. quod calore. ŝ. isto tit. & extra de his qui fil. occide. c. j. ille tamen tex. loquitur in foro animę pœnitẽtiali, secundum Docto. ibi. inconsultus enim calor vitio caret. ij. q. iij. c. si quis iratus. Quod facit tẽpore iræ putat esse iustum. xj. q. iij. c. illa præpositorum. Videri potest super istis pulchra gl. in c. inter hæc. xxxiij. q. ij. & c. si quem. & ea quæ habẽtur in d. l. Gracchus. per Doct. & extra de conuer. coniug. cap. dudũ. in glos. & in l. vnica. C. si quis impe. maledi. & per Alber. & Doct. in l. si nõ conuicij. C. de iniur. Notandum est etiam, quod hic dicit glos. de nocte, de qua habetur in alleg. l. Gracchus. vbi ponderat Sali. ꝙ tẽpus mitigat & aggrauat delictum: quæ videntur cõtraria. Sed soluit illud esse diuersis respectibus, quia respectu adulteri aggrauat, sed mitigat respectu mariti adulterum interficientis, qui tẽpore noctis nõ poterat habere notitiã seu cognitionẽ qualitatis hominis adulteri, quem cum vxore sua de nocte adulterantem inuenit. facit quod habet in l. qui occidit. ff. ad legem Aquil. & l. capite quinto. ibi, diurnas & nocturnas. ff. ad legẽ Iul. de adult. & l. qui seruum. ff. de
10 verb. obli. † Quartam declarationem huius regulæ adducit hic gl. per l. inter pares. ff. de re iudi. vbi habetur secundum Io. de Imol. in illius summario, ꝙ si duo iudices ordinarij pares numero ferant contrarias sententias, statur sentẽtiæ quæ fertur pro libertate, si causa super libertate vertebatur, aliàs stabitur sentẽtiæ, quæ fertur pro reo. Si verò feratur sententia super diuersis summis, valebit sententia lata super minori summa. Sed iste casus summarius dicti Ioã. de Imol. non videtur includere casum huius regulæ, quæ loquitur in pœnalibus, in quibus dicit esse benignius interpretandũ. Ideo hic glos. intelligit, ꝙ duorum iudicũ in publico iudicio sententiæ, vbi agebatur de crimine, vnus tulit sententiã punitoriam, alter absolutoriã, debet interpretari absolutoriam plus valere. Et ꝙ glos. sic applicando illam legem ad istũ casum, videtur probari in illo tex. ibi dũ dicit, quod & in publicis iudicijs obtinere oportet. ideo gl. ista videtur bene dicere. Sed videbatur, ꝙ si corã duobus iudicibus ordinarijs illa pœnalis causa verteretẽ, vtraq; sentẽtia deberet valere, quoniam apud vtrunq; pertinet iurisdictio, & iurisdictionis exercitiũ insolidum, vt l. j. ff. de offi. cõsulis. & in cõcor. ibi allegatis per Alber. & facit l. magistratus. ff. ad municip. Sed vt dicunt Panor. Benedi. & Doct. in c. fi. extra de sent. & re iudi. licet vtriusq; sit æqua potestas, & vtraq; sentẽtia dicatur valere, quia tamẽ sunt cõtrarię, nec cõcurrere possunt propter cõtrarietatẽ, eligenda est benignior seu fauorabilior, scilicet absolutoria, etiã absq; superioris approbatione, per d. l. inter pares. & antè dictum c. fin. vbi plenius possunt videri Doct. & Bart. in l. Pomponius si vni. ff. de re iudic. Quintò hæc regula, per glos. vera monstratur, per l. si præses. ff. de pœnis. de qua pariter Old. exẽplificat l. interpretatione. eo. ti. si quis accusatus sit de vi, & de illa cõdemnatus, non expresso an de vi publica, vel priuata, interpretandum & intelligẽdum est de priuata, quæ mitior est, vt dictis iuribus, cum ibi notatis per Bar. in pœnis enim, vt dicit ista gl. mitiores esse debemus, per d. l. interpretatione. & l. iij. §. si quis. ff. de bo. eor. qui sibi mort. cõsciue. Vltimo declaratur hæc regula, per l. hæ enim causæ. ff. de suspect. tut. vbi tutor remotus à tutela absq; dolo, non est infamis, vt Instit. de suspect. tut. §. suspectus. & ibi gl. Ange. Aret. super ea. & si causa remotionis in sentẽtia iudicis non exprimitur, non intelligitur remotus ex causa famosa, licet sentẽtia, vt dicit idẽ Bart. in d. l. hæ enim causæ: debeat referri ad acta, vt l. fi. C. de sent. quæ sine cer. quãti. profe. & l. si ex testamẽto. & l. si quis. ff. ad exhiben. cum ibi notatis in glos. ff. de excep. rei iud. in quibus actis si exprimebatur culpa solũ, nõ efficitur infamis ex sentẽtia, quæ ad acta debet referri: secus si dolus exprimebatur. Vbi verò exprimitur dolus & culpa, & interpretari debet ꝙ ob culpã solũ fuerit remotus, vt sit benignior interpretatio, per istã regulã, & d. l. si quis. ff. ad exhibendũ. & allegata l. si præses. & l. si de interpretatione. secundũ Bar. in d. l. hæ enim causæ. videte circa hæc plenius per me recitata in l. semper in obscuris. ŝ. isto tit.

Summarium.

1 Procurator alicuius esse nemo cogitur, secus in aduocato. & nu. 2.
3 Procurator omnis est infamis.
4 Defendere alium quãdo quis cogatur. & nu. 7. & 8.
5 Procurator quando non teneatur satisdare.
6 Procurator quando non reuocetur morte domini ante litem contestatam.
9 Factum præstare quando quis præcisè cogatur.
10 Defendere quẽ à morte vel vulnere an quis teneat.
11 Clericum à percussione nõ defendens an censeatur esse in dolo.

Inuitus nemo cogitur defendere.

QVIS dicatur inuitus, habetur in l. inuitus. C. de procur. & melius in l. filiusfamilias. §. inuitus. ŝ. eod. ti. & per Dy. & Io. And. in c. qui tacet. extra isto titu. lib. vj. Et aliqua recitata fuerũt de hoc in l. qui ta
1 cet. ŝ. eo. tit. † In dicta enim l. inuitus. habetur ꝙ constitutus ab aliquo procurator nõ cogitur officium procurationis suscipere, cum sit priuatũ, & sola voluntate suscipitur, vt ibi, & concordat tex. in d. l. filiusfamilias. §. inuitus. Licet videretur contrarium, quia tex. l. j. ff. de procura. dicit, ꝙ vsus procuratoria est necessarius. Sed Odofr. recitatus in l. j. C. eod. tit.
2 per Bal. exponit necessarius, id est, vtilis. † Et secus dicit esse in aduocato, quia cogitur inuitus iudicis mandato suscipere aduocationis officiũ, vt l. j. §. ait prætor. ff. de postulã. nam aduocati officiũ est, quo

dam modo publicum & honorabile, vt probatur in l.fori tui. & l.aduocati. C.de aduoca.diuer.iudi. vbi aduocati militibus æquiparantur. Et vt ibi dicit Bal. ita sunt necessarij aduocati ad salutem patriæ, etiam singulorū, sicut sunt necessarij milites armatę militiæ. Et quod quæritur ex aduocatione vel occasione illius, reputatur quasi castrense peculiū, vt d.l. fori tui. Secus est, vt ibi dicit Bal. in salario procuratoris, cuius est vilissimum officiū, non publicum sed priuatum. Ad quod allegat Instit.de excep.§.fi. Et quæstus procuratoris non est quasi castrense peculium, sed aduentitium, secundum Bartol. in l.velut. C.de assesso. & Bald. in alleg. l.fori. & ideo dicit idem Bal. in antè dicta l.inuitus. ꝙ quia procuratoris officiū est vilissimū, non cogitur quis, vt dictum est, illud suscipere. Bart. tamen in l.si quis procurationem. C.de decur.lib.x. recitatus per Ioā.de Ana. super rubrica, extra de magistris. sentit illud esse verum in procuratore cōstituto ad negotia, sed nō in constituto ad iudicia. Ioā. verò Fab. in §.fi. super gl. in verbo, conquiescere. Instit.de excep. ibi allegatus per Angel.de Aret. dicit officium procuratoris esse vile & onerosum, vt est text. & gl. in d.l.si quis procurationem. quāuis officium aduocati sit laudabi-
3 le, vt l.laudabile. C.de aduo.diuer.iudi. † Dicit etiā ꝙ omnis procurator infamis est, per d.l.si quis procurationē. & ibi tenet Andr.de Iser. Aliqui tamen sunt in opinione, illud esse verū in procuratoribus vilium personarū, puta Iudæorum, sed non in procuratoribus magnarum personarū, ita intelligentes d.l.si quis procurationē. sed secundum Ioā. Fab. hæc allegantes loquuntur contra illū tex. vbi ab habēte dignitatem fuerit cōstitutus procurator, vt ibi patet dum dicit text. totius dignitatis exceptione depulsa, grauissima pœna plectet. Illa priuatio enim præsupponit habitū. tenet ergo ipse Ioā. Fab. ꝙ recipere procurationē est infamia, vel est officiū vile, vt ibi etiā tenet glos. Ad quod etiā allegat l.curialis. C.locati. & l.fi. C.de excus.mune.lib.x. & C.qui milit.nō pos.l.iiij.lib.xij. & hoc si esset homo in dignitate, sed alij pauperes sine dignitate nō efficiunt infames. Doct. verò & milites recipiētes onus procurationis infamātur. Videte glos.de hoc in d.l.j.§. hoc edicto. ff.de postulan. Sed Bal. ibi dicit, ꝙ in curia Papæ vel Imperatoris, aut Regis nullus infamis potest esse procurator, quia illam curiā nemo infamis ingredi debet. l.sed & milites. §.sed ignominia. ff.de excus.tut. Vbi etiā idem dicit Bal. & ipse idem in l.reum criminis. C.de procur. in fi. & Dy. in c.infamibus. extra isto tit.li.vj. videte ad ista illud quod habetur in c.infamis. & c.seq. iij.q.vij. vbi dicitur, ꝙ infamis nō potest esse procurator vel aduocatus. quod facit pro opinione Bart. de qua suprà dictum est, q intelligit l.si quis procurationē. loqui de procuratore ad negotia, & non de procuratore ad iudicia, ad quæ infames ibi nō admittuntur, ideo cogitate. Quia nō inuenio illū tex. decreti ad hoc ab aliquo allegatū. Dicit tamen Alber. in alleg. l.j.§.hoc edicto. ꝙ officiū procuratoris ideo dicitur vile, vel vilissimū propter onus quod habet: non tamē prohibetur ꝓcurare vel esse procurator, sicut repelleret propter infamiā iuris, vt d.l.reum criminis. & licet tex. in sæpe dicta l.si quis procurationē. dicat infamiam esse suscipere procurationem, intelligitur, secundum Dy. ibi recitatū per Iac.Rebuf. hoc esse dictum respectu honoris, quem habēt decuriones vel curiales, non autem simpliciter, ita ꝙ infamet, quia nō est de modis quibus quis infamatur, per totū tit.
4 ff. & C.ex quibus cau.infa.irrog. † Pro declaratione huius regulę gl. hic ponit vnā distinctionē, quæ videri potest, ad sciendū, an quis aliū defendere sit cogendus: & si nō faciat, ad quid teneat. Et concludit, ꝙ vbi nō interuenit mandatū, interuenit tamen satisdatio de defendendo, distinguendum est, an satisdatio illa sit præstita pro defensione actoris, an pro defensione rei. Circa quam satisdationē est aduertēdum, ꝙ si ꝓcurator datus, aut cōstitutus sit ex parte actoris vel rei, non cogit, vt suprà dictū est, inuitus officium procurationis acceptare, per iura allegata. Si autē assumpserit onus procurator pro parte actoris cōstitutus ad agendū, si constet de suo mādato, admitti debet, vt l.si procuratorē. ff.de procur. Sed si de suo mādato dubitetur, tenetur prius ꝙ admittatur, illud ꝓbare vel cauere de rato, vt l.j. C.eo.tit. vbi dicit Bal. procuratorem ita legitimari per cautionem, sicut per probationē mandati, per illā l. & per id quod habetur in l.qui bona fide.§.si alieno. ff. de dam.infe. nisi certū esset, ꝙ gerens se pro procuratore, non haberet mandatū: tunc enim nō admitteretur etiā cum cautione, nisi esset cōiuncta persona, secundū Hosti. in summa de procurat.§.ad quid teneatur. vers.patet ergo. quæ cōiuncta persona admitteretur cum cautione de rato, nisi tamē contraria volūtas illius, pro quo cōparetur, appareret, vt l.Pomponius. in fi. ē.eo.tit. & in c.ex parte decani. extra de rescrip. Aliàs nemo litis alienę defensor intelligitur sine satisdatione. l.qui proprio.§.qui aliū. ff.de procur. Dominus tamē releuare potest procuratorem ab eo cōstitutum, pro ipso sub hypotheca rerum suarū satisdādo, vt Instit.de satisd.§.si verò. & §.seq. cū ibi notatis. & ita cōmuniter practicat. Quæ satisdatio tria cōplectitur, scilicet de dolo vitando, de defendēdo, & iudicatū soluendo: quod est in procuratore rei nō releuati à domino, vt l.iudi-
5 catum. j.ff.iudica.solui. † Procurator etiam actoris cōstitutus apud acta nō tenetur satisdare de rato, sed bene de defendēdo eum, cuius nomine agit, vt l.omnium. ff.de procur. & l.vnica. C.de satisd. facit l.si cum dotē.§.si pater. ff.sol.mat. Ponit ergo hic gl. casum de l.mutus.§.fi. cū l.seq. & seq. vsq; ad versum, Sabinus. ff.de procur. vbi primò loquitur de procuratore rei, qui satisdedit de eius defensione, vt hic dicit glos. inuitus nō cogebat, tamen bene cōmittitur stipulatio contra eū, quia cogetur accipere iudiciū, ne frustretur actor, qui satisdationē accepit: & hoc nisi subsit iusta causa, vt ibi in illis text. & per glos. & Docto. explanatur. Quorū explanatio potest ibi videri, per Doct. maximè Bal. & Albe. Si verò præstita fuerit satisdatio, nō ab ipso defensore rei, sed à reo ipso, tamē defensore volēte, vel sciēte, & sic non ignorāte, cogitur præcisè defendere. Eo autē nolēte vel nesciēte nō cogitur, sed tamen cōmittit stipulatio ob rem nō defensam, vt l.si defunctus. ff.de procurat. Ad quod declarandū sciendū est, vt ibi habetur, ꝙ si dominus pro suo procuratore volēte satisdedit, etiam mortuo domino procurator iudicium

præcisè suscipere cōpellitur, vt ibi. Contra quod fa
cere videtur, scilicet ꝙ tunc nō cōpellatur præcisè.
l. non cogendũ. §. Sabinus. eod. tit. Sed nō obstat, vt
ibi not. & in d. l. filiusfamilias. §. fin. Quando enim
nulla satisdatio per dominũ est interposita ante litē
cōtestatam, non cogitur præcisè procurator rei de-
fendere ipsum. Sed quādo præstita est eodē procu-
ratore volēte satisdatio, secus est, quia per eam per-
6 petuatur mandatũ procuratoris rei. †Sed cōtra hoc
fit vna satis dura oppositio, quoniā si dominus mo
riatur ante litē contestatā, lis illa siue res est integra,
vt videtur tex. in authen. de litig. §. si verò initium.
colla. viij. Ideo morte domini videtur finitũ manda
tum, vt l. inter causas. in prin. ff. mand. & l. mādatũ.
C. eod. tit. & Instit. illo eod. tit. §. item si adhuc. & sic
falsum igitur esse videtur, ꝙ procurator rei mortui
ante litē contestatā, etiam satisdatione præstita pro
eo cogi debeat inuitus litē prosequi, imò potius re-
pellendus videtur, cum desinat habere mandatum.
Glos. & Doct. ad soluendũ laborauerũt. Aliquorum
fuit opinio, in d. l. si defunctus. ꝙ dominus deces-
serat post litē contestatā, sed ante illā fuerat præstita
satisdatio, licet sint pręstādæ omnes cautiones ante
illam contestatā, vt l. Pomponius. §. rati. eod. ti. & l.
vnica. C. de satisdan. iste tamē intellectus nō placuit
glos. in antè dicta l. si defunctus. Et est cōmunis opi
nio, ꝙ ibi erat mortuus dominus ante litē contesta
tam, per cuius mortē nō expirat mādatũ: & quam-
uis ante mortē dicatur res integra, vt dictũ est, hoc
est verum, vt mandatũ possit expresse reuocari, sed
vbi agitur de tacita reuocatione per mortē, manda
tum non dicit reuocari tacitè, per dictā mortē, pro-
pter satisdationē præstitā per dominũ, quia cautio
per eũ præstita dicitur præparatoria litis: & sic non
videtur, ꝙ possit dici res integra inter dominũ, &
procuratorē, sicut in simili dicitur de querela inoffi
ciosi testamēti pręparata quo ad trāsmissionē, vt l.
posthumus. §. fi. cũ l. seq. ff. de inof. testa. Circa quod
videri potest plenius Bal. & etiā Alber. in alleg. l. si
defunctus. qui cōcludunt, ꝙ minus operat reuocatio
tacita per mortem, q̃ expressa reuocatio facta per
constituentē. & assignatur per eos ratio, quia morte
cessat voluntas cōstituentis, vt l. qui ad certũ. ff. lo-
cati. & licet etiā dicatur, ꝙ omnia soluit mors, vt in
§. deinceps. in authen. de nup. coll. iiij. hoc est ex con
traria præsumptione, & cōiectura, vbi res est inte-
gra, nec habent interesse dominus ipse vel procura-
tor, si fiat tacita mandati reuocatio. Sed vbi domi-
nus promisit iudicatũ solui sciēte suo procuratore,
non est aliqua præsumptio vel cōiectura de reuoca-
tione mandati, quia si reuocaretur, cōmitteret stipu
latio iudicatũ solui contra fideiussores à dño datos.
& ita dicũt Doct. esse intelligēdam d. l. si defunctus.
vbi dicit Bar. ꝙ licet satisdatio sit de pręparatorijs,
quæ præparatoria nō faciant rem non esse integrā,
vt l. si pecuniā. in prin. ff. de condi. ob cau. hoc est ve
rum, quo ad expressam: secus in tacita per mortem,
7 vt not. in d. l. si defunctus. cum l. seq. †Subiungit gl.
hic in sua distinctione, ꝙ si procurator actoris satis-
dedit de defendendo, præcisè cogi potest, vt l. sed &
hæ. §. defendere. & §. seq. qui incipit, præter satisda-
tionem. ff. eo. tit. vbi attendi debet secundũ glos. ibi,
& Docto. ꝙ illa satisdatio est de iudicato soluendo,
quoniam ibi defendebat procurator actoris domi-
num recōuentũ fortè. Et qui ipsum defendit, nō de-
bet dare cautionē de defendēdo, secundũ Bar. per l.
seruum. §. ait prætor. & ibi plenius Albe. eod. ti. Et
est notandum, ex his quæ habētur in d. §. defendere.
cum d. §. præter satisdationē. ꝙ habens mandatũ ad
agendũ, potest cogi ad defendendũ, nisi subsit iusta
causa, quare hoc facere nō teneatur. Tunc enim non
cōpellitur, nec stipulatio cōmittitur, vt ibi habetur
in d. §. præter satisdationē. Quod secundũ Albe. ibi
procedit, vbi procurator ipse satisdedit per suos fi-
deiussores. Sed si dñs ipse satisdedisset, & ex causa iu
sta desisteret procurator à defensione, nihilominus
contra dominũ, & suos fideiussores cōmitteret sti-
pulatio ob rem nō defensam. Et ad vnũ quod ibi di
cit glos. scilicet ꝙ vbi actio esset tēpore peritura, te-
neatur procurator defendere, dicit Albe. hoc nō esse
verum, quādo nec procurator, nec dominus satisde
disset, vel si dominus hoc fecisset nesciēte, vel igno-
rante procuratore: quia tũc præcisè nō cogitur de-
fendere, etiā si actio esset tēpore peritura. Vbi autē
nō est à domino vel procuratore satisdatũ, glos. ve-
ra est & tenenda, per ea quæ habētur in alleg. l. si de-
8 functus. †Sed illud quod dictũ est, procuratorē quan
doq; posse præcisè cogi ad defendendũ, mirum vi-
detur, quia illud est factũ, ad quod quis præcisè non
tenetur, sed ad interesse, iuxta illud quod habetur in
l. si quis ab alio. ff. de re iudic. & faciunt not. in l. vbi
autem. ff. de verb. obli. Sed secundũ Bal. in d. §. præ-
ter satisdationē. in hac materia ideo est, ꝙ procura-
tor præcisè cogēdus est defendere, etiā per suæ per-
sonæ detentionē, seu capturā pignorũ, vel per mul-
ctam impositā, ne autoritas prætoris illudatur. Et
hoc si nō habeat ipse procurator iustā causam non
defendendi, de qua cōstet, vt vult glos. in sæpe dicto
§. præter satisdationē. per prædictam l. non cogen-
dum. vers. Sabinus. Talis enim obligatio ad factum
descēdit ex cōtemptu, quādo procurator, qui satis-
dedit, nō habet iustā causam non defendēdi, vt l. sti-
pulatio. ff. de noui ope. nunt. Idem videmus in obli-
gato actione reali, qui cogitur ad factum, scilicet ad
restituendum rem, vt l. qui restituere. ff. de rei vend.
In actione verò personali promissoria à principio,
ex qua nō impleta fides frangitur parti promissa &
iudici, idē dicendũ est, ꝙ promissor præcisè potest
cogi, vt d. l. filiusfamilias. §. procuratorē. Si autē ad-
uersario soli fides nō seruaretur, promissor præcisè
ad factum nō est cogendus, sed ad interesse, vt iuri-
bus allegatis, & l. stipulationes nō diuidũtur. §. Cel-
sus. ff. de verb. obli. quod tamen fallit in d. §. præter
stipulationē. & hoc est, vt dicit Bal. ibi, propter iu-
diciorum rigorē. item addit ipse fallētias, quādo est
actum tacitè vel expressè, vt præcisè promissor te-
neatur, vt l. hæreditatē pater. ff. de dona. cum ibi no-
tatis per Bar. & Io. de Imol. Alia est fallētia, quādo
nō est merum factũ, sed ius dandi & tradendi anne-
xum, vt in venditore, qui præcisè cogitur tradere
emptori rem venditā, cuius pretiũ recepit, si illā ha
bet, secundum veriorē opinionem Bart. Bal. Sali. &
Alber. & Oldr. post Mart. in l. j. ff. de actio. empt. &
vend. licet plures magniq; Doct. vt ibi recitatur, &
in l. si traditio. C. illo eod. ti. fuerint in opinione cō-
traria, ꝙ præcisè, scilicet venditor ad traditionem

non teneatur. Sed ſuprà dicta videtur verior & te-
nenda, per ea quæ ibi habētur. & in l. ſi hi qui. C. lo-
cati. Et pro hac opinione, ꝙ teneatur venditor tra-
dere modo præmiſſo, hoc eſt, ꝙ illā habeat, & pre-
cium ſibi fuerit ſolutū, allegat Bal. in d. §. pręter ſa-
tiſdationem. tex. qui hanc probat opinionē. j. q. j. c.
qui ſtudet. cum ibi legiẽ, nemo retinere poteſt quod
vendidit. ſuper quo tex. Archi. illā ſequi videtur, vt
9 ibi poteſt videri. † Fallit etiā, vbi eſt appoſitū iura-
mentum, vt l. ſi quis maior. C. de trāſact. Item fallit
in caſibus, vbi quis cogitur ad vendendū, vt bladū
tempore cariſtiæ, ad hoc ne populus fame tabeſcat,
etiam cōmuni pretio meliori, & ad faciendum pa-
nem pro exercitu, vt not. per Bal. in l. ſi pendentes.
§. ſi quid cloacarij. ff. de vſufr. Plures alias fallentias
ponit Iac. Rebuf. in l. j. C. de metallis & metallarijs.
lib. xj. Videlicet in illa lege, item in l. ſi locus. in fin.
ff. quemadmo. ſer. amit. & l. ſi quis ſepulcrum. ff. de
relig. & ſump. fune. Et in l. vnica. C. de cōmu. ſer. ma.
circa medium. & in l. ij. C. de cōmu. re. alie. & l. ij. §. j.
ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Et l. ſi domus. §. qui
cōſtetur. ff. de leg. j. & l. ſi hæres. ff. de actio. empt. &
vend. & l. cōmuni diuidundo. §. ſi. ff. cōmuni diui. &
l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. ij. in quibus iu-
ribus patent caſus, in quibus ad factū quis præciſè
tenetur. Quibus addi poſſunt ea, quæ recitaui in l. in
ambiguis pro dotibus. ſ. iſto tit. verſ. fallit etiam in
alijs caſibus. cum ſequen. Addit vlterius iſta gloſ. ad
ſuprà dicta, ꝙ ſi nulla præſtita ſit ſatiſdatio ab ali-
quo, nemo cogitur defendere, per iſtā regulā, & iu-
ra ſuperius allegata: dicens tamen poſtea, ꝙ vbi in-
teruenit mandatū idem, & cum prædicta eadem di-
ſtinctione dicendū eſt, cum additione tamē, ꝙ ſi nō
fuerit ſatiſdatio præſtita, dominus qui procurato-
rem cōſtituit teneatur, quia eo ipſo ꝙ procuratorē
cōſtituit, mandaſſe videẽ de ſatiſdando, vt l. ad rem
mobilem. & l. ad legatū. ff. de procur. Cui enim con
ceditur vnū antecedens, conceditur & cōſequens, vt
plenius per Doct. in d. l. ad rem mobilem. & maxi-
mè in cōnexis, ſimilibus & vicinis. Facit iiij. diſt. c.
deniq;. & ibi per Archi. & melius per eum xliiij. diſ.
in ſumma. & quod habetur in l. qui procuratorem.
ff. de procura. & ibi notabiliter per Bal. & l. iam ta-
men. §. in hac ſtipulatione. ff. iudica. ſolui. per Doct.
Cætera huius articuli videte per Doct. in locis al-
10 legatis. † Extra gloſ. hic poſſet opponi cōtra iſtam
regulam, de his quæ habētur in c. ne inferenda. & c.
fortitudo. xxiij. q. iij. & quæſtio. iiij. c. ipſa pietas. &
extra de ſenten. excō. c. quantæ. & c. dilecto. eod. tit.
vbi videtur probari, quòd quilibet tenetur defen-
dere à morte vel vulnere, ſi poſsit, proximū ſuum
vicinum vel ſociū inuaſum, ita ꝙ qui poteſt, & ne-
gligit defendere, videtur iniuriantem fouere, & eſſe
particeps eius delicti. Hoc tamen eſt ex interpreta-
tione iuris, vt alleg. cap. quātæ. & per Bar. in l. is qui
opem. ff. de furtis. & l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de
iniurijs. de quo dicite, vt plenius recitatum fuit in l.
culpa caret. ſ. iſto tit. Sed videte Panor. in d. c. quan-
tæ. vtrum ille ſit excōmunicatus, qui potuit obuia-
re vel defendere, ne clericus percuteretur, quod non
fecit. & videtur ipſe Panor. poſt Inno. & Doct. eum
ſequentes reſidere ꝙ ſic, ſi habebat iuriſdictionem
vel poteſtatem in verberantem clericū, ſi ille potēs
prohibere iuriſdictione vel poteſtate, doloſè hoc pa
tiatur: ſecus ſi non doloſè, ſed ex negligentia fortè,
vel quia rumores fugiebat, nolens ſe illis immiſce-
re, tunc nō incideret in excōmunicationem, de qua
in Canone, ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. quod probat
ille textus, dum dicit, ſuadēte diabolo. Ceſſante igi-
tur dolo, ceſſaret illius canonis diſpoſitio, argu. l. j.
C. ad legē Cornel. de ſicar. cum ſimilibus. Et ſecun-
dum prædictum Panor. facit tex. dicti c. quātæ. ibi,
dum dicitur in eo fauere interpretans: & ſic intēdit
decretalis laqueare, non ſimpliciter negligentē vel
pro ſuo cōmodo, ſed ſe retrahētem pro fauore ver-
11 berantis vel ſuo. † Quærit tamen ipſe Panor. an ſit
præſumptio doli, eo ipſo ꝙ pręſens quis fuit, & po
tuit obuiare, ne clericus percuteretur, & nō obuia-
uit. Et videbatur ꝙ nō, quia probari debet dolus ab
illo, qui eū allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba.
facit quod habetur in c. ij. extra de renun. lib. vj. Sed
tex. dictę decretalis, quātæ. videtur interpretari do-
lum & fauorem eo ipſo, ꝙ non obuiauit potēs ob-
uiare, cōtra quem eſt præſumptio. Dolus autem, vt
dicit ipſe Panor. probatur ex coniecturis. Ad quod
tamen nihil allegat. ſed allegate vos tex. in l. dolum.
C. de dolo. vbi tamen tex. aliter loquitur, & dicit il-
lum probari ex indicijs perſpicuis, id eſt, vt ibi ex-
ponit Albericus, apertis & manifeſtis, per l. fi. C. de
probat. quæ Canonizata eſt. ij. quæſtio. vlti. c. fin.
Quomodo autem præſumatur dolus, & de modis
præſumendi, videte pleniſsimè Alber. in alleg. l. do
lum. C. de dolo. & hæc ſatis ſint ſuper hac regula.

Summarium.

1 ☞ Tempus magnum vel paruum quod dicatur. &
nume. 2.
2 Locatio ad longum tempus eſt quædam alienatio.

Cui damus actionem, eidem & exceptionem competere, multo magis quis dixerit.

SVMPTA fuit ad lite
ram hæc regula ex tex. l. j.
§. quod autem ait prætor.
ff. de ſuperficiebus. vbi ha-
betur, ſecundum quod hic
declaratur per gl. & ibi per
Bart. ꝙ ſi quis fundum ad
non modicum tempus cō-
duxerit à domino illius,
vt ibi ſuperficiem imponat, datur ſibi vtilis actio
in rem etiam cōtra dominum, & etiam ſi dominus
agat, datur ſibi exceptio contra illum, vt ibi, & hic
dicitur. Secus foret, ſi ad modicum tempus condu-
2 xiſſet. † Quod autem paruum dicatur vel magnum
tempus, fuerunt opiniones Docto. vt recitat Bart.
in dicto §. quod autem ait prætor. & per ipſum. &
Bal. Ioan. de Imola, & Paul. de Caſtro, & Angel. in
l. ſi filio. j. §. fin. ff. ſoluto matrimonio. quidam dixe-
runt, magnum triginta dies, quidam biennium, alij
quinquennium: quæ opiniones falſæ ſunt in illo ca-
ſu, ſecundum prædictos Doctores, per dictum §. ſi.
in rat

2 in ratione sui.† Alij dicunt, quòd decenniū dicitur
longū tempus, vel, secundū alios, id est arbitrio iu-
dicis relinquendum: quod tenet gl. in antē dicto §.
quod autem ait prætor. Sed gl. in l. j. in fi. & l. seq. ff.
si ager vectiga. vel emphy. petatur. tenet opinionē
quæ decēnium dicit esse longum tempus: quā opi-
nionē recitat Bar. esse communē apud Canonistas,
in cle. j. de reb. eccles. non alie. Per locationem enim
ad longum tempus dicitur fieri quędam alienatio,
cum transferatur vtile dominium, iuxta notata in
dictis iuribus. & facit l. si cum fideicommissaria. §.
Aristo. ff. qui & à quib. ma. libe. non fi. & l. fin. C. de
3 præscript. longi tempo.† Glos. tamen singularis in
l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. dicit, quòd lo-
catio ad centum vel mille annos, non est alienatio.
Sed illa gloss. communiter reprobatur per Docto.
ibi, & per glos. & Docto. in dicta cle. j. vbi idē dicit
Ioann. de Imol. qui allegat ad hoc id, quod habetur
in authen. de alien. & emphy. loca. & §. locationes.
collatio. ix. & eam ibi reprobat etiam Angel. Iura
verò quæ allegari ad hoc possunt pro prædictis di-
uersis opinionibus, debere dicit Ioan. de Imol. ob-
seruari in suis casibus. Et cōcordat cum glos. dictæ
clemen. quæ dicit, quod tempus dicatur esse modi-
cum vel magnum, relinquatur iudicis arbitrio, qui
considerare debebit terrarum consuetudines, & sin-
gulas rerum & personarum circunstantias & qua-
litates. Et ita pertransit post Guliel. de monte Lau-
duno. & ibi Pet. de Anchar. Hoc autem verum est,
q; conducens rem ad non modicum tempus, habet
ius in re, vt in l. j. §. fi. ff. si ager vectiga. vel emphy.
pe. cum ibi not. per Bart. & Doct. Opponit deinde
hic glos. cōtra hanc regulam, quòd cui datur actio,
non detur exceptio, de l. penultima. & l. fi. de publi-
ciana. vbi qui emit à non domino, habet publicia-
nam cōtra omnes, sed non contra dominū, & emēti
non dominus contra dominū non datur exceptio,
imò exceptio dominij obstat agēti publiciana. Sed
vt ibi dicit Angel. dominium est potentius quasi
dominio: ideo nō est mirum, si habens publicianā
illā contra dominū non potest intentare, & etiā nō
habeat exceptionem contra ipsum agentē rei ven-
dicatione. Et ideo debet intelligi, secundum glo. ista
regula, q; cui contra aliquē competit actio de iure,
contra eundem datur exceptio. Sed contra verum
dominū emptori à non domino non cōpetit actio
publiciana, ergo nec exceptio, per dicta iura. Fallē-
tias habet tamen hæc regula, quas ponit glo. de l. si
quis cōductionis. C. locati. vbi Albe. ponit casum:
quidam locauit domū, qua finita locatione, loca-
tor petit à conductore illius domus restitutionem,
conductor dicit excipiēdo aduersus petitionē præ-
dictam, illam domū esse suam, qua exceptione non
obstante, conductor ille non potest restitutionē lo-
catori denegare, licet glo. ibi aliter ponat casum in
principio. in fine tamen sequitur illum, quē appro-
bauit Odofr. & Guliel. de Cug. Et rationem reddit
Albe. quia conductor habet causam à locatore. Ad
quod allegat l. nec creditores. C. de pign. actio. vbi
habetur, q; qui habet causam ab alio, non potest ei
referre quæstionem dominij, per illum tex. & dictā
l. si quis cōductionis. Vbi hoc dicit verum Io. Fab.
quando locatio clara est, vel per confessionem cō-
ductoris, vel per probationē. Et ad istam regulam,
quā ibi allegat, dicit ipsam non obstare, quia attē-
ta æquitate dictæ l. si quis cōductionis. quæ nō pa-
titur referri dominij quæstionem, prouisum est per
eam aduersus iura, quæ in contrariū facere possent.
Similes hic fallentias ponit gl. in possessorijs, vt in
authen. de trien. & semis. §. illud quoq;. colla. iij. vbi
per Ang. & in l. j. in princ. ff. quorū lega. In quibus
gl. hic distinguit, an conuentus habeat in promptu
probationes sui iuris, de quo excipit tā in posses-
sione, quàm in proprietate, an non: & non teneatur
restituere si habeat, secus si nō habeat, per id, quod
habetur in l. iij. §. ibidem. ff. ad exhibēdum. & l. ille
à quo. §. j. ff. ad Trebel. & ff. vt in posses. lega. l. si is à
quo. C. de cōpensa. l. fi. & l. iij. §. causæ. ff. de Carbo.
edict. Quidam tenent, q; etiam prompta fides quā
de suo iure offert conuentus de illo excipiendo, non
releuat eum, iuxta nota. in l. si de vi. ff. de iudi. habi-
ta consideratione super possessione restituenda, vel
adipiscenda, aut retinēda. super quibus videte ple-
nius Doctor. in dictis locis, & in antedicta l. si quis
conductionis. in casu cuius, vt ipsi dicūt, nō habe-
ret locū dicta distinctio, quia illa lex prohibet omne
litigium super dominio, vt ibi in tex. Ad quod vi-
deri possunt not. Innoc. & Doct. in c. ij. extra de re-
sti. spoli. c. ij. & in sæpedicta l. si quis cōductionis. &
per Spec. ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. liij. & cxlvij.

Cum quis in alienum locum successit, non est æquū ei nocere hoc, quod aduersus eū nō nocuit, in cuius locū successit.

MATERIA & veritas huius
regulę fuit expedita in l. in his of-
ficijs. §. non debeo. & plenius in l.
quod ipsis. quā gl. hic in fi. allegat
& ad eam remittit sub isto ti. Glos.
autē super ista regula allegat Pri-
mò l. iij. §. si quis ab autore. ff. de itine. actuq; priu.
qui clarè probat intentionem huius regulæ. Secun-
dò allegat l. ij. §. si defunctus. aliàs est §. si eam rem.
§. si defunctus. aliàs sunt duo §. ff. de vsuca. pro emp.

Summarium.

1 ☞ Bona fides possessoris nō prodest singulari suc-
cessori in mala fide existenti.

Plerunq; emptoris eadem causa debet esse circa petendum aut defendendū, quę fuit autoris.

VIDETE gl. ad cuius declaratio-
nem sciendū est, q; sicut dicit ista
regula, eadē est causa emptoris, &
autoris eius. Bona fides tamē vē-
ditoris vel transferentis rē in em-
ptorē, vel singularē successorē illi
singulari successori habenti scientiā rei alienæ, non
prodest, vt ibi habetur in d. §. si eā rē. sic intellecto
per Doct. Secus dicitur in vniuersali successore, etiā
sciente rem alienā esse, quā bona fide emit ille, cuius
1 est vniuersalis successor.† Nam licet bona fides au-
toris non prosit singulari successori habenti scien-
tiam malæ fidei, vt probat ista regula, loquens de

emptore singulari successore, & text. in d. §. si eam rem. Secus est dicendum in vniuersali successore. & rationem reddit gl. quam sequitur Ioan. de Imol. in dicto §. si defunctus. quia successor vniuersalis repraesentat personā defuncti, cum quo censetur eadem persona, vt in auth. de iureiuran. à mo. praesti. colla. v. Addit etiam dicta glos. in hoc notanda rationem esse in hoc, quia haeres vniuersalis etiā habens rei alienae scientiam, quā non habebat defunctus, sed erat bonae fidei, ipse inquam hęres nō adiuisset haereditatem, ipsa haereditas propter bonam fidem defuncti vsucapere potuisset, vt l. nunquam. §. vacuum. ff. de vsucap. Vult plus illa glos. notanda in dicto §. si defunctus. q̄ si ipse defunctus tempore quo emit rem, habuisset malam fidem, bona fides haeredis sibi non prodesset, vt ibi. Caetera dicite circa hāc regulam, vt in locis superius alleg. & quod dictū fuit in l. qui in ius dominiū ve. ō. eo. tit.

Summarium.

1 ☞Exigere prohibitus, an à sponte offerente accipere mercedem posit.

Quod cuiq; praestat̄, inuito nō tribuitur.

GLOSSA hic remittit pro intellectu huius regulae ad ea, quae habentur in l. inuito. ō. isto tit. secundū quam intelligere videtur istam, vbi videri possunt p me plenius recitata. Sed glos. ista opponit de his, quae habentur in l. omnes qui vbiq; §. exequutoribus. C. de episc. & cleri. vbi prohibetur exequutoribus iudiciorum, ne exigant aut sperare vel recipere audeāt maiores sportulas à clericis etiam volentibus, quàm ibi taxatae sint: & sic clericis illis inuitis datur priuilegiū, ne sportulas maiores etiam volentes soluant. Ad quod respondet gl. q̄ clerici bene possunt dare maiores, sed exequutores recipere non possunt, eis obstāte prohibitione legis. Et istam glossam commendat hic Bart. illam inducens, q̄ si statuto cauetur, q̄ notarius curiae alicuius, nō debeat recipere salarium de aliqua scriptura, à spōte soluēte vel soluere offerēte nō posit recipere: quia spōte soluere volēs vel offerens, non potest illi statuto renuntiare, sicut nec clericus priuilegio minoris solutionis sportularum. Statutum enim non disponit circa eos, qui soluere volunt, sed circa notarium. Et ita etiam voluit gl. in dicto §. exequutoribus. super verbo, audiētibus. & hoc recitat Io. de Ana. in c. j. in fi. extra de simon. dicens sicut dicit hic gl. aliud esse in meretrice, quae licet turpiter & illicite q; faciat, licitè tamen recipit quod sibi datur, vt l. idē & si stuprū. §. sed quod meretrici. ff. de condicti. ob turp. caus. Ad ista allegat etiam idem Ioā. de Ana. illud quod habetur in c. cū ab omni. extra de vita & honest. cle. & c. statutum. §. cum super. & §. sequen. extra de rescript. lib. vj. in
1 quibus tractatur, †an iudices delegati, assessores, vel notarij, qui non possunt exigere, quod est ab inuito extorquere, vt l. xj. §. si rem. ff. de legat. iij. posint à sponte soluere, tradere, vel dare volentibus recipere. In dicta enim decretali, cum ab omni. dicitur & habetur, q̄ ecclesiastici iudices & delegati, gratis debēt iudicare, nec exigere possunt decimā vel aliā partem litis, etiā si hoc habeat consuetudo, quae ibi reprobatur. Dicit tamen ibi Ioan. de Imol. quòd in iudice seculari videtur posse tolerari consuetudinē, vt pro salario suo posit recipere, per illud, quod habetur in authen. de iudicibus. §. ne autē circa hoc labor. collat. vj. & idem tenet iacob. Rebuf. in l. curiales. C. de praedijs curialium. lib. x. puta in petendo aliquid pro interpositione decreti. Ad quod allegat id, quod habetur in authen. de defenso. ciuita. §. quia verò. collation. iij. Sed de his videte plenius Hostien. Ioan. Andr. Panormit. & Ioan. de Imol. in antè dicto cap. cum ab omni.

Summarium.

1 ☞Seruus in quibus delictis domino obediat.
2 Atrocia crimina quae dicantur.

Ad ea, quae non habeant atrocitatem facinoris vel sceleris, in his ignoscitur seruis, siue dominis, siue his qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus & curatoribus obtemperauerunt.

GLOSSA in l. liber homo. in princip. ff. ad legem Aqui. allegat istam regulā. De obedientia, quae debetur iudici, dictum fuit plenè in l. non videntur. §. qui iussu. ō. isto titu. De obedientia filij, quae debetur patri, satis narratum fuit in l. is damnum dat. ō. eod. tit. De seruorum autem obediētia loquitur haec regula, de qua aliquid dictum fuit in l. velle non creditur. ō. isto titu. & plenius hic dicendū restat, vt hic in glos. ad quam remisi in dicta l. is da-
1 mnum dat. †Pro cuius expeditione videbatur, quòd extra scelera vel crimina, seruus teneatur ad obediētiam domino pręstandā, sed nō in delictis, vt l. ij. §. is qui non prohibuit. ff. de noxal. Ista tamen regula videtur aliter loqui, scilicet quòd etiam in delictis vel sceleribus non atrocibus teneatur obedire domino, aut eius tutori, vel curatori, qui loco domini habetur, vt l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furtis. Dici autem potest secundum gl. hic, & in l. seruus non in omnibus. ff. de action. & obligati. & ea, quae habentur in dicta l. liber homo. & Bonif. de Amanatis in cap. quod quis mandato. extra eodem titu. libr. vj. q̄ in atrocioribus delictis seruus non debet domino obedire, & obediendo nō excusaretur, per istam regulam: si tamē obediret, mitius puniretur, per id, quod habetur in l. seruos. C. ad legem Iul. de vi publ. vel priua. Ad quod facit id, quod subiūgit ista gloss. quòd scribitur j. Petri c. ij. Subditi estote dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis, id est, secūdum eandem glo. discordātibus à fide catholica. Facit etiā quod habetur in l. j. §. excusantur. ff. ad Silleia. senatusconsult. In non atrocibus autem licet obedire non teneatur, nec est puniendus si non obediat, secundū pręedictū Bonif. de Ama. ne lex videatur aliqua delicta fouere, quae magis omnia prohibet, vt l. j. ff. de legib. Si tamē in illis

illis nõ atrocibus domino obediat excusatus est, vt d.l.liber homo. & l.seruus nõ in omnibus.secũdum
a praedictas glos. †Quae autem dicantur atrocia vel leuia delicta, tangit hic glos. quae dicit non atrocia seu leuia esse modicae rei furtum, seu modicae rei damnũ. Atrocia verò magnae rei furtum vel damnũ, & homicidia, & poenalia capitalia crimina, quae dicuntur atrocia, secundum Azonem, vt l.Pedius. §.j.ff.de incen.rui.naufrag. Bonif. verò de Aman. in allega.c. quod quis mandato. dicit, quòd capitalia dicantur atrocia, siue deliberatè, siue calore iracũdiae committantur, mitius tamen puniantur, quãdo calore illo, seu domini mandato sint commissa, vt allegata l.seruus. & l.quod calore.ẽ.isto tit. Non capitalia autem, quae relegationem vel minorẽ poenam exigunt, si committantur ex animo vel deliberatione per seruum iussu domini, non excusatur seruus: sed si ex iracundia vel lite aut contentione suborta, videretur excusatus, si sine dolo hoc fecerit animo parendi domino. Subiungit tamẽ, quòd hoc videtur arbitrio iudicis relinquẽdum, inspecta qualitate personarum, domini iubentis & serui, & rei super qua fit, an magna sit vel parua, per dictã l.Pedius.§.j. Vel si vultis, dicite, secũdum Floriantũ de sancto Petro in saepedicta l.liber homo. quòd leuia crimina dicuntur, in quibus non exigitur dolus, vt in furto circa modicã rem cõmisso, vt vult ista glos. quam allegat & sequitur. & facit secũdum eum l.si libertus.ff.de furtis. quae bene hoc probare videtur, & l.respiciendum. §.furta domestica. ff.de poenis. & facit quod habetur in l.auxilium.§.in delictis.ff.de mino. Vbi autem dolus adest, & magnũ praeiudiciũ affertur, dicitur grauius crimen, vt vult Bart. in l.non solum.§.si mandato.ff.de iniurijs. vbi hoc tangit, & maximè vbi est iniuria personalis, quae grauior est quacunq; reali, vt l.in seruorum. in fin.ff.de poen. & not. in l.qui ergo.§.poena grauior. ff.de his qui no.infa. Videte ad ista illa, quae recitaui in l.ferè in omnibus.ẽ.isto titu.vers.si verò agatur criminaliter. Videte Ang. Aret. in suo tractatu criminum. in prima glos.vers.tertia est.

Semper qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo habendus est ac si haberet.

IN l.qui dolo. & l.parẽ.ẽ.isto titu. fuit expedita materia huius regulae. & ad ibi notata remittit ista glos. Quae deinde opponit contra hanc regulã, de l.iiij. in fi.ff.si quis omis.cau.testa. Sed ille §.bene visus magis concordat. Ibi enim venditor haereditatis tenetur quasi posidens, non quasi desinens dolo posidere. Dicit tamen ibi Bart. quòd non tenetur illo edicto, sed actione ordinaria, per l.ij.C.de haeredi.vel actio.vendi. & illi concordat Bald. dicens, quòd qui vendit haereditatem, non tanquam fraudulentus, sed tanquã verus haeres tenetur, & sic non ex capite fictionis, sed ex capite illo, quo repraesentatur veritas. Facit ad hoc, vt etiam dixi, in allegata l.qui dolo. quoniã institutus haeres vendens haereditatem dicitur illam adire, cum solo animo verbo vel facto declarato adeatur, vt l.si aula.C.de iure deliberan. cum ibi notatis. & in l.pro haerede. in princi. & lege, Paulus. aliàs incipit, procuratorem. ff.de acquiren.haeredit.

Summarium.

1 ☞ Bona fides possessoris nõ prodest singulari successori habenti malam fidem, sed bene vniuersali successori.

In contractibus successores ex eorum dolo quibus successerũt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, vt vnusquisq; pro ea parte, pro qua haeres est, patiatur.

IN l.sicuti poena.ẽ.isto tit. plenissimè tractatum fuit, an successores teneantur poena descendente ex delicto defuncti, cuius sunt haeredes. & ad illa remisi in lege, hoc iure.§.fi.ẽ.eod. tit. vbi videte quae recitaui. ¶ Haec autem regula loquitur de his, quae dolo facta sunt in contractibus illorũ, quibus successerunt dicti haeredes, an in solidum, vel in id tantũ, quod ad ipsos successores peruenit, teneãtur. Et clara patet huius regulae decisio, quòd in id, quod ad eos peruenit in contractu ex dolo praedecessorum tenentur dicti successores, & in solidum, pro ea parte, qua sunt haeredes. super quibus resultantibus ex dolo commisso in contractu, plura dicta fuerunt in allegata l.sicuti poena. & quid iuris dici debeat, tam de iure ciuili, quàm canonico, quae possunt videri in pluribus locis ibi plenissimè recitatis & allegatis. Sed glos. hic ponit contra hanc regulam, de his, quae habentur Instit. de perpetu. & tempo.actio.§.non autem omnes. vers. aliquando. vbi dicit text. quòd ex contractu actio contra haeredem non cõpetit, cum etiam testator dolosè versatus sit, & ad haeredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Sed respondet hic glo. q; dictus ver. aliquando. intelligi debet, quãdo dolus defuncti dedit causam contractui, sed haec lex, quãdo dolus incidit in cõtractum, inter quae est magna differentia: quia vbi dolus dat causam cõtractui, contractus ille est ipso iure nullus, per not. in l.eleganter.ff.de dolo. secus est in casu, quando dolus incidit in contractum: quo casu loquitur haec regula, secundum glos.hic. Circa quod videte not. per gl. & Docto. in antedicta l.eleganter. & quae addidi in regulis superius per me alleg.
1 †Aduertendũ etiam est ad id, quod hic dicit gl. scilicet, q; textus huius regulae quando dicit haeredes, vel successores teneri pro ea parte pro qua sunt haeredes, id est, pro parte haereditaria, iuxta etiam illud, quo habetur in l.j.C.si certum petatur. Quoniã hoc habet plures fallentias in glos. ista notanda recitatas, videlicet in l.iij.§.haeres.ff. cõmodati. vbi si vnus ex pluribus haeredibus commodatarij habet rem commodatam, solus in solidum ad eam restituendam potest conueniri. Quod secundum Salic. ibi procedit, nedũ in bonae fidei iudicijs, vt ibi, sed etiam in stricti iuris, quãdo rei vendicatio, vel etiã

personalis actio habet cõcomitantiã cum reali, vt
etiam voluit Dy.in l.qui fundum. §.si tu ex parte.
ff.ad legem Falcid.& l.in re furtiua.ff.de condi.fur-
tiua.& l.si plures.ff.de vi & vi arma.quod dicit Sa-
lic.esse nota dignum.quamuis Bal.in l.cum ab vno.
ff.de leg.ij. in stricti iuris iudicijs aliter loquatur, vt
2 J.dicet. †Item allegat ista gl.fallentiam in l.ıij.ff.de
alimen.& ciba.lega.vbi quando pluribus fit à plu-
ribus hæredibus per testatorem legatum alimẽto-
rum, fit diuisio prҿstationis illorũ, & eligitur vnus
dictorum hæredũ, qui illa præstet. vbi videte Bart.
& Bal. in l.pro hæreditarijs.C.de actio. hæred. qui
dicit hoc esse propter facultatẽ exactionis alimen-
torũ, vt d.l.iij.& quia particularis solutio est incõ-
moda legatario, secundũ Albe.ibi, vt l.plane. ff.fa-
3 mil.ercis.& l.cũ ij.§.in causa.ff.de trãsact.†Itẽ addic
fallentiam, de eo quod habetur in l.cum ab vno.ff.
de legat.ij.vbi dicitur, quòd actio de dote proponi
potest cõtra vnum ex hæredibus, quẽ testator solũ
voluit grauare in restitutione dotis. Licet enim per
legem duodecim tabularũ dos restituenda sit vxo-
ri per diuisionem partium hæreditariarum in sin-
gulos hæredes, vt hic, & d.l.j.C.si cer.peta.& l.pa-
cto successorum.C.de pact. cum concordantijs ibi
allegatis in glos.& in d.l.cum ab vno.in principio.
Potest tamen testator facere intentari actionẽ con-
4 tra vnum hæredem. †Sed contra hoc videtur text.
in l.seruo legato.§.si testator.ff.de lega.j. & in l.no-
men.§.vni ex hæredibus.ff.de lega.iij.& dicta l.pa-
cto successorum.C.de pact.in quibus videtur, quòd
actio ex contractu, sicut est actio dotis, non possit
dirigi contra vnum solũ hæredem, licet ille sit gra-
uatus à testatore de soluendo omne æs alienum, vt
dicto §.si testator. Et ad hoc adducit Bal.rationẽ in
allegata l.cum ab vno.quia si vnus solus teneretur,
hoc esset, quia adeundo hæreditatem, cõtrahere vi-
deretur cum creditoribus. Sed iure cauetur, ꝙ etiã
ex contractu vero, & expresso pacto, actio diuisa
per legem duodecim tabularum dirigi non potest
in solidum, in vnum ex hæredibus, vt antè dicta l.
pacto successorum. Siue agitur attendatur factum
hæredis, siue iudiciũ testatoris, obligatio ipso iure
diuisa per legem, non potest integra fieri in perso-
na vnius illorum, in quos lex diuisit illã, per dicta
iura. Glos.in sæpedicta l.cũ ab vno.ad hoc respon-
det tripliciter, vt recitatur ibi per Bartol. & Bald.
Prima solutio est, quòd in vnum solum ex hæredi-
bus possit hoc onus imponi per testatorem in ma-
teria dotis, illius priuilegio & fauore: secus in alijs
actionibus, vt iuribus in contrarium allega. Et ista
solutio tenetur per Dy.ibi, & Bar.& tenuit eã Cy.
in dicta l.pro hæreditarijs. C.de hæredit. actionib.
Hæc verò solutio non bene placuit Baldo in antè
dicta l.cum ab vno.quia, secundum eum, textus ibi
in ratione sui nõ videtur considerare prærogatiuã
dotis, sed dispositionẽ testatoris: & sic ista solutio,
secundum eum, non videtur bona, cum non ema-
net ex ratione literæ textualis. Ideo aliorum fuit se-
cunda solutio dicentiũ, quòd in illa l.cum ab vno.
hæres ille oneratus restitutione dotis, nõ potest cõ-
ueniri directè in solidum actione de dote, per obli-
quum tamen, instantibus contra eum cohæredibus
suis, cogi debebit illam restituere. & sic intelligen-
dam dicunt esse illam legem, cum ab vno. secundũ
determinationem dicti §.si testator. Et fuit hҿc opi-
nio Guli.de Cug.& Iacobi de Are.in l.auus neptis.
ff.de pactis. Ista tamen solutio videtur expressè cõ-
tra dictam legem, cum ab vno.ibi, dum dicit text.
dotis actio datur.& quòd nõ possit hæres pro par-
te teneri in solidum ex contractu, videtur text.ex-
pressus in l.eum qui ita.§.te & Titium.ff.de verbo.
oblig. Tertia fuit igitur solutio, quòd in dicta lege,
cum ab vno. agebatur actione ex testamento, non
actione de dote. Quæ respõsio dupliciter potest in-
telligi, vno modo, ꝙ cohæredes agerent contra co-
hҿredem illum oneratũ per testatorem: & hæc eadẽ
videtur cum præcedente solutione. Alio modo, ꝙ
ageretur ex testamento per vxorem, cui dos erat re-
stituẽda: quæ solutio secundũ dictum Bal.debet fal-
sa omnino reputari, quia vxor illa ibi repudiauerat
legatum, & sic ex testamento agere nõ poterat. Io.
de Imol.in dict.l.cum ab vno.sequitur opinionem
Bart.dicens, quòd licet regulariter non possit testa-
tor facere, quòd actio hæreditaria contra vnum ex
hæredibus dirigatur directè & immediatè, per di-
ctum §.si testator.cũ suis concord.hoc tamen fallit
secundum eum in actione de dote, eius fauore, quod
dicit, esse singulare, & alibi nõ reperiri, quàm in di-
cta lege, cum ab vno.licet aliter non respondeat ad
5 inductionem Baldi. ¶ † Qui Baldus pro resolu-
tione & intellectu huius passus, an vnus cohæres
pro parte possit in solidum conueniri, recurrit ad
vnam distinctionem, quæ fuiҁ Petri de Bella perti-
ca, de qua secundum Salic. aliquid superius dictum
fuit, videlicet, quòd si nullus cohæredum rem quæ
petitur possideat, non est in solidum conueniẽdus,
sed pro portione solum hæreditaria, vt dicta l.pa-
cto successorum.cum similibus. Si verò vnus inue-
nitur rẽ possidere, hoc casu si agatur reali, aut quasi
reali actione, conueniendus est ille solus possessor,
vt vult ista gl.per dictam l.iij.§.hҿres.ff.cõmodati.
& l.si possessor fundi.ff.de rei vendicati. & l.ij.ff.de
præto. stipu. & d. l.si plures. ff.de vi & vi arma. Si
aũt agatur actione mere personali, cõsiderari debet
an illa sit stricti iuris, quo casu quilibet hæredũ cõ-
ueniẽdus est pro portione hæreditaria, vt l.pro hҿ-
reditarijs.C.de acti.hær. Si autem sit bonæ fidei vel
quasi, & vnus tantũ possideat, ille solus potest cõue-
niri actione ex illo cõtractu. Et idẽ in officio iudicis,
quod dicitur quasi bonæ fidei, vt dict.l.iij.§.hæres.
ff.cõmodati. & l.si quis ex argentarijs. §.j.ff.de edẽ.
Et ideo idem dici debet in actione de dote, quæ di-
citur bonæ fidei, vt Insti.de actio.§.fuerat. Isti opi-
nioni obstat multum dictus §.si testator.cui vt ipse
dicit, non potest sine diuinatione responderi, sed in
§.si testator.agebatur de cõstituenda dote, in l. cum
ab vno.de restituenda. Ideo dicit ipse Bal.in allega-
ta l.pro hҿreditarijs.quòd sicut inter viuos creditor
potest delegare suum debitorem creditori suo, ita
potest in vltima voluntate delegare debitorem cõ-
sentientẽ creditori suo consentienti: & quia in di-
cta lege, cum ab vno.hæres ille oneratus consentie-
bat vxori dotem repetenti, nõ est mirum, si ille hæ-
res solus cõueniatur.& hoc tenẽt præallegati Doct.
Videte ad hoc Io.de Imol.in d.l.ij.ff.de præto. stip.
6 †Cæteras fallẽtias hic positas in gl. videre plenius

planius declaratas per glos. Bald. & Docto. in sæpe dicta l. pro hæreditarijs. & per Azonem in summa
7 illius tituli. †Addatis quòd vbi sunt plures hæredes vnius fœneratoris, quilibet ipsorum tenetur in solidum, si alij desinant esse soluendo, vt Alber. in l. ea quæ. C. fami. ercis. pro hoc allegat glos. hoc volentem in c. tua nos. extra de vsur. Sed illa opinio glos. in hac parte improbatur ibi per Hosti. Ioan. And. & Panor. & per ipsum Ioan. And. in c. quanquàm. extra eod. tit. lib. vj. quia illa opinio nullo iure probatur, ideo non tenenda, secundum Ioan. Andr. in c. j. extra de consti. Facit quod notatur per glos. in l. sed licet. ff. de offici. præsid. Bene tamen tenetur per Doct. in allegato c. tua nos. quòd pro hæreditarijs portionibus hæredes fœneratoris tenẽtur ad restitutionem vsurarum. Sed alia etiam opinio, secundũ Anto. de Butrio, potest practicari fauore animę, vt defuncti anima liberari possit facilius ex integra satisfactione: licet de iuris rigore, vt dicit Panorm. illa opinio non videatur vera. quem ibi plenius, & melius Ioan. de Ana. videatis, qui tenere resideréq; videtur, quòd nõ sit seruanda nec tenenda: quia nõ habet rationem, quod ex inopia superueniente in vno hæredũ, alius debeat vel possit grauari insolidum.

Summarium.

1 ☞Carboniana bonorum possessio cui detur, & quare.
2 Impuberi mota quæstio status differtur in tempus pubertatis ex Carboniano.
3 Mandans emi seruum, tenetur de furto per eum cõmisso ipsi mandatario, nec liberatur dando seruũ pro noxa.
4 Mandatum exigit leuissimam culpam.
5 Officium an sit alicui damnosum.
6 Depositum quando non restituendum deponenti. & nume. 7.
8 Bonũ aliquid dici potest, cuius contrariũ est ęquũ.
9 Parafernalia marito ministrante an fructus cedant lucro eius. & nu. 10. 11. 12. 13. & 14.
15 Hæreditas patris & filij, cui pater pupillariter substituit, an possint separari. & nu. 16. 17. 18. & 20.
19 Suitas quando tollatur per dationem cohæredis.
21 Vxor an teneatur sequi virum peregrinantem.

Quoties nihil sine captione inuestigari potest, eligẽdum est quod minimũ habeat iniquitatis.

PRO intellectu casus primi quem hic ponit gloss. pro declaratione huius regulę, videlicet de his, quæ habẽtur ff. & C. de Carbo. edicto. sciendũ est, quòd quãdo pupillus vocatur ad successionem ex testamẽto, quia fuit institutus, nõ est ei necessaria bonorũ possessio Carboniana, licet ei moueatur quęstio status, quoniam iure communi potest adipisci possessionem, ex bonorũ possessione secundum tabubulas, vt l. cum fine. ff. de Carbo. edict. Quod tamẽ intelligit Bald. in l. j. C. eod. tit. esse verum, quando institutio non reuocatur in dubium, secus si reuocaretur in dubiũ: verbi gratia, si per succedentes ab intestato opponeretur, quòd non valet institutio, quia institutus fuit vt filius, qui tamẽ nõ erat filius: ideo dicitur institutionem non valere, vt l. si pater. C. de hæred. insti. Vel dicitur, quòd erat seruus, qui tamen institutus fuit vt liber, & sic non potest habere hæreditatem, vt l. neq; §. j. ff. de testa. mili. & l. cum proponas. C. de hæred. insti. Licet tamen ei nõ sit necessaria bonorum possessio Carboniana, quia propter institutionem competit sibi bonorũ possessio secundũ tabulas, vt l. cũ fine. & l. scriptus. ff. de Carbo. edict. potest tamen impubes ille, si velit, ex edicto illo petere se tueri in possessionem bonorũ, & quæstionem status differri in tempus pubertatis, vt l. j. §. Pomponius. & l. Carbonianum. §. j. eod. ti. Si autem foret impubes in testamẽto paterno præteritus, non datur Carboniana, prę sumptiuè prius tamen probato, quod sit talis cui detur bonorum possessio contra tabulas, differetur eo petente quæstio status in tempus pubertatis, vt eod. tit. l. j. in princ. & §. & generaliter. Sed si esset exhæredatus, nõ sibi daretur Carbonianum edictum, vt ei possessio detur, vt l. qui de inofficioso. ff. de inoffi. testa. & dicta l. cum fine. nisi vt dicit Salic. super rubrica. C. eod. tit. vt super hoc fiat dilatio status in tẽpus puber-
8 tatis, vt l. de bonis. in principio. ff. illo eod. tit. †Vel si vultis pro doctrina pleniore, & epilogo breui illius tituli & intellectu dicere potestis, secundũ quod aliàs recitaui super rubrica. C. eod. tit. quod bonorum possessio Carboniana datur filio legitimo impuberi prę terito præstita satisdatione, quando sibi mouetur quęstio de statu & bonis præmissa summaria cognitione, quo facto differtur quęstio in tẽpus pubertatis, & interim missus rectè possidet, & lucratur fructus. Hęc breuis descriptio comprehendit quicquid dicatur in textibus & glossis. ff. & C. in toto titulo illo, de Carbo. edict. Dictũ est primò, quòd datur filio legitimo, quod, vt dictum est, saltem semiplenè vel præsumptiuè probari debet, quòd sit filius legitimus, vt l. si. cum ibi nota. C. de Carbon. edict. & l. iij. §. causæ. eod. tit. Subiungitur impuberi, quia puberibus non datur, vt l. j. & l. iij. §. puberi. ff. eod. tit. Additum est præterito, quia instituto vel exhæredato non datur Carboniana, vt fuit superius allegatum. Deinde dictum est, quando sibi mouetur quęstio de statu & bonis, quia si esset quęstio tantum super bonis, non haberet locum Carboniana, vt notatur in glos. l. j. C. eod. tit. sed bene tunc differretur quæstio ex constitutionibus, vt l. iij. §. quamuis. ff. eod. Si autem personæ matris filij impuberis fieret quæstio simul cũ causa status filij, vel solius matris, dicite & videte plenius per Bart. recitantem opiniones diuersas in l. j. §. si mater. eo. tit. Additum est suprà, quod differtur in tẽpus pubertatis, quia pubertas facit hoc edictum cessare, vt dictum est, per d. l. de bonis. & l. si impubes. §. quęsitũ. eod. ti. Postea dictum est, satisdatione, hoc ideo est, quia si nõ satisdaret, secũ aduersarius in possessionẽ mitteretur, vt d. l. j. C. eo. ti. & ibi per gl. & Bald. habetur, quę sit forma illius satisdationis pręstãdę, scilicet de restituendis bonis, si ille impubes apparuerit nõ filius defuncti, de cuius bonis & hæreditate agitur: & de possidendo sine dilapidatione vel

fraude. Additum est postea premissa summaria co-
gnitione, de qua habet in alleg. l. fi. C. & ff. eo. l. iij. §.
causę. & §. seq. Quæ probatio, secundū Bar. ibi, per
iudicē fieri potest, sumendo informationes à con-
iūctis personis ipsius impuberis: & fieri potest etiā
coram iudice seculari, secundum Bald. in d. l. fi. qui
allegat ad hoc Specul. tit. de reconuen. §. nunc dica-
mus. vers. sed nunquid incidēter. & per Bar. & alios
in l. Titia. ff. solu. mat. & pulchrè per Bald. in l. filiū.
ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. Dixi vltimo, quòd
interim missus rectè possidet, & lucratur fructus.
hoc probatur in l. sed & si is. §. an autem. & dicta l.
de bonis. §. nō solum. in sæpè dicto tit. ff. de Carbo.
2 edict. †His sic declaratis, patet, secundum intentio-
nem glo. in casu quē hic primò ponit, veritas huius
regulæ: quoniā quādo impubes patitur quæstionē
status & bonorū agendo vel defendendo, differtur
quæstio illa in tēpus pubertatis, & interim illi im-
puberi datur bonorum possessio Carboniana, per
quā præstita de restituendo satisdatione, constituit
verus possessor: vel si possidebat, sibi sua cōfirma-
tur possessio: eo verò non satisdante, tam ei, quàm
aduersario simul est tribuenda. Et in hac prouisio-
ne æquissima iuris submouetur maior iniquitas,
quam poterat pupillus incurrere, ꝙ fortè de libero
seruus iudicaretur, vel de legitimo illegitimus, &
sibi debitam paternam hæreditatem amitteret, &
eligitur minor iniquitas, vel minus damnum per-
ditionis fructuū perceptorum pro tempore, si ita
contingat euenire. quod est tolerabilius iudicandū.
3 †Secundò glo. hic declarat hanc regulā, de eo, quod
habetur in ratione §. summa. Insti. de noxal. vbi di-
citur, ꝙ dominus serui dantis alicui damnū, non in
plus tenetur damnū passo, q̃ vt det illi seruum pro
noxa: quoniā esset iniquū, ꝙ nequitia serui damno-
sior esset suo domino, q̃ sit ei vtile corpus eius. Si
ponatur igitur casus, ꝙ Titius mandauit Caio, ꝙ
ipsi Titio emeret quendam seruum, quem mandās
ipse furem esse nesciebat, & ipse mandatarius illum
emit, qui seruus mandatario illi furtū fecit: videba-
tur æquum, ꝙ mandator dando illum seruum pro
noxa, deberet esse liberatus, per dictū §. summa. qui
vult esse iniquum, ꝙ vltra valorem serui dominus
illius teneatur. Sed certe iniquius esset, ꝙ officium
mandati suscepti de emendo præfatum seruum per
ipsum mandatariū esset sibi damnosum, quod esset
si maioris pretij esset res vel pecunia furata per ser-
uum, quàm ipse seruus: quoniam nemini officium
debet esse damnosum, vt l. sed & si quis ex signato-
ribus. ff. de testamentis. & quemad. testa. aper. & hoc
iustissimum esse dicit text. in l. si seruus communis.
§. quod verò. ff. de furt. quòd mandator mādatario
in solidum teneatur. Quod mirum alicui posset vi-
deri, cum mandator ille ignorabat illum seruū, quē
emi mandabat, fore furē, vt ibi dicit text. & tamen
tenetur in solidum. Sed vt ibi dicit Bart. quoniam
in actione mandati cōtraria, venit leuissima culpa,
quæ qualis dicenda sit, recitatum plenè fuit in l. cō-
4 tractus. ō. isto ti. †Quòd autem leuissima illa culpa,
veniat in actione mandati, habetur in dict. §. quod
verò. & nō alibi, secundum Bart. De forma autem
mandati seruanda, videte ea, quæ habentur in l. di-
ligenter. ff. mandati. per Alberic. & Docto. & in l.

constitutionibus. ff. ad municip. & l. certa forma. C.
de iure fisci. libr. x. & in c. cum dilecta. in glos. extra
de rescript. & c. venerabili. de offi. delega. & pulchrā
5 glos. ibi. viij. quæst. j. cap. licet. †Sed potest opponi
contra illud, quod dictum est, officium nemini de-
bere esse damnosum, de eo quod habetur in l. cum
in eo. ff. de pact. vbi tutor hæredis debitoris in con-
sequēda parte debiti sui, debet esse cōtentus ea par-
te debiti sui, qua sunt suorum debitorum contenti
cæteri creditores: & sic suum officiū tutelæ sibi vi-
detur esse damnosum. Sed glos. in l. cum hæreditas.
ff. de administ. tut. satisfacit huic argumento, quòd
scilicet officium tutelæ non est causa immediata iꝗ-
sionis, sed maior pars creditorum, cui maiori parti
credendum est, secundum Bald. in dicta l. cum in eo.
Vel vt dicit Bar. in dicta l. cum hæreditas. hoc non
operatur ibi suum officium, ꝙ damnum patiatur
cum cæteris creditoribus, sed suus expressus cōsen-
sus. Facit l. apud Celsum. in princ. ff. de excep. doli.
volenti enim nō fit iniuria, neq; dolus. Facit l. cum
6 donationis. C. de transactio. †Deinde glos. hic ex-
emplificat huius regulę veritatē per plura iura, quę
allegat, videlicet primò per legem, bona fides. cum
ibi notatis. ff. depositi. vbi bona fides in genere di-
ctat, vt res deposita restituatur deponenti, vt l. j. §.
merito. ff. depo. quoniā graue est fidē fallere, vt ibi,
& l. j. ff. de consti. pecu. quod tamē in casibus occur-
rentibus quandoq; non consideratur, quando scili-
cet ratio extrinsecea, secundum Salic. ibi, & Docto.
suadet fidem nō seruari, vt in tribus casibus ibi po-
sitis in textu dictæ legis, bona fides. & §. merito. pu
ta si bona deponentis sint publicata, cōfiscata, vel
quando dominus rei deprędatæ vel furatæ concur-
rit cum prædone vel fure: vel quando non tenet de-
positum ipso iure, quia fur, vel prædo, rem illā de-
posuit apud dominum ipsius rei: quoniam rei suæ
depositum nō tenet ipso iure, vt dicta l. bona fides.
& l. qui rem. eod. titu. Imò secundum Salice. ibi, rei
propriæ depositum, sicut non tenet, ita nec transit
possessio in depositarium, vt l. licet. eod. tit. quoniā
fuerat eo ignorante suam esse, factum depositum &
restitutum: quare depositum restitutū condici po-
test, vt ibi notatur per glo. Et ideo depositarius in
dicto casu præfertur deponenti, sicut in alio casu,
quando deponētis bona fuerūt publicata, vt dictū
est, & facta fisci, in casibus scilicet requirētibus pu-
blicationē bonorū, & per illos, ad quorū potestatē
hoc pertinet iudicare, fuerit declaratū, vt l. depor-
tatorum. C. de poe. & l. commissa. ff. de publica. ve-
ctig. & commissis. & l. j. §. j. & l. j. §. quibus. cum ibi
notatis. ff. de lega. iij. Licet enim secundum Salic. &
Bald. in l. bona fides. hoc sit de iure verum, ꝙ bona
fides seruanda sit, quæ in deposito maximè locum
habet, quoniam requirit æquitatem, vt ibi, non est
tamen seruanda, vbi cōtradicunt præcepta ciuilia.
Quando enim ius ciuile detrahit vel derogat iuri
gentiū ex causa rationabili, illud est seruandū, quia
ex bona fide procedit. Ideo vt ibi dicit Bal. ęquitas
mere cōsideranda non venit, secundū ius gentium:
sed mistim debet cōsiderari habito respectu ad prę-
cepta ciuilia & prętoria. Et hoc voluit notāter tex.
antedictæ l. bona fides. in ver. & probo hāc esse iu-
stitiam. per quē secūdum Richar. Malūbrā soluitur
quæsti

quæstio posita in princip. dictæ l. vtrum restitutio rei
depositæ fieri debeat deponenti, qui fuit postea depor
tatus, vel fienda sit fisco aut reipublicæ. & concludi-
tur quòd fisco, quoniam res deposita fuit effecta fisci,
& sic illi tanquã domino restituendũ est depositum,
vt ibi habetur in textu in versic. nam male meritus ad
exemplum & terrorem aliorum egestate debet labora-
re. Cui cõcordat secundũ Albe. ibi l. sed & si maritus. ff.
solu. matri. & l. tutelas. §. fi. ff. de capi. dimi. & l. iij. ff. de
bonis dãnatorum. cũ similibus. Et ista æquitas iuris ci
uilis detrahens bona causa iuri gentium, potius debet
attendi & teneri, etiam in causis ventilandis in curia iu
dicis mercantiæ, secundũ eundẽ Salice. in sæpedicta l.
bona fides. Quia quicunq; bene secundũ bonã fidem
iudicare debentes, non debẽt à præceptis ciuilibus de-
uiare, sed sequi æquitatem scriptam, non autem de bur
sa sua sibi facere æquitatem. ¶ Ideo in curia etiam mer-
cantiæ debet attendi solennitas testamentorum, si ibi
de ea tractetur, sicut etiam exceptio gabellæ non solu-
tæ quæ fuit inducta à statuto aliquo ciuitatis, quod fa
uore reipublicæ introductum fuit ad derogationem
iuris gentium, vt per eundem Salice. notatur in l. si fide-
7 iussor. §. quædam. ff. mandati. ¶ † Tertium est exem-
plum supra positum in dicta l. bona fides. de domino
rei furto subtractæ, & per furem depositæ, in quo do-
minus rei superueniens præfertur deponenti, quod vi
detur posse impugnari per id quod habetur in authẽ.
de deposito. §. primo. colla. vj. & transsumptiue in au-
then. sed iam cautum est. C. eo. titu. Sed secundum glos.
& Doctores ibi & in dicta l. bona fides. hoc quod ibi
habetur, non est correctum per dictam authenti. ¶ Ex
quibus vt videtis, concludit glos. istam regulam habe-
re locum in omni casu, in quo dici potest aliquid esse
æquius æquo vel iniquius iniquo: quia ęquius prĕfer
tur æquo, & minus iniquum iniquiori, vt in casibus
prædictis. Et facit l. exigendi. C. de procura. quæ hic al-
legatur in glos. in ea parte, in qua dicit q; filius minor
ante ætatẽ legitimã requisitã in iudicijs volens cõpare
re ad defensionẽ patris in ius vocati, non iniuste pote-
rat repelli, secundũ cõmunẽ regularẽ traditionẽ iuris,
vt l. minor. ff. eo. ti. de procura. tamen iustius est ipsum
admittere & audire, q̃ patrem eius quasi cõtumacem
& indefensum grauiter condemnare. Stricto enim iure
poterat filius repelli, sed de æquitate debet admitti.
Quod pro filio dicit Bald. in dicta l. exigendi. esse nota
dignum, q; scilicet filius admittitur pro patre defenden
do, tam cum mandato quàm sine mãdato, vt ibi habe-
tur. Quod etiam dicit ipse Bald. procedere in causa cri-
minali, vbi natura causæ admittit defensorem. nã cum
ibi versetur maius periculum, ergo filio magis debet
permitti defensio, per illũ tex. in fi. Quod etiam exten-
dit ad nepotem, quoniã eadem ratio videtur in quoli-
bet descendente, arg. l. filium habeo. ff. ad Macedo. se-
natusconsul. Non autem istud procederet in transuer-
salibus, secundũ eum, quoniã supradicta in filio & de-
scendentibus tolerabilia sunt contra regularẽ traditio-
nem iuris: non tamẽ reperitur cautum lege, q; in trans
uersalibus permittatur, licet præstet argumentum con
tra, vt dicit Bal. id quod habetur in l. petitionẽ. §. egre-
dientem. C. de aduo. diuer. iudiciorũ. vbi nomine suo-
rum, continentur transuersales vsque ad quartum gra-
dum. Sed potest dici, q; in his quæ iure speciali conce-
duntur, vt in isto casu, dicta in descendentibus nõ extẽ-
duntur ad collaterales. pro quo videri potest ibi Albe.
8 post Oldra. ¶ † Addit etiã hic glos. ad veritatẽ huius re
gulæ id quod habet in l. hac lege. C. de pactis cõuẽtis,
tam super dote q̃ ante nup. do. & paraphernis. vbi ha-
betur, quòd licet bonum aliquid esse possit, eius tamẽ
contrarium dicitur esse æquum, vt in casu qui ibi ha-
bet, videlicet in bonis paraphernis vxoris, bonũ esset
quòd marito, cui vxor se ipsam commisit, permitteret
sua paraphernalia bona gubernare. Quia tamen legis-
latores sunt æqtatis amatores, vt ibi, & l. quod si Ephe
si. §. fi. ff. de eo quod certo loco. & in authen. de nõ eli-
gen. secundo nuben. §. fi. colla. j. non cogitur mulier il-
lud pati, quòd sua paraphernalia bona ea prohibente
maritus administret, illud æquitate suadente, vt in di-
cta l. hac lege. quæ ad hoc consueuit allegari. Sed si ipsa
non prohibeat, videtur quòd maritus illa possit admi
nistrare, vt ibi dicit Ioan. Fab. quę autem & quare dicã
tur parapherna, videte gl. super rubrica dicti ti. & Bal.
9 in l. si ego. §. dotis. ff. de iure do. ¶ † Eo autem illa admi
nistrante quæstio est inter Docto. dubia de fructibus il
lorum, an cedant lucro viri, vel sint vxori restituendi,
tanquã sui & ad eã pertinẽtes. Et hic est diuersitas opi-
nionum. Vna enim fuit opinio glossarũ, q; fructus re-
rum paraphernalium non pertineãt marito, nec cedãt
eius lucro, sed sint vxori restituẽdi vel eius hæredi, &
sic augeãt eius hæreditatẽ, per textũ l. penult. in prin. ff.
ad l. falcid. vbi videt esse casus. & facit ad hoc l. si stipu-
lata. §. j. ff. de dona. int. vir. & vxo. Et quãuis huic opi-
nioni contrariari videatur l. fi. C. de pact. conuen. tam
sup dote &c. illa tñ loquit in vsuris pecuniæ parapher-
nalis exactis per virũ vnà cũ sorte à debitore vxoris,
quas maritus circa se & circa vxorẽ impendit, & vt ibi
habetur expendere potest, nec tenet ad redditionem ra-
tionis illarũ vsurarũ, quia illas exigẽdo ipse marit⁹ ha-
buit laborẽ. Non sic in fructibus secũdũ glo. dictæ l. fi.
& in l. vbi. C. de iure do. sup verbo, ad sustentationem.
& ideo ad illorũ restitutionẽ tenet maritus. Non sic de
vsuris, in quibus alia ratio reddi põt secundũ Paul. de
Castro consilio cccxvij. quia vsurarum perceptio est
inhonesta & odiosa, ideo circa ipsas præsumi põt faci-
lius quòd illas voluit vxor remittere, arg. l. cũ post di-
uortium. in prin. ff. de iure do. & l. qui semisses. in prin
cip. & l. cum quidã. §. j. ff. de vsur. & l. vsuras. C. eo. ti. &
per Barto. & Paul. de Cast. in l. quæ dotis. ff. solu. mat.
& nullus alius circa hoc inuenitur textus pro marito,
nisi dicta l. fi. C. de pact. conuen. quæ ibi in princ. & in
ver. & vsuras. loquitur de vsuris. Sed in alijs caussis ex-
tra vsuras in bonis paraphernalibus loquitur dicta
l. penult. ff. ad l. falcid. & secundũ eundem de Castro vi
detur esse securius tenere istã opinionẽ glossæ quæ ha-
10 bet pro se dictam l. penultimã. † Sunt tamen aliæ opi-
niones in dictis fructibus paraphernaliũ receptis per
maritum. Cynus enim in l. certum. C. de rei vendica. &
glos. & Docto. l. ex diuerso. ff. eo. tit. & etiam glos. in al-
leg. l. fi. faciunt differentiã inter fructus naturales & fru
ctus industriales. Naturales enim dicunt non cedere lu
cro viri, sed esse vxori, aut eius hęredibus restituendos,
per dictam l. hac lege. & dictã l. si stipulata. §. j. Sed indu
striales cedant ad vtilitatem viri ad similitudinem vsu-
rarum: de quibus in allegata l. fi. assignando rationẽ di
uersitatis inter naturales & industriales fructus, quia
in naturalibus non est talis labor neq; industria, sicut
in industrialibus & vsuris. Dicit tamen Pau. de Cast. in

contrarium ꝙ quamuis in industrialibus sit labor, nō tamen talis qualis est in vsuris exigendis à soluentibus inuitis. Et hoc mouit glos. quæ sciebat in industrialibus esse laborem, non tamen talem, qualem in vsuris, ad dicendum indistinctè illos non cedere lucro mariti: ita quòd Cyn. & sui sequaces contrariantur de directo intentioni dictæ glos. & etiam non procedit paritas rationis in fructibus industrialibus & vsuris, quāuis in vtroq; sit opus labore & industria, non est tamen eadem ratio vsurarum, quæ sunt odiosæ, & fructuum qui nō sunt odiosi. Ideo dispositio legis in vno non extenditur ad aliud, per ea quę habentur in l. si nō lex. ff. de hæredi. institu. & l. liberorum. §. j. ver. Pomponius. ff. de his qui no. infa. & Institu. de nup. §. affinitatis. facit l. iiij. §. fin. ff. ad Silleia. senatusconsul. & l. auia. §. Mutiana. ff. de condi. & demonstra. Item esset irrationabile & indignum, quòd de pomis, quæ sunt paruæ æstimationis, teneretur reddere rationem, & nō de segetibus maioris ęstimationis & valoris: & idem in fœtuum pecorum ratione reddēda per id quod habetur in l. omnino. & l. quod dicitur. ff. de impen. in re. dota. fac. & per Barto. in l. quæ dotis. ff. solu. matri. secunda columna. & per gloss. in l. cum quidam. in fin. magnæ
11 glos. ff. si cer. pe. † Quidam verò alij Docto. inter quos fuit Thomas de Piperata Doctor Bononieñ. recitatus per Alberic. in antedicta l. fina. tenuerunt nullam esse fiendam differentiam inter naturales fructus & industriales, quoniam quamuis circa industriales maior versetur hominis industria, circa etiam naturales aliqua industria versatur, in colligēdo & illos conseruando, vt l. si à patre vel domino. §. fin. ff. de peti. hæredi. Ideo distinguit de fructibus rerum paraphernaliū vxoris, quos maritus recepit, an extent, vel sint consumpti. Extantes verò, cuiuscunq; generis sint, debeant vxori vel eius hæredi restitui, vt dicta l. si stipulata. §. primo. ff. de dona. inter vir. & vxorem. & dicta l. penultima. in princip. ff. ad l. falci. vt probat ille text. ibi apud maritū resedisse constituerit. Si autem sint consumpti, sint naturales siue industriales, maritus ad restitutionem non teneatur, nisi contra vxoris voluntatem fuissent percepti & consumpti, arg. l. de his. C. de dona. inter virum & vxor. & istud etiam tenuit Oldra. qui dixit fructus naturales siue industriales per maritum, vxore permittente perceptos & consumptos cedere lucro viri propter bonā fidem, arg. l. deducta. §. qui post tempus. ff. ad Trebel. Per quarū opinionū recitationē nō videtur
12 haberi plena huius dubitationis veritas. ¶ † Ideo sciendum est, quòd opinio fuit Martini Sillimani, qui hāc opinionem disputauit, & conclusit, ꝙ in duobus casibus maritus fructus paraphernalium restituere teneatur, scilicet si extent, vel si sint consumpti præter & contra volūtatem vxoris. extra quos casus tenuit indistinctè, ipsum ad illos restituendos non teneri, siue sint naturales siue industriales, per l. si id quod. §. ij. ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi non tenet̄ restituere operas serui vxoris, quæ possunt æquiparari fructibus naturalibus, cum in eis nullus mariti labor versetur. Et hāc distinctionem Martini recitat Bart. in sæpedicta l. penult. ff. ad l. falcid. & eam ibi sequi videtur, & etiam Io. de Imo. ad quam remittit Bald. in dicta l. si ego. §. dotis. & plenius Salice. in dicta l. fi. C. de pact. conuen. & in effectu hoc habet prædictorū distinctio, ꝙ si quæratur de vsuris, procedit dispositio dictę l. fi. ꝙ si extent vsuræ, vxori vel eius hæredi debeant restitui: sed consumptæ in cōmunes vsus non debeant restitui. Si verò in alios ꝙ cōmunes vsus cōsumptę sint, licet textus dictæ l. fi. nō aperiat, vel declaret, tenet tamen Salicetus, ꝙ sint restituendæ, vt à quolibet procuratore dictæ vxoris: quia textus dictæ l. non permittit marito cōsumere illas, nisi circa se & vxorem, dum dicit, circa se & vxorē expendere &c. ergo à contrario sensu, extra se & vxorem consumere prohibetur, arg. l. cum prætor. ff. de iudi. ¶ Sed quando quæritur in fructibus extantibus, cuiuscunq; generis sint, siue naturales siue industriales, illi debent restitui, per sæpedictam l. penultimā. & facit argumentum id quod dictū est de vsuris extātibus, per iura superius allegata. Sed si sint consumpti, & maritus cōtra voluntatem vxoris illos perceperit, sunt restituēdi, vt dicta l. de his. & l. hac lege. Si verò de voluntate vxoris industriales percepti sunt, facit suos maritus, sicut vsuras, de quibus dictū est, & etiam naturales parui pretij, vt l. si id quod. §. j. ff. de do. inter vir. & vxo. & l. verum. eo. ti. & dicta l. omnino. ff. de impen. in reb. do. fact. sed fructus illos magni pretij, quatenus locupletior factus est, tenetur restituere, per dictam l. si stipulata. §. j. ff. de do. inter vir. & vxor. & dictā l. penultimā. ad l. falcid. &
13 notatur per gl. in dicta l. fi. † Videmus igitur diuersitatem opinionum super perceptione fructuū perceptorum vxoris voluntate. quoniam quidam volunt naturales esse restituendos, quāuis cōsumptos, industriales non etiā cōsumptos, vt tenet glos. dictæ l. fi. Alij tenēt neutros esse restituendos, postquā consumpti sunt voluntate vxoris percepti: & hoc videtur tenere Bart. in quodam consilio, non faciēs differentiam inter naturales & industriales, sicut operę seruorum vxoris restituendæ nō sunt, vt d. l. si id quod. §. ij. quæ operæ fructibus naturalibus æquiparantur. l. iij. & iiij. ff. de ope. ser. ipse tamen Bartol. in dicta l. penultima, aliter videtur loquutus, dicens quòd licet maritus industriales fructus paraphernalium vxoris voluntate perceptos & consumptos non debeat restituere, vt in glos. dictę l. fi. tenuit tamen illos esse restituendos, in quantum factus est locupletior, vt alleg. l. si stipulata. §. j. & hoc amplectitur Salice. in sæpedicta l. fi. Hic autem considerādum videtur, quòd si teneamus opinionem fructus naturales vel industriales rerum paraphernalium vxoris voluntate illius per maritum perceptos & consumptos non esse restituendos eidem vxori vel eius hæredibus, per dictam l. fi. cum sua glos. hoc intelligendū videtur de consumptione facta in promiscuū vsum mariti & vxoris, vt probare videtur ille textus eo modo quo superius inductus est. Et hoc sequitur ibi Salice. & Ioan. de Imol. in allegata l. penult. ff. ad l. falcid. & etiam Bal. in c. fi. de duob. fra. de no. bene fi. inuestit. vbi tenet ꝙ si quid sit consumptum alibi, quàm circa personam vxoris. ad eam dicitur pertinere. & ita refert se consuluisse
14 in quæstione facti. ¶ † Circa etiam illud quod dictū est maritum teneri ad restitutionem fructuum illorum, in quantum est factus locupletior, dici debet illum esse factum locupletiorem, etiam si de illis onera matrimonij supportauit, cū de suo fuisset tantum pro oneribus supradictis impēsurus. Onera enim matrimonij debet maritus sustinere. l. dotis fruct⁹. ff. de iure doti. & l. pro oneribus. C. eod. titu. & l. si cum dotem. §. sin autem in seruitissimo. ff. soluto matri. Postq; igitur fuisset maritus tantum de suo impensurus in oneribus prædictis, sequitur

quitur quòd locupletior effectus est in expendẽdo fructus rerum paraphernaliũ vxoris, vt notauit gl. in l. si fructus. C. de dona. inter vir. & vxo. facit l. sed & si lege. §. consuluit. & §. quod autẽ. ff. de peti. hæredi. & l. in pupillo. ff. de solutio. Nec obstat huic dicto l. si spõsus. §. concessa. cum sua glo. ff. de dona. inter vir. & vxo. quia loquitur in casu pio & religioso, vel rempublicã concernẽte, ita quod fauor piæ causæ religionis aut reipublicę illud operatur, quod non est in casu isto. Et hanc opinionem, quòd maritus teneatur restituere fructus rerum paraphernalium vxoris in quantum factus est locupletior, videtur tenere Angel. de Aretio in §. fuerat. Institu. de acti. in fine penultimæ chartæ. Non placet etiam Paulo de Cast. in consilio superius allegato opinio Martini recitata, qui extra casus suos dicit maritum non teneri, quia contra dictũ Mar. est casus in dicta l. penultima. ff. ad l. falci. ad quã licet Martinus ipse nitatur respondere, scilicet quia licet ibi dicatur ꝙ maritus ibi tenetur reddere rationem de dictis fructibus, non tamen ibi dicitur ꝙ teneaꝭ illos soluere. Sua tamẽ responsio nihil valet, & est contra literã dictę l. penult. vbi principaliter quæriꝭ an maritus restituere teneaꝭ illud quod ex administratione rerũ vxoris apud ipsum resedisse constiterit. Et respondeꝭ illud quod debuit hæreditati, in restitutionẽ debere venire: ideo vt respõsio conueniat interrogationi, sicut decet, vt Instit. de inuti. stipu. §. præterea. & in l. & si defensor. §. j. ff. de interro. acti. not. Bald. in l. fi. C. de sen. pas. facit l. si. in prin. ff. de condi. indebiti. in obiectiõe, quæ fit cõtra Scæuolã. ad idem l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. & l. si duo. §. patroni. §. quis. ff. de iureiuran. intelligi debet ꝙ ibi voluit iuriscõsultus fructus illos esse restituẽdos: quia illa verba ibi posita, quod ex administratione resedisse constiterit, optime verificãtur in fructibus perceptis & cõsumptis per maritũ, ideo in hoc videntur illa verba loquꝭ: quia nõ esset reddenda ratio, nisi illi fructus essent restituẽdi. l. Paulus. & l. cum seruus. ff. de condi. & demonst. Et maritus recipiens fructus rerũ alienarũ, quas sciebat esse vxoris, nõ potest dici bonę fidei possessor: ideo tenetur ad restitutionẽ. & licet perceptio facta per maritũ fuerit ea sciente, cõsumptio tamen fieri potuit ea ignorate: ex qua non induciꝭ præsumptio donationis maxime in magnis, licet toleretur in paruis, per dictã l. si id quod. §. si quas. ff. de do. inter vir. & vxo. per quem Mar. se fundat, & male secundũ dictum Paul. de Cast. quem plenius ibi potestis videre, & aliquid per Bald. in l. si viua. in fi. C. de bo. mater.

15 ¶ †Continuando allegationes quas hic facit glos. pro ostensione veritatis huius regulę, ipsa allegat l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupil. substit. quæ vt ibi dicit Bart. est solẽnissima & fortissima lex, & per nullum ꝗ per eum declarata. de qua tamen aliquid dictũ fuit & recitatum per me in l. cum principalis. ĩ. isto tit. recitando materiam substitutionis pupillaris. in versi. quo ad vltimum requisitũ. & ibi est casus, ꝙ existentia sui hæredis operatur confirmationẽ tabularũ pupillarium. Quamuis enim non possit iure regulari separari hæreditas patris testantis & pupillo filio instituto hærede pupillariter substituentis, ab hæreditate filij, quoniã necesse est paternã hæreditatẽ adiri, vt habeat locũ substitutio pupillaris, vt l. sed & si plures. §. filio. & l. moribus. §. qsquis. ver. adeo autẽ. eo. ti. de vulgari. in dicta tamen l. si filius qui patri. permittitur separatio: qđ ibi dicit textus iustius esse prætorem admittere dictam separationẽ, quàm facere cõtrariũ: quia alius filius substitutus pupillariter esset habiturus hæreditatẽ fraternã ab intestato. Ad quod etiã facit illud quod habetur in l. quidam elogio. C. de iure delibe. Vbi plenissimẽ per Docto. recitantur & dissoluũtur plures oppositiones in hac materia factæ, similiter per Bar. Bal. Ange. Pau. de Castro, & Ioan. de Imol. in dicta l. si filius qui patri.

16 †Pro quorũ omnium resolutione vltra per me recitata in dicta l. cum principalis. dici potest, ꝙ aliquando pater in suo testamento filium impuberẽ instituit hæredem dato sibi pupillariter substituto: quo casu pupillo se immiscẽte paternæ hæreditati, si postea moriaꝭ in ætate pupillari nõ potest pupillariter substitutus acceptare pupillarẽ hæreditatẽ sine paterna, vt dicta l. sed & si plures. §. filio. Si tamen paterna esset dãnosa substituto pupillari, posset ex persona pupilli dari restitutio in integrũ aduersus aditionẽ factã per dictum pupillũ, vt l. j. cũ ibi notatis. C. si vt ab hæredi. se absti. & l. non solũ. ff. de in integ. restit. Sed vbi filius impubes à patre solus hæres institutus fuit, & se à paterna hæreditate beneficio prætoris abstinuit, eo postea pupillo moriente, poterit sibi pupillariter substitutus acceptare solã pupillarẽ hæreditatẽ. Nec obstabit dicta l. ij. §. quisquis. ver. adeo. ff. de vulga. & pupil. quia licet secũdum illũ tex. paterna hæreditas prius debeat adiri, vt teneat pupillaris substitutio, illud procederet, nisi existẽtia suitatis cõfirmaret tabulas pupillares, per dictam l. si filius qui patri. & not. per glos. in l. pater. ff. de priuil. leg. credi. & est ratio, quia pater eundẽ filiũ suũ solũ vel cum alio in potestate testatoris existẽte instituẽdo, videtur cõfisus de ꝓuisione legis, ideo beneficium abstinẽdi datũ filio à prætore in fauorẽ eiusdẽ filij nõ debet retorqueri in suũ præiudiciũ. l. quod fauore. C. de legi. quod esset si isto casu hæreditate nõ adita vel repudiata euanesceret substitutio pupillaris. Est eñ fauor pupilli, ꝙ ex testamento habeat hæredẽ, vt l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & l. & quia. ff. de interro. acti. nõ tñ traheretur pupillaris substitutio ad bona paterna quæ pupillus repudiauit, vt dicit Io. de Imol. in alleg. l. si filius qui patri. per illũ tex. & in l. Iulianus. ff. de acqui. hære. & alleg. l. si pater. de priuil. credi. Sed isto casu existẽtia suitatis, nõ obstante ꝙ filius solus institutus abstineat à paterna hæreditate, cõfirmat tabulas pupillares, per dicta iura, sicut etiã cõfirmat vniuersale fideicõmissũ, vt l. ita tñ. §. si pater. ff. ad Trebel. facit l. cũ quasi. §. sed & si quis. ff. de fideicõ. liberta. quod Io. de Imol. post Angel. in d. l. si filius qui patri. limitat, si filius institutus viuit, cũ tũc possit cogi adire, vt restituat fideicõmissariũ, vt d. §. si pater. Idem etiam si decessit post morã cõmissam in se immiscẽdo vel cõtractã, per l. non iustã. C. ad Trebel. Secus si ante morã decessit, quia tunc nõ confirmatur ex eo, quia illa forma est odiosa, secundũ Ange. quod dicit Ioan. de Imol. verum esse, si filius repudiasset, sed si tacuisset, cũ tunc transmittat hæreditatem etiã ad extraneum hæredem secundũ cõmunẽ opinionem de quo per Barto. in l. ventre. ff. de acqui. hæred. Idem videꝭ tũc in ipso hærede, qđ in filio prędicto, arg. eius qđ notauit gl. in l. eã quã. C. de fideic. Cõtingit aliqñ quòd filius impubes à patre non instituitur hæres, sed aliquis extraneus, q est eidẽ impuberi substitutus: quo casu, si impubes est præteritus, omnia ruũt præteritione impuberis, scilicet testamentum paternum, & pu-

pillare, vt dicta l. sed & si plures. §. ad substitutos. & te-
net Salice. in dicta l. qui elogio. dicens substitutionem
esse ineptam filio praeterito substituere. Sed si foret ex-
haeredatus, est necesse, quòd institutus adeat paternam
haereditatē, idē substitut⁹, ne corruat exhaeredatio, &
per cōsequens testamētū, vt dicta l. secūda. § quisquis.
versi. adeo. & dicta l. sed & si plures. §. si ex asse. Quod
intelligendum est de exhaeredatione impuberis dolo
proximi, cum insertione causae, & facta illius proba-
tione, per ea quae habentur in authen. non licet. & aut.
17 ex causa. C. de liber. praete. vel exhaere. ¶ † Casus alius
potest euenire, quòd filius impubes fuit exhaeredatus,
& alter filius existens in potestate, fuit à patre haeres in-
stitutus, & eidem impuberi datus substitutus: quo ca-
su frater substitutus potest pupillarem substitutionem
acceptare, paterna haereditate repudiata: quia existen-
tia suitatis fratris substituti confirmat exhaeredationē,
& tabulas pupillares, vt l. filius qui se paterna. ff. de ac-
quiren. haeredi. aliàs incipit, Iulianus. Et vt supra dictū
est, intelligi debet de exhaeredatiōe impuberis facta nō
mala mente, iuxta ea quae habentur in l. multi non no-
18 tae. ff. de libe. & posthu. ¶ † Contingit interdum, quòd
pupillus institut⁹ est in media, & frater eius in alia me-
dia parte haereditatis, & illi pupillo substitutus: quo ca-
su si pupillus se immiscuit haereditati, clara est disposi-
tio, quae supradicta fuit, scilicet quòd substitutus habe-
re non potest pupillarem sine paterna, vt dicta l. sed
& si plures. §. filio. Non acceptata autem paterna per
impuberem filium, licitū est fratri substituto accepta-
re pupillarem, quoniam existentia suitatis confirma-
uit tabulas pupillares, per dictam l. si filius qui patri.
¶ Quandoq; pupillo datur per patrem cohaeres extra-
neus, & ille idem pupillo praedicto substitutus: qui ex-
traneus adiens haereditatem, cogitur acceptare pupilla
rem, vt dicta l. quidam elogio. Et idē si ipse non adiuit,
sed pupillus se immiscuit, per dictū §. filio. Sed si pater-
nam nullus adiuit, tunc secundū glos. & Docto. extra
neus pupillarem habere non potest sine paterna. & est
ratio, quoniā necessaria est aditio, vt dicto §. quisquis.
versi. adeo. in dicta l. ij. ff. de vulga. Quia isto casu dato
extraneo cohaerede tollitur existentia suitatis, vt l. iij. C.
de iure delibe. & ideo nō cōfirmat tabulas pupillares,
vt l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellia. de
19 quo aliquid dictū fuit in l. inuito. ē. eo. tit. † Sed vbi co
haeredes instituti sunt ambo sui, per dationē talis cohae
redis non tollitur dicta existentia suitatis, per superius
allegata. Addit tamen Salice. in dicta l. quidam elogio.
& fuit opinio Bart. in dicta l. si filius qui patri. q de iu
re antiquo omnis dicebatur cohaeres extraneus, qui nō
erat in potestate testatoris, & sic non erat suus. Sed ho-
die cum sit patri necesse etiā instituere emancipatū, vt
habetur in dictis authen. non licet. & , ex causa. datio co
haeredis emancipati non tollit suitatem. Et ista est com
munis Docto. conclusio quae procedit tenendo quòd
datio cohaeredis extranei tollit existentiam suitatis.
¶ Quidam tamen nouissimi tenent oppositum. Potest
tamen secundum eos alia ratio differentiae assignari in-
ter dationem cohaeredis sui & extranei: quia suus haeres
repudiata paterna haereditate potest acceptare pupilla
rem, quia, vt dictum fuit, eam esset ab intestato habitu
rus. Item quia habet beneficium abstinendi à praetore,
vt Institu. de haered. quali. & diffe. §. sed his praetor. & l.
necessarijs. ff. de acqui. haeredi. per quod beneficiū non
debet praeiudicari pupillo, quin ex testamento habeat
haeredem. & hae rationes ponuntur in saepedicta l. si fi-
lius qui patri. Sed quando cohaeres extraneus substi-
tuitur filio in potestate, ipse repudiando paternam vi-
detur impugnare iudicium testatoris, ideo ex illo nō
debet admitti ad pupillarem substitutionem, vt l. quae-
situm. ff. de acquiren. haered. & l. ita tamen. §. qui suspe-
ctam. ff. ad Trebel. & casus supradictos videtur tange-
re glos. in saepedicta l. qui elogio. licet satis inuolutè &
20 confuse. † Cui secūdū Sali. addi potest alius casus, quē
ipsa non tetigit, scilicet quādo pupillo datus est cohae-
res extraneus, & alius extraneus datus est sibi substitu-
tus, si pupillus & extraneus repudient paternā, an po
terit substitutus habere pupillarē, qui est casus dubius
& non tactus ibi per glos. neq; Docto. Sed tenendo cō
munem sententiam Docto. quòd datio cohaeredis ex-
tranei tollit existentiam suitatis, dicendum videtur, q
substitutus non possit habere pupillarem sine pater-
na, quia non sunt confirmatae tabulae pupillares. Sed
si teneamus opinionem nouissimorū, q illa sit ratio,
quia repudiās paternam impugnat iudicium defun-
cti, tunc extraneus substitutus, non autem institutus,
poterit ad pupillarem venire, secundum Fulgosium.
Sed hoc non videtur verum propter textum dictae l. si
filius qui patri. qui hunc casum tolerat duntaxat in
fratre pupilli: ideo tenenda videtur cōmunis sentētia,
quae vult talem extraneum excludi isto casu à pupilla-
ri, nisi adeatur paterna, ex quibus patet solutio ad di-
ctam l. quaesitum. quoniam ibi erat cohaeres frater pu
pilli, vel ibi fuit tertius institutus cum eis qui adiuit
paternam haereditatem. Et haec sufficiāt super ista diffi
cili allegatione glos. de l. si filius qui patri. pro intentio
ne huius regulae. Subsequenter ad declarationē eius al
legat glos. hic l. si procurator rei. ff. de excep. doli. vbi
glos. super verbo, iustius. quod ibi sumit pro minus
iniuste, allegat istam regulam, quòd de duobus malis
minus est eligendum. Et facit l. apud Iulianum. §. Mar
cellus. eo. titu. vbi glo. allegat exempla, quae & ibi Bar
to. videatis. ¶ Addit hic glos. ad veritatem huius regu-
lae illud quod habetur in l. obseruare. §. proficisci. ff. de
offi. proconsu. & leg. vbi dicitur, quòd vxorem suam
proconsul ad prouinciam sibi decretam ducere potest,
sed melius ipsum facturum esse, si illam secum non du-
cat: & sic bono est dare melius, vt habetur in l. nec quic
quā. in princip. ver. sanè. & ibi colligitur in glo. eo. tit.
21 † Id autem quod dictum est de vxore proconsulis secū
cum proficiscitur ducenda vel nō ducenda, mouet ad
quaestionem doctores, an vxor teneatur sequi virum
peregrinantē. Quidam allegant quòd sic, l. prima. C.
de vxo. mili. vbi Bald. remittit ad illud quod habetur
in l. Maeuia. §. fina. ff. de annu. lega. ibi Bart. allegat Do-
cto. dixisse, quòd non teneatur sequi maritum incipien
tem matrimonio contracto vagari & discurrere per
mundum, argu. dicti §. fin. & l. quod nisi fiat. §. primo.
ff. de ope. liberto. Nisi tempore matrimonij ipsa sciret
maritum esse solitum vagari: quia tunc teneretur eum
sequi, sciens tempore matrimonij illam fore suam con
ditionem, argum. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi-
ta. & l. fin. circa medium. C. de sponsa. Vbi verò esset
modica peregrinatio & honesta, tenetur sequi virum,
argum. dictae l. j. C. de vxo. mili. videte notata per glos.
Innocen. & Panor. in cap. primo. extra de coniugi. le-
prosorum. & per glos. in c. Ebron. & c. vnaquaeq; xiij.

q.ij.vbi videtur cōcludi,quòd vxor teneatur sequi virum abśentem ex probabili necessaria causa.si autē vagus sit voluntarius,non teneatur sequi,nisi,vt dictum est,tempore contracti matrimonij sciret eum vagabundum,vt forte ioculatorem vel histrionem,quia tūc indistinctè illum sequi tenetur,secundū Alberic.in antedicta l.j.C.de vxo.mili.& ita etiam tenuit Dy.in l.libere.C.de oper.liberto.ad quod facit dicta l.plenum.§.equitij.& C.de episc.audi.l.si legibus. ¶ Postremo ad concordiam huius regulæ allegat glos.illud quod habetur in fine principij,in authen.quib.mo.na.effi.sui.colla.vij.vbi ex illo textu notat Angel.q ad vitionem vel vindictam,non tam debet attendi quàm ad malū fugiendum.& ita ibi nos docet Imperator,ex quo sua benignitas colligitur.Cui concordat id quod Seneca scriptum reliquit ad Neronem,scilicet,quòd nullū magis decet clementia quàm principem.& hæc sufficiant super ista regula.

Summarium.

1 ☞ Testamentum præteritione filij in potestate cōstituti annullatur,nec ex post facto reconualescere potest.
2 Præteritus in testamento quando quis dicatur.
3 Relicta in testamento quando debeātur,licet testamentum nullum sit.
4 Institutio quandoq; irritatur minus rite facta,licet debeantur legata.
5 Legata quando debeantur,licet testamentū rumpatur.
6 Authentica,ex causa.qualiter intelligenda.& nu.9.
7 Sui præteriti pręstant legata in testō relicta, & quare.
8 Substitutio pupillaris quandoq; firma manet rupto testamento.
10 Legata debentur si filius à patre scienter prętereatur.
11 Prętëritio filij facta sine causa reddit testamentū nullū.
12 Testamentum nullum est,in quo filius sine causa exhæredatur.
13 Emancipatus prętëritus potest testamentū patris dicere nullum.
14 Filius suus sine causæ insertione prętëritus, potest testamentum patris dicere nullum.
15 Exhæredatus sine causa legitima potest testamentū dicere nullum.& nu.sequen.
18 Filius manu propria subscribens exhæredationi,non potest testamentum dicere nullum.
19 Filius hæreticus potest legitime exhæredari.
20 Filia nubens indigno potest à patre exhæredari.
21 Filius ingratus quando possit exhæredari.
22 Exhæredatio pluribus causis expressis valet,licet vna tantum sit vera.
23 Exhæredatio valida quæ requirat.
24 Legatum à testatore relictum,pluribus modis inutile dici potest.
25 Principium,cuiuslibet rei pars est potissima.

Omnia quæ ex testamento proficiscuntur,ita statum euentus capiunt si initium quidem sine vitio ceperint.

EX prima declaratiōe textus huius regulæ quam hic ponit glos.longa grandisq; materia pōt huc adduci. Primo em̄ declaraſ in gl.ista regula, per id qd' habeſ Insti. de exhæreda. libe.in prin.vbi dicif,q per præteri-
tionē filij in patris potestate cōstituti testm̄ dicif nullū
1 ipso iure,nisi instituaſ vel exhæredeſ ipse filius. † Nec
ex post facto cōualescere potest testm̄,etiam si filius in
potestate cōstitutus viuo patre moriaſ. Et sic licet causa
impediēs validitatē testamēti cessauerit,& hoc ideo
quia solēnitas legis nō fuit obseruata,de qua ibi habetur,& l.inter cætera.ff.de libe.& posthu.cū similibus,
de quibus infra dicetur. Et etiā vt dicit Angel.Aretin.
Instit.prædicto tit.de exhæ.libe.in princ.cum filius in
potestate patre viuo sit quasi dn̄s bonorū paternorū,
nisi p exhæredationē priueſ dn̄io cōtinuaſ dn̄iū in ipsū
filiū,vt l.in suis.ff.de liber.& posthu.Ideo præteritio
reprobaſ,ppter quā secūdū eū nullus pōt ex dicto testamēto
patris hæreditatē adire,etiā si in eo essent instituti
alij veniētes ab intestato,vt l.posthum⁹.ver.idē&
circa.ff.de iniusto testa.Et ideo quia dictū testm̄ ab initio
ppter prętëritionē fuit nullum,non potest aliquo
postea modo cōfirmari qd' initio fuit nullū,vt in hac
regula,& in l.quod initio.ē.isto tit.vbi recurri pōt ad
ea quæ ibi plenissime recitaui,& ad c.non firmaſ.extra
eo.tit.li.vj.& ad notata per Inno.in c.cū cōsuetudinis.
2 extra de cōsuetudi.† Et dicif prętëritus secūdū Ioan.de
Imol.& Docto.in l.filio prętërito.ff.de iniusto,rup.&
irrito.qn̄ de eo nulla sit in testō patris facta mentio,vt
colligi pōt ex l.oimodo.C.de inoffic.testa.& not.p gl.
in l.ij.C.de libe.prętëri.vel dicif prętëritus,q nō est institutus
vel exhæredat⁹,vt est textus expressus Insti.de
hære.quæ ab inte.defe.§.eadē.& tex.cū gl.Insti.de exhęre.libe.in
prin.& l.nā & is.in prin.ff.de inoffi.test.& in
au.vt cū de app.cog.§.aliud quoq; capitulū.vbi dicif
prętërit⁹,q non est institutus nec exhæredatus,etiā cui
aliqd in testō relictū fuit quoquo relicti titulo,vt probaſ
ibi dū dicit tex.nec si p quālibet dōationē,&c.qm̄
secundū Io.de Imol.vbi ē.illa dictio nec,est implicatiua,quæ
resoluiſ in copulam negatiuā, vt in tex.cū gl.
in l.quidā testō.ff.de vulga.& pupilla.licet secūdū Ius
Codicis & etiā authēticorū,secus esset,de quo in aut.
de trien.& semisse.§.j.colla.iij.& aut.nouissima. C. de
inoffic.testa.ita q etiā testamentū in quo tali filio suo
aliquid pater reliquit nō iure institutiōis,sed quoquo
titulo dicitur nullū.& est verior,tutior & communior
opinio atq; tenēda,vt no.per glo.Io.And.in c.si pater.
extra de testa.lib.vj.& glo.ij.in c.Rainutius.eo.titu.&
ibi plenissime per Io.de Imol.& per eū in l.j.§.si ex fundo.ff.de
hære.insti.in sua repetitione siue cōmento.vj.
charta.vers.extra glos.restat videre.& Paul.de Cast.in
l.illa institutio.eo.tit.& Salic.in authen.vnde si parēs.
C.de inoffi.testa.& Barto.in l.his verbis.ff.de hæred.
instit.licet aliqui tenuerint contrarium,qui per dictos
Docto.reprehenduntur,vt potest per eos videri plenius
in locis allegatis.& hæc est prima declaratio hu-
3 ius regulæ,quam hic facit glos. ¶ † Ista autem positio
casus secundū declarationem glossæ habet longū tractum,&
oppositiones multas.primo de l.filio prætërito.ff.de
iniusto,rup.& irri.test.superius allegata.vbi
licet filio in potestate prætërito existente,si ius suum
ipse prosequi omiserit,relicta in testamento debentur
de æquitate,& cōualescūt institutiones in eo factæ.Licet
enim testamentū,in quo filius in potestate prætëritus
est,sit nullum,quamuis in eo sint instituti alij veniētes
ab intestato,de quo habeſ in l.si duobus.§.si prius.
per Barto.ff.de bon.posses.contra tab.& tangunt Docto.in
l.si fili⁹ qui in potestate.& l.j.& d.l.posthumus.

ff.de iniusto testa.Hoc tamen intelligi debet,si præteri-
tus filius dicat testamentũ illud nullum.vbi autẽ ipse
se abstinet à paternis bonis,expresse videtur testm̃ ap-
probare,quãdo scilicet secundũ Io.de Imol.in alleg.l.fi
lio præterito.se abstinet ab illis refutando,licet aliter
testamentũ expresse non approbet. Quid autem si ta-
cendo abstinet,nullũ alium actũ faciendo,videte reci-
tata in l.quoties duplici iure.ff.eo.ti.versi.& sic licet ab
initio sit nullum testamentũ,ex hoc tamen q̃ non dicit
4 nullum præteritus,recõualidat.¶†Videtur etiã cõtra
istã regulã adduci posse illud quod habet̃ in authen.ex
causa.C.de libe.præte.vel exhæreda.vbi propter præ-
teritionem,vel exhæredationem minus ritè factã irrita
tur institutio,sed legata in testamẽto relicta debentur,
cum tamen proficiscãtur à testõ,quod ab initio fuit vi
tiosum,cõtra istum textũ. Sed hoc est iure nouissimo.
& hoc ideo est secundũ Docto.ibi,quia in prætertiõe
vel exhæredatiõe minus ritè facta peccauit testator cir-
ca institutionẽ tantum:quoniã qui debuit institui pr
teritur vel exhæredatur.Ideo testm̃ subuertit̃ tantum,in
eo in quo est vitium vel peccatum. Sed quia in legatis
& fideicõmissis faciendis non peccatur,illa remanent
debita omnibus quibus facta fuerunt.¶Ex quo vide-
tur secundũ Docto.ibi,q̃ dicta authen.ex causa.& au
thẽ.non licet.eo.tit.cum corpore vnde sumuntur,scili-
cet in §.aliud quoq; capitulũ.& §.sequentibus,in aut.
vt cum de appel.cogno.colla.viij.in totum corrigant
tit.ff.de lega.præstan.contra tabu.bon.posses.peti.per
quem titulum rupto testamẽto per contra tabulas le-
gata nõ omnibus,sed cõiũctis & quibusdã tantũ per-
sonis debebãtur,& per id quod habet̃ in l.f.C.de bo.
posses.contra tabu.quod secundum Fulgo.ibi & Do-
ctores intelligebatur de filijs emancipatis præteritis:
quoniam sui præteriti illo iure non præstabant legata,
per l.is qui in potestate.in princip.& l.si duo.in princ.
ff.de lega.præstan.sed bene præstabant emãcipati pr-
teriti.& erat ratio diuersitatis inter suos & emancipa-
tos,quia emancipati iure ciuili erant incogniti,vt Insti
tu.de hæredita.quæ ab intesta.defe.§.emancipati. Sed
iure sanguinis vocati fuerunt à prætore:ideo illud qđ
ob honorem sanguinis & fauorem factũ fuit,non de-
buit in sanguinis cõiuncti læsionem vel præiudicium
5 retorqueri,argu.l.quod fauore.†Verũ autẽ per dictã
authen.ex causa.corrigatur ille titu.de lega.præstan.in
totum,itaq; nondũ cõiunctis personis,sed omnibus
legatarijs legata relicta in testamẽto rupto ex cã præte
ritionis,vel exhæredationis debeãtur:Fulgo.dicit ibi
illud edictum hodie non esse in totũ sublatũ nec inuti
le,quia nõ tantũ cõseruat legata & fideicommissa,sed
etiam hæredis institutionẽ,vt l.filium.§.sed etiã si por
tio.illo tit.aut.verò ex causa.non cõseruat nisi legata.
Imò si teneamus opinionẽ illã,quæ habet,q̃ dicta au-
then.ex cã.nõ habeat locũ in prætertiõe paterna,quã
aliqui tenuerũt,licet in cõtrariũ sit cõmunior opinio,
vt infra dicet̃,dictum edictũ de legatis prstãdis in ni-
6 hilo foret correctum.† Angel.verò in d.l.j.C.de bon.
pos.contra tab.dicit posse attentari aut.prædictã,ex
causa.nõ corrigere dictũ edictũ alio respectu:quia illa
authẽ.loquitur in testamento rupto de iure ciuili per
querelã vel ius dicẽdi nullũ,sed nõ loquit̃ qñ ruptũ
est de iure prætorio per cõtra tabulas,licet glo.in d.l.j.
teneat cõtrariũ,quã sequitur Bart.& etiã glos.& Bart.
in l.si filius.ff.de mino.Quod verius videtur,quicquid
dicat Ange.quod probat generalitas dictæ aut.ex cã.
quæ ex cã præteritionis & exhæredatiõis,in illo textu
nõ distinguẽdo ius ciuile à prtorio dicit testm̃ esse irri-
7 tum.†Circa qđ videte Bar.in d.l.qui in potestate.§.j.
& dicite,q̃ hodie per aut.ex cã.etiam sui præteriti con
tra illud edictũ præstãt legata oĩbus in testõ relicta,per
illũ tex.qui generaliter dicit vltra irritationẽ institutio-
nis cætera firma permanere,& sic legata & fideicõmis-
8 sa.†Inter quæ sub illo verbo,cætera,intelligit̃ substitu-
tio pupillaris,quæ remanet firma,vt dicit Bart.in l.nã
quod.§.si quis cõpulsus.ff.ad Trebel.per illũ textũ.de
quo plenius p eũ in d.l.filio præterito.& ibi Bal.Ang.
Paul.de Cast.& Io.de Imo.qui vult etiã q̃ fideicõmis-
sum vniuersale venit cõseruandũ appellatiõe cætero-
rũ,p illã aut.vt notauit ipse Bart.in l.ita tñ.§.quoties.
ff.ad Trebel.per l.si seruũ.§.j.ff.si qs omissa cã testa.&
per glo.in l.j.ff.de vulga.quã cõmendat Salic.in l.pen.
C.de impu.& alijs substitu.& etiam Paul.de Cast.in d.
9 l.j.¶†Itẽ aduertendũ est q̃ etiã quædam gl.dixerũt,q̃
dicta aut.ex cã.in quantũ loquit̃ de præteritione,intel
ligi debet de prteritiõe materna,nõ aũt paterna.& ita
tenet gl.in aut.non licet.eo.tit.& in d.§.aliud quoq; ca
pitulũ.& sequit̃ Azo in summa.& Dy.in distinctione
magna in l.Gallus.& fuit Pet.ea rõne,quia illa aut.fa-
cta fuit in fauorẽ filiorũ,ideo nõ deberet in eorũ læsio
nem retorqueri,per d.l.quod fauore.ideo cùm de iure
antiquo filius suus præteritus nõ tenebat̃ ad legata,vt
superius fuit allegatũ,videbat̃ q̃ hodie nõ teneretur.&
hæc est opinio,quam dicebat Cyn.esse cõem,vt refert
Bal.in alleg.l.filio præterito.¶Vbi glo.tamẽ tenet op
positum,scilicet q̃ etiã loquatur dicta aut.in paterna
præteritione.& hoc etiã tenet glo.in l.vxorẽ.ff.de ma.
testa.& l.j.C.de codicil.& in l.generaliter.§.ex testamẽ-
to.ff.de fideicom.liberta.& alijs locis allegatis p Bart.
10 in sæpedicta l.filio præterito.† Tamen Bartol.nititur
hanc opinionum discordantiam concordare,videlicet
quòd vbi pater scienter præterit filium,debeãtur lega-
ta,per dictam authen.quia illa præteritio à patre scien
te facta,largo modo sumpta videtur quædam exhære-
datio,per l.si patronus.in princip.ff.de bon.liber.& l.
sicut certi.& l.si cum vel in vtero.C.de testamen.mili.
Si verò prætereatur filius ignoranter à patre,dicit non
conseruari legata,per rationes quas adducit. Sed ibi
Ioan.de Imol.post Francisc.de Ramponibus,& etiam
Salic.in dicta authen.fortissime illam videntur confu
tare,præsertim in eo quod dicit Bartol.de præteritio-
ne facta à patre ignorante,quia etiam supposita opi-
nione,quòd à sciente facta legata debeantur,idem vi-
detur in facta ab ignorante,vt scilicet in illa debean-
tur,& conseruentur legata,vt etiam voluit glos.sin-
gularis in dicta l.vxorem.ff.de ma.testamen.quia te-
xtus in corpore,vnde sumpta est authen.ex causa.lo-
quitur indistinctè,& ideo indistinctè debet intelligi.l.
de pretio.cũ similibus.ff.de publici.¶Item quia dispo
sitio de reseruatis,id est,ipsis relictis in testamẽto,videt̃
esse vniformis,scilicet ratio cõseruationis ipsorũ:quæ
ratio cum vendicet sibi locum in factis ab ignorante,
sicut & sciente,debet habere locũ dicta dispositio.quã
partẽ ipse Io.de Imol.putat esse veriorem.¶Ipse tamen
dicit,q̃ fortè illa opinio verior esset,& ita tenuit in pu
blica disputatione,q̃ scilicet aut.ex causa.non habet
locum in præteritione paterna,licet alia opinio sit cõ-
munior,à qua secundũ eũ in iudicando & consulendo
difficile

difficile foret discedere, cũ sit plurimarum glossarum
autoritate fulcita, ꝓpter ea quæ notauit Iaco. Butr. in
l. j. C. qui ꝑ sua iurisd. iud. da. da. ve poss. & Bal. in l. fi. C.
de pœna iudi. qui male iudic. & l. minime. ff. de legi. &
Ioan. And. in c. j. extra de cõstitu. & ita vidi in iudican-
11 do, & consulendo obseruari. †Quæ autem dicta sunt
in præteritione, per quã dicitur testamentũ nullũ, intel
ligi debẽt, si sine causa facta fuerit præteritio, & sine in-
sertione illius atq; probatione, vt notãt Doct. in locis
superius allegatis. illa ẽm præteritio sine causa reddit
testm̃ nullum. Qñ autem cũ insertione causæ fit, vt cũ
testator dicit, Filium meũ prætereo vel de illo mentio-
nem nõ facio, nec instituo nec exhæredo, vel filio meo
lego decem, & non plus, quia tale quid cõmisit vel si-
mile, probatione facta causæ præteritionis insertę, te-
stamentum non esset nullũ, licet esset nullum omissio-
ne insertionis causæ præteritionis vel exhæredationis,
12 per iura allegata. †Quod est verum secundum Docto.
ibi etiam in exhæredatione sine causæ insertione illud
testm̃ ipso iure esse nullũ. Sed omissio probationis fa-
cit illud per sententiã declarari nullũ. Ideo secundũ cõ-
muniter Doct. sup glo. ij. in dicta auth. ex causa. & Bal.
eod. tit. auth. nõ licet. & Bar. atq; Pau. de Castr. in l. j. ff.
de testa. esset hodie locus querelæ inofficiosi testamẽti,
qñ in exhæredatione testator exprimeret causam non
veram, quãuis aliqui sint in contraria opinione, secun
dum qđ dicit prædicta glo. ij. quæ tñ residet in sua opi
nione prædicta, & ibi possunt videri ad hoc Doct. Ex
quo inferri potest ꝙ lex, Papinianus. §. si ex causa. ff. de
inoffic. testa. sit correcta per dictã auth. ex causa. & ibi
13 ita notauit gl. quam cõmuniter sequunẽ Doct. † Hoc
est etiam menti tenendum, ꝙ etiam emancipatus sine
causa præteritus potest dicere testamentũ nullum, per
sępedictã auth. ex causa. Licet enim sit sublata differen
tia patriæ potestatis & emãcipationis, vt in §. j. in auт.
de hær. ab intest. coll. ix. hoc est, quo ad successionẽ in-
testati, non autem ex testamento, vt dicit Barto. in d. l.
si filius. ff. de mino. & Bal. in dicta auth. ex causa. & in
§. exhæredatos. per gloss. in auth. de hæred. & falcid. col
la. j. & dictum fuit, atq; recitatum in l. quoties duplici
iure. ff. eo. tit. & videte Io. And. de hoc in addi. Specul.
titu. de instru. edit. §. vt autem. in additione, quæ inci-
14 pit, secus &c. ¶ †Sciendum est tamen, ꝙ secundũ cõem
opinionẽ Docto. filius suus pręteritus sine insertione
causæ vel minus legitimæ, hodie sicut olim potest dice
re testm̃ nullũ. Si verò sit pręteritus cũ insertiõe causæ,
glos. in dicto §. exhæredatos. vult posse per filiũ dici te
stamentũ nullũ, sicut si nõ esset inserta causa. Et Doct.
illam glo. sequentes assignant rationẽ, quia substãtialis
est iuris forma, per quã filius institui debet vel exhære
dari, vt l. j. C. eo. tit. de libe. præter. vel exhære. & l. j. C.
de instit. subst. & restit. sub condit. fact. & l. j. ff. de iniu
sto testa. & d. l. inter cætera. ff. de liber. & posthu. Defi-
ciente igitur forma, testm̃ ruit nullitate, vt l. Iulianus. §.
sed & si quis. ff. ad exhibẽ. tñ secundũ Salic. & Doct. in
dicta auth. ex cã. dici posse videbatẽ, esse aliquod per iu
ra nouissima, quæ permittũt præteritionẽ cũ causa, vt
dicta auth. nõ licet. & intentabit tunc ꝑteritus bonorũ
possessionẽ contra tabulas, quæ datur etiam suis, vt l.
maximũ vitiũ. C. de libe. præter. & Instit. de hæred. quę
ab intesta. §. j. nouissimi tñ cõmuniter tenent opinio-
nem dictæ glos. quã etiam eligit, & sequitur ipse Salic.
15 † Exhæredatus verò sine causæ legitimæ insertione di-
cit testamentũ nullũ. sed si cum insertione causæ, quæ
non probetur, venire põt per querelam inofficiosi te-
stamenti, secundum eos de quibus dicit, vt plenius ha-
betur per Docto. in d. l. filio præterito. & l. si duo. §. si
prius. §. de bo. pos. cõtra tab. & dictis auth. nõ licet. &,
16 ex cã. †Et circa illđ qđ supius dictũ fuit de exhæredatio
ne vel præteritione cum insertione causę, sciendum est
quòd illæ causæ dicuntur quatuordecim, quæ ponun
tur in dicta auth. vt cum de app. cognos. §. causas. An-
tea ẽm ex quacunq; causa iusta poterat filius exhære-
dari, vt habetur in l. maximũ vitium. C. de libe. præte.
vel exhære. quod dictus §. causas. ꝓhibet, nisi in causis
17 ibi expressis. † Quibus Gulielmus de Cugno addit
vnã concernentẽ filij ꝓuisionẽ, vt si mater in suo testõ
velit filiũ exhæredare, quem prodigum reputabat, arg.
l. multi non notæ. ff. de lib. & posthum. & l. penultimę.
de cura. furio. quod non placet Saliceto in dicta auth.
non licet. quia ille casus non est de hodie approbatis à
iure, & quia in potestate matris est aliter prouidere, per
id quod habetur in auth. excipitur. C. de bo. quæ libe.
18 ¶ †Quidam alij tamen addunt aliam cãm, scilicet qñ
filius manu propria se subscripsit exhæredationi, per
l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon. pos. cõtra
tabu. Quod etiã reprobat Salic. quia ex dicta scriptu-
ra nõ fit ꝓbatio, nisi quatenus in ea cõtinetur, vt l. at si
quis. §. plerisq;. ff. de religio. ideo cum causam legitimã
non contineat dicta scriptura, nõ nocet filio, & maxi-
me, quia omnis causa exhæredationis nõ est hodie ap-
19 probata à iure. †Addi tñ videẽ alia cã exhæredationis
à iure canonico, scilicet, qñ filius esset hæreticus, in c. ex
cõicamus. §. credẽtes. extra de hæret. ¶ Baldus etiã in l.
nec filiũ. C. de nupt. videẽ velle, ꝙ si filia inhonestè nu-
20 bat, exhæredari possit. †Vult etiã Cy. in l. penul. C. de
sponsalibus. ꝙ si ipsa filia cõtra patris voluntatẽ nu-
bat indigno, possit exhæredari. Pro quo allegat l. iij. §.
si emancipatus. j. ff. de bo. poss. cõtra tab. ad qđ faciũt
notata in c. accedẽs. ꝑ gl. & Doct. extra de ꝓcura. ibi tñ
Io. de Imol. reuocat in dubiũ id qđ dicit de marito in-
digno, quia ista cã non enumeratẽ inter illas quatuorde
cim cãs, cũ tñ text. in d. §. cãs. in princ. dicat expressè sic
vt sequiẽ, videlicet, vt præter ipsas nulli liceat ex alia le
ge ingratitudinis cãs opponere, nisi quæ huius cõstitu
tionis serie cõtinentẽ. Et etiã Panor. in d. c. accedens. in
fi. dicit ꝙ filia nubens sine volũtate patris, imò eo inui
to, dũmodo elegerit idoneũ, põt patrẽ cogi facere Iu-
dicis officio ad ipsam dotandã, vt voluit duæ gl. quas
dicit notabiles, scilicet vnã xxxiij. q. ij. c. fi. & aliam ple-
niorẽ xxxvj. q. j. c. vltimo. & cũ illis glosis simpliciter
transire videtur Doc. licet ipse dicat, quòd cõsueuerit
illas limitare, secundum quod voluit Bartolus in l.
obligamur. ff. de actio. & obligatio. & in authen. res
quę. C. communia de lega. vbi ipse distinxit inter fi-
liam tunc nubentem modo prędicto nulla ꝓmissa do
te, & nõ possit agere cõtra patrem ad dotẽ cõstituen-
dam: quia cũ iam sit nupta sine dote, cessat ratio com
pellendi patrem ad dotandum eam, quia ea nõ nupta
erat compellendus iudicis officio ad dotandũ ipsam,
vt posset nubere, per l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & l.
fin. C. de dot. ꝓmis. quæ ratio cessat in iam nupta. Sed
secundum eum per hoc non excluditur filia à bonis
paternis, sed post mortem patris debet illi succedere sal
tem in sua legitima, vt dicta l. maximum vitium. & in
authenti. de hæredib. ab intestato. §. primo. Imò plus

voluit idem Panormitan. quòd si statuto caueretur,
quòd filia dotata non succedat cum masculis, non ha-
beret locum illud statutum in filia quæ nupsit sine do
te inuito patre. Ideo dicit Alberi. in dicta auth. non li-
cet. q si nulla ex prędictis caussis, sed alia par similis vel
maior per patrē in suo testō inseratur, si ex illa exhære-
daret, non valeret exhæredatio, quia à forma tradita p
dispositionem iuris non debet recedi, quamuis aliqui
tenuerint contrariū ppter idētitatem vel maioritatem
rationis, arguentes ab hoc qđ habetur in l.j. §. fin. ff. ex
quibus cau. maio. in feudis. quæ sit prima cau. benefic.
amitten. §. sed quia natura. Sed in prædictis iuribus &
similibus erat expressum, q de similibus vel maiori-
bus caussis statueretur idem ius, quod in illis: & ita po-
tuisset legislator in d. §. caussas. si id voluisset, sicut no-
luit, sed prohibuit. Ad quod facit l. vnica. §. sin autē à
deficientis. C. de cad. tollen. & c. inter corporalia. §. sed
neq. extra de translatio. prælato. & cap. ad audientiā.
de deci. & ita refert Alberic. se vidisse in practica iudica
ri. Facit quod notatur per gloss. in l. ij. C. de paren. qui
21 fil. distraxe. ¶ †Vnum tamen notādum est, q licet pa
ter exhæredans non inseruit in testamento caussam in-
gratitudinis, sed solum filium dixit ingratum, ideo il-
lum exhæredauit: si hæres institutus sit paratus pro-
bare vnā caussam ingratitudinis de his quæ sunt in iu-
re expressatæ, testamentū tamen non veniet nullum de
clarandū, per iura allegata. Nec valeret obiectio quam
faceret hęres institutus de ingratitudine, quam testator
non expresśit, vt l. omnimodo. cum ibi notatis. C. de
inffic. testa. Imò si testator exprimeret caussam vnam il-
larum statutarum à iure, quæ non probaretur per ex-
hæredatum vel præteritum fore cōmissam, esto q ipse
hæres aliam de legitimis caussis probaret, non valeret,
nec sibi sufficeret ad filium excludendū, secundū Doct.
per id quod legitur & notatur in l. qui testamēto. ff. de
excu. tuto. & l. si is ad quem. ff. de acquirē. hæredita. &
22 probat text. in corpore. §. siue igitur. † Si verò testator
plures expresserit caussas legitimas, & vna sit tantū ve-
ra & efficax atq legitima, putat Bald. satis id esse ad ex-
clusionem filij præteriti vel exhæredati. Ad quod alle-
gat in argumentum l. Seio. ff. de appella. & Institu. de
excusa. tuto. §. qui autem. & cap. secundo. extra de rescri
23 ptis. †Ex supradictis potest colligi quòd vt valeat ex-
hæredatio, requiritur primo, quòd pater ingratū di-
cat filium, quod etiam erat de iure Codicis, vt dicta l.
omnimodo. Secūdo, quòd caussa ingratitudinis specia
liter exprimatur. Tertio q caussa sit vna de quatuorde-
cim expresśis in iure nouissimo in dicto §. cās. Quarto
q post mortem testatoris probeť per hæredem illam
caussam expressam esse veram. plura quæ super hoc ar
ticulo dici pñt, videte per Doc. in locis superius allega
24 tis. † Secundò gloss. hic ponit exemplum in hac regu-
la de eo quod habetur in l. cætera. in princ. & §. j. ff. de
lega. primo. vbi legatum factum per testatorē dicitur
inutile pluribus modis, sed ad propositū respectu rei
legatæ, vt quando legantur marmora vel colūnę, quę
domibus iniunctę sunt, vel quando legatur res ppria
ipsius legatarij, quæ nō pōt legari sibi, vt ibi, & l. pro-
prias. C. de lega. vbi Bal. rationē dubitandi asśignabat
quia cum respectu testatoris illa res sit aliena, videbať
saltē testatore hoc sciente, vel si sit cōiuncta psona, quo
ad illius æstimationem valere legatum, per l. cū alienā.
C. eo. ti. Sed illa lex loquitur in re aliena alterius quàm
legatarij: cùm verò sit ppria legatarij, id qđ suum est
amplius suum fieri nō pōt, vt d. l. poprias. cum cōcor
dantijs ibi allegatis in glos. & Instit. de act. §. sic itaq. &
l. posśideri. §. ex plurimis. ff. de acquiren. posses. in quo
casu, vt hic dicit glos. licet cessauerit caussa impedimen-
ti, vt quia illa res legata post testamentū esse desierit le-
gatarij, qui illam alienauit, non cōfirmatur legatū tra-
ctu temporis, vt in dicta l. cætera. §. j. vers. quemadmo
dum. & l. apud Iulianum. §. fi. eo. tit. & hoc vult regu-
la Catoniana, quæ secundum Bart. in l. j. ff. de regu. Ca
ton. vult q legata pura, quæ non valerent si tempore
testamenti decederet testator, impedimento postea ces-
sante, quia eo mortuo cessante non confirmantur, licet
secus sit in legatis conditionalibus vel in diem incertū
factis, vt dicta l. j. in fi. cum l. seq. vt enim dicit Bald. in
l. seruis. C. de lega. quod inspecto initio nullum est, nō
capit ex superuenienti casu confirmationem. & est ra-
tio istius regulæ & similium, vt dicta l. quod initio. &
25 l. penultima. infra eo. tit. †quia principium seu initium
est pars cuiuslibet rei potentisśima, vt l. j. ff. de origine
iur. Ars enim vel natura nihil agit sine principio, sine
quo nihil fieri potest. vbi ergo iuris dispositione prin-
cipium nullū est, actus talis cōualescere nō pōt, vt hoc
textu cū similibus: quia destructo principio ea destru-
untur quæ ab ipso pcedūt. l. in vniuersis. C. qui dari
tut. & q dare possunt. Quia qui rei principiū siue finē
destruit, totā videtur destruere, vt l. fi. ff. cōia prædio. et
l. vsusfructus. ff. de stipula. seruorū. ¶Quod initiū siue
principiū in vltimis voluntatibus seu testamentis cō-
sistit in cā efficiente. Ideo si filius existens in patris pote
state faciat testm̄, & postea emancipeť, vel efficiať sui
iuris, ex hoc non cōualescit eius testm̄, vt l. j. §. si filius.
ff. de leg. iij. quia principiū illius non fuit validū, cum
filiusfa. testm̄ facere non posśit, vt l. qui in ptāte. & l. si
filius. ff. de testa. Nec etiam potest facere codicillos, si tn̄
faciat & eo emancipato vel sui iuris effecto atq perse-
uerante in illis codicillis probata perseuerantia p duos
testes, virtus codicillorū reconualescet, vt dicto §. si fi-
lius. vbi per Barto. Bald. & Doct. Secus esset in testō,
quia non reconualesceret testm̄, nisi plena solēnitate p
bata de nouo facta. ¶Cui dicto obstare videbatur tex.
in l. qui liberis. §. testamēto. ff. de bon. poss. secundum
tabu. quia ibi, vt dicit Bald. in dicta l. seruis. testm̄ ha-
buit legitimum principiū, cum testator ibi tempore te
stamenti conditi esset sui iuris. post qđ conditū testm̄
fuerat arrogatus, & deinde sui iuris iterum effectus finī
ta arrogatione p mortē arrogatoris, & codicillis post-
ea factis, vel alijs literis declarauerat se cū eodem testō
velle mori. Ideo illud testm̄ qđ habuit legitimū princi-
piū, facilius cōfirmať, q̄ illud qđ habuit vitiosum ini-
tiū, secundū Bal. pdict. & Doc. Sed vbi ex psona lega-
tarij surgeret cā inutilitatis legati, aut impedimētū, be-
ne valeret legatū, si cessaret illud ante mortē testōris, nō
aūt si eo mortuo cessaret, vt l. interuenit. ff. de leg. pst. Et
reddit vbi supra Bal. rōnē, quia legatarius nō se habet
p modū principij, seu caussæ. Nā ipse nō est ille q testať,
sed cui legať. Illud aūt principiū qđ cōsiderať in regula
Catoniana est respectu testōris, vel ipsius & legatarij
simul. Quæ tn̄ regula Catoniana fallit secūdū eundem
Bal. in d. l. filio pterito. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. vbi
testm̄ est nullū inista cōsideratione testōris & pteriti, et
ibi recōualescit de ęquitate. Sciēdū est etiā q dicta regu
la Catoniana, q legata pura q tpe testū cōditi nō vale-
rent, si

rent, si testōr tūc decederet, vult & diffinit, impedimēto
cessante, nō cōfirmari, vt dictū est, nō habet locū in cō
ditionalibus, p dictā l. cętera. §. sed si sub conditione. ff.
de lega. j. Ad quod facit l. ij. §. sed si extraneū. ff. de vulg.
& pup. substitu. vbi videte gloss. & Docto. & quod re
citatum circa hoc fuit in dicta l. cum principalis. ō. isto
titu. in vers. tertium quod requiritur in pupillari subs
stitutione. & versicul. circa quod sciendum est &c.
gloss. hic in fine remittit cætera quæ tangunt materiā
huius regulæ ad ea quæ habentur in dictis l. quod ini
tio. ō. & l. penul. infra eod. tit. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Definitio est oratio cuiusque rei substantiam signi
ficans. & numero 3.
2 Testōris intētio ex qbus possit cōiecturis declarari.
4 Definitio quandoque pro regula iuris sumitur, facta
traditio.
5 Regulæ quot numero exceptionem patientes. & nu
mero 10.
6 Seruitus non potest probari quantiuis temporis alle
gato decursu.
7 Mulier quæ in rem suam intercedit, Velleiano non iu
uatur.
8 Mulier, quæ decipiendi causa intercedit pro alio, non
releuatur Velleiano.
9 Possessio bonorum contra tabulas aduersus mulierū
testamenta non datur.
11 Testamentum vt valeat in masculo nō requiritur, vl
timam diem anni quartidecimi esse completā, nec duo
decimi in fœmina.
12 Fœmina quare citius testari possit quàm masculus.
13 Pupillus nec testari potest, nec mortis causa donare,
etiam cum autoritate tutoris. & nu. 14.
15 Adultus curatorem habens, potest sine eo testari.

Omnis definitio in iure ciuili peri-
culosa est. parum enim est vt nō diuerti
possit.

PRO pleniori huius regu
læ declaratione videri pos
sunt illa quæ fuerunt reci
tata plenius in l. j. ō. isto tit.
1 †Et gl. hic in princ. vt vide
tis, recitat secūdū Boëthiū,
quē allegat, hāc dictionē de
finitio, de qua loqt̄ iste tex.
intelligendā, & sumēdā esse
p oratione substantiā cuiuscp significante. qd' nō pla
cet glossatori, sed dicit dicēdā esse definitionē q̄ sit plu
rium rerū breuiter & summatim sub regula traditio fa
cta. Breuiter ideo sic dixisse glossam credendū est, defi
nitionem sumi p regula, qm vt eleganter dicit Bal. in
c. cū venisset. extra de iudic. ois regula iuris dici potest
verbū abbreuiatum, quod tn̄ indiget solenni & sana
interpretatione, sed nō verbū specifice demōstratū, p l.
voluntatis. C. de fideicō. vbi dicit, q voluntatis defun
cti quæstio in arbitrio iudicis est. Cui tn̄ obstare videt
§. disponat. in aut. de nup. colla. iiij. vbi vult imperator
dispositionem testatoris esse legem, & seruādā p lege:
ideo iudex nō videt habere sup hoc interp̄tandi aut ali
ter disponendi arbitriū, q̄ fuerit p testatorē ordinatū.
Ad qd' secundū Bald. & Doct. post gl. in d. l. volunta
tis. dici pōt, q qn̄ de certitudine volūtatis testatoris cō
stat, & patet qd ipse voluerit, & senserit, voluntas sua
seruanda est, & p lege habet, vt d. §. disponat. & l. cum
quæstio. in fi. C. de lega. & l. iij. C. de libe. præteri. & l. j.
C. de sac. san. ecc. & l. ille aut ille. §. j. ff. de leg. iij. & l. i cō
ditionibus primū locū. ff. de cōdi. & demōst. cū simili
bus. Sed vbi incertū sit vel dubiū quid senserit vel intel
lexerit in sua dispositione testōr, & ex dispositione le
gis hæredi data sit ptās declarādi, illius declarationi stā
dū erit, vt l. hæredes. §. si incerto. ff. fam. ercis. sed de hoc
nihil disponente lege, ad iudicē debet recurri, vt testato
ris voluntatē interpretet, vt d. l. volūtatis. sed certē vo
luntatis testatoris iudici nō remittit interpretatio. Fa
cit l. pediculis. §. argēto. ff. de auro & argē. lega. In casi
bus verò, in quibus recurri debet ad iudicis interpreta
tionē vel arbitriū, iudex ipse testatoris voluntatē inter
pretabitur ex cōiecturis, quas cōsiderabit, vt l. cū in te
2 stamēto. ff. de rebus dub. †Et poterit ipse cōsiderationē
suā dirigere ex illis sex modis, qui ponunt in l. si seruus
pluriū. §. fi. ff de leg. j. Ex quibus cōiecturis & modis si
nō possit illis intētio testatoris declarari, recurrere pote
rit ad significationē verborū, vt l. nō aliter. ff. de leg. iij.
significationē verò verborū multiplici existente mini
mū accipi debet, vt l. nimis indistinctē legatis. eod. tit.
Qd' tn̄ fallit religiōis fauore, vbi accipi & interpreta
ri debet qd' maius est deberi, vt l. Titia. § Seia. ff. de au.
& arg. lega. Sed qn̄ non appareret qd' minimū sit, ni
hil valebit dispositio, vt l. duo sunt Titij. ff. de testa. tu
te. & l. si quis de pluribus. & l. si fuerit. ff. de rebus du
bijs. Ex quibus patet, q interpretatio habet locū super
incertis, non autem super certis. Facit l. pediculis. §. ar
gento potorio. ff. de auro & argen. lega. & l. item in le
gato. §. paruI. & ibi gloss. ff. de lega. iij. cum similibus al
legatis per Bald in dicto cap. cum venisset. j. col. dispo
sitio etiam hominis si simpliciter prolata super eo, super
quod ius disponit, recipit determinationem ab illo, vt
l. secunda. & l. non rectè. C. de fideiusso. facit qd' habe
tur in text. & gloss. in l. prima. C. de his qui non poss.
ad liberta. perueni. & quod notat Alberic. in l. ij. C. de
3 iure emphyt. †De definitione autē loquendo non su
mendo eā pro regula, sed prout est cōuertibilis cū suo
definito, per l. j. §. primo. cum ibi notatis. ff. de dolo.
& per glos. Instit. de oblig. in princ. & per gloss. sup ru
brica. extra de dol. & cōtu. Quæ definitio verbi est quo
quid est de eius significatione, vt dicit Bald. in l. j. C. de
sen. pass. videri etiā possunt Bar. & Doct. in l. j ff. de te
4 stam. †In hoc tn̄ textu sumit secundū glos. definitio p
regula iuris, facta traditio, vt dictū est, quę regulæ iuris
periculosę sunt ppter exceptiōes quas patiunt: sed stā
dū est illis regulariter, & fixē. & exemplificat glo. hic de
bobus & carrotio: & si de aliquo articulo obijcitur,
vbi fallit regula, in illo obiecto respōderi debet esse spe
ciale, & in alijs nō specialibus remanebit firma regula.
Ad qd' facit illud qd' habet in l. j. ff. de regula Cato. &
qd' dictū fuit in dicta l. j. ō. isto tit. & in aut. de non alie
nan. aut permut. eccle. rebus. §. vt autem lex. collatio. ij.
¶ Addit hic glossa notāda, quòd ideo in hoc textu po
nit dictio parū, ad denotandū, licet aliquæ sunt regulę
q̄ exceptiones nō patiunt, sunt tn̄ paucę respectu mul
tarū q̄ supra in hoc tit. positę sunt patiētes exceptionē.
5 †Et bene visa glos. solū recitat octo regulas exceptionē

non patientes. Prima est de libero homine, qui nõ põt
vsucapi, per l. vsucapionem. ff. de vsucap. in fi. & Instit.
eod. tit. § sed aliquando. etiam cũ titulo & bona fide
possessus per quadraginta annos, secundũ Ang. Aret.
ibi per illum text. qui dicit nullo tempore præscribi.
Et facit l. fi. C. de præscrip. longi tempo. quæ ꝓ liber-
tate, & nõ aduersus liberta. opponitur. vbi tex. etiam
loquitur de præscriptione sexaginta annorũ nõ admit-
tenda contra ingenuitatem. qui text. vt dicit Bald. ibi
notandus est, qm̃ alibi secundũ eum non fit mentio de
sexaginta annorũ ꝑscriptione. Tempus em̃ nõ est mo-
dus tollendi ingenuitatem. qđ est verum secundũ glo.
ibi etiam in tempore centũ annorum, per iura quæ al-
legat, vel etiam mille annorũ, vt dicit glo. in l. ingenuã.
C. de ingen. & manu. licet enim per longissimũ tẽpus
seruiat ingenuus, per hoc nõ efficeretur seruus, quod
tamen secundum Docto. ibi procedit quo ad veram
essentiam, sed quo ad præsumptionem creditur talis
qualis inuenitur, secundum gloss. in l. moueor. C. si ser-
6 uus expo͂rt. veneat. & l. j. & iiij. C. vbi cau. sta. † Pro de-
claratione autem huius articuli est sciendum quòd si
allegaretur solus cursus temporis, etiam mille annorũ,
non ex hoc seruitus probaretur. sed vbi allegaretur ti-
tulus, ad illũ probandũ sufficeret ꝓbare cursum tem-
poris xxx. annorum, secũdum glos. in dicta l. ingenuã.
quam sic ibi intelligit Salic. Facit quod notatur per eũ
in l. si certis annis. C. de pact. & l. cum de in rem verso.
7 ff. de vsuris. † Secunda regula est quam dicit gloss. ista
non habere exceptionem in l. aliquando. in principio.
ff. ad Velleia. Vbi mulier in rem suam intercedens non
iuuatur Velleiano; quia re vera intercedit in re pro-
pria in casu illius legis, licet posset prima facie videri a-
liena, vt ibi declarat gloss. quam Salic. commendat, &
8 satis in illo textu declaratur. † Tertia est in l. si deci-
piendi. eodem titulo. vbi mulier fideiubens animo de-
cipiendi, non iuuatur etiam Velleiano: quia vt ibi di-
cit Baldus, mulieri deceptæ non autem decipienti suc-
curritur per dictum Velleianum senatuscõsultũ, quod
fragilitati succurrit mulierum, & non earum dolis, aut
deceptionibus: quoniam deceptis & non decipienti-
bus subueniendum est, vt l. secunda. § j. eodem titulo.
9 † Quarta ostenditur vera & non habens exceptionem
regula in l. illud. § ad testamenta. ff. de bono. posses. cõ-
tra tabu. vbi bonorum possessio contra tabulas non
datur aduersus testamenta mulierum, quia hæredes nõ
habent scilicet suos filios in potestate, secundum glos.
quod impugnat ibi Barto. quia illa ratio non videtur
bona, quia filio emancipato datur bonorum posses-
sio contra tabulas, vt l. j. § j. eo. tit. Ratio igitur melior
est secundũ eundem Bart. quia bon. poss. contra tabu.
non datur exhæredatis, & præteritio materna habetur
pro exhæredatione, vt in § mater. Instit. de exhæredat.
libero. tamen facta sine causa exhæredatione, licet non
daretur bon. poss. contra tab. daretur locus iuri dicen-
di testm̃ nullũ, secundũ qđ ibi dicit Ang. Areti. & no-
tatum fuit plenius in l. præcedenti. & hoc etiam tenet
Barto. in dicto § ad testamenta. vbi tñ concludit, ꝙ be-
neficium prætoris, de quo loquitur ille § non extendi-
tur ad testamenta fœminarũ, ad quæ tñ se extendit be-
neficiũ Iustiniani, in auth. ex cã. & auth. non licet. C. de
libe. preter. vel exher. & in corpe vnde sumptæ sunt. vt
10 fuit plenius recitatũ in l. præcedenti. ¶ † Quinta nostri
propositi nõ habens exceptionẽ regula est, secundum
glo. in l. ñ. C. qñ prouoca. nõ est necesse. Vbi reuocatur
etiam citra appellationẽ sentẽtia, per quã ꝓnũtiatũ fue-
rat minorem quatuordecim annis posse condere testa-
mentũ, cum per regularẽ dispositionẽ iuris statutũ sit,
ꝙ talis minor illud condere nõ posit. & illa lex. ij. cano-
nizata est. ij. q. vj. § si sententia. & not. in c. j. extra de sen-
ten. & re iud. illa em̃ notoria & regularis iuris decisio,
quòd masculus annis minor quatuordecim & fœmi-
na duodecim, testamentum facere nõ posit, clarẽ ꝓ-
batur in l. qua ætate. ff. de testamen. & l. si frater. C. qui
testa. face. possunt. cum cõcordan. ibi allegatis in glo.
Quod est verũ etiã si sit ꝓximus pubertati, quia præ-
sumptio iuris est & de iure, vt dicunt Doct. in dicta l.
qua ætate. ꝙ nõ habeat talis impubes ꝑfectũ sensum.
Ad quod facit l. fi. C. de testa. milit. Licet aliud sit dicẽ-
dum in matrimonio contrahendo, per illud quod ha-
betur in c. vnico. extra de desponś. impub. lib. vj. Quia
tamen iste articulus de impubere, an posit testari, ha-
bet plura consideratione digna, de quibus nihil dixi
in l. quandiu posit valere testamentũ. ẽ. isto tit. quam
reperij, sed huc vsq; distuli ad hanc regulam & suã glo.
11 aliqua dicam addendo ad ibi dicta. † Et primò aduertẽ-
dum est, secundum Docto. in locis allegatis, ꝙ ad hoc
vt adultus vel adulta testari posit, non est necesse in
masculo, quòd anni quartidecimi dies vltimus sit to-
tus completus, vel duodecimi in fœmina, sed satis vide-
tur quòd sit inchoatus, vt in allegata l. qua ætate. qm̃
in istis non fit computatio de momento ad momentũ,
aliàs esset necessariò requisitum, ꝙ annus xv. in mascu-
lo, & xiij. in fœmina foret inchoatus, cum vnus egres-
sus operetur alterius ingressum, vt xxxij. q. j. c. cum re-
nuntiatur. Actus enim testãdi requirit temporis inter-
uallum, ideo si requireretur cõpletio totius vltimi diei
anni decimiquarti vel duodecimi, requireret̃ etiam il-
lius excessus, quod minime requirit̃, vt in dicta l. qua
ætate. & notat gloss. in dicta l. si frater. super verbo, e-
gressus. Ideo secundum Paul. de Cast. & Ioan. de Imol.
in sępedicta l. qua ætate. illius intellectum declarando,
natus prima die Ianuarij mensis hora decima illius in
illa die, quæ erit vltima dies decimiquarti anni hora
duodecima poterit testari: quia sufficit diẽ esse cœptã
quæ habetur pro cõpleta, siue sit dies naturalis, quæ
incipit à media nocte pręcedente, & finit̃ in media no-
cte sequẽti, vt habetur & notatur in l. more Romano.
ff. de fer. & per Innocentium in cap. consuluit. extra de
officio delega. & in l. non minorem. C. de translactioni.
siue sit dies artificialis, quę incipit ab ortu Solis, vt no-
12 tatur in dictis iuribus. † Tangunt etiam prædicti Do-
ctores vbi supra, quare fœmina citius testari posit,
quàm masculus. Et gloss. in antedicta lege, qua ætate.
ideo dicit hoc esse, quia citius fœmina sagax & viri-
potens efficitur, quàm masculus, vel quia mala herba
citius crescit, vt legitur in gloss. l. secundę. C. de his qui
veni. ætat. impetra. vel secundum Paulum de Castr.
& Ioannem de Imola in l. qua ætate. Hostien. & Ioan-
nẽ Andr. in cap. literas. extra de desponsatio. impube.
quia mulier citius moritur quàm masculus. Ideo citius
efficitur matura: sicut videre licet naturaliter in pomis
& plãtis, quia quæ plus durant, tardius producunt̃, vt
patet ad sensum, & est ratio philosophica secũdũ Bald.
13 † Sed quæritur, an pupillus vel pupilla, cum autorita-
te tutoris testari posit. Et glossa secunda dictæ legis,
si frater. videtur tenere quòd non: quia tutor datur
pupillo

pupillo, vt autoretur inter viuos, non autẽ post mortem. Quod dicit Bal. ibi procedere etiam si vellet autoritatem præbere in relictis factis ad pias causas, per ea quæ habentur in d. l. fi. C. de testa. militis. quia vltimæ voluntatis status incipit post mortem, vt l. illa institutio. ff. de hæredi. instit. de quo per Barto. Salic. & Do-
14 cto. in l. prima. C. de sacrosanct. eccle. † Et illud etiã extenditur ad donationem causa mortis, vt vult Salic. in alleg. l. si frater. scilicet q; pupillus etiam cum autoritate tutoris donare nõ põt causa mortis. & allegatur ad hoc tex. in l. j. circa principiũ. ff. de tute. & ra. distra. qđ dicit ibi Bal. esse notandũ, quia licet donatio cã mortis plus accedat cõtractui quàm vltimæ voluntati, vt notatur per gloss. in l. ij. ff. de dote prælega. hoc debet intelligi quo ad modum & formam faciendi, quia requirit præsentiã personæ, cui fit donatio, vt l. inter mortis. ff. de dona. cau. mort. sed in vltima voluntate personæ præsentia non est requisita, scilicet cui relinquitur, vt l. cum pater. §. surdo. & §. donationis. ff. de lega. ij. & facit qđ notatur in l. serui electiõe. ff. de leg. j. & l. Theopompus. ff. de dote prælega. sed donatio causa mortis quo ad personam æquiparat̃ vltimæ voluntati, quia contractus cadit in pupillum cum tutoris autoritate, sed non donatio causa mortis, vt d. l. j. circa principiũ. ff. de tute. & ra. distra. Et per hoc limitatur illud qđ cõmuniter dicitur filiũ fam. posse donare causa mortis, de consensu patris, vt l. tam is. ff. de dona. cau. mort. quia hoc verum est, nisi filius esset pupillus, secundum Bal.
15 in sæpedicta l. si frater. † Est deinde notandum, q; adultus vel adulta bene potest testari, etiam si habeat curatorẽ: qm̃ autoritas curatoris nõ venit in hoc considerãda circa vltimam voluntatem, vt dicta l. cum pater. §. curatoris. de lega. ij. Et facit quod notatur in l. ab Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. per gloss. Pupillo enim adultus æquiparatur habens curatorem quo ad contractus, vt l. si curatorem habens. C. de in integr. restit. mino. non tñ quantum ad vltimas voluntates. Et rationem reddit Bart. in l. j §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. quia quantum ad testamentum adultus nõ videt̃ habere curatorẽ, cum hoc non pertineat ad administrationem bonorũ. ad quod facit argum. l. in copulãdis.
16 C. de nupt. † Sexta ponitur per glos. hic regula non patiens exceptionem, quæ habetur Instit. de inutil. stipu. in princ. & §. j. vbi non valet stipulatio rei mobilis vel immobilis, quæ nõ potest cadere in dominio nostro, vt stipulatio hominis liberi, vel hominis mortui, rei sacræ aut religiosæ, vel reipublicę. de quo videte ibi Ange. Aret. & quæ recitata fuerunt in l. quod nullius. & l. impossibilium. supra isto titu. cum iuribus ibi al-
17 legatis. ¶ † Septima regula est, quam allegat gloss. non habere fallentiam, de qua in l. ij. & l. si sepulcrũ. C. de religio. & sump. fune. vbi dicit̃, sepulcrũ vel monumentum vendicari nõ posse. Sed qa illius materiã largius recitaui in l. qui autore iudice. supra isto tit. ideo remitto ad illa quæ ibi dicta fuerunt, secundum Doct. vtriusq; iuris, & prętertim plenissime remisi ad tractatum funeralium domini Alberici de Ferrarijs, quem ibi
18 allegaui. ¶ † Octaua regula hic allegatur, quæ non fallit secundũ glo. habet̃ in l. j. §. fi. ff. ad Treb. vbi in testõ alicuius testatoris nullus põt plus grauari, q̃ sibi fuerit legatũ vel relictum. Quod clarius probatur in d. l. j. §. si is qui quadringenta. ibi dũ dicit tex. Neminẽ em̃ oportere plus legati nomine præstare, q̃ ad eũ ex hæreditate peruenit. Et ita dicit glo. in d. §. fi. quam sequit̃ Bar. gl. tãdem subiungit hic multas esse tales regulas, quæ non patiuntur exceptiones: sed istam regulã de illis loqui quæ superius positæ sunt in hoc titulo excе-
19 ptionem patientes. † Quibus extra glos. regulis nõ patientibus exceptionem addi potest illa, quę habetur in l. iij. in princ. ff. de alie. iudi. mutan. causa facta. vbi dicit̃ q; potentioribus pares esse non possumus: & ideo vt ibi dicit Alber. nõ præsumitur q; minus potens inferat violentiam potentiori. Ad quod facit id qđ habet̃ in l. fi. ff. quod met. cau. cum similibus.

Gulielmus Maynerius.

Summarium.

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur sentire.

ER leg. cũ duobus. §. fin. & l. seq. ff. pro soc. declara-
1 tur hęc regula, † Vbi socius omnium bonorum non dicitur sentire damnum quod sibi euenit propter delictũ suum, quod commisit, propter quod cõdẽnatus fuit: & ideo non recuperat illud ex communione. Secus autem foret, si iniuria iudicis foret condemnatus, quia hoc non sua culpa, sed iudicis iniuria euenisset, vt ibi habetur. Et ideo, vt dicit ibi Bald. tunc de communi illud, in quo fuit condemnatus, soluere potest: secus si propter suam cõtumaciam
2 condemnaretur. † Ex quo secundum eundem Baldum ibi super illo textu in versic. per contrarium. colligitur etiam, quòd lucrum quod socius omnium bonorum consequitur ex suo delicto, non tenetur conferre societati. si tamen conferat, efficitur cõe: sed illud collatum potest de societate recipere, si fuerit cõdemnatus ad il-
3 lud restituendum. quod est notandum. † Et est ratio, quia non est communio vel societas rei turpis, vt lege, quod autem. & l. nec prętermittendum. supra. eodem titulo, pro socio. & facit eodem titu. l. cæteræ. §. primo. sicut nec mandatum. ff. mandati. l. si verò non remunerandi. §. rei turpis. Quod facit secundum Albericum in dicta lege, quod autem. vt vsurę non veniant

in cõmunione nec diuisione, secundũ Rofred. Beneuentanũ in ti. de actione fam. ercisc. ver. quartũ est. Sed ipse Alber. in d. l. cæteræ. versi. sed & si quid ex peculatu. tenet cõtrarium quo ad vsuras, scilicet ꝙ veniant in diuisione inter hæredes. & hoc ibi etiam voluit Bald. quia in vsurariũ transiuit dñium illarũ: possunt tamen repeti vsuræ ꝑ condictionẽ indebiti, vel per cõdictionẽ ex canone, vt patet ꝑ totum tituiũ extra de vsur. de quibus an fieri possit eleemosyna, videte Archid. i. q. j. c. non est putanda. Secundò declaraẽ in glo. hæc regula ꝑ illud qđ habeẽ in l. si putator. ff. ad l. Aquil. cui secundum Alber. cõcordat 50. dist. c. ij qui arborẽ. cum duobus capitulis ꝑcedentibus, & duobus sequentibus cũ ibi notatis ꝑ glo. & Archidi. & qđ habeẽ notatũ in c.

4 dilectus. & c. ex literis. j. & ij. extra de homicid. † Ad cuius declarationẽ sciendũ est, ꝙ delictũ casuale non imputaẽ ei q dat operã rei licitę, nec fuit in culpa, vt dictis iuribus sic intellectis ibi ꝑ Do. Ex qualitate aũt loci iudicaẽ dãnũ datũ aut delictũ cõmissum dolo vel culpa cõmittẽtis, vt secũdũ Flor. Alb. & Doc. declaraẽ in d. l. si putator. vt quia quis potuit, puidere, & nõ ꝑuidit, ne cõmitteret, cũ à diligenti hoĩe potuit prouideri, vt ibi patet in putatore arboris, quã putabat aut scindebat in loco publico vel priuato, si ramus illius cecidit super trãseuntẽ, & vulnerauit illũ aut interfecit, cõsiderandũ est, an ibi esset iter publicũ vel priuatũ, quo consuetũ erat transire: quia ille trãsiens, super quẽ cecidit ramus, fuit in culpa, si fuerit ei ꝓclamatũ, aut denũtiatum, vt caueret illo tempore à trãsitu, & nõ tenetur putator, vel scissor ille, qui clamauit vel denũtiauit, vt probat ille tex. & sic verificatur hæc regula, ꝙ ille trãsiens qui post denuntiationem sibi factã fuit in culpa transeundo, ideo damnũ illud qđ sensit culpa sua dici debet nõ sentire, vt agere possit ad illud. Excusatur aũt à culpa putator ille, qui denũtiauit aut exclamauit trãseunti vel transire volenti, ne tunc transiret, dummodo opportuno vel cõgruo tpe denuntiauerit, vt ibi not. per Doc. Ad quod facit l. si rem. §. si. ff. de euictio. Hoc autem vt excuseẽ ille denuntiator, debet attendi, si dolus eius non præcesserit vel rem illicitam faceret, vt notat Floria. in ante dicta l. si putator. quia dolo præcedente, vel si fieret res non licita, per exclamationem vel denuntiationem nõ excusaretur. ad quod facit l. itaq. & l. qui foueas. cum ibi notatis. ff. ad leg. Aquil. & cap. significasti. extra de homicid. & iuribus superius alle-

5 gatis. ¶ † Denuntiationis aũt effectus plurimos videre poteritis per Alber. in l. si fundũ. C. de rei vend. & ꝑ Iacob. Rebuffi. in l. ingenue. C. de murilegulis. lib. xj. vbi ponit denuntiationis ipsius vndecim effectus, & quatuor requisita ad hoc vt illi effectus valeant, & aliqd operentur. Vnus est enĩ effectus denũtiatiõis, per quã quis in mora cõstituiẽ, vt l. si quis solutioni. ff. de vsur. Alius est, quia ex illa acquiritur ius de nouo. l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. & l. fin. C. de iure do. impetrando. Item conseruat ius in futurũ. l. si debitor. in fi. l. sicut. §. non videtur. ff. qui. mod. pig. vel hypoth. solui. Interrumpit etiam præscriptionem denũtiatio iudicialiter facta. l. cum notissimi. C. de præscript. xxx. vel xl. anno. & l. j. cum sua glo. C. de annali except. Protegiẽ deinde quis per denuntiationẽ, vt l. j. in princ. ff. de nouo. oper. nunt. per illã etiam conseruaẽ & restringitur ius, vt l. emptori. j. ff. de euictio. propter denuntiationem vlterius præstantur alimenta, vel non præstanẽ, vt l. j. & quasi per totũ. ff. de liber. agno. Et per denuntiationem efficitur quis bonæ fidei, qui aliàs esset malæ fidei. l. falsus. §. qui alienũ. ff. de furt. Et econuerso efficiẽ malę fidei, q aliàs esset bonę fidei, vt dicta l. si fundũ. ff. de rei vendica. Item per denuntiationẽ inducitur iudex ad cognoscendum, vt l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. S. C. & l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infam. Fit etiam præiudiciũ circa statũ personæ per denũtiationẽ, vt d. l. in-

6 genuẽ. & l. edicimus. eo. tit. in casibus illarũ legũ. † Vt autem denuntiatio illos effectus operetur, requisitum est, ꝙ bona non mala fide fiat, vt l. ij. ff. quod fal. tu. auto. Et etiam ꝙ fiat eũ causa, sine qua nullius esset momenti, vt l. si maior. C. de rescin. vend. cũ autem expressa valet, ita tñ ꝙ ca expressa sit sufficiens, aliàs non valeret, vt l. ij. C. debito. vendi. pig. impe. non pos. Fienda est etiam dicta denuntiatio re integra, vel tali tempore, quòd posset res retractari, vt alleg. l. si fundũ. & facit quod habetur in l. alienam. ff. pro empto. & l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. & de istis not. ꝑ Barto. in l. non solum. §. morte. ff. de no. ope. nũtia. & ibi per Io. de Imo. ex quibus patet in hoc exemplo posito hic per glo. de antedicta l. si putator. quòd denũtiatio putatoris siue proclamatio, quã facit transeunti per iter consuetum, vt caueat à casu, illum excusat, & facit vt culpa sit imputanda transeunti, qui non expectauit vitationem periculi denuntiati, cum sit excusatus ille denuntiator vel proclamator, per superius allegata. Quæ inducit Florianus ibi ad euntes super equos in locis vbi est iter consuetum, ꝙ debent clamare in loco publico siue priuato, vbi sunt hoĩes, ad hoc vt euitẽt periculũ. Ad hoc etiam adducit literam Mela. in princ. eo. tit. & quod not. in l. j. §. interdum. & §. ait

7 prætor. ff. si quadru. paup. fecis. dicatur. vbi ista applicat ad quæstionem: † Canis intrauit domum vicini, & comedit carnes, vel porcus qui comedit farinam, vtrũ actio & quæ detur vicino passo damnum dictarũ carniũ, vel farinæ. Illa[illegible] actio de pauperie isto casu dari non videtur, nec posse competere, cum naturale sit cani comedere carnes, & porco farinam, & sic hoc nõ est contra naturã sui generis, quod requisitũ in illa actione videtur, vt dicta l. j. §. & generaliter. Odofred. tñ voluit non esse dandam illã actionem directam, sed bene vtilem, pro quo allegat illam l. §. in bestijs. & dicit opinionẽ illam esse æquam. quidam dixerunt dari vtilẽ actionem de pastu pecoris, per leg. qui seruandarũ. §. fin. ff. de præscrip. verb. Alij voluerunt nullũ dandũ remedium, quia imputari debet domino carnium qui illas non custodiuit, sicut debet quilibet suas res bene custodire, argumento istius legis, quam allegant. Iaco. de Aret. tenet dari vtilem actionem legis Aquiliæ, per illud quod habetur in l. qui occidit. §. si quis. ff. ad leg. Aquil. Florianus ipse nouissime allegat posse dici, ꝙ si possit argui culpa saltẽ leuissima, teneatur, cuius fuit ad æstimationem damni, vt l. quemadmodum. §. magistratus. eod. titu. & ff. de noxali. l. ij. & iij. Si verò non possit argui culpa, detur de æquitate actio in factum. l. quoties. ff. de præscript. verbis. Videte eod. titu. in dicta l. qui seruandarum. §. fina. cum ibi notatis. & l. fin.

8 C. ad l. Aquil. † Addit glo. istius legis veritatem ostẽdi in l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. ercisc. vbi habetur damnum quod cohæres ex suo facto sensit, debere sibi, & non cohæredibus eius imputari. & ibi glo. ad hoc allegat istam regulam. quod enim ex

suo

suo facto præstat cohæres non repetit à cohæredibus.
& facit id quod habetur in l. communis familia. ff. de
noxalibus. vbi soluens pro suo maleficio vel sua cul-
9 pa non repetit ab alio, vt ibi notauit Baldus. † Proba-
tur vlterius veritas huius regulæ in l. sed & si quis. in
fin. ff. de instito. vbi habet, ꝙ institor cuiã pupillus ob-
ligat actione institoria illum qui eum præposuit, cui
imputatur culpa quare eum præposuerit: quia non
est curandum de persona institoris, sed bene de perso-
na illum præponentis. vt enim ibi declarant Salice. &
Bal. in ead. l. §. parui. institor cuiuscunq; sit ætatis, con-
ditionis, vel sexus, obligat præponētem, cui est impu
tandũ, quare talem præposuit. Quod ꝓcedit nisi præ-
ponens esset pupillus, qui non obligatur nisi præpo-
nat institorē cum autoritate tutoris, vel nisi sit factus
10 locupletior, vt l. verum. & l. eatenus. eodem titu. † Alia
huius regulæ veritas ostenditur notabiliter in l. si quis
in testamento. C. de fideicommiss. liber. hic allegata in
gloss. vbi contumacia culpatur hæredis legatarij aut fi
deicommissarij, in eligendo vnum ex seruis testatoris,
quem illi commiserat manumittēdum, quem elegisset,
& quia non elegit, omnes manumittere cogitur: & si
moriatur hæres, legatarius vel fideicomissarius cõtra-
cta mora in eligendo manumittendum, hæres illius in
mora cõstituti punitur eadem pœna, vt ibi deciditur.
& dicit legislator id esse imputandum non legi, sed cõ
tumaciæ illius manumittere debentis: & sic sua culpa
damnum quod sentit, videtur nõ sentire. Vbi duo spe-
cialiter sunt notanda & menti tenenda. Primum est, ꝙ
oratio de incerto de certis sua aptitudine comprehen-
dit vniuersos. ibi enim erat rogatus hæres per testato-
rem manumittere vnum de liberis natis ex ancilla sua
ipsius testatoris, quem elegisset: ancilla peperit pluri-
mos: hæres testatoris de eligendo vnum quem manu-
mitteret à testatore rogatus, nullum elegit, sed post mo
ram decessit, nec paruit voluntati testatoris: omnes illi
nati ex ancilla comprehensi autoritate iuris censentur,
vt libertatem consequantur. Et imputatur hæredi ro-
gato testõris prædicti, quòd culpa, contumacia & mo
ra sua illius voluntatem non impleuit. Et ideo appel-
latio vnius nasciturorum ex ancilla comprehēdit vni
11 uersos natos ex ancilla prædicta. † Quod secundũ Do
cto. ibi facit ad quæstionem procuratoris cõstituti qui
debet dari certus, vt l. dummodo. ff. de procuratorib.
quòd si detur vnus incertus de certis, vt si dicat consti-
tuens procuratorē, Constituo vnum de filijs aut so-
cijs meis: valet constitutio, & omnibus videtur pote-
statem dedisse, eritq; melior conditio occupãtis, vt ibi
voluit Alberic. post Iacobum de Rauen. quem allegat
in dicta l. dummodo. Ad quod facit l. cum pluribus.
ff. de manumiss. testamen. & l. cum quidam. ff. de lega. ij.
& dicta l. si quis in testamento. quod notate, quoniam
quotidie constituũtur procuratores curiarum in illis
practicantes, qui sunt incerti de certis, & valet cõstitu-
12 tio per prædicta. † Notari etiam debet id quod dicitur
in illa l. si quis in testamento. quòd hæres illius hæredis
in mora constituti, & contumacis in non obediendo
mandato testatoris, non potest purgare moram hære-
dis prioris defuncti circa electionem personæ manu-
mittendæ: quia talis electio, & potestas cohæret perso-
næ rogatæ. quod videtur esse verum, quando nomine
proprio fuit electio talis commissa: secus si nomine di
gnitatis committeretur, vt not. per Baldum in l. fin. §.
sed & si quis. C. cõmunia de legã. quem ibi latius po-
testis videre, & l. prima. ff. de legatis secundo. & in l.
si quis arbitratu. per Bartolum. ff. de verborum obli-
gatio. & l. in emendis. & l. fina. C. de contrahend. empt.
& per Barto. Bal. & Ioannem de Imola in l. qui libe-
ris. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupil. substitu. Ex qui-
bus supradictis dicunt Docto. in antedicta l. si quis in
testamento. quòd metuendæ sunt pœnæ legum, per il-
lum text. & facit l. prima. C. ad leg. Iuliam repetũda. &
l. aut facta. §. fina. ff. de pœn. De pœnis etiam legum cõ
tumaces frustra conqueruntur, sed debent conqueri de
se ipsis, & sua contumacia, & non de tenore, & iustitia
legis. Facit quod notatur per gloss. in l. cum probatio.
ff. de probatio. & l. palam. ff. de ritu nupt. Vltimo glo.
hic pro veritate huius regulæ adducit illud quod ha-
betur in l. iij. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iuris. vbi
impetrator iuris iniqui, eodem iure vti cogitur. super
quo videte ibi text. glo. & Doct. Gulielmus Mayner.

Summarium.

1 ☞ Actionem habens, an videatur rem habere.
2 Cessionario quæ actio competat.
3 Minus dictio, quid significet.
4 Minus currere an dicatur qui non currit, & minus va
lere qui nihil valet. & nu. 5.

Minus est actionem habere, ꝙ̃ rem.

1 VT †dicit hic glo. ꝓ veritate
huius regulæ secundum iu-
ris intellectum habēs actio-
nem rem habere videtur, vt
dicit tex. in l. qui actionem.
supra isto titu. quod vide-
tur esse contra istum textũ,
qui dicit minus esse habere
actionē quàm rem. Sed vt
dicit gloss. quantum ad hoc intelligetur actionem ha-
bens habere rem, licet verè nõ habeat, quo ad facti exe-
cutionem, cum sint factorum, atq; sentētiarum incerti
dubijq; euentus, & etiam consideranda venit expensa,
quæ fit in prosecutione litis. Ad quod facit secundum
glos. hic illud quod dicit text. in l. quod debetur. ff. de
peculio. Et ita prædictorum dubij sunt euentus, sicut
bellorũ, vt ibi dicit Alb. ꝗ allegat ꝓ hoc illud qđ legi
tur secundi Regum xvj. cap. & l. prima. ff. de trãsactio.
& l. eos. §. super his. C. de appellatio. & ff. famil. ercisc.
l. propter spem. & ij. quæstione vj. cap. quoties. & cap.
ad apostolicæ. extra de senten. & re iudic. lib. vj. per Io-
annem And. & dicitur euentus litis esse fortunæ, vt di
ctis iuribus. & ff. de stat. hominũ. l. seruus. Ex quibus
colligit Bald. in dicta l. quod debetur. quòd actio non
tanti æstimatur quanta est quantitas, quæ debetur ex
illa actione: qm̃, vt ibi patet, haberi debet ratio sum-
ptuum, qui sunt necessarij, & opportuni in exigendo
dictam quãtitatem debitam ex dicta actione. Et etiam
haberi debet ratio dubij euentus. quod notandum est
pro eo quod habetur in l. ab Anastasio. C. mandati.
Et videte pro materia huius regulæ id quod notatur
per gloss. in l. rem in bonis. ff. de acquiren. rerum dom.
& quæ allegaui in dicta l. qui actionem. & text. l. scri-
bit. ff. de auro & argento lega. in principio. Et notate

ideo quòd si alicui ad rem solū cōpetat actio, vt quia vi fuerat eiectus de possessione rei, & conueniatur, cedendo actionem liberatur, vt notatur per Docto. in dicta l. quod debetur. & text. & ibi per Baldum & Ange. in l. quod si in diem. §. Iulianus. ff. de petitio. hæredita.

2 †Qua actione cessa quæ actio dicatur competere cessionario, notatur per gloss. in l. si culpa. ff. de rei vendi. super verbo, adiuuari. & l. planè. glo. super verbo, debeat, & ibi Bald. ff. famil. erciscund. & C. de hæredi. vel actio. vendi. l. fin. glos. fin. & ibi Cynus & Docto. & per ipsum Bal. in l. vir vxori. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & Specu. titu. de cessio. actio. §. primo. versi. item quid si nihil cedis. Addit subsequenter hic glossa patere huius regulæ veritatem in l. sciendum. §. sed si fundum. & §. diuersa. ff. qui satisda. cogan. vbi possessor rei petitę excusatur à satisdatione. Ibi tamen probatur & allegatur secundum Alberic. quòd plus est in re, quàm in spe, maxime in cōsideratione satisdationis, in qua inspicitur tempus præsens, quo ille tenet rem, qui ob hoc à satisdatione excusatur, licet illa ab eo speretur euinci. Et sic verificatur hæc regula, quòd minus est

3 actionem habere quàm rem. † Alibi legitur minus id esse quod nihil est. l. illud. §. si cuius dolo. versi. minus. ff. de tributo. quod ibi dicit gloss. ad multa fore notandum. Cōcordat l. minus solutum. supra tit. proximo.

4 & l. verbum amplius. eo. ti. vbi est expressum. †Quod in dicto versi. minus. Alberic. post Guidonem de Suzaria inducit ad quæstionem: Duo fecerunt sponsionem inter se, quòd qui illorum minus curreret solueret alteri decem. vnus illorum cucurrit, sed alius noluit currere, & ideo petit decem: quia non currens videtur minus cucurrisse. Et pro hoc facere videtur l. si oleum. ff. de dolo. & l. si rem. §. fina. ff. de præscript. verbis. In cōtrarium facere potest, quia verbum, minus, aliquid ponere videtur, & non debet accipi pro nihilo, vt l. fin. §. fi. C. de dona. ante nupt. sed hoc verū est, quòd aliquādo minus dicitur ad positionem vel comparationem maioris, quo casu non accipitur pro nihilo, vt dicta l. fi. §. fi. Ad quod facere potest, quia videmus legitimā debitam filijs in bonis patrū illorum cōparatione vocari minusculam, in l. si quis in suo. C. de inoffic. testa. & not. per Bald. in l. & si post tres. vs. colum. ff. si quis cau. &c. Aliàs si alio modo ponatur, quàm ad positionem maioris, potest accipi pro nihilo, vt dictis iuribus.

5 ¶ †Adducit hoc ad aliam quæstionē: Titius equum vendere volebat pro centum. Caius obtulit emere se illum pro sexaginta, Titius noluit tradere pro illo pretio, sed promisit dare Caio prædictū illo pro minus viginti quàm cuicunque alteri: accidit quòd equus deterioratus est, ita quod nō valebat nisi viginti, videbatur quòd Caio dandus foret pro nihilo, argumento iurium allegatorum supra. Contrariū tenuit dictus Guido, quē sequitur Alberic. quia prædicta promissio tacitam intelligi debet habere conditionem, si equus ille maneret in eodem statu, nec deterioraretur, argumento legis, cum quis. in principio. & l. quæro. ff. de solutio. aliàs transiretur de venditione ad donationem. quod non est dicendum. Ad quod faciunt notata in l. Aquilius Regulus. ff. de donat. Bene tamen fatebatur Guido de Suzaria, quòd sicut venditor tenebatur remittere quintam partem de centum, in tantum remittere teneatur pro rata de viginti, argumento l. si hæres. & l. si quis testamento. §. primo. ff. de lega. primo. & l. si ita scriptū. ff. de libe. & posthu. & l. pœnales. ff. ad legem Falcid. & ad illud qđ dicit, quod nihil est, minus est, bene facit l. bouem. §. aliquādo. ff. de ædil. edict. & l. si is qui hæres. §. primo. ff. de exceptio. rei iudica. & l. si ita à te. supra titu. proximo. & ibi gloss. & in l. quæstum. ff. de peculio. Videmus etiam quòd nihil habens potest cedere bonis, ne detrudatur in carcerē, vt l. cum & filij. C. qui bon. cedere possunt. Contra quod ibi opponit gloss. quia videtur impossibile, quòd non habens bona, cedere possit bonis, quia cessio non potest esse de non ente, argumento l. impossibilium. supra isto titulo. Sed secundum glo. Plac. quam sequuntur Bal. & Salic. ibi, illa cessio fit ratione spei futurorum bonorum, non quòd intelligi debeat cedentem illum cedere futuris bonis, quia hoc esset falsum, per ea quæ habentur in l. fin. C. quę res pignori obliga. possunt. & l. nō ad ea. ff. de conditio. & demonstratio. & l. si tibi mandauero. §. is cuius bona. ff. mandati. Sed effectus cessionis extēditur ad obligationem futurorum bonorum, vt pro illis cedens possit conueniri, deductio ne egeat, vt dicta l. cum & filij. & l. tertia. C. de bon. auto. iudic. possiden. Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞ Plerunque dictio, quid significet.
2 Legatorum in diem vel sub conditione factorum, an interim teneat alienatio.
3 Dominus quando non possit dominiū in alium transferre.
4 Legati ad diem certam an dominium interim transeat in legatarium.
5 Fideicommisso subdita res an interim per hæredē possit alienari.
6 Fisco agente hypothecaria contra donatarium possidentem, ipsi donatario incūbit onus probandi prioritatem temporis: secus si priuatus ageret.

Plerunque fit vt etiā ea quæ abire à nobis possunt, perinde in eo statu sint, atque si non essent eius cōditionis, vt abire possint: & ideo quod fisco obligamus, & vendicare interdum, & alienare, & seruitutem prædio imponere possumus.

1 HAEC †dictio, plerunque, in principio huius regulæ posita, & similiter in textu l. primę. in principio. ff. de rute. & ratio. distrahen. sumitur pro regulariter, vt ibi dicit Bartolus post Iacobum de Arenis. Quod ostendit ille text. dum dicitur in illo: & plerunque ita est, &c. & sic per illam constituitur regula, vt etiam habetur in l. inuitus. §. plerunque. supra isto titulo. Quæ per glos. ostenditur vera, atque declaratur ponendo casum in eo, qui se & bona sua obligauit fisco, adiecta conditione, quòd si pecunia debita nō esset soluta certa die, fiscus vendere posset: licet illa bona per

aliena

alienationem quam ex cōuentione facere potest fiscus
abire possint à debitore, qui illa obligauit. sunt tamen
interim debitoris, sic vt ea alienare, vendicare vel serui-
tutem super illis imponere possit. dicit tamen text. ple-
runq;, quasi illa videatur debitor taliter affecta non ha
bere, cum ab eo possint auelli. Ad quod facit l. nō quo
cunq;. ff. de lega. primo. vbi secundum Bald. dominiū
reuocabile non impedit irreuocabile. De quo in l. fin.
§. sed quia nostra maiestas. versi. sinautem auaritiæ. C.
cōmunia de lega. vbi videri possunt Docto. & in l. ser-
2 uo legato. §. primo. ff. de leg. j. †Vbi per Bart. & Bald.
allegatur hæc regula, & tractatur, an legatorū, & facto-
rum sub conditione interim teneat alienatio facta per
hæredem grauatū dictis legatis. Qm̄ nemo plus iuris
trāsfert in aliū, quàm ipse habeat, vt l. traditio. ff. de ac-
quir. re. do. & l. nemo plus iuris. s. isto tit. & in c. nemo
potest. extra eo. tit. lib. vj. cū ibi notatis per Doc. Et fa-
cit quod notatum fuit in l. hæredem. s. eo. ti. Circa qđ
dici pōt q̄ vbi sit pure legatum rei vel in diem certum,
dicitur aliena respectu hæredis instituti, & de ea traden
da grauati, quia illius rei legatæ dominiū à testatore re-
cta via transit in legatarium, vt l. à Titio. ff. de furtis. &
habetur in l. j. C. cōmunia de lega. Si verò fiat legatum
rei in diem incertum, dicitur etiam aliena propter spem
quam tñ ad dñium: quod licet non transierit in legata-
rium ab adita hæreditate, est tñ nata obligatio, quæ im
pedit ne valeat alienatio quo ad dñium rei legatæ alie-
natæ, vt not. per Docto. in dicto §. sed quia nostra ma
iestas. ad quod allegatur l. Sempronius. ff. de vsufruct.
lega. & l. si vsusfructus. §. planè. ff. vsufructua. quem-
3 admo. caue. †Et iste est casus, vbi dñs non habet alie-
nandi potestatē, sicut in simili in l. dotalem. ff. de testa.
milit. & l. ij. C. de vsucapio. pro empto. & l. si creditor.
§. fina. ff. de distrac. pigno. & instit. qui. aliena. licet. in
princ. Et intelligi debet quòd in prędicto casu nō trāsit
dominium in legatariū ante diei euentum, quia fauo-
re hæredis grauati legato rei prædicto videtur incerta
dies apposita propter fructus & cōmoditates ipsius
rei, quæ pertinent interim ad dictum hæredem, & non
ad legatarium, vt notat Bald. in alleg. §. sed quia nostra
maiestas. Facit ad hoc l. stipulatio ista. §. inter certam. ff.
de verbo. obliga. & l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l.
falcid. & in l. post mortem. C. de fideicom. quod proce
dit, nisi in fauorem legatarij, cōditio vel dilatio esset ap
posita. ad quod allegat Bal. in l. in fideicōmissi. §. cum
Pollidius. ff. de vsuris. vbi videte Alber. & Salic. iuuat
etiam quod dictum est, dominium nō transire in lega-
tarium sub die incerta ante diei euentum, quia in casu
prædicto dominij translatio dicitur legati executio,
vt notatur per Dynum & Docto. in l. si seruum. §. se-
quitur. ff. de verbo. obliga. Quæ executio fieri non de-
bet pendente dilatione. Non potest tamen interim hę-
res rem legatam alienare irreuocabiliter, etiam si post
quinquaginta annos rogatus esset restituere, nisi solas
suas commoditates, non autem substantiam seu domi
nium rei. & ita dicit Bald. esse intelligēdum illud quod
4 habetur in l. codicillis. §. instituto. de lega. ij. †Addit ta
men ipse Bal. vbi supra, fortè nō esse erroneum, si quis
diceret, quòd pendente die certa legati dominiū transit
in legatarium, sed non effectus dominij, propter illius
commoditates, & fructus. Licet obstare huic dicto vi-
deatur text. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellian.
5 †Sed ille text. loquitur in fideicommisso vniuersali, ex
quo etiam purè nō transit dominium in fideicommis-
sarium vniuersalem, nisi prius facta restitutione fidei-
commissi, vt l. restituta. eodem titu. Interim tñ facta vē
ditio vel hypotheca rerū subiacētium restitutioni sub
cōditione vel die incerta fingitur retro nulla adueniē-
te tempore restitutionis, vt in dicto versicu. sinautem
auaritiæ. cum ibi notatis per Docto. & per Salice. in
l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. Intentio e-
tiam glos. super verbo, celebrata, in alleg. versi. sinau-
tem auaritiæ. quod hodie irritetur ipso iure alienatio
rei sub conditione legatæ. Facta etiam pendente condi
tione restitutionis, ita quòd authē. res quæ. posita eo.
titu. C. communia de lega. corrigat leges dicentes con-
trarium, ibi allegatas in principio illius glo. quod etiā
videtur tenere gloss. in antedicta l. seruo legato. §. pri-
mo. & glos. in ista regula, quæ ibi allegatur. Cuius ta-
men contrarium tenent Doct. in dicto versi. sinautem
auaritiæ. & glos. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. &
Bald. in dicta l. seruo legato. §. j. & glo. in auth. de restit.
& ea quæ parit xj. mēse. §. quam ob rem. colla. iij. quo
niam textus in dicta auth. res quæ. in modo prohiben-
di nihil innouat, sed dūtaxat excipit duos casus ibi po-
sitos. Et prodest ista inuestigatio, quia si statutum di-
sponeret, quòd de qualibet alienatione solueretur ali-
quid ꝓ gabella, isto casu quo alienatio fieret ante euen
tum conditionis restituendi, deberet̃ gabella. quod Bar
tolus dicit esse notandum. Voluit etiam glos. prædicta
super prædicto verbo, celebrata. versi. iij. quòd fideicō-
missarius vniuersalis ante restitutionē fideicommissi,
conditione tamen restitutionis existēte, habeat rei ven
dicationē pro rebus alienatis, sed in non alienatis expe
ctetur restitutio: quam diuersitatē Salic. ibi dicit se non
percipere, quia text. in dicto versi. sinautem auaritiæ re-
scindit titulum alienationis existente cōditione resti-
tutionis. Sed sicut ab initio dominium non transfertur
sine titulo, vt l. traditionibus. C. de pactis. & l. nunquā
nuda. ff. de acquir. rer. domi. ita non remanet ex post fa
cto sine titulo, vt dicto versic. sinautem auaritiæ. & l.
Vranius. ff. de fideiusso. igitur conditione eueniēte do-
minium retransit ad hęredem grauatum, & est perinde
ac si res non fuisset alienata, & tanquam sit sine causa
apud emptorem. Sed iure veteri res hæreditarias quæ
ad alium sine causa peruenerunt, antequam restituatur
fideicommissum non vendicat fideicōmissarius, quia
ante dictam restitutionem ius vtile fideicōmissi nō cō-
petit sibi, vt dicta l. restituta. & l. facta. ff. ad Trebel. igi-
tur hodie per dictum versi. sinautem auaritiæ. non est
aliud dicendum, cum circa hoc ille text. nihil innouare
videatur, ita quòd quamuis dicat fideicommissarium
tunc posse vendicare, intelligi debet secundū eundē Sa-
lice. restitutione scilicet fideicōmissi facta. Et responde
rationi, per quā ibi mouet̃ glo. scilicet, q̄ hæres vendēs
desijt esse dñs, & sic nō potest alienata per eū restituere,
quia hoc verū de reali restitutione, secus de verbali, ꝑ
quā in fideicōmissariū transeūt actiones & iura totius
hæreditatis, vt ibi plenius habet̃. & ita etiā cum eo ibi
trāsit Fulgosius. Deinde aduertendū est ad illud quod
hic dicit glo. ista in versiculo, item q̄ dicit interdum. sci
licet, q̄ hæc dictio, interdū, hic in textu ponit̃, quia licet
res obligata fisco per debitorem, per eum vt dictū est,
possit obligari, hoc interdū est, quia aliqñ per debito-
rem nec alienari, nec vendicari potest, qñ scilicet per fi-
scum fuisset legitimè prius alienata, & sic in emptorē

translatum dominium. ad quod allegat glos. Insti. qui. aliena. licet. §. j. & ibi per Ange. Areti. Quod est quãdo fiscus alienat ex pacto vel seruata forma legis, vt l. fin. §. primo. & secundo. C. de iure do. impetran. cum ibi notatis per Doct. & l. si conuenerit. ff. de pigno. actio.

6 †Circa quæ videnda est l. prima. cum sua materia. C. de iure fisc. lib. x. vbi secundum Bartoli lecturam habetur, q donatarius à fisco conuentus hypothecaria, debet probare donationem sibi factã præcessisse hypothecam fisci, vt sequatur donatarij absolutio. Ad quod facit l. quod sæpe. §. sed si res. ff. de contrah. empt. & est text. in l. fin. §. Lucius. ff. de dona. & facit l. quoties. C. de rei vendica. Sed secundum Iacob. Rebuf. in dicta l. j. hoc singulare est in fisco, vt incumbat donatario onus probandi, q donatarius probet donationem suã fuisse priorem hypotheca fisci. Sed si priuatus ageret hypothecaria contra donatarium, onus sibi incumberet probandi rem fuisse prius obligatã, quàm donatam, vt l. de rebus. C. de dona. ante nup. quæ ad hoc est multum singularis. Si itaq; donatarius per fiscum conuentus fuerit hypothecaria, & ipse fiscus probet hypothecatam sibi fuisse rem illam de mense Ianuarij, & donatarius eodem mense sibi donatam probaret, neq; constaret quis priore die illius mensis probaret suam intẽtionem, onus probandi diem incũbit donatario, quo die probato, si sit prior ante hypothecam fisci, non rescindetur donatio tanquam sit facta in fraudem fisci. Secus esset vbi priuatus conueniret fiscum, secundum illam lecturam Bartoli in dicta l. prima. & tenuerunt hũc intellectum, And. de Barulo, Rofred. & Guido de Suzaria, & etiam dictus Iacob. Rebuf. cuius est ista recitatio, licet quidam tenuerint contrarium per id quod notauit gloss. super rubrica dicti tit. C. de iure fisci. Dicunt tamen prædicti allegati Docto. opinionẽ supradictam esse veram, & fore ius singulare in fisco, per illum titulum, vbi tractatur de iuribus singularibus fisci, vt ibi notatur super rubrica. & facit l. si vno anno. ff. locati. Subiungitur post prædicta hic per glos. quòd quamuis dictum fuerit debitorem qui obligauit bona sua, posse illa alienare, hoc debet verum intelligi, q res alienata transit tunc in emptorem, cum sua causa, scilicet cum hypotheca constituta creditori per debitorem alienantem. Ad quod allegat l. si debitor. C. de distrac. pigno. cum pluribus cõcordantijs ibi allegatis in glo. & ideo apponitur in textu huius regulæ dictio, interdum, vt in præcedentibus dictum fuit. Et idem dici debet in seruitute imponẽda super re legata in diem incertam vel sub conditione: quoniam licet hæres interim ante diei vel conditionis euentum, possit facere meliorem dictæ rei conditionem, non tamen põt facere deteriorem imponendo ei seruitutem, quæ antea non erat, nec debebatur. Acquisita tamen seruitus per hæredẽ grauatum conditione pendente vel die ad vtilitatẽ rei legatæ remanebit legatario post euentum diei vel conditionis, vt est text. in l. is cui. §. fin. ff. quemadmod. ser. amittan. sic ibi summatus & explanatus per Alberi. & Bald. ¶ Addit subsequenter hic gloss. quòd obligatus, vel qui tenetur ad rei alicuius traditionẽ ex contractu aliquo, antequam tradat, potest illam alienare, vt l. si sciens. ff. de contrahen. empt. vt enim ibi habetur secũdum summarium Saliceti, interdictus bonis non trãsfert dominium alienando, nec etiam similiter deliberãs super aditione hæreditatis, sed bene debitor etiam alienãs in fraudem creditorum, licet possit alienatio reuocari per Seruianã, vt Insti. de actio. §. itẽ si quis in fraudem. Et ratio est in deliberante super aditione hæreditatis, quia deliberans super ea non dicitur renuntiare deliberationi propter venditionẽ rei hæreditariæ, quã facit, nec etiã dicit hæreditatẽ adire, quia citra ius & nomen hæredis potest vendere rem alienam, vt l. rem alienam. eod. tit. ff. de contrahen. emptio. facit ad hoc l. pro hærede. in princ. ff. de acqui. hære. Cætera dicite vt habetur hic in gloss. & iuribus in ea & superius allegatis.

Gulielmus Maynerius.

Summarium.

1 ☞Vel dictionis vis.
2 Et dictionis vis.
3 Pupillus locupletior factus si debitum soluat, non repetit.
4 Locupletiorem esse, & dolum cõmittere, paria sunt.
5 Locupletiorem esse factum minorem quis probet.
6 Clerici hæres est ecclesia citra iuris alterius iacturam.
7 Emphyteuta delinquente fit confiscatio citra iuris alterius iacturam.
8 Fructus alicuius rei intelliguntur deductis expensis.
9 Expensas qualiter deducat bonæ fidei vel malæ fidei possessor.
10 Exceptione per statutum sublata dari quando possit officium iudicis.
11 Vsucapionis & præscriptionis differentiæ. & numero 12.
13 Præscriptione quod dominium acquiratur.
14 Præscriptio quid, & an sit contra ius naturale. & numero 15.
16 Natura multis modis sumitur.
17 Impensa in re aliena dupliciter fit.
18 Aedificans in alieno bona vel mala fide, quid habeat. & numero 19.
20 Expensas petenti obijci possunt fructus percepti.
21 Exceptio non numeratæ pecuniæ an post biennium opponi possit.
22 Exceptioni non numeratæ pecuniæ an possit renuntiari, & quid si cum iuramento. & nu. 26.

Iure naturæ æquum est, neminẽ cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

CONCORDAT huic regulę cap. locupletari. cũ ibi notatis per Dyn. & Ioannem And. extra eod. tit. libro vj. vbi ipse Dy. notat differentiam inter istam regulam, & illam, quoniã damnum, & iniuria in hac regula copulatiuẽ ponuntur, per quod videretur ad impediẽdum locupletationem vtrunq; requisitum inesse, scilicet damnum, & iniuriã: quia copula requirit, quòd omnia copulata cõcurrant, & sint simul vera, vt l. si hæredi plures. ff. de condi. institu. & l. si quis ita. ff. de verbo. obligatio. vbi dicit Bald. de natura copulę esse requirere veritatem omnium extremorum. Sed de natura alternatiuæ est re-

quires

quirere virtutem, aut veritatem vnius extremi. In dicta
verò regula, locupletari. verba illius ponuntur alterna
tiuè, cum ibi dicat textus, locupletari non debet aliqs
cum alterius iniuria vel iactura. Ideo secundum Dyn.
ibi videtur sufficere alterum de disiunctis vel alternati
uis, vt locupletatio impediatur: quia natura disiuncti
uæ talis est, quòd sufficit alterum esse verum. l. cum pu
pillus. §. disiunctiuo. ff. de conditio. & demonstr. sed in
ista l. hæc ponuntur copulatiuè, scilicet detrimentum,
& iniuria. Ideo dicit Bald. in l. Titia diuortium. ff. solu.
matrimo. in principio. quòd quando duo sunt cõiunctim
probanda, deficiens in probatione vnius deficit in to
to, vt probatur in illo textu, vbi pater coniunctim ꝓ
bare debet patriam potestatem, & filiæ consensum. &
facit quod not. in l. iij. §. hoc autẽ. ff. de itine. actuq; pri
ua. vbi est text. cum gloss. notabilis. & Ioan. de Imola
in dicta l. Titia. qui allegat Ioan. Andr. & Anto. de Bu
trio in cap. ij. extra de rescript. & in c. exhibita. extra de
iudic. quod dicit Bald. esse verum, quando plura sunt
coniuncta in onere probationis. Secus si quodlibet ꝑ
se inferret in victoriã causæ vel articuli, de quo fit quæ
stio vel litigatur. Nam etiam si vtrunq; intentetur, suf
ficit probare alterum, vt est textus notabilis in l. scio
quæsitum. §. fi. & l. appellante. §. fin. ff. de appel. & fa
cit quod not. per Docto. in authen. non licet. C. de li
ber. præter. vel exhæreda. & in corpore vnde sumitur.
& id quod recitatum fuit in l. omnia quæ ex testamen
to. ff. isto titu. & quod habetur in cap. significantibus.
extra de appella. & Institu. de excusa. tuto. §. qui autem
se vult excusare. Et circa hoc videte plenius Bald. & Io.
de Imola in allegata l. Titia diuortium. Sed vt ostenda
tur hanc regulam, & dictam regulam, locupletari. con
uenire, considerare oportet, quòd licet in regula, locu
pletari. ponaẽ dictio vel, & in ista dictio, &, tamen ea
1 dem est vtriusq; dispositio. †Quoniam secundum do
ctrinam Bart. & post eum Ioan. de Imo. in l. supra iter.
§. officium. ff. de aqua plu. arcẽ. dictio vel, quoniam nõ
habet plura membra, inter quæ alternetur, sed solũ ha
bet vnum membrum, & exponitur pro etiam, sicut su
mi potest in dicta regula, locupletari. vt patet in gloss.
dicti §. officium. quãdoq; etiam sumitur pro dictione
saltem, vt suadet ratio materiæ subiectæ, vt l. si stipula
tus sum à reo. §. adhiberi. ff. de fideiusso. Si autẽ appo
naẽ inter plura, quæ licet noĩe sint diuersa, tamẽ effectu
sunt eadem, vel idem sonant, sumitur expositiue. facit
l. proinde. §. si seruus. ff. de stipula. seruorum. vbi gloss.
exponit vel, pro &. Ad hoc accedat quod habeẽ in l.
liber homo. §. decem. ff. de verbo. obliga. & l. prima. C.
de vendi. rerum fisca. cum priuato cõmunium. lib. x. &
2 & l. iam dudum. & ibi gloss. C. vbi caus. fisca. † Simili
ter dictio, &, nõ semper auget, imò quãdoq; diminuit
secundum expositionem quam facit gl. in l. j. §. pactũ.
ff. de pac. super quo ibi dicit Albe. quòd qñ illa dictio, &,
ponitur inter diuersa, prout consueuit apponi, tũc au
get secundum naturam suam propriam. l. hoc legatũ.
& l. ea tamen adiectio. ff. de lega. iij. sed quando inter ea
dem ponitur, vt in dicto §. pactũ. scilicet inter hæc duo
nomina placitum, & cõsensus, posita in illo textu, quę
videntur eadem sumitur secundum naturam illorum.
Facit l. quęsitum. §. penultimo. & l. cum de lanionis. §.
cui. ff. de fundo instruct. & facit l. Scæuola. ff. ad Trebel
lianum. vbi obliquatur dispositio quæ directò non
potest valere. Et ita prædictæ regulæ candẽ habent sen

tentiam, nec discordant. In vtraq; enim illarum eadem
est dispositio, & in illis ponuntur verba idem ad effe
ctum dispositionis concludentia, scilicet iniuria, iactu
ra, damnum, & detrimentum. Quorum significationẽ
videre potestis secundum Archi. in cap. quia sæpe. su
per verbo, iacturam. extra de electio. lib. vj. & j. q. vij.
cap. dispensationes. & ff. ad leg. Aquiliam. l. prima. &
per totum, & l. prima, secũda, & per totum. ff. ad l. Rho
diam de iactu. & ij. q. j. c. in primis. & l. iij. ff. de damno
infecto. & ibi in Rubrica & per totum, & l. dominum.
C. de iniurijs. vbi ꝓ atroci iniuria in ꝑsonã serui illata,
dñs illius põt agere ciuiliter & criminaliẽ ad vindictã,
scilicet actione legis Aquilię, & actione iniuriarum, vt
ibi videri potest per Docto. quarum vna prosequitur
contumeliam, & alia damnum, vt ibi nota. per gloss.
3 †Declaranda igitur est ista regula per exempla: & pri
mò per ea quæ ponit hic gloss. primum est in pupillo,
qui sine autoritate tutoris recepit mutuam pecuniam,
ex quo factus est locupletior, si pubes factus illam sol
uat, nõ potest repetere, ne locupletetur cum aliena ia
ctura, vt l. naturaliter. §. fi. cum l. seq. ff. de cõdi. indebit.
quia naturaliter erat obligatus: & ideo ratio huius re
gulæ in eo procedit, vt not. in dicto §. fina. per Salice.
post gloss. quòd ibi naturaliter tenebatur, & certè etiã
ciuiliter, quia erat effectus pubes, vt ibi habeẽ in text.
& sic vtroq; vinculo, naturali scilicet & ciuili teneba
tur. Ideo nec ipso iure, nec ope restitutionis admitti de
beret ad repetendũ solutum. Quod esset secus si tantũ
naturaliter teneretur: quia tũc ope restitutionis posset
restitui, vt l. interdum. ff. illo titulo. de condi. indebi. Et
si quæratur, cur sit requisitum illum puberem esse fa
ctum in d. §. fin. respondet Salic. post Iaco. Butr. quòd
ideo vt dominium trãsferre possit. Sed videte plenius
Salic. in dicta l. interdũ. ibi post gloss. & Doct. Et quid
sit naturaliter tantum vel ciuiliter tantum, aut vtroq;
iure debitum, recurratis ad plenissime recitata in l. cu
ius per errorem. supra isto titu. Quando autem dicatur
pupillus factus locupletior, videte text. in l. in pupillo.
ff. de solu. & ibi Bart. vult locupletiorẽ dici illum, qui
per hoc non est pauperior. Bald. verò in l. fi. vbi vide
te gloss. C. de vsucap. pro empto. quam allegat hic glo.
pro exemplo huius regulæ, scribit quòd dicitur locu
pletior, quando est vtilitas permanens vel necessitas,
etiam actu transiens seu consumpta, vt ff. de nego. ge
stis. l. sed vltro. §. fi. de hoc etiam quando dicatur quis
locupletior, not. per glos. ij. in l. indebiti. ff. de condict.
indebiti. quæ vult talem reputari debere quando tan
tum erat erogaturus de suo, ꝑ l. sed & si lege. §. qđ aũt.
& §. adeo. ff. de peti. hæred. & ff. de mino. l. si minor. gl.
lites contestatę. & Insti. qui. aliena. non licet. §. nunc ad
4 monendi. glo. locupletior. †Et notate quòd paria sunt
locupletiorem esse, & dolum committere, vt not. per
gloss. & Salic. in l. iij. in princ. super verbo, actio. ff. com
modati. & l. j. §. an in pupillum. ff. depositi. & l. vnica.
5 in fi. C. de replic. quę fiũt in iudic. in integr. restitu. † Et
si quæratur quando duorũ litigantiũ vnus maior, &
alter minor dicit vnum fore locupletiorẽ, alter negat,
cui incumbat onus ꝓbandi: videndus est Cy. & eum
recitantes Doc. in l. fi. C. de in integ. restit. minorum. &
Bald. & Salice. post gloss. in l. prædiorũ. C. de prædijs
mino. vbi dicitur, quòd quando cõtractus, cuius occasio
ne litigatur, est ipso iure nullus, aduersario minoris in
cumbit onus ꝓbandi ipsum minorẽ esse locupletiorẽ,

vt in l.nam postea.§.si minor.ff.de iureiuran.& l.vte
re.& l.prædium.C.de præd.mino.Si verò contractus
tenet,sed minor se petit in integrum restitui,& ipse mi
nor tūc debet ꝓbare,se nō esse factū ex illo cōtractu lo
cupletiorē,vt d.l.prædiorū.vt dicto §.si minor.& est
vtriusq; dicti ratio,quia quisq; ꝓbare debet id qđ est
suæ intentionis fundamētum,vt l.actor.C.de proba.
Quod dicit Salicetus fallere in creditore,quia licet con
tractus teneat,creditor probat,vt l.j.& ij.C.si aduers.
credito.& sic dicit debere intelligi l.ij.C.de curato.fu
riosi.Iacob.verò Butriga.recitatus per Bald.in alleg.l.
prædiorum. dicebat,ꝙ si minor neget acceptionem
pecuniæ,debet eam ꝓbare creditor. Sed si minor con
fiteatur pecuniā accepisse,sed negat quòd in suam vti
litatem fuerit versa,incumbit sibi onus illam proban
di.Quod dicit Baldus esse ipsam veritatem.Quod ta
men fallit secundum eum in contractu mutui,vbi ꝓ
bare debet actor verā vel præsumptā versionē in vti
litatem minoris,per id quod habetur in l.ciuitas.ff.si
6 cert.pet.† Al[illegible]d exemplum poni potest in hac regula
de eo quod habetur in l.si quis presbyter.C.de episco.
& cler.allegata in hac glo.& per Dy.& Io.An.in dicta
regula,locupletari.vbi habetur,ꝙ moriente presbyte
ro vel alio clerico ab intestato,bona illius ad ecclesiam
debent pertinere,exceptis bonis censualibus,vel rebus
iuris patronatus,aut alio iure asscriptis: quia non de
bent ad ecclesiam pertinere,ne locupletetur cū alterius
iactura.Et vt ibi dicit Bald.sex personæ in casu dictæ l.
præferūtur,ecclesia scilicet,liberorum si quos ante ec
clesiasticum ordinem suscepissent,legitimè agnatorū,
cognatorū, vir & vxor,curiæ dominus,& patronus.
Et sic bona cuiuslibet rectoris ecclesię sunt tacitè obli
gata Quod verum esse dicit sicut in orphanotropho,
vt l.orphanotrophos.eo.titu.Et facit quod notatur
circa hoc per Io.de Ana.in c.qualiter & quādo.ij.extra
de accusa.in princ.xxiij.colū.& in clemen.fin.de relig.
7 do.per Io.And.& per glos.xvij.q.j.c.similiter.† Addu
citur ad hoc,ꝙ sicut in præiudicium,detrimentum vel
iniuriam alterius,aut iacturam,non est iudicandū,ita
potest sumi argumentū secundum Gulielmū de Cug.
quē vbi supra recitat Bal.ꝙ si quis aliquam rem tenet
in emphyteusim ab aliquo,& ille emphyteuta commi
sit delictum,propter qđ bona sua debeant confiscari,
cōmoditas emphyteusis bene cōfiscabitur,per ea quæ
habētur in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de damno
infec.& l.si libertinum.ff.de bo.liberto.& l.fi.§.si in li
bertinum.ff.de bon.dam.Sed non confiscatur proprie
tas,cuius iure saluo fit confiscatio iuris pertinentis ad
confiscatum,sed non iuris dñi directi.Imò fiscus rema
nebit emphyteuta priuati,ne cum illius iniuria vel da
mno fiscus fiat locupletior.Facit quod habetur in l.fi.
C.de fundis patrimo.lib.xj.Quod dicit esse verum in
emphyteuta priuati,sed in emphyteusi ecclesiæ remit
tit ad ea quæ habentur in authen.de aliena.& emphy.
§.j.colla.ix.vbi dicit esse casum,ꝙ ecclesia,quæ est pro
prietaria,potest auocare à fisco,si velit:sed si nolit auo
care,remanet fiscus emphyteuta,vt ibi est text. notabi
lis notatus per dictum Bald.post Guilelm.de Cugno
& Bart.in dicto §.si de vectigalibus. Et istud sequitur
& recitat Alber.in authen.si verò dominus.C.de hæ
reti.vbi super ver.saluo iure dñij principalis. patere di
cit expressum,ꝙ vasallo vel emphyteuta delinquente,
sic quòd eius bona cōfiscata sint,quòd ius domini di

recti saluum manet,per [illegible] superius allegata,& est sa
tis expressum in clem.i[illegible]reti.vbi ꝓpter delictum
clerici nō publicantur bona ecclesiæ,vbi de hoc per Io
an.Andr.Petrū de Anch.& Io.de Imol.¶Gloss.postea
hic ponit exemplum in hac regula,in l.planè.ff.de pe
8 titio.hæred.†pro cuius intelligētia sciendum est,ꝙ fru
ctus alicuius rei intelliguntur deductis expensis,vt l.si
9 à domino vel patre.§.fructus.eo.tit.†quas expēsas bo
næ fidei possessor vtiles,& necessarias deducit per exce
ptionē:sed malę fidei possessor per officiū iudicis: vo
luntarias verò etiā bonæ fidei possessor deducit iudi
cis officio,sed non malæ fidei possessor,vt habetur in
d.l.planè.Quod ibi p Docto.declaratur,ꝙ scilicet ma
læ fidei possessori nō succurrit in recuperatione sum
ptuū quantumcunq; necessariorū,& vtiliū iure exce
ptionis doli,sed tñ sibi pōt succurri iudicis officio,p l.
fi.ff.de pet.hær.vbi & in d.l.planè.Bar.Bal.Ang.& Al
ber.exceptio em̄ est quædā mater æquitatis,vt Insti.de
except.in princ.& §.j.& l.j.in princ.ff.de vaca.mune.&
illa consideratur respectu recipientis,an æquitas sua
deat exceptionem dari,vt l.qui ex liberis.in fi.ff.de bo.
possess.secundum tabu.Sed malæ fidei possessori nulla
assistit æquitas,ideo exceptio sibi non datur vt exce
ptionis iure deducat expensas.Sed quia vbi illæ expen
sæ erāt necessarię & vtiles,dominus rei vel hęreditatis,
si non deducerentur,cū alterius iniuria atq; damno vel
iactura locupletaretur,contra istam regulam,& esset
magis iniquum: ideo per officium iudicis consulitur
malæ fidei possessori,quod est minoris iniquitatis,&
captionis.& ideo est eligendum,per l.quoties nihil si
ne captione.supra isto titu.vbi possunt reuideri ple
nius per me recitata,quæ ad hoc possunt applicari.
10 †Et secundum Bald.in allegata l.planè.hoc facit argu
mentum ad quæstionem,ꝙ si per statutum nō possit
opponi exceptio,tamen poterit implorari iudicis offi
cium,ne agens faciat iniquam extorsionem vel iniquū
lucrum,per dictam l.planè.& l.fin.ff.de petitio.hære.
Hæc autē regula secundum gloss.hic & Io.Andr.atq;
Dyn.in dicto cap.locupletari.fallit in præscriptione,
& vsucapione,per quas præscribēs vel vsucapiens cū
iactura & damno alterius locupletari videtur.Sed fal
lit in illo casu ista,& illa regula,quia præscribens aut
vsucapiens autoritate iuris & illius æquitate,hoc iure
vtitur,de quo habetur in toto tit.ff.de vsucapio.& ti
tulis ibi sequentibus.& C.in omnibus titulis de præ
scriptione loquentibus,& per totum titu.de præscrip.
in antiquis,& libro vj.& xvj.quæstione iij.per gl.in
summa.& ibi per Archidia.An autem vsucapio diffe
rat à præscriptione,& quæ qualisq; sit vtraq;,tracta
tur in dicta gl.in summa.q.iij.& per Hosti.in summa
de præscript.& de vsucap.& Panor.super rubrica,eo.
11 tit.de præscrip.& ibi Benedictus de Benedictis.† Qui
dicit vsucapionē posse cōsiderari duobus modis,vno
modo sumpto latè illius vocabulo,& tūc sub illo pre
scriptio etiā cōprehēditur,vt ff.de vsucap.in rubrica,et
iectionis, quātuncūq; sciuerit illā causam agi, & nō
contradixit, imò, vt scribit Panor. in d. c. cū super.
reputatur omnino alia persona, sic ꝙ habet locum
dicta regula, res inter alios acta. Quod dicit esse mē-
ti perpetuò tenendum, nec alibi illud melius credit
probari, q̃ in allegato c. cum super. Sed si sententia
lata vbi agitur de iure publico, fertur pro reo abso-
lutoria contra actorē, reo ipsi prodest, etiā quo ad
alios. Quo casu alij nocet, nisi probet in causa fuisse
collusum, vt l. præuaricationis. ff. de præuaricato.
Vel doceatur de ignorātia & proprio interesse al-
terius audiri petentis. l. si cui. §. j. ff. de accus. & facit
quod not. in c. cupientes. vers. cæterū. in fi. extra de
electio. lib. vj. & per Paulum de Eleazaris, & Ioan. de
Lignano, in cle. causam. & cle. constitutionē. cle. cū
dilecti. ad finē. in gl. penul. de elect. & in cle. de his. dē
24 accus. †Secundo casu, quando tractatū fuit, vel tra-
ctatur de iure priuato, faciūt Doctores tria mēbra,
circa tres species sentētiarum, quarū vna est intro-
ductoria, quædā rescissoria, & quædā declaratoria.
Quo ad introductoriā, quæ dicitur introductoria,

quia fertur super actione personali, vt in l.iij.§.idẽ
scribit.ff.de peculio.& no.per Albe.super rubrica.
C.quib.res iudi.non no.Et in ista habet locũ regu-
la,ꝙ res iudicata non nocet nec prodest alteri: qm̃
vt dicit Alb.in alleg.l.ingenuũ.introductorij actus
isti introducti sunt,vt parti agenti quæratur,& nõ
alteri,vt ff.de verbo.oblig.l.stipulatio ista.§.alteri.
Quod tamen fallit in causa appellationis,ita intel-
ligendo,secundum Ioã.de Imol.in pluribus,quorũ
est eadẽ causa defensionis. Nam sententia pro vno
lata prodest alteri , vt l.si qua separatim. §.fin.ff.de
appel.& l.j.& ij.C.si vnus ex plurib.appel. de quo
per Bar.in d.§.fi.& habetur in c.vna sententia. ex-
tra de appe.vbi probatur,ꝙ appellatio vnius pro-
dest alteri,si iure cõmuni iuuetur,& idem sit nego-
tium, & eadem causa defensionis, & sunt eadẽ sen-
tentia condẽnari, prædictis scilicet cõcurrentibus.
faciunt illa,quæ habentur ij.q.vj.c.si propter. §.de
possessione.ver.idem si plures.& vers.seq.& in d.c.
penult.de sentent.& re iudica.& c.dilecto. ad fin.de
præben.Item etiam quod dictum est, rem iudicatã
in introductorijs nõ prodesse alijs, intelligitur hoc
casu esse verũ in personis omnino alijs:aliàs secus,
per ea,quæ habentur in l.ex contractu. ff.de re iudi.
& l.ex duobus.ff. de duobus reis. Et ad hoc mẽbrũ
faciunt ea,quæ fuerũt superius recitata, in articulo
requisitorũ ad hoc , vt sententia lata ius faciat quo
25 ad omnes.†Sed secũdo mẽbro principali, si loqua-
mur de rescissoria sentẽtia,vt est illa,quæ fertur sup
causa inofficiosi testamenti , si feratur contra testa-
mentum,ipsum rescindit quo ad omnes,etiã si mo-
uens causam ius agendi non habebat , cum nõ esset
successurus ab intestato,vt est text.singulariter no-
tandus in l.posthumus.§.si quis ex his.ff.de inoffic.
testa.Ex quo no.ibi Ang.ꝙ sententia lata pro con-
tradictore iniusto,valet.& allegat ille text.pro sin-
gulari,vt ipse Ang.dicit per Innocẽ.in c.in nostra.
extra de procura.ꝙ si quis petat sententiã pro alio
latã,vel electionẽ factã de aliquo in prælatum vel
officialẽ cassari,& cassatur, illa sententia nocet illi,
pro quo sentẽtia lata vel electio facta fuerat, & etiã
nocet illis,vel aduersus illos, qui in iudicio nõ fue-
runt,quãuis petẽtis supradicta petere nõ interesset.
Et hoc etiam recitat Io.de Imol.in antedicta l.sæpe.
in antepenultima colum.in vers. vlterius est scien-
dum.ꝙ text.ibi,nam & si libertus. ꝙ etiam electo-
ribus ad quos dicitur electio pertinere,seu ius eligẽ
di,nocet illa sentẽtia, si sciuerint super electione li-
tigatũ,& passi fuerint.Et allegat ibi Ang. dixisse,
ꝙ hoc fuit de mẽte Inno.in c.querelã.de electi.circa
prin.Sed ibi nil de hoc dicit Inno.bene visus, secũ-
dum dictũ de Imol.quicquid scripserit Ang.Sed ex
illo §.si qs ex his.bene notate secundũ eundẽ Ang.
ꝙ sententia lata in querela testamẽti inofficiosi ad
petitionẽ eius,cuius nõ interest,nocet reo,licet non
prosit actori,prodest tamẽ tertio,qui nunq̃ fuit in
iudicio.quod mirabile est. Et redditur ratio, quare
prodest non agentibus victoria cõtra reũ obtenta
per non habentẽ interesse,quia querela illa ordina-
ta est ad remouendũ obstaculũ obstans veniẽtibus
ab intestato,quibus rescisso testamẽto aperta est via
adeundi hæreditatẽ ab intestato. Quod ius adeũdi
non competebat illi,qui egit querela,ideo sibi non
prodest sentẽtia super hoc lata,sed prodest alijs suc-
cessoribus intestati. Ad quod etiã allegat Ang.not.
per Iacob.de Are.in l.si posthumus. §.j.ff.de libe.&
posthu.Et horũ assignat Alber.rationẽ in allega.l.
ingenuũ. quia ars imitatur naturã quãtum potest,
vt Insti.de adop.§.minorem.sed secundũ naturã ha
bens transire per aliquẽ locũ, remoto obstaculo li-
bere transit:ita in ꝓposito isto,in d.§.si quis ex his.
Quãuis prædictis obstare videatur l. cũ putarẽ. ff.
famil.ercis.vbi obtinenti sententiã nullũ ius habẽ-
ti prodest sententia. & in l.statu liberi à cæteris. §.
Quintus.ff.de sta.libe.& d.l.Iulianus.ff. de condict.
indeb.Sed respondet Ang. ꝙ in illis iuribus sentẽ-
tia directẽ ordinabatur ad creandũ ius nouum in per-
sona vincẽtis,quia aliquid petebatur sibi dari , vel
fieri.Secus est in d.§.si quis ex his. quia ad rupturã
testamẽti per querelã,& ad remouẽdum obstaculũ,
& aperiendã viam habentibus ius,inter quos non
erat actor.Qui si sentẽtiam cõtra se obtinuisset, illa
prodesset quo ad omnes,si agẽs fuisset legitimus li-
tigator:aliàs secus,vt dicit Io.de Imol.in sæpedicta
l.sæpe.per allegatã l.cũ nõ iusto. ff.de collu. detegẽ.
& dictũ fuit superius. & intelligit quod dicitur in
d.l.posthumus.§.si quis ex his. procedere nisi alius
æquẽ principaliter ius intenderet , per l. circa.eod.
tit. Et etiã quando reus erat legitimus cõtradictor,
quia erat principaliter in illo testamẽto hæres in-
26 stitutus,vt Insti.de lega.§. ante hæredis. †Tertium
membrũ distinctionis prædictæ, quod est de sentẽ-
tia declaratoria, Cy. & sui sequaces concludũt per
duo principalia mẽbra, scilicet de declaratoria fa-
cti aut iuris.Si facti,aut vnius hominis vel duorũ.
Si vnius,vt si declaretur an Titius fecerit homici-
dium , dicunt ꝙ sententia super hoc lata non facit
ius inter omnes, sed solũ inter personas, inter quas
agitur,per regulã dictæ l.sæpe.Sed si duorũ,& illa
sententia sit condẽnatoria,non nocet alteri,sed ab-
solutoria prodest alteri,per l.denunciasse.§.quærit.
vers.si absolutus.ff.ad leg.Iul.de adulte.In adulterio
enim versatur factũ duorũ, in quo processu senten-
27 tia lata pro adulterio,prodest adulteræ.†Sed videt
posse dici,ꝙ etiã cõdemnatoria noceat alteri , cum
sit declaratoria facti criminalis duorũ , ratione cõ-
nexitatis facti ipsius,per ea,quæ habentur in c.tan-
tis Daniel. lxxxj.dist.& in c.hæc quippe.iij.q.vj.&
lix.dist.c.ordinatos.& ibi de hoc.& in c.dilectus.in
secũdo.extra de simo.& not. per gl.in d. c.pe.extra
de sent.& re iudi.& in c.ad petitionẽ. cũ ibi not. &
d.c.vna sentẽtia.extra de appel.& c.pen. de purga.
ca.Communis tamen sentẽtia est,vt recitat Ioã.de
Imol.quã etiam tenet gl.in d.c.dilectus.& ibi Io.de
Ana.ꝙ talis sentẽtia quo ad præsumptionem pro-
dest,& nocet, sed non quo ad plenum præiudiciũ.
Quod à quibusdam asseritur verũ,nisi crimen esset
notoriũ.Quod nõ placet bene Innocẽtio , nec Ho-
stiensi.Qui tamẽ intelligũt prædicta fore vera,nisi
superiori ex officij autoritate propter notorietatẽ
facti,& euitationẽ scandali aliud videretur obser-
uandũ.Et ita dicũt intelligi posse dictum c.tantis.
cum iuribus superius alleg. Aliàs decisionẽ illorum
dicũt intelligi debere quo ad præsumptionem, vel
intelligantur, ꝙ prius seruatus fuerit ordo debitus
contra condemnatum , ipso prius conuicto. & ita

pertrans

pertransire videtur Io.de Imol. super hoc articulo.
28 †Et prędicta adduci possunt,secundũ eũ,ex notatis
etiam per Innoc.in c.causam.in ij.extra qui filij sint
legit.ꝙ sententia lata nõ faciat ius inter omnes, sed
solũ inter eos,inter quos causa vẽtilata fuit.& ideo
licet agente Titio cõtra Sciũ pronuntiet instrumẽ-
tũ,quod alter litigatorũ ꝓduxerat esse falsum,non
præiudicabit Caio exceptio rei iudicatæ agẽti ex
eodẽ instrumẽto,qa fortè Caius & Titius dicerent
duo rei.Ad quod facit l.si veteris.C.de fid.instru. qa
fortè iudex corã quo Caius litigabat, pronũtiabit
instrumentũ esse verũ. quod etiã videtur sequi Ar-
chid.in d.c.hæc quippe.& potest habere locum,qñ
plures ex eodẽ instrumẽto æquè principaliter præ-
tendunt habere interesse. sed si ex illo vnus princi-
paliter,alij non æquè principaliter prætendunt in-
teresse,vt est in instrumẽto testamenti,an alijs præ-
iudicet aut noceat,pendet ex his, quæ habẽtur in l.
j.ff.de excep.rei iudi.& in d.l.si veteris.C. de fide in-
stru.vbi habetur,ꝙ sententia lata cõtra vnum,per
quam declaratur instrumentũ esse falsum , nõ præ-
iudicat alij vtenti eodẽ instrumẽto,licet ipse possit
accusari & prosequi,vt ibi habetur.Et rationẽ red-
dit Bald.quare sola sententia cõtra aliũ lata sibi nõ
præiudicat,quia ipse nõ erat primæ liti subiectus,
nec tanꝗ pars,nec tanꝗ adhærens,vel instruẽs cau-
sam.Illud tamen videtur secundum Io.de Imol. esse
dubiũ,per ea,quæ habẽtur in l.ij.& in l.ex duobus.
in quarta quæst.principali , per Bart. ff.de duobus
reis.vbi videtur velle,ꝙ sentẽtia lata contra vnum
ex conreis noceat alijs. putat igitur tutius esse exẽ-
plificare d.l.si veteris.C.de fid.instru. quãdo in eodẽ
instrumento reperitur quis obligatus pluribus ad
res diuersas.quẽ intellectũ ibi videtur gl. sentire,vt
dicit idem Io. de Imol. quẽ plenius videatis, vbi s.
& Albe.in d.l.si veteris.post Iacob.de Aret.Et vult
etiã Ang.in d.l.ex duobus.recitatus per Io.de Imo.
ꝙ plus non debet prodesse vel nocere sententia,ꝗ
causa propter quã est lata, per ea,quæ habentur in
l.properandũ.§.illo.C.de iudi.& ibi Alb. & Doct.
29 & l.hæ enim.ff. de suspect.tuto. †Sciendũ est etiam
vlterius , ꝙ quando sententia est declaratoria iuris
nullitatis , dubiũ versatur, an quo ad omnes faciat
ius,ꝓpter illa,quæ habẽtur in alleg.l.j.ff. de excep.
rei iudic.concludit autẽ Ioan.de Imol. super hoc,ꝙ
facit ius quo ad alium,cuius æquè principaliter in-
terest,per id,quod habetur in l.Papinianus.§.fi.hic
allegato in gl.& l.circa.ff.de inoffic.testa.Dubiũ tñ
maius est,an quo ad aliũ cuius non æquè principa-
liter interest, faciat ius.Verbi gratia , si testamentũ
pronuntietur nullũ , verũ nocere debeat legatarijs.
& gl.in d.l.j.tenet ꝙ nõ, quasi secus dicendum sit in
sententia rescissoria testamẽti , quæ facit ius contra
legatarios,aliud in sententia declaratoria nullitatis
testamẽti,quæ nõ facit præiudiciũ legatarijs.Quod
tenet gl.in alleg.l.ij.C.de fid.instru.& Iac.Butrig.in
d.§.fi.vbi gl.& Cy.in d.l.ij.& similiter in alleg.l.ij.
C.quib.res iudi.nõ no.voluit,ꝙ sententia si sit lata
cũ legitimo cõtradictore , vt qui forte se hæredẽ in
solidũ esse ex testamẽto prætẽdebat, præiudicet le-
gatarijs,nisi lata foret per cõtumaciã, vel esset col-
lusum.Pro qua opinione videt casus,secundũ lectu
ram Hugolini positam in l.si patroni.in prin.ff.ad
Treb.& hoc sequitur Bar.in d.l.j.de excep. rei iudi.
Secus autẽ esset,si sententia ferretur cũ vno legata-
riorũ:quia non noceret alijs,nec etiã hæredi,per il-
30 lam l.j.& not.in d.§.fin.in d.l.Papinianus. †Notat
etiã Angel.in alleg.l.circa. ex illo textu,super eodẽ
negotio contrarias diuersas posse fieri validas sen-
tentias.Quod operatur diuersitas personarũ & in-
stantiarũ.Et ex hoc descẽdit, quòd absoluitur quan-
doꝗ adultera,& adulter cõdẽnatur, & valet vtraꝗ
sentẽtia,vt aliquid superius fuit recitatũ,per alleg.
l.denuntiasse.§.quærit.vers.si absolutus.ff. de adult.
aliquando etiã reus aliquis condẽnatur,& absoluit
mandator,vt l.si is qui rem.§.si tu Titiũ.ff.de furt.
Sic etiã quandoꝗ mater accusatur , & cõdemnatur
de partu supposito : & illa condemnatoria sentẽtia
non nocet filio quo ad plenũ præiudiciũ,vt l.j.§.fi.
31 ff.de Carbo.edict.†Quandoꝗ sententia est declara-
toria domini,& illa regulariter nõ prȩiudicat alijs.
Fallit tamẽ in casibus positis per gl. in d.l.sæpe.&
d.c.pen.sæpissimè allegato.Si autẽ sit declaratoria
iuris seu status personȩ, de hoc superius fuit aliquid
dictũ,& remissum ad ea,quæ not.per gl.& Doct.in
locis alleg.in quibus potest plenissimè videri.Sub-
sequenter attendi debet ad illud , quod dicit hic gl.
ꝙ vbi dictũ est , sententiã facere ius quo ad omnes,
& sic pro veritate accipi,debet intelligi verum,qñ
sententia non potest retractari:non autẽ si sit nulla,
à qua non est appellare necesse,per leg.ij. C.quãdo
prouoc.non est neces. quæ est canonizata in c.j.ex-
tra de sent.& re iudi.& ij.q.vj.c.est autẽ.§.si senten-
tia.in quibus habetur , ꝙ sententia lata cõtra iuris
tenorẽ,nõ tenet,si sit lata per facti errorẽ , expresso
errore in sententia.Vel potest dici,ꝙ sententia lata
contra leges vel Canones non tenet,nec est necesse,
vt ibi habetur, ab ea appellare, secundũ summariũ
Panormitani in d. c.j.& ibi nota.ꝙ sententia nulla
dici potest sententia largo modo , non autẽ strictè
loquendo,vt l.iiij.§.condemnatũ.ff.de re iudi. præ-
sertim lata à iudice non suo, vt not.per gl.fi.in cle.
vnica.de sequestra.posse.& fruct.Vt tamen dictum
est,sententia cõtra leges lata,ipso iure nulla est,etiã
in foro ecclesiastico : licet aliud sit,si sit lata contra
particularia statuta laicorũ,vt in ca.ecclesia sanctæ
Mariæ.extra de consti.cum ibi not. & per Bart.&
Bal.in l.cunctos populos.C.de sum.tri.& fi.catho.
Vbi autẽ est nulla,nõ oportet appellare, cũ ipsa nõ
trãseat in rẽ iudicatã. an autẽ ab ea possit appella-
ri,not.per gl.& Bart.in l.si expressim. ff. de appell.
32 †Et ex dictis Doctorũ & notatis per eos in d.c.j. &
d.l.ij.& in l.cũ prolatis.ff.de re iudica.est sciendũ, ꝙ
sententia lata cõtra ius constitutionis cõmunis , seu
ius commune hoc expresso in sententia , ita quòd
ex illius tenore sentẽtiæ appareat expressè de erro-
re,& ꝙ sit lata cõtra ipsum ius,& error iuris in ipsa
expressus est,dicitur ipso iure nulla : vt si discutiat
causa super testamẽto à minore annis requisitis fa-
cto,& pronuntietur valere testamentũ,quia minor
annis potest testari,quod est contra legem,vt l.qua
ætate.ff.de testa.& l.si frater.C.qui testa.fa. nõ pos.
& d.l.ij.C.quan.prouoc.nõ est neces. Siue discutiat
de validitate alicuius certæ electionis,& pronũtia-
uit iudex in sua sententia,electionẽ valere, quia su-
spensi possunt eligere,quod est cõtra ius canonicũ,

vt patet in c.cũ dilectus. extra de conſue.& iuribus
alleg.per gl.in ſæpedicto c.j.Sed non ſolũ,ſi lata ſit
contra ius cõmune,errore expreſſo in ſentẽtia non
valet,vt ſuprà,imò etiam ſi ſit lata contra ius par-
ticulare loci,vbi cauſa agitatur,puta contra ſtatu-
tum,tali errore expreſſo non valebit ſententia pari
ratione,cum ſtatutũ ſit lex in illo loco, vt l.omnes
populi.ff.de iuſti.& iur.& ij.diſt.c.ius ciuile. & no-
33 tauit Bart.& Doct.in alleg.l.ij.†Sed quãuis proxi-
mè dicta regulariter procedãt, habent tamẽ plures
fallẽtias.Et primò,qñ ſententia lata foret cõtra ius
extrauagans, vt cõtra aliquã legem vel decretalem
extrauagantẽ,nõ incorporatã in corpore iuris: qa
cũ de ea poſſet probabiliter dubitari,valeret ſentẽ-
tia contra eam lata,vt eſt caſus in d.l.cum prolatis.
ſecundũ vnum intellectũ, quem ſequuntur ibi Bar.
Ang.& Io.de Imol.in ſuo ſummario. & Anton. de
Butr.& Panor.in c.paſtoralis.extra de fid.inſtru.&
Bald.& Salic.in ſæpedicta l.ij.C.quan.prouoc.non
eſt neceſſ. Quod verum debet intelligi, niſi tale ius
cõmune vel particulare extrauagans eſſet ita notiſ-
ſimum in loco,ꝙ de eo non poſſet probabiliter du-
bitari,puta in extrauagãti,execrabilis.Ioannis Pa-
pæ xxij.vel in extrauaganti,ad reprimendũ, quam
examinauit Bat.quæ quotidie allegantur in ſcholis
& iudicijs. Tũc enim ceſſat ratio incertitudinis, ſe-
cundum Panorm.& Benedict. in d.c.j. ad hoc ad-
ducentes id,quod not.in c. vnico. extra de poſtula.
præla.& xvj.diſt.c.quod dicitis.vbi per Archi.vbi
autem dubitatur,an extrauagans ſit lex, melius eſt
ſtare in dubio verbis iuris ſcripti,& eius regulis,ſe-
cundũ Bal.in tit.quot teſtes ſunt neceſſarij ad pro-
34 ban.inueſti.†Secũdò fallit, quãdo ius contra quod
fertur ſentẽtia,eſt dubiũ,ſeu dubitabile, cum ſuper
eo ſint multæ opiniones hinc inde, vel eſt dubij in-
tellectus. Nam tunc talis error excuſat, & debet te-
nere ſententia ſuper eo lata, vt d.l.cum prolatis.ſe-
cundũ communem intellectũ Doct. quam legẽ ibi
Io.de Imol. ad hoc reputat ſingularẽ, & non alibi.
Pro quo bene facit l.regula.ff.de iuris & fa.igno.&
c.cum dilectus.extra de conſuet.& quod not.per gl.
in c.cum venerabilis.eo.tit. & d.c.vnico.de poſtul.
præla.lib.vj.ſecundũ Panor.& Bened. cũ recitantẽ
35 in antedicto c.j.†Qui etiã tãgit,an iudex qui eligit
de pluribus opinionibus,vnam opinionẽ teneatur
in ſyndicatu. De quo tractatur per Bart. Angel.&
Io.de Imol.in d.l.cũ prolatis. vbi Io.de Imol.dicit,
ꝙ ſi lex in ſuo intellectu dubia eſt, & nõ certa, licet
feratur ſententia cõtra expreſſum tenorẽ vnius in-
tellectus,quẽ aliqui ſequuntur,& aliqui nõ,ſentẽtia
iſto caſu non redditur nulla,vt dicit eſſe caſum no-
tabilẽ ibi.Secus ſi lata eſſet cõtra certũ & indubita-
tũ intellectũ legis expreſſo errore.Subiungit tamen
Bart.tenuiſſe, ꝙ iudex qui iudicauit ſecundũ quo-
rundam opinionẽ non bene intelligentiũ legẽ, po-
terit conueniri tempore ſyndicatus,ſed mitius con-
demnabitur.Quod Ang.fatetur eſſe verũ, ſi cõtra-
ria opinio ſit cõmuniter approbata. Ad quod fa-
cit,licet ipſe nõ alleget id, quod notauit Bar.in l.fi.
C.de pœ.iudi.qui ma.iudicauit.& Ioã. And.in c.j.
extra de conſti.vbi hoc etiã ſequitur Panor.dicens
communem opinionẽ Doctorũ eſſe ſequendã,quã
non ſequendo iudex eſt in culpa,arg.eorũ,quæ ha-
bentur in c.j.extra de deci. quoniam, vt dicit Ioan.
And.in d.c.j.de conſti.cõmunis opinio ſequẽda eſt,
vt not. etiã Ang.& ibi Io.de Imol. in l. cũ quidã.§.
quod dicitur. ij.per illum tex.ff.de acquir.hære.niſi
eſſet euidenter falſa,vel poſſet rationibus probabi-
libus cõuinci.Quod Panor.in c. cum ſint homines.
extra de deci.probat per text. notabilem in l.j.§.o-
mnibus.C.de vete.iur.enu.vbi dicitur,ꝙ ex multi-
tudine autorũ nõ oportet nos iudicare: qa ſępe ſen-
tentia vnius etiã deterioris, poteſt plures & melio-
res in aliqua parte ſuperare. quod allegat etiã Io.de
Imol.in l.cum quidã.§.quod dicitur.ff.de acqu.hær.
Sed ſi neutra foret communiter approbata,vt quia
ſecundum Io.de Imol.vtraq; opinio haberet pro ſe
famoſos Doctores,tunc nõ peccaret iudex alteram
eligẽdo,nec veniret in ſyndicatu aliquo modo cõ-
demnãdus.Ad quod allegat not.per Innocẽ.in c.ne
innitaris.extra de conſtitu.intelligi tamen debet,vt
dicit idẽ de Imol.in ſæpedicta l.cum prolatis.quòd
vbi iudex videt conflictũ opinionũ,nõ debet iudi-
care contra conſcientiã,ſed ſecundũ illã opinionẽ,
quæ conſcientiæ ſuæ videtur magis cõuenire:aliàs
licet non poſſet in foro contentioſo puniri, tamen
quantũ ad Deũ peccaret,volẽs fortaſsis alteri parti
fauere,argumẽto notatorũ in c.literas. extra de re-
36 ſti.ſpol.& in c.j.de re iudi. lib.vj.†Tertiò fallit,qñ
ſentẽtia nõ ferretur expreſsè contra ius cõmune,ſed
ita & taliter,ꝙ per argumẽta & cõcluſiones poſſet
reduci,ꝙ ſit contra ius cõmune,cum tunc bene va-
leat,vt patet ex notatis per Inno. in c.P.& G.extra
de offic.deleg.& facit quod not.per glo.in c.ij.extra
de teſti.cogẽ.& Panor.in ſæpedicto c.j.& etiã facit
quod no.in l.penultima.ff.de iuſti. & iur.& in c.cũ
37 Bertholdus.extra de ſe.n.& re iu.†Quartò fallit,qñ
non cõtra ius expreſſum lata foret ſentẽtia , ſed cõ-
tra ius ſimile legi, ſeu iuri,vt notauit Cy. poſt Iac.
de Aret.in l.j.C.de legib. & Bal.in d.l.ij.C. quando
prouoc.non eſt neceſ. Et facit quod notauit Innoc.
in c.cum ſpeciali.extra de appel.Dicitur autẽ,ſecũ-
dum eundẽ Cyn.ſententia lata contra ius,qñ fertur
contra legẽ ſcriptã in illis terminis,vel omnino in-
differẽtibus: quia ſi differant termini,licet propin-
qui ſint habentes paritatẽ rationis,non diceretur lata
contra ius.quod tamen ſecundum Anto. de But.&
Bened.cũ recitantẽ,intelligi debet eſſe verũ,niſi ra-
tio ſcripta in lege ſit ita generalis , ꝙ cõprehendat
illũ caſum,quia tunc eſſet lata contra rationẽ legis,
& ſic cõtra legẽ.Ad quod adducũt illud,quod habetur
in l.non dubiũ.C.de legi.& c.ſi.extra iſto ti.lib.vj.
cum ibi not.per Dy.& l.nominis.§.verbum.ſ.tit.
prox.de verb.ſign.& l.cũ pater.§.dulciſsimis. ff.de
lega.ij.& per gl.in cle.j.de electio.& cle.ij.de vita &
hone.cle.& in aut.quas actiones.C.de ſac.ſan. eccl.
38 †Quintò fallit,quãdo ſentẽtia ipſa cõtineret plura
capitula,& error cõtra ius expreſſum concerneret
vnũ ſolũ capitulũ , quia quo ad illud tantũ diceretur
ſententia nulla,& nõ quo ad alia,vt not. ſingul.per
gl.in l.ij.C.de re iudi.Secus ſi cõtineret illa ſentẽtia
vnũ capitulũ,vel plura connexa.Ad quod facit quod
not.per gl.in l.ſi.ff.de iuriſ.om.iu. & ibi per Bar.&
plenius per Bal.in l.j.C.ſi aduer.rẽ iudic. & de hoc
in c.j.extra de arbi.lib.vj.& Panor.in ſępedicto c.j.
& Albe.in alleg.l.ij.C.de re iudic.& ibi Ioan. Fab.

Sextò

39 †Sextò fallit, quãdo duplex causa in sententia ex-
primeretur, quarũ causarum vna sec'm ius cõe, alia
contra cõmune ius esset expressa: quia tũc sentẽtia
sustineretur propter rationẽ causæ, quæ est iuri cõ-
muni consona, vt not. Inno. in c. in præsentia. extra
de renũt. & Io. And. in c. cũ inter. de sent. & re iudi.
Facit quod not. in c. per tuas. qui fil. sint legi. Quod
procedit secundũ Panor. & Benedi. vbi d. etiam in
altera causa, quæ non est contra ius cõmune, est tñ
contra ius litigatoris, cũ in dubio præsumat iusta,
& imputari debet parti, contra quã lata fuit, quare
non appellauit. Quod tamẽ dicunt esse verum, qñ
ex causa ipsa, quæ nõ est contra ius, potest sentẽtia
sustineri, vt in exemplo sequenti ad hoc per eos ad-
ducto: iudex pronuntiauit testamentũ validũ, quia
minor annis potest testari, eò quia fuit probatũ, q
testator erat maior annis quatuordecim, iudicauit
testamentũ validũ, quia vtile per inutile nõ debet
vitiari. Ad hoc facit c. vtile. extra eod. titu. libr. vj.
Aliàs si non posset sententia sustentari, quia iudex
pronuntiasset testamentũ validũ factũ per minorẽ
annis, & quia nullus defectus fuit in testamento de
numero testiũ, sententia redderetur nulla: quia non
sufficit solennitatẽ requisitã de iure in numero te-
stium affuisse, nisi testator habilis foret, per iura su-
perius alleg. & l. si quæramus. ff. de testa. Circa quæ
tamen videri potest Bald. in l. qui testamento. ff. de
excus. tuto. & per ipsum & Ioã. de Imol. in l. si is ad
quẽ. ff. de acqu. hæred. & quod habetur in l. j. ij. & iij.
C. de sent. quæ sine cer. quanti. profer. cum similib.
40 †Septimò fallit, quãdo sententia lata foret contra
ius nõ scriptũ, puta contra consuetudinẽ, cum tunc
valeat, sicut dictũ est de lata cõtra extrauagantẽ nõ
incorporatã in corpore iuris, nec cõmuniter notã,
quoniã ipsa consuetudo in facto consistit: & ideo
potest, nisi in processu probata fuerit, probabiliter
ignorari, vt in c. j. extra de constitu. libr. vj. & facit
quod habetur in c. cum dilectus. extra de consuet. &
l. de quibus. ff. de legib. quod dicũt Panor. & Bened.
esse verũ, nisi illa consuetudo tam in loco, populo,
q̃ iudicio esset notoria, p no. in d. c. j. & d. l. de qui-
41 bus. & ibi per Bal. †Octauò fallit, qñ sententia lata
fuisset contra ius priuatum, seu priuati hominis, vt
potè contra priuilegiũ, quod licet sit priuata lex,
vt iiij. dist. c. priuilegia. tamẽ sentẽtia contra ipsum
lata valet, & tenet, nisi appellet ab ea, in c. suborta.
extra de sentẽ. & re iudi. & ibi no. de quo in regula,
scienti. extra de regu. iur. lib. vj. Quod putat Panor.
in sæpe allegato c. j. procedere in priuilegio, cui pars
potest renũtiare, aliàs secus. Vnde, sec'm eũ, quãdo
exemptus litigauit corã ordinario, & nõ allegauit
exemptionẽ, sua taciturnitas nõ facit sententiã or-
dinarij, à quo exẽptus erat, valere. Quia etiã si vo-
luisset, ille exemptus nõ potuisset in iurisdictionem
ordinarij cõsentire, vt in c. cũ tẽpore. extra de arbi.
& tenet Ioã. And. in d. regula, scienti. in mercuriali-
bus. & facit quod not. per gl. in l. j. C. vbi de cri. agi
opor. & per Panor. in c. significasti. extra de fo. cõp.
Isto tñ casu non tenet sententia propter defectũ iu-
risdictionis, non ex eo, q cõtra priuilegiũ lata fuit,
secũdũ Panor. qui aliud putat, si per exemptũ pro-
ductũ foret corã ordinario priuilegiũ exẽptionis,
& hoc nõ obstãte ordinarius in contrariũ protulit
sententiã, quæ quo ad exemptũ præiudicaret, non
autẽ quo ad Pãpã, per not. in c. ad audientiã. extra
de præscrip. & c. dilectus. de capel. monacho. & d. c.
42 suborta. †Est præterea notandũ illud, quod superius
dictũ est, sententiã latã cõtra leges, vel canones, ex-
presso in illa errore non tenere, vt voluit Panor. &
etiã Bened. post eũ, sup gl. sæpe dicti c. j. nõ obstan-
tibus intellectibus duobus ibi per eam positis: non
esse necesse illum tex. restringere ad hoc, q sentẽtia
prædicta dicatur nulla, qñ lata fuit errore in ea ex-
presso: qm̃ multi casus reperiuntur in iure, vbi lata
snia cõtra iura ciuilia vel canonica, nulla est, etiã in
ea non expresso errore: puta ex defectu iurisdictio-
nis, vt ij. q. j. c. in primis. & c. at si clerici. extra de iu-
di. & l. priuatorũ. C. de iuris. om. iud. & l. fi. ff. eo. tit.
cũ similib. Itẽ sentẽtia lata per iudicẽ excõmunica-
tum notoriẽ, vt in c. ad probandũ. extra de sentẽ. &
re iudi. Itẽ lata cõtra minorẽ, sine autoritate curato-
ris in iudicio existentẽ, vt l. si curatorẽ habẽs. C. de
in integ. resti. mi. & l. clarũ. C. de auto. præstan. & l. j.
& ij. C. qui legi. perso. hab. in iudi. stan. vel nõ. Idem
dici debet, quando ratione tẽporis est nulla, vt quia
lata fuit die feriato, vt in c. fi. extra de ferijs. & C. eo.
l. dies festos. & ff. eo. ti. l. j. & l. si feriatis. & C. quom.
& quan. iud. l. si vt proponis. Vel ratione tp̃is nulla
videtur sentẽtia, si sit lata de nocte, vt in c. cõsuluit.
extra de offic. deleg. & ibi p gl. sup verbo, tenebras.
Facit quod not. per Spec. tit. de prola. sen. §. iuxta.
ver. itẽ est nulla ratione tẽporis. & ver. vel si sit lata
de nocte. Facit text. ff. de orig. iur. l. ij. §. & quia ma-
gistratibus. & per glos. in aut. de iudicibus. §. sede-
43 bũt. colla. vj. †Hoc tñ habet diuersas opiniones in
d. c. cõsuluit. & not. per Io. And. in additio Spec. in
d. §. & vers. vbi post recitationẽ opinionũ recitauit
Hosti. sup d. c. cõsuluit. dixisse, videlicet, q partibus
tacẽtibus valeat snia diffinitiua lata de nocte. Sed si
resistãt vel illarũ altera, & petat licẽtia recedẽdi, quæ
per iudicẽ deneget, locus esset appellationi, sec'm
eundẽ Hosti. Sed plus putat Io. And. q si sine appel
latione & petita licẽtia, atq; denegata ps recederet,
snia nõ posset ferri de nocte, vbi nõ viget contraria
cõsuetudo. & reputari debet talis sentẽtia lata cõtra
absentẽ nõ contumacẽ, cũ iudicia diei exigãt clari-
tatem, vt d. §. & quia magistratibus. & lucis subtra-
ctio sit male agentiũ, vt d. c. cõsuluit. & l. j. §. mulier.
ff. de ven. inspi. Fatet tñ ipse Io. And. q in quibusdã
partibus mos inoleuit in curijs regũ & principum,
etiã ecclesiasticorũ, q plus in iudicijs proceditur in
tenebris, q̃ in luce, & verificat illud Iob xvij. noctẽ
verterũt in diẽ. Hæc sunt verba ipsius Ioan. Andr.
44 quæ libẽter recitaui, & ita pertrãsit. †Addit Panor.
vbi d. q etiã ratione loci sentẽtia potest nulla repu
tari, q̃a per iudicẽ secularem lata in ecclesia, vt in c.
decet. extra de immu. eccl. lib. vj. Facit quod not. p
Bal. & Io. Fab. in l. nemo apſorũ. C. de sac. san. eccl.
Similiter dicit Panor. sententiã nullã esse, quã fœ-
mina pfert, cũ nõ possit ipsa iudicare, vt l. cũ præ-
tor. ff. de iudi. & in istis, similibusq; casibus, quos q̃-
libet studiosus inueniet, sentẽtia lata debet & pote-
rit dici nulla, quantũcunq; in ipsa sentẽtia nõ sit iu-
45 ris error expressus. †Ex q̃bus omnibus supradictis
potest, sec'm Panor. sumi vna resolutio, q si sentẽ-
tia sup lite mota feratur, habito respectu ad merita

causæ dūtaxat distingui debet, an sit lata cōtra ius,
errore iuris in illa nō expresso, & valet sentētia, per
ea, quę habent̃ in d.c.cũ inter. & d.l.cum ꝓlatis. & l.
prę̄ses.ff.de re iudi.scd'm vnũ intellectũ. Sed si fuerit
error expressus, sentētia est ipso iure nulla, vt iuri-
bus ad hoc superius alleg. Aliqñ sentētia fertur cō-
tra ius, cōcernens aliã iustitiã, & non merita causæ,
& illa regulariter nulla dici debet, siue exprimatur,
siue non exprimat̃ error iuris in illa: in quo primo
verificari potest dictũ c.j.de senten. & re iudi. Nam
quicquid fit contra ius, regulariter est nullũ, etiã si
expressè ius nō decernat illud esse nullũ, vt d.l.non
dubiũ.C.de legib. & l.iuris gentium.§.si paciscar.ff.
de pact. & in c.quæ cōtra ius.extra isto tit. & x.dist.
46 c.vides fili charissime.vbi videte gl. & Archi.†Vi-
dendi etiã sunt plures casus, quos allegat hic subse-
quenter gl. post allegationẽ sæpius dictæ l.ij.C.qñ
prouoc.nō est neces.in quibus dicit ista gl.istã regu
lam nō procedere, cũ in illis non accipiat̃ res iudi-
cata pro veritate: qm̃ rescindi potest snia in dictis
casibus lata, & sic ea rescissa quo ad effectũ, nō ha-
bebit̃ pro veritate, vt l.admonendi.ff. de iureiur. &
ꝑ totũ tit.C.si ex fal.instru.vel testi.iudi.est. & cęte-
ris iuribus, quæ allegant̃ in gl.vsq; ad vers.istud au-
47 tem fuit quæstionis.vbi gl.mouet quęstionẽ, †An
snia ã qua potest appellari, dicat̃ res iudicata. & re-
spōdet, vt io ea videtis. Pro cuius ampliori declara
tione plura possunt tangi, vt not.ꝑ Io.And.Anto.
de But.Panor. & Bened.sup rubr.extra de sen. & re
iudica.Salic. & Bald.C.de re iudi.Et primò, cũ sup
dicta rubrica de sen. & re iudi.vbi cũ sentẽtia & res
iudicata poni videantur vt diuersa, videndũ est in
quo differãt. Et scd'm Doct.prędictos snia propriè
& strictè dici debet, cũ ab ea adest facultas appellã-
di, qđ est ante q̃ trãseat in rem iudicatã.facit l.j.§.
fi.ff.ad Tertul. & quod not.ꝑ Bart.in l.j.ff.de appel.
& l.præfecti.ff.de mino.facit c.cum dilecti.extra de
elect. & dictũ c.cũ inter. & c.quod ad consultationẽ.
extra de sent. & re iudic. Quod verũ dici debet, ca-
piendo sententiam prout est promulgata. Sed si ca-
piat̃ respectu causæ agentis, snia ꝓpriè dicit̃ res iu-
dicata, quia continet illud, quod iudex diffiniendo
sensit, vel sentit. quod etiã vult Bar.in d.l.j.de app.
& Anto. & Bened.post Panor.super rubr. allegata.
Res verò iudicata, scd'm eos, ꝓpriè & strictè dicit̃
esse, cum nō subest remediũ appellãdi, & sic postq̃
trãsiuit in rem iudicatã: quãuis anteq̃ etiã transeat
in rẽ iudicatã, largè possit nominari vel dici res iu
dicata, vt l.litigatoribus.C.de appe.scd'm Io.And.
sup antedicta rubrica. Imò res iudicata dicitur esse
materia & quæstio, sup qua lata fuit snia, cũ illa di-
catur res iudicata, vt voluit etiã Bart.in d.l.j.ꝑ illũ
text. Sed etiã incontinenti cũ snia est lata, res iudi-
cata dicit̃ respectu contentorũ in ipsa snia, cũ semel
iudicata sint, ꝑ tex.dictę l.j. & tenet Anto. & Panor.
vbi ſ. licet ab ea possit appellari. quod etiã tenuit
Hosti.post Gofre.in summa illius tit.§.hæc autem.
48 †Licet autẽ hoc largè teneat̃, ꝙ anteq̃ trãseat in rẽ
iudicatã, dicat̃ res iudicata, nō tñ propriè & strictè
hoc procedit, vt voluit Io.And.ibi, cũ quo transit
Io.de Imol. Et adducũt ad hoc dictũ c. cum dilecti.
& dictũ c.quod ad consultationẽ. & l.eleganter.§.si
qs post.ff.de cōdi.inde. & no.per gl.in d.l.litigato-
49 ribus.†Videndũ est postea, quotuplex sit snia. Ad
quod sciendũ est, ꝙ licet multis modis sumi possit,
vt not.ꝑ Hosti.in princ.dictæ summæ suæ, sup illo
tit. Sumitur tñ quo ad materiã nostrã, ꝓut est dif-
finitio iudicialis cōtrouersię, illi finẽ imponens, vt
l.j.ff. de re iudi. & quãuis appellatione sniæ ꝓpriè
& strictè sumẽdo veniat tm̃ diffinitiua snia, vt vo-
luit gl.notabilis in l.j.§.biduũ.sup verbo, sentẽtiæ
latæ.ff.qñ appel.sit. Largè tñ sumẽdo venit etiã in-
terlocutoria, vel etiã mista, cũ & ipsa etiã diffiniat
articulũ suũ, vt l.si qs prouocatione.C.de app. & fa
cit qđ not.ꝑ Bal.in l.ante sentẽtiæ. C.quor. appel.
50 nō recip.†Et pro ampliori doctrina, quicqđ dicat
gl.ij.q.j.in summa, quæ dicit, ꝙ triplex est snia: sed
scd'm Bened.sup d.rubr.extra de sen. & re iudi.dicit̃
potest ꝙ quinq; sunt species sentẽtiarũ. Quædã est
tm̃ diffinitiua, illa scilicet, quæ imponit finem toti
causæ, quæ deducta fuit in iudiciũ, vt not.ꝑ gl.sup
verbo, diffinitiua. in cle.vnica. de sequest.posses. &
fructuũ. Quædã est snia interlocutoria, illa scilicet,
q̃ fert̃ inter principiũ & finẽ causę sup incidẽtibus,
vel emergẽtibus in ea, vt vult glo.dictæ cle. & ideo
interlocutoria dicit̃, quia iudex eã proferendo non
diffinit cãm principalẽ, sed interloquit̃ inter prin-
cipiũ & finẽ, & inter partes loquẽdo sine solẽnita-
te scripturæ vt plurimũ ꝓnũtiat, scd'm Hosti.post
Gofr.in summa dicti tit.de sent. & re iudi.§.ij.circa
51 princ.†Quædã est snia, quæ præcepti vocat̃, scd'm
prædictã gl.in summa. ij.q.j. quæ ex hoc sentire vr̃
ꝙ ista snia præcepti sit tertia species. Sed gl.in aut.
de hære. & falc.§.illud.in verbo, decreto.colla.j.illã
vocat interloquutoriã.alia verò gl.in d.c.l.§.si quis
autẽ non impiẽs.dicit ꝙ est quasi interloquutoria.
Quod procedere posset, scd'm eundẽ Bened.qñ tale
præceptũ fieret ante inchoationẽ, vel initiũ causæ,
vt si fiat ꝑ nũciũ iudicis pręceptũ de cōparẽdo, quo
casu põt dici quasi interloquutoria, scd'm Panor.in
d.rubrica. Ad qđ allegat̃ id, qđ not.Bal.in aut.hoc
amplius. C.de fideicō. vbi idẽ dicit de monitione,
vt censeat̃, quasi interlocutoria. Si aũt post inchoa
tionẽ causæ fiat pręceptũ, verè dicet̃ interloquuto-
ria: & ita ꝓcedere poterit gl.dicti §.illud.scd'm dict.
Panor. & vr̃ ita tenere Bal.in l.fi.§.necessitate. & ibi
sentit gl. & Doct.C.de bo.quæ libe.loquẽs de præ-
cepto, qđ fit in incōfessum, sine ordine iudiciali, vt
sit interloquutoria: de quo plenius in c. dudũ.ij.ex-
tra de elect. & c.ex parte.extra de verb.sig. & c.j.de
52 resti.in inte.lib.vj. †Est etiã alia quędã species sniæ
quæ non est propriè diffinitiua, nec interloquuto-
ria, sed appellatur mista, vt est interloquutoria, hñs
vim diffinitiuæ, vt est illa, quæ imponit finẽ instã-
tiæ, sed nō causæ, cũ expectet aliã sniam post se, vt
qñ iudex ꝓnũtiat se esse iudicẽ incōpetentẽ, vt not.
ꝑ gl.in aut.habita.C.ne fil.ꝓ pa. & in c.significãti-
bus.extra de offi.dele. & c.ꝑuenit.extra de app. & ꝑ
Bar.in l.cũ Titia.ff.de accu. Similiter idẽ dici debet,
si ꝓnũtiet exceptionẽ peremptoriã obstare, vt no.
ꝑ gl.in cle.fi.de app. Alia põt dici quædã snia quasi
diffinitiua, vt ea, quę fert̃ sup possessorio, de qua no.
53 ꝑ gl.in c.cōsultationibus.extra de offic.deleg. †Sed
videndũ esset, qñ snia dicat̃ res iudicata, hoc est, qñ
trãseat in rẽ iudicatã, vt ꝓ veritate accipiat̃, scd'm
tenorem huius regulę. Quia quædã sunt, quæ nunq̃
transeunt

transeunt in rem iudicatam, vt latæ in causis, quæ
seruari nõ pñt sine periculo animæ, vt in c.tenor.&
c.lator.extra de sen.& re iudi.cũ similib. Quædam
sunt, quæ statim vt prolatæ sunt, transeunt in rem
iudicatã, vt sunt sentẽtiæ excõmunicationis, vt in
c.p tuas.extra de sent.excõ.& ibi, quare hoc ita sit,
redditur ratio, scd'm Io.And. & in c.pastoralis. extra
54 de appel.in quibus vide Panor.& Bened.†Quędã
sunt, quæ tenẽt mediũ, qđ regulariter procedit, qm̃
sentẽtiæ trãseũt in rem iudicatã, non tñ statim vt
latæ sunt, sed post decẽ dies, si nõ fuerit appellatũ,
vt ij.q.vj.c.anteriorũ.& aut.hodie.C.de appe.& in
corpore vnde sumit.eo.tit.coll.iiij.& c.quod ad cõ-
sultationẽ.extra eod. tit.tenet tñ hic expressẽ gl. q
nulla snia accipit pro veritate, nisi transiuerit in rẽ
55 iudicatã. †Finaliter quo ad huius regulæ materiã,
dicit hic gl.q sicut res iudicata p veritate accipit,
ita etiã iuramentũ, qm̃ habet loco veritatis, vt l.sed
& si possessori.§.itẽ si iurauero.ff.de iureiurã. & vt
ibi not.p Doct.declarãdo illũ tex.vbi iurisiurandi
verba nõ possunt stare pprię, sumũtur impropriẽ,
& solus effectus cõsiderandus est, & sic dicta verba
impropriãtur, qñ propriẽ sumpta vitiarẽt. Vt em̃
ibi dicit Alb.effectus iurisiurãdi, & effectus verbo-
rum magis attendit, q̃ ipsa verba, quę sumunt im-
propriẽ ad hoc, vt res valeat, & nõ peat. Et ad hoc
solet allegari ille tex.in ver.sed & si rerum.& datur
exemplũ: Actor iurauit vsumfructũ sibi deberi in
rebus, quę vsu cõsumunt, in quibus pprię vsusfru-
ctus nõ est, per ea, quæ habent p totũ ti. ff.de vsufr.
ear.rer.quæ vsu consu.& tñ effectus iurisiurãdi, eo
modo quo potest seruat, scilicet q vsusfructus im-
propriẽ cõpetere dicat, videlicet cautione præstita,
vt ibi habet.& facit in simili illud qđ hr̃ in l.si vno,
versi.sed si verbo, donationis.ff.locati.vel alio vti
possumus exẽplo: Aliquis iurauit se esse in posses-
sione quorundã redituũ vel iuriũ incorporalium,
quę nõ pprię possident, vt l.seruus.§.incorporales.
ff.de acq.re.do.Illud tñ debet intelligi de quasi pos-
sessione, qua res incorporales possideri, id est quasi
possideri dicunt.Idẽ scd'm Albe.in d.§.itẽ si iuraue
ro.dici põt in emphyteuta, si agat tanq̃ dñs, qui tñ
verẽ & directẽ dñs nõ est, sed bene vtiliter, vt l.j.ff.
si ager vecti.vel emphyt.pe.§.qui in perpetuũ. vbi
dr̃, q habet actionẽ in rẽ. Cum igit dicit, vel iurat
se dñm, intelligi debet non directũ, sed vtilẽ, & suæ
declarationi standũ erit, vt l.si qs intẽtione ambi-
gua. cũ ibi not.p Ang. & Doct.ff.de iudi.& facit l.
stipulatio ista.§.hæc quoq; stipulatio.ff. de verbor.
oblig.& l.quibus diebus.§.dñs.ff.de cõdi. & demõ.
Et etiã lex appellat emphyteutã dñm, in l.possesso-
res.in fi.C.de fund.patrim.lib.xj.vbi p Iac.Rebuf.q
ad hoc etiã allegat l.ij.C.de fund.rei priua.& l.fi.de
loca.prædi.ciuil.eod.libr. Ex quibus patere potest
scd'm Guidonẽ de Suzaria alleg.p Albe.q pponẽs
se dñm, obtinere debet, siue se directum, siue vtilem
dñm pbet, & accipiet pro veritate: nec sic dicẽdo,
aut iurãdo vr̃ elegisse viã, qua eius intentio possit
impugnari, arg.l.si miles.ff.de testa.mili.Faciũt etiã
suprà dicta scd'm Albe.& Sali.in d.§. itẽ si iuraue-
ro. p saluatione & defensione testiũ in suis dictis &
depositionibus, q aliqñ impropriẽ vel obscurẽ lo-
quunt, quorũ dicta scd'm pprĩũ intellectũ intelligi
debent, si fieri possit, vel si non possit, secundũ im-
propriũ: vt si dicat se vidisse aliquẽ possidere serui
tutem, vel aliud ius incorporale, qđ pprię nõ pos-
sidet, intelligi debet possidere, id est, quasi posside-
re, vt dictũ fuit. Si etiam testis deponeret se vidisse
illũ cõtinuẽ possidere per decẽ annos, & pbetur q
possessor aliquo tpe fuit absens, nõ dicet testis fal-
sarius: quia intelligi debet sua depositio de tẽpore,
quo ipse fuit præsens: effectũ em̃ sequi debemus.l.
scire leges.ff.de legi.Item si deponeret se vidisse illũ
possidere toto tempore vitæ suæ, intelligi debet de
tempore quo ipse habebat discretionem. Ad quod
adduci potest id, quod habetur viij.q.iij.c.fi.in glo.
& per Hostiẽ.in summa de præscript. rubricella de
præscri.re.immob. §.quot sunt eius species.ver.nõ
tñ intelligas. & xvj.q.iiij.c.volumus. & ff. de testa.
ma.l.Męuia.& ff.de serui.l.tam angusti. & per gl.in
c.dudũ.extra de conuers.coniug.& c. super verbo,
substantia veritatis.& hæc sufficiãt sup ista regula.

Summarium.

1 ☞Seruus tanquam mortuus nõ potest facere testa-
mentum, nec esse testis, nec arbiter.& nu.2.& 3.
4 Iudex potest esse filiusfamilias, non seruus, nec mo-
nachus.
5 Monachus in quibus seruo cõparetur, & differat.
6 Seruitute soluitur matrimonium iure ciuili.

Seruitutẽ ferè mortalitati comparamus.

HAEC regula per gl.notabilem
decreti xxij. q.iiij.c. Inter cætera.
super verbo, decepti. pertinenter
& notabiliter allegatur, & ibi p
Archi. declaratur super eo, quod
scribit Iosue ix.c.vbi præceperat
dñs filijs Israël, quatenus omnes habitatores terræ
promissionis occiderẽt.Gabaonitæ verò, vt histo-
ria refert, attritis calceamẽtis, & cũ aridis panibus
venerũt, dicentes se esse viros pacificos, quærentes
cõponere cũ dictis Israëlitis pacem. Quod placuit
senioribus Israël, & fecerũt pacem cũ eis, quæ facta
fuisse videbat contra Dei præceptũ, qui illos præ-
ceperat occidi.Sed vt ibi dicit prædicta gl. satis vr̃
Dei præceptũ fuisse seruatũ, cum illos Gabaonitas
Israëlitæ redegerunt in seruitutem, quæ ferẽ morti
cõparatur, vt in hac regula, quã ibi ad hoc allegat
1 prædicta gl.†Veritas autẽ huius regulæ alio modo
ostenditur per gl.hic positã, quia seruus tanq̃ mor-
tuus non potest facere testamentũ, nec esse testis in
testamento, vt l.filiusfamilias.& l.qui testamẽto.§.
seruus.ff.de testa.vbi habet, q nec iuris ciuilis, nec
prætorij, seruus habet participiũ, licet de naturali
ęquitate ius prætoriũ fundatũ sit, scd'm Io.de Imo.
in d.§.seruus.habet tñ factionem testamẽti passiuã,
vt probat secundũ Bal.in d.l.filius. sed non actiuã,
vt ibi, & d.§. seruus.vbi Bald.dicit, q ille qui non
participat cõmodo ciuili, nõ potest esse testis, quia
officiũ testis est de iure ciuili: vt tamen dicit Paul.
de Castr.in d.l.filiusfamilias.qui nõ habet factionẽ
testamenti sine sua culpa, bene habet eã passiuẽ, vt
possit hęres institui, vt in illa lege.ex quo notandũ
esse dicit significatũ nominis verbalis, q̃a habet si-
gnificatũ actiuũ & passiuũ, vt ibi habet, & actiuũ

non habet seruus, scilicet vt testari posit, sed bene
2 passiuum, quia potest hæres institui. †Non potest
etiã seruus in hoc mortuo ferè cõparatus, esse testis
in iudicio criminali vel ciuili, vt l. quoniã liberi. C.
de testib. & aut. si dicatur testis. eod. ti. & in corpore
vnde sumitur, in aut. illo ti. coll. vij. §. si verò dicat.
& §. seq. & per Spec. eod. tit. §. j. vers. itẽ ꝙ si seruus.
Bene verũ est, ꝙ si producatur aliquis in testem, cui
opponitur quòd est seruus, si per producentem vel
ipsum dicat, ꝙ imò est ingenuus, debet priusq̃ ve-
ritas status inquiratur, vel sciatur, examinari, si ta-
men postea appareat eum esse seruum, nihil probat
sic receptus, vt dicit Bald. in casus positione dictæ
authen. si dicatur. Sed si contra excipientẽ de serui-
tute testis, replicetur de illius manumissione, nõ de-
bet examinari tanquam testis, nisi producatur in-
strumentum manumissionis, per dictũ replicãtem,
vel ęquipollens, vt quia dicit Bal. sunt testes parati
super manumissione probanda, secundũ gl. in cor-
pore dicti §. si verò dicatur. Et est ratio diuersitatis
inter hos casus, quã reddit dicta gl. quoniã quando
dicitur ingenuus productus in testẽ, pro eo est præ-
sumptio de iure naturali. sed quando dicit libertus,
videtur quodã modo fateri veterẽ seruitutem, quæ
præsumitur durare, nisi probetur contrariũ. Circa
hoc tamẽ vidẽdus est Bal. qui hũc articulũ plenius
examinat & disputat in d. aut. si dicat. Veruntamẽ
3 residere videtur in eo quod dictũ est. †Addit hic gl.
ꝙ nõ potest seruus esse arbiter, per tex l. parui. aliàs
incipit, Pedius. §. in seruũ. ff. de arbi. & facit text. iij.
q. vij. c. si cõtra. vers. seruus. & not. Hosti. in summa
de arbi. §. quis posit. in prin. & Spec. eod. ti. §. po-
test autẽ. vers. itẽ si seruus. & §. seq. & Io. And. ibi in
additionib. qui tamẽ intelligit l. sed si in seruum. ff.
de arbi. aliter q̃ ibi intelligat eam glos. quę vult, ꝙ
cõpromissum factũ in eũ qui fuit seruus, eo manu-
misso valet. Sed Io. Andr. intelligit illũ text. l. sed si
in seruũ. scilicet, ꝙ tẽpore cõpromissi erat seruus,
sed tẽpore quo illud cõpromissum acceptauit, erat
liber effectus, & de consensu partiũ acceptauit illud
sine nouo cõpromisso. Quẽ intellectũ recitat Albe.
in d. §. in seruũ. Ad quod facit, secundũ eum, l. j. §. j.
ff. de leg. iij. Ipse tamen Albe. in d. l. sed si in seruum.
etiã idẽ dicit Guil. de Cug. tenuisse, quia procedẽdo
corã dicto libero effecto, videnẽ litigãtes de nouo in
eũ cõsentire, arg. l. j. ff. de iudi. & l. iij. §. falsus. ff. rẽ ra.
hab. & l. tribunus. §. cũ aliquis. ff. de testa. mili. quod
dicit esse verũ, nisi eo existẽte in seruitute lis fuerit
cõtestata, quia initiũ fuisset vitiosum, cum tamẽ in
talibus debeat esse legitimum, arg. l. in vniuersis. C.
qui dare dari've pos. Facit l. quod ab initio vitio-
sum. ff. isto tit. cũ ibi recitatis. quãuis dicat quosdã
dixisse, aliud esse in arbitrijs, aliud in iudicijs. seruus
tamẽ iudex non potest esse, vt l. cum prætor. §. non
autẽ. ff. de iudi. & iij. q. vij. c. infamis. §. tria. dicit ta-
men Archi. in princ. ꝙ infames & serui nõ prohi-
bentur expressè iudicare, sed per consequens, quia
prohibetur ne iudices fiãt, vt dictis iuribus, & not.
per Inno. in c. cũ super. extra de offi. deleg. in gl. quę
4 incipit, no. ꝙ. in fi. †Dicit etiã Bal. in d. §. nõ autẽ.
post gl. ibi, ꝙ monachus in hoc magis assimilatur
seruo, q̃ filio: cũ filius possit esse iudex, nõ autẽ ser-
uus, sic nec monachus, cũ mortuus reputeẽ, vt not.
5 dicta gl. per iura quæ allegat. †Et ꝙ monachus cõ-
paretur seruo, & in quo differãt, videri potest Bar.
in l. j. §. si fructuarius. ff. de stipul. ser. & ibi per Ang.
Io. de Imol. & per gl. in l. cũ hęredes. §. fi. ff. de acqui.
posses. & per Inno. in c. cũ olim. ij. super verbo, mo-
nacho. extra de priuil. licet ipse Innoc. trahat alibi
materiã institorũ & exercitorũ ad monachos, in c.
quod quibusdã. extra de fideiusso. & facit quod not.
xviij. q. j. c. j. sed vt dicit Io. de Imol. in d. §. si fructua-
rius. licet quãdoq; monachus æquipareẽ seruo, non
tamẽ quo ad omnia, quoniã retinet ius agnationis
& succedendi, vt l. Deo nobis. C. de episc. & cleric.
iuncta l. seruus. C. cõmu. de succe. vbi dicitur, seruũ
nõ posse habere successores: quod ideo est, quia pro
nihilo reputaẽ, vt l. quod attinet. ff. isto ti. & est per-
inde, ac si natus nõ esset, secundũ Bal. in d. l. seruus.
circa quę videte not. per Spec. ti. de sta. mo. §. j. vers.
vicesimoquinto. Et ad prædicta facit quod not. per
Doct. in l. j. ff. de vulga. & pupi. & l. iij. C. de hæred.
insti. & c. in pręsentia. per Inno. & Io. And. extra de
proba. in quibus locis tangitur, an si monachus sit
institutus, ęquiparãdus sit filio vel seruo, inter quos
est differẽtia, vt patet in d. l. iij. iuncta l. fi. C. de bo.
6 quæ lib. & p Bal. in l. sed & si qd. ff. de vsufru. †Sub-
iungit hic gl. ꝙ p seruitutẽ matrimoniũ soluiẽ, per
tex. quẽ allegat in aut. de nupt. §. sed etiã captiuita-
tis. coll. iiij. Seruus em̃ efficiẽ captus ab hostibus, vt
Insti. de iu. pso. §. pe. & inæqualitas fortunę nuptias
esse non finit, vt etiã not. p gl. in l. vxores. ff. de di-
uor. Sed de hac materia dicite melius p iura canoni
ca, qbus in his stãdũ est in caussis matrimoniorũ, vt
dicit Alb. in aut. hodie. C. de repu. per ea, quę habẽẽ
in c. dñs. cũ ibi not. p Doct. extra de secund. nup. &
c. in præsentia. extra de sponsal. & c. qm̃ frequenter.
§. si autẽ de carnali. extra vt li. nõ cõtest. & xxxiij.
q. j. c. cum per bellicã. & per totũ. & de probatione
mortis alterius coniugũ, de qua in dictis iuribus, &
in §. quod autẽ. in aut. vt liceat matri & auiæ. colla.
viij. possunt videri Doct. in locis alleg. & per Salic.
in l. si quidem. C. solu. matri. & Bald. in l. ij. §. si du-
bitetur. ff. quẽadmo. testa. aper. Duas tandem fallẽ-
tias ab hac regula ponit hic glos. quas videatis.

Summarium.

1 ☞ Materna hæreditas nõ ita debeẽ filijs, sicut pr̃na.
2 Vir non potest vxori donare directè.
3 Donare nõ videtur vir, qui per fideicõmissum hæ-
reditatẽ vxori restituit, nõ detracta Trebellianica.
4 Desinere habere aliquãdo diciẽ, qui nunq̃ habuit.
5 Casus omissus qñ habeatur ꝓ omisso vel expresso.
6 Lex noua qualiter ad præterita trahatur.

Non potest videri desijsse habere, qui nunquam habuit.

PRO declaratione huius text. gl.
super hac regula in fine remittit
ad ea, quę no. sunt, & recitata ple-
nius in l. nõ videẽ rem amittere. ff.
eo. ti. vbi videri potest, qd per me
ex dictis Doctorũ fuit allegatum,
& maximè Albe. in l. iij. §. desinere. ff. vsufr. quẽad.
caue. Hic autem gl. pro declaratione huius regulæ
allegat id quod habetur in l. nulla. ff. de suis & legiti.
hæred.

hæredi. vbi fœmina ſicut non poteſt habere hæredes ſuos, cum nō habeat poteſtatē paternā, vt in §.fœminæ. Inſtit.de adop.ita nō poteſt eſſe, ꝙ deſinat habere ſuos hæredes, etiā per capitis diminutionē: quia capitis diminutione bene tollitur nomē iuris ciuilis, ſicut eſt agnationis nomen, vel ſuitas, vt l.capitis diminutione.ff.de ſuis & legiti.hæredi. filius verò matri non poteſt eſſe ſuus: ergo nec deſinere eſſe ſuus, vt Inſti.ad Orfic.§.ſciendū.& ibi in gl.& per Ange.Are.& Bar.
1 in d.l.capitis diminutione. †Hæreditas etiā materna non eſt ſic debita filijs, ſicut paterna, not.per gl.in l.ſi emancipata.C.de iuris & fa.igno.& Ange.in authē. de hæred.& Falc.in prin.ij.charta.ij.col.Es ſic verificatur hæc regula. Addit poſtea gl.hic exemplū huius regulæ de caſu l.Titio vſusfructus.ff.de cōdi.& demō. vbi habet, ꝙ illud quod nō cœpit eſſe, nō poteſt deſinere eſſe, vt fuit declaratū in d.l.nō videt rem amittere. Quod ſicut ibi dictū fuit, debet intelligi, quādo nō fuit illud in re, nec in ſpe, nec in iure, nec in facto. Et faciunt ea quæ habent in l.j.ff.quib.mo.vſusfr.amit. & per Bal.in l.corruptionem.C.de vſufr. ¶Gloſ.inde ſubtūgit ex veritate huius regulæ procedere id quod habetur in l.qui autē.in prin.ff.quæ in frau.cre.quem tex.declaraui in l.nō alienat.in fi.ſ.iſto tit.vbi recur-
2 ratis. †Addit etiā gl.hic ad monſtrandū regulā iſtam eſſe veram id quod legitur in l.ſi ſponſus.§.ſi maritus hæres.ff.de dona.inter virū & vxo. Donatio enim inter maritū & vxorē prohibita eſt per illū titu. Sed ſi maritus hæres ab aliquo inſtitutus, vel cui eſt ab aliquo factū legatū in teſtamēto, hæreditatē vel legatū repudiet, vt ſuæ vxori proſit ex teſtamēto vel ab inteſtato, valet & tenet. Et rationē declarat ibi Sali. quia ipſe maritus per hoc nō fit pauperior, licet nō acquirat, ſicut eſſet, ſi de ſuo donādo patrimoniū diminue-
3 ret. †Simile dicitur in §.ſi quis rogatus.ead.l.ſi ſponſus.vbi habetur, ꝙ maritus inſtitutus hæres, & rogatus hæreditatē reſtituere vxori ſuæ, ſi illā reſtituat nō detracta quarta Trebellianica, nō dicit donare vxori, ſed fidem ſuā implere, & obſeruare plenius voluntatem defuncti. Vt enim ibi notat Sali.per aditionē hæreditatis, videtur inſtitutus de reſtituēdo grauatus fidem ſuā dare defuncto, de eius volūtate, & diſpoſitione implēda, ex quo obligat naturaliter & ciuiliter ad reſtitutionē hęreditatis, & etiā legatorū in teſtamēto relictorum: de quo plenius per eū, & Doct.in l.j.ff.de cōdi.indebi.reſtituēdo igitur hęreditatē, nec detrahendo quartā, voluntatē teſtatoris largius implet, nec reputatur donatio, ſed pleniſsima voluntatis defuncti impletio. Nō enim fit pauperior, qui nō acquirit, ſed
4 qui patrimoniū ſuū, vt ſ.dictū eſt, diminuit. †Eſt tamen aduertendū, ſecundū gl. ꝙ quādoq; dicit deſinere habere quis id quod nunꝗ habuit. Quod tamē impropriè dicitur, vt l.qui alienā.in prin.ff.de euict.vbi venditor rei alienæ, ipſa re præſcripta, vel vſucapta per emptorē, deſinit teneri de euictione ipſi emptori: quod eſt impropriè dictū, quoniā ante rei euictionē, vel litē ſuper ea motā, de ea vēditor nō tenebat efficaciter, per l.Lucius Titius.& l.euicta.& l.cum plures fundi.ſ.illo tit.de euict.& l.j.cum ſimilibus.C.eo.tit. Sed ideo dicit impropriè deſinere teneri de euictione vēditor, re quam vēdiderat præſcripta vel vſucapta, quia poterat ante pręſcriptionē lis moueri ſuper euictione, quæ poſtea moueri nō poteſt, vt d.l.qui alienam. & ita intelligi debet iſta gl.quæ etiā allegat l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau.ad id, ꝙ ſicut per ſuperiorem allegationē deſinit aliquid quod nō incœpit, vt dictū eſt, ita etiā quādoq; aliquid finitur quod nō cœperit, vt ibi per Bal.ponit caſus: Titius dedit Seio centū nomine dotis pro matrimonio cōtrahendo inter ipſum Seiū & Bertā, & in omnē caſum ſoluti matrimonij, dicta cētū ſtipulatus eſt ſibi Titio reddi, matrimonium autē non fuit cōtractū: dubitabatur vtrū cōditio prædicta de reuertēdo dictā dotē ad Titium, eidē Titio cōpetat, an dictę mulieri Bertę. Videbatur enim ꝙ Titio antedicto nō cōpeteret, quia nō fuerat ſtipulatus in caſum matrimonij nō cōtracti, ſed diſſoluti. Ideo ſibi imputandū erat, & qui ſolū vnū cōtrariorum expreſſerat, quod ab alio videtur remotū. Sed ibi determinatur cōtrariū, quia de nō cōtrahēdo matrimonio, etiā cogitatū tacitè & ꝓuiſum videbatur, niſi ꝓbarēt, ꝙ dictus Titius voluerit mulieri donare, cui tunc actio ad repetēdum cōpeteret, & nō ipſi Titio. ita ibi determinat. Vbi colligit Sali. ꝙ in contractibus caſus omiſſus nō cōtrarius expreſſo, relinquitē diſpoſitioni iuris cōmunis. Et ita etiā finitur ſtipulatio, quæ facta fuerat de diſſolutione matrimonij, in caſu nō cōtracti matrimonij, & ſic nō cœpti. Pro veritate huius regulæ, videte tamē Sali.& Albe.& Bal. in d.l.ſi extraneus.& per Doct.& Io.de Imol.in l.ſi cū
5 dotē.in prin.ff.ſol.mat. †Vt tamen oſtēdit idē Bal.in alleg.l.ſi extraneus. pro declaratiōe, an caſus expreſſē omiſſus habeat pro omiſſo & neglecto, an verò pro expreſſo. Et in omiſſo, an legali diſpoſitioni ſit ſtādū. Dici poteſt ſecundū eū, ꝙ ſi prouiſio legis nō ſit iuris cōmunis, ſed præter illud videt illi derogatū, vt l.fin. C.de pact.cōuen.vbi videri poteſt per Sali. illa tamē quæ de facili fiunt, ad ius cōmune reducunt, vt l.eius militis.& l.ſi vnus.§.q̄d in ſpecie dotis. ff.de pact. Si autē ꝓuiſio legis cōformis ſit iuri cōmuni, vel eſt ius cōmune, tunc in caſu prouiſo expreſſum facit ceſſare tacitū, vt l.cum ex filio.§.j.ff.de vulg.& pupil.ſubſti. vbi notat ipſe Bald. ꝙ ſi exprimat id quod tacitè intelligitur, nō intelligitur amplius expreſſum, & facit ceſſare tacitū vel præſumptū, ſecundū Bar.ibi, quem allegat: in caſu verò omiſſo, ſi ſit omnino omiſſus, ſtatur diſpoſitioni legali cōmuni, vt d.l.ſi cum dotē.in prin.& l.cōmodiſsimè.ff.de liber.& poſthu. Sed ſi ſit in eo quod agitur tacitè incluſus, ei ſtandū eſt à contrario ſenſu, qui ſenſus cōtrarius etiā procedit in contractibus.l.inter ſocerū. §.cū inter patrē & generū.ff. de pact.dota.ſi autē ſit incluſus ex interpretatione legali, illi ſtatur interpretationi, vt l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſti.in prin.vbi expreſſa vulgaris cōtinet tacitā pupillarē, & ecōtra. quod, vt ibi dicit Bal. eſt intelligendū ex interpretatione Iuriſcōſulti, nō autem ex propria ſignificatione: quia vt ibi dicit Paul. de Caſtr.verba repugnant inuicē, ſed ſecundū Ioā.de Imola, hoc eſt ex cōiectura ta mēte teſtatoris per legē, ipſius fauore. Quando verò eſt excluſus ille caſus ab interpretatione legis, facit ceſſare legis prouiſionē, vt l.maritus.C.de procur. Sed quādo aliàs nō eſt à lege prouiſus, procedit id quod habetur in l.quicquid aſtringēdæ.ff.de ver.obl.& facit quod habet in l.vbi. C.de iure dot.per Cy.in vj.quæſt.& Sali.in alleg. l.ſi extraneus.& in ſua repet.d.l.ſi cū dotē.& in l.ij.C.de poſthu.hære.inſtit. Adiungit poſtea hic gl.ad præce-

dens propositũ id quód habetur in l.j.§.vtrum. in fi. ff.si quid in frau.patr.vbi desinere & amittere dicitur libertus illud quod noluit obtinere, quod si voluisset obtinere poterat, nec tamen tenet Fauiana: quoniam licet legatũ sibi factũ, & per eũ repudiatũ, vel hæreditatem sibi relictã repudiauerit, etiã in fraudem patroni, quod legatũ vel hęreditatem ad se ex dispositione testatoris diceret pertinere, tñ repudiatio sua facit vt retro ad ipsum nõ pertinuisse videat, vt ibi dicit tex. in fi. Quod facit secũdũ Bal.in l.vnica.§.fi.C.de lati. liber.tollẽ. ad hoc, ꝙ lex futuris negotijs imponit, vt ꝓbat ille tex.& ideo clausulæ derogatorię prius verbis specialibus, secundo generalibus scribẽdæ sunt, vt dicit ibi Bal.& est formula melior in iure, secũdũ eũ, eo, vt dictũ est, ꝙ dispositio futurorũ ad illa imponi solet. Faciunt ad hoc not.ꝑ Doct.in l.leges.C.de legi. & per gl.in aut.vt cũ de appel.cogno.§.j.sup verbo, referente.coll.viij.& in c.licet canon.extra de electio.
6 lib.vj.& Innoc.in c.fi.extra vt lite pend. †Sed quãuis dicat in lege noua, ꝙ illa dispositio trahat ad præterita, debet intelligi de his super quibus nõ est iudiciũ inchoatũ, secundũ Compostel.in c.ij.extra de cõstit. Vel nõ est iudicatum, secundũ Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. cætera dicite, vt in glos.quæ allegat Psalmistam, vt in ea videtis.

Summarium.

1 ☞Testamentum furiosi vel impuberis non conualescit superueniente sana mente, aut pubertate.
2 Testamentum an vitietur, si testator fiat fœnerator.
3 Approbatio testamenti multiplex.& nu.4.& 5.
6 Tempora tria, conditi testamenti, mortis, & aditionis, qualiter spectanda.& nu.7.
8 Testamentum, in quo instituitur incapax, non valet, etiam si viuente testatore fiat capax.
9 Incapax potest institui pro tempore quo erit capax.
10 Manumittere quomodo possit minor viginti annis.
11 Tempore permisso vel prohibito aliquid fieri, quando sint paria.
12 Testamentum irritũ posthumi præteriti agnatione, aut capitis diminutione, quomodo conualescat.
13 Testamentum filij iam nati præteritione irritum, an possit aliquo casu reconualescere.
14 Testamentum recõualescere iure ciuili vel prætorio, multum interest.
15 Miles testari volens iure cõmuni, nihilominus vtitur priuilegio.
16 Codicilli initio nulli possunt validari: secus in testõ.
17 Testamentum, in quo instituitur seruus incapacis, an possit validari.& nu.18.
19 Nuptiæ initio nullæ, an possint postea validari.

Quæ ab initio inutilis fuit institutio, tractu temporis conualescere nõ potest.

VERITATEM huius regulæ probat hic glos.per tex.§.præterea. instit.quib.non est permis.fac.testa.
1 †vbi impubes non potest facere testamentum, nec etiã furiosus, nec factum reconualescit, si tractu temporis impubes efficiatur pubes, & furiosus sanæ mẽtis, & sic testamentũ quod ratione testatoris deficit, eo sci licet ꝙ est intestabilis, propter hoc ꝙ est impubes, vt l.qua ætate.ff.de testa.& l.si frater.C.qui testa.fa.pos. vel quia est furiosus, per l.furiosum.C.qui testa.face. pos.vt Instit.eod.tit.§.præterea. si cesset ille defectus, qui inutilem faciebat institutionẽ, nõ reconualescit, per hanc regulã. cui cõcordat id quod habetur in l.j. §.si filius.vers.quod nemo credat.ff.de leg.iij. vbi per Bar.& Bal.Sed si testator nõ esset intestabilis ratione personæ suæ, sed quia est pluribus creditoribus obligatus, non potest duos seruos hæredes instituere, sed vnum solũ. Cessante autem impedimento institutio vnius potest cõfirmari, per l.qui soluendo.& l.ei qui soluendo. ff.de hæred.instit. de qua opponit hic gl.& soluit, illud procedere fauore libertatis. quod declarat Bal.in d.l.qui soluẽdo. Nil enim est gratius libertate, vt l.Paulus.ij.ff.de fideicõ.liber. Istud tamen impedimentum de inhabilitate duos seruos simul instituendi extrinsecũ vocat Bal.in d.§.si filius. quod nõ absolutè afficit testatorẽ inhabilem, ideo submoto impedimento illo recõualescit institutio vnius solius serui. Secus videtur in intestabilitate vsurarij manifesti, qui testari prohibetur ante præstitam cautionem de restituendis vsuris, iuxta cap.quanquàm.extra de vsuris. lib.vj.licet eam postea præstiterit, ꝙ non reconualescat testamentum. quod disputat Bar.in l.filio præterito.ff.de iniusto, rup.& irri.testa. Ioã.And.in dicto c. quanquàm.in nouel. tenuit vnam opinionem, sed in Clement.j.de sepult.aliam videtur circa hoc tenuisse. Videte Bar.vbi s.& Bal.in dicto §.si filius.& Ioã.de Imola hæc recitantem in antè dicta l.filio præterito. in vltima charta. & post recitationem plurimorum Docto.& etiam in d.l.j.post Paul.de Eleaza.videtur residere, ꝙ cautio illa, de qua in d.c.quanquàm. præstita post mortem vsurarij, de cuius cõtritione signa apparebãt, operatur effectum quo ad hæc, ne denegetur sibi sepultura, nõ autem quo ad testamentũ illius validãdũ, quod ab initio ex persona testatoris ipsius fuit nullum, & sic nõ debet conualescere, sicut conditum ab impubere nõ conualescit adueniente pubertate, per iura superius allegata, & l.si filius. ff.de testa. & l.sicut.C.ad legem Cornel.de falsis.excusatq; contrarietatem Io.Andr.superius allegatam, dicens nihil in sua opinione prædicta notari posse contrarium, quia id quod notatur in dicta Clemen.j.de sepult.intelligitur, quando præstatur cautio post mortem: sed in dicto c.quanquàm. quando in vita testatoris post conditum testamentum, quo casu conualescit, vt ibi plenè per eum notatur in nouella. & in dicta Clem.j.
2 †Etiam quærit ipse Ioan.de Imola, quid dici debeat, de eo qui fecit testamẽtum, & deinde efficitur manifestus fœnerator, an sic prosequendo vitietur eius testamentum. Et tenet quòd sic. Ad quod allegat in argumentum Instit.quibus modis testamen. infirmen. in prin.& §.non autem.& l.furiosum.C.qui testa.facere possunt. & l.j.§.exigit. ff.de bonorum possessio. secundum tabul. videte tamen de hoc id quod notauit Ioan.de Ana. in cap.quia in omnibus. vj.charta. extra de vsur. Et sunt prædicta vera, in casibus superius expressis, scilicet intestabilitatis testatoris propter suam personam, vt in impubere propter impubertatem, aut propter furorẽ, & in dictis iuribus allegatis, & notatis per me in l.furiosi. & l.vbi non voce. s.eod.titu. vel propter extrinsecum impedimen-

tum

tum superius allegatũ de obligatione testatoris, qua
pluribus creditoribus tenet̃, vt dictũ est. Quãdoq; au
tem institutio, quam facit testator deficit, & est inuti
lis propter fauorẽ publicũ, vt quia in testamẽto non
affuerunt septẽ testes rogati, sicut iura statuunt: quod
nullũ & inutile debet reputari, vt l.si vnus. C.de testa.
si tamen propter hoc succedentes ab intestato appro
bent illud testamentũ seu voluntatẽ testatoris defun-
cti, valet approbatio, vt l.nõ dubium. C.dicto tit.de
3 testa. †Circa quod tamẽ sciendũ est, secundũ gl.fi.ibi,
& Docto.ꝙ multiplex potest illius esse approbatio,
vna enim potest dici simplex, quæ fit simplici verbo
sine solẽnitate: & ista nõ nocet approbãti, vt l.si post
diuisionẽ. & l.cum testamentũ. C.de iuris & fa.igno.
4 †Alia approbatio potest dici, quæ fit per stipulatio-
nem, de qua loquit̃ d.l.nõ dubiũ. quæ tamẽ procedit,
si fiat à sciẽte, & nõ per errorẽ facti: quia erronea fa-
cti approbatio nõ inducit cõsensum, cũ errantis nul-
lus sit cõsensus. nihil enim est tam cõtrariũ cõsensui,
q̃ error. l.si per errorẽ. ff.de iurisd.om.iudic. & l.ij.in
prin.ff.de iudi. Sed si per errorẽ iuris fieret approba-
tio, approbãti nõ prodesset, nec eum releuaret, vt l.fi.
5 C.ad legẽ Falc. †Tertia est approbatio, quæ fit de fa
cto per solutionẽ, scilicet sciẽter factã. quod declarat
glos. duobus modis in antedicta l.nõ dubiũ. videlicet
vno modo in legato annuo alimentorũ minus solen-
niter relictorũ, quæ tamẽ soluta fuerunt per trienniũ.
Quo casu præiudicat sibi pro solutionibus fiendis in
futurum, vt l.j.C.de fideicõ. vbi videte gl. & Doct. &
ita etiã intelligi potest sæpe dicta l.nõ dubium. Alio
modo in legato simplici alicuius speciei vel quãtita-
tis, quam sciẽter soluendo, soluens hæres ab intestato
sibi præiudicat, ne repetere possit, vt l.ij. & l.si veri-
tas. C.de fideicõ. Ad quod videri potest plenius Sali.
in alleg. l.nõ dubiũ. Aliquãdo autẽ solẽnitas requisi-
ta in testamẽto respicit fauorem certæ personæ, puta
filij, qui nõ debet præteriri, sed institui vel exhæreda
ri, vt d.l.filio præterito. Sed ipso abstinente, vel repu
diante, cõfirmat̃ dispositio patris testatoris ex bono
& æquo cõtra subtilitatẽ iuris, vt ibi habet̃ plenissi-
mè per Ioã.de Imol. post Bar. & Bal. & Paul.de Cast.
& in d.§.si filius. Et facit quod habet̃ in l.si impubes.
in fi.ff.de Carbo.edict. Quãdoq; testamẽtũ ab initio
deficit ratione hæredis in eo scripti, & tunc nõ potest
cõfirmari, vt l.si alienũ.§.in extraneis.ff.de hęre.insti.
6 vbi per gl.allegat̃ hæc regula, & ibi tria tẽpora in-
spiciuntur circa personã hæredis extranei. & Insti.de
hære.quali. & diffe. §.in extraneis. vbi per Ang.Are.
scilicet tẽpus primũ cõditi testamẽti vel vitę testato-
ris, in quo secundũ Bal.ibi, & Io.de Imol. notandum
esse, ꝙ testamentũ valet in vita testatoris, si est factũ
secundũ iuris ordinẽ: an autẽ in vita testatoris sit pu-
blicandũ, gl.tangit in l.publicati. C.de testa. quod ibi
plenè declarat̃ per Doct. Secundũ est tempus mortis,
quod inspicit̃, vt valeat quo ad cõfirmationẽ: & ter-
tiò inspicit̃ tempus aditionis hæreditatis, scilicet ad
executionẽ cõfirmationis. Reliqua tẽpora dicit Bal.
esse superflua, & nõ curant̃. & idẽ dicit ibi Io.de Imol.
& ibi tangit̃ in gl. quæ tẽpora sint inspiciẽda in hæ-
rede suo & necessario, vel necessario tantũ. Ibi tamen
notat Bal.ꝙ media tẽpora nõ curant̃. cuius rationem
reddit Angel. recitatus per dictũ de Imola, quia iudi-
cantur secundũ extrema, & in illis extremis fit dispo-
sitionis cõfirmatio, quia nõ requirit̃ capacitatis cõti
nuitas: & sic temporis quo ad institutiones. Secus in
actu requirẽte cõtinuationẽ tẽporis: quia tũc nõ suffi-
ceret tẽpus interpolatũ, vt est in pręscriptione, in qua
requirit̃ possessionis cõtinuatio, vt l.naturaliter.ff.de
7 præscrip. & Insti.de vsucap.§.quod autẽ. †Est deinde
attendendũ, ꝙ etiã licet in extraneo instituto tria tẽ-
pora supradicta requirãtur, tantũ est secundũ Ioã.de
Imol. in alleg.§.in extraneis. dicere tria, quantũ dicere
duo, & adijcere tertiũ: quæ tempora in extraneo sunt
separata, nõ sic in suo & necessario, vt est filius vel ne-
pos in potestate, vel necessario tantũ, vt est seruus in-
stitutus cum libertate: in quibus licet requirat̃ capaci
tas tribus tẽporibus, tamẽ tẽpus mortis, & aditionis
hæreditatis sunt cõmista, & nõ separata: quia vnum
tunc & idẽ tẽpus est mortis, & aditionis hęreditatis,
hoc est, existẽtiæ hæredũ: quia ipso iure censent̃ adire,
ex quo sunt sui & necessarij, vel necessarij tantũ: quia
inter mortẽ & existentiã hęredis, in illis suis & neces-
sarijs vel necessarijs tantũ nõ est dare mediũ. l.j.§.qui
sunt in potestate.ff.si quis omis.cau.testa. & l.quęsitũ.
ff.de lega.j. Quod in effectu voluit gl.in allegato §.in
extraneis. quod vt ibi dicit Io.de Imol. procedere vi-
detur, quãdo suus & necessarius, vel necessarius tantũ
purè instituit̃: sed si sub cõditione, tunc tẽpus mortis
& aditionis seu existẽtiæ hęredis nõ esset idẽ, sed inspi
citur tẽpus euenientis cõditionis, vt l.cõditionibus pu
pillus.ff.de cõdi. & demon. Ista autẽ plenius declarant̃
per gl. & Doct. in sæpe dicto §.in extraneis. vbi Bal.
dicit post gl. in suo tẽpora testamẽti, & mortis inspi-
cienda fore, si suus succedere velit ex testamento. Sed
vbi ab intestato, mortis tẽpus dũtaxat inspici debet,
si eo tẽpore erat suus: alĩs inspicit̃ tẽpus, quo incipit
esse suus, per l.Gallus. in prin. & l.si quis filio exhære-
dato. post prin.ff.de iniusto, rup. & irri.testa. Sed post
glos. prædictã resoluit se idẽ Bal. vbi ã.ꝙ in suo purè
instituto inter tẽpus mortis, & tempus immistionis,
nõ est dare mediũ inter mortẽ, & existentiã sui hære-
dis, vt not. in l.non oportet.ff.de lega.ij. & de cõdi. &
demonst. l.Iulius Paulus. quæ tamẽ gl.secundũ Bal.di
ceret verũ de immistione legali, sed nõ de immistione
facti & animi, vt l.nã nec emãcipatus.ff.de leg.j. Sed
si nitatur ab intestato, inspicit̃ tẽpus mortis & immi-
stionis, quia cũ sumus in causa intestati, nõ possumus
inspicere tẽpus testamenti. & istã dicit esse mentẽ su-
prà dictæ gl. quod ibi etiã sentire vident̃ Bar. & Io.de
8 Imol. †Ex quibus secundũ Bal.ibi, potest determina-
ri quæstio: quidã habens filiũ ordinis fratrũ minorũ,
illum hæredẽ instituit, cũ tamen tẽpore testamẽti con
diti esset incapax ille filius frater minor, iuxta ea quę
habentur in Cle.exiui de paradiso. de verb.sig. & per
Bar. in sua minorica tractat̃. Fuit tamen dictus filius
frater minor patre etiam viuente effectus monachus
cuiusdã monasterij capacis, saltẽ in cõmuni, vel pro-
motus ad episcopatũ. Quærit̃ an ex testamẽto possit
succedere patri. Et dicit Bal. esse dicendũ ꝙ non, eo ꝙ
tẽpore testamenti erat incapax. Et quãuis testamentũ
imperfectũ valeat inter liberos, vt l.hac cõsultissima.
§.ex imperfecto. C.de testa. tamen secundum eum hoc
intelligendũ est de imperfectione quo ad solennitatẽ,
nõ quo ad capacitatẽ. Et etiam §.ex imperfecto. non
habet locũ, quãdo quo ad voluntatẽ est imperfectio,
sicut videtur in casu institutionis factæ de incapaci.

Ad quod allegat glo.singularē in l.fi.C.famil.ercisc. Quod etiā dicit idem Bal.facere ad quæstionē aliam. Quidam habens filiū fratrem minorē decessit intestatus, ille filius frater minor factus est episcopus, & sic factus est capax: quæritur an ille patri succedat in hæreditate,& bonis paternis,vel agnati eius,quibus retrò fuit quæsitū ius adeunditideo filio nō potuit cōpetere,quia inspicitur tēpus mortis,quo tēpore erat incapax,ideo ista regula sibi obuiat,& c.non firmat. extra eod.tit.lib.vj. Et hoc dicit ipse Bal.esse verius. Ad quod etiā allegat quod habetur in l.intercidit.ff. de cōdi.& demonst.& xviij.q.j.c.statutū.vbi plenius & melius videte glo.& Archi. Hæc autē fuerūt longiore sermone recitata in l.quod initio. §.isto tit.vbi illa videre pro declaratione huius regulæ pleniore.

9 †Sciendū est tamen circa præmissa,q̄ paria sunt,aliquid fieri in tēpore cōcesso,vel tēpore prohibito,cuius tamen effectus dirigatur in tēpus concessum. Institui enim potest nō capax, cum capere poterit,vt l.in tempus.ff.de hære.instit.quod ibi statuitur ex beneuolentia,& æquitate. Quoniam rigor suadet testamentum nō valere prohibente principio, quo ille capere non potest,sed æquitas suadet valere considerato fine permittente capacitatē,arg.l.si minor.ff.de seruis exportan.ibi.tamē erat defectus causæ efficientis,sed in

10 d.l.in tēpus.erat defectus causæ suscip[i]entis.†Pro quorum declaratione intelligere oportet,q̄ minor viginti annis nō potest manumittere, nisi causa in cōsilio probata, vt Instit.qui & ex quibus cau.ma.non pos. §.eadē lege.vbi habetur quod & quale debet esse illud consiliū.& l.si minor.cum auth.sed hodie. C.qui ma. non pos. Facit prædicta l.si minor. ff.de ser.exportā. vbi dicit Sali. q̄ imbecillitas consilij impedit manumissionē,licet cōferatur in tēpus permissum,scilicet in quo minor erit maior. Cōtra quod facere videtur l.illud.§.j.ff.de ma.vindi. Sed nō obstat,secundū Sali. in alleg.l.si minor.quia illa loquitur, quando minor ante vicesimū suum annū dabat seruum suum manumittendum sine causa,vel illa nō probata.In dicto verò §.j.l.illud.vt etiā ibi exponit gl.minori erat datus seruus titulo emptionis à domino illius serui, etiā dato pretio, quod pretiū recuperauit minor,vt manumitteret eum.Et ideo valet manumissio facta tēpore permisso,cum nihil isto casu depereat minori,nec inutile sibi aliquid afferat. Item etiā valeret manumissio facta per minorē viginti annis, emptorē serui eo adiecto pacto,q̄ manumitteretur,vt l.iij.§.nihil autem interest.ff.de manumis.vt not.etiā per Sali.in d.l. si minor. Qui potest plenius videri ibi in sua distinctione,an & quādo paria sint,vt dictū est,aliquid fieri tēpore permisso vel tēpore prohibito, per ea quæ etiā habētur in l.si eum seruū.§.fi. cū l.seq. ff.de dona.

11 inter virū & vxo.& d.l.in tēpus.†Sed quia in istis & illorū opinione quisq̄ suo ducitur sensu, Salic.fe paucis expediuit.Ideo dicite secundū eum,q̄ quādo illud quod impedit actū , procedit ex imbecillitate animi disponentis,vt in minore viginti annis volente iure regulari manumittere seruū,quę manumissio est irreuocabilis,pe[r]edit dispositio d.l.si minor.superius allegatæ,de ser.expor.vbi nō habet locū paritas tēporis præsentis & futuri,quia præsens tantū tēpus inspicit. Sed si factū sit reuocabile,procedunt ea quæ habētur in l.in tēpus. superius allegata,& d.l.si eū seruū. in fi. cum l.seq. Et est in hoc ratio, quia ex causa perseuerante,secundū Sali.ibi,insurgit noua causa,& nouus effectus.Vbi autē procedit impedimentū ex parte rei dispositæ vel eius effectus,tunc paria sunt:sed tantum inspici debet futurū tempus,vt sæpe dicta l.in tēpus. & l.ij.§.item nō pertinere.ff.ad legē Fauiā de plagia.

12 †Itē vlterius potest adduci ad materiā huius regulæ, & contra eā id quod habetur in l.posthumus.ff.de iniusto,rup.& irrito testa.vbi habetur,q̄ quādo agnatione posthumi præteriti rumpitur testamentū,de iuris prætorū æquitate reconualescit,si ille posthumus viuo testatore decedit. Vbi verò præteritur iam natus,vel testamentū irritum fiat capitis diminutione, similiter cōualescit,ita si instituti sint in eo testamēto venięntes ab intestato,vt ibi habetur singulariter,vbi plura cōsideranda esse dicunt Doct. Bar.Bal. Ioan.de Imol.& Paul.de Cast.& Angel.in d.l.posthumus.Primò,q̄ quādo posthumus præteritur,& post testamētum cōditum moritur in vita testatoris, testamētum recōualescit, si etiā in eo nō fuerint instituti veniētes ab intestato,sed extranei. Et est ratio,quam reddunt prædicti Doct. quia testamentū tunc à principio est aliquod,licet postea natiuitate posthumi rumpatur, vt l.iij.§.de his. ff.de iniusto,rup.& irri.testa. & nihil obstat isti regulæ,quæ loquitur de inutili initio,cum in casu isto fuerit bonū initiū.Ideo propter ipsius bonitatem facilius recōualescit:quia , vt dicit dictus Io. de Imol.primordiū veritatis,seu illius principiū operatur multū,vt l.j.ff.de origi.iuris.& l.cū filius.§.hæres.ff.de leg.ij.vbi dicitur nō videri in totū id falsum, quod primordio veritatis iuuatur, & etiā secundum naturam res ad suū primæuum statū de facili reuertitur.l.si testamentū.ff.de testa.& l.si vnus.§.pactus ne peteret.vers.quod in specie dotis.ff.de pac.& cap.ab exordio.xxxv.dist. Ista autē ratio cessat in præterito iam nato,cum ab ipso principio testamentum fuerit nullum per illius præteritionē,ideo nō reconualescit eo moriente postea in vita testatoris, si essent in illo extranei instituti, secundum verum intellectū dictæ l.

13 posthumus.quæ non est alibi.†Per quod patet secundum eundē Io.de Imol.non esse verā aliquorum opinionem,qui dixerūt testamentū,in quo filius iam natus in potestate eit prę̄teritus,esse aliquod, si præteritus illud non dicat nulliū,quia ita demū nullum dicit, si filius dicat.de quo in allega.l.filio præterito.& l.is qui in potestate.ff.de lega.præstan.cōtra tab.bo.pos. peti. Illa verò opinio vera nō debet dici,quia si esset vera,posse dici videretur, q̄ secundū testamētum,in quo iam natus existens in potestate præteritus est, ex quo aliquo casu posset adiri hęreditas,indistinctè tollere deberet primū,vt l.iij.§.sed & si cōstāte.& l.cum in secundo.ff.de iniusto,rupt.& irr.testa. quod videtur contra casum l.filius à patre.ff.de libe.& posthu. glo.tamen in alleg.l.posthumus. tenet q̄ simpliciter testamentū,in quo filius iam natus præteritus est,nō reconualescit eo moriente in vita testatoris. Sed contrarium tenet gl.in l.fi.ff.de regu.Caton. Quæ duę gl. secundū Io.de Imol.cōcordari possunt,scilicet q̄ testamentū, in quo cum filio vel post ipsum sunt instituti veniētes ab intestato,recōualescit,vt d.l.posthumus. vers.idē & circa iniustū,& irritū,&c. quod sit fauore testamenti,quia nō aufertur hæreditas veniētibus ab intestato,arg.dictæ l.hac cōsultissima.§.fi.& l.si duobus.

bus.§.si prius.ff.de bo.pos.cõtra tab. Nõ inuitatis au
tem succedentibus ab intestato dictũ testamentũ non
recõualescit.& ita cõcordãtur antẽ dictæ cõtrariæ gl.
14 †Circa tamen prædicta cõsiderandum est longã esse
differentiam in reconualescentia testamẽti, quod fuit
nullũ præteritione posthumi vel iã nati, an beneficio
prætoris,& sic æquitate prætoria reconualidetur, an
iure ciuili. Et sic ipso iure ciuili possit adiri hæredi-
tas, vel sit necessaria bonorũ possessio secundũ tabu-
las. Inter quæ est magna differentia: quia ius adeundi
de iure ciuili est perpetuum, saltem xxx. annorum, vt
habetur in tex.& glos.& per Doct.in l.licet.C.de iure
deliber. Sed ius bonorũ possessionis est temporaneũ,
iuxta illud quod habetur in l.j.§.si intra centesimum.
§.sed & videndũ.& §.largius.ff.de succes.edict.& no-
tatur in l.j.C.qui admitti ad bo.pos.possunt. De istis
autem videte Doct.vbi sũ.& quæ plenissimẽ recitaui
in l.quoties duplici iure.sũ.isto tit. ad quæ quo ad hoc
pertinẽter recurratis.ij.charta.vers.est vlterius atten-
15 dendum. †Opponit subsequenter hic glos.cõtra hanc
regulam, de eo quod habetur in l.iij. ff.de testa.milit.
vbi destinatio, quam habet ab initio miles testandi
iure cõmuni, non eum astringit testari cõmuni iure:
imò testando simpliciter videtur velle, ꝙ suum testa-
mentum valeat iure militari. Sed hoc est, vt dicit gl.
ex militari priuilegio, de quo in l.j.& l.iij. & l.tribu-
nus.§.j.& l.si filiusfamilias.§.j.& l.Lucius. eod.tit.&
l.j.in fi. C.illo eod.tit. Imò vt notat Bal.in alleg.l.iij.
etiam eligẽdo ius cõmune non propterea intelligitur
quis renunciare suo priuilegio. Quod inducit ad ar-
gumentum illius, qui in causa procedere potest sum-
mariẽ, ꝙ si incœpit per libelli oblationem ordinariẽ
procedere, poterit nihilominus expediri summariẽ
reliqua processus: quia per præcedentẽ libellum non
videtur renuntiatũ priuilegio. Facit ad hoc id quod
not.in Clem.sæpe.de verb.sig.& in l.nulla. ff.de legi.
& l.quod fauore.C.eo.tit. Sed circa hoc quod dictum
est, ꝙ miles fortẽ incipiẽdo testamentũ secundum ius
cõmune saltem destinatione animi, illa non obstante
valet testamentum iure militari, est inquirendũ, an in
illa l.iij.de testa.milit. esset perfectum testamẽtum vel
imperfectum. Ibi respõdet Bal.ꝙ quo ad voluntatem
erat perfectum, sed imperfectum quantum ad solẽni-
tatem: vt ecce, miles corã septem testibus incœperat
illud, & sic secundum ius cõmune, sed illorũ testium
quinq; erant infames vel mulieres, contra illud quod
legitur in l.qui in testamẽto. §.quæcunq; autem. ff.de
testa.cum similibus. Putabat autẽ ipse rectẽ perfecisse
testamentum, secundum ius cõmune, non tamen erat
vera sua opinio, quam veram reputabat: sed illa opi-
nio nõ vera non annullat testamentũ, quia non vide-
tur assumpsisse viam iuris cõmunis, ad hoc vt renun
tiaret priuilegio suo, vel suũ priuilegium impugna-
ret, sed ad cautelam. Ita intelligit notabiliter Bal. di-
ctam l.iij.qui tamen adiungit, ꝙ si testamentũ militis
esset imperfectum quo ad voluntatem, quia eo adhuc
loquente,& testamentum faciente, mors eum inuasit,
non haberet locũ dicta l.iij.quæ incipit, si miles. Sed
l.prædicta, Lucius.eod.ti.superius allegata.vbi testa
mentum militis prius dictatum, quàm notarius scri-
pserit, aut cõpleuerit scripturam, non probatur per
scripturam incõpletam, sed per testes de hoc deponen
tes. quod est notandum, & menti tenendum, tempore
enim bellifero casus iste posset cõtingere. Est vlterius
notandum pro materia, secundũ Bart.& Bal.in antẽ
dicta l.j.§.j.ff.de legat.iij. ꝙ quando testamentum ab
initio fuit aliquod, sed postea rumpitur,& deinde re-
conualescit, vt alleg.l.filio præterito. procedũt suprã
dicta, quia trahi debet confirmatio ad tempus testa-
menti cõditi. Ideo cõfirmatur quod ab initio tenuit,
sed non cõfirmatur quod retro nullũ fuit: quia quod
fuit aliquod, habuit principiũ ex se, ideo de facili ad
illud reuertitur, vt l.si testamentum.ff.de testam.facit
quod habetur in l.qui ex liberis.§.testamẽto.ff.de bo.
16 posses.secundum tabu. †Sed si quis fecerit codicillos,
qui quacunq; ratione à principio nõ tenuerunt, quia
qui illos fecit erat filiusfamilias, vel seruus, remota
causa impedimenti, nouo iudicio interueniente con-
firmante, vt quia effectus est sui iuris ille filius vel ser-
uus, confirmantur codicilli, vt dicto §.j.l.j.de lega.iij.
quod non procederet in testamento: quia in illo duo
tempora spectanda sunt, scilicet conditi testamenti,
& mortis, vt l.j.§.exigit.ff.de bo.pos.secundum tab.
& d.§.in extraneis.& l.si cognatis. ff.de reb.dubijs.&
l.si deportati.ff.de lega.iij. sed in codicillis spectamus
17 tantum tempus mortis, vt d.§.j. †Aliam oppositio-
nem cõtra istam regulam hic adducit glos.de l.si ser-
uus eius, qui capere nõ potest.ff.de acquir.hæred.quæ
habet difficultatem maximam inter Doct. in suo in-
tellectu. Secundum enim glos.ibi, vt recitat Paul.de
Castro, institutio facta per testatorem de seruo alicu-
ius incapacis, in totum vel pro parte, quãuis à prin-
cipio sit nulla, si tamen tẽpore aditionis hæreditatis
reperiatur manumissus, vel alienatus per dominum
eius, reconualescit de æquitate, vt possit adire hære-
ditatem pro se, si illo tẽpore sit effectus liber, vel noui
iussu domini capacis, si remanserat seruus alienatus.
Qui intellectus glos.prædictus, vt dicit idem de Ca-
stro, est mirabilis, si esset verus,& limitaret istam re-
gulam,& dictam l.quod initio.sũ.eod.tit.& d.l.si alie-
nam.§.in extraneis. cum similibus. Vbi habetur, tria
tẽpora esse in hoc inspiciẽda, scilicet testamẽti, mor-
tis,& aditionis hæreditatis. Sed dictus intellectus, se-
cundum eundẽ deCastro, videtur ridiculosus, si intel-
ligatur ꝙ ab initio dicta institutio fuerit nulla, quæ
tunc reconualescere nõ posset, vt in hac regula,& iu-
ribus allegatis. Ideo dicit ex sententia Iaco.de Are.ꝙ
in d.l.si seruus. dñs illius serui non erat omnino inca-
pax, sed erat indignus, ideo poterat institui,& ab eo
hæreditas auferri, vt l.ex facto.§.Iulianus.ff.de vulg.
& pupil.substit. Ideo sicut valere potuisset institutio
facta de domino mero iure, ita etiam facta de suo ser-
uo: & si nõ manumissus vel alienatus foret, potuisset
eius iussu adire,& illi acquirere: postea tamen eidem
domino indigno per fiscum auferri, per nota. in l.so-
rorem.C.de his quib.vt indig.hære.aufe. Sed licet di-
cta lectura in se sit vera,& notabilis, quia tamen tex.
antẽ dictæ l.si seruus eius. habet hæc verba, capere nõ
potest. non videtur secundum Paul.de Castr. illi legi
cõgruere, quia indignus, licet capere possit mero iu-
18 re, non tamen cum effectu. †Bar.verò in d.l.si seruus.
aliter eã intellexit, scilicet ꝙ ibi dñs serui erat omni-
no incapax.& licet tex. l.nõ minus.ff.de hæred.instit.
dicat, ꝙ seruus incapacis nõ potest hęres institui, hoc
intelligit, quãdo domini contẽplatione institueretur:
quod etiã præsumeretur, si esset simpliciter institutus:

sed si ipsiusmet serui cõtemplatione esset instituta, & constaret, d.l.non minus.nõ haberet locum, & mero iure non inspecta persona domini, valeret institutio serui, si talis sit, q liber factus posset hæreditatẽ accipere, vt l.debitor.§.seruo alieno.ff.de leg.ij.ideo durãte potestate domini, in qua est ille seruus institutus, licet nõ posset adire, nec domino acquirere incapaci, tamen si manumittatur vel alienetur, cũ mero iure institutio valuerit, poterit adiri hęreditas, & acquiri sibi vel domino nouo. Et ita residet Bar.limitando d.l. nõ minus.& l.si deportati seruo.ff.de leg.iij. quam sic etiam intelligit. Et istum intellectum sequitur Bal.in summario antè dictæ l.si seruus eius.Sed Ange.reprehendit illũ, quasi diuinatoriũ: diuinare enim videtur, q ibi seruus sua cõtemplatione, & nõ sui domini incapacis fuerit institutus.quæ ratio Angeli nõ placet Paul.de Cast. qui dicit esse ilicitũ restringere legis intellectum, quãdo restrictio fundatur optima ratione, vt ista, scilicet ratione cõtrarietatis tollẽdæ. Et ad cæteras rationes dicti Angeli, latius respõdet ipse de Castro pro opinione Bar.& suo intellectu sustinẽdis.Sed Io.de Imol. vbi s.hanc materiã plenius prosequitur,
19 & declarat, quem videatis. † Vltimò gl.hic opponit cõtra hanc regulam, de l.si quis in senatorio.ff.de ritu nupt.Pro intelligentia cuius oppositionis, sciendum est, q senatores & eorũ filij, secundum legẽ Papiam, & antiqua iura mulieri libertinæ nubere nõ possunt, vt l.lege Papia.eod.tit. Dicit tamẽ illa lex, si quis in senatorio.q si quis senator ducat in vxorẽ libertinã, quãuis propter prohibitionẽ legis Papię nõ sit vxor senatoris, si tamẽ senator ipse amiserit dignitatẽ senatoriam, cessante tũc causa impediẽte nuptias, illæ nuptiæ cõfirmantur.Ex quo colligit Sali.post gl.ibi, q illud quod non valebat à principio, confirmatur ex post facto: quod videtur cõtra rationẽ decisionis huius regulæ. Quia vt etiã ibi dicit glos.quod nõ valet ab initio, ex post facto cõualescit, per illũ tex.& concordantias ibi allegatas in glos. Aduertendum est, tamen secundũ Sali.in alleg.l.lege Papia.q illa lex hodie correcta est, in authent. vt liberti de cætero aureo annulo nõ indige. §.si quis autẽ. coll.vj.& transsumptiuè in authen.sed nouo iure. C.de nupt.qui text.in hoc requirit interuenire dotalia, seu nuptialia instrumenta.Quæ tamen instrumẽta iure canonico, secundum eundẽ Salic.in dictis iuribus illud recitantẽ non sunt necessaria. Quia canonico iure nullus prohibet cum liberta cõtrahere matrimoniũ, dummodo ipsum probetur: probatur autẽ tam per testes, q̃ instrumenta. Ad quod faciunt ea quæ habentur in tex.glos.per Panor.& Doct.in c.ij.extra de clandesti.desponsa.& per Sali.in locis alleg. & per ipsum, in authen.maximis.C.de nupt. vbi tenet matrimonium solo affectu perfici sine aliqua scriptura: nec posse dicit Imperatorem addere hanc solennitatẽ scripturæ, quia de spiritualibus se intromittere non potest. Facit quod habetur in c.tuam. extra de ordi.cogn. Et quos Deus coniunxit homo non potest separare.l.consensu.C.de repudijs. Faciunt notata per glos.& Innocen. extra de præsumpt. cap.illud.& per Alber.in l.fi.in fin.C.de donat.ante nup.

Summarium.

1 ☞ Exceptio alicui non cõpetens non potest per eius fideiussorem opponi.
2 Abesse causa Reipublicæ qui, & quibus ex causis dicantur.
3 Seruus quando possit abesse causa Reipublicæ.

Seruus Reipublicæ causa abesse non potest.

SVMPTA est hæc regula de l.si quis seruũ. ff.si quis cautioni.&c. hic allegata in glos. vbi fideiubens pro seruo de iudicio sisti, eisdẽ exceptionibus vtitur, quibus vteretur si pro libero homine fideiussisset, excepta exceptione absentiæ Reipublicæ causa, quia seruus non potest abesse Reipublicæ causa. Illa enim
1 non cadit in seruo, vt dicitur hic, & ibi: †. quia secundum Bald.ea exceptio potest opponi, quæ potest adaptari ad qualitatẽ personæ, non autẽ ea quæ non est adaptabilis ad personã. Impossibile enim est, q hæc exceptio absentis causa Reipublicæ cadat in seruo, cũ sit officium publicũ illa absentia. Simile est quod habetur in l.hos accusare.§.fin.ff.de accus.vbi quædam pœnæ nõ cadunt in seruũ non imponibiles, vel quæ sibi non possunt imponi, maximè pecuniariæ: quædam verò possunt sibi imponi, vt ibi in tex. & glos.
2 & per Bar.declaratur. †Glos.hic ad sciẽdum, qui sint illi, & quibus ex caussis dicantur abesse causa Reipublicæ, remittit ad ea quæ leguntur in l.qui mittuntur. ff.ex quib.cau.ma.in integ.restit. cum omnibus legibus illius tit.vsq ad finẽ, vbi etiam per Docto.optimè declaratur, qui ad hoc videri possunt pertinẽter,
3 & clarè. † Finaliter ista glos.dicit excipi ab hac lege, illud quod habet in l.Barbarius Philippus.ff.de offi. præto.vbi secundum Bal.superioris autoritas, cõmunis error, & vtilitas plurium faciunt valere gesta per eum, qui ex seruitute, errãte superiore ad aliquod officium, prælaturã vel exercitiũ assumptus fuit: quoniam propter publicã vtilitatem, & cõmunem errorem inducitur dispensatio legalis in actibus aliàs inualidis. Ad quod allegat ea quæ habẽtur in l.tale pactum.§.fi.per glos.ff.de pactis.& per Innoc.in c.quod sicut.extra de elect.Sed plenius pro huius exceptionis veritate videnda sunt, quæ tractantur per Docto.in allegata l.Barbarius.Et cum istis sit expeditus iste titulus, submittens correctioni cuiuscunq melius veriusq sententis, omnia scripta recitata atq dicta superius, cuncta referendo ad Dei laudem, ac debitum verumq iustitiæ cultum.

FINIS.

Ordo Chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H
I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg
Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.
aa bb cc dd ee. Omnes terniones, Zz solus quaternio.

Lugduni ſumptibus Antonii
Vincentii Dionyſius de
Harſy excudebat.



INDEX ALPHABETICA
SERIE EAS DECISIONES, QVAE
in ijs Domini Gulielmi Maynerij Commentarijs in Titulũ de Regulis Iuris, continentur, complectens, quo, quod cupit quiuis, ei obuium sit, & inuentu facile.

A

numero

B

C

D

Delinq

de.

F

G

H

Indeb

L

Liberta

M

N

Plerunq;

Seruitus

Teſtam

Violentia

¶Indicis Alphabetici præcipuos locos & sententias, quas in Commentarijs Domini Gulielmi Maynerij in Titulum de Regulis Iuris, notandas duximus,continentis, Finis.

